



714-3

1. a. 5-9.

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Salas	A
Botas	15
Talia	
Numero	127

cl. 21



Del Coll' della Comp^a de' Libri de' Francani. S. B. C.
B-5706

T. FLAVII
CLEMENTIS
ALEXANDRINI PRESBYTERI,
ET ECCLESIASTICAE SCHOLAE MAGISTRI,

QUI PANTÆNI QUIDEM MARTYRIS FUIT DISCIPVLVS,
præceptor verò Origenis, opera omnia ante annos quadraginta è
Græco in Latinum conuersa, nunc vero recognita interpre-
tatione, amplissimis commentariis illustrata.

A
GENTIANO HERVETO AVRELIANO,
ECCLESIAE RHEMENSIS CANONICO.

*Adiecta sunt collectanea variorum scriptorum, qui multa eiusdem
loca in suis commentarijs exposuerunt.*

Cum quatuor Indicibus commodissimis, ac fidelissimis.

Librorum nomina octava pagina indicabit.



PARISIIS,
APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA
IACOBÆA, SVB SCVTO BASILIENSI.
M. D. LXXXX.

Cum priuilegio Regis



EIS THN EIKONA GENT. TOY EPBHTOY.
 Ερβήτου γεγραφεσται σῶμ' ἐν ῥοιῖ Ρήμων,
 Ψυχὴ δ' οὐρανόις ἔθ' ἄθρονος ἔστι τόποις.
 Γράφει τὴν κεφαλὴν ὁ ζωγράφος, ἀλλὰ καὶ ἡθῆ,
 Καὶ πολὺν νοῦν βιβλίον ἐν τῷ ἔχει.
 Σίμωνος Ερβήτου ἀδελφιδῶδ.
 Herveti effigiem scalpri solertia monstrat,
 Quem cunctis notum pagina versa facit.
 Aurelia natum conseruat Rhemica tellus,
 Corpus, sed mores, ingeniumque libri.
 Innocentij Theuencetij Rhemenfis Canonici.



AMPLISSIMO AC RELI-
 GIOSISSIMO CANONICORVM
 RHEMENSIVM COLLEGIO SIMON HERVETVS
 Medicinæ doctor S. D. P.



QVAM difficili in negotio versetur eorum industria, qui de Græcis Latina faciunt, vel quod (ut cætera taceam) inepte faciunt, dum Græca verba totidem penè Latinis reddunt, ut fideles interpretes habeantur, vel quod, dum ad ornatum orationis toto animo intendunt, ab ipsa sententia longius aberrant, præterquam quod experiens ita sensi, Canonici Rhemenses totius Europæ clarissimi, me multoties suo iure monuit honoratus vir Gentianus Hervetus, haud ita pridem collega vester, citra invidiam doctissimus patruus meus, quoad vixit, mei amantissimus, cuius memoria singularis mihi ideo, & pluribus alijs nominibus omni obseruantia genere semper colenda est, & prosequenda. Quod tamen difficillimum esse vir ille me monebat, id nequaquam ipsum auocauit a vertendis pluribus de Græco tam in sacras literas quam in philosophicas disciplinas veterum auctorum commentarijs, licet sua omnia grauiora studia, curas omnes, & cogitationes in serenandis horribilibus dissidentium opinionum procellis, nec non in refutandis Sacramentariorum, ut ita dixerim, nefandis erroribus adhiberet ac collocaret. Proinde, dum esset in Italia, literatorum hominum hortatu inter eas difficultates à me enumeratas constitutus, & quasi medius inter duas Syrtes nauigans, Clementis Alexandrini opera Græcè conscripta Latinitate donauit, sed tanta certe & pænè incredibile ob nimis importunâ Typographi festinationem celeritate, ut diebus singulis tantum vertere cogebatur, quantum quiuvis alius calamo potuisset excipere, quò cōmodius Typographiariis operis satisfaceret: hoc ego testor eò libētius, quod ab illo sine vlla ostentatione dictum esse memini. Annum autem iam agens octogesi-

num, dum atatem viresque suas inclinare, ac deficere animaduerteteret, quod ei reliquum esset vita, totum id in sacrosanctis euoluendis literis, quibus animum suum vere ingenium & ad optima quaque percipienda aptissime attentum pasceret ac reficeret, contere ac consumere decreuit. Quo atatis sua tempore, cum à quibusdam de literis peregre meritis viri factus esset certior nonnulla apud Clementem Alexandrinum reperiri, qua extremam interpretis manum requirerent: ecce de repente priorem suam versionem maturo iudicio perpendens perlegensque attentius, quod à se in ea versione desideraretur, facile deprehendit. Hoc onus animo potius quam robore aggressus est, eo quidem consilio, ut omnia ad calculum Græcæ veritatis referret (solent enim ἀπὲρ αὐτῶν φερόμενα εἶναι ἢ ἀπὲρ τῶν ἑλλήνων) ut si fieri posset perfecti munus interpretis expleret, aut saltem ne sua scripta nimis indulgenter (quod sæpe fit) probare crederetur. In quo præstando tantam operam tantumque studium posuit, ut Clemens Alexandrinus denuo Latinus factus nouam formam seu faciem induisse, nec ex Herueti officina exisse videri queat, qui nihilominus possit audentius proferri in apertum, & à studiosis hominibus multo magis quam antea probari: atque eo potissimum nomine quod cum multa difficulta, et quasi numeris Platonis longe obscuriora sese offerrent, ea sine dubio vniuersa commentariorum luce peruia fecerit ac illustrarit. Quos una cum toto quasi nouo volumine, typis ut imprimerentur ex iussu auctoris, & assiduis doctorum hominum efflagitationibus quum traderem, dedi me libenter in eam partem, ut sub dignitate, celebritate & clientela vestra prodirent in lucem, Canonici Rhemenses dignissimi, qui omni laude prædicatione, literarum monumentis decorerentur. Estis enim ij, qui in his miseris temporibus maxima ad perpetuam vestram laudem constantia animis corporibus, & fortunis certatim excubatis pro salute & dignitate Ecclesiæ. Estis ij, in quibus summa sunt omnia, quæ præcipuum quendam amorem, honorem, & obsequium seu studium non obscurum conciliant, eruditio, vita sanctimonia, humanitas, amor in pauperes, & in literatos homines singularis. Estis ij, in quibus virtutes omnes ita cadunt affatim, ut difficillimum foret eas non modo persequi & commemorare scribendo, sed etiam recordari cogitando, vel notare obseruando. Estis ij denique, quibus in diuinis officijs obeundis, & in sacris faciundis tam pura est & sollemnis religio, tam diligens cautio, tum amplus tamque splendidus ordo ceremoniarum pro veteri insignis ecclesiæ vestra consuetudine, adeo ut:

Qui mores hominum multorum vidit & vrbes, habeat, vnde palam prædicet vestrum collegium nulli Canonicorū collegio secundum esse, à quo cetera habent exemplum religionis & virtutis excolende præclarissimum: Qui quando sitis ij, quales reuera estis, ne sit mirum cuiquam si has recentiores socij vestri lucubrationes cum celebri Capituli vestri inscriptione publicari & apparere curauerim, quas ille in integrum sui

grū sui erga vos amoris, et obseruantia argumentum amplitudini vestra consecrare statuerat, ut quemadmodum vestra insignis teneret demortui corpus Basilica, vestra quoque Bibliotheca omni bonorum voluminum genere cumulatissima, postrema hac ingenij sui monumenta haberet. Quæ si probetis, et a quo animo excipiatis, sane patruī mei in vertendo & commentando maximos, meos pariter quantuloscunque in transcribendo exantlatos labores haud exiguo fructu compensatos esse nunquam non existimabo.

Valere. Rhemis Kal. Aprilis.
clō. Ib. xc.

P R I V I L E G I I S V M M A.

CAROLVS IX. Francorum Rex, suo diplomate sanxit, ne quis opeta Clementis Alexandrini, ab interprete nouiter recognita & Commentariis illustrata, ante sexennium à die primæ editionis numerandum, præter Michaelē Sonnum bibliopolam, ad eius castigationis exemplum imprimat, nève alibi impressa diuedat in Galliis. Secus qui faxit multa fisco applicanda, aliisque pœnis indictis damnabitur, vt latius patet in literis Priuilegij indultis Lutetiæ 5. Nouembris. 1570.

DE CLEMENTE ALEXANDRINO
TESTIMONIA.

Εὐσεβίου τῷ παμφίλου ἐν τῷ τῆς εὐαγγελ. πορταρ. βιβλ. β.



ΑΥΤΑ δὲ Κλήμης ὁ θαυμασιος ἐν τῷ πρῶτῳ ἑλληνικῶν παρρησιαστικῶν διαρρηθῆναι
ἐκκαλύπτει. πρῶτον μὲν διὰ πείρας ἐλθὼν ἀμὴρ, θαύτον γὰρ τῆς πλαιῆς ἀνα-
νώσεως, ὡς αὐτῶν ἑσθητικῶν λόγων, καὶ ὅτι τὸ βλαγηνικῆς διδασκαλίας τῆς κα-
κῶν λελυθωμένος. βραχέα δὲ οὕτω καὶ τούτων ἐπάκουσον ἀδύτα τῶν αἰσθητικῶν καὶ ἐξῆς.

Eusebii Casarien. de prap. Euang. lib. 2.

Hæc autem mirabilis ille Clemens in Exhortatorio ad Gentes aperte reue-
lat, vir omniũ rerum experiẽtia scientiaq; præditus, & vsu plurimorũ negotio-
rũ prudentissimus, qui patrias nugas à salutarĩ & Euãgelica doctrina monitus
cito contempnit. Pauca igitur ab eo sumpta diligenter audias. Abdita inquit, &c.

ὁ αὐτὸς ἐν τῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἰστορίας βιβλίῳ ε΄.

Κατὰ τῶν τῆς θείας γραφῶν Ἐκκαλύπτει ἐπὶ Ἀλεξανδρείας ἐγνωρίζεται Κλήμης, ὁ μὲν-
υμος τῶν παλαιῶν τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας ἡγασμένην φοιτητῆν τῶν ἀποστόλων, ὅς δὴ καὶ ὀνομαστὶ ἐν αἰ-
σιν ἐτάξεν ὑποτυπώσεων, ὡς αὐτῶν διδασκαλίας ἔπιδρυταί τε μέμνηται. τῶν δὲ αὐτῶν καὶ τῶν γραμμα-
τικῶν ἐν πρῶτῳ συγγραμμάτι ἀνιτήσεται μοι δοκεῖ, ὅτε τοῖς ἐμφανετέροις ἡς κατέληφεν ἀποστο-
λικῆς διδασκαλίας ἐπισημασμένον, ταῦτα φησὶν. ἦδη δὲ ἔγραψα εἰς ἐπίδειξιν τετελεσμένην ἡδὲ ἡ-
πορηματικῶν, ἀλλὰ μοι ὑπομνήματα εἰς γήρας ἡσασαί τετα λήθης φάρμακον, εἰδὼν ἀτε-
χῶς καὶ σκιαγραφία τῶν ἀργῶν καὶ ἐμψύχων ἐκείνων ὧν κατηχῶ δὲ ἀκούσαι λόγων τῶν καὶ ἀδρανῶν
μακαρίων, καὶ ὅτι ὄντι ἀξιολόγων. τούτων ὁ μὲν ἐπὶ τῆς ἑλλάδος ὁ ἰωνικός. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς μεγάλης
ἑλλάδος τῆς κελίας θατέρως αὐτῶν σείας ἰὼ, ὁ δὲ αὐτῶν Αἰγύπτου. καὶ ἐξῆς.

Idem Hist. Ecclesiastica lib. 3. cap. 11.

Clemens eodem vocabulo quo & ille qui Romanam Ecclesiam olim re-
xerat, & Apostolorum discipulus fuerat, temporibus illius (Panteni) cuius ope-
ra in sacris literis educatus multumque exercitatus erat, Alexandriæ hominum
fama nobilitatus est: qui quidẽ in libris Dispositionũ nominatim præceptoris
sui Panteni mentionem facit. Quem etiam in primo libro Centonum, vbi cer-
tos quosdam viros Apostolica doctrina, quam ipse ab illis acceperat, cum pri-
mis eximios recenset his verbis: Istud à me iam institutum opus non est certe
opus artificiose ad inanem ostentationem elaboratum, sed tanquam commẽ-
tarius ad obliuionis morbum curandum in summam senectutem repositus, si-
mulachrum planè & adumbratio non modo efficacis illius & planæ spiritu ac
vita doctrinæ, quam mihi concessum est audire: verum etiam beatorum homi-
num, qui sunt re vera præconiis celebrandi. Quorum vnus Ionicus genere in
Græcia vixit: alter magnam Græciam incoluit: alter in Cœlesyria natus, ibi-
dem commoratus est: alter ex Ægypto fuit, &c.

ὁ αὐτὸς ἐν τῷ τῆς βιβλίῳ.

Πάντηνον ὃ Κλήμης ἀφ' ἀλεξάνδρου, τῆς κατ' Ἀλεξανδρείαν κατηχῆσεως εἰς ἑκείνην τῶν κατὰ
καθηγεῖτο, ὡς καὶ τὸ Διεκρίτως τῶν φοιτητῶν ἡμέτερον αὐτῶν. τὴν γὰρ τοῦ τῶν γραμματικῶν
ὁ Κλήμης ὑπομνηματίζομενος, καὶ τὸ πρῶτον συγγραμμάτι ἡσασαί τετα λήθης φάρμακον, εἰ-
δὼν ἀτεχῶς καὶ σκιαγραφία τῶν ἀργῶν καὶ ἐμψύχων ἐκείνων ὧν κατηχῶ δὲ ἀκούσαι λόγων τῶν
καὶ ἀδρανῶν μακαρίων, καὶ ὅτι ὄντι ἀξιολόγων. τούτων ὁ μὲν ἐπὶ τῆς ἑλλάδος ὁ ἰωνικός. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς
μεγάλης ἑλλάδος τῆς κελίας θατέρως αὐτῶν σείας ἰὼ, ὁ δὲ αὐτῶν Αἰγύπτου. καὶ ἐξῆς.

Idem lib. 6. cap. 5.

Post Pantenum Clemens scholæ Alexandriæ ad fidei principia docenda
instituta ad illud ipsum tempus, quod iam persequimur, præfuit: sic, vt Orige-
nes, dum

vide pag.
301, 40.

TESTIMONIA DE CLEM. ALEXAND.

nes, dum puer erat, auditor eius, ac discipulus existeret. Clemens vero in primo
libro operis, quod ἑρωματῆς inscripsit, annalium serie notata & exposita, tem-
pora ad Commodi vsque mortem describit: adeo vt non obscurum videatur
illud opus regnante Seuero, cuius tempora liber quem iam habemus in mani-
bus explanat, ab eo elaboratum fuisse.

ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῶν βιβλίῳ.

Τὸ δὲ Κλήμηντος ἑρωματῆς οἱ πρῶτες οὐκ ἐπὶ παρ' ἡμῶν ἔχονται, ἔς καὶ τοιαύτης ἡξίωσε παρρησια-
στῆς, Τίτου Φλαβίου Κλήμηντος τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν ἡσασαί τετα λήθης φάρμακον, εἰ-
δὼν ἀτεχῶς καὶ σκιαγραφία τῶν ἀργῶν καὶ ἐμψύχων ἐκείνων ὧν κατηχῶ δὲ ἀκούσαι λόγων τῶν
καὶ ἀδρανῶν μακαρίων, καὶ ὅτι ὄντι ἀξιολόγων. τούτων ὁ μὲν ἐπὶ τῆς ἑλλάδος ὁ ἰωνικός. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς
μεγάλης ἑλλάδος τῆς κελίας θατέρως αὐτῶν σείας ἰὼ, ὁ δὲ αὐτῶν Αἰγύπτου. καὶ ἐξῆς.

Ex eodem lib. 6. cap. 11.

Clementis omnes octo libri ἑρωματῆς, id est variè contexti, apud nos integri
seruantur, quos tali inscriptione donauit, Titi Flauij Clementis Commentarij
ἑρωματῆς, hoc est varia ratione contexti, qui multiplicè veræ ac diuinæ philoso-
phiæ cognitionem complectuntur. Totidem etiam libri sunt ab eo editi, qui
ὑποτυπώσεις, id est Informations inscribuntur: in quibus Pantænũ doctorem
& magistrũ suum nominatim memorat, cum Cõmentarios eius in sacras lite-
ras recensendo, tum traditiones etiã explanãdo. Est eius liber ad Gentiles hor-
tatorius. Tres item, qui inscribuntur Pædagogus. Alius cuius titulus sic habet,
Quisnam diues ille sit, qui saluetur. De pascate liber vnus. Disputationes de ie-
iunio. Liber de obtrectatione. Et alius exhortatorius ad patientiã. Alius ad nu-
per baptizatos. Alius qui nũcupatur canon Ecclesiasticus, siue contra eos, qui
Iudæorũ sequuntur errore: quem Episcopo Alexandro, de quo verba fecimus,
dedicauit. In libris Stromateon non modo sententias ex sacra scriptura colle-
ctas disperse intexit: sed etiam ex Gentilium scriptorum libris, siquid ab illis
cõmode dictum videatur, sumit, cum Græcorũ simul & barbarorũ opiniones,
quæ apud multos iactatæ sunt, aperiẽdo, tum falsos & cõmentitios errores eo-
rum, qui inter hæreticos principè locum obtinebant, coarguendo: denique ex-
planationem multiplicis doctrinæ, & literarũ cuiusque generis, vnde copiosa
materia nobis suppetit prudẽtiæ, ante oculos lectoris proponit. Atque his vni-
uersis philosophorũ dogmata admiscuit. vnde merito libros suos ἑρωματῆς ap-
pellauit. In eisdem octo libris vtitur testimoniis scripturarum, quibus à multis
folet cõtradici: nimirum Sapientiæ, quæ Salomonis dicitur, & Ecclesiastici Iesu
Sirach, & epistolæ ad Hebræos, & Barnabæ, & Clementis, & Iudæ.

S. Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, Pantæni, de quo supra retulimus, auditor, post eius mortem Alexandriæ Ecclesiasticam scholam tenuit, & *κατηχησέων* magister fuit. Feruntur eius insignia volumina, plenaque eruditionis & eloquentiæ, tam de scripturis diuinis, quàm de seculari literaturâ instrumêto. E quibus illa sunt, *ερωμαλεις* libri octo: *επιπρωσεων* libri octo: aduersus Gentes liber vnus: Pædagogi libri tres. De pascha liber vnus: de ieiunio disceptatio: & alius qui inscribitur, Quisnam diues ille sit, qui saluetur: de obtrectatione liber vnus, de canonibus Ecclesiasticis, & aduersum eos, qui Iudæorum sequuntur errorem, liber vnus, quem propriè Alexandro Hierosolymorum Episcopo *πρωσεφωνησεν*. Meminit autem in Stromatibus suis voluminis Tatiani aduersus Gentes, de quo supra diximus, & Cassiani cuiusdam *προνογραφίας*, quod opusculum in veteribus inuenire non potui. Nec non & de Iudæis Aristobulum quendam, & Demetrium, & Eupolemum scriptores aduersus Gentes refert, qui in similitudinem Iosephi *αρχαιογραφίας* Moyfi & Iudaicæ gentis affeuerent. Extat Alexandri Hierosolymorum Episcopi, qui cum Narcisso postea rexit Ecclesiam, epistola super ordinatione Atclepiadis confessoris ad Antiochenfes, congratulans eis, in qua ponit in fine. Hæc vobis domini ac fratres scripta transmisi per Clementem beatum presbyterum, virum illustrem, & probatum: quem vos quoque scitis, & nunc plenius recognoscetis, qui cum huc venisset iuxta prouidentiam & visitationem Dei, confirmavit, & auxit domini Ecclesiam. Constat Origenem huius fuisse discipulum. Floruit autem Seueri & Antonini filij eius temporibus.

Επιφάνιος κτ' σκευωθωνων αβ. λβ'. πδ. α.

Εἶτα οἱ καλῶς συγγραφεύμενοι, καὶ διήξαν ὑμῶν ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν συγγραμμάσιν ἔλεγον, Κλήμης τε οἱ φασὶ πινεσ Αλεξανδρέα, ἕτεροι δ' Αθηνῶν.

Eriphanius contra Secundianos heresi 32.

Deinde qui recte scripserunt de veritate, horum vesaniam in scriptis suis redarguerunt: Clemens videlicet, quem quidam Alexandrinum, alij Atheniensem dicunt, &c.

ὁ Κύριλλος.

Εφη δὲ καὶ Κλήμης ἀνὴρ ἐλλόγιμος, καὶ μὲν τοὶ καὶ πολυῖσιν, πῶς τε θεῶν καὶ καλῶν ἀδελφῶν ἔχοντες τὸ πρῶτον ἰσοδομοῦ, πῶς δὲ καὶ ἀδελφῶν ἐλέγχοντων νέως μὲν ἀφῆμεις ὀνομαζομένους, ἄφους δ' ἡρομύους ὑμῖν, καὶ ἄφους νέως ὅτι κεκλημένοι. καὶ πάλιν. Ταύτης τῆς ἰδίας μεμνηται ἰσοείας ἐν τοῖς ερωμαλίσιν ὁ Κλήμης, ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ φιλομαθής, καὶ ἀγαγνοσμάτων ἐλλεικῶν πολυπραγμονήσας βάλος, ὡς ὀλίγοι ἄχαπου τῶν πρὸ αὐτῶν.

Cyrillus Alexand. lib. 10. in Iulianum.

De diis autem & templis sic dixit Clemens vir disertus, & plurimarum rerum cognitione præditus: Neque enim hoc celabimus, atque adeo hoc conuincemus, specioso quidem nomine dici templa, fuisse autem sepulchra ea quæ templa sunt appellata.

Et rursus: Huius inquit, historiæ separatim meminit Clemens in Stromatibus vir & imprimis studiosus, & qui eorum quæ apud Græcos leguntur altitudinem cura ac studio perscrutatus est, quo pauci utique ex iis, qui eum præcessere.

M. Aurelius Cassiodorus lib. 1 Institut. diuinarum lectionum.

Epistolas autem canonicas Clemens Alexandrinus presbyter, qui & Stromateus vocatur, id est epistolam sancti Petri primam, sancti Ioannis primam & secundam, & Iacobi, Attico sermone declarauit. Vbi multa quidem subtiliter, sed aliqua incaute loquutus est, quæ nos ita transferri fecimus in Latinum, vt exclusis quibusdam offendiculis purificata doctrina eius securior posset hauriri.

Extant talia quædam eius nomine edita in Bibliotheca sanctorum Patrum.

Catalogus librorum.

Liber adhortatorius aduersus Gentes, siue Protrepticus.

Pædagogi libri tres.

Stromatum siue Commentariorum de varia multiplicique literatura ad instituendum Christianum philosophum libri octo.



CLEMENTIS ALEXANDRINI ADHORTATORIA AD GRÆCOS SEV AD GENTES.

19



MPHION^a Thebanus, & Arion Methymneus, fuerunt quidem ambo arte canendi præditi, Græcorum autem in choro: & fabula & canticum de ambobus hucusque canitur, quod hic quidem piscem inescauerit, ille verò Thebas ædificauerit. Thracius autem alius Sophista (alia est hæc Græca fabula) solo cantu feras reddebat mansuetas: quinetiam & ceteras arbores, & fagos, suis locis

motas musica transplantabat. Possum tibi aliam quoque narrare fabulam, huic non minus quàm fratri frater est similis, similem, & Cantorem Eunomum Locrensem, & Cicadam Pythicam, Dies festus maximo Græcorum conuentu Pythone celebrabatur propter Draconem mortuum, Eunomo canente serpentis epitaphium, nescio an hymnus an lamentatio serpentis esset canticum. Erat autem certamen constitutum, & æstus, tempore cithara canebat Eunomus, quando cicada quæ sole incalescebant, sub ramis canebant in montibus. Canebant autem non Draconi mortuo, sed Deo sapientissimo verè liberum canticum modis Eunomi præstantius. Locro chorda rumpitur, in cithara iugum aduolat cicada, & super instrumentum tanquam super ramum personat, & cithara cantico apta harmonia conueniens citharædus, chordam suppleuit deficientem. Cicada ergo Eunomi cantu ducitur, vt vult fabula, quæ aneum Eunomum in Pythone posuit cum ipsa cithara, & Locri socium certaminis. Ea autem & sua sponte aduolat, & sua sponte canit: Græcis autem visus est fuisse histrio & imitator musica.

30^b Quanam ergo ratione credidistis inanibus fabulis, existimantes animantia demulceri musica: letus autem ac speciosus vultus veritatis, solus, vt est verisimile, videtur vobis esse simulatus, & infidelitatis oculis subiicitur? Citharon autem, & Helicon, & Odrysi montes, & Thracum quæ errori iniant mysteria, diuinis honoribus affecta, hymnisque & laudibus sunt celebrata. Ego quidem, etsi mera sit fabula, agrefero tot & tantas quæ à tragædis referuntur calamitates. Vobis autem malorum quoque descriptiones actus Poëtarum euaserunt. Sed actus quidem, & Lenæum celebrantes, & iam^c planè debacchantes Poëtas, hederæ utique redimitos, mysteriis Bacchicis præter modum desipientes^k cum ipsis Satyris, & insano Thyaso, & alio choro dæmonum, in Helicone & Citharone qui consenuerunt includamus: supernè autem è celis deducamusⁿ veritatem, unà cum clarissima prudentia, in montem Dei sanctum, & sanctum

chorum propheticum. Illa autem vel longè clarissima luce emicans undiquaque illuminet eos qui voluntantur in tenebris & homines liberet ab errore, supernam dexteram, nempe intelligentiam, porrigens ad dexteram, porrigens ad salutem. Ij verò ad se reuer-

A

si, ¹ Heliconem quidem & Citharonem reuertes deserant, ² Sion autem habitent.
 Efa. 2. * Ex Sion enim egredietur Lex, & Verbum Dei ex Hierusalem. ³ Verbum caeleste, ve-
 rus germanusque decertator, qui in totius mundi theatro coronatur. ⁴ Canit autem meus
 quidem certe Eunomus. ⁵ Canit, inquit, non Terpandri modum, neque modum Capito-
 nis, sed neque Phrygium, vel Lydium, vel Dorium, ⁶ sed noua harmoniae aeternum
 modum, qui à Deo accipit denominationem, Canticum nouum, Leuiticum,
 Hom. ⁷ Luctu iraque carens grauiumque obliuia ducens
 Od. 2. Cunctorum. ⁸ Iucundum quoddam & verum persuasionis medicamentum
 est cantico temperatum. ⁹ Atque mihi quidem videntur & Thracius ille Orpheus,
 & Thebanus, & Methymnaeus, viri quidam, non viri, fuisse deceptores, qui præ-
 textu musicae vitæ perniciem afferentes, artificiosis quibusdam prestigiis ad corruptelas
 demoniacè incitantes, probra orgiis celebrantes, luctus in deorum cantica traducentes,
 primi deduxere homines ad simulachra, atque adeo lapidibus & lignis, hoc est, imagi-
 nibus & adumbrationibus, agrestem gentis excitauere consuetudinem: illam verè pul-
 chram libertatem, eorum qui sub calo vitam egerunt, canticis & carminibus in extremam
 redigentes seruitutem. ¹⁰ Sed non talis est meus cator, sed venit paulò post dissoluturus acer-
 bam seruitutem demonum tyrannidem obtinentium: ad suaue autem & benignum religionis
 & pietatis in Deum iugum nos traducens, ¹¹ in caelum rursus euocat eos qui humi sunt ab-
 iecti. ¹² Solus quidem certe ex iis qui unquam fuerunt, difficillimas feras, homines man-
 suesfecit. Volucres quidem, eos qui ex ipsis sunt leues: serpentes verò, eos qui deceptores: &
 leones, eos qui sunt animosi & ad iram concitati: sues autem, eos qui sunt voluptati dediti:
 lupos autem, eos qui sunt rapaces: lapides autem & ligna, sunt insipientes. Præterea autem
 lapidibus est minus sentiens qui est tinctus ignorantia. Testis nobis accedat vox prophe-
 tica, veritati concinens, quæ miseretur eorum qui sunt contriti in ignorantia & amentia.
 Matth. 3. Potens est enim Deus ex his lapidibus suscitare filios Abrahæ, qui miseratus multam
 inscitiam & cordis duritiam eorum qui lapidauerunt aduersus veritatem, excitauit se-
 men pietatis in Deum, virtutem sentiens ex lapidibus illis, nempe Gentibus quæ cre-
 diderunt lapidibus. Rursus autem quosdam virulentos impostoresque ac simulatores, iu-
 stitiae insidiantes, appellauit genimina viperarum. Sed horum quoque serpentum si quis
 penitentia ductus fuerit, Verbum lubens ac sua sponte sequens, homo Dei efficitur.
 Luc. 3. Alios autem allegoricè dicit lupos pellibus ouium indutos, eos innuens, qui in forma ho-
 minum sunt rapaces. Has ergo omnes immanissimas feras & tales lapides, ipse caelestis
 Ad Tit. 3. cantus in mansuetos homines transformauit. Erasmus enim, eramus nos quoque aliquan-
 do insipientes, inobedientes, errantes, seruientes voluptatibus & cupiditatibus variis, in
 malitia & inuidia degentes, odibiles, nos inuicem odio habentes, ut ait scriptura Apo-
 stolica. Quando autem benignitas & humanitas apparuit Seruatoris nostri, non ex ope-
 ribus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam saluos nos fecit.
¹ Vide quantum potuerit nouum Canticum: homines ex lapidibus, & homines fecit
 ex feris. ² Hi autem qui planè erant ut mortui, qui eius quæ verè est vita non erant par-
 ticipes, postquam cantici solum fuerunt auditores, reuixerunt. ³ Hoc tibi & uniuersum
 numero concinnè exornauit, ⁴ & elementorum dissensionem in ordinem redegit con-
 sonantiam, ⁵ ut ei totus mundus fieret harmonia, ⁶ & mare quidem dimisit solutum, ei au-
 tem ut terram inuaderet prohibuit: terram autem rursus stabilem & solidam effecit, quæ
 ferebatur, & ei mare terminum præfixit. ⁷ Iam verò ignis quoque vehementiam aère emol-
 liit, veluti

liit, ¹ veluti Doricam harmoniam Lydia atemperans, & seuam aëris frigiditatem ignis
 amplexu leniit, hos extremos uniuersorum sonos numerose & concinnè contemperans.
² Atque incorruptum quidem hoc canticum, uniuersorum firmamentum, & harmonia
 omnium, à mediis ad fines, & ab extremis extensum ad media, concinnauit hoc uniuersum,
 non ex musica Thracia, quæ est Tubal musica similis, sed ex paterna Dei volunta-
 te, quam Dauid est admiratus. ³ Qui autem ex Dauid ortus est, & ante ipsum fuit, Dei
 verbum, lyram quidem & citharam instrumenta inanima despiciens, cum hunc
 mundum, atque etiam paruum mundum, nempe hominem, & eius animam cor-
 pus sancto Spiritu concinnasset, psallit Deo per instrumentum multarum vocum,
 & huic instrumento, nempe homini, canit: ⁴ Tu es enim cithara, & tibia, &
 templum meum: cithara propter harmoniam, tibia propter spiritum, templum
 propter verbum, ut illa quidem resonet, hæc verò inspirent, templum autem con-
 tineat Dominum. ⁵ Dauid certè rex citharædus, cuius paulò antè meminimus,
 qui adhortabatur ad veritatem, dehortabatur autem ab idolis, longè quidem ab-
 erat ut ipse laudaret demones, qui vera musica ab ipso expellebantur, quæ Sau-
 le à damone vexato, ille solummodo canens, eum curauit. ⁶ Pulchrum spirans in-
 strumentum Dominus, hominem fecit ad suam imaginem. Certè ipse quoque est
 Dei concinnum & aptum instrumentum & sanctum, Sapientia supermundana,
 verbum caeleste. ⁷ Quidnam ergo vult instrumentum, Dei verbum, Dominus, &
 nouum canticum? ⁸ Patefacere, inquit, oculos cæcorum, & aperire aures sur-
 dorum, & qui pedibus claudicant vel errant, ad iustitiam deducere, Deum in-
 sapientibus hominibus ostendere, interitum compefcere, mortem vincere, inobedi-
 entes filios patri reconciliare. Benignum Dei instrumentum Dominus, miseretur,
 castigat, hortatur, admonet, conseruat, custodit, & doctrinæ mercedem ex re-
 dundanti quadam copia, nobis regnum cælorum promittit, hunc solum fructum
 percipiens ex nobis, quod salui sumus. ⁹ Vitium enim hominum pascitur interitus:
 veritas autem, sicut apis, nulli ex iis quæ sunt detrimentum afferens, propter so-
 lam salutem hominum exultat. Habes ergo promissionem, habes benignitatem, e-
 uade gratiæ particeps, ¹⁰ & meum salutare canticum ne ita existimes esse nouum,
 ut vas vel domum: ¹¹ erat enim ante Luciferum, & in principio erat verbum,
 & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. ¹² Est autem vetus error, res
 verò noua apparet veritas. ¹³ Siue ergo veteres Phryges docent fabulosa capra: si-
 ue rursus Arcades Poëtæ, qui eos fuisse ante Lunam describunt, siue etiam Egy-
 ptios, hi qui hanc primam apparuisse terram, deos & homines produxisse semi-
 nant. Sed nullus eorum fuit ante hunc mundum: nos autem sumus ante mundi con-
 stitutionem, qui eò quod esse oporteret, in ipso Deo prius sumus geniti. ¹⁴ Dei verbi su-
 mus nos figmenta ratione prædita, per quem prisca sumus, quoniam in principio
 erat verbum. Sed quoniam Verbum quidam erat ab alto petita origine, diuinum uni-
 uersorum principium & fuit & est. ¹⁵ Quia autem nunc nomen accepit olim sanctifi-
 catum potestate dignum, Christus, nouum, mihi vocatum est canticum.

GENTIANI HERVETI AVRELII

COMMENTARIUS IN CLEMENTIS ALEXANDRINI EXHORTATORIAM AD

gentes Oracionem, ab eodem latine versam.



Hic liber Clementis Alexandrini inscribitur λόγος ἀποστολικὸς πρὸς ἔθνη, id est Oratio exhortatoria ad Græcos: ἔθνη autem olim dicti sunt, qui eam Thessaliæ partem habitabant, quæ ἑμὰ dicebatur: Postea autem ἔθνη, seu Græci dicti sunt, omnes qui vniuersam habitabant Græciam: quorum cum & sermo esset elegantior, & mores cultiores & humaniores, eò factum est vt ceteræ gentes, quarum nec par erat elegantia sermonis, nec mores similes, ab eis dicerentur Barbari. Quomodo Hebræi, apud quos solos, vt qui Dei essent proprius populus, vera erat religio & vnus Dei cultus, alias omnes gentes Goim appellantes, eas à se fecerunt & distinguebant. Postea autem cum per orbem terræ prædicato Christi euangelio, & veteris legis vmbra cessasset & figuræ, & veritas & gratia, quæ est lex Christi, ei successissent, factum est vt qui ex Græcis seu gentibus in Christum credidissent, & veram & sinceram amplexi essent religionem, dicerentur Christiani, quod vocabulum Antiochiæ primum est auditum: qui autem non credidissent, & obstinato animo in suo errore permansissent ab ipsis Græcis ad fidem conuersis dicerentur ἔθνη, seu Græci. A Romanis autem conuersis, morem Hebræicum secutis, qui ceteras gentes Goim appellabant, gentes appellabatur. Quæ etiam dicebantur ἄπιστοι seu increduli & infideles, vt qui Christo salutis autore, qui primum exigit vt ei credatur, fidem non haberent. Clementis autem nostri institutum est & scopus, gentes à falsa religione ad veram traducere, & persuadere, vt abiectis fallorū Deorum & Dæmonum simulachris, vnum Deum colant, & vnico Dei filio credant, vitamque & æternam salutem ab eò expectant. Huius autem ad gentes orationis hæc est descriptionis ratio & methodus. Quoniam verus Græcorum Theologia initium duxerat à Poëtis, qui & hymnos in fatis ab iis vocatos Deos cecinerat, & Deorum oracula, & ad eorum cultum instituta mysteria suis versibus celebrauerant, primum quidem Poëtarum, quos ἄδεις, id est Cætores appellat, autoritatem eleuat, quod & sint fabulosa quæ de eis dicuntur, & vitæ humanæ perniciosum fuerit eorum institutum, vt qui non aliud sibi proponerent, quod vt genus humanum ad colenda fallorum Deorum simulachra inducerent. Deinde falsos esse Deos quos colebāt, imo nec Deos, sed Dæmones & homines, & non solum homines, sed etiam sceleratissimos & perditissimos homines atque adeo quosdam ex iis etiam rationis expertes bestias esse docet, arcana eorum mysteria quæ maximi ab eis fiebant, quàm sint turpia & ridicula aperit. Oraculorū responsa quàm vana, quàm ambigua quàm fallacia, quàm non credenda ostendit. Cùmque passim per totam orationem de Verbo Dei, quod vniuersitatem creauit & salutis hominum semper curâ gessit, & post multa olim signa edita, & post Prophetas ab eo ad populum missos vt eum salutis suæ admoneret, vt nouissimis temporibus ad eum seruandum & redimendum in terras descendit, sæpe meminisset, hunc tandem orationi pulcherrimum valuti colophonem imponit, vt Christum conferens cum fallorum Deorum mendaciis & imposturis, gentes ad vnus Dei cultum traducat, & à tenebris ad lucem, & à mendacio ad veritatem, & à profligata ac scelerata ad sanctam vitam abductos, ad regnum cælorum & æternam vitam perducatur. *Amphion Thebanus & Arion Methymneus* De Amphione Thebano vide Pautaniam lib. 9. Bæoticorum. De eo Horatius scribit in Arte.

Dixtus & Amphion Thebæ conditor arcis

Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda

Ducere quo veller.

De Arione Herodotus lib. 11. Gell. lib. 16. cap. vltimo. Quid. lib. 1. De Fa-

stis. Pausanias in multis locis: Et de eo Virgilius in Bucolicis. Orpheus in soluis, inter Delphinas Arion. De Orpheo etiam quem Thracium Sophiltam vocat, hic statim noster Clemens: vide quæ scribit Pausanias lib. 9. Bæoticorum, & totam quæ de eo narratur fabulam, vide apud Ouidium in Metamorphosi.

Strab. lib. 6. Eunomi autem quæ ab eo narratur fabula, aliter legitur apud Strabonem, vt qui Eunomo, cum Aristea

dicat fuisse certamen de musica, in quo certamine cum defecisset chorda Eunomo, aduolatem cicadam chordæ vicem suppluisse: in quo certamine à victo Aristea, Eunomo positam dicit esse Itatiam, apud eum autem de Pythone & de Dracone occiso ne verbum quidem.

Quoniam ergo ratione Miratur Clemens quod fictis credant fabulis, veritati autem animū non adhibeant, sed tanquam rem fictam & commētitiā reiiciant.

Citharon autem, & Helicon & Odrysi montes: Hæc cum sint omnibus qui Poëticam, vel è limine salutarunt, vel in Geographia sunt vtrunque versati notissima, non est in eis explicandis immorandum. Ea ægrè fert Clemens diuinis affici laudibus & honoribus, contemptis interim iis quæ sunt plane diuina. Odrysyos autem montes dicit propter Orpheum natione Thracem, qui mysteria plena erroris induxit, de quib⁹ postea.

Ego quidem etsi mera sit fabula, Dolet quod quæ sunt fabulosa, in scena sint introducta, & à Tragis Poëtis humanæ descripse sunt calamitates, in iis enim versantur actus Poëtarū.

sed actus quidem, & Lenæum celebrantes, Agebantur Tragædiæ in festis Bacchi, qui dicebatur etiam Dionysius, vnde etiam dicti sunt Poëtæ Dionysiaci. Eos ergo vult relinqui cum toto bacchante choro, & planè Demoniaci, & in Helicone & Cithærone includi, & veritatem è cælo deduci in mōtem Dei sanctum ad chorum propheticum, vt Helicone & Cithærone relicto, ad se reuerse gentes, & Sion habitantes, ad salutem perueniant. Actus à Græcis dicuntur δράματα. Ea sunt autem poëmata, quæ ad imitanda-

tandas & representandas personas aguntur in Theatris, cuiusmodi sunt comædiæ & tragædiæ. *Lenæum celebrantes.* Græcè est ληνάζοντες, id est Lenæum agentes vel imitantes. Est autem Lenæus Epithetum Bacchi, ἀπὸ τοῦ ληνός, quod significat torcular: ληνός autem dicitur Torcular, ἀπὸ τοῦ λείπειν, quod calcata vna in eo comminuantur.

Plane debacchantes. Græcè est παρρηγῆτες, id est ob temulentiam cōiitiis & maledictis insectantes, quod debacchari dicitur. Bacchantium enim seu orgia Bacchi celebrantium quanta esset infania, nullus est qui ignoret.

Hædera redimitos. Hædera erat Baccho sacra. Vnde & qui Bacchi celebrabant orgia, hædera coronabatur, & Poëtæ, vt qui Dionysiaci essent artifices, hædera caput cingebat.

Mysteria Bacchicæ, Bacchi orgia appellat mysteria. *Cum satyris.* Satyri finguntur Dij fuisse agrestes, qui bacchantium cætum merito sequebatur, vt qui essent impudicissimi & libidinosisissimi.

Et infano Thyaso, Thiasus vocatur à Græcis Bacchantium cætus, quem merito vocat infanum, vt qui in illis celebrandis orgiis planè fureret.

Cithærone & Helicone qui consueverunt. Citharonem & Heliconem dicit consenuille, cum Christi in orbem inducta fide & religione, veteres superstitiones antiquatæ sint & abolitæ.

Veritatem vna cum clarissima prudentia. Bacchantium furoris & amentie ex aduerso ponit veritatem & prudentiam. Citharoni autem & Heliconi opponit montem Dei sanctum, qui est Sion, Bacchantium verò Thyaso sanctum chorum propheticum.

illa autem vel clarissima luce micans vndique illuminet eos. Oprat vt Christus qui est veritas & sapientia & prudentia, eos à tenebris & vitis liberatos illuminet.

Quod quidem fit per baptismi sacramentum, quod Græcè φωτισμα, id est illuminatio dicitur, & qui id sunt assecuti, dicuntur illuminati. Vnde & Paulus ad Hebræos, Impossibile est, inquit, eos qui semel sunt illuminati, & c. Per eum autem baptismum & à tenebris liberamur, & à vitis & peccatis purgamur, & adiuuante Christi intelligentiâ, porrecta dextera ad salutem perducimur. Iis verò suspicientes, & caput suum attollentes.

Heliconem quidem & Cithæronem deserant, & c. Id est relicta gentium erroris plena cōgregatione, in Dei ecclesia. Citharon enim & Helicon per metonimiam significat Græcorum conuentum.

Sion autem, Dei Ecclesiam. Accessistis, inquit Paulus ad Hebræos, ad Sion montem in Ecclesiam Dei viuentis, Hierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis, & c.

Ex Sion enim egredietur lex, & verbum Dei ex Hierusalem. Ex monte Sina egressa est lex vetus, ex Sion autem lex noua, nempe nouum Testamentum. Ex Hierusalem egressum est verbum Dei, non solum *verbum* seu prolatium, sed etiam verbum Dei, quod est Deus, & est *euangelium*, id est in hypostasi & persona consistens.

Verbum cæleste, verus germanusque decertator. Quodnam sit hoc Verbum docet, nempe Verbum cæleste, vt quod è cælis descenderit, & est verus germanusque decertator, vt qui foitum Dæmonum principem armatum expugnarit, eique optima spolia detraxerit, & victor vniuerso mundo spectante pronunciat⁹ fuit & coronatus.

Canit autem ceriè meus quidem Eunomus. Verus gentium Theologia tota erat Poëtarum, cantorum, & musicorum, vt pote Orphei, Lini, Musici, Hesiodi, & ceterorum. Iis omnibus Clemens vnum opponit Dei verbum, ipsum autem vocat Eunomium, simul alludens ad illum Locum musicum, cuius meminit statim in principio, & cum *eunomus* significet, & cum qui bonis format legibus, & institutis, & eum qui bonis vitur modis musicis: *Nomus* enim & pro lege accipitur, & pro modo mulico, innuens & legis euangelicæ summam perfectionem, & in vita instituenda modulatum quandam concentum. Habet autem quandam emphasim quod dicit, meus Eunomus. Nam suam vehementem in eum ostendit pietatis affectionem, vt qui eum totum sibi vendiderit, qui est communis omnium fidelium: Græcè est autem *ἐυνομος ὁ ἐμὸς*, vt in vtroque sit articulus, qui & per excellentiam eum significet dici *ἐμὸς*, & indicet quantus sit eius in ipsum zelus, qui tanquam sibi proprium eum arripit qui est omnium, & qui omnes qui in baptismo ei nomen dederunt, suos vocet fratres & coheredes. Cum sit autem sermo Dei Musicus, vidèdum est quid canat.

Canit, inquit, non Terpandri modum, neque Capitonis, sed neque Phrygiæ, vel Lydiæ, & c. id est, non canit modos quibus vtuntur huius mudi musici. Quinam autem hi sunt videre licet & apud Bæotium de musica, & apud Celsium Rhodiginum lib. 9. Lectionum antiquarum, cap. 3. & apud doctissimum Henricum Glareanum lib. secundo suæ musicæ. Quinam autem sint modi Terpandri & Capitonis, & quomodo fuerint ab aliis distincti, nusquam memini me legere, & si Terpandrum Lesbium constet fuisse suauissimum musicum. Capitonem autem ne relatum quidem fuisse in musicorum numerum vsquam legi.

Modos ergo illos nequaquam canit noster Eunomus Dei verbum: sed noua harmoniæ æternum modum, qui à Deo accipit denominationem. Is est Dei Euangelium, quod peccatorum annunciat remissionem, & vitam pollicetur æternam. Nouum autem dicit canticum, vt quod in nouissimis temporibus sit reuelatum. Leuiticum autem, vt quod à veteris Sacerdotij vmbriis & figuris non sit alienum, imo verò vmbra & figuras eius adimplerit & consummarit.

Luctu autem iraque carens, & malorum obliuia ducens. Merito vocat canticum, quod & saluari lauacro, & ceteris sacramentis, deletis peccatis, nulla sit amplius occasio doloris & tristitiæ. Iucundum autem quoddam & verum persuasionis medicamentum dicit esse admistum cantico: quoniam in omnibus euangelij partibus fides admista sit oportet. Fidem autem appellat persuasionis medicamentum. Nam fides persuadetur oportet, cum ea sit ex auditu. Medicamentum autem iure dicitur, cum omnibus nostris malis medeatur. Nam nisi peccata nostra tollantur, quod absque fide nō potest fieri, nulla nobis relicta est spes salutis.

Atque mihi quidē videntur & Thracius ille Orpheus. Veterum illorum musicorum, qui gentium erant Theologi, eleuat autoritatem, vt cum Christum cum eis contulerit, ad ei credendam facilius inducantur. Viroi autem eos dicit non viros. Dæmones enim potius quàm viri erant appellandi, vt qui à Dæmone afflati exitium hominibus afferre contenderent, musicæ prætextu decipientes, & ad vitam impuram & sceleratam incitantes, turpissima orgia inuehentes, mortuos hymnis decantantes, & idolorum cultum, lapidum, inquam, & lignorum hominibus persuadentes, ad Dæmonibus seruendum, pristina libertate quæ sub cælo erat amissa, induxerūt. Hæc quidem nunc pau-

Math. 11.

cis perstringit, quæ fufius & copiofius poftca eft explicaturus. *sed non talis est meus cantor, Rurfus cantorem suum appellat, diuino, vt dixi, zelo incitatus. Hic autem cantor, nempe verbum Dei quale fit ostendit, & quam diuerfum eius institutum à gentium, Poëtarum & cantorum, quos habebant pro Theologis institutis. Nam ille, inquit, venit ad nos liberandos à feruitute Dæmonis, non ad durum & intolerabile, sed ad suaue & iucundum pietatis iugum inducens. Suaue enim est & iucundum quod propter*

10 *Christum sponte & lubenter suscipitur. Meum enim, inquit Christus, iugum suaue est, & onus meum leue. Quod quidem eo facilius fertur & lubentius, quòd eis qui id susceperint magna merces proponatur, nempe regnum cælorum, quod cum primis parentibus, si vitam recte & ex virtute egissent Deum sequentes, esset promissum, fraude Dæmonis & sua minus cauta imprudentia & inobedientia ab eo exciderant. Et hoc est quod dicit Clemens. ^a in cælum rursus euocat eos qui humi sunt abiecti. Humi enim erant*

15 *abiecti, qui è Paradiso eiecti, & perpetuis laboribus & doloribus confecti ac depressi, ne poterat quidem in cælum, quod eis fuerat promissum, oculos attollere. ^b solus quidem certe ex eis qui vnquam fuerunt, difficillimas feras homines mansuefecit. Ne quis existimaret Christum, is enim est Verbum quod carnem suscepit, sola sua virtute ac potentia homini salutem dare, & amissum cælorum regnum restituere, & ab homine interim nec virtutè, nec vllam bonam actionem exigere primum docet quid fecerit in homine, vt eum redderet aptum ad regnum cælorum consequendum. Solus, inquit, ex iis qui vnquam faciunt, difficillimas feras homines mansuefecit. Quasi diceret. Bonis quidem moribus præditos homines esse oportet, qui ad regnum cælorum sunt vocati: sed ij peccato à primis parentibus inuito & ingenerato à prima mansuetudine ita degenerant, vt immanes potius essent bestie quàm homines, adeo eos inuaferat crudelis peccatorum tyrannis. Quid ergo fecit Christus? Difficillimas feras homines mansuefecit, id est, ab in-*

20 *ueterata inhumanitate & feritate ad mores qui homini conueniunt reduxit. Solus autem id fecit. Nam & Philosophi & legiflatores, imo verò & Prophetæ ipsi licet à Deo missi, in componendis hominum moribus frustra laborauerunt, nec ad iustitiam, clementiam, benignitatem, & temperantiam ita informare potuerunt, vt non fere potius quàm homines essent appellandi. Solus id effecit Christus, qui & in terra hominibus pacem dedit, & Deo homines reconcilians, vt suæ originis memores essent effecit. Quoniam autem priores illos mulicos, Poëtas, inquam, & cantores, suis carminibus admiranda quidem fecisse fabularum monumentis erat traditum, vt qui feras suo cantu mansuefecissent, arborefque ad se attraxissent, & ipsos lapides suis sedibus mouissent, docet Clemens Christum nõ fabulose, sed verè longè maiora & præstantiora effecisse, non in feris quidem, arboribus, & lapidibus, sed in hominibus qui*

25 *feris erant immaniores, & qui minori erat sensu præditi quàm lapides. Eos autem homines quos ad humanitatem deduxit, & à feritate conuertit ad mansuetudinem ferarum, quarum feros mores imitabantur ac truculentiam, appellauit nominibus, vt videre licet in contextu. Lapidem autem eos vocauit qui erant insipientes, & ignorantes, & indurati in incredulitate. Hoc probat & propheticum Ioannis Baptistæ testimonio, & ipsius Christi verbis in multis locis Euangeliorum. Ad quæ accedunt etiam quæ dicit D. Paulus ad Titum, qui docet quales olim essemus, proutquam aduenisset Christus, & quales facti sumus, quando apparuit benignitas Seruatoris nostri Dei. ^c vide quantum potuerit nouum canticum, homines ex lapidibus, & homines fecit ex feris. Nouum vocat canticum quod cecinit Christus, bonum asserens nancium remissionis peccatorum, & regni Dei appropinquantis. Quo quidem cantico, homines qui prius erant*

30 *effertati, vel potius immanes feræ, modesti euaserunt & mansueti. Hoc quidem reuera magnum est & longè præstantius iis quæ ab Orpheo & Amphione & cæteris Poëtis facta fuisse finguntur. Sed longè est maius id quod sequitur. ^d Hi autem qui plane erant vt mortui. Longe enim est maius mortuos excitare, quàm ex feris reddere mansuetos. Non autem intelligit de mortuis à Christo excitatis, è quorum corpore anima excesserat, sed de iis qui Dei, qui vere est vita, non erant participes, quos Christus suo cantico, nempe Euangelij prædicatione, vitæ restituuit. Anima enim quæ peccauit est mortua. vt quæ à Deo qui verè est vita, est separata: remissio autem & abolito peccato quod hominem à Deo separant, reuiuificat. ^e Hoc tibi & vnuerfum numerosè concinneque exornauit. Pergit exponere quæ fecerit hoc nouum Canticum, nempe, Christus vnuerfum, inquit, quod Græcè est *κόσμος*, id est totum mundum, quod quidem Cicero vocauit vnuerfitatem, exornauit, per hoc intelligit, creauit, seu condidit. Græcè autem est *κόσμος*, id est, ornauit. Alludit ad mundi vocabulum, quod Græcè dicitur *κόσμος*, ab ornatu. Sic etiam à*

35 *Latinis mundus, quod ornamentum significat, vt apud Iurifconsultos dicitur mundus muliebris, ornamentum mulieris. Merito autem tota hæc vnuerfitatis fabrica Græcè *κόσμος*, & Latine mundus dicitur, cum mundo nihil fingi nec cogitari possit pulchrius & elegantius. Numerose autem & concinne exornasse dicit, quod cum Deus omnia fecerit in pondere, numero & mensura, id non fiat citra proportionem mulcas, ex quibus pulcherrima efficitur consonantia. ^f Et elementorum dissonationem in ordinem redegit consonantiam. Elementa inter se dicuntur dissidere, quod contrarius ac repugnantes inter se habeant qualitates. Quamuis autem per eas maximè dissideant, & inter se disiuncta sint elementa, per eas tamen eiusmodi inter se illorum fit connexio, vt inde existat numerosus & suaui concentus & consonantia. Non est enim aliud consonantia & harmonia, quàm similitum & dissimilium vocum, vt pote grauium & acutarum in vnum redacta cõcordia, vt vult Nicomachus & Boëtius. ^g Vt et totus mundus fieret harmonia. Si in rebus quæ inter se maxime dissident, vt sunt res inferiores & sensibiles. Deus voluit esse harmoniam, quãto magis in supernis & quæ cadunt sub intelligentiam? Quomodo certe Deus vnus est, & vnum mūdum condidit, vnum autem harmoniæ musicæ est fundamentum, ita quæcunquæ à Deo sunt creata, seu sensilia, seu quæ cadunt sub intelligentiam, quantumuis sint inter se dissimilia, ad vnum tēdunt, & ita vnam harmoniam efficiunt & consonantiam. ^h Et mare quidem dimisit solutum, ei autem vt terram inuaderet prohibuit. Ostendit quam sint mirabilia quæ facta sunt in mundi creatione. Mirum est autem quod cum mare fe-*

ccit

erit liberum & solutum, ei tamen adempta sit potestas terram supergrediendi. Voluit enim Deus Opt. Max. terram relinqui, in qua habitarent homines, & dominatum obtinerent in animalia quæ in ea erant alenda. Qui posui, inquit ipse Deus apud Hieremiam, præceptum sempiternum, quod non præteribit, Hier. 3. & commouebuntur & non poterunt, & intumescunt fluctus eius, & non transibunt illud, & sapientia in prouerbis. Quando circumdabat, inquit, mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Mirum quoque est quod terra quæ prius ferebatur, nunc sit stabilis & immobilis, & sit ei mare terminus constitutus, sicut & arena mari. Quid enim magis stupèdum, quàm aquam cuius est proprium diffundi ac fluere, cum via sit aperta, & datus ei sit liber campus quo excurrat, terraque quæ prius erat fluida & mobilis, nihil impediatur, subsistere, & non vltra progredi quàm Dei præcepto sit ei cõstitutum?

10 *iam verò ignis quoque vehementiam aere emollit. Ignis quidem est calidus & siccus, qui nisi temperaretur & emolliretur, sua vehementia & veluti feritate, rebus creatis afferret exitium: hoc ne accideret prouidens Deus rem ita temperauit, vt vehemens calor ignis reprimere ac sedaretur frigore aëris, & aëris torpescens, humor agillior fieret, ac viuidior siccitate ignis. ⁱ Veluti Doricam harmoniam Lydia temperas. Exemplo à modis musicis petito indicat quemadmodum ignis vehemètia ab aere temperetur. Doricum modum appellat Apuleius bellicosum, Lydium verò querulum. Ex quo satis intelligitur vehementiorem & acriorem fuisse Doricum, Lydium verò magis accommodatum ad mitiores & sedatioris animi motus. Sed de his legantur Musici, Boëtius & Glareanus. Hos extremos vnuerforum sonos, Græcè est *πυρρὸς καὶ ὀργανὸς*. Dicitur autem *πυρρὸς ὀργανός*, extremus sonus, sicut in fidibus & instrumentis musicis chordæ dicuntur *πυρρὰ*, seu *νήπυα*, tam infima quàm suprema, quæ & grauitate & acumine alias superant. Dicit ergo Clemens verbi canticum hos grauissimos & acutissimos sonos numerosè temperasse, id est, per quendam cõmitionem, ad moderationem & contemperationem rerum vnuerfitatem deduxisse. ^k Atque incorruptum quidem hoc canticum. Incorruptum vocat hoc canticum, vt quod sit ab omni labe & macula, & mortali putrefactione & corruptione alienum. Appellat etiam vnuerforum firmamentum, vt quod tanquàm aliquod fulcrum omnia sustineat & contineat. Harmoniam quoque ipsum vocat, vt quod omnia recte & numerosè disponat. Ipsum autem dicit à medijs ad fines, & ab extremis extensum vsque ad media, secutus id quod scriptum est in libro Sapientiæ. Attingit à fine ad finem fortiter, & disponit omnia, non quòd locorum extendatur interuallis, sed quòd eius vis creandi & operandi pateat. Concinnauit autem, inquit, hoc vnuerfum, hoc est condidit, compescit & architectatus est hanc totius mundi machinam, apto autem, & conuenienti græco vsus est vocabulo, nempe *συννημύματα* quod significat quidem compegit, sed adhibita ratione ac proportione. Concinnauit autem, inquit, non ex musica Thracia, quæ est Tubalcain similis, sed ex paterna Dei voluntate, quàm Dauid est æmulatus. Magna est laus musica, quod in creanda vnuerfitate, musicarum harmoniarum & consonantiarum Deus rationem habuerit. Sed ne existimes hanc musicam esse sensilem, sed intelligas eam sub solam cadere intelligentiam. Non ex musica, inquit, Thracia, id est, non ex ea musica qua vsus est Orpheus, quæ est Tubal musicæ similis, simul significans multis ante Orpheum seculis Tubalcain inuenisse musicam, sed ex paterna Dei voluntate, quàm Dauid est æmulatus. Quasi diceret. In hoc verbi Dei canticum consistit musica, quod Dei patris voluntatem sit secutus, vt qui cum sit vnum quod pater, ab eius voluntate minimè dissentiat, imo verò vtriusque vna sit & eadem voluntas. Ex ea ergo Dei patris voluntate pulcherrimam illam mundi idæam, quæ in Deo, vel potius Deus erat, nihil enim est in Deo quod non sit Deus ad hanc sensilem vnuerfitatis fabricam suo cantico deduxit verbum, quæ Deum suum agnoscat authorem, vt quæ id ipsum quod sit, ab eo habeat, licet vtriusque sit diuersa essentia, cum Deus sit propriè, vt qui semper sit, & nunquam mutetur: mundus autem sit, eo quod sit factus, & per partes consistat, quæ alidux sunt & intereunt: postremò autem totus sit interiturus. Quo fit vt non tam esse sit dicendus, quàm *γενεσις*, quod est fieri & oriri, quod in eum cadat ortus & interitus. Quod autem dicit. Quam æmulatus est Dauid, Græcè est *ἠὲ ἰμιμωσὲ* quod verti potest & æmulatus est & admiratus, vt intelligatur vel per sensilem suam musicam, eam quam sola comprehendit intelligentia, quoad eius fieri potuit, imitatus, vel eam diuinis prædicasse & ornasse laudibus, & in summa habuisse admirationem. ^l Qui autem ex Dauid ortus est, & ante ipsum fuit, Dei verbum. Liram quidem & cytharam instrumenta in anima despiciens, cum hunc mundum, atque etiam paruum mundum, hominem, nempe animam & eius corpus sancto spiritu concinnasset, psallit Deo per instrumentum multarum vocum, & huic instrumento, nempe homini canit. Postquam dixit quidnam fuerit, & quid apta & numerosa consonantia ac harmonia effecerit canticum, docet quisnam fuerit cantor & psalter. Is est Christus qui secundum carnem quidem natus est ex Dauide, priusquam autem accepta carne ex eo nasceretur, fuit verbum. Eum autem dicit, cum non sensili, sed quæ sub intelligentiam cadit musica, & mundum, nempe hanc vnuerfitatem & paruum mundum, hominem scilicet, fuisse fabricatus & Deo psallere, & homini canere. Psallere autem Deo per instrumentum multarum vocum, nempe per hominem, qui cum Dei laudes tanquam scopum & finem sibi habeat propositum, & sua ipsius voce & musicorum instrumentorum sonis variis non cessat eum psalmis & spiritualibus canticis laudare, & ei gratias agere. Canere autem homini, qui est ab ipso ad eius laudem factus instrumentum, & ea verba vsurpare quæ hominem admoneant suæ dignitatis & officij. Tu es, inquit, cythara, & tibia, & templum meum, de quo statim dicemus. Prius autem dicendum est quid sit quod cum dicit mundum, & paruum mundum, hominem, nempe & animam & eius corpus esse fabricatum. Primum fabricatus est mundum: deinde paruum mundum, nempe hominem: ex quo est perspicuum quanta sit dignitas hominis. Nam licet totus mundus sit infinitis partibus maior homine, qui est paruus mundus, in hoc tamen mundum superat homo, quòd eius causa factus sit mundus, & quæcunquæ sunt sensilia, imò verò permulta & iam mentes ac intelligentiæ, vtputa angeli qui sunt administratorij spiritus, ad eius vsum accommodati, ipsi*

A iij

seruiant: ipse autem praesit & dominetur omnibus animantibus. Non prius ergo fuit homo à Deo creatus, quam factus esset mundus, qui ei erat necessarius ut uiueret & suis fungeretur muneribus. Non immerito autem dictus est homo paruus mundus. Nam quidquid est in mundo, id etiam continetur in homine. Quatuor certe elementa & eorum qualitates sunt, ut in mundo, ita etiam in homine: & quidquid est, siue ita sit ut solum consistat, ut quod sit inanimatum, siue ita sit ut quouis genere vitæ uiuat, nempe vel vegetatis, vel sentientis, vel ratione praeditæ, id totum homo complectitur. Quod autem est maxime mirandum, ut totius mundi figura est sphaerica, ita etiam ipsius hominis, ut omittam quod eius caput non longè abest à rotundo, totus ambitus est sphaericus. Nam si expansis manibus & pedibus homo statuatur, & ad extrema omnia à pectine ducatur circinus, efficietur perfecta & absoluta figura circuli. Hoc quoque non minus est stupendum, quod cum rerum totius mundi quaedam sint inter se symmetria, hominis quoque membra proportionem quandam inter se conferunt, & ad mundi partes, ut ait Damascenus. Ex his efficitur ut iure optimo dictus sit homo μικροκόσμος, id est, paruus mundus. Sed quomodo vocat Christus hominem cytharam, tibia, & templum suum. *Tu es enim cythara, & tibia, & templum meum.* Cythara Christi dicitur homo: Cythara enim est suauissimè resonans instrumentum musicum. Nullus autem est suauior concentus, nulla iucundior symphonia, quam honorum morum & virtutum consonantia, quæ versatur in decantandis Deo hymnis & canticis spiritualibus. Tibia autem Christi dicitur homo, propter spiritum. Is scilicet qui spiritu sancto afflatus, ea profert quæ diuinitus inspirata profert auditoribus, & ad vitia extirpanda, & ad mores componendos, & ad aperiendum sacrae scripturae intelligentiam, qui quidem in nouo testamento dicuntur Prophetae, & qui etiam nonnunquam futura praedicunt, cuiusmodi in actis fuit Agabus. Dicit etiam Christus hominem esse suum templum. Propter verbum, inquit, Clemens. Quasi diceret, Si dicitur templum in quo Deus habitat, verbum autem est Deus, in homine autem habitat Christus qui est Deus & homo, merito dicitur homo Dei templum, habita ratione ad Deum qui est vnitus homini, vel potius vnus & idem simul & *ἑσώματις*, id est, Deus est & homo. Longè certè aptius dicitur homo Dei templum, quam templum manu factum, neque enim in templis manu factis Deus habitat, sed in homine Deus habitat, qui Dominus, nempe Verbum carne reatum mysticè & spiritualiter comestum in se continet. Quod si Verbum continet, patrem quoque & spiritum in se continet: at necesse est qui vnus est Deus, & qui est alioqui incomprehensibilis, quoad eius fieri potest, ab homine comprehenditur. Hinc est quod Christus dicit apud Ioannem. Venimus, & mansionem apud eum faciemus. Quod autem homo sit Dei templum, disertis verbis in multis locis dicit Paulus. Nescitis, inquit, quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Et rursus. Nescitis quod membra vestra templum sunt spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis à Deo? *Dauid certe Cytharæ dicitur, cuius paulò antè meminimus.* Cum ostendisset quanta & quam admirabilia fecit Christus, qui prius fuit Verbum, & ita Deus, & deinde fuit Deus, & homo ex Dauide ortus secundum carnem, ea autem effecisse dixisset cantico, nunc meminit ipsius Dauidis, ut cum opponeret priscis illis varibus & musicis, qui ad Dæmonum & simulacrorum cultum impia sua theologia cantando humanum genus alliciebant. Ille enim ad veritatem adhortabatur, dehortabatur autè ab idololatria, tantum autem aberat ut ei placeret cultus Dæmonum, ut vera sua musica, nempe quam & à Christo acceperat, qui est ipsa veritas, ut ipsos expelleret Dæmones. Saulem quidè certe Regem à malo spiritu vexatum diuina sua curauit musica. Inter ceteras laudes musicae hæc à scriptoribus annuerat, quod & mores componat, & vitia animique motus reprimat, & coxendicum morbo laborantes, quos *ἰχθυοὶ* appellant, sanat. Quod autem Dæmones expellat, & à malo spiritu vexatos liberet, non mundanæ, sed veræ & supernaturalis est musica, quam à sancto Spiritu acceperat Dauid fretus eius auxilio, qui futurus erat eius filius secundum carnem, cum in principio fuisset Verbum. *Pulchrum spirans instrumentum Dominus, hominem fecit ad suam imaginem.* Allocutus paulo ante Dominus suum instrumentum, nempe hominem à se creatum. Nunc autem ne quispiam, eo quod homo sit instrumentum ipsum, vilipendat eum non inanimatum, nec sensile dicit esse instrumentum, sed animatum & spirans, & ad suam factum imaginem: nec ideo minoris esse faciendum quod sit instrumentum, cum ipse quoque, Verbum inquam Dei, sit instrumentum. Si Aristoteles rectè dixisset censetur, qui manum dicit esse instrumentum instrumentorum, quanto magis est homo id docendus, qui non solum manu, sed etiam ratione, & intelligentia, Dei admiranda imitatur opera, artisque & scientias omnes, quarum semina sunt in eius anima insita, inuenit, absoluit, & perficit. Est ergo homo Dei instrumentum. Hominis aut instrumentum est manus & ratio: Dei vero instrumentum est Verbum, sed cuiusmodi instrumentum, Clemens exponit, dicens, Sapientia supermundana, Verbum caeleste, Sapientia quidem illa supermundana & increata, quæ idem est quod Verbum quo celi sunt firmati: tanquam instrumento, Deus creauit caelum & terram, sed id instrumentum, non est ab ipso artificè alienum & diuersum, nec aliqua in re eo minus, sed planè eiusdem essentiae: sola autem persona ab eo distinguitur, & hypostasi, quomodo etiam, si inter res tanto intervallo distinctas, vlla inueniri potest comparatio, ratio quidem qua hominis anima scientias omnes & artes inuenit & perficit, est instrumentum, sed quod ab ipsa animi essentia, quæ vna est & eadem, licet hypostasi distinguatur, minimè dissidet. Hæc dico ne quis nostrum Clementem Arrianismi insimulet propter Origenem eius discipulum, quâquam ei quoque ipsum Origenem, inquam ab eo crimine egregie purgat Pamphilus Martyr. Quod autem homo factus sit ad Dei imaginem & similitudinem, videre licet in Genesi. Quomodo autem in mente humana. Hæc, licet non omni ex parte perfecta, constat imago & similitudo, nempe in intelligentia, memoria, & voluntate, videre licet apud D. August. lib. 14. De Trinitate in multis capitibus, nempe 7. 8. & 11. Non in hoc autem solum voluit nonnulli hanc Dei & animæ consistere imaginem & similitudinem, sed in multis aliis, nempe quod & ab anima fons vitæ qui à Deo primum emanat, ad omnes deinde proprii corporis partes & membra profuat, & praebent

Act. 11. 20
Act. 17. 30
Ioan. 14. 30
1. Cor. 3. 30
4. Cor. 6. 40
1. Reg. 19. 40
Psal. 105. 20
Psal. 32. 20
Gen. 1. 60

& praebent corpori vitam vegetantem, sentientem, rationisque & intelligentiae participem. In vna enim anima tres sunt vitæ, ut in vna diuinitatis triadæ tres hypostases, seu personæ, & quod pro modo suæ essentiae omnia sicut Deus cognoscit, & continet: & ut Deus est quidam circulus à seipso procedens, & ad seipsum tendens, ita homo instat circuli à Deo procedit, & in ipsum tendit, nunquam quiescens donec ad ipsum peruenerit, & ei fuerit vnitus. *Quidnam ergo vult instrumentum, dei verbum, Dominus, & Dei canticum?* Vnum & eundem Christum diuersis appellat vocabulis, nempe instrumenti, Verbi Dei, & noui cantici, quæ hic omnia coniungit, ut intelligamus omnibus idem significari. Ad veram autem religionem, Christianique fidem, & eius cultum gentes adhortaturus, primum ostendit quoniam sit eius scopus & institutum. Quodnam est ergo eius institutum, & quæ tendunt eius actiones? *Patrefacere, inquit, oculos caecorum, & aperire aures surdorum, &c.* Hæc omnia ostendunt Christum, non aliud velle quam omni ratione humano generi prodesse, ab errore liberare vitam animi quam corporis tollere, peccata condonare, rectè & ex virtute viuendi rationem docere, suæ autem doctrinae & vitæ rectè actæ mercedem dare regnum caelorum, cum ipse interim à nobis non alium expectet fructum quam nostram salutem. *Vitium enim hominum pascitur interitu:* Reddit rationem cur à nobis nullam suæ beneficentiae expectet mercedem. Nam cum ipse ipsa sit veritas, veritati autem nihil magis aduersetur quam vitium, vitium autem, sicut fucus qui alienis pascitur laboribus, pascitur hominum interitu, ipse qui est veritas, sicut apis quæ nulli rei nocet, maxime dum flores legit, non alia re magis laetatur & exultat quam salute hominum, propter quam descendit è caelis: *Habes ergo promissionem.* Ostendit quod sit verbi, quod carnem suscepit, institutum, & quis scopus, & quam sit praclarum & magnificum quod promisit, nempe regnum caelorum: nunc gentes admonet, ut cum per Dei gratiam in eorum sit potestate, ut id assequantur, nec eis desit aliquid, ne ipse sibi desint. Quasi diceret, Promisit regnum caelorum, est benignus ac liberalis, id tibi gratis donat tua salute contentus, nec vllam à te expectans mercedem, fac ut eius quod tibi gratis donatur, sis particeps. *Et meum salutare canticum, ne ita existimes esse nouum, ut vas, vel domum:* Cum gentes incitasset ad Christi fidem, & ex eo quod eorum salutis curam gereret, & ex promissi regni caelorum amplitudine, minus autem autoritatis apud eos haberet Christus, quod existimaretur nouus & recens exortus, docet eos rem aliter habere: non enim Christum ita esse nouum, ut nouum est vas, & noua domus, quæ recens facta est. Non enim factum esse Christum, ut dici possit nouus, qui in nouissimis temporibus apparuerit, sed genitum esse ante luciferum, & fuisse in principio, & ante omnia tempora secularia: sed Verbum, quod fuit in principio, & est omne principium, nunc ideo dicit nouum canticum, quod carne suscepta olim quidem sanctificatum, & à Deo praescriptum ac praestitutum, sed nunc demum datum Christi nomen acceperit. A quo etiam id accepimus ut ceteris gentibus & populis simus antiquiores, ut qui ante omnia saecula in verbo essemus, & in ipso simus geniti. *Erit, inquit, ante luciferum.* Ego enim, inquit pater, ante luciferum genui te. Nam cum aeterna sit patris generatio, ipse quoque qui gignitur, nempe Verbum, seu filius aeternus sit necesse est. Generationem autem eius, inquit, Esaias, quis enarrabit? *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Ante omnia erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, ut quod esset hypostasi seu persona à patre distinctum, & Deus erat Verbum, licet enim esset à patre distinctum, ut quod esset patris filius & ab eo genitus, vnum tamen erat cum patre, quatenus Deus & pater & filius & Spiritus sanctus vnus est Deus, nec hypostaseon diuersitas obstat quominus sit eadem, & vna essentia diuinitatis, est enim pater & filius & Spiritus sanctus *ὁμοῦσος*, quem vocant consubstantialem, id est vnus & eiusdem essentiae. *Vetus autem error.* Non si quid appareret, id statim est quod appareret. Error quidem appareret res vetus, veritas autem res noua, cum tamen res aliter se habeat. Nam si error non est aliud quam declinare à veritate, veritas à qua declinatur necesse est ut sit antiquior errore qui ab ea declinat. Veritas autem quæ diu latuit, cum exorta fuerit, ideo videtur noua, quorū error longissime tēporis spatio omnia occupauit, & ideo videtur vetus. Deus quidem certè qui est ipsa veritas, Dæmonum & simulacrorum cultu ita erat obliuioni mādatus, ut à paucissimis agnosceretur hominibus. Venit Christus qui est ipse Deus carne indutus, Deum in memoriam hominum reuocaturus, & hominū genus ei reconciliaturus, procul expulsa omni idololatria: Sed & munus videbatur gentibus, & qui cum praedicabant existimabantur à gentibus novos Dæmones annunciare. *Sive ergo veteres Phryges.* Suam antiquitatem iactabant Phryges, Arcades, & Aegyptij: Clemens autem nos dicit illis esse antiquiores. Nam quantalibet fuerit eorum antiquitas, ante mundum quidem certe non fuerunt. Nos autem sumus ipso mundo antiquiores, cum ante mundi creationem in ipso verbo fuerimus, & ab ipso certa praedestinatione geniti, cuius tandem secutus est euentus cum aqua saluari ad vitam aeternam fuimus regenerati. Quod autem dicit fabulosas capras docuisse veteres Phryges, id videre licet apud Herodotum, qui narrat Plammithichum Regem duos infantes capris alendos dedisse in solitudine, qui cum adoleuissent, primum verbum enunciaffe Bec, quod lingua Phrygia dicitur *ποις*, & inde coniecisse Phrygiam gentem esse omnium antiquissimam. Arcades autem fuerunt in hac opinione, ut existimarent se natos fuisse ante Lunam, & ideo se appellarunt *ἄσπερτωνες*. Quod testatur Apollonius sic canens, *Ἀρκάδες οἱ καὶ ἄσπερτωνες ἄσπερτωνες ὀνόματι.* Et Ouidius de Fastis. *Orta prior Luna, de spe si credimus ipsi, A magno tellus Arcade nomen habet.* De his vide Erasmus in Prouerbio Becceselenis, & commentarium Aristophanis in comædia quæ inscribitur Nubes. Quod autem Aegyptij crediderint primam suam terram Deos genuisse & homines, vide Diodorum Siculum in historia fabulosa. *Dei verbi sumus nos figmenta ratione praedita.* Figmenta Dei creaturae Graecè dicuntur *πλάσματα* à verbo *πλάσσειν*, quod significat fingere, formare, & creare, & vnde & primus homo, nempe Adam dictus est protoplastus. Hoc autem verbo *πλάσσειν*, utitur interpres sapientiae Solomonis, cum dicit *ὁμοίος ἀνθρώπου ἰσχυὴ πλάσσει*

10
20
30
40
50
60

Esa. 53.
Ioan. 1.
Act. 17.
Herod. lib. 2.
Apollon. arg. 2.
Ouid. fast. 2.



ἄν. Græcè autem ratione prædita dicuntur λογικά. Poterat verti verbalia, ut seruaretur verbi allusio, quæ est Græcè λόγος & λογικός. Sed cum Græcè λόγος, & verbum internum significat, quod est ratio, & verbum externum seu prolatitium, quod non est in usu apud Latinos, nisi apud Theologos, & nec apud ipsos quidem dicuntur Verbalia, quæ vel ad Verbum Dei filium, vel ad rationem pertinent, malui sententiæ seruiens potius vertere ratione prædita quàm verbalia. In eo autem quod vertimus Prisci sumus, nõ potest seruari allusio Græcæ dictionis ἀρχαῖον, quæ alludit ad vocabulum ἀρχή. Ita autem est in Græco, δὲ ἀρχαῖον, ὅτι ἐν ἀρχῇ λόγος ἦν. Quæ allusio nequaquam fieri potest, ut Latine vertendo seruetur. Sed quoniam Verbum quidem erat ab alto, diuinum vniuersorum principium, & fuit & est. ^b Quia autem nunc nomen accepit, olim sanctificatum. Hoc est, ut opinor, quatenus quidem ab omni æternitate est Verbum, & est & fuit rerum omnium principium, & ita est antiquissimum. Quatenus autem nouissimis temporibus, sanctum nomen, & sua potestate dignum accepit, nempe Christi, à me, inquit, vocatum est nouum canticum. Et merito quidem cum in Christi aduentu, & Deus nouum creauerit super terram. Femina enim circumdedit virum, & noua data sit lex, & nouum mandatum, & nouum testamentum, & nouus homo, & noua facta sit creatura spiritu & aqua regenerata, & cum vetera transiissent, noua facta sint omnia. Neque non ideo verum est quod dicit Ecclesiastes. Nihil est nouum sub sole. Sub sole enim non est, in quod sol nihil habet potestatis, nullam autem habet potestatem in ea quæ sunt supernaturalia, sed in ea demum quæ naturaliter oriuntur & intereunt. Quod autem vertimus ab alto, Græcè est ἀνωθεν, quod significat & desuper, & à tempore longè remoto, quod interpretor æternitatē, ponitur autem ἀνωθεν pro ἀνέκαθεν, id est, ab origine.

^a Hoc ergo verbum ille Christus, & ut nos olim essemus, erat enim in Deo, & ut bene essemus causa fuit. ^b Nunc autem apparuit hominibus hoc ipsum Verbum, quod solum est ambo, Deus & homo: & est nobis causa omnium bonorum, ^d à quo edocti rectè viuere, ad vitam æternam transmittimur. ^e Nam ut ait diuinus ille Domini Apostolus, Gratia Dei salutaris omnibus hominibus apparuit, docens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, moderatè & iustè & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriae magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. ^f Hoc est canticum illud nouum, aduentus qui nunc refulsit in nobis, Verbi quod erat in principio, & prius fuit. Apparuit autem nuper, qui prius erat Seruator: apparuit qui est, in eo quod est, quoniam Verbum quod erat apud Deum, Doctor apparuit, per quod omnia sunt fabricata. Verbum, quod cum eo quod finxit vitam, simul præbuit in principio, ut opifex, bene viuere docuit, cum apparuisset ut magister, ut postea semper viuere suppeditaret ut Deus. ^g Ille autem non nunc quidem primum misertus est nostri erroris, sed ab ipso altè petito principio: nunc autem cum iam periremus: apparens conseruauit: ^h Maligna enim & serpens bellua oculos præstringens redigit in seruitutem, & in hodiernum vsque diem homines affligit, barbarorum ritu (ut mihi videtur) puniens, qui dicuntur cadaueribus alligare captiuos, donec cum ipsis quoque putrescant. Hic ergo malus tyrannus & draco, quoscunque ab ortu sibi potuerit vendicare, lapidibus, & lignis & lapidibus, & aliquibus eiusmodi simulachris, misero superstitionis vinculo, viuos, ut dicitur, adducens, unà cum eis sepelit, donec unà cum eis interierint. Quamobrem, vnus enim est seductor, qui ab initio quidem Euam, nunc autem alios quoque iam homines ad mortem adducit, vnus & idem nobis est adiutor & opitulator Dominus, in principio quidem propheticè præsignificans, nunc autem iam etiam apertè ad salutem adhortans. ⁱ Fugiamus ergo, præcepto parentes Apostolico, principem potestatis æris, spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiae, & ad seruatore[m] Dominum accurramus, ^k qui nunc & semper adhortatur ad salutem, per prodigia & signa, in Ægypto, & deserto, & per rubum, & per eam, quæ humanitatis gratia Hebræis ancilla instar, sequebatur nubem. Atque hoc quidem metu adhortabatur eos qui erant duro corde. Iam verò etiam per Moysen omnibus sapientiæ numeris absolutum, & veri amatorem Esaiam, & omnem chorum propheticum, magis ex ratione, ad rationem seu Verbum conuertit eos qui habent aures, & alicubi quidem male-

dem maledictis incesit, alicubi verò etiam minatur, & nonnullos quidem deslet homines, nonnullis verò canit quemadmodum bonus medicus corporum ægrotantium, alia quidem curans cataplasmatibus, alia verò purgationibus, alia verò fomentis, alia autem ferro quoque diuidens, alia autem vrens, & nonnunquam etiam secans, si qua ratione fieri possit, ut præter partem vel membrum possit homo sanari. Multiplices quidem habet Seruator voces & modos ad salutem hominum: minans admonet, maledicens conuertit, deslens miseretur, psallens per rubum loquitur, quoniam illi signis egebant & prodigiis: & igne terret homines, & ex columna flammam accendens, quod est simul gratiæ & timoris indicium: si obedieris, lucem, si non obedieris ignem.

¹ Quoniam autem & columna & rubo caro est pretiosior, Propheta post illa loquitur. Ipse est Dominus loquens in Esaiam, ipse in Heliam, ipse in ore Prophetarum. ^m Quòd si tu non credis Prophetis, fabulam autem esse existimas & viros, & ignem, ipse tibi loquetur Dominus. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo, seipsum autem exinaniuit misericors Dominus, hominem seruare cupiens, & ipsum iam tibi Verbum euidenter loquitur, pudore afficiens incredulitatem. Dei Verbum, inquam, factus homo, ⁿ ut tu quoque discas ab homine, quam tadem ratione homo efficiatur Deus. ^o Deinde, an non absurdum, o amici, Deum quidem semper nos adhortari ad virtutem, nos autem recusare utilitatem, & differre salutem? ^p An non Ioannes quoque adhortatur ad salutem, & vniuersum vox exhortatoria? ^q Eum ergo rogemus, quisnam tu es ex hominibus? Heliam quidem se non esse dicet, Christum autem se esse negabit, vocem autem esse fatebitur clamantem in deserto. Quis ergo Ioannes? Ut eum utcunque exprimam, liceat dicere, vox Verbi adhortatoria, clamantis in deserto. Quid clamas o vox? dic nobis quoque: Rectas facite vias Domini, præcursor ^r Ioannes: & vox Verbum præcurrit, vox adhortatoria, præparans ad salutem, vox adhortans ad hereditatem cælorum, ^s per quam sterilis & deserta non est amplius infertilis. ^t Hanc mihi fætus conceptionem prædixit vox angeli. ^u Illa quoque vox præcurrebat, Dominum, de sterili muliere euangelium, id est bonum afferens nuncium, ut Ioannes de deserta. Per hanc ergo Verbi vocem, sterilis multos habet filios, & deserta fert fructum. ^v Hæc duæ voces Dominum præcurrentes, angeli & Ioannis mihi quidem significant salutem repositam, nempe quod cum hoc Verbum apparuerit, bonæ prolis fructum simus recepturi, vitam æternam. ^x Hæc ambas itaque voces simul Scriptura colligens, totum aperit: Audiatur quæ non parit, erumpat vocem quæ non parturit, quod sunt plures filij desertæ, quàm eius quæ habet virum. Virum nobis annunciabat angelus, nos adhortabatur Ioannes ut agricolam cogitarem, virum quæreremus. ^y Est enim hic vnus & idem, vir sterilis mulieris, agricola desertæ, qui diuina impleuit virtute & sterilem & desertam. ^z Quia enim ingenua multi sunt filij, carebat autem liberis propter incredulitatem, quæ multos ab initio habuit filios, mulier Hebræa: sterilis accipit virum, & deserta agricolam. ^a Deinde hæc quidem fructuum, illa verò fidelium, ambæ autem matres per Verbum. ^b Infidelibus autem in hodiernum vsque diem & sterilis & deserta relinquatur. ^c Ioannes quidem præco Verbi, ea utique ratione adhortabatur, paratos esse ad Dei Christi aduentum: ^d & id erat quod tacitè significabat Zachariæ silentium, expectans fructum Christi præcursorem, ut Verbum lux veritatis, Prophetico- rum ænigmatum mysticum absoluat silentium, factus Euangelium. ^e Tu autem si Deum videre desideras, sis particeps piaculorum quæ Deum decent, non ramorum

lauri, & quarundam taniarum ex lana & purpura variatarum, sed iustitia redimtus, & continentia foliis contectus, sedulo Christum queras. ¹ Ego enim, inquit, sum ostium, quod discere oportet iis qui voluerint Deum intelligere, ut nobis omnes simul portas cœlorum aperiat. Sunt enim rationales rationis seu Verbi portæ, quæ aperiuntur clauē fidei. ² Deum nemo nouit nisi filius, & cui filius reuelauerit. ³ Bene autem scio, quod qui clausam portam tunc aperit, reuelat postea ea quæ sunt intus, & ostendit ea quæ nec prius poterat cognosci, nisi ab iis qui per Christum ambulassent, per quem ¹⁰ solum Deus cernitur.

C O M M E N T A R I V S.

¹ H o c ergo Verbum ille Christus, & c. Verbum, inquit, quod prius erat nudum Verbum antequam carnem susciperet, nunc autem suscepta carne est Christus Deus & homo, & ut olim essemus causa fuit, ut qui in Deo esset, & nos in eius mente essemus prædestinati, & ut bene essemus, ut qui à peccati, Diaboli, & mortis tyrannide liberati, eius gratia virtuti sumus restituti, & regnum cœlorum assecuturi. ² Nunc autem apparuit hominibus hoc ipsum Verbum. Olim quidem, ut essemus & bene essemus causa fuit Verbum, quod cum in Deo esset non apparebat. Nunc autem cum carne suscepta Deus sit & homo, & in Deo est, & apparuit hominibus. Solum autem ipsum dicit ambo fuisse, nempe Deum & hominem, ne quis antiquos ab hominibus in Deos relatos existimet, Deos fuisse & homines. Solum enim ille est Deus & homo, qui cum ab omni æternitate sit Deus Verbum, nouissimis diebus carne tectus *καρσαπνῆς*, simul est Deus & homo, nec tamen ideo desit esse apud Deum, cum tres illæ hypostases patris & filij & Spiritus sancti sint vnus Deus. ³ Est nobis causa omnium bonorum. Quantum Christo debeamus paucis expressit, cum ei bona omnia debeamus ferre accepta. ⁴ A quo edocti rectè viuere. Reddit causam cur omnium bonorum nobis causa sit. Nam cum ea demum felicitas sit perfecta, & omnibus numeris absoluta, quæ semper est duratura, felix esse non potest qui æternam vitam non sit assecutus. Sed ne quis existimet in Christum fidem esse otiosam, & posse Christianum absque labore & à virtute profectis actionibus vitam æternam adipisci, dicit nos edoctos ab eo rectè viuere, ad vitam æternam transmitti. His enim demum gradibus ad cœlum, & vitam æternam peruenitur. Si vita rectè & ex virtute à nobis agatur. ⁵ Nam ut ³⁰ ait diuinus ille Domini Apostolus. De Pauli testimonio probat, quod dixerat, non ideo nobis Dei salutarem apparuisse gratiam, ut in otio vitam transigamus, sed ut reiecta impietate, nempe idololatria, & repressa libidine, & mundana cupiditate, omnem virtutem exerceamus. Omnis autem in eo consistit virtus, si & in Deum piissimus, nec in proximum per iniustitiam peccemus, nec per stupra & flagitia corpus nostrum polluamus. Quod si fecerimus, beata spes, & gloriæ magni aduentus est à nobis expectandus. ⁶ Hoc est canticum illud nouum. Breui quidem epologo repetit, quod dixerat de nouo cātico, nempe quod Verbum quod erat in principio, & Deus erat, & erat apud Deum, & omnia est fabricatum, & essentiam simul præbuit, & vitam vt creator, tanquam magister ac Doctor apparuit, ut doceret bene viuere, æternam vitam postea suppeditatur vt Deus. ⁷ Ille autem non nunc quidem. Explicat quod iam dixit. Qui prius erat ⁴⁰ Seruator, nuper apparuit. Dicit autem eum non nunc primum nostri esse misertum, sed ab eo tempore quo per fraudem & insidias Cacodæmonis qui sub specie serpentis delitescēbat, in primum originis peccatum quod totam generis humani massam corruptit incidimus, nostræ quidem salutis per suam misericordiam cœpisse consilium, nunc autem cum vita nostra execrandis flagitiis ac sceleribus infecta planè esset deplorata, dedisse salutem. ⁸ Maligna enim & serpens bellua, & c. Eundem dicit esse serpentem qui Euam olim in fraudem induxit, & qui totum genus humanum ad impietatem & mortem adduxit, & eundem qui quam multis olim signis & figuris præsignificauerit, salutem nunc nobis repræsentet, nempe Christum, vt qui omnes homines vult saluos, & eos ad ipsum adhortatur. Idolorum autem cultum in quem homines impellebat Cacodæmon, assimilat immanitati Barbarorum, nempe Scytharum. Nam sicut Scythæ, vt tradunt historici, captiuos alligant cadaueribus, vt cum eis putrescāt: ita etiam Cacodæmon, malignus, inquam, & humano generi infestus Diabolus, quoscūque captos potest in suam potestatem redigere, eos simulachrorum lignis & lapidibus alligatos simul cogit interire, & cum eis sepultos æternam mortem perpeti. ⁹ Fugiamus ergo præcepto parentis Apostolico. Fugiamus ergo, inquit, Diabolum nostri generis hostem & inimicum, confugiamus autem ad Christum qui nostram salutem nobis semper & significauit, & omni ratione procurauit. Diabolus autem vocat principem potestatis aeris, vel quod ei olim data sit potestas aeris à qua per suam excidit superbiam, vel quod Dei permissione eam tantisper exerceat, dum in ignem æternum ei paratum sit amandandus. ¹⁰ Qui nunc & semper adhortatur ad salutem. Paucis ostendit quibusnam modis signis & figuris, & quibus temporibus, & per quosnam homines diuinitus inspiratos ad salutem sit adhortatus. Quæ singula si quis vellent exponere, totum ferè vetus testamentum eadem opera esset ei exponendum. Ea ergo potius sumatur ex Origene & cæteris Doctoribus ecclesiasticis. Quod autem vertimus, ex ratione ad rationem, seu verbum, conuertit eos qui habent aures, ita fuit vertendum, ⁶⁰ cum non possemus assequi venustatem Græcæ allusionis λογικῶτερον ὅτι τὸν λόγον, λόγος enim & rationem & Verbum significat, vt superius diximus. Cum autem de Verbo loquatur, aptè dicit. Conuertit eos qui habent aures, in memoriam reuocans quod sæpe dicebat Christus, Qui habet aures audiendi, audiat. Rectè autem modos recensens quibus Christus ad salutem hortatur, cum medico assimilat, vt qui venisset ad salutem

salutem ægrotis dandam, neque enim vt ipse dicebat sanis opus est medico, sed ægrotis, appositæque eas rationes quibus ægrotos curant medici, ei accommodat per similitudinem, cataplasmatum adhibitiones, purgationes, fomenta, & si nulla alia ratione curari possint, sectiones & cauteria. ¹ Quoniam autem & columna. Nihil omisit Christus eorum quæ ad parandam hominibus salutem pertinebant, & cum per rubrum & columnam quæ sunt inanima eos esset adhortatus, ipse per os Prophetarum eos est allocutus. ² Quod si tu non credis Prophetis. Cum rerum inanimarum signa, nec viri à Dei spiritu afflati ad persuadendam homini salutem sufficerent, postremo Verbum seipsum exinaniit, & homo factus euidenter & disertis verbis loquitur cum hominibus, incredulitati pudorem incutiens. Sed cur tædem homo factus loquitur hominibus? ³ Vt tu quoque. Christus Deus & homo, docet hominem qua ratione fiat Deus, ¹⁰ non per essentiam, sed per gratiam. Nam cum Deus nos in filios adoptauerit, & filij Dei, & dij cum Christo sumus, & eius cohæredes. Quod tum demum futurum est, si cum Christo patiamur vt conglorificemur. Non enim coronatur, nisi qui legitime certauerit. ⁴ Deinde an non absurdum. Perpetuæ Dei adhortationis locum ita concludit, vt eos dicat facere absurdè qui Deo non pareant. Nam si Deo iubenti, etiam si ex eius iussis nulla redeat utilitas, est parendum, eius maiestatis & potestatis habita ratione, ei non solum ea quæ sunt vtilia iubenti, sed etiam sine quibus salui esse non possumus, non parere an non planè est absurdum, vt quod simul impietatem arguat & stultitiam. Quod si iubenti parendum est, multo magis exhortanti. ⁵ An non Ioannes. Non solum Christus exhortatur ad salutem, sed etiam Ioannes, & nihil est aliud Ioannes quam vox exhortatoria. Quasi diceret, Nihil aliud agebat Ioannes quam exhortabatur. Ea quidem certè quæ turbis dicebat, Publicanis & militibus, ita concludit Lucas. Multa quidem ²⁰ & alia exhortans euangelizabat populo. ⁶ Eum ergo rogemus, quisnam tu es ex hominibus. Qui videbant Ioannem virtute insignem, populòque penitentiam prædicantem, in remissionem peccatorum baptizantem, & ad vitam nouitatem exhortantem, alij alia de eo sentiebant. Alij autem putabant Heliam, alij verò Christum. De eo autem rogatus vtrunque negat: ipse Helias non erat qui in secundo Christi aduentu erat venturus, etiam si venisset in virtute Helix. Christum quoque se esse non agnoscebat, sed Christi tantum præcursores assererat, & non esse Verbum, sed vocem verbi exhortantem ad parandam viam Domini, erat enim veluti præco Christi mox affuturi, & quæcunque ab eo fiebant, erant preparatoria ad ea quæ ab ipso Christo faciēda erant efficaciter. Baptizabat quidem in remissionem peccatorum, sed solus Christi baptismus verè tollit peccata, & confert gratiam. Præparabat quidem ad salutem, sed vnum est nomen, in quo nos oportet saluos fieri. Hortabatur ad hæreditatem, sed ad eam non patebat aditus ³⁰ nisi per Christum, cuius per adoptionem effecti fratres, futuri sumus etiam cohæredes. ⁷ Per quam sterilis & deserta. Per quam scilicet Verbi vocem. Verbi autem vocem vocat, & Angeli bonum afferentis nuncium quod sterilis esset paritura, & Ioannis annunciatis quod terra inculta, & quæ nihil fructus proferebat fertilis esset futura. ⁸ Hanc mihi ferus. Prædixit Angelus fore, vt Elizabeth quæ erat sterilis conciperet. ⁹ Illa quoque vox præcurrabat Dominum. Illa, inquit, vox quæ prædixit fore, vt conciperet Elizabeth, præcurrit etiam Christum, afferens bonum nuncium de muliere sterili, nempe de gentibus, ex quibus erant pauci atque ad eum ferè nulli qui Deum vnum colerent, quod scilicet Christo plurimi erant credituri, & veram suscepturi religionem. Ex ea ergo gēte quæ prius erat sterilis nascitura, erat magna multitudo filiorum, nempe gentium. Eadem autem vox Verbi per Ioannem prolata, bonum quoque attulit nuncium de eadem gente deserta, id est inculta & inarata, quod bonum Agricolam assecuta, qui est ⁴⁰ Dominus, fieret sterilis, & quæ proferreret bonos fructus actionum & virtutum. ⁹ Hæ duæ voces Dominum præcurrentes. Duæ voces dicuntur & vna. Vna quidem, vt quæ Christum præcurrat: Duæ autem, vt quæ per duos sint prolata, nempe Angelum & Ioannem. Hæ ergo voces Christum præcedentes significabant fore, vt cum apparuisset Verbum homo factum, nempe Christum, salutem nobis repositam esse-
⁵⁰ mus assecuturi, & fructum qui filiis Dei debetur, nempe vitam æternam. ¹⁰ Hæc ambæ itaque voces simul scriptura colligens, totum aperit. Vtraque autem vna est & eadem, nempe Ecclesia, quæ antequam Christo crederet, erat sterilis, vt cuius nulli essent liberi, nunc autem longè habet plures quam Iudeorum synagoga, quæ in Christum non credit, & deserta, vt quæ esset inculta, & nullos ferret fructus. Vni autem & eidem Ecclesiæ est vir quærendus, & Agricola. Vir qui idem est qui sponsus Ecclesiæ, nempe Christus, in quo quærendum duorum coniunctione, Christi & Ecclesiæ, magnum est Sacramentum. Agricola quoque est ⁶⁰ quærendus Christus, qui eam colat, & ad bonos producendos fructus, nempe bonas actiones & virtutes, fertilem reddat. Neque verò si dicit Christus patrem suum Agricolam, non ideo ipse, ipse quoque non est Agricola, constat enim esse inseparabilia opera Trinitatis, neque obstat quominus idem Christus diuersa ratione sit & vitis & Agricola. ¹¹ Est enim hic vnus & idem. Vnus & idem Christus vnus & eiusdem mulieris, nempe gentium Ecclesiæ, quondam sterilis & deserta, & vir fuit seu sponsus, vt quam numerosa sobole sæcundauerit: & Agricola, vt quam virtutibus excoluerit, & bonis impleuerit operibus & actionibus. ¹² Quia enim ingenue multi sunt filij. Iudeorum quidem synagoga, vt quæ esset ingenua, olim multos habuit filios, sed cum propter suam in Christum incredulitatem desisset habere filios, gentium Ecclesiæ quæ prius fuit sterilis, coniunctus Christus sponsus multos dedit filios, & tanquam Agricola eam quæ erat deserta excolens, bonis ornauit moribus & virtutibus. ¹³ Deinde hæc quidem fructuum. ⁶⁰ Vna & eadem Ecclesia diuersè considerata, vna est & duæ. Si consideretur vt quæ sit Christi Ecclesia, vna est, sicut & vnus est sponsus Christus. Si consideretur, vt quæ multos habeat filios, & quæ bonos ferat fructus, nempe bonas actiones & bona opera, licet vna sit, duæ tamen esse matres videntur, quarum vna fert fideles, altera verò fructus. Ambæ autem matres per Verbum. Verbum enim nempe Christus, & fideles facit, & eos bonis operibus ornatos reddit & exultos. ¹⁴ Infidelibus autem. Ecclesia non est Christi sponsa nisi fidem in Christum habeat, quæ est fundamentum iustitiæ. Fides autem in Christum

Rom. 8.
Galat. 4.
Ephes. 1.

facit, ut filij Dei simus. Quod si filios non habet Ecclesia qui sunt etiam Dei filij, ea est sterilis, & etiam deserta, ut quæ bonis careat operationibus, bona enim non sunt opera, quæ non innituntur firmissimo & stabilissimo fidei fundamento. ^c Ioannes quidem præco Verbi. Ioannes qui Christum prædicabat, & Verbi erat præcurfor, ideo iubebat esse paratos ad Christi aduentum, ut gratia præueniente inspirati, & bonis operationibus muniti, à Christo adueniente iustificarètur, ut qui non essent planè infertiles. ^d Et id erat quod tacite significabat Zachariæ silentium. Exponit mysterium silentij Zachariæ. Zacharias, inquit, tacens expectabat fructum præcurrentem Christum. Quis est autem præcurrentes Christum? Morales illarum operationes, quæ Christi gratiam inducunt præuenientem, cuiusmodi erant Cornelij Cæturionis preces, & elemosynæ quæ in Dei conspectum ascenderunt, & Deo aded gratæ fuerunt, ut Dei gratia paulo post sit salutari lauacro ei cõcessa. Quis autem finis fuit huius silentij? Ut cum aduenisset Verbum quod ¹⁰ est lux veritatis, abolerentur & silentio mandarentur significantes Prophetarum umbræ & figuræ. Verbum autem fieret euangelium, ut quod bonum afferret nuncium remissionis peccatorum & liberationis à morte, & à Diaboli tyrannide, nec in eo esset quidquam typicum & figuratum, sed evidens & aperta veritas. ^e Tu autem si Deum videre desideras. Est quidem Verbum lux veritatis, quæ Deum ostendit: sed non cernitur ab omnibus, sed ab iis demum qui sunt redimiti corona iustitiæ & continentia, quæ quidem sunt piacula quæ Deum decent: Deum autem non decent piacula quibus olim utebatur gentes ad placandos Dæmones. Eorum autem multa erant genera, nempe ignis, sal, sulphur, inter quæ erat laurus, quæ etiam vim habebat propulsandorum venenorum. De his vide Eustathium Homeri cõmentatorem in X. Odyssææ, & Cælium Rhodiginum lib. 5. lect. antiquarum cap. 7. & lib. 6. cap. 12. in quo citat illud Satyricum,

—Cupevent lustrari, si qua darentur

sulphura cum tædis, & si foret humida laurus.

Teniæ autem sunt fasciæ quibus alligabatur caput, quæ alio nomine appellantur vittæ, & apud Græcos post Homerū dictæ sunt etiã mitræ, teste Eustathio in 4. Illiadis. Iis ergo teniis seu vittis redimita erant sacrificantium capita ad peccatorum expiationem. Sed apud Christianos non eiusmodi piaculis expiantur peccata, sed ita demum expiantur, si iis per pœnitentiam remissis in eorum locum succedant virtutes contrariæ. Et hæc sunt piacula quæ dicit decere Deum. Per ea autem quæritur Christus. Sed cur quæritur Christus? Quoniam cum sit ostium cum disceat oportet qui vult Deum intelligere. ^f Ego enim, inquit, sum ostium. Per eum ergo & patet aditus ad Dei intelligentiam, & aperiuntur portæ regni cælorum. Aperiuntur autem claue fidei. Nam fieri non potest, ut sine fide Deo placeamus: Regnum autem cælorum intrare non potest, nisi qui Deo placet. ^g Deum nemo nouit nisi filius. Ex operibus & effectibus à multis iam olim fuit Deus cognitus: ipsa autem Dei essentia à nullo fuit cognita, nisi qui eiusdem esset essentia, nempe Deus. Quo fit ut solus filius Deum nouerit, & is cui filius reuelauit. Hinc est quod trias illa admiranda, suspicienda, & adoranda à paucis ante Christi aduentum fuit cognita, quæ per fidem ab omnibus Christi fidelibus nunc cognoscitur. Ea autem cognitio, nunc quidem est imperfecta, perfecta autem erit & absoluta, cum non amplius in enigmate, sed facie ad faciem Deus videbitur, & in eo tanquam in speculo videbuntur omnia. ^h Bene autem scio. Christus quidem nunc regnum cælorum credentibus per fidem aperit, arcana autem illa interna quæ ^{1. Cor. 2.} nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, iis demum reuelat, qui & in ipsum crediderint, & per ipsum ambulauerint. Per ipsum autem ambulat, qui in eius, qui via est, vestigiis insitens eum sequitur.

^a Impia ergo adyta ^b ne inuestigetur, ^c nec barathrorum ora ^d præstigiis plena, ^e aut Lebeten Thesprotæum, ^f aut tripodem Cirrhæum, aut æs Dodonæum. ^g Gerandryon autem arenis desertis honoratum, & quod illic est oraculum, quod cum ipsa quercu emarcuit, anilibus fabulis relinquamus. ^h Silentio quidem certè mandatus est fons Castalius, & alius fons Colophonis, & alia similiter perierunt fluenta diuinatoria, quæ certè fastu plena, serò quidem, tandem tamen conuicta sunt, ut quæ unà cum suis ⁵⁰ effluxere fabulis. Narrat nobis alius quoque diuinationis, vel insanæ potius vanitatis oracula, ⁱ Clarium, Pythium, Didymæum, Amphiaræum, Apollinem, Amphilo-chum. ^k Quod si velis, & monstrorum inspectores, augures, & aruspices, & somniorum coniectores unà cum eis consecra. ^l Ad Pythium autem adductos simul statue Aleuromantes & Critthomantes, & eos qui adhuc apud multos sunt in honore, ventri-loquos. ^m Iam verò adyta Ægyptiorum, & necromantiæ Hetruscorum, demandantur tenebris. ⁿ Sunt hæc verè insana infidelium hominum commenta. ^o Harum præsti- ⁶⁰ giarum mercatura sociæ sunt capræ, quæ sunt ad diuinationem exercitata: & corui, qui ab hominibus docentur dare responsa. ^p Quid tibi recenseam mysteria? Non pro-palabo quidem, ut aiunt olim Alcibiadem, sed per Verbum veritatis, præstigia quæ in eis

in eis latent rectè aperiam, & eos qui vestri dij vocantur, quorum sunt sacra mysti-
ca, tanquam in vitæ scena, veritatis contemplatoribus in medium proferam & euo-
luam. ¹ Dionysium Menolen orgiis Bacchi celebrat, crudarum carniū esu sacram a-
gentes insaniam, & casarum carniū peragunt diuisionem, coronati serpentibus, vlu-
lantes Euam, Euam illam per quam error est consecutus: & signum Bacchicorum or-
giorum est serpens mysteriis initiatus. ² Iam verò si accuratè vox spectetur Hebraica,
¹⁰ nomen Heua aspiratum, exponitur serpens femina. ³ Ceres autem & filia Proserpi-
na in scena actus factæ sunt, errorèmq; & raptum, & earum luctum Eleusis illu-
strat facibus. ⁴ Mihi autem videtur oportere dare etymologiam horum vocabulorum,
Orgia, & mysteria. ⁵ Orgia quidem dicuntur ὄργια τῆς ὀργῆς, hoc est, ab ira Cereris in
Iouem. ⁶ Mysteria autem μυστήρια, hoc est, ab execratione & abominatione quæ
accidit circa Dionysium. ⁷ Quod si etiam à Myonte quodam Attico, quem dicit A-
pollodorus interuisse in venatione, nulla est inuidia vestra mysteria sepulchri honore esse
²⁰ affecta. ⁸ Possunt autem aliter quoque intelligi μυστήρια quasi μυστήρια, literis sibi ex
aduerso respondentibus: ἴμπεδοισι, id est, venantur enim si vlla alia, eiusmodi quo-
que fabulæ, ex Thracibus, maximè barbaros: ex Phrygiis, amentissimos: ex Græcis
superstitiosos. ⁹ Pereat ergo qui huius fraudis fuit princeps & author hominibus, siue
Dardanus, qui matris deorum ostendit mysteria: siue Eetion, qui Samothracum sug-
gessit Orgia & sacra mystica: siue Phryx ille Midas, qui didicit ab Odryso, deinde
iis qui eius parebant ditioni, ¹⁰ fraudem tradidit artificiosam. ¹¹ Non enim Cyprius in-
³⁰ sularis Cinyras mihi unquam persuaserit, libidinosa quæ circa Venerem fiebant orgia
ausus ex nocte diei tradere, dum meretricem ciuem vellet in deos referre. ¹² Melampo-
dem autem filium Amythaonis, alij dicunt ex Ægypto in Græciam transtulisse festum
Cereris, luctum qui hymnis celebratur. ¹³ Hos ego dixerim fuisse principes & authores
impiarum fabularum, & patres perniciosæ superstitionis, qui vitij & corruptelæ se-
men in vita seminarunt, mysteria. ¹⁴ Iam verò, tempus enim, conuincam hæc vestra orgia
esse plena fraude & præstigiis, & si mysteriis estis initiati, has vestras fabulas quæ in
⁴⁰ honore habentur magis ridebitis. ¹⁵ Apertè autem dico quæ sunt occulta, non erubescens
dicere ea quæ non pudet vos adorare. ¹⁶ Quæ ergo ex spuma & in Cypro est genita, Ci-
nyra amica, Venerem dico, quæ φιδουμένης dicitur quod exorta sit ἐκ μυθῶν, hoc est,
ex genitalibus, ex salacibus inquam illis genitalibus quæ Cælo abscissa sunt, quæ post
abscissionem fluctui vim attulerunt, tanquam libidinosi vestris partibus dignus, fru-
ctus sit Venus in sacris mysticis. ¹⁷ Marina huius voluptatis generationis indicium, sa-
lis granum & Phallus traditur, iis qui in hac mœchandi arte sunt initiati. Nummum
⁵⁰ autem ei offerunt ij qui iniantur, ut amica amatores. ¹⁸ Cereris autem mysteria, sunt
Iouis cum matre veneri congressus, & ira, nescio quid deinceps dicam, matris an uxoris
Cereris, quæ de causa dicitur appellata esse Brimo, Iouis preces, & potus bilis, & cordis
euulsiones, & dictu nefandæ operationes. ¹⁹ Hæc mystica sacra peragunt Phryges Atthi-
di, & Cybelæ, & Corybantibus. ²⁰ Hoc quoque iactarunt, quod cum Iupiter ab ariete
geminos euulsisset coleos, eos iecit in medium sinum Cereris, de violento congressu falsum
pendens supplicium, ut qui seipsum utriusque excidisset. ²¹ Hæc symbola huius initiationis
⁶⁰ satis superque apposita, satis scio vobis risum esse motura, etiamsi vobis non veniat in
mentem ridere, eo quod refellamini. ²² Ex tympano comedi, ex cymbalo bibi, temperatum
attuli, ingressa sum thalamum, an non probra sunt hæc symbola? non ridicula mysteria?

Cinyras
fuit rex
Cypri.

Veneris
mysteria.

¹ Quid autem si etiam reliqua adiecerim? ² Vterum quidem gerit Ceres, nutritur autem Proserpina. Rursus autem hic Iupiter qui genuit, coit cum Proserpina sua filia post matrem Cererem, oblitus prioris sceleris. ³ Pater & corruptor puella Iupiter, & coit factus draco, conuictus quisnam esset. ⁴ Sabaziorum certe mysteriorum signum est iis qui initiatur, Deus qui sinum peruadit. Est autem is draco, is dum extrahitur per sinum eorum qui initiantur, est euidentis argumentum Iouis incontinentiae. ⁵ Parit autem Proserpina quoque filium taurina specie. Certè, ait quidem Poëta cultui idolorum deditus, ¹⁰ Taurus pater draconis, & pater tauri draco, ⁶ In monte occultum bubulcus stimulum. Bubulci, ut existimo, stimulum, ferulam illam efficiens, quam pulchrè Bacchi circumagunt. ⁷ Vis etiam tibi narrem quomodo flores collegerit Proserpina, eiusque calathum, & raptum à Plutone, & hiatum terræ, & sues Eubulei quæ absorptæ sunt cum duabus deabus? propter quam causam, in Themosphoriis megaricè loquentes porcos expellunt. ⁸ Huius fabulæ diem festum mulieres variè concelebrant, Thesmophoria, Scirophoria, multis modis raptum Proserpinæ tragicè decantantes. ⁹ Dionysij autem ²⁰ mysteria sunt planè inhumana, quem cum esset adhuc puer, motu qui fit in armis, Curetibus choream ducentibus, dolo autem subeuntibus Titanibus, puerilibus quibusdam ludicris deceptum hi decerpserunt Titanes, cum adhuc esset infans, ut mysterij Poëta dicit Orpheus Thracius:

^a Pineæ nux, ^b trochus, ^c & qui flectunt membra mouentque

Ludi, ^d & quæ Hesperides miserunt aurea mala.

¹ Inutilia autem huius mysterij symbola, non fuerit inutile ad ea condemnanda adducere, talus, sphaera, mala, trochus, speculum, vellus. ² Atque Minerua quidem quæ Dionysij cor sustulit, appellata est Pallas, ἀπὸ τῆς πάλλειν, id est, à vibrando seu torquendo, eò quod cor vibret ac torqueat. ³ Titanes autem qui etiam ipsum discerperant, cum quendam lebetem tripodis imposuissent Dionysij membra iniicientes, ea prius coxerunt, deinde confixa verubus Vulcano imposta tenebant. Iupiter autem cum postea apparuisset, siquidem Deus erat, ut qui assarum carniū nidorem fortè sensisset, cuius præmij se esse participes vestri dii consententur, Titanes punit fulmine, & membra ⁴⁰ Dionysij, filio Apollini sepelire præcipit. Ille autem, non fuit enim Ioui inobediens, deferens in Parnassum, deponit illic cadauer lacerum. ⁵ Quòd si etiam Corybantum velis Orgia considerare, hi cum suum fratrem occidissent, caput mortui purpura contexerunt, & coronatum sepelierunt, ferentes in clypeo æneo ad radicem montis Olympi. ⁶ Et hæc sunt, ut in summa dicam, mysteria, cædes, & sepulchra. ⁷ Horum autem sacerdotes, quos Anaçtotelestas vocant in quibus vocare curæ est, ad calamitatem quædam monstra afferunt, prohibentes, apium cum totis radicibus in mensa apponere: ¹⁰ putant enim ex Corybantico qui effluxit sanguine, enatum esse apium. Sicut certè mulieres etiam quæ Thesmophoria celebrant, à mali Punici granorum esu se abstinent, existimantes ex guttis sanguinis Dionysij germinasse mala Punica. ⁸ Cabeiros autem appellantes Corybantes, mortem quoque Cabiricam annunciant. Hi enim duo fratricidæ, cum cistam sustulissent in qua repositum erat pudendum Dionysij, eum vexerunt in Hetruriam, egregiarum mercium mercatores, & ibi habitauerunt cum essent exules, venerabilem pietatis doctrinam pudenda & cistam colendam commendantes Hetruscis. ⁶⁰ Propter quam causam non improbabiler volunt nonnulli Dionysium vocari Arim, ut qui sit priuatus pudendis. ⁹ Et quid mirum, si Hetrusci barbari tam turpibus mysteria sua ducant

sua ducant affectionibus, cum etiam Atheniensibus & aliis Græcis (pudet me dicere) probro ac dedecore plena sit Cereris fabula? ¹⁰ Cum enim erraret Ceres ad quærendam filiam Proserpinam, circa Eleusinem (is est autem vicus Atticæ) defatigatur, & mœrore affecta sedet super puteum: ¹¹ Hoc in hodiernum diem prohibetur iis qui initiantur, ne videantur ij qui sunt initiati mysteriis, imitari eam quæ lugebat. ¹² Tunc autem habitabant Eleusinem Terrigenæ, seu Terræ filij. Eorum nomina sunt, Baubo, & ¹⁰ Dysantes & Triptolemus, præterea autem Eumolpus & Eubuleus. Triptolemus erat bubulcus, pastor autem otium Eumolpus, subulcus autem Eubuleus, à quibus Eumolpidarum, & hoc sacra enuncians præconum genus, Athenis effloruit. ¹³ Baubo autem (neque enim me continebo quin dicam) cum Cererem hospitio excepiisset, ei confectam potionem porrigit. Cum ea autem recusaret accipere, & nollet bibere, ut quæ lugeret, ægreferens Baubo, ut quæ fuisset despecta, pudenda aperit, & ea dea ostendit. Ceres autem delectatur aspectu, & vix tandem potum accipit, exhilarata spectaculo. ²⁰ Hæc sunt arcana Atheniensium mysteria: hæc etiam describit Orpheus. ¹⁴ Educam autem tibi ipsos versus Orphei, ut habeas illum ipsum mystagogum testem impudentiæ:

Hoc dicto traxit vestes, omnemque figuram

Corporis ostendit turpem, puerilique Iacchus

Tunc fuit atate, in gremium iaculatæque Baubus

Est illum ridens. Vbi subrisit Dea mente

Tunc hilari varium vas quod cinnamque tenebat

³⁰ In cista accepit. ¹⁵ Eleusiorum mysteriorum signum est, Ieiunauit, cinnam bibi, ex cista accèpi: postquam feci, id deposui in calathum, & ex calatho in cistam. ¹⁶ Pulchra quidem hæc sunt spectacula, & dea conuenientia. Digna quidem certè nocte mysteria, & igne, & qui magno, vel potius vano est animo, populo Erechthidarum, atque etiam aliis Græcis, quos quidem vita sanctos ea manent, quæ ne sperent quidem. ¹⁷ His quidem vaticinatur Heraclitus Ephesius, his, inquam, noctiuagis, Magis, Bacchis, lenis, mystis, his minatur quæ sunt post mortem, his ignem vaticinatur. Iis enim quæ ex ⁴⁰ hominum sententia censentur mysteria, prophanè initiantur: sunt enim ea, lex vana & opinio, & sunt draconis mysteria fraus quædam, quæ verè prophana colit sacra, & ad execranda adhortatur sacramenta adulterina religione. ¹⁸ Quales autem cistæ eorum mysticæ? Oportet enim sancta eorum reuelare & arcana enunciare. An non ea sunt sesamides & pyramides, & tolypæ, & popana, quæ multos habent umbilicos, & grana salis, & draco orgium Dionysij Bassari? ¹⁹ An non mala Punica, & præterea corda, ferula, & hedera, & præterea phtoes & papauera? ²⁰ Hæc sunt eorum sancta. ⁵⁰ Quinetiam Themidis arcana symbola, origanum, lucerna, ensis, pecten muliebris, quem honestè & mysticè licet dicere, pudendū muliebre. ²¹ O euidentem impudentiam. ²² Olim quidem moderatis hominibus voluptatis integumentum erat nox silens: nunc autem iis qui initiantur, est incontinentiæ sacra nox loquens: & ignis qui lucet in facibus, vitia & animi perturbationes arguit. ²³ Extingue ignem sacrorum antistes, reuerere lampades o tu qui faces geris, tuum Iacchum lux arguit. Permitte nocti ut celet mysteria, & orgia honorentur tenebris. Ignis non dissimulat, & arguit, & punit quæ iubentur. ⁶⁰ Hæc sunt impiorum, & qui sunt planè sine Deo, mysteria. ²⁴ Impios autem eos & sine Deo iure voco, qui eum quidem qui est verè Deus ignorauerunt, puerum autem qui discerptur à Titanibus, & lugentem mulierculam, & partes reuera præ pudore minimè

dicendas impudenter colunt, duplicique tenentur impietate. Prima quidem, qua eum qui est Deus ignorant, eum qui verè est Deus non agnoscentes: altera & secunda, qua per eum errorem eos qui non sunt, ut qui sint existimant, & eos deos nominant qui verè non sunt, imò verò qui non sunt quidem, sed solum nomen obtinent. Propterea certe nos quoque arguit Apostolus: Et eratis, dicens, alieni à testamentis promissionis, spem non habentes, & sine Deo in mundo. Multa bona regi Scitharum eueniant, quicunque is fuerit. Is ciuem suum, qui Matris deorum sacra quæ sunt apud Cyzicenos, in Scithia imitabatur, & tympanum perstrepens, & cymbalum resonans, ut Menagyrtes quispiam, collo appensum habebat, sagittis confodit, ut qui & ipse effæminatus euasisset apud Græcos, & fæmininum morbum alios Græcos doceret. Qua de causa (nullo enim modo celandum est) venit mihi in mentem admirari, quonam modo Eumerum Agrigentinum, & Nicanorem Cyprium, & Diagoram, & Hipponem Melium, & illum post hos Cyrenicum, cui nomen erat Theodorus, & multos alios, qui moderate ac continenter vixerunt, & reliquis hominibus acrius hunc de diis istis errorem perspexerunt, impios & ἀθεοῦς, hoc est, absque Deo cognominarunt, qui etiam si veritatem ipsam non considerauerint, sed errorem quidem certè suspicati sunt: quod quidem non paruum existit semen ad excitandam scintillam intelligentiæ veritatis. Ex quibus vnus quidem præcipit Aegyptiis: Si existimatis deos, ne ipsos lugeatis, neque plangatis: si autem lugetis, ne eos esse deos putetis. Alter verò cum Herculem è ligno cepisset efformatum (aliquid autem domi coquebat, ut est verisimile) age ô Hercules, inquit, nunc iam tempus est, ut sicut Euristheo, nobis quoque in hoc tertiodécimo decerto certamine inseruias, idque pares Diagoræ, & ipsum tanquam lignum in ignem iniecit. Extrema itaque pietatis sunt, impietas & superstitio, extra quæ studendum est manere. Non vides Mosem, sacrum veritatis interpretem, iubentem, ut Eunuchus, fractis vel attritis testiculis, & cui execta sunt virilia, non ingrediatur in ecclesiam? & præterea is qui natus est ex meretrice. Significat autem per priores quidem, mores impios, diuina virtute & genituali priuatos: per reliquum autem tertium, eum qui pro vno solo, qui est Deus, multos falso nomine sibi deos adscribit, sicut is qui natus est ex meretrice, multos sibi adscribit patres, propter veri patris ignorationem. Erat autem quædam antiqua, naturaliter hominibus insita cum calo societas, ignoratione quidem obscurata, sed quæ tamen repente ex tenebris exilit & emicat, ut illud ab aliquo dictum est:

Huncne vides qui supra infinitum æthera,
Vlnis suis terram in humidisque continet,
Cui terra currus, & ædes terrestria?
Quisnam tu sis conicere est difficile.

Et quæcunque huiusmodi alia canunt Poëtæ: Peruersa autem sententiæ, & quæ declinarunt à recta, verè peruersa, hominem, qui est planta celestis, diuenterunt à celesti videndi ratione, & humi prostrauerunt, persuadentes humanis figmentis attendere.

Alij enim statim in cælo contemplando decepti, & soli visui credentes, motus astrorum contemplantes, admirati sunt, & deos esse censuerunt, astra deos, nempe θεῶν, hoc est, à cursu, & Solem adorarunt, ut Indi: & Lunam, ut Phryges. Alij autem, eorum quæ in terris nascuntur mites fructus carpentes, Cererem frumentum, ut Athenienses: & Dionysium vitem, ut Thebani, appellauerunt. Alij cum considerassent

Ephes. 2.

Deut. 23.

50

considerassent virij pœnas, eas in deos referunt, adorantes pœnas & calamitates. Hinc Furias & Eumenidas, & quos παλαμναῖς & ἑσπερίους vocant, ceu auerruncatores & malorum depulsores: & præterea ἀλάστορας, id est, cacodæmones seu malos genios, finxerunt Poëtæ scenici. Iam verò quidam ex philosophis, ipsi quoque post Poëticos, earum quæ sunt in nobis affectionum, figuras & simulachra constituunt, nempe timorem, & amorem, & latitiam, & spem: sicut certè priscus quoque Epimenides, qui Contumeliæ & Impudentiæ Athenis erexit altaria. Alij autem ex iisdem rebus impulsî, alia instar hominum in deos referunt, & instar corporis effingunt: Nam tanquam Dea colitur, Iustitia quædam, & Clotho, & Lachesis, & Atropos, & Parca, & Auxo, & Thallo, Atticæ. Sextus est modus introducendæ & acquirendæ deorum deceptionis, quo deos numerant duodecim. Quorum etiam Hesiodus suam canit Theogoniam, & quæcunque in numerum Deorum refert Homerus. Restat postremus (sunt enim hi omnes septem modi) qui proficiuntur à diuino in homines beneficio. Nam cum beneficio afficientem, Deum non intelligerent, effinxerunt quosdam Seruatores, Castorem & Pollucem, & Herculem ἀγέλαστον, id est, in malis adiutorem, & medicum Æsculapium. Hæ quidem sunt lubricæ & exitiosæ à veritate digressiones, quæ hominem à calo detrahunt, & in barathrum pessundant.

αὐτῶ, ab augendo, ἑάλω, à germinando.

COMMENTARIVS.

IMPIA ergo adyta ne inuestigetis. Postquam ostēdit quod sit Dei Verbū, quod suscepta carne est Christus Deus simul & homo, & quàm multis & magnis hominem affecerit beneficiis, & quanta sit merces, & præmium eorum qui ipsum sequuntur, nempe regnum cælorum, quod credentibus & per ipsum ambulantibus est apertum, ex his infert & concludit, non esse quærenda oracula, fugienda execranda mysteria, abhorrendos Dæmones, idolorum cultum esse vitandum. In primis autem enumerat multa oracula, quæ serò quidem, sed tandem tamen mendacij sunt conuicta, & tanquam fabulosa sunt reiecta. Impia ergo adyta ne inuestigetis, Græcè est ἄδυτα πύλαι ἀθεῶν μὴ πολυπραγμονεῖτε. Hoc est, Adyta ergo impia ne curiosè quærat. Adyta, inquit, etymologicon Græcum, vocatur loca templorum quæ non licet omnibus intrare, à verbo ἀδύω, quod est intro, & à priuatiua particula. Sunt ergo adyta loca templorum quæ non sunt conspicua, sed remota, & in penetralibus, domusque subterraneæ & obscuræ. Cum autem in adytis dicerentur dij habitare, Clemens ea vocat ἀθεῶν, id est, in quibus non sit Deus, quod vertimus impia. Nam ut maximè in eis habitent Dæmones. Dæmones certè non sunt Dij: Dij enim gētium sunt Dæmonia. Eos autem Deos seu Dæmones ex adytis excessisse dicit Vergilius Troia capta. Ne inuestigetis, Græcè autem est, μὴ πολυπραγμονεῖτε, ne curiosè quærat. Nec barathrorum. Barathrum dicitur: & locus profundus in quem immituntur malefici, aut locus concauus, cuius superiora quidem sunt firma & valida, inferiora autem mollia, ut qui ea subeunt demergantur. Propriè autem dicitur Barathrum locus concauus, per quem subit, non amplius apprensus fluius. Hic autem Barathrorum ora vocat oracula, ut quæ sita essent in antris & speluncis. De Barathro vide etymologicon Græcum, & Celium Rhodiginum lect. antiquarum lib. 17. cap. 9. Præstigijs Græcè πρεστῖας, πῖρας quidem monstrum significat & portentum. πρεστῖα autem est ψευδολογία γρηπία, Aristoph. in Comædia quæ inscribitur νεφέλαι. Aut Lebeten Thesprotæum. Plinius inter populos Epiri primos recenset Chaones. Deinde Thesprotos. Nonos autem Moloisos, apud quos, inquit, Dodonæi Iouis templum oraculo illustre. Pausanias autem non in Molois, sed in Thesprotis collocat Dodonem, sic scribens. In Thesprotide quidem & alia valde quæ spectantur digna sunt: & Ioias in Dodona templum, sacraque ei fagus. Thesprotiam autem & regionem & ciuitatem in finibus Thessaliæ esse sitam, dicit Eustathius in Homerum, interpretans illum versum Odyssæ.

Τὸν δὲ ὡς δωδώνη φάτο βήμεναι, ὄρα σταῖο
Ἐκ θρῶος ὑψιπέμοιο διὸς βυλλῶ ἐπακόνθ.

Vbi multa etiam licet videre quæ scripsit de sacra illa quercu, quæ existimata est antiquissima, & quæ prima fertur dedisse alimentum hominibus, & de Dodonæo oraculo, quod fuisse omnium antiquissimum scribit Herodotus, & de are illo Dodonæo, & leberibus illis quorum vno pulsato, cæteri deinceps resonabant. De quibus videre licet & apud Pausaniam, & in Chiliadibus Erasmi, in Prouerbio, æs Dodonæum. Sed cum hîc noster Clemens, & de lebe te loquatur Thesprotæo, & paulò post de are Dodonæo, & videatur statuere ea esse diuersa, cum de are tantum Dodonæo, quo illi consonantes intelliguntur lebetes loquatur scriptores, non video quomodo solui possit hoc dubium. Nam etsi dici possit Dodonem olim fuisse Thesprotorum quæ nunc est Moloisorum, ut scribit Eustathius, non ex eo ramentum distinguitur, lebes Thesprotæus ab are Dodonæo. Sed hæc relinquamus iis qui fabularum Poëticarum studiis de-

Plinius lib. 4. naturalis histor. in prologo.

Pausan. lib. 10. Phocicorum.

lectantur. *f* Aut tripodem Cyrrheum. Oraculum intelligit Delphicum. Erat autem Cyrrha vrbs Phocidis, à qua dictus est campus Cyrrhæus, qui cum Apollini Delphico fuisset consecratus, suauis & consilio Solonis, à Phocensibus autem postea vsurpatus aratusque, & in prophanos vsus esset redactus, is fuit causa excitandi belli sacri, de quo vide Diodorum Siculum. Quamuis autem alia vrbs est Cyrrha, alia Delphi, quoniam tamē in eadem regione vtraque sita erat Delphicum oraculum, Tripodem Cyrrhaum hic vocat Clemēs. Erat autem hoc oraculum apud veteres Græcos in tanta auctoritate & existimatione, vt quicquid ab eo esset responsum, id pro certo & de quo dubitari nefas esset haberent. Vnde ortum est prouerbium, E tripodem. Erat autem tripos ille cneus, propterea quod as diuino quodam spiritu vndique consonet, & saepe est depræhensum as concauum cum omnia sileant sonum edere, erat enim tripos symbolum veritatis, & sacri Apollini & Baccho. Apollini quidem propterea quod is sit Vates. Baccho autem, propterea quod per ebrietatem verum dicatur. Vide Eustathium in Iliadis, & in XIII. librum Odyssæ, & Chiliad. Erasmi in Prouerbio, E tripodem. *s* Gerandryon autem arenis desertis. Existimo eum intelligere de oraculo Iouis Ammonis, quod situm erat in Libya deserta in loco arenoso. Scribitur autem duæ Columbarum ex Thebis Ægyptiis euolasse: Quarum altera in Epiro, cum in fago confedisset, Dodonæi Iouis templum & oraculum designauit: Altera autem in Lybia deserta Ammonis Iouis templum & oraculum. De his vide Eustathium in XIII. librum Odyssæ, & Seruiū tam in Georgica quam in Bucolica Vergiliana. Atque in Dodona quidem annosam fuisse quercum, è qua dabantur oracula, testis est idem Eustathius in loco quem citauimus. Num itidem autem etiam apud Iouis Ammonis templum fuerit quercus annosa, è qua darentur oracula, nusquam memini me legisse. Annosa autem arbor vocatur, Græcè γερανδρῶν, sic inscriptum est in Etymologico γερανδρῶν ἔστι πλάγῳν φυτῶν. συμμίχεται γὰρ γερμανός καὶ πλάγῳν ἔστι ἄνθος ἐν τῷ πρὶν συμμιχθέντος ἔξασπυμένον ὡς τῆς ἀρπύης, δοκεῖ γὰρ πρὸς τὴν ἐγγῶν ἀρπύης. id est, Gerandryon est vetus planta. Significat veterem plantam, & quæ consenuit, aut quæ in radice coalita est exsiccata. Dicta est ἀρπύς, id est quercus. Videtur enim quercus fuisse prima planta cognita. *h* Sicutio quidem certè mandatus est fons Castalius. De fonte Castalio scribit Pausanias in Phocicis, qui est liber decimus, A gymnasio sursum ad sanum via ducit, ad dexteram Castaliæ aqua præterfluit, suauis illa quidem potu. Fōti indigenam quandam mulierem nomen dedisse ferunt, &c. Hæc Pausanias qui quod fuerit diuinatioris nihil dicit penitus, est autem verisimile cum is non procul abesset à Delphis, vim quoque diuinandi ei esse tributam. De fonte autem Colophonis disertis verbis scribit Plinius, Colophone in Apollinis Clarij specu Lacuna est, cuius potu mira redduntur oracula, bibetium breuiore vita. Sed Lacunam vocat, quam Clemens noster fontem. Narrat nobis alius quoque diuinationis, vel insanæ potius vanitatis oracula. *1* Clarium, Pythium, Didymeum, Amphiarum Apollinem, Amphilocum. Erat Clarium Apollinis oraculum in Claro Ionæ oppido, cuius meminit Pausanias in Achaicis lib. 7. Pythium oraculum est notius quam vt de eo aliquid sit dicendum. Didymis autem quod fuit oppidum Achaicum, Apollinis fuisse templum testatur Pausanias in Corinthiacis lib. 2. De Amphiarai fonte, oraculo, & responsis, & de eius tēplo apud Argiuos, vide Pausaniam. Nescio cur Apollinem coniungat cum Amphilocho, nisi fortè quod vna & eadem ara, vt scribit Pausanias, in has partes sit diuisa, vna Herculi sacra, & Ioui, & Apollini Pæoni: altera Heroibus & Heroum vxoribus: tertia Vestæ, Mercurio, Amphiaro & Amphilocho, &c. De eodem autem Amphilocho dicit etiam paulo post, Amphilochi in Atheniensium vrbe etiam ara est, & in Ciliciæ loco mallo oraculum, mea ætate omnium verissimum. *2* Quod si velis monstrorum inspectores. Monstrorum inspectores, Græcè περσποκόμης. Dicuntur etiam περσπορροί. Est autem πέρας, idem quod σημιόν. Sed in hoc differunt, quod πέρας dicitur res quæ facta est præter naturam, quam Latini monstrum, portentum, & prodigium appellant: σημιόν autem res quæ facta est præter communem consuetudinem. Sed confunduntur, & alterum pro altero sumitur. Augures & auspices, Græcè οἰωνοσκόμης, qui etiam dicuntur οἰωνοκλάται & οἰωνισαί. Ij autem sunt qui futura diuinant ex garritu & volatu auium. Vnde & Latine Augures à garritu, & auspices dicuntur ab earum volatium inspectione. οἰωνός autem, etsi pro quauis auē vsurpetur, proprie tamen significat vulturem, qui dicitur οἰωνός ἀπὸ τοῦ οἴος, quod est solus. Dicunt enim eos sæpe parere absque coitu ex vento & calore & solis radiis. Somniorum coniectores qui etiam dicuntur οἰεροπόλοι, quod in somniis coniectandis versentur. De quibus scripsit Artemidorus *1* Ad Pythium autem adductos. Multa erant genera diuinationis, quæ vult omnia iuxta Pythium Apollinem posita mandari silentio & obliuioni. Inter ceteros diuinatores erant qui è farina diuinabant, qui dicuntur ἀλευρομάχτες, erant qui ex ordeo, qui κριθομάχτες, erant etiam in quorum ventre malignus illic habitans spiritus loquebatur, & futura prædicebat, qui Græcè dicuntur ἐγασπυμένωι & ἐγασπυμένωις, & à nonnullis πνεύματες. De quibus non consulendis, & in veteri testamento cauetur, & qui eos primū abstulerat, Saul, cum mulierem Pytonissam postea consulisset in prælio victus, ipse sibi mortem accersiuit, & consciuit. Eiusmodi mulierem Pytonissam cum à Dæmone liberasset Diuus Paulus, id ægrè tulerunt eius Domini, quod eo miraculo sibi ablatu esset quæstus quem ex ea faciebant. Eos tempore Clementis apud multos fuisse in honore, ipse hic testatur. Quod quidem est verisimile, ideo euenisse, quod quæ prædixerat, aliquando verè accidebant. Testatur Cælius Rhodiginus eiusmodi mulierem suo tempore fuisse in sua patria, quæ de præteritis quidem & præsentibus vera diceret, in futuris autem quæ prædicebat, saepe falleret. Nostro quoque tempore fuit celeberrimum illud miraculum, quo mulierem in Pythone obsessam, & mirandum in modum vexatam, ei oblato sacrosancto Christi corpore frequentissimo inspectante populo, liberavit Reuerendissimus Laudunensis Episcopus. *m* Iam verò adyta Ægyptiorum. Ægyptiorum falsam religionem & inanem superstitionem, nemo ex Ethnicis melius describit quam Herodotus in Euterpe, ex Christianis quam Epiphanius, cuius sunt hæc à nobis Latine versa. Plus autem omnino quam omnes errantes Ægyptij, non solum propria vitia coluerunt & affectiones, sed volucres & quadrupedes, terrestriæque

Plin. lib. 2. cap. 103.

Paus. lib. 1. & 2. Cor.

Deut. 18. & Leuit. 20. 1. Reg. 24. Act. 16.

terrestriæque & aquatilia, & fera quædam & immania animantia, & quæ à Deo sancto in seruitium eis fuerant tradita, in suo ordine mouerunt, & vt quæ mente sint Heluina, quæ apud ipsos sunt animalia colunt, in Deos referentes citra vllum pudorem, canem latrantem, felem serpentes comedentem, hircum libidinosum, ouem imbecillam, Crocodilum multifidum & immitissimam Ibim quæ deuorat venena, & miluum, & accipitrem, & coruum, quæ sunt maximè seruilia, serpentemque tortuosum & iniucundissimum, &c. De his vide etiam Theophilum Antiochenum ad Antolycum & Eusebium de præparatione Euangelica. Hetruscum quidem Aruspicinæ & auguriorum disciplinam calluisse, monstra & prodigia apud Romanos procurasse saepe legitur. De eorum autem necromantia, qua manes mortuorum ad danda responsa excitantur, vix vsquam legitur, nisi fortè de iis intelligatur quod scribit Eustathius, quod in sinu Italiæ qui dicitur Auernus, fuerint olim νεωρομαντῖαι, id est ex excitatis mortuis diuinationes, Auernus autem lacus sit in Hetruria. Ex quo intelligitur Necromantes fuisse Hetruscos, Latius autem quam nunc patuisse Hetruriam, vt quæ intra suos limites comprehenderet etiam Campaniam. *n* Sunt hæc verè insana infidelium hominum commenta. Quanta sit gentium diuinationis stultitia, insania & vanitas, non solum norunt pij & fideles, sed etiam externorum auctores cognouerunt. Nemo certè vniuersum diuinationis genus quam sit ineptum vidit, acriusque & facetius irrisit quam Cicero in secundo de Diuinatione. *o* Harum præstigiæ mercaturæ sociæ sunt capræ. Inter cætera ex quibus dicit sumi diuinationem, auguriæque obseruari & auspicia, enumerat Alexander ab Alexandro & Capras quæ Carano eximia fuerunt duces felicitatis, & coruos qui maxima ex parte futuram infelicitatem significat: rarius autem felicitatem. Cur autem dixerit Clemens capras ad diuinationem exercitatas, & Coruos doceri ab hominibus dare responsa, non satis intelligo, nisi fortè significet capras ab impostoribus fuisse edoctas quædam felicitatis aut infelicitatis signa edere, & coruos certa voce quam didicerant à magistris, vel prospera, vel aduersa portendisse, illud autem dare responsa, vocet voce futura prædicere. *p* Quid sibi recensent mysteria? Oraculis & diuinationis multis generibus expeditis, aggreditur exponere quam sint turpia probrique & dedecoris plena mysteria: ea autem dicit, se non propalaturum vt Alcibiades, sed latentes in eis præstigiæ aperturum, & eorum Deos tanquam in vitæ scenam productos, spectandos prolaturum. Quod est autem Latine, Non propalabo, Græcè est ἐκζητήσωμαι. Plus est autem ἐκζητήσω, quam propalare. *q* Εξορχήσω enim est irridere, & probro & contumelia afficere. Quod fecit Alcibiades, qui cum facis non esset initiatus, & prophanus Cereris sacris interfuisset, quod nō licebat, non solum ea euulgauit, sed etiam irrisit, & probro affecit. Quo factum est, vt cum Lamacho & Nicia ad bellum missus Syracusanum, absens ab aduersariis vocatus in odium & inuidiam, cum esset religionis violatæ nomine condemnatus, ad Lacedæmonios confugerit, eius autem consilio & opera cum Lacedæmonij Atheniensium potentiam fregissent, ab Atheniensibus reuocatus eorum fractam instaurauit potentiam. *r* Dionysium Mænolem Orgiæ Bacchi celebrant. Quam turpia, quam obscæna, quam insana essent Bacchi Orgia, vide apud Alexandrum ab Alexandro lib. Genialium dierum cap. 19. & in Ludouici Viuis commentario in D. Augustini de Ciuitate Dei lib. 7. cap. 20. & 21. vbi exponens, quæ scribit D. Augustinus, refert quæ de iis narrantur ab Herodoto & Plutarcho in libello, De cupiditate opum. Inter cætera autem Bacchi cognomina ei quoque datum est cognomen Dionysij Mænolæ. Dionysij quidem à Nyssa mōre Thraciæ, ex quo furore primæ percitæ mulieres Bacchi Orgia celebrarunt, quæ Bacchæ & Mænades sunt dictæ. Bacchæ quidem à Baccho, Mænades autem ἀπὸ τῆς μανίας, id est à furore. Mænolæ autem quod vinum, quod fertur esse eius inuentum, qui immoderatè bibunt eos reddat insanos. Quod autem Bacchantes crudas carnes comederent apud eos quos legi nusquam memini me legisse. Comestiones autem fieri legi, in quibus fieri diuisionem carniū est verisimile. Quod hedera coronarentur legi, non autem quod serpentibus. Est autem satis verisimile eos furentes eo processisse insanæ, vt & crudas carnes ederent, & hederis serpentes adtexere pro ludo haberent. Quoniam Eua est propria vox Bacchantium scitè & appositè dicit eos Eua vlulare, Eua, inquam, primam nostram matrem per quam error est consecutus, quæ serpentis fraude esu pomi inescata, primam peccati labem in genus humanum inuexit, & mortem à qua alioqui futuri eramus immunes, accersit. Serpente autem mysteriis initiatum, illum dicit Serpente, quo Bacchantium hederaceæ coronæ erant redimira. Illum ergo serpentem dicit veluti quodam symbolo seu signo significari, cuiusmodi essent illa Orgia Bacchica. *s* Iam verò si accurata vox spectetur Hebraica. Eua apud Græcos scribitur absque aspiratione, Hebraicè autem dicitur Heua, cum aspiratione, quod est nomen primæ illius mulieris à Deo ex Adam costæ creatæ, ex qua origo hominum est deriuata. Significat autem Heua vocabulum idem quod viuens. Est etiā Heua fœminini generis, quod animal & bestiam significat. Vult ergo significare non magnum esse discrimen inter fœminam & serpente, quo fuit facilius serpenti seducere fœminam. *t* Ceres autem ex filia Proserpina. De raptu Proserpinæ scripsit Ouidius lib. 5. Metamorphoseos, & de hac re seorsum poëma cōscripsit Claudianus. Res autè erat adeo nota omnibus, vt de ea à Poëtis scriberentur actus, qui Græcè dicuntur δράματα, nempe Comædia, & Tragedia. In sacris autem Eleusiniis, in memoriam Cereris amissam filiam quærentis accensis facibus, fiebat quædam lustrationes. *u* Mihi autem videtur. Ad rem melius intelligendam multum confert etymologia, id est vera nominis ratio. Orgia ergo & mysteria quænam, & cuiusmodi sint expositurus, à vocabulorum incipit etymologia. *v* Orgia quidem dicuntur. Ab ira quidem Cereris ea dicta esse dicit, sed quænam fuerit ea ira prætermittit. Scribit autem Diodorus Siculus de fabulosis narrationibus, Iouem in Draconem mutatum cum Proserpina filia esse congressum, ex quo incestu fertur natus Dionysius Taurus, non ille qui ex Semele est susceptus, & ab ipso, cum ea fulmine percussa esset mortua, in fœmore fuit inclusus ad tempus vsque partus. De his & de diuersis Dionysij nominibus, vide Betuleium in tertium librum Cic. de natura Deorum. *w* Mysteria autem ἀπὸ τοῦ μύστου. Abominationem vocat incestum

Vide Alex. ab Alex. genial. lib. 5. cap. 19. Eustath. in Rapf. Odyss.

illum à Ioue admissum in filiam Proserpinam, ex quo procreatus fuit Dionysius Taurus. Quod si etiam à Myonte quodam Attico. Cum solus Apollodorus, qui hodie non extat, quod sciam, narret hunc Myontem interisse in venatione, de eo frustra alibi quaeritur. Hoc est autem quod dicit Clemens, Si à Myonte qui in venatione est mortuus, vestra denominantur mysteria, non est quod ad vobis inuideamus. Nam cum ea fiant in honorem mortui, & sepulchri honore afficiantur, non est quod existimemus in iis esse aliquid diuinum.

2. Possunt autem aliter quoque intelligi μυστήρια. Hic affert aliam etymologiam vocabuli mysteriorum, nepe quod dicuntur μυστήρια, quasi μυστήρια, id est fabulae venantes. Hanc autem affert causam, quod mysticis fabulis ad execrandorum sacrorum suorum societatem ex diuersis gentibus plurimos pellicerent, quomodo etiam in euangelis dicuntur Scribae & Pharisei mare circuisse, & aridam,

Math. 22.

vt vnum facerent profelytum. Hanc mysterij etymologiam videtur hinc sumpsisse Etymologicon Graecum μυστήρια, μυστήρια, μύθος γὰρ ὁ λόγος. sed eum mox corrigat, dicens βέλπον ἔν δέ τῃ μύθῳ τῆς τρεῖν ἑνδόν. Melius est autem clausis oculis, quae sunt intus seruare, & paulo ante μύθος, id est mystes dicitur ὡς ἐπὶ τῷ κρυμμένῳ. id est à μύω, quod est conuideo & claudio oculos: clausis enim sensibus, & à carnalibus remoti cogitationibus diuinas suscipiebant illuminationes. Cum autem μύω, non solum significet conuideo, sed etiam claudio & caelo. Mysterium dici potest à μύω, quod mysteria sint arcana & secreta, & minimè aperienda ac reuelanda. Porro autem Clemens causa sua, nempe mysteriorum gentium vituperationi feruens, has solas duas, quas diximus, nempe μύθος, id est abominationis, & μυστήριον, id est venantium fabularum, dedit ἐτυμολογίαν. Qui si verorū, Christiana, inquam, fidei veram voluisset dare etymologiam, non eam duxisset ab his duobus quae diximus, nempe ab abominatione & fabulis venantibus, sed ἀπὸ τῷ μύθῳ, quod est celare. Sunt enim Christianae fidei mysteria eiusmodi, vt cum nec comprehendi, nec verbis exprimi possint, ideo celentur quod sint ineffabilia, & propterea sunt arcana & secreta. Gērium quoque mysteria dicuntur à celando, quod ea propter eorum turpitudinem probrum, & dedecus non essent aperienda & detegenda. Hae est ergo verbi etymologia: rei autem definitio ab eo est praetermissa, tantum mysteriorum gentium descriptio & oculis subiecit turpitudinem. Mysterium autem sic definit Theodoretus, Mysterium est quod non est notum omnibus, sed iis solis qui contemplantur, & Mysterium est quod non omnibus declaratur, sed solis amicis creditur. Quae quidem definitio sumpta est ex Chrysost. in epist. ad Timoth. Idem quoque Chrysost. in epist. 2. ad Cor. cap. 2. Mysterium est in quo non id quod credimus, intuemur, sed aliud videmus, aliud credimus. Nemo autem rem melius expressit quam Varius Camers in suo lexico Graeco μυστήριον ἐστὶ θεωρία πνευματικὴ τῶν ὀφθ. πολλῶν κατὰ τὴν ἀξίαν ἀφ' οὐρανα. Mysterium est spiritualis contemplatio, vulgi captum effugiens. Pereat ergo qui huius fraudis. Male precatur ei qui primus fuit autor horum mysteriorum & orgiorum quicunque is fuerit. Deinde eos recenser qui ea instituerunt, Dardanum quidem mysteria matris Deorum, Eetionem autem orgia & sacra mystica Samothracum: quoniam autem instituerit Midas Rex Phrygum qui ab Odryso didicerat, nihil dicit. Dardani autem & Myda Regis Phrygiae, sunt nomina etiam vulgo satis cognita. De Eetione autem nihil memini me legere. Quod autem Dardanum, & Eetion, & Midas ea quae dicit orgia, & sacra mysteria instituerit, ex iis qui non amplius extant Clemens accepit autoribus. Apud eos enim quos hodie habemus, de iis nihil inuenimus mandatum literis, cum tamen Sacrorum Cybeles, quae est mater, vt vocant, Deorum, eiusque ministrorum Curetum, Corybantum & Cabirorum, & sacrorum Samothraciae frequens fiat mentio, tam apud Poetas, quam apud eos qui soluta scripserunt oratione. Fraudem tradidit artificiosam. id est, suis subiectis falsorum horum sacrorum certos ritus tradidit & caeremonias. Non enim Cyprius insularis. Venus in Cypro insula est nata, vnde etiam dicta est Cypris, quae cum fuisset meretrix; eam antiquissimus Rex Cyprj Cinyras in Deos retulit, quae noctu fiebat obscena Orgia in lucem proferens. Ea primum instituit vt Cypriae virgines cum mercatoribus ad litus maris appellentibus coeuntes ex turpissimo quaestu dotem sibi pararent. Huius autem Cinyrae meminit Homerus in Rap. L. Iliadis, dicens eum Agamemnonem excepisse hospitio. Melampodem autem filium Amythaonem. Ex Aegypto quae impietatis & superstitionis omnis fuit magistra, & ad Graecos, & ad Romanos execranda quaedam sacra & festa fuisse deducta apud autores multos satis constat. Sed quod Melampus Amythaonis filius ex Aegypto in Graeciam traustulerit festum Cereris, in quo celebratur luctus Cereris Proserpinam filiam à Plutone raptam quaerentis, et si diligenter quaerierim, nusquam potui inuenire. Hos ergo dixerim fuisse principes. Mysteria dicit esse semen vitij & corruptelae, & qui ea instituerunt fuisse auctores omnis superstitionis, & impiarum fabularum & patres superstitionis, seu falsa religionis, & abominandi Deorum cultus. Iam vero, tempus enim. Postquam satis praemunuit auditorem, nunc aggreditur ipsa aperire mysteria. Ea dicit esse plena fraude & praestigijs, quod iis decipiantur homines, & oculi eorum praestringantur, vt qui se putent alia videre videant, & pro sacris habeant, quae sunt maximè execranda. Dicitque se eorum turpitudinem oculis ita subiecturum, vt non solum ij qui mysterijs non sunt initiati, sed etiam qui sunt initiati, vera quae dicit agnoscentes sint risuri fabulas quae ab ipsis habentur in honore. Aperte autem dico quae sunt occulta. Turpia & obscena pudor est dicere, sed longè magis est pudendum adorare quae pudor est dicere. Quae ergo ex spuma est in Cypro est genita. Ex Caeli genitalibus à filio Saturno abscissis, & in mare proiectis, & cum maris spuma coniunctis nata est Venus amica Cinyrae, de qua iam diximus, vt Hesiodus scribit in Theogonia. Et ideo vocata est Venus à spuma, quae ἀφρός Graecè dicitur, ἀφροδίτη, & ex Cypro in quam nata appulit κωπέσθησια, id est in Cypro genita, & Cypris, & φιλομήδης, quod exorta sit ex genitalibus quae vocantur μύθηα. Ea ergo, inquit, Venus in vestris sacris mysticis, est tanquam fructus dignus libidinis vestris partibus, nempe pudendis, quasi diceret, Mysteria vestra sunt huiusmodi, vt libidinis vestris partibus, nempe pudendis, iure conueniant, & fructus sint eis dignus. Marina huius voluptatis. Erant quidem vt ceterorum Deorum, ita etiam

Theodoro- ret. in Rom. cap. 11. 1. Cor. 15. 2. Corinth. cap. 2.

etiam Veneris arcana mysteria, erant tamen in eis eiusmodi symbola quae initiatis rei latentem aperirent veritatem. Initiatis, inquit, in hac arte meretricia, id est initiatis mysterijs Veneris, traditur granum salis & Phallus. Granum quidem salis significabat ex mari ortam Venerem, Phallus, id est arrectum membrum virile procreatum ex genitalibus. Nummus autem, quem initiati dabant Veneri sicut amator dat amice, significabat eum & ipsam fuisse meretricem, & meretriciam artem in Cypro instituisse. Nam quod vertimus, amica, Graecè est ἑταίρα. Solent autem Athenienses vt rem leniant, meretrices appellare ἑταίρας, id est, amicas. Cereris autem mysteria. Execrandorum flagitiorum non poterant, non esse execranda & abominanda symbola. Idem Iupiter cum matre Cerere concubuit, & ex ea Proserpinam genuit, & cum eadem Proserpina postea coiens ex ea suscepit Dionysium Taurum. Haec sunt ergo praecleara illa mysteria. Coit cum matre Iupiter, mater quae eadem est etià vxor, in filium & eundem maritum irascitur, propter quam iram appellata est βεμνίαν, ἀπὸ τῷ βεμνᾶν, quod idem est ac fremere, & ipse Iupiter factum aegre ferens precibus matrem placat. Per fellis potum quid significaretur non satis intelligo. Per cordis autem euulsiones fortè significatur Atys iuuenis, cuius amore capta fuerat Cybele, cum ipsa ex eo deprehensa fuisset grauida, per summam crudelitatem occisus à parentibus simul cum nutricibus, ipsa autem Cybele ob dolorem insana effecta in publicum prodiit, psallensque cum Tympano, Diodorus Siculus lib. 4. Bibliotheca. Dictu autem nefandae operationes significant, fortè nefariam Atys à Cybele executionem, cum eum deprehendisset cum pellice. Quam quidem nefariam executionem imitati sunt postea Galli Sacerdotes Cybeles, qui virilibus amputatis ei sacra faciebant, & cum Tympanis & Cymbalis tumultuantes oberabant. Haec mystica sacra peragunt Phryges. De Cybele Attide, Curetibus, Corybantibus, & Idæis Dactylis, vide quae scribit Strabo lib. 10. neque enim immorandum in iis ducimus, quae non recenser Clemens, vt discamus, sed vt ea gentes rideant & abhorreant. Phryges autem dicit ea sacra mysteria peragere quod ea à Phrygia orta sint, & à Sacerdotibus Cybeles, qui Galli sunt appellati, primò sunt facta. Hoc quoque iactant. Iuppiter fingens se aegre ferre quod Cererem, quae eadem est quae Rhea, vt vult Diodorus compressisset, arietis aulos coleos in eius sinum iniecit, fingens eos esse suos, & se stupri ei illati poenas dare, quod erat falsum. Haec symbola huius initiationis. Symbola, inquit, vestrorum mysteriorum vobis abundè exposita vos vel inuitos cogent ridere, licet aegre feratis quod resellamini in iis quae vobis sancta videntur & veneranda. Ex Tympano comedi. Haec verba sunt signa & symbola quae significabant ea quae continebantur in mysterijs, nempe esum & potum, & ingressum in thalamum, ex quo significatur postquam comedissent & bibissent Iuppiter & Ceres, Iouem tanquam in nuptiali thalamo coiuisse cum matre Rhea seu Cerere, ea enim multis fuit appellata nominibus, & quem vocat patrem hominumque Deumque, suo exemplo homines incestum docuisse. Quid autem stitiam reliqua adiecerim? Per interrogationem auditorem reddit attentiorum. Vtrum quidem gerit Ceres. Non satis habuit Iuppiter cum matre couisse, & ex ea filiam suscepisse, nisi cum filia incestum admitteret, qui etiam sororem suam vxorem duxerat. Pater est corruptor puellae Iuppiter. Rem exaggerat à circumstantia personae, quod qui filiam suam bonis moribus debebat instituire, ipse eam corruerit, & eam induerit personam vt cum ea concumberet, quae faciliè quam esset sceleratus argueret. Draco enim factus cum ea coit. Draco autem in multis sacrae scripturae locis accipitur pro Diabolo seu cacodamone. Sabaziorum certe mysteriorum. Scribit Diodorus lib. 4. historiae fabulosa tractans de Dionysijs, cum quisnam sit vnus ex iis exposuisset. Traditur quoque, inquit, & alter multa prior aetate fuisse Dionysius, quem aiunt ex Ioue & Proserpina natum, à nonnullisque appellatum Sebasim. Huius generis sacra honorisque propter pudorem nocturna oculaque agunt. Fuit is quoque à Poëtis appellatus Sabazius & Zagraeus. Sabazius, vt dicit Heraclides in XII. de Heraclea, eum citante Commentatore Aristophanis in Comedia, cuius est titulus Aues, ἀπὸ τῷ σέβασθαι, quod idem est quod Bacchari, siue clamare. Zagraeus autem ex eo quod sit valde ferus & agrestis. Za enim est particula intensiua. Cuiusmodi autem esset hoc mysterium, iis qui mysterio erant initiati, ostendebat signum, id enim est symbolum. Symbolum autem seu signum erat Deus qui sinum subibat & peruadebat. Is autem Deus erat Draco, qui cum traheretur & reperer per sinum initiatorum, significabat Iouem in Draconem conuersum, cum filia Proserpina concubuisse, & ex ea natum esse Sebasim seu Sabazium aut Zagraem, qui idem est quod Dionysius, quod quidem erat euidentis argumentum seu incontinentiae. Parit autem Proserpina quoque filium Taurina specie Ex eo Iouis cum filia Proserpina congressu natus est Dionysius, qui & Taurus, & ταυροκέφαλος, & ταυρομορφος, & κερατοφόρος, & κεραίος, & βούκιρκος, est appellatus. Idem est autem qui est Sebasim & Sabazius & Zagraeus. In monte occultum bubulcus stimulum. Est hoc quoque, vt existimo, aliud symbolum mysteriorum Sabbaziorum, sed quod non satis intelligo, nisi fortè in iis esset Bubulcus, ad significandum Dionysij cognomen, nempe Taurum. Is gestabat occultam seu mysticam ferulam, ea autem ferula Graecè est κάρτης, quae etiam Thyrsus dicebatur, quam gestabat qui Bacchi erant asseclae. Vnde est etiam Graecum prouerbum κερθηφόροι πολλοί, καὶ αὐτοὶ δὲ τὴν βέλκην. Bubulcus ergo taurum significabat. Ferula autem, seu Thyrsus Dionysium. In Graeco autem contextu est κέλον, sed lego καλόν, vt sit καλοὶ προ καλῶς. Haec mea est coniectura quae au vera sit, nescio: mihi quidem certè videtur locus mutilus & corruptus, sed malui meam qualemcunque asserre coniecturam, quam nihil dicere: lectori interea suum relinquens iudicium. Vis etiam tibi narrem quomodo flores collegerit Proserpina. De Proserpinae flores legētis, & in Calathum immittentis à Plutone rapti, vide Ouidium in Metamorphof. lib. 5. & integrum de ea poema Claudiani. De suis autem Eubulei quae cum duabus deabus sunt abforptae, nusquam memini me legere, neque quod in Thesmophorijs megaricè loquentes expellunt porcos. Totum hunc locum Clementis traduxit Eusebius in suum opus de praeparatione Euangelica lib. 2. cap. 5. Sed eius interpres Trapezontius in multis videtur à nostro exemplari dissidere. Ita enim habet. Nequeo latius huius Perephatae sacra enarrare,

10

20

30

40

50

60

quasillum, rapinam Idoneæ, ubi legendum est Adonei, id est Plutonis, terræ suæ Eubulei, quos eodem hiatu simul & duas Deas absorptas aiunt fuisse. Vnde Megareses in Thesmophoriis suis immittunt, legendum fortè est, suæ emittunt. Et quod ille vertit Megareses, Græcè est *μεγαρέσις*, id est Megaricè loquentes seu Megarica lingua loquentes. Ideo autem Megaricè fortè loquebantur, quod cum Megaris esset Cereris domicilium, quod Megarum dicebant, ut scribit Pausanias lib. 1. Atticorum, Megaricis ritibus vterentur in Thesmophoriis. *Huius fabula diem festum mulieres variè concelebrant.* Cereris filiam quærentis, & Proserpinæ filia rapta erant aliquot dies festi. Erant Thesmophoria, id est dies festus Cereris legifera. Nam inter cætera Cereri tribuitur quod prima leges tulerit. Prima, inquit Ovidius, dedit leges, *θεμὸς* enim, lex dicitur, sed propriè lex non scripta, quàm vocant Iurisperiti consuetudinem. Erant etiam Scirophoria. Sic autem scribit qui Commentarium edidit in Aristophanem. Scira est dies festus 10 Mineruæ Sciradis XII. mensis Scirophoronis, qui est, ut vult Gaza, Mensis Martius. Alij volunt esse festum Cereris & Proserpinæ, in quo Sacerdos Erechthei fert umbellam albâ, quæ dicitur Sciron. Aliter, Scira est dies festus apud Athenienses, à quo etiam mensis Scirophorion. Dicunt autem qui scripserunt de mensibus & festis Atheniensium, quod Sciron est umbella, cum qua proficiscentes ex arce vadunt in quandam locum qui dicitur Scirus, Mineruæ sacerdos & sacerdos solis. Hoc autem portant Eteobutadæ, est autem hoc signum quod oporteat edificare, & tecta facere, utpote quod sit tempus aptum ad ædificandum. Mineruam autè Sciradem colunt Athenienses, quam Philochorus quidem in secundo Attidis dicit esse vocatam, à quodam Sciro vate Eleusinio. Praxion autem in secundo Megaricorum, à Scirone qui construxit Calaminem. Sciradem autem Mineruam fecit Theseus quando rediit occiso Minotauro. Dicunt autem quidem & mensis Scirophorionem & festum dici Scirophorion, quod à cæde Mino- 20 tauri reuersus Theseus, quam ex gypso fecerat Mineruam portarit. *Dionysij autem mysteria sunt planè inhumana.* Tota hæc fabula, & quæ ex ea pendent mysteria, ab Orphæi poematibus est petèda. Ea autem vocat inhumana mysteria, quod & per fraudem & per summam crudelitatem gesta sunt illa omnia, quæ causam dederunt mysteriis, Dionysius scilicet cum Curetibus choreas ducens, cum adhuc esset puer, puerilibus ludicris & muneribus, à Titanibus deceptus, & ab eisdem discerptus. *Pinea nux, &c.* Hæc sunt munuscula puerilia, quibus à Titanibus deceptus fuit puer Dionysius choreas ducens inter Curetas. *Pinea nux.* Græcè *κωνος*, quæ etiam dicitur *σπίλιος*. *Trochus.* Græcè *ρόμβος*, id est turbo. *Et qui flectunt membra mouentque ludi.* Græcè *πάρμα καμπόσημα*, ludicra, quæ flectunt membra. Discum autem vel pilam intelligit, quorum exercitium cogit membra inflectere. *Et quæ Hesperides miserunt aurea mala.* Fingitur in Hesperidum hortis in Africa fuisse mala aurea, quæ custodiebantur à Dracone perpetuo vigilante. *Inutilia autem huius mysterij symbola.* Sunt hæc symbola mysteriorum Dionysij à Titanibus his munusculis decepti & postea discerpti. *Atque minerua quidem.* De hac fabula quæ cor Dionysij sustulit, & ideo *ἀπὸ τῆς πάλλης*, dicta est Pallas, mirum ubique silentium. Giraldu Ferrariensis quidem certè, qui hoc de Diis gentium argumentum copiosissimè tractauit, cum cognomen Palladis multas attulisset rationes, de hac cordis ablatione & vibratione ne meminit quidem. De Palladis autem appellatione sic scribit Eustathius in I. Homeri Iliadis Rhapsodiam. Mineruam dicit Palladem per allegoriam, propter velocitatem & agilitatem prouidentiaæ aut prudentiaæ, pro qua accipitur Minerua, utpote dicta à *πάλλω*, quod significat moueo, ex quo etiã fors dicitur *πάλλω*, & *κραπάλη*, id est crapula, vibratio ex ebrietate, quod quidem est motus & circumactio capitis, quod dicitur *κράξ*. Historia autem eodem deducit Palladem & adolescentulam, dicens apud veteres easdem vocari Palladas & adolescentulas. Vnde etiam 40 denominata est *παλλακή*, id est pellex, & Pallantes dicti sunt iuuenes apud veteres, ut dicit Philistides in Syngenicis. Dicere autem eam sic vocari, quoniam in pugna cum Gigantibus interfecit quædam Pallantem Gigantem, vel quod euibrata fuit simul cum capite Iouis, vel quod Semele percussa fulmine, cum fœtus excidisset Dionysij palpitantis abortiuus fœtus cor ad Iouem attulerit, aut si quid aliud dicitur, id dicitur ex nugis fabulosis. Hactenus de cognomine Palladis, ex quo constat non inueniri illum sublatis cordis palpitationem quam scripserat Orpheus, cuius poema in quo hoc madauit litteris interit. *Titanes autem qui etiam ipsam discerperant.* Titanum fabulosa historia narratur à Diodoro Siculo, lib. 4. Bibliothecæ. Hi Titanes quod Dionysium discerpissent, & cum Ioue bellum gessissent, ab ipso fulmine percussi in Tartarum sunt amandati, & Dij Tartarei constituti. Hæc quoque ex Clemente, sed non nihil immutata & truncata sumpsit Eusebius lib. 1. de Præparat. cap. 2. Ut qui asarum carniū nidorem fortè 50 sensisset, cuius præmij se esse participes vestri Dij constitentur. Vnde Homerus lib. 4. Iliadis.

Οὐ γὰρ μοι ποτὶ βωμὸς ἐδύετο δαίμων ἐείσης.
 Λαίβης τε κιαστῆς τὸ γὰρ λάχρμεν γέρας ἡμέης.

Quod si etiam Corybantum. Hunc locum ex Clemente acceptum ita tractauit Arnobius. Obluioni etiam Corybantia sacra donentur, in quibus sanctum illud mysterium traditur. Frater trucidatur à fratribus, interempti ex sanguine Apium natum, prohibitum mensis olus illud apponi, ne à manibus mortui in expiabilis contraheretur offensio. Quamuis autem in Græco exemplari Clementis legatur, *τὴν τείνη ἀδελφὸν ἀποκτείναντες ἑπὶ*, & versio Eusebij habeat, Tertium fratrem ab his interemptum. Nos tamen Arnobium secuti, non tertium, sed suum fratrem vertimus, ut Græcè legatur, non *τρίτην*, sed *ἑαυτὴν*. Corybantes autem dicti sunt ministri sacrorum Cybeles matris Deorum, dicti Corybantes, quia inter saltandum iactarant capita. Hinc dicti sunt *κορυβαίτην*, qui iactant capita, & furiis, & numine agitantur. Cuiusmodi autem esset eorum saltatio, vide Cælium Rhodiginum lib. 5. lect. antiq. cap. 4. hinc natum est prouerbium *κορυβαίτην* pro insanire, vide Erasmus in Chiliad. *Et hæc sunt ut in summa dicam. Quam sint execranda & abominanda eorum mysteria summam exponit, cum ea dicat nihil esse aliud quàm cædes & sepulchra mortuorum.* *Ἡορῆν αὐτὴν sacerdotes.* Sacra mystica & solemnia *ῥήματα*. Qui autem ea ob- 60 abant

In Comm.

Giraldu de Diis gentium, hist. Deorum, synt. 11.

abant *ἀεικτιπλοῦται*, appellabant. Ij itaque erant qui sacris præerant. Eis autem non satis erat suis symbolis representare Corybantum fratris ab eis occisi calamitatem, sed etiam quædam monstra afferebant. Prohibebant enim ne in mensis apponeretur apium cum totis radicibus, erat enim eis persuasum ex sanguine occisi. *Putant enim ex Corybantico.* Abstinebant quidem Corybanticorum mysteriorum, mystæ ab Apio, propter eam quàm diximus causam. Mulieres autem quæ Thesmophoria celebrabant, id est festa Cereris, quæ quidem dicuntur *θεσμοφορεύουσαι*, quem titulum vni ex suis Comædiis imposuit Aristophanes, abstinebant ab esu mali Punici, propterea quod putarent mala Punica germinasse ex guttis sanguinis Dionysij, discerpti à Titanibus. Ijaci autem & Cibelei Sacerdotes festum celebrantes, non solum abstinebant ab esu mali Punici, sed ieiunabant, & ab omni cibo abstinebant, non solum propter Atym & Olyrim amissos, sed etiam propter raptam filiam Proserpinam quam quærebat Ceres. De his vide Augustinum lib. 6. de Ciuitate Dei, Hieron. in Iouinianum, Cælium Rhodi. lect. antiq. lib. 6. cap. 3. & Giraldu. 10 in historia Deorum syntagm. 12. cap. 1. Vide etiam Diodorum Siculum lib. 2. cap. 2. *Cabeiros autem appellantes.* De Cabiris vide quid scribat vir doctissimus & diligentissimus Cælius Rhodig. lect. antiq. lib. 17. cap. 20. Eorum constat fuisse teletas, sed quoniam ipsi fuerint dubitatur. Sunt qui eos putant fuisse Curetes. Fortasse autem iidem erant Curetes, Corybantes, & Cabiri. Ij ergo quicumque essent, & fratrem suum occiderunt, & Dionysij à Titanibus discerpti pudendum in cista repositum in Hetruriam, tanquàm præclaras merces portarunt, & Hetruscis colendum exhibuerunt, & apud eos egregias scilicet reliquias deposuerunt. Propterea autem quod Dionysius qui à Titanibus fuit discerptus, fuit etiam excæcus, satis verisimiliter opinantur, nonnulli eum fuisse dictum Atym, *ἀπὸ τῆς ἀτυίας*, quod est lædo & mutilo. *Et quid mirum si Hetrusci barbari.* Hetrusci erant barbari, ut qui ex Lydia duxerint originem. Quo fit ut minus sit mirum si eis persuaderi potuerit, ut tam turpia admitterent mysteria. Atheniensibus autem, & toti Græciæ omni humanitatis & doctrinæ genere excoltae persuaderi potuisse, ut omni probro ac dedecore plenam in Cereris mysteriis admitteret fabulam, planè est mirum. *Cum enim erraret Ceres.* Hic describitur origo mysteriorum Eleusinorum, quæ etiam lepidè narratur ab Arnobio aduersus gentes. *Hoc in hodiernum diem.* Quando Proserpinæ festa celebrabantur, luctu plena erant omnia ad exprimeandum dolorem matris filiam quærentis. Quando autem erat dies festus Cereris, prohibitum erat tristitiam præ se ferre, ne post inuentam filiam imitari viderentur Cererem, eam cum luctu & dolore quærentem, ut scribit Phurnutus, quem citat Giraldu historiæ Deorum syntagm. 6. cap. Proserpina. *Tunc autem habuabant Eleusinem terrigenæ.* Horum omnium meminit Pausanias in Atticorum secundo & tertio, 20 & eos dicit primos instituisse sacra Eleusiniæ, quanquam Homerus in suis carminibus de Cereris mysteriis Dysaulis non meminit. De Baubo autem ne verbum quidem fecit. Rei autem turpitudine fortasse effecit ut admoneretur in somnis Pausanias ne arcana reuelaret. Eumolpidæ autem dicti sunt ab Eumolpo qui ex Thracia genus duxit, qui ipse quoque docuit ritus initiandi mysteriis. *Et hoc sacra enuncians.* Græcè est *καὶ τὸ κηρύκων τὸ ἐκφαντικὸν διὰ τὸ πρὸς ἡρώσιν ἡρώσων*, κηρύξ apud Græcos multa significat, caduceatorem, facialem, præconem. Ex iis autem quidam dicebantur *διὸς ἀγγέλοι*, Iouis nuncij, quoniam inter Deos & inter homines intercedebant in sacrificiis, & Deorum festa annunciabant. De iis autem intelligit Clemens, non de facialibus, nec de caduceatoribus, nec de rerum venalium præconibus, nec de iis qui in gymniciis certaminibus victores renunciabant. Ut eos ergo à cæteris distingueret, non solum dixit *κηρύκων*, sed etiam addidit *ἱεροφαντικὸν*. *ἱεροφαντικὸς* autem est, qui ostendit mysteria, & ad diuina inducit eloquia. Et ideo sic 40 utendum diximus; Et hoc sacra enuncians præconum genus, non ut Trapezontius apud Eusebium libro de Præparatione cap. 2. Et præconum sacrum genus, aliud enim *ἱερόν*, aliud *ἱεροφαντικόν*. *Baubo autem (neque enim me continebo quin dicam.)* Hoc est illud arcanum, quod ne reuelaret Pausanias, dicit se in somnis fuisse admonitum: eum quidem certè, utpote, non somnium deterruit, sed pudor. Quod autem est Græcè *κωκῶν*, nos confectam potionem vertimus, est enim *κωκῶν* ex variis confecta potio. Eam cinnam vocat Arnobius, etiam si sapius vsurper vocabulum Cyceonis. Pudèda aperit *ἀναγέλλεται τὰ ἀδύσια*, Trapezontius vertit, sublata veste genitalia membra Deæ ostendit. Deest fortè aliquid, nempe *καὶ δεικνύει*, ut sit, vestes contrahit & pudenda aperit. *Hæc sunt arcana Atheniensium.* Egregia, inquit, sunt hæc mysteria, & quæ tam sancta & augusta sunt apud Athenienses, & à quibus arcentur profani, & quæ nemini sunt aperienda, & quæ tanti fecit Orpheus, ut ea suorum versuum mandaret monumentis. *Educam autem tibi ipsos versus Orphei, &c.* Nos sic eos vertimus, aliter Trapezontius apud Eusebium. Aliter Arnobius in lib. 5. aduersus gentes, sed in his versibus Iacchi non meminit. Quid autem eius loco subiiciat malim apud eum videas, quam dum id refero ipse sim ridiculus. *Eleusinionum mysteriorum signum est.* Græcè est *σῶθημα*, quod verti signum. Is enim alibi vocat *σύμβολον*, quod est symbolum, & signum: est autem *σῶθημα* signum, de quo inter aliquos conuenit, quod etiam dicitur Tessera. Erant autem omnia hæc symbola, non rerum diuinarum, sed planè obscenarum, & ridicularum signa. *Pulchra quidem hæc sunt spectacula.* Est hoc veluti quoddam epiphonema eorum quæ prius dicta sunt. Eiusmodi, inquit, Deæ talia conueniunt spectacula. Merito noctu, & in tenebris peraguntur hæc mysteria, & non abs re lucent faces quæ ardentè igne significant æterni ignis pœnas qui est præparatus post mortem Atheniensibus, & cæteris Græcis præter eorum spem & expectationem. De eiusmodi enim mysteriis talem non expectant mercedem. Dicuntur autem Athenienses ab antiquissimo eorum Rege Erichthæo, Erichtidæ. De Erichthæo autem, vide Pausaniam lib. 1. Atticorum. Illud autem qui magno vel potius vano est animo, Græcè est *μεγαλήτρος μάλλον δὲ ματαιόφρονος*. Est autem pulchra correctio & elegans allusio in *μεγαλήτρος* & *ματαιόφρονος*, quam vertentes magno & vano vtunque expressimus. *Hic quidem vaticinatur Heraclitus Ephesius.* Quicumque fuerit hic Heraclitus Ephesius, nondum enim memini me legere, ex verbis Clementis constat eum fuisse vatem qui post mortem prædicit, & minatur ignem iis quos enumerat, nocti- 60

Lact. lib. 1.

uagis, Magis. Fortè coniungendum est Noctiuagis cum Magis, vt id sit Magorum epitheton: ars enim magica maximè exercetur noctu in tenebris Bacchis, lenis, mystis, scribit Strabo lib. 10. Ministri & asseclæ Dionysij putabantur Sileni, Satyri, Bacchæ, Lenæ, Thyis, Mimallones, Naiades & Nymphæ, & Tiryri. Et est mysta quidem commune omnium qui quibusuis mysteriis iniciant, aut ea discunt: Lenæ autem dicuntur, vt vult Eustathius in Homerum, mulieres quæ Bacchum sequuntur, dicuntur & Bacchæ & Mænades. Dicuntur etiam Lenides, propter torcular quod vinum excipit, vbi licet videre quod melius dicuntur mulieres istæ Bacchi asseclæ Lenides quàm lenæ. Dicuntur autem Lenides ἀπὸ τοῦ λένειν, quod est torcular, à quo & Bacchus dictus est Lenæus, & Lenæa Bacchi festa, & mensis Lenæon. ^a Et sunt Draconis mysteria. Draconis dicuntur mysteria, & quod Cacadæmon quem Draco significat in scripturis ea suggesterit, & quod ea orta sint à Dracone, qui vt superius vidimus Dionysium Taurum genuit. Sunt autem ea mysteria frans quædam, per quam decipiuntur homines, & inducuntur, vt pro lacris habeant ea quæ sunt prophana, & quæ fallâ religione adhortatur ad execranda sacramenta. Execranda sacramenta, Græcè est ἀνορθώσιμος πελαγός, id est ad mysteria quæ sunt à mysterio aliena. Ita autem vertimus quod & πελαγός sint mysteria, & mysteria sæpe accipiuntur pro sacramentis. Et ἀνορθώσιμος dicitur, quod est alienum ab orgiis quæ sunt etiam mysteria. Sacramentis autem per antithesim aptè opponitur execrandum. ^b Quales autem cistæ eorum mysticæ? Apud Athenienses erant duæ virginis ministræ Palladis, quæ dicebantur κρηφόροι, id est cistiferæ. De iis ita scribit Pausanias in Attico. Virgines duæ non longè à Poliados habitant. Eas Athenienses Cistiferas appellant. Hæ certum tempus apud Deam commorantur, deinde vbi festus dies aduenit, per noctem capite tollunt, quæ illas Mineræ Sacerdos ferre iusserit. Cùm neque ipsa quid ferendum det, neque virginis quid ferant, sciant. Est in vrbe septum quoddam non longè à Veneris quæ in Ortis dicitur. Ibi in specum quendam descendentes, onus deponunt, & pro eo aliud item velatum & occultum tollunt, ac foras cum egressæ fuerint, exautoratæ in posterum quo velint abeunt, sed pro illis totidem alias, quas in arcem adducunt, capiunt. Nec Sacerdos ergo quæ eis onus imponebat, nec ipse quæ portabant sciebant quid portarent. Quænam autem portarent, aperit Clemens qui eorum arcana detegit mysteria. Ea sunt Sesamides & Pyramides & Tolypæ & Popanæ quæ multos habent vmbilicos, salis grana, & Draco orgium Dionysij Bassaræ. Sesamides, inquit Athenæus, bellaria sunt in circulum facta, melle & Sesamo, oleoque irrigata. Pyramidem verò dicit esse Placentam quæ fit ex tosto tritico melle irrigato. Tolypæ apud Eustathium in Rhapsodiam Odyss. multa significat, nempe & globum lanæ elaboratæ, & herbam quandam laticalem, & nonnulla alia. Significat etiam genus Mazæ. Maza autem, vt vult Aristoph. interpres, est farina aqua & oleo cõspersa. Alij volunt esse panem offa mactatum: alij libam vel placentam. In qua significatione hic est accipiendum, cum præcedetia duo vocabula significant nomina placentarum, & Popanum quoque quod sequitur sit genus placentæ, vt vult Eustathius in 1. Homeri. Rhaps. Iliad. dictum ἀπὸ τοῦ πῦλον, quod significat concoquere, vel πῦλον, & ὄψα, quæ sunt nomina Diis conuenientia, vt vult idem in Δ Rhaps. Iliad. Et Draco Orgium Dionysij Bassaræ, Draco quoque vnus erat ex iis quæ portabantur. Erat autem symbolum Dionysij Tauromorphi, qui genitus fuit à Ioue conuerso in Draconem. Orgium autem & mysterium confunduntur, sed orgium est propriè mysterium Bacchi. Porro autem Bassaræus est vnus ex Bacchi nominibus, quod sumpsit ex suis nutricibus quæ dicebantur Bassaræ. Propterea quod ob insaniam facillè ferebantur ad execrationem, vt dicit Eustathius in Homil. 2. Rhaps. Iliad. Alias à Bassaride veste demissa ad talos. De nominibus Bacchi vide Giraldum de Diis syntagm. 8. Dicitur autem non solùm βασαυρεὺς, sed etiam βάσαυρος, ab Orpheo in hymnis. Ἐὰς μάλιστα δῖονος πνεύματος, πειρομένους βάσαυροι. ^c An non mala Punica. Sunt hæc quidem mysteriorum quorundam symbola. Sed quorum nõ facillè est in iis quos habemus authoribus inuenire. Apud Eusebium ex versione Trapezontij pro mala Punica legitur extra fumantia: consulendum est Græcum exemplar Eusebij, quod mihi deest. Legitur etiam corda tremetia, id fortè erat symbolum descripti Dionysij. Ferulæ etiam & hederæ erant symbola Bacchi. Phroæ erat quædam placentæ, de qua sic scribit Athenæus, Phroes placentæ ita fit, Caseum exprimens terito, ac in æreum cribrum coniectum excolato, postea mel iniicias, heminamque farinæ siliagineæ, in vnũque mollias. Papauera autem offerebantur Cereri in sacrificiis, vt scribit Phurnutus, propterea quod cum sit rotundum & turbinatum, terram significet. ^d Hæc sunt eorum sancta. Ex his, inquit, symbolis facillè licet videre quàm nihil sit in his sanctum nec diuinum, sed omnia crassa & terrena. ^e Quænetiam Themidis arcana symbola. Themis dicitur esse iustitiæ, & eius quod est fas, præsidem, eamque etiam ante Apollinem edidisse oracula, sed cur eius sint hæc arcana quæ dicit Clemens symbola, cum de ipsa permulti scripserint, mirum apud omnes silentium. De quorum cæteris aliquid fortasse probabile potest conici, sed nulla afferri potest coniectura, quæ obstat quominus pudendum muliebri sit obscenum symbolum, & quod nihil habeat commune cum Dea præside iustitiæ, nempe Themide. ^f O euidentem impudentiam. Postquam eorum arcana detexit mysteria, & ostendit quàm ea sint obscæna, & impudentia, exclamat. O euidentem impudentiam, quasi diceret, dum latent creduntur veneranda, sed propalata, sunt à pudore aliena penitus. ^g Olim quidem moderatis hominibus. Viri, inquit, modesti non nisi noctu olim dabant operam voluptati, vt nox detegeret eius turpitudinem: nunc autem initiatis, nox aperit sacra incontinentiæ & libidinis, & in mysteriis ideo lucent faces, vt ignis ostendat vitia & flagitia. ^h Extingue ignem sacrorum Antistes. Per apollinophen cõuertit sermonem ad sacrorum Antistitem, & ad eum qui gestat facem, & sacrorum quidem Antistitem ignem iubet extinguere, eum autem qui gestat facem vt reueretur lampades, quæ ea quæ celari deberet detegunt mysteria. Bacchi enim obscæna orgia lux aperit. Iacchus enim est idem quod Bacchus. Mysteria, inquit, & orgia luce sublata honorentur tenebris. Nam quæ propalata probro ac dedecore lux afficit, ea dum non conspiciuntur honorant tenebræ. Ignis non dissimulat, &c. Per ἀβραωπησίν, de igne loquitur

Pausan. lib. Attic.

Athen. lib. 14. de Placentis.

loquitur tanquam de re animata. Ignis, inquit, non est hypocrita, rem cuiusmodi est ostendit, & punit eos quos iubetur punire vt tandem impios Dei iussu est puniturus. ⁱ Hæc sunt impiorum. Epilogus eorum quæ dixit de mysteriis. Impij Græcè dicuntur ἄθεοι, quasi dicas sine Deo, & qui à religione planè sunt alieni. ^k Impios autem, eos ἔρ sine Deo iure voco. Duplex est impietas, & Deum verum non agnoscere, & eos qui verè non sunt Dij colere, imò qui ne sunt quidem. Sunt enim qui existimantur Dij, cùm tamen non sint Dij, & sunt qui existimantur Dij qui ne sunt quidem, id est, tantum abest vt sint Dij, vt ne sint quidem omnino, & tantum nominantur, rei autem nihil habeant. Puerum qui discerpitur à Titanibus, intelligit Dionysium, de quo superius diximus, lugentem autem mulierculam intelligit Cererem quæ luget filiam Proserpinam. Partes præ pudore non dicendas, Phallos intelligit & Itriphallos, pectines muliebres, partèsq; pudendas. ^l Propterea certè nos quoque arguit Apollonius. In nostra veteri versione legitur, Et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo: cuius est sensus, Nec vetus, nec nouum Testamētum habebatis, nec quæ sunt in Christum creditibus promissa sperabatis, nempe regnum cælorum & vitam æternam, neque Deum colebatis, nec vllam habebatis religionem. Tales enim erant gentes priusquam in Christum crederent. ^m Multa bona Regi Scytharum. Bene præcatur cuidam Regi Scytharum qui suum ciuem turpia matris Deorum mysteria imitantem sagittis confoderit. Sed quòdnam fuerit eius Regis nomen, fatetur Clemens se ignorare, cum dicit, Quicumque is fuerit. Quod satis indicat in exemplari Græco, malè fuisse insertum ἀνέγνωσις, quod nos ideo expunximus. De Anacharsi enim Rege Scythiæ nulla fit mentio, frequens autem de Anacharsi Philosopho. Cyzici matris Deorum, & filia eius Proserpina, quam etiam Deam Cyzicenam appellat, vt ait Stephanus, & magnificum fuisse templum & solemne festum, testantur Strabo & Pausanias. Menargitæ & Metragitæ, idem significant, nempe Sacerdotes Cybeles seu Rheæ matris Deorum singulis mensibus oberrando stipem cogentes, & tympana ac cymbala portantes. Scribendum est autem Metragetes, non Mitrages, vt vult Erasmus in proverbio, Metragytes, non Daduchus. Hinc deriuatur μεταγυρῆν, apud Eustathium, in Rhaps. Odyss. quod significat oberrando stipem querere, propter Rheam Deorum matrem. ⁿ Quæ de causa (nullo enim modo celandum est.) Miratur Clemens quod ij quos enumerat, impij & ἄθεοι sint cognominati, non aliam ob causam, quàm quod aliis omnibus perspicacius eos non esse Deos viderunt, qui Dij existimabantur, cum tamen vita eorum esset proba. Primus ad pietatem est gradus, eos qui non sunt Dij pro Diis non habere, nec eos colere. Secundus autem, falsis Diis reiectis, vnus Deum colere, & remuneratorem agnoscere. Impietas autem summa est nullum penitus Deum agnoscere. Ij ergo hoc quidem nomine non erant ἄθεοι, quòd pro Diis non habebant eos qui non erant Dij, & si pij nondum essent quod veritatis & religionis nondum haberent intelligentiam. De Diagora Melio, & Euhemero Agrigentino, & Theodoro Cyrenæo frequens est mentio tam apud gentium autores, quàm apud scriptores ecclesiasticos. De Nicanore Cyprio, & Hippone Melio rarior. Quòd autem horum omnium proba fuerit vita, non videtur sentire Epiphanius. Is certè de Theodoro Cyrenæo his verbis scribit, vt nos vertimus; Theodorus; qui cognominatus ἄθεος, nugæ esse dicebat quæ de Deo dicuntur, existimabat enim non esse Deum: & ideo omnes adhortabatur vt furarentur, peierarent, raperent, & ne morentur pro patria. Dicebat enim vnã patriam esse mundum, & eum solùm esse bonum qui esset scilicet, fugiendum autem qui esset infelix, etiam si sit sapiens, & eum esse eligendum ac præferendum qui est insipiens, si sit diues & inobediens. ^o Ex quibus vnus quidem præcipit Aegyptiis. Ex hoc loco videtur Epiphanius id sumpsisse quod scribit. Alius autè Heraclitus Aegyptius dicit; Si sunt Dij, cur eos lugeris? Si autem sunt mortui, frustra eos lugeris: lugebant enim Aegyptij Typhonem & Olyrim. Quòd autem dicit Clemens, Ex quibus vnus quidem præcipit Aegyptiis, Epiphanius habet, alius autem Heraclitus Aegyptius dicit. Sine corruptus locus nescio. Hoc icio de Heraclito Aegyptio me nihil vnquam legisse. Diogenes quidem certè Laërtius, cum in scribenda Heracliti vita aliquot eius nominis meminisset, & patriam dixisset, de Heraclito Aegyptio, ne verbum quidem fecit. ^p Alter verò cum Herculem è ligno capisset. Hunc quoque locum ex Clemente sumpsit Epiphanius, qui sic scribit in Anchorato dicēs de gentibus. Audiant enim Diagoram qui suum Herculem cum esset ligneus exussit, & dicebat, Age Hercules tertium decimum certamen perficiens, accede nobis cocturus obsonium: quo accepto & in scandulas discisso, suum iridens Deum tanquam qui non esset, apposita sibi cœna per ludibrium alebatur. Tertium decimum autem certamen vocauit, quoniam duodecim labores narrantur Herculis suscepti iubente Euristheo: quibus accessit hæc cum igne decertatio. ^q Extrema itaque pietatis. In Græco exemplari contextus habet ἀρρώστιας τῆς ἀμαθίας, id est, extrema itaque ignorantia: sed puto legendum ἀρρώστιας τῆς εὐσεβείας. In medio consistit virtus quæ pertinet ad mores, vt vult Aristoteles in Ethicis, eius autem extrema occupant vitia. Pietas ergo quæ est verus veri Dei cultus duo habet extrema, nempe ἀθεΐα, id est impietatem, per quam Deus esse non creditur, nec colitur: ἀειδαιμονία autem, per quam qui non sunt Dij, Dij esse creduntur & coluntur. Eam vertimus superstitionem quæ est Dæmonum & idolorum cultus. Dicitur etiam aliquando superstitio quando non ritè colitur, nec quæ decet, nec vt decet ab eo petuntur. Extra ea vitia, inquit, studendum est manere, nempe vt relictis extremis in virtute, nempe in pietate, & vnus veri Dei vero cultu maneamus. ^r Non vides Mosem sacrum veritatis interpretem. Nihil est autem magis tritum in diuinis scripturis, & maximè in Prophetis, quàm fornicationis nomine intelligi multorum Deorum cultum, & idololatriam. ^s Erat autem quedam antiqua, &c. Deus sit à quo mundus regatur: Animis hominum insitam esse notionem, vidit Cotta apud Ciceronem de natura Deorum lib. 2. sic dicens; Quid enim potest esse tam apertum, tamque perspicuum, cum cælum suspeximus, cœlestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod numen præstantissimè mentis quo hæc reguntur? Hanc notionem dicit Clemens esse quandam antiquam hominibus cum cælo naturaliter insitam societatem. Antiquam autem Græcè est

Strabo lib. 12. Pausan.

Epiph. in hæresi. 80. cõtra Mafsalianos.

Epiph. in Anchorato.

Epiph. hæresi. 80. cõtra Mafsalianos.

αρχαίαν, quasi dicas ab initio innatam. Hæc autem notio, etsi ignoratione quæ orta est à peccato primi hominis est obscurata, non est tamen ita extincta quin repente ex tenebris exiliat & emicet. Quod facile licuit videre cum duodecim à Christo missi Apostoli, breui tempore à falso Dæmonum cultu totum ferè terrarum orbem ad veri Dei cultum reuocatum à tenebris in lucem deduxerint. Cuiusnam autem hi sint quos citat versus, nec ipse dicit, nec ego memini me legere. Quod autem dicit, Quisnam tu sis, conuicere est difficile, quod est ad ipsum Deum apostrophe, videtur id significare quod & à Platone dictum est, & à Gregorio Theologo, nempe Nazianzeno, pulcherrimè est demonstratū. Quod sit quidem Deus facile posse intelligi, quidnam autem sit Deus, nec mente conici, nec verbis posse exprimi. *Alij enim statim in celo contemplando decepti.* Plato in Cratylo censet Dei etymologiam ἀπό τοῦ θεῖν, hoc est à cursu, quem peragunt, esse deductam. Indos adorasse Solem dicit Clemens, quem sicut ignem adorabāt etiam Persæ. Lunam autem adorasse Phryges non memini me legere. *Hinc furias & Eumenidas.* Furia quæ Græcè dicitur ἐρινύς, & per ἀπίρρασιον εὐμενίδες. Fingebantur scelerum & maleficiorum vltices, & eorum maximè quæ à filiis admitta erāt in parentes, vt scribuntur à Poëtis Scenicis, nempe à Tragicis, Orestem parricidam, qui matrem occiderat, ardentibus facibus esse persecutā, ἀδελφικῶς quoque & ἀεσπρωπαῖος & ἀδελφός cum ipsi essent mali Dæmones & noxij, ad eos placandos & mala propulsanda, ad eos accedebant supplices. De varia autem eorum significatione & etymologia, vide Etymologicum Græcum & Eustathium in Homerum. *Iam verò quidam ex Philosophis.* Poëtis vtcunque erat condonandum quod Deos fingerent, sed Philosophi minimè possunt excusari, qui hominum affectiones in Deos retulerunt, & eorum etiam simulachra erexerūt. Timor colebatur apud Lacedæmonios, vt ostendit Plutarchus in Cleomene. Apud Romanos Hilaria, id est latitiæ celebritas fiebat, v 111. Cal. Aprilis. Giraldus dicit se Spei effigiem in Adriani Imperatoris aureo numismate aliquando conspexisse. Fœmina fuit stans in sinistra manu nonnihil attollens, dextera in cubitum elata paterā proferebat, in qua repositum erat veluti ciborium, id est vas in floribus similitudine cum hac inscriptione: Spes P. R. De hac Spe idem in multis locis. De Amore autem qui Græcè ἔρως dicitur, & alio etiā Latino vocabulo appellatur Cupido, copiosè scribit idem Giraldus in syntagmate xlii. historiæ Deorum. Athenienses, vt scribit Pausanias in Atticis inter ceteros Deos coluerunt Contumeliam & Impudentiam. Idem scribit lapides argenteos quibus rei atque accusatores omnes insunt, vnura contumeliæ, impudentiæ alterum appellant. Cicero autem lib. 2. de legibus, scribit Epimenidem Cretensem non altaria erexisse, sed Atheniensibus erigenda suasisse. Hæc sunt enim eius verba. Nam illud vitiosum Athenis, quod Cyllonio scelere expiato, Epimenide Cretensi suadente, fecerant contumeliæ fanum & impudentiæ. Vide quæ de ea scribat Erasimus in Prouerbio Dea impudentia Chil. 111. Cent. 1. Quid est autem magis absurdum quàm eisdem & Deum Pudorem, & Deum facere Impudentiam, vt Xenophon in conuiuio. *Alij autem ex iisdem rebus.* Cum Græcum Clementis exemplar ita habeat, οἱ δὲ ἐξ αὐτῶν ὀρμημένον ἦν ἀρεσμάτων, ἀκρότητα πρὸς ἀδελφούς, καὶ σαματικῶς ἀναπλάσσειν δίκην πρὸς, καὶ κλωθεὶ καὶ λάχρῳ καὶ ἀτροπῆς, καὶ εὐμδρμένη, αὐτῶν τε καὶ θαλλῶν ἀφικαί, ex quibus verbis non possit plenus & perfectus elici sensus, nec diuinare possem quidnam scriptū reliquisset, malui pauca verba addere quibus perfecta redderetur sententia quàm si nihil adderem, sensus qui alioqui est per se satis clarus mancus esset & mutilus, interim optans vt aliquod aliud inueniatur exemplar ex quo suppleri possint quæ defunt. Iustitia Græcè dicitur δίκη. Δίκη autem & iustitiam & iudicium significat. Dicitur etiam Altea à patre vt quidam dicunt, Aftreo. Alij autem eam dicunt fuisse filiam Iouis & Themidis. Eius imago describitur à Chryssippo in libello ἀδελφὸν καλῶ καὶ ἠδονῆς, hoc est de honesto & voluptate. Cuius verba & eorum versionem, vide apud Gellium lib. 14. Clotho, Lachesis, & Atropos Latine per antiphrasin dicuntur parca quod nemini parcant. Græcè autem κλωθεῖν, ἀτροπῆς & κήρες, Lachesis autē dicta est ἀπὸ τοῦ λαχέειν, quod est sortiri, vel sorte euenire. Atropos, quoniam verti & mutari non possit. Clotho ἀπὸ τοῦ κλωθεῖν, quod est contorquere & filum glomerare. De his vide Eusebium lib. 6. de Preparat. Euangelica. Quod Græcè est εὐμδρμένη, verti Parcam, quoniam non aliud occurrebat Latinum vocabulum. Poteram vertere fatum, reuera enim εὐμδρμένη, est fatum. Sed quoniam omnes Dij qui vocantur, sunt vel masculini vel fœminini generis, malui parcam dicere quàm fatum. Dicitur autem εὐμδρμένη, vt vult Eustathius in Homerum, vel ἀπὸ τοῦ μεῖρεν, quod est diuidere ac distribuere, vel ἀπὸ τοῦ εἰρμῶ, quod est series, quoniam sit fatum ex quadam concatenata rerum serie & consequetia. Fatum autem, vt vult Varro, dictum est à fando, quod Parca pueris quid sit venturum pronunciat. De Auxo & Thallo duabus Deabus Atticis his verbis scribit Pausanias lib. 9. Boëticorum. Lacedæmonij gratias tantum duas colunt, quas Lacedæmonem Taygetæ filium dedicasse tradunt, easque Clytam & Phenam nominasse. Cōsentanea sanè Gratiis nomina. Cōsentanea etiam quæ Athenienses vsurparunt. Nam & ipsi iam tum ab antiquis temporibus gratias venerantur Auxo & Hegemonem. Nam Carpus nomen non gratia, sed heræ, id est fructuum tempestiuitatis est. Horarum alteri, communes cum Pandroso honores Athenienses habent. Thallotemque, hoc est germinatricem nominant, &c. Thallotem autem eam esse puto, quæ à Clemente dicitur Thallo. Hesiodus in Theogonia tribus Gratiis nomina imponit, Euphrosynem, Aglaim, & Thalam. Quo fit vt existimem eandem fuisse Thallo & Thalam. *Sextus est modus introducenda.* Hic est alius modus, quo fiunt Dij gentium: Duodecim enim Dij ab iis numerantur, quos vocāt maiorum gentium: de quibus vide Lactantium in primo: D. Augustinum in 6. de Ciuitate, ex Varro: & Cicronem in Tusculanis. De iis scripsit Hesiodus in sua Theogonia, si modo ea sit Hesiodi. De eo enim dubitat Pausanias. Præter hos autem duodecim, alios enumerat Homerus, & adscribit in numerum Deorum, qui dici possunt Dij minorum gentium, & ἀσχετογραμμένοι, Latine autem adscriptitij, & μετρητοί, seu inquilini. *Restat postremus.* Multi homines sunt ab hominibus in Deos relati propter beneficia. Ad hunc autem errorem sunt prolapsi, quod cum primum rerum omnium causam, cui sunt omnia

omnia bona accepta ferenda, non agnoscerent, pro Diis habuerunt eos, à quibus aliquam acceperunt utilitatem. Scribit Cicero de natura Deorum. Suscepit autem vita hominum, consuetudoque communis, vt beneficiis excellentes in cælum fama ac voluntate tolleret. Hinc, inquit, Hercules, hinc Castor & Pollux, hinc Esculapius, hinc Liber. Quod autem est Græcè σωτήρας, verti Seruatores, cum non sit aliud Latinum vocabulum, quo verbum Græcum, nempe σωτήρ exprimamus. Non me fugit Cicronem in Verrinis asserere id dici non posse Latine, σωτήρ enim dici qui dedit salutem. Omnes ferè Latini scriptores quires Christianas tractarunt, Saluatorem dicunt: sed cum nec Latinum sit Saluator, nec rem magis exprimat quàm Seruator, Seruatorem malui dicere quàm Saluatorem. Quod si quis malit Saluatorem, per me licet ei vbiunque est Seruator, legere Saluator. Dicitur est autem & Iupiter σωτήρ, & Castor & Pollux. Solus autem Christus verè est σωτήρ, id est Seruator, seu maus Saluator, qui nos à peccatis, mortisque & Diaboli tyrannide eripuit, & ad vitam conseruauit æternam. Hercules verò dicitur ἀδελφικῶς, vt etia Iupiter & Apollo ἀπὸ τοῦ ἀδελφῆν καλῶν, ab ope ferenda in malis, vt vult Eustathius in κ Rhapsodias, vel à malis depellendis: ἀδελφικῶς enim malorum depulsores vocat, Macrobi. 1. Saturnal. Esculapius autem nō solum dicitur medicus, sed & medicinam inuenisse, cuius fertur tanta fuisse medendi præstantia, vt mortuum Hippolytam in vitam reuocauerit, vide Pausaniam 2. Corinth. *Hæc quidem sunt lubrica.* Hi sunt, inquit, modi à nobis explicati, quibus apud gentes sunt falsi Dij, & quibus disceditur à veritate, id est à Deo verò, & homo à cælo præcipitatus cadit in barathrum, vt qui vera carens religione deturbetur ad inferos.

VOLO autem vobis, quales essent ipsi dij, & quinam essent, ad viuum ostendere, vt tandem ab errore cessetis, rursus autem in celum reuertamini. Eramus enim nos quoque aliquando filij iræ, sicut etiam reliqui: Deus autem cum diues esset in misericordia, per multam suam dilectionem qua dilexit nos, cum iam essemus mortui delictis, cum Christo conuiuificauit. Viuens enim Verbum, & vnà cum Christo sepultum, vnà cum Deo extollitur. Qui autem adhuc sunt infideles, iræ filij nominantur, vt qui ira nutriantur. Nos non sumus amplius iræ alumni, qui sumus auulsi ab errore, tendimus autem ad veritatem: ea ratione nos, qui aliquando fuimus filij iniquitatis, per Verbi clementiam nunc facti sumus filij Dei. Vos autem vester quoque incessit poeta Agrigentinus Empedocles:

Difficilis nam quos cruciat sceleratæque vita,
Non erit à misero vobis cessare dolore.

Ac plurima quidem vobis de diis ficta & fabulosè sunt tradita. Quæcunque autem facta esse reputatum est, ea de hominibus turpibus, & qui petulanter ac flagitiosè vixerunt, scripta sunt.

Infani tumidique inceditis, atque relicto
Rectæ calle viæ fugitis per inhospita saxa,
Et sentes: cur erratis: desistite rebus
A vanis hominum ô homines, noctisque tenebris
Dimissis, claram quæ offertur prendite lucem.

Hæc vobis precipit prophetica & poetica Sybilla: præcipit etiam Veritas, quæ harum terribilium & stuporem incutientium personarum, deorum aperit turbam, falsò susceptas opiniones synonymis arguens. Ac sunt quidem qui tres dicunt esse Ioues: vnum quidem Ætheris filium in Arcadia, reliquos autem filios Saturni: Eorum autem vnum quidem in Creta, alterum verò rursus in Arcadia. Sunt autem qui ponunt quinque Mineruas, vnã quidem Vulcani filiam, Atheniensem: alteram verò Nili, Ægyptiam: tertiam Saturni, belli inuentricem: quartam Iouis, quam Messenij Coryphasiam à matre cognominarunt: Postremam filiam Pallantis & Titanidis filie Oceani, quæ patre ab ipsa impiè sacrificato, ornata fuit patris pelle, tanquam vellere. Iam verò Apollinem Aristoteles quidem primum Vulcani & Mineruæ, (non est hic amplius virgo Minerva) secundum in Creta, filium Corybantis, tertium

Pausan. de Atticis lib.

Ephes. 2.

Iouis, & quartum Arcadem, Sileni. Is apud Arcadas appellatus est Nominus. Post hos recenset Lybin Ammonis. Didymus autem Grammaticus sextum his subiungit, filium Magnetis. Quot autem nunc quoque sunt Apollines innumerabiles, mortales homines, opem ferentes, qui similiter vocati sunt atque illi prædicti? Quid autem si tibi multos dixerim Æsculapios, vel qui enumerantur Mercurios, vel Vulcanos qui traduntur in fabulis? Num superfluus vobis esse videbor, qui aures vestras his multis nominibus obruam? Sed ipsos quidem, patriæ, & artes, & vita, & præterea se-
pulchra, eos homines fuisse conuincunt. Mars quidem certè, qui à Poëtis fuit, ut potuit, honoratus,

Iliad. ε. Mars Mars sæue hominum exitium, qui mœnia quassas.

Hic transfuga, qui nunc has, nunc illas partes sequitur, & est ferus & insolens, ut dicit quidem Epicarmus, erat Spartanus. Sophocles autem eum nouit esse Thracem: alij autem Arcadem. Hunc autem Homerus dicit fuisse vincitum tredecim mensibus:

Iliad. ε. Et Mars sustinuit, cum Otus fortisque Epialtes

Hunc nati rigido vinxerunt vinculo Aloi.

Mensibus is dolio terdenis vincitum aheni est.

Multis augeantur bonis Cares, qui canes ei sacrificant. Scythæ autem non cessent mactare asinos, ut dicit Apollodorus & Callimachus. Idem autem alibi:

Phœbus hyperboreis asino placatur in oris.

Phœbo mactati est hostia grata asini.

Vulcanus autem quem iccit Iupiter ex Olympo à limine dio, cum in Lenanum cecidisset, fuit faber æris, ut qui mutilatus esset pedibus,

Graciles illi tibiæque ruebant.

Habes etiam Medicum, non solum æris fabrum inter deos: Medicus autem erat auarus, nomen est ei Æsculapius. Tibi autem tuum adducam poëtam Bœotium Pindarum:

Illum quoque subuertit præclara mercede,

Aurum quod in manibus apparuit.

Manus autem Saturnius iaculatus per ambas,

Respirationem pectoris abstulit ocyus.

Ardens autem fulmen illi mortem attulit.

Et Euripides:

Nam Iupiter meum peremit filium,

Cui torlit ignem in pectus, Æsculapium.

Tenos, vna ex Cycladibus. Atque hic quidem ictus fulmine iacet in finibus Cynosuridis. Philochorus autem dicit Medicum in Teno coli Neptunum, Saturnum autem situm esse in Sicilia, & eum illic fuisse sepultum. Patrocles Thurius & iunior Sophocles scribunt de Castore & Polluce, eos fuisse quosdam homines morti fatisque obnoxios. Quod si cui possit fidem facere Homerus, audiatur quod scriptum est:

Iliad. γ. Alma autem hos iam terra tenebat

In Lacedæmone, eis quæ chara est patria tellus.

Accedat autem is quoque qui poëmata scripsit Cypriaca:

Mortalis Castor, mortemque huic fata pararunt:

Immortalis erat sed Pollux, Martia proles.

Hoc quidem falsum dixit poëtice. Homerus autem est eo fide dignior, qui dixit de vtroque,

troque, Castore & Polluce, & qui præterea Herculem arguit esse hominem:

Namque virum Alcidem qui insignia facta sciebat.

Odyss. γ.

Herculem ergo ipse quoque Homerus nouit mortalem hominem. Hieronymus autem Philosophus ipsius quoque corporis narrat habitum, paruum, crispo capillo, bonâ firmâque valetudine. Dicaearchus autem gracilem, neruosum, nigrum, naso aquilino, subhilaribus oculis, fufis promissisque capillis. Hic ergo Hercules cum duos & quinquaginta annos vixisset, è vita excessit, per eam quæ fuit in Octa pyram, iustis illi factis exequiis. Musæ autem, quas Alcander ait genus ducere à Ioue & Memoria, & reliqui poëta & scriptores ut deas eas habent & colunt, quin & totæ ciuitates Musis musæa extruunt: eas cum essent seruæ, emit Megaclo filia Macaris, Macar autem erat quidem rex Lesbiorum: semper autem contendebat cum uxore. Matris autem vicem dolebat Megaclo. Quin ni enim doleat? & Musas has ancillas tot emit numero, & Mysas vocat lingua Æolica, has docuit canere, & vetera facta numerosè ad citharam cantare. Illæ verò cum cithara assidue sonarent, & pulchrè incantarent, Macara demulcebant, & eius iram sedabant. Qua de causa Megaclo, ut pro matre eis referret gratias, posuit columnas aneas, & per omnia iussit sacra honorari. Et sunt Musæ quidem tales. Est autem historia apud Myrsilum Lesbium. Audite verò eorum qui sunt apud vos deorum amores, & quæ sunt præter fidem fabulas intemperantiæ, & eorum vulnera, & vincula, & risus, & pugnas, & præterea seruitutes, & conuiuia, & rursus complexus, & lachrymas, & affectiones, & impudicas voluptates. Voca mihi Neptunum, & chorum qui ab ipso fuit corruptus, Amphitritem, Amymonem, Alopem, Menalippem, Alcyonem, Hippothoëm, Chionem, & alias innumerabiles, in quibus quidem cum tot essent vestri, Neptuni affectiones in arctum cogebantur. Voca mihi etiam Apollinem. Is est Phœbus, & bonus consiliarius. Sed non hæc dicit Sterope, nec Arethusa, nec Arsinœ, nec Zeuxippe, nec Prothoë, nec Marpissa, nec Hypsipyle. Effugit enim sola Daphne & vatem & vitium. Et post omnes veniat ipse Iuppiter, vestra sententia hominum pater atque deorum, qui in Venerem adeo fuit profusus, ut omnes quidem desideraret, suam autem in omnes expleret libidinem. Explebatur itaque mulieribus, non minus quam hircus Thmuitarum capris. Atque tua quidem ô Homere admiror poëmata.

Annuit & ciliis glaucis Saturnius ipse,

Fusisque Ambrosij Regis fluxere capilli

Vertice de sacro, magnum & tremefecit Olympum.

Græuem ac venerabilem ô Homere effingis Iouem, & ei nutum tribuis honorandum.

Sed si solum ei cestum ô homo ostenderis, & Iupiter arguitur, & coma dedecore afficitur. In quantam libidinem processit ille Iupiter, qui tot noctes cum Alcumena transigit in delitiis?

Neque enim nouem noctes longa sunt intemperanti. Rursus autem vniuersa vita breuis erat intemperantiæ, ut illum nobis malorum propulsatorem sereret, Iouis Hercules, verè, inquam, Iouis filius, qui ex longa nocte gignitur, qui duodecim quidem certamina longo tempore fortiter sustinuit, quinquaginta autem filias Thestiaë vna nocte vitiauit, ut qui simul & adulter & sponsus fuerit tot virginum. Non abs re ergo eum vocant poëta miserum & ἀσυνδέσμων, id est, perpetratores rerum nefariorum. Longum autem fuerit eius omnis generis adulteria & supra pueris illata recen-

Legitur
Æthusa.

Iliad. ε.

sere. Nam nec à pueris quidem dij vestri abstinuere, vnus quidem Hylam, alius vero Hyacinthum, alius Pelopem, alius Chrysippum, alius autem Ganymedem amantes. Hos deos vestra uxores adorent, tales autem suos esse maritos vota faciant, adeo temperantes, vt sint diis similes, similia emulati. Tales filij vestri consuescant colere, vt etiam viri fiant, Deos accipientes sacram fornicationis imaginem.

COMMENTARIVS.

10 Volo autem vobis. Transit ad aliud, nempe ad ostendendum quales & quinam sint Dij. Volo, inquit, eos ad viuum ostendere, vt relicto errore ad cælum, vnde existis reuertamini. A cælo enim excidit, qui cæli & terræ creatorem non agnoscit. b Filij iræ. Per peccatum originis, quod à primis parentibus per inobedientiam admissum, per traducem ad omnes deriuabatur, & veluti quædam massa confunde- batur, erant omnes filij iræ, id est filij Dei per creationem, sed propter peccatum ira digni, & vltimo sup- plicio. Exponit Theodoretus hunc locum epist. ad Ephesios. Ira enim Dei quæ est vindicta peccati, ma- net super eum qui peccauit quamdiu est incredulus, vt scribitur Ioan. 1. Quænam autem est, illa peccati vindicta? Mortalitas, quæ nos primæ morti & secundæ, & damnationi æternæ reddit obnoxios. Ab illa Dei ira vindictaque & pœna peccati, Deus ipse nos liberauit per Christum. c Viuens enim verbum, & vnâ cum Christo sepultum. Christus, inquit, fuit mortuus & sepultus, & cum eo viuens verbum fuit sepul- tum. Nam licet Christo mortuo & sepulto eius anima descenderit ad inferos, verbum tamen quod nec eius animam, nec corpus vnquam deseruit, cum eo est sepultum, & licet mortuum esset corpus, vt à quo separata esset anima, viuebat tamen verbum, vt quod ipsum sit vita. Quando autem surrexit Christus, cum quo verbum quoque erat sepultum, vt quod ab eo nõ abesset, verbum quoque simul cum Deo ex- tollitur. Anima enim ad Christi corpus reuerfa surgit Christus qui est Deus & homo, & cum Deo ver- bum quoque extollitur, quod viuens vitam dat homini credenti in Christum. Nam qui credit in Christum si in baptismo conspeliatur cum Christo, cum Christo resurgit & reuiuiscit per verbum quod Deus est, & si nondum re ipsa, certa tamen spe fulta bonis operationibus est hæres vitæ æternæ, vt qui in filium Dei sit adoptatus. d Vos autem vester quoque incestus Poëta Agrigentinus Empedocles, & c. Empedocles na- tione Siculus, in Agrigentino oppido natus, versibus naturalem scripsit Philosophiam, vt ait Diogenes Laërtius. Ex quibus eos quos hic habemus est verisimile à Clemente fuisse acceptos. Quod autem verti, vos incestit, & Græcè est ἑσθλὴν ἔργον, ex multis verbi significatis mihi visum est, hoc huic loco conue- nire. e In sui tumidique inceditis, & c. Hi sunt versus Sibyllini, quos licet videre in Græculis Sibyllinis, haud ita pridem editis. f Hæc vobis præcipit Prophetica, & Poëtica Sibylla. De Sibyllis quænam & quot fuerint, & quænam dicantur earum carmina, & quomodo cum decem fuerint Sibyllæ, earum carmina ita fuerint commissa, vt quinam fuerint cuiuslibet versus discerni non possint, vide Lactantium de vera religione lib. 1. cap. 7. & Augustinum de Ciuitate Dei in multis locis, & doctissimum Ludouicum viuis Commentarium in caput 23. lib. 18. Cum autem earum carmina ita sint cõfusa, vt cuiusnam ex iis sint in- ternosci nequeant, citantur omnia tanquam Sibyllæ. Eam autem vocat Clemens Propheticam & Poë- ticam. Prophetica quidem quod futura prædixerit: Poëticam autem quod versibus more Poëtarum scripserit. g Ac sunt quidem qui tres dicunt esse Ioues. De tribus Iouibus vide Ciceronem lib. 3. de natura Deorum. Vbi multa præclare in Commentariis Betuleius. Hæc autem Synonymia & Iouium enumeratio omni diuino honore Iouem planè exiit & spoliat. Deus enim esse non potest qui parentes habuit homines ex quibus ortus sit. h Sunt autem qui ponunt quinque Minervas. Quinque Minervas enumerat Cicero tertio de natura Deorum. Cur autem quarta Iouis filia dicta sit Coryphasia diuersæ sunt senten- tiæ. Alij enim dicunt dictam Coryphasiam à Coryphasio promontorio, in quo Pylos vrbs condita fuit, vt ait Pausanias. Alij quod nata sit è summo Iouis vertice, hastam vibrans. Alij verò à Coryphe matre, vt innuit Arnobius in iij. aduersus gentes. Et quod quinta quidem patrem Pallantem à quo cognomen ac- cepit, ei stuprum inferre conantem occidit, videre licet & apud Ciceronem in 3. de natura Deorum, & apud Arnobium in 3. aduersus gentes, sed quod patris pelle, tanquam vellere se ornauerit, nusquam me- mini præterquam hic legere. i Iam verò Apollinem Aristoteles. Apollines aliter enumerat Cicero in 3. de natura Deorum. Apollinum antiquissimus is, quem paulo antè ex Vulcano natum esse dixi, custodem Athenarum. Alter Corybantis filius natus in Creta, cuius de illa insula cum Ioue ipso certamen fuisse tra- ditur. Tertius Ioue tertio natus & Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. Quartus in Arcadia, quem Arcades Nomionem appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse. Nomius autem di- ctus est Apollo, vel quod Admeti Regis gregem pauerit, vt volunt Poëta, vel quod pascuis & vniuersæ animalium pastioni præsit, vel à νόμος, quod certum canendi modum significat, vel à νόμος, id est lex, vt vult Cicero, quod Arcadibus leges tulerit. Quod autem est in hoc loco apud Ciceronem Nomionem, est verisimilius Ciceronem scripsum reliquisse Nomium. k Quoi autem nunc quoque sunt. Inter cætera Apollinis cognomina, fuit etiam cognomē ἀσκληπιός, ἀσκήν & ὄπιον, id est, malorū depulsoris, medicatis & auxiliatoris, sunt etiã hodie innumerabiles Apollines, homines, inquam, mortales qui mala depellunt, medentur, & dant auxilium. l Mars quidem certè qui à Poëtis fuit, & c. Siue Spartanus, siue Thrax fuerit Mars, ipsa patria arguit eum fuisse hominē. Martem appellat Homerus βροτλοισίν, πηχεσιπλήτων: βροτλοισίν au- tem vertimus exitium hominum, βροτλοισίν, inquit Eustathius interpres Homeri, est ἀδρόφονος hominum occisor,

Ephes. 2. Eph. cap. 1. August. in tract. 14. in Ioan. Ephes. 1.

10 20 30 40 50 60

occisor, & qui hominibus affert exitium, aut βροτλοισίν λέγον, id est homines sopiēs, πηχεσιπλήτης autem quod nos vertimus, qui quassat mœnia: dicit esse πολιορκήτω, vrbium obfessorem, πηχεσιπλήτης autem est is qui muros destruit & diruit. Quod vertimus autem transfugam, Græcè est ἀποσπασταίον, quod est epithetum Martis. Significat autem instabilem, & qui modo huic, modo illi est amicus. De Martis autem patria di- uersæ sunt sententiæ. Sic enim scribit Arnobius, qui ex hoc loco Clementis videtur quod dicit sumpsisse. Quis Spartanum, inquit, fuisse Martem? Nõnne Epicharmus autor vester? Quis in Thraciæ finibus procreatum? Non Sophocles Articus cunctis consentientibus theatris? Quis autem dixerit in Arcadia eum esse natum, nec Clemens dixit, nec Arnobius. Odrysium autem, Geticum & Thracem eum sæpe vo- cant Poëta, vt qui non ignorarint nationes eas esse bellicosas. Hunc autem Homerus dicit fuisse vincitum tredecim mensibus. m Otus forisique Epialtes. Ori & Epialtæ fabulam lege apud Homerum Iliad. Rhapf. 2. eiusque allegoricam interpretationem apud Eustathium eius commentatorem. n Multis augeantur bonus Cares, & c. Hoc etiam à Clemente accepisse Arnobium est verisimile, qui sic scribit in quarto ad- uersus gētes. Quis mēsisbus in Arcadia tribus & decem tenuit vincitum. Non Melæ fluminis filius. Quis ei canes à Caribus, quis ab Scytis asinos immolari? Non principaliter cum cæteris Apollodoros. Cur au- tem canes & Asinos Marti veteres quidam immolabant, scribit Giraldu ex Phurnuro dicens. Porrò & Deo Marti veterum quidam canes immolabant propter eius animalis audaciam: alij asinos propter bel- licum clamorem. Quod autem Apollini immolarentur asini, testatur etiam Eustathius in Homerum, Rhapf. 1. Iliad. qui enumeratis nescio quot animalibus quæ immolabantur Apollini, hoc quoque sub- iungit, ἢκ ἄποστραγγί δὲ ὄναι. ἄποστραγγί δὲ ὄναι, ἄς πίνδαρος ἱστέει, ποσῶτα καὶ ἀδελφαὶ ἀκείνῳ ἔδουον, id est, sed nec asinos abhor- ret. Hyperborei quidem certè vt narrat Pindarus, illi sacrificabāt eiusmodi bestias. Illum autem Græcum verbum Callimachi in hymnis, πέρποισι λιπαρῶν φούλον ὄναι στραγγί, id est, inquit, Pingues Apollinem oblectant asinorum iugulationes, citat Cælius Rhodiginus lib. 30. lect. antiquarum, cap. 21. nec tamen dicit vnde sumpserit. Quam autem superius diximus Ori & Epialtis fabulam, quod ex Homero sumpserit Cle- mens, testatur Homeri versus quos citat. De Homero autem intellexeritne Arnobius cum scribit. Quis mensibus in Arcadia tribus & decem? Non Melæ fluminis filius: nescio. Hoc certè scio, me nusquam legisse quod Homerus fuerit Melæ fluminis filius. Quare quid sibi velit viderint alij. o Vulcanus autem quem vocat Iupiter. Quod fuerit Vulcanus claudus & faber, vide Lucianum de sacrificiis, & Arnobium aduersus gentes, vbi arguit Deos esse homines, quod ea exercent quæ sunt hominum. Eius casus allego- riam, vide apud Eustathium in citatum Homeri locum. p Habes etiam medicum, & c. Hoc quoque ex Clemente sumpsit Arnobius. Nunquid, inquit, cupidinis atque avaritiæ causa (sicut canit Boëtius Pin- darus) Æsculapium fulminis transfugum esse telo? Pindari autem versusum satis habui, si vtrunque ex- primerem sententiam neglectis pedibus. In Clemente autem deest vnus versus qui in excuso inuenitur Pindaro. Nam post eum versus χροσός ἐν χειρὶ φανερός, quod vertimus aurum quod in manibus apparuit, sequitur ἀδύρα καμίσις ἐκ σακάρῳ ἠδὲ ἐλακόντα, id est, cum virum ex morte reduxisset, iam captum. Hippo- lytus enim ab Æsculapio vitæ fuit restitutus. De hoc vide Giraldum ex Pausania, & Ouidium lib. 15. Me- tamorph. Non extat autem tragædia Euripidis, ex qua duos versus hic citat Clemens. q Atque hic qui- dem iētus. Cynofuridis quidem meminit & Strabo & Pausanias: sed quod in eius finibus sit sepultus Æsculapius, ne verbum quidem. r Philochorus autem dicit. Tenuis numeratur inter Cycladas insulas à Strabone & à Plinio. Sed quod illic coleretur Neptunus medicus nulla fit mentio. Quod autem in Sici- lia sepultus sit Saturnus, solus dicit Philochorus. s Patrocles Thurius & iunior sophocles, & c. Quod Cas- tor & Pollux & Hercules qui pro Diis habebantur & colebantur, non essent Dij, sed homines, cum Patroclis Thurijs & Sophoclis, tum Homeri maximè probat autoritate. Ij autem Castor & Pollux, cum multis haberet filios Iupiter, soli dicti sunt κατ' ἐξοχὴν Διοσκουροὶ & Διοσκοροὶ, id est, filij Iouis. Ij finguntur à Ioue ex ouo in Lædæ gremio posito esse tenerati simul cum eorum sorore Helena, fuisse autem vicissim mortales & immortales. Sed vtrunque fuisse mortuum & sepultum testatur Homerus, cui magis fides est habenda, quam Poëta illi Cyprio qui Castorem quidem scripsit esse & mortalem & mortuum, sed Pollucem immortalem. Quod autè verti Martia proles, Græcè est ὄζος ἀφρός, id est ramus Martis, quo significatur eum fuisse fortem & bellicosum, non autem Martis filium. t Et qui præterea Herculem arguit esse hominem. Non solum Castorem & Pollucem, sed etiam Herculem arguit esse hominem. In exempla- ri Græco scribitur πρὸς δὲ καὶ τὴν ἠεκακτεὰ ἐιδωλον ἐλεγεῖας, pro εἰδωλον, lego ἀνθρώπων, alioqui nullus est sensus. u Herculem ergo ipse quoque Homerus nouit mortalem hominem. Homeri testimonio prius ostendit Herculem esse hominem: nunc autem ex descriptione eius corporis, quæ mandata est literis ab Hieronymo Philo- sopho & Dicæarcho, quæ est huiusmodi, vt homini conueniat non Deo, nisi eum qui Deus dicitur, di- camus esse hominem, Hieronymum autem Philosophum dicit, vt eum distinguat ab Hieronymo Car- diano historico, de quo Pausanias. Neutrius autem extrat hodie aliquid, sicut Dicæarchi, quod quidem sciam. Quod autem verti gracilem, Græcè est χαλῖαν. Rectène verterim, nescio; vt qui hoc vocabulū nun- quam legerim, suspicor autem ita esse, eo quod deriuetur à χαλῖα, χαλῖα autem, vt vult Aristophanis Com- mentator in Comœdiam de pace, sunt ligna fissa in vsum sacrificiorum, quæ solent esse gracilia. Nisi forte eum dicamus χαλῖαν, quasi dicas fissum, quod longis est tibiis. v Hic ergo Hercules. Hercules in Oeta monte, se in pyram iniectam exussit. De eius autem morte vide Ouidium in 9. Metamorph. Ita & ex Ho- meri autoritate, & ex eius corporis habitus & figuræ descriptione, & postremo ex morte Herculem esse ostendit hominem. Eleganter autem dixit eum per pyram sibi iusta fecisse, alludens ad morem combu- rendi corpora mortuorum. w Musæ autem, quas Alcander ait. Hanc de Musis siue historiam siue fabu- lam ex Clemente sumpsit Arnobius aduersus gentes scribens. Nunquid ex nobis Myrtilus est auctor, qui Macari filia Megalcónis ancillulas proficetur fuisse Musas? Ita enim est legendum filia, non filias, gentes.

Arnob. lib. 4. contra gentes.

Arnob. lib. 4.

Arnob. lib. 4.

Arnob. lib. 4. aduersus gentes.

Myrtilus autem apud eum dicitur, qui hanc scripsit historiam. Ex hac autem historia, ostendit Clemens, Musas quas pro Deabus habebant, & quas tanquam Deas colebant, & quibus templa quæ Musæ dicebant extruxerant, non solum non fuisse Deas, sed homines & ancillas. De Musis autem vide Diodorum Siculum lib. 5. cap. 2. & in multis aliis locis. Huius autem vocabuli, Musa, varia fertur etymologia. Sunt qui dicant *μῦσαι*, dici quasi *μυδοσαι*: Musam enim nihil differre à mysteriis. Alij autem à *μῦς* vel *μῦμα*, quod est *muos* & dicendam esse *μῦσαι*, quam vocamus *muos*, vocabuli enim etymologiam esse Doricam. Clemens autem dicit Megaclo quæ eas emit appellasse lingua *Æolica* *μῦσαι*, *ἄπο τῆς μῦσαι*, quod est oculos claudere & coniuere, quoniam quos odimus non rectis oculis intuemur. Myfas ergo eas vocavit quasi dicas *μῦσαι*, id est odiosas, vt quas odisset propter ignorantiam. Quas tamen cum artem canendi & psallendi docuisset, postea tanti fecit vt statuis honorari, & diuino honore voluerit affici. Hæc historia apud nullum inuenitur alium præterquam apud Myrtilum, vel Myrsilum, qui hodie non extat. ¹⁰ *Audite verò eorum qui sunt apud vos.* Ex iis omnibus quæ enumerat, quæ quidem in Deum non posse cadere est perspicuum, probat Deos gentium minimè fuisse Deos, sed homines. ² *Voca mihi Neptunum.* Per apostrophen iubet vocari, & in medium produci Neptunum & mulieres quibus vitium attulit. Quod non fecisset si reuera fuisset Deus. Hinc autem sumpsit etiam quod scripsit Arnobius. Nam quid de illis amoribus dicam, quibus in fœminas sanctos incaluisse cœlestes, vestris proditum literis atque autoribus continetur. Nunquid enim à nobis arguitur rex maris Amphyrtritas, Hypothoas, Amymonas, Menalippas, Alcionas, per furiosæ cupiditatis ardorem castimoniam virginitate priuasse. Præter has autem enumerantur alia ab Hero in Heroïdibus Ouidij.

*At tibi, inquit, flammatarum memori Neptune tuarum,
Nullus erat ventus impediendus amor,
Si neque Anymone, nec laudatissima forma
Criminis est Tyro fabula vana tui,
Lucidæque Alcione, Cerecæque & Alymone nata,
Et nondum nexis angue Medusa comus,
Flauæque Laodice, cæloque receptæ Celeno
Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certè pluresque canunt Neptune Poëta,
Molle latus lateri conseruisse tuo.*

Scribit etiam Pausanias; Cererem peperisse aiunt ex Neptuno filiam, cuius nomen profanis non indicandum esse aiunt, & equum Arionem, & lib. 5. Arcad. Cum Corcyra, inquit, fertur Neptunus concubuisse; Et idem in decimo Phocensium; Sunt, inquit, qui dicant Neptunum concubuisse cum Thya. ³⁰ *In quibus quidem, cum tot essent.* Infinitæ & inexhaustæ libidinis dicit fuisse Neptunum, qui cum tam multas vitiaisset fœminas, nondum tamen eius libido erat exsatiata, vt quæ in his in arcum esset coacta, & latius vellet euagari, & in alias fœminas effundi. ⁶ *Voca mihi etiam Apollinem, us est Phæbus.* Arnobius quoque sic scribit; Nunquid Apollo Latonius immaculatus ille castissimus, atque purus, Arfinoas, Chryfas, Hypsipylas, Marpessas, Zeuxippas, Daphnas & Steropas inconsulti pectoris appetisse feruoribus? Præter eas autem quas enumerat Clemens, numeratur ab Arnobio Chrysa. Has omnes non solum appetiit, sed eis etiam vitium attulit Apollo, præter Daphnem, quam cum persequeretur, in laurum conuersa & vatem, nempe Apollineam, persequentem effugit, & vitium quod ei erat allatura. De ea autem, vide Ouid. in 1. Metamorph. Præter has autem scribit Pausanias Apollinem concubuisse cum Acallide & filios ex ea suscepisse, amasse etiã Creusam & Bolinam. Est etiã vulgatus eius amor in Hyacinthum, cuius fabulam & in florem sui nominis conuersionem, Vide apud Ouid. lib. 10. Metamorph. Et de eodem ipse Clemens paulò inferius. ⁴⁰ *Et post omnes veniat ipse Iupiter.* Post Neptunum & Apollinem, ipsum quoque vocat Iouem ad libidinis in fœminas societatem, sed ita vt in ea summas ei partes tribuat, vt qui & omnes desideraret fœminas; & in omnes suam explet libidinem. Non potuit autem eius libidinem melius exprimere, quam cum hirco assimilado, qui est omnium animalium salacissimus, & ad Venerem maximè procliuus. Vnde & ab Horatio merito vocatur libidinofus. Quémnam autè dicat hircum Thmuitarum ingenuè fateor me nescire. Legi quidem apud Herodotum Mendesium octo coluisse Deos, inter quos erat Pan, quem Mendem vocabant, effingebatur autem caprina facie & hircinis cruribus. Lege etiam apud Plutarchum hircum insipienti seculo pro Deo habitum propter fœcunditatem, vt qui non fecus atque Panes & Satyri miræ esset salacitatis: eumque apud Ægyptios in Mendefio ciuitate in multarum formosarum puellarum collegio fuisse curatum sacro fano inclusum, cui selectiores capras non negligenter educabant. Hæc Plutarchus. Est autem verisimile eas capras tam diligenter à puellis fuisse educatas, vt hircus quem curabant haberet in quas suam explet libidinem. Hæc quidem legi de hirco Mendefio. Idemne autem sit Thmuitarum hircus & Mendefius, planè nescio, conicio tamen, sed nescio an verè, in Mendesium præfectura, quam *ῥόμον* vocant Ægyptij, fuisse Thmuit quam dicit Clemens. ⁴ *Atque tua quidem ò Homere, &c.* Homerum quidem laudat Clemens, quod elegantissimis versibus eam quam decuit Ioui tribuerit grauitatem, sed in hoc vituperat quod Iupiter ipse eam non seruet perpetuâ. Quod autem non seruet libido est impedimento. Verè enim dixit Ouidius in Metamorph.

*Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur.
Majestas & amor.*

Si solum, inquit, cestum ei ostenderis, & Iupiter arguitur, & coma dedecore afficitur, id est, cum primum se obrulerit aliqua occasio exercendæ libidinis, suæ dignitatis & maiestatis oblitus, se Iouem esse arguit, nempe libidinofum & impudicum. Cestus autem est lorum pūctum & variatum, quo pectus suum cingebatur

Arnobius
aduersus
gentes.
lib. 5.

gebat Venus. Est autem Græcè *κεστός*, id est punctus & variatus, & est adiectiuum substantiuu *ἱματίου*. Dicit Homerus scribens de Venere quæ cestum exuerat vt roganti eum daret Iunoni.

*Ἡ κείνη δὲ τὸν ἑσθρον ἔλυσεν κέστον ἱματίου
Γοικίλον ἔνθα οἱ θεῶν θέλα πάντα πέτυκτο.*

id est, *Dixit, compunctum soluitque à pectore lorum,
Et variatum instructæ fuerant in quo illecebre omnes.*

Lorum compunctum Græcè est *κεστόν ἱματίον*, vt sint duo vocabula, quamuis inueniatur aliquando per cestum substantiuum. ⁴ *In quantam libidinem processit ille Iupiter.* Iouis in Amphitryonem mutati trium noctium cum Alcmena concubitus satis est vulgatus ex Amphitryone Plauti. Arachne apud Ouidium in ¹⁰ Metamorphosi inter cætera Iouis adulteria eum vno versu refert, dicens, Amphitryon fuerit cum te Tyrrinthia cepit. Ex eo concubitu natus est Hercules, ad virum enim tantum procreandum vna nox non suffecisset. Videtur autem Clemens significare illum concubitu nouem noctium, vt scilicet vnaquæque ex tribus noctibus trinoctium spatium contineret. Illi autem Ioui adeò intemperanti, non solum nouem noctes, sed ne vniuersa quidem vita longa fuerit ad illum malorum propulsores, nempe Herculeum generandum. In Iouis autem libidinofam intemperantiam nemo acrius & vehementius inuehitur quam Arnobius lib. 4. aduersus gentes. ⁵ *Iouis Hercules, verè, inquam Iouis filius.* Qui ex longa, inquit, nocte gignitur, nempe ex ea nocte quæ durauit spatium trium noctium, vt volunt cæteri ferè omnes, vnde etiã *πενταπεντος* dictus est à Gregorio Nazianzeno in inuectiuis in Iulianum, vt Clemens autem, & qui hoc ex ipso accepit Arnobius, nouem noctium. ⁸ *Quinquaginta autem filias Thestie vna nocte vitiauit.* Totum hunc locum quoniã ex Clemente accepit Arnobius, visum est ea hic adscribere, vt quæ ad Clementis explicationem multum faciant. Et sanè (inquit, gentes alloquens) adiungitis beneficia non parua. Si quidem vobis Deus Hercules natus est, qui in rebus huiusmodi patris sui transfret exuperaretque virtutes. Ille noctibus vix nouem vnam potuit prolem extundere, concinnare, cõpingere: Hercules sanctus Deus natus quinquaginta de Thestio nocte vna perdocuit, & nomen virginittatis ponere, & genitricum pondera sustinere. Quem vocat autem Clemens & Arnobius Thestium, is à Pausania dicitur Thespius; Hercules, inquit, aiunt cum filiabus Thespij omnibus numero quinquaginta, præter vnam, eadem nocte concubuisse, &c. Et paulò post. Ego vero & alia quedam audiui, omnes eadem nocte Hercules concubitu factas esse grauidas, marèsque omnes peperisse, &c. ⁶ *Vt qui simul & adulter.* Adulter, vt qui cum eis quæ aliis erant nupturæ adulterium admiserit. Sponsus autem, vt qui cum eis tanquam quæ recens ipsi nupsissent, rem habuerit. ⁷ *Non abs te ergo eum vocant.* Cum Hercules, inquit, tot & tam laboriosa certamina confecerit, tórque labores exantlarit, & res adeo iniustas & sceleratas fecerit, meritò à Poëtis appellatur miser & *αἰσχυρρός*. Miser autem Græcè dicitur *αἰσχυρός*, *ἄπο τῆς αἰσχῆς*, id est à certaminibus & laboribus quos est perpeffus, vnde etiam dictus fuit ærumnosus. *αἰσχυρρός* autem dicitur, qui iniqua & nefaria admittit scelera & flagitia. ⁸ *Longum autem fuerit eius omnis generis adulteria.* Sic etiam Arnobius. Quid quod non contenti fœminei generis attribuisse Diis curas, virilis etiam sexus adiungitis adamatos ab his mares, Hylam nescio quis diligit, Hiacynto est alius occupatus, Ille Pelopis desideris flagrat, Hic in Chrysippum suspirat ardentius, Catamitus rapitur delitia futurus, & poculorum custos. Atque quod Hylas quidem fuerit pūso Hercules, Hyacinthus autem Apollinis, Ganymedes verò Iouis, passim licet inuenire. Cuiusnam autem pūso, & quinsam sit hic Pelops & Chrysippus iridem, non facile inuenieris, ego quidem certè nusquam memini me legere. ⁴ *Hos Deos vestra vxores adorent.* Est hic acris, quam sarcasmon vocant irrifio, quod eos Deos colant qui sunt eiusmodi, vt nec fœminæ tales velint esse suos maritos, nec parentes suos filios.

Homer. in
O. Raps. II.

Ouid. in
Metam.
lib. 10.

Pausan. lib.
9. Bœotico.

²⁰ hunc locum quoniã ex Clemente accepit Arnobius, visum est ea hic adscribere, vt quæ ad Clementis explicationem multum faciant. Et sanè (inquit, gentes alloquens) adiungitis beneficia non parua. Si quidem vobis Deus Hercules natus est, qui in rebus huiusmodi patris sui transfret exuperaretque virtutes. Ille noctibus vix nouem vnam potuit prolem extundere, concinnare, cõpingere: Hercules sanctus Deus natus quinquaginta de Thestio nocte vna perdocuit, & nomen virginittatis ponere, & genitricum pondera sustinere. Quem vocat autem Clemens & Arnobius Thestium, is à Pausania dicitur Thespius; Hercules, inquit, aiunt cum filiabus Thespij omnibus numero quinquaginta, præter vnam, eadem nocte concubuisse, &c. Et paulò post. Ego vero & alia quedam audiui, omnes eadem nocte Hercules concubitu factas esse grauidas, marèsque omnes peperisse, &c. ⁶ *Vt qui simul & adulter.* Adulter, vt qui cum eis quæ aliis erant nupturæ adulterium admiserit. Sponsus autem, vt qui cum eis tanquam quæ recens ipsi nupsissent, rem habuerit. ⁷ *Non abs te ergo eum vocant.* Cum Hercules, inquit, tot & tam laboriosa certamina confecerit, tórque labores exantlarit, & res adeo iniustas & sceleratas fecerit, meritò à Poëtis appellatur miser & *αἰσχυρρός*. Miser autem Græcè dicitur *αἰσχυρός*, *ἄπο τῆς αἰσχῆς*, id est à certaminibus & laboribus quos est perpeffus, vnde etiam dictus fuit ærumnosus. *αἰσχυρρός* autem dicitur, qui iniqua & nefaria admittit scelera & flagitia. ⁸ *Longum autem fuerit eius omnis generis adulteria.* Sic etiam Arnobius. Quid quod non contenti fœminei generis attribuisse Diis curas, virilis etiam sexus adiungitis adamatos ab his mares, Hylam nescio quis diligit, Hiacynto est alius occupatus, Ille Pelopis desideris flagrat, Hic in Chrysippum suspirat ardentius, Catamitus rapitur delitia futurus, & poculorum custos. Atque quod Hylas quidem fuerit pūso Hercules, Hyacinthus autem Apollinis, Ganymedes verò Iouis, passim licet inuenire. Cuiusnam autem pūso, & quinsam sit hic Pelops & Chrysippus iridem, non facile inuenieris, ego quidem certè nusquam memini me legere. ⁴ *Hos Deos vestra vxores adorent.* Est hic acris, quam sarcasmon vocant irrifio, quod eos Deos colant qui sunt eiusmodi, vt nec fœminæ tales velint esse suos maritos, nec parentes suos filios.

² *Sed ex diis fortè quidem soli masculi feruntur in Venerem: Dea autem fœminæ domi manebant quælibet harum, ait Homerus, erubescens Dea propter honestatem videre Venerem adulteratam.* ³ *Ille autem impudicè se gerunt, in adulterio vehementius implicata.* Aurora propter Tithonum, Luna propter Endymionem, Nereis ⁵⁰ propter Æacum, & propter Peleum Thetis, propter Iasionem autem Ceres, & propter Adonidem Proserpina, Venus verò propter Martem probro & dedecore affecta, transit ad Cinyram, & nupsit Anchisæ, & Phaëthonti parauit insidias, & amauit Adonidem: cõtendit autem cum Iunone quæ *γλαυκῶπις* dicitur, hoc est, bovinis oculis: & cum se propter malum Dea vestibus exuissent, nudæ se permiserant pastoribus, iudicaturò quænam esset ex eis pulchra. Age verò, paucis quoque obeamus certamina, & panegyricos illos sepulchrales conuentus dissoluamus, Isthmia, & Nemea, ac Pythia, & quæ ea sequuntur Olympia. ⁶ *In Pythone quidem Pythius Draco colitur, & frequens serpentis conuentus appellatur Pythia. In Isthmo miserabile excrementum mare expuit, & Melicertam deflent in Isthmia. Nemea aliq. puero Archemoro iusta facta sunt, & funebris oratio pueri appellatur Nemea. Pisa autem*

60

vobis, ô Græci, est sepulchrum aurigæ Phrygiæ, & Pelopis inferiæ. Olympia sibi vendicat Iupiter Phidæa. ^a Erant ergo mysteria, ut videtur, certamina, quæ suscipiebantur propter mortuos, sicut etiam oraculi responsa: & facta sunt ambo publica. ^b Sed quæ sunt quidem in Sagra mysteria, & quæ in Halimunte Atticæ, circumscripta sunt Athenis, mundi autem sunt probrum ac dedecus: & certamina & Phalli qui Dionysio peraguntur & celebrantur, quique vitam malè occuparunt. ^c Dionysius enim cum cuperet descendere ad inferos, viam ignorabat. Pollicetur autem se ei esse dicturum quidam Prosymnus nomine, sed non sine mercede. Merces autem non pulchra, sed pulchra Dionysio: erat autem venerea gratia, merces quam postulabatur Dionysius. A Deo autem volente hoc postulatum est, idque ei daturum pollicetur, si redierit, iureiurando promisso confirmato. Cum viam didicisset, abiit, rursus rediit, non offendit Prosymnum, erat enim mortuus. Amatori iusta faciens Dionysius, proficiscitur ad monumentum, & ^d muliebria patiendi vehementi tenetur desiderio. Cum ergo ficus ramum, ut contigit, excidisset, instar virilis membri cum efformat, & ei insidet ramo, faciens promissum mortuo. Mysticum eius quod accidit monumentum, per urbes Phalli excitantur Dionysio. ^e Nisi enim pompam fecissent Dionysio, & canticum cecinissent, pudendis fecisset impudentissima, inquit Heraclitus. ^f Hic est autem Orcus, & Dionysius seu Bacchus cui insaniunt, & cui bacchantur, non tantum propter ebrietatem corporis (ut opinor) quam tum propter probrosam libidinis & lasciviæ sacram interpretationem. ^g Sunt ergo iurè vestri dii tales, qui serui fuerunt vitiorum: sed ante Ilotes qui vocantur apud Lacedæmonios, iugum servile subiit Apollo Admeto Phæris. Hercules Sardibus Omphala. Laomedonti autem fuit mercenarius Neptunus & Apollo, sicut servus inutilis, qui nec libertatem quidem potuit consequi à priori domino. Tunc etiam muros Troiæ Phrygiæ adificarunt. ^h Non pudet autem Homerum dicere Mineruam Ulyssi præluxisse, auream lucernam tenentem manibus. ⁱ Legimus autem Venerem, tanquam lasciviam & intemperantem quampiam ancillulam, lecticam Helenæ apposuisse ex aduerso adulteri, ut eum illiceret ad coitum. ^k Panyassis autem, alios quoque plurimos deos refert seruisse hominibus, sic scribens:

Passa Ceres, passusque insignis Mulciber. estque
Passus Neptunus, passusque est Phæbus Apollo
Mortali ipse suas operas mercede locare.
Passus Marsque ferox, urgente hoc patre coactus.

Et quæ deinceps sequuntur.

^o Est ergo his meritò consequens, hos vestros deos, qui & amore languent, & animi vexantur perturbationibus, omnino inducere obnoxios humanis affectionibus: nam mortale illis est corpus. ^p Rectè autem admodum coniicit Homerus, introducens Venerem propter vulnus acuta & magna voce clamantem, & narrans bellicosissimum Martem fuisse à Diomede in ventre sauciatum. ^q Polemo autem dicit etiam Mineruam fuisse vulneratam ab Ornyto. ^r Quinetiam dicit Homerus Plutonem fuisse vulneratum ab Hercule, & Eleum Augeam refert Panyassis. Iam verò Iunonem quoque coniugalem, ab eodem Hercule fuisse vulneratam in Pylo arenoso narrat hic ipse Panyassis. ^s Sossibius autem dicit etiam Herculem fuisse in manu sauciatum ab Hippocoontidis. ^t Quod si sunt vulnera, est etiam sanguis. Sanies verò poetica, quam ^u vocant,

vocant, est etiam sanguine turpior. Putrefactio enim sanguinis sanies intelligitur. Ec curationes ergo & nutrimenta quibus indigent, eis necesse est inducere. Quare sunt & mensæ, & ebrietates, & risus, & coitus, utpote quod homines veneris rebus non videntur, nec darent operam liberis, sed nec dormituri essent, si essent immortales, nullius egeni, & expertes senij. ^v Fuit autem humanæ quoque mensæ particeps apud Æthiopes: inhumana autem & nefaria, conuiuio à Lycaone exceptus ipse Iupiter, humanis certè ^w carnibus impletus non lubens. Nesciebat enim Iupiter, quod Lycaon Arcas qui eum conuiuio excipiebat, interfectum suum filium, Nyctimo ei nomen erat, epulandum ei apposisset. ^x Egregius verò Iupiter, qui est diuinator, hospitalis, supplices exaudiens, clemens, panomphæus seu voces ac linguas omnium excipiens, depulsor & auersor malorum: imo verò iniustus, sceleratus, iniquus, impius, inhumanus, violentus, stuprator, adulter, amator. ^y Sed tunc quidem fuit quando erat talis, nempe quando erat homo: nunc autem mihi videntur vobis quoque consensisse fabulæ. Iupiter non est amplius draco, non cygnus, non aquila, non homo amanti deditus, non volat Deus, non tenetur amore puerorum, non osculatur, non affert vim, etsi adhuc multæ sint pulchræ mulieres, & Læda venustiores, & Semele formosiores: adolescentes autem speciosiores & ciuiliores Phrygiæ bubulco. Vbi nunc est illa aquila, ubi verò cygnus, ubi autem ipse Iupiter? ^z Unà cum penna consenuit. Non enim quod amoribus operam dederit, eum pœnitet, nec docetur esse moderatus & temperans: sed vobis aperitur fabulæ, mortua est Læda, mortuus est cygnus, mortua est aquila. ^{aa} Quære tuum Iouem, ne scrutaris cælum, sed terram. Narrabit tibi Cretensis, apud quem est sepultus. Callimachus in Hymnis: Sepulchrum enim, inquit, ô Rex, Cretenses sunt fabricati. Mortuus est enim Iupiter, ne ægrè feras, ut Læda, ut cygnus, ut aquila, ut homo amanti deditus, ut draco. ^{ab} Iam verò videntur ipsi quoque qui praua tenentur superstitione, inuiti quidem, sed tamen de diis errorem intelligere:

Annosa geniti non sunt quercuæ petræ,
Sed sunt ex hominum genere.

^{ac} Paulo post autem inuenientur esse & quercus & petræ. ^{ad} Agamemnonem certè quendam Iouem Sparta coli refert Staphylus. ^{ae} Phanocles autem, in pulchris colebat heroibus Agamemnonem Græcorum regem. Argynna stare templum Veneris propter Argennum dilectum. ^{af} Dianam quæ vocatur ἀπαρχιδόν, hoc est, suffocata, colunt Arcades, ut inquit Callimachus in causis. ^{ag} Colitur etiam Methymnæ alia Diana Condylitis. ^{ah} Est etiam Podagra alterius Dianæ templum in Laconica, ut ait Sossibius. ^{ai} Polemo autem nouit imaginem hiantis Apollinis, & obsonatoris rursus Apollinis aliam, quæ colitur in Elide. ^{aj} Hic Elei Ioui δρομύς sacrificant. ^{ak} Romani autem sacrificant δρομύς Herculi, id est, muscarum depulsori, & Febri & Pauori, quos ipsos quoque adscribunt in numerum eorum qui erant cum Hercule. ^{al} Mitto autem Argiuos, qui colunt Venerem τυλορῶν, id est, quæ sepulchra effodit. ^{am} Argiui & Lacones, & etiam Spartani, Dianam colunt Chelytidem, quoniam tussire ab eis vocatur χελύτιον. ^{an} Vndenam putas, scriptum est ad te ea deferri, quæ à nobis adducuntur: tuos quidem videris agnoscere scriptores, quos ego testes cito ad tuam incredulitatem? ^{ao} O miseri, qui omnem vestram vitam reuera minimè vitalem, impia impleuistis ludificatione. ^{ap} Annon caluus quidem Iupiter Argis, alius autem ultor, in Cypro honorati sunt? ^{aq} Annon Veneri quidem ἄελαιόν, Argiui: ἑταίρα autem, id est, amica seu meretrici, Athenienses: καλλιπύρα autem, id est, pulchras habenti nates, sacrificant Syracusani, quam Nican- ^{ar} der Poëta alicubi vocauit καλλιπύρα, id est, pulchris clunibus? ^{as} Dionysium autem iam

taceo χοροβάλλω. Eum adorant Sicyonij, Dionysium præficientes membris muliebribus, ut curam gerat turpitudinis, colentes eum qui est author ac princeps probri ac petulantia. Tales quidem sunt ipsi Dei: tales autem sunt ipsi quoque, in diis ludentes, vel potius seipsos ludificantes, probròque & ignominia seipsos afficientes. Et quanto melius Aegyptij, qui vicatim & per oppida, bruta coluerunt animantia, quàm Græci, qui tales deos adorant: nam illa quidem, etsi sint fera bestia, non sunt tamen adultera, nec stupro ac libidini dedita, neque ullam præter naturam venantur voluptatem. Porro autem Aegyptij, quorum nunc feci mentionem, dispersi sunt in varios cultus ac religiones. Ex iis Euenitæ quidem colunt piscem Phagrum: Mæoten autem (est verò hic quoque alius piscis) colunt qui habitant Elephantinam. Oxyrinchitæ autem piscem similiter, à quo eorum denominatur regio. Præterea Ichneumonem Heracleopolitæ: Saitæ autem & Thebani, ouem: Lupum autem Lycopolitani, Canem verò Cynopolitani, Apim Memphitani, Hircum Mendesij. Vos autem qui Aegyptiis estis planè meliores, vereor autem dicere deteriores, qui non cessatis Aegyptios videre quotidie, quales vos quoque estis in bruta animantia? Ex vobis quidem ciconias honore affecerunt Thessali, propter consuetudinem. Thebani autem mustelas, propter ortum Herculis. Quid verò, Thessali rursus dicuntur colere formicas, quoniam didicerunt Iouem assimilatum formicæ, coisse cum Eurymedusa filia Cletoris, & genuisse Myrmidonem? Polemo autem refert eos qui habitant circa Troadem, colere mures qui sunt in his regionibus, quos ipsi appellant σμύδος, quoniam arrodabant chordas arcuum bellicorum, & Sminthium Apollinem ob illos mures celebrasse. Heraclides autem dicit in ædificationibus templorum in Acarnania, ubi est Actium promontorium, & templum Actij Apollinis, bouem prius sacrificari muscis. Neque verò obliuiscar Samiorum, ouem, ut inquit Euphorion colunt Samij. Sed nec eorum qui Phæniciam colunt Syrorum, quorum alij quidem columbas, alij verò pisces tam impensè colunt, quàm Elei Iouem. Age verò, quoniam non sunt dij quos colitis, mihi rursus videtur considerandum, an sint reuera demones, relati in hunc secundum ordinem, ut vos dicitis. Atque si sunt quidem demones, liguritores & scelerati, possunt etiam apertè inueniri in ciuitatibus demones indigenæ, qui honores decerpunt: apud Cythnios quidem Edemus, apud Tenios Callistagoras, apud Eleos autem Anius, apud Lacones Astrabacus. Colitur autem quidem quoque heros Phaleris in puppi. Et Pythia constituit Plataensibus, ut sacrificarent Androcrati, & Democrati, & Cyclæo, & Leuconi, cum vel maximè tunc vigerent Medica certamina. Possunt alij quoque quamplurimi intelligi demones, ei qui potest vel parum perspicere.

Cythnos vna ex insulis Cykladibus.

Hesiodus.

Dæmonium decies ter habet nam millia tellus
Immortalia, queis hominum custodia cessit.

Quinam sunt hi custodes? O Bæotie, non te pigeat dicere. Num est clarum quòd hi sunt, & qui sunt his honoratioris, magni demones, Apollo, Diana, Latona, Ceres, Proserpina, Pluto, Hercules, ipse Iupiter? Sed num ne fugiamus, nos custodiunt ô Ascrae, nûmne fortè peccemus, qui peccatis non sunt utique affines. Hic utique licet eloqui id quod habet instar prouerbij, Pater qui non potest corrigi, corrigit filium. Quod si etiam hi sunt custodes, non sunt propter eam qua in nos sunt affecti beneuolentiam, sed nostrum urgentes exitium, instar adulatorum alimento & cibo adherent fumo inescati. Ipsi certè demones fatentur suam ingluuiem libaminis & nidoris, ut qui dicant, sortiti sumus hoc munus. Quàmnam aliam vocem ederent, si vocem acciperent dij Aegyptiorum, nempe feles & mustela, quàm Homericam & Poëticam, cui placet nidor & condimen-

& condimentum obsoniorum? Tales quidem sunt apud vos & demones & Dei, & si qui semidei, tanquam semiasini muli vocati sunt. Neque enim est vobis nominum egestas ad impietatis compositiones.

COMMENTARIVS.

10 SED ex Diis fortasse quidem soli masculi. Cum Deorum masculorum ostendisset libidines, & in fœminas & in pueros, nunc transit ad Deas fœminas, ostensurus eas, nec propter pudorem abstinuisse à Venere. Deæ autem fœminæ, inquit, domi manebant quælibet harum, ait Homerus, erubescerent propter honestatem videre Venerem adulteratam. Hi sunt versus Homeri in Rapf. θ. Odyssææ.

Ἐκλυπεραι δὲ θεαὶ μένοι εἰδὸι οἴκοι ἑκάστη,
Ἐλευσὶ δ' ἔν τε στυροῖσι θεοὶ δαίτηρες ἑάων.

id est, Fœmina quæque domi Dea mota pudore manebat,
Verum in vestibulus stabunt Diij qui bona donant.

Vbi describit Venerem à Vulcano insolubilibus vinculis cum Marte colligatam, & diis itridendam expositam. Ille autem impudicè se gerunt. Hæc etiam ex Clemente sumpsit Arnobius, sic enim scribit. Sed soli amant apud vos mares, & in fœmineo sexu sua conseruata est sanctitas. Nonne vestris cautum est literis adamatam esse ab Aurora Tithonum, arsisse in Endymionem Lunam, Nereidem in Æacum, in Achillis genitorem Thetim, Proserpinam in Adonidem, Matrem eius Cererem in Iasionem nescio quem rusticum, & post Vulcanum, in Phæonem, & Martem ipsam illà Venerem Æneadam matrem, & Romanæ dominationis auctorem. Hæc Arnobius. Sunt autem hæc omnia iis qui legunt Poëtas satis obuia. Vnum est quod nusquam mihi adhuc occurrit, nempe quod Venus Phætoni pararit insidias, vel Phætoni, ut legitur apud Arnobium. De Veneris autem & Iunonis contentione, & de iudicio Paridis, non est quod hic aliquid dicamus, cum ea fabula à nemine ignoratur. Quod autem γλαυκῶπις sit epithetum Iunonis, passim videre licet apud Homerum. Dicitur autem βοῶπις, vel quod bouinis, id est magnis sit oculis, vel à βοή, quod vocem significat. Ne enim dicitur aër, quoniam in eo editi audiuntur soni. Ira Eustathius in Homerum Il. α. Quod autem verti, se permiserunt Pastori iudicaturò quænam esset ex eis pulchra, Græcè est ἀεθροῖον πρὸς πομπῆν, εἰ-
30 πος αὐτῶν δὲ ζεῖ κελύκη. quod sonat ad verbum, Attendebant Pastori si qua ei videnda esset pulchra, est autem idem sensus. In Pythone quidem Pythius draco colitur. Eadem ciuitas & Delphos dicta est Pythos, à serpente Pythone, ab Apolline in ea interfecto. Inde etiam dicti sunt ludi Pythij, & qui ad ludos celebrandos fiebat conuentus, dictus est Pythia. De his præter Pausaniam & Strabonem, vide elegantissimos versus Ouidij in Metamorph. i.

Hunc deus arcitenens, &c.
Perdidit effuso per vulnera nigra veneno,
Nè ve operis famam posset delere vetustas,
Instituit sacros celebri certamine ludos
Pythia, perdomitæ serpentis nomine dictos.

40 De ludis Isthmicis scribit Pausanias; In Corinthiaco agro vicus est cui Cromio nomen, à Cromio Neptuni filio. In eo educatum ferunt Pythocampem, cui suus est inter Thesæarumnas locus. Operis index est pinus, quæ in ipso adhuc littore se progredientibus ostendit. Fuit hoc ipso in loco & Melicertæ ara, eò enim à Delphine puerum euectum memorat, quem cum offendisset expositum Siphus, & humarit in Isthmo, & Isthmicos in eius honorem ludos instituerit. Is autem puer est, quem à mari eiectum, Clemès dicit, Græcè σκῆδρον, nos excrementum vertimus, erat enim puer expositus. Is autem erat Learchus, à furète Athamante, cum vxore Ino, seu Melicerta interfectus: quam fabulam, vide apud Ouidium in Metamorphosi. Est autem Isthmus angustum terræ spatium inter duo maria, cuiusmodi est Isthmus Corinthiacus, in quo celebrabantur ludi Isthmici. Dicuntur autem Isthmia, & ipsi ludi & frequens in eo populi conuentus. Nemæi ludi ab Hercule sunt instituti. Inter cæteros autem labores Herculis recensetur, & Leo Nemæus ab eo
50 interfectus, à quo etiam accepit cognomen Nemæi. De eo labore vnico versus gloriatur in Oeta monte moriens apud Ouidium,

His elisa iacet moles Nemææa lacertis.

Pausanias scribit, in montibus non longè sitis à Cleonis, antrum leonis suo tempore solitum esse ostendi, & Nemæam oppidum stadiis circiter quindecim inde distare. Strabo autem lib. 8. dicit syluam surgere Nemæam inter Cleonas & Phtiuentem, in quo Argiui sacra celebrare consueuerunt Nemæa. Ibi quoque quæ de Nemæo leone gesta fabulis prodita: hæc Strabo, his in locis celebrabantur ludi Nemæi. De Archemoro autem, quem hic Clemens dicit, hoc tantum legi apud Pausaniam; In Isthmo abies & Nemææ apium quod datur, in causa sunt Palæmonis & Archemori clades. An autem hic Archemorus esset Opheltès Lycurgi filius, qui à serpente fuit interemptus, de quo Pausanias in aliquot locis mihi satis non constat. De ludis
60 Olympicis ad quos spectandos conueniebat in campis Eleis tota Græcia non procul à Pisa & Pythicis, Isthmiis & Nemæis, tam multa scripta sunt à Strabone, Pausania, ab Alexandro lib. 5. cap. 8. à Cælio Rhodigino lib. 13. cap. 17. ut sufficiat lectorem ad eos remittere. Hic Phryx auriga fuit Myrtilus, cuius fraude Hippodamiæ coniugio potitus est Pelops. De quo vide Pausaniam lib. 8. Arcad. & Diodor. Sicul. lib. 5. cap. 11. Quod autem vertimus inferiæ, Græcè est πρὸς πέλοπος χροῖ, ita enim legimus, non autem πρὸς χροῖ. χροῖ autem sunt libamina quæ exhibentur mortuis, ἀσπιδοῖ autem quæ viuus, inquit Eustathius in Rapf. κ. Odyss. Quod autem dicit Clemens Iouem Phidiæ sibi vindicasse Olympia; videtur significare ludos quidem Olympicos, in honorem Pelopis fuisse institutos ab Hercule, dictos autem esse Olympicos propter Olympici lo-

Ouid. Metamor. Paus. Corinth. 2.

Pausan. Arcad. 8.

Plin. lib. 34. cap. 3. Pausan. lib. 5. Eliac. Pausan. lib. 6. Eliac.

uis delubrum, quod in Achaia fuit celebratissimum. De Phydia quidem certè dicit Plinius, eum Iouem fecisse Olympium, quem nemo est amulatus: cuius etiam in multis locis meminit Pausanias. Phydiam autem in signis faciendis admiratur sapientiam Eliacorum lib. 6. Propterea ergo dicit Clemens, Phydiam propter Iouem Olympicum à se fabricatum, tanquam sua sibi vendicasse Olympia, id est ludos illos & certamina Olympica sibi attribuisse. Erant ergo mysteria, ut videtur. In Græcia nihil erat præclarior ac magnificentius ludis Gymnicis & oraculorum responsis, ad quæ undique publicè conueniebatur. Earum autem dignitatem & existimationem eleuans Clemens, ex præcedentibus concludit, quod ambo nempe & ludi Gymnici & oracula, quæ licet viderentur fieri in honorem Deorum, & ex iis oriri, propter mortuos tamen suscipiebantur ac fiebant. Erant autem mysteria, ut quæ arcanum aliud significarent quàm præ se ferebant. Nam Deorum honorem quidem præ se ferebant, mortuorum autem erant exequiæ & inferiæ. Sed quæ sunt quidem in sacra mysteria. Gymnicos ludos & oracula dixerat esse publica mysteria, nunc transit ad priuata: sed quænam ea sint, nec ipse explicat, nec cum de iis quidem adhuc vsquam legerim, possum diuinare. De sacra Locrorum fluuio legi apud Strabonem, & de insigni illa Locrorum victoria aduersus Crotoniatis: vnde ortum est prouerbum, veriora iis quæ apud Sagram euenerunt, multi meminerunt. Halimufiorum quoque Atticæ populorum meminit & Pausanias, & Strabo, & Plinius, sed horum mysteriorum quæ Clemens dicit fuisse circumscripita finibus Atticæ, nullam omnino fecerunt mentionem: non dubito tamen ea fuisse huiusmodi, ut non sit magnopere dolendum quod ignorentur. Atque illa quidem mysteria dicit certis terminis fuisse conscripta, nempe Atticis: certamina autem & Phallos qui celebrabantur in honorem Dionysij, fuisse eiusmodi, ut probro ac dedecore totum mundum repleuerint. Horum autem Phalorum originem, aliam dicit fuisse Diodorus Siculus lib. 1. & eorum ritum ac ceremonias quas Græci ab Ægyptiis acceperunt, aliam verò Clemens, qui quidem dicit eos Phallos totam vitam occupasse, quod is Dionysij colendi ritus passim, & vbi que terrarum vsurparetur. Quod autem hic narrat Clemens, in librum quintum aduersus gentes, transtulit Arnobius: Eius autem verba non me pudebit hic adscribere: quæ ipsum non puduit mandare literis, ut gentibus, quæ tam impudicos, & flagitiosos, & quos nihil pudebat Deos colebant, pudorem incuteret. Cum inter homines, inquit, esset adhuc Nisius & Semelius liber, nosse inferos expetiuit, & sub tartari sedibus quidnam rerum ageretur, exquirere. Sed cupiditas hæc eius nonnullis difficultatibus impediatur, quod qua iret ac pergeret incertum itineris nesciebat. Prosummus quidem exoritur ignominiosus amator Dei, atque in nefarias libidines fatiæ pronus, qui se iamiam Ditis atque Acherusios aditus pollicetur indicaturum si sibi morem gereret Deus, atque vxorias voluptates pateretur ex se carpi. Deus facilis iurat potestatis futurum, ac voluntatis se eius: sed cum primum ab inferis compos voti atque expeditionis redisset, viam comiter Prosumnus edisserit, atque in limine ipsos prostituit inferorum. Interea dum Liber, Stygem, Cerberum, furias atque alias res omnes curiosa inquisitione collustrat, ex viuientium numero index ille decidit, atque ex more sepelitur humano: emergit ab inferis Euhius, & recognoscit extinctum ducem: Qui vt fidem compleret pacti, & iurandi solueret religione se iuris, locum pergit ad funeris, & ficorum ex arbore ramum validissimam præsecans dolat, runcinat, leuigat, & humani speciem fabricatur in pœnis: figit super aggerem tumuli, & postica ex parte nudatus, accedit, subdit, insidit: lasciuia deinde luxuriantis accepta, huc atque illuc clunes torquet & meditatatur à ligno pati, quod iam dudum in veritate promiserat. Ac ne quis fortè à nobis tam impias arbitretur confictas res esse, Heraclito testi non postulamus vt credat, nec mysteriis quid super talibus senserit, ex ipsius accipiat lectione, totam interroget Græciam, quid sibi velint Ithyphalli, quos per rura, per oppida mos subrigit & veneratur antiquus, inueniet causas eas esse quas dicimus, aut si fuerit pudicitum, veritatem simpliciter explicare, quid obsecrare, quid regere causam ritus atque originem proderit, cum criminatio ipsa religionis in re sit. Hæc Arnobius. Sic autem Clemens à quo sumpta sunt quæ ipse scripsit. Dionysius enim cum cuperet descendere. Quem autem vocat Clemens παρθεμιον, appellat Arnobius Prosumnum, ypsilon mutato in v. & muliebria patiendi. Græcè est παρθεμιον, id est cupit fieri pathicus. Nisi enim pompam fecissent Dionysio, &c. Hoc est passim erectis phallis placandus fuit Dionysius, alioqui impudentissimis suis pudendis, suam impleffer libidinem & impudicitiam. Hic est autem Orcus & Dionysius. Pluto dicitur Græcè αἰδώς, & αἰδωτός. Quod autem idem sit & Bacchus & Pluto, seu αἰδώς, testatur hoc versu Orpheus,

Εἰς ζῆλον, εἰς αἰδώς, εἰς ἦλιος, εἰς δῖον υἱός.

De Bacchi Menadibus antea diximus, quæ dicuntur etiam Bacchæ. Eas autem dicit Clemens bacchari & furere, non tantum propter ebrietatem corporis, quantum propter Venerem ac libidinem, quæ vires corporis non minus enervat & dissoluit quàm ebrietas. Sacram autem interpretationem verti, quod Græcè est ἱεροφαντεῖν, vt Bacchæ illæ sint Bacchi Sacerdotes, non minus propter libidinem, quam propter temulentiam. Quod verti autem Bacchantur, Græcè est κλυαίεσσι. Dicitur est autem Bacchus Λενæος ἀπὸ τῆς λυαῖας, id est à torcularibus. Vnde etiam deriuatur κλυαίεσσι, id est Bacchari. Hæc autem scribit Heraclitus, non philosophus, sed historicus, qui scripsit Macedonicam. vt ait Diogenes Laërtius. Sunt ergo iure vestri Diytæles. Cum Dionysij summam enarrasset turpitudinem, ex eo infert Deos eorum merito esse tales, vt qui seruirent vitis: deinde subiungit eos non solum fuisse seruos vitiorum, sed etiam re vera fuisse seruos hominum, antequam Helotes essent serui Lacedæmoniorum. Deinde recenset Deos, qui seruirent hominibus, & quibusnam seruirent: Fuerunt autem Helotes serui Lacedæmoniorum: eorum enim opera vtebantur in agris colendis, cum ipsi militiæ tantum darent operam: Dicitur autem sunt Helotes, vt ait Pausanias ab oppido cui nomen Helos, quod ex obsidione captum Boriæses euerterunt, itque primi Lacedæmoniorum reipubl. seruirent: postea autem ceteri quoque finitimi, qui in eorum potestatem venerant dicitur sunt etiam Helotes. De Helotis copiosè scribit Cælius Rhodiginus lect. antiq. lib. 25. cap. 19. Ex Diis autem qui hominibus seruirent, primum recenset Apollinem, qui Admeti in Thessalia Phæris mercede gregem paup. De quo vide Ouid. lib. 2. Metamorph. De quo etiam dicit Lactantius. Quid Apollo pater eius, nonne ob amorem quo flagrabat, turpissime gregem pauit alienum, & muros Laomedonti extruxit, cum Nepruno mercede

Pausan. lib. 3. Lacon.

Lact. lib. 1. cap. 10.

no mercede conductus, quæ illi negari potuit impunè, ab eoque primo Rex perfidus, quidquid cum Diis pepigisset, didicit abnegare: Non satis autem habuit Clemens dicere cui seruiret Apollo, nisi etiam adderet locum vbi seruiret, nempe Phæris oppido Thessaliæ. Deinde refert Herculem etiam sceminæ, quod est vilius & abiecius, seruisse: de quo etiam Lactantius. Nam illud quidem nemo negauit, Herculem non tantum Euristheo seruisse Regi, quod aliquatenus honestum videri potest, sed etiam impudicæ mulieri Omphale, quæ illum vestibus suis indutum sedere ad pedes suos iubebat pensa facientem. Detestabilis turpitudine, sed tanti erat voluptas. Tertium enumerat Neprunum cum Apolline fratris filio, qui Laomedonti Regi Troiano, Troiæ muros ædificauerit, Adeo inutilis autem, inquit, fuit seruus Apollo, vt ne à priori quidem domino, nempe Admeto, fuerit emancipatus. De eo iam vidimus quid dixerit Lactantius, Neprunus apud Homerum in Rapsodia φ. Iliadis: narrat quomodo ipse cum Apolline mercede conductus, à Laomedonte muros Troiæ ædificauerit, eos autem mercede fraudarit Laomedon. Hunc quoque locum ex Clemente nostro sumptum, sic profert Arnobius. Nunquid aliquando à nobis cõscriptum est (hæc dicit gentes alloquens) mercenariam Deos seruitutem seruisse. Vt Herculem sordidi moris & petulantia causa, vt Admeto Apollinem Delium: vt Laomedonti Troico, Iouis fratrem: vt eidem, sed cum Patruo, Pythium, &c. Non pudet autem Homerum dicere Mineruam. Hoc quoque ex Clemente accepit Arnobius, dicens: Vt coniugalia secreta miscerentibus, Mineruam luminis ministram, & lucernarum modulatricem: Hæc sunt autem verba Homeri in Raps. γ. Odyssæ.

Παρίδι δὲ πάλλας ἀβλύης, Χρύσειον λύχρον ἔχουσα φάος ἀεικαλλῆς ἐπίοι.

At præcedente Minerua, Aureus in manibus cui Lychnus, reddita lux est Perpalabra.

Legimus autem Venerem. Cum à Menelai manibus mox eum interfecturi, Paridem excitata caligine eripuisset Venus, ex aduerso adulteri, nempe Paridis, lecticam Helenæ apposuit Venus, inuitans ad coitum. Hi sunt autem versus Homeri;

Τῆσδ' ἄρα δῖφρον ἔλυσσεν φιλομειδῆς ἀφροδίτη Ἀντι δὲ βῆ Ἀδρόστο θανά κρετέτηκε φέρουσα, Ἐνθα καὶ κἀτ' ἔλενη κέρη δῖος αἰγλόχοιο.

Id est, Lecticam at risu gaudens Cytheræa locauit Aduersam Paridi, Iouis in qua nata sedebat Ægida terribilem qui forti pectore gestat.

Panyassis autem alios quoque, &c. Panyassis meminit Pausanias in Phocicis, dicens; Panyassis autem Poliarchi filius, in iis versibus quos in Herculem fecit Acheloi filiam fuisse Castaliam perhibet. Sic enim de Hercule loquens scripsit.

Παναστὶ ὡς κελὶ πεδὲ σάξα νιυαλία λίκυιτ, Κασταλία, τετίγιτ ἰγες Ἀχελαιδῖς ὕνδας.

Eusebius autem in Chronicis dicit eum fuisse poetam insignem Olympiade 72. Meminit etiam eius Arnobius, dicens. Non ex vobis Panyassis, vnus est qui ab Hercule Ditem Patrem, & reginam memorat fauciatam esse Iunonem. Ex quo est perspicuum Panyasim recensuisse, non solum eos Deos qui mortalibus seruirent, sed eos etiam qui fuerunt fauciati ab hominibus. Est ergo his merito consequens. Ex his, inquit, re-ctè sequitur, vt qui tales sunt Dij, quales exposuit, eas patiantur affectiones quæ cadunt in homines, vt qui habeant humana corpora. Re-ctè autem admodum. De his vide Homerum Raps. ε. Iliadis. Polemo autem dicit etiam Mineruam. Quisnam sit hic Polemo qui scribit Mineruam ab Ornyto fuisse vulneratam, nec quis sit Ornytus qui vulnerauit, nusquam memini me legere. Strabo quidem meminit Polemonis filij Zenonis oratoris. Sed est verisimile hunc Polemonem fuisse poetam. Quicumque autem sit hic Polemo, videtur Arnobius eum legisse, & ex eo non autem ex Clemente sumpsisse quod scribit. Non viraginem ab Ornyto cæsam, cruentatam, vexatam, Polemonem vestri indicant scripta: Viraginem autem vocat Mineruam, quod ea ex Iouis cerebro armata profiliisse fingatur à Poëtis. Quinetiam dicit Homerus. Dione apud Homerum in Iliade recenset Deos qui ab hominibus grauiam sunt passi, nempe Martem ab Oto & Ephialte fuisse vincitum, & Plutonem ab Hercule iaculo fuisse fauciatum in Pylo. Inter Deos ab Hercule vulneratos ponit etiam Augiam Elæum, quem nonnulli dixerunt Solis filium. Quomodo bellum cum eo gesserit

Hercules, vide Pausaniam in Eliacis lib. 5. & prouerbum Augiæ stabulum repurgare, vide apud Erasimum in Chili. 2. cent. 4. prouer. 21. Sossibus autem dicit etiam Herculem. Sic quoque Arnobius; Non ab Hippocoontis liberis ipsum Sossibus Herculem cruciatum retulisse pronunciat, & illati vulneris & doloris: Pausanias autem in Laonicis dicit Herculem posuisse templum Coryliei Æsculapij apud Eurotam, cum ex vulnere quod in Coryle, id est in manus concuitate, in prælio aduersus Hippocoontem & eius filios, acceperat, fuisset sanatus. Sed quis fuerit Sossibus qui hæc madauit literis, non memini me legere. Quod si sunt vulnera. Ex eo quod Dij sint vulnerati, dicit sequi quod in iis sit sanguis, ex vulnere enim manat sanguis. Quod si sit in eis sanguis, in eos etiam cadunt omnia quæ cadunt in homines, & quæ non caderent si essent immortales. Sanies verò poetica ab eo dicitur, quod in eis non propriæ sanguinem, sed ἰχθῆρα, id est saniem esse dicat Homerus. Ita autem scribit,

— Πέε δὲ ἀμύροτον αἶμα

Ἰχθῆρ οἷος πῆρ τε πέε μακρότεροι θοοῖσιν. Οὐ γὰρ εἶπεν ἔδουσ', ἢ πῖνονσ' αἴθροπα οἶνον? Τῶν τε ἀμύμονες εἰσι, καὶ ἀθανάτοι καλέονται.

Id est, Fluxitque Deæ à vulnere sanguis, Qualis Diis solita est sanies manare beatis, Namque cibum nec edunt, ab eis nec vna bibuntur Sunt ideo exanguis, immortalisque vocantur.

Homer. Raps. ε. in Iliad.

Hanc ergo sanie[m], quoniam non proprie eam esse sanguinem dixit Homerus, Poeticam esse dixit Clemens, & esse sanguine turpiorem. Putrefactio enim sanguinis sanies intelligitur. Sanguis, inquit Cornelius Cellus, omnibus notus est. Sanies est tenuior hoc, variè crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassissimū albidissimūque, glutinosius & sanguine & sanie, &c. De eo autem legatur Galenus lib. 6. de Sanitate tuenda, & in libro Methodi 3, & Hippocr. lib. 4. de Ratione victus in morbis acutis. Ex quo satis intelligitur sanie[m] differre à sanguine, ut quæ sit putrefactio sanguinis. Quod autem est putrefactū est turpius eo quod est purum & sincerum. Ichor ergo seu sanies in Diis quæ proportionem habet, & cōuenientiam cum sanguine humano, longè cedit sanguini humano qui est purus & sincerus. Ex hoc ergo quod Dij sanguinem habeant, vel sanie[m] quæ habet cōuenientiam cum sanguine humano, sequitur ut Dij ægrotent & curentur, esuriant & recitiantur. Quare & cætera quæ enumerat, mensæ, ebrietates, risus & coitus, eis accidunt sicut hominibus. *Fuit autem humanæ quoque mensæ.* Quod Iupiter Æthiopum mensæ fuerit particeps, vide Homerum in Iliade,

Cellus lib. 6. cap. 26.

Homer. II. Rapf.

*Ζεὺς γὰρ ἐπὶ ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιοπίης
Χθρὸς ἔβη μετὰ δαίτη, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἔποντο.
Δωδεκάτη δὲ ποιοῦσθε ἐλεύσεται ἔλυμπονδε.
Iupiter Oceano est ad cœnam namque profectus
Laudandos heri ad Æthiopes, omnèsq[ue] secuti
Dij sunt, estque duodecimo repetiturus olympum.*

Quod autem Lycaon in Arcadia, ei in conuiuio, suum filium comedendum apposuerit, vide Ouid. lib. 1. Metamorph. Qui scribit Lycaonem in Lupum mutatum, & ex eo appellatum esse Iouem Lycæum: Rem aliter narrat Pausanias quàm Ouidius, ut qui scribat, non ipsum suum mactasse filium, sed mulieres, volentes experiri num ipse Iupiter tanquam Deus id esset cogniturus. Nyctimi autem Lycaonis filij meminit quidem Pausanias, sed nusquam scribit eum à patre fuisse interfectum. *Egregius verò Iupiter.* Per ironiam Ioui multa tribuit cognomina, quæ quo sunt præclariora, eo est indignius, quod nesciret ea quæ sibi per summam iniuriam fiebant ab hominibus. Ironiam autem excipit elegans correctio, qua in loco priorum cognominum alia surrogat turpia, & inhonesta. Diuinator autem, dicitur Græcè *μαντικός*, id est vim habens diuinandi, ut à quo Apollo, & alij eam vim acceperint. Hospitalis autem Græcè est *ξένιος*, quod hospitum curam gerat. Supplices exaudiens *ἱκετός*, quod supplices exaudiat, & eis faueat. Clemens *μαίχιος*, id est iucundus & suavis. Is autem *Ζεὺς μαίχιος* colebatur cum apud cæteras Græciæ ciuitates, tum maxime apud Athenienses, ut in primo histor. scribit Thucydides. De eo quoque multa in multis locis scribit Pausanias. De Ioue Panomphæo Eustathius in Iliade Homeri, exponens hunc versum,

II. Rapf. 0.

Ἐνθα πανομφαίῳ Ἴωι ῥέζουσιν ἀρχαί.
Iupiter, inquit, Panomphæus quod attinet quidem ad allegoriam, is est ad quem omnis *ἰουή*, seu, ut semel dicam, vox refertur, hoc est, aër autor omnis vocis. Vox enim est percussio aëris. Si autem spectetur fabula, Panomphæus est qui est autor omnis diuinationis. Alij enim omnes dicuntur *ἰσοφῆται*, id est interpretes Iouis, siue sint homines, siue Dij. *ἰσοφῆ* autem dicitur proprie vox vera, quæ id quod est ostendit, nempe *τὸ ὄφαιψον*. Sicut & *ὄνειρος* dicitur verum somnium, per quod id quod est dicitur. De quo etiā Panomphæo dicitur apud Ouidium. Ara Panomphæo vetus est sacra tonanti. Depulsor & auersor malorum in exemplari Græco Clementis legitur *ἀποστρατής*, sed legendum arbitror *ἀποστράτης*. Quod quidem ut coniciam facilius adducor, quod Lucianus ita scribat,

Ouid. in Metamor.

Ἀλλήλικακὴ ἠερεκλῆς καὶ ζεὺς ἀποστράτης.
De cæteris Iouis cognominibus legat qui volet Giraldu[m] de historia Deorum. Quæ autem in eorum locum per correctionem subrogauit, non aliunde sunt petenda quàm ex iis quæ de ipso superius scripsit Clemens. Iouis enarrans scelera & flagitia. *Sed tunc quidem fuit quando erat talis.* De Leda & Semele notæ sunt fabulæ & de Ganymede ab eo rapto cum esset versus in Aquilam. Eum autem intelligit cum dicit Bubulcum Phrygem. *Quære tuum Iouem, ne scruteris cælum.* Non est Iupiter quaerendus in cælo, sed in terra, cum ipse fuerit sepultus in Creta, ut ipsi narrant Cretenses, quibus maiorem habet fidem quam Callimacho, qui eos hæc dicentes appellat mendaces. Sunt autem hi versus Callimachi in hymnis,

Callim. in hymno ad Iouem.

*Κρήτες αἰεὶ ψεύσαι, καὶ γὰρ τὰ φρονὸν ἄλλα σέο
Κρήτες ἐπεκλώσαντο, σὺ δ' ἔδανες ἑοῖ γὰρ αἰεὶ.
Mendaces semper Cretenses, namque sepulchrum
Construxere tuum ὁ Rex, non es morte peremptus
Ipse, sed es semper.*

* Iam vero videtur ipsi quoque, &c. Dixit antea eos doceri, & eis aperte ostendi meras esse fabulas quæ de Diis scripta sunt. Nunc autem dicit etiam eos ipsos qui Deos colunt, quos *θεοδιδάσκοντες* vocant, nō esse adeo stupidos & nullo sensu præditos, ut suum de Diis errorem non agnoscant, ut qui habeant animam rationis participem, & sint homines non quercus quæ viuunt quidem, sed non sentiunt, nec lapides qui nec viuunt nec sentiunt. Versus autem Græcus ita habet,

*Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐστὶ πηλαφάτης, ἐστὶ δὲ ἀπὸ πέτρης,
Ἄλλ' ἀπὸ δρυὸς ἴσθις ἐστὶ.*

Quod verti autem annosam quercum, Græcè est *ἀπὸ δρυὸς πηλαφάτης*. *πηλαφάτης*, inquit Etymologicū Græcum *πηλαφάτης*, pro eo quod est ex quercu olim excisa, vel de qua olim sparsa est fama quod sit hominū genitrix. Est enim in fabulis quod ex quercubus & lapidibus olim nati sunt homines, ut est quod scribitur *ἔξ δὲ δρυὸς ἐστὶ πηλαφάτης*. Hunc ipsum quidem versum citat, sed cuiusnam sit autoris, nec ipse dicit, nec ego scio. *Paulo post autem inueniuntur.* Et si, inquit, sunt huiusmodi ut suum errorem facile possint agnoscere, res autem ipsa postea indicabit eos in Diis suis agnoscendis, non plus sentire aut sapere, quàm quercus aut petra. *Agamemnonem certe quendam.* Nec de Stapylo, nec de Agamemnone Ioue memini me aliquid

quid legere. *Phanocles autem in pulchris.* Phanoclis Poëta meminit Eusebius in Chronicis, dicens. Ob raptum Ganymedis & Trois patris Ganymedis, & Tantalii exortum est bellum, ut scribit Phanocles Poëta. Pausanias autem lib. 7. Achaicorū scribit Elazomenios habere lauacra in quibus colitur Agamemnon. Idem Pausanias lib. 1. Articorum enumerat aliquos, qui cum fuerint homines, in Deorum numerum à Græcis sunt relati, Amphiarum, Protesilaum, Trophonium. In eorū numerū potuit referri Agamemnon, quem non Mycæneorum dicit fuisse Regem, sed Græcorum. Hic locus utrunque est à nobis explicatus, & mihi videbar fecisse operæ pretium quod aliquem sensum eliciissem, sed cum post ea legissem quæ scribit diligentissimus Giraldu[s] de Venere Argynni, historiae Deorum syntagmate XIII. visus est hic Clementis locus sic emendandus, *φανοκλῆς δὲ ἐν ἐρωτικῶν κειμήλοις ἀγαμέμνονα, ὅστις ἐπὶ τῶν βασιλεία δαργμῶν νεὸν ἀφοροῦσθαι ἵσταται ἐπὶ ἀργυμῶν τῶν ἑραμῶν.* Phanocles autem in pulchris amoribus, supple refert, Agamemnonem Regem Græcorum Argynnis templum posuisse Veneris propter Argynnum quem amabat. Argynnis Venus, inquit, Giraldu[s] cognominata est ab Argynno pueri nomine, de quo apud Athenæum libro decimotertio legitur, quod puer fuerit ab Agamemnone Rege amatus, qui cum frequentius nataret in flumine Cephysio, periit, quo in loco eum sepeliuit Agamemnon, ibidemque Veneris Argynnidos templum construxit. Hinc illud Proportij sanius intelligitur.

Euseb. de Regibus Argiuorū. Pausan. in Achaicis & Articis.

Sunt Agamemnonias testantia littora curas

Quæ nata Argenti parua natantis aquas.

Dianam quæ vocatur ἀπαρχομένη. Cur Diana dicatur apud Arcadas *ἀπαρχομένη*, causam affert Pausanias in Arcadicis. Pueri circa templum Condyleatidis videlicet Veneris cum luderent, (numerum non indicant) in funiculum inciderunt. Hoc itaque collo simulachri iniectio, strangulatam, *ἀπαρχομένη* scilicet, conclamarunt. Deprehensio hoc facinore, Caphientes lapidibus pueros obruerunt. Quo facto morbus eorum vxores inuasit ut abortum facerent, donec sepeliendos esse pueros Apollo respondit, eisque quotannis sacrificandum, præter fas enim esse interfectos. Idcirco Caphientes tum alia ex oraculo etiam num faciūt, tum illam in Condylæis Deam (nam & hoc ab oraculo iniunctum esse aiunt) à strangulando post hæc *ἀπαρχομένη* vocant. Callimachi autem liber de Causis, non extat hodie. *Colitur etiam Methymnæ alia Diana Condylis.* Methymnæ constat esse oppidum Lesbii insulæ, sed quod in ea colatur Venus Condylitis nusquam memini me legere. *Est etiam Podagræ alterius Diana templum.* Cum nec extet Sosibius, nec de hac Diana Podagra alij quidquam scripserint, nihil mihi occurrit quod dicam amplius. *Polemo autem nouit imaginem.* Giraldu[s] qui omnia Apollinis cognomina diligentissimè collegit *ὄψοφάγος ἀπόλλωνος*, id est Obsonatoris Apollinis ex Polemone in epistola ad Artalum meminit, eamque dicit coli ab Elæis, sed de Hiante Apolline ne verbum quidem facit, sed nec de eo quidquam alibi reperit. *Hic Elei Ioui ἀπομύω sacrificant.* Iupiter *ἀπόμυος* cur dictus sit, narrat Giraldu[s] historiae Deorum syntagmate, nempe à fugandis & pellendis muscis. Nam cum Hercules in Olympia rem diuinam faceret, & ei infestæ essent muscæ Ioui Apomyio sacrificauit. Quo factum est ut omnes muscæ ultra Alpheum fluuium euolarint. Quo in loco Elei quoque eidem Ioui Apomyio sacrificare cōsueuerunt. Quod quidem sumpsit idem Giraldu[s] ex Pausania in Eliacis. *Romani sacrificant ἀπομύω Herculi.* Hercules forte, ideo dictus est, ut diximus, Apomyius, quod cum ei infestæ essent sacrificanti, sacrificio Ioui facto eas ultra Alpheum expulerit. Quod febrem quoque & pallorem, tanquam Deos coluerint Romani apud omnes ferè historicos Romanos licet videre, & ex Laetantio lib. 1. cap. 21. Colebantur enim pro Diis nonnulli, non ut prodesse, sed ne obessent. Diuinè profecto scripsit Cicero de natura Deorum tertio. Illud, inquit, profecto consisteamini longè aliter rem se habere atque hominum opinio sit, eos enim qui Dei appellantur, rerum naturam esse, non figuras Deorum. Qui tantus error fuit, ut perniciosus etiam rebus, non tantum nomen Deorum tribueretur, sed etiam facta constituerentur. Febris enim phasum in phalatio videmus. Apud historicos quoque Romanos legimus, quod Herculi tanquam Deo sacrificaretur, & essent eius Sacerdotes ex familiis Potitiorum & Pinartiorum, Sed quod Herculi Apomyio sacrificarent, Herculi que focios adsciscerent febrem & pauorem, non memini me alibi legere. Hic etiam animaduertendum, quod cum febris dicitur Græcè *πυρετός*, in genere masculino. Clemens qui intelligebat febrem esse fœminini generis apud Romanos, non *πυρετός* dixerit, sed *πυρετινὴ* in fœminino. *Mitto autem Argiuos.* De hac Venere quæ apud Argiuos colebatur, apud eos qui hodie extant auctores, nusquam quod sciam, fit mentio. *Argiuus est Lacones.* De Venere Chelytride, nec apud autores veteres, nec apud recentiores memini me aliquid legere. Clemens dicit eam vocari Chelytridem, & coli ab Argiis, Laconibus, & etiam Spartanis quoniam *χελύθειν*, apud eos sit tussire. Sed non ex ea intelligo, cur dicatur Venus tussiens. Sed nec quod *χελύθειν* significet tussire alibi legi. Nam Hermolaus Barbarus in 8. Plini cap. 10. non alium citat quàm hunc locū. Solus Hippocrates dicit *χελύθειον ὑποκολεπτικὸς* dici paruam tussim, *χελύθειον δὲ ξηρὸν*, id est tussiculam, dicit esse siccam, quando nihil humoris quod existeret ad os accedit. *Vndenam putas scriptum est ad te.* Quasi diceret, videtis quænam sint Deorum vestrorum cognomina, quæ facile arguunt quales sunt Dij quos colitis. Sed ea quæ à nobis adducuntur, nōne ex vestris adducimus autoribus ad refellendam vestram incredulitatem? At videmini eos non agnoscere. Deinde in eos exclamat. O miser, inquit, quorum vita, quæ ne vita quidem est dicenda, est plena impiis ludibriis. Sunt enim omnia quæ de Diis scribuntur planè ridicula. *An non calus quidem Iupiter Argu.* Giraldu[s] qui omnia Iouis nomina & cognomina diligentissimè est persecutus, Calui Iouis nusquam meminit. Vltorem autem Iouem dicit à Romanis fuisse cultum, sicut & Martem vltorem, quod sceleratorum impia facta vlcisceretur. Plinius lib. 36. cap. 15. Pantheon, inquit, Ioui vltori ab Agrippa factum. Idem est autem *πυρετός*, & vltor. Ex quo patet Iouem vltorem non solum cultum fuisse apud Romanos, sed etiā apud Cyprios. *An non Veneri quidem.* Venus *πυρετινὴ*, ea est quæ dicitur ab aliis *πυρετινὴ*, ut dicit Giraldu[s] ex Hesychio. *πυρετινὴ* autem, idem est quod *ὀχλύουσα*, id est equitans. *ἐπίχρα* autem, id est amica. Apud Athenienses Venus *ἐπίχρα*, id est amica dicitur, ut scribit Athenodorus in libro Deorum, quæ amicos & amicas in vnum cogit. Nam & liberæ mulieres & virgines his etiam temporibus familiares & domesticas

Caelius Rhodig. lib. 14. c. 6. Erasmi in Chiliad. 2. cent. 1. prouer. 43.

amicas appellat. Appellat amicas & merentes foeminas, id est meretrices, & c. Hac Athenaeus Dipnosoph. lib. 13. De ea vide etiam Caelium Rhodiginum lib. 14. c. 6. Venus autem quanam fuerit Callipygos, & quanam fuerit origo huius cognominis, vide etiam apud Athenaeum lib. 12. cap. 32. ad quos te remitto ne sim prolixior. In Chiliadibus Erasmi vide prouerbium; Ne in Melampyrgum incidas, ubi videbis quinam sint λευκόπυροι & μέλαμπυροι. Dionysium autem iam taceo χαιροφόδω. Per occupationem inter ceteros Deos obfoecnos enumerat Dionysium χαιροφόδω, qui colitur à Sicyoniis: sed de quo apud alios autores nihil legitur: χαιροφόδω autem dici potest, & qui porcos & qui muliebre membrum cōtrectat, utcumque enim significat χαιρος, χαιρος certè apud Aristophanem in Comœdia, cui nomen Acharnes significat in multis locis pudendum muliebre. Quod autem in hac significatione hic quoque accipiatur, ostendit ipse Clemens, dicens eos Dionysium præficere membris muliebribus. Tales quidem sunt ipsis Dei. Hic concludit totum hunc locum de Diis Græcorum: & cum quàm turpes & inhonesti essent, vel ex ipsis docuisset cognominibus, veluti quodam epiphonemate acclamat, & ipsis Deos eis esse tales, & eos se in Deos ita gerere ut in eis ludant, & seiplos ludibrio & probro afficiant. Et quanto melius Aegyptij. Transit nunc à Diis Græcorum ad superstitionem Aegyptiorum, quam conferens cum impia Græcorum religione eo nomine profert, quod Aegyptij quidem bruta colant animantia, sed quæ non sunt libidini dedita, neque vllum ex iis præter naturalem conquirunt voluptatem, Græci autem rationis quidem participes homines colunt tãquam Deos, sed omnibus vitiiis & flagitiis obrutos. De Aegyptiorum autem superstitione præter ea quæ citauimus superius ex Anchorato Epiphaniij, vide Herodotum in Euterpe. Diodorum lib. 2. cap. 4. Lucianum de sacrificiis, & Eusebium de præparat. Euangelica, Arnobium aduersus gentes, & Cyrillum aduersus Iulianum.

Strabo. lib. 17.

Porro autem Aegyptij. In quam varios cultus ac religiones dispersi essent Aegyptij, paucis sic scribit Strabo. ita enim verti. Quædam animalia communiter omnes colunt Aegyptij, utpote ex terrestribus quidem tria, bouem, canem, fœlem: ex volucris autem duo, accipitrem & Ibim: ex aquatilibus verò duo, lepidorum piscem & oxyrinthum. Alia autem sunt quæ singuli per se colunt, sicut Saita ouem, & Thebani. Latum autem piscem quendam qui est in Nilo, Latopolitani: Lupum Lycopolitani: Cynocephalum Hermopolitani: Cepum Babylonij qui sunt iuxta Memphim. Est autem Ceps facie quidem Satyro similis: in aliis autem est medius inter canem & vrsam. Nascitur in Aethiopia. Aquilam autem Thebani, Leonem Leontopolitani, Capram & hircum Mendefij, Murem autem Araneum Athribita, aliud verò aliquid alij. Hac Strabo. Nullum autem inuenio qui dicat Euenitas colere Pagrum, atque adeò nec Euenitas quidem legi inter ciues Aegyptij. Fieri tamen potuit ut hæc ciuitas in Phagrogriopolitana Præfectura (ita enim Aegyptium νόμον vocat Plinius) cuius meminit idem Strabo sita esset, ut quæ ita sit appellata à pagris quos colebat. Neque verò mirum, si, cum Aegypti oppidorum tot fuerint millia, à scriptoribus aliquod sit omissum. Sciendum est autem aliud esse Pagrum de quo hic loquitur Clemens, & de quo scribit Athenæus lib. 7. aliud Pagurum qui est genus cancri. Diuisa autem fuit Aegyptus, teste Plinio, in νόμους quas præfecturas ipse vocauit. Sūt autè νόμοι τὰ διαγεγραμμένα μέρη τῆς γῆς, id est distributæ partes terræ, ut vult Suidas. Eas præfecturas enumerat ibidem Plinius, & nominat. Sed sunt multa earum nomina mutata. Multæ autem ex iis acceperunt nomina ab animalibus quæ pro Diis colebant, ut Lycopolitani à Lupo. Leontopolitani à Leone, Cynopolitani à cane. Oxyrinchum eorum Deum non dubitarent comedere, ut scribit Pierius. Quisnam autem sit piscis quem Meonten appellat Clemens, & quem dicit coli ab iis qui Elephantinam habitant, nusquam legi. Sed nec Elephantinam vsquam legi numerari inter præfecturas Aegypti. Etymologicum verò Græcum dicit ἐλεφαντίλω, dici Aegyptiam & ἐλεφαντινον ἔθνον, nempe Aegyptium, ut Elephantina non sit distincta regio Aegypti, sed ipsa Aegyptus. Ex vobis quidam Ciconias honore affecerunt. De Ciconiis scribit Plinius, Honosius, nempe Ciconiis serpentium exitio tantus, ut in Thessalia capitale fuerit occidisse, eadem legibus pœna quæ in homicidam. Quod etiam scribit Stephanus de urbibus, ἐν ταύτῃ ἀλλοίωσι Θεσσαλία ἐκ ἔξουσι πλάγρους κτείνεν. τὴν γὰρ τῆς γῆς ἄφεις ἀπαρῶσι. In Thessalia non licet occidere Ciconias, regionis enim serpentes perimunt. Quod quidem mihi persuadet, ut existimem aliquid deesse in contextu Clementis. Neque enim est probabile Thessalos eas honorasse propter solam consuetudinem, si non ab eis aliquod magnum acciperent beneficium, nempe id propter quod adhuc hodie in honore habetur in inferiori Germania, quam vocant Flandriam, in qua etiam fertur esse capitale eas occidere, propterea quod eæ regionem purgent à serpentibus. Sed licet Thessali honorarent Ciconias, non tamen eas habebant pro Diis, in quo magis quam Thessali erant vituperandi Aegyptij. Thebani autem mustelas. Propter ortum Græcè est ἄγχι γῆσι, id est propter natiuitatem, ut ita dicam, Herculis. Quod Thebani mustelam honorarint propter ortum Herculis nusquam legi. Quod autem mustela sit Herculi dedicata legi tantum apud Eustathium in Homeri Iliade Rapf. 4. in expositione huius versus,

Pagri meminit Athen. de Mefoph. 7.

Plin. lib. 5. cap. 9.

Pierius Hierogl. lib. 3. cap. Decreto.

Plin. lib. 10. cap. 22.

Eustath. in Homer. Rapf. 4.

Αλλομύτης δὲ ἀπέκασε ποταί, ὅθεν δὲ εἰληθῆνης, id est, Obsiuit Alcmena parienti, ab eaque repressit Lucinam, de Iunone loquens. Hic, inquit, feruntur nugæ fabulosæ, quod dum parturiret Alcmena, paræ eius manus compresserunt, cum autem transisset mustela, dissoluerunt, quo etiam tempore nato Hercule existimatum est mustelam ei fuisse nutricem. Vnde Herculi dedicata fuit mustela. Quid verò Thessali. Myrmidones alij dictos esse à Myrmidone Heroë Iouis filio & Eurymedusæ, alij à formicis, quas Græci μύρμικας vocant, Aiaci præcibus in homines conuersis, quam fabulam elegantissimè narrat Ouidius libro 7. cap. 24. & eius allegoriam pulchrè exponit Eustathius in Rapf. β. Iliados. Sed quod Iupiter formicæ affimularum cum Eurymedusa Cereris filia coierit, & Myrmidonem ex ea susceperit, nec Ouidius qui Metamorphos. diligenter est persecutus, meminit, nec ego vsquam legi. Polemo autem refert eos qui habitant. Quid narrarit Polemo videmus ex Clemente, ex ipso autem non possumus qui hodie non extat. Videtur autem Polemo significare & Troes celebrasse mures, propterea quod arcuum suorum chordas erosissent, ut eos placarent, & Apollinem, propterea quod eos expulisset, & ea de causa appellatum esse Smynthium.

De Smynt-

Eustath. Rapf. 1. 11.

De Smyntheo Apolline sic scribit Eustathius in Rapf. 1. Iliados. Smyntheus est epithetum Apollinis, & alij quidem aiunt, cum sic appellari à Smynthe ciuitate circa Troiam, cuius ciuis & Smyntheus dicitur, ut sit Smyntheus Apollo qui in ciuitate Smynthe colitur. Alij autem dicunt cum sic vocari à Smynthis qui mures dicuntur. Videtur enim mures sustulisse qui incolas offendebant, quo factum est, ut templum sit ei positum, & ipse sit vocatus σμύνθος, propter mures expulsos, quos indigenæ appellabant σμύνθος. De his adhuc plura scribit idem paulo post, quæ consulto prætereo ne sim prolixior. De eodem Apolline Smyntheo, vide Caelium Rhodiginum qui etiam adnotauit quàm leuibis & friuolis de causis vanis Diis, & vano populo, vana imponerentur cognomina. Heracles autem dicit in edificationibus templorum. Plinius lib. 4. cap. 1. ubi recenset Epiri populos inter eos nominat etiam Acharnanes, dicens, Acharnania quæ antea Curetis vocabatur oppida, Heraclea, Echinus, & in ore ipso colonia Augusti Actium, cum templo Apollinis nobili. In eo ergo templo Apollinis, bos prius sacrificabatur muscis quàm ipsi Apollini, ut autor est Heraclides, teste Clemente. Minus autem mirum quod Myagro, qui est Deus muscarum ante sacrificari Paulanias dicat in Arcadicis, quo fiebat ut muscæ auolarent. Is autem Myager Deus muscarum, est fortè qui dicitur in Euangelio princeps Dæmoniorum nomine Beelzebub, quem D. Hieronymus cap. 10. in Ecclesiasten, dicit significare vel idolum, vel dominum, ac possessorem muscarum. Illud autem in edificationibus templorum, est verisimile significare aliquem librum ab eo scriptum. Neque verò obliuiscar samiorum. Si extaret Euphotion, ex ipso sciremus quod dicit Clemens. Nam quod ouis quidem sacrificaretur, apud omnes ferè scriptores inuenitur. Quod autem ipsi oui vsquam sacrificaretur, existimo vix vsquam inueniri. Sed nec eorum qui Phaniciam colunt Syrorum, & c. Diodorus lib. 3. iuxta Ascalonem vrbem lacum esse scribit, ubi templum insigne fuit Deæ quàm Syri θεοκρητὸν vocabant, quæ Dea muliebri facie, reliquum autem corpus figura piscis fuisse perhibetur, cuius filia Semiramis à cqlumbis fuit educata, quæ aues ideo Syris sacra. De hac Derceto vide Giraldum in historia Deorum primo synragmate, qui de hac re scribit copiosissimè. Est autem verisimile hanc Derceto fuisse Dagon Deum, de quo scribitur in libro Regum. Dagon enim lingua Phænicum significat piscem, qui etiam lingua Hebræa dicitur דַּג. Age verò quoniam non sunt Diij. Postquam ostendit Clemens Deos qui coluntur à gentibus, esse vel iniquissimos & flagitiosissimos homines, vel bestias, non solum apud Aegyptios, sed etiam apud eos ipsos Græcos à quibus irridebantur, quoniam eo confugiebant Græci, ut dicerent se, nec homines nec bestias pro Diis colere, sed Dæmones qui sunt hominibus præstantiores: Dæmones enim secundum locum à Diis tenere, nunc aggreditur de iis dicere. Atque si sunt quidem Dæmones. Si sunt, inquit, liguritores & scelerati Dæmones, ut qui sacrificiorum delectentur nidoribus sceleratæque & nefaria admittant, non est quod Dæmones alibi quærentur colendi, cum multæ ciuitates suos peculiare & indigenas habeant Dæmones eis nõ dissimiles, & eorum aliquos Pythia vates Apollinis iusserit colere, ut apud Plataenensis. Vndenam autem hæc nomina sumpserit Clemens, an ex archiuis ciuitatum quas nominat, an ex historicis qui perierunt, ingenuè fateor me nescire. Quod autem verti Phaleris, Græcè est φηληροῖ, id est in Atticæ populo qui dicitur Phalereus. Est autem verisimile Pythiam iussisse Plataensibus, ut eos colerent, quos nominat Clemens, eo tempore quo Mardonius cum centum Persarum millibus à Pausania Lacedæmonio fusus fuit & profugatus. Mædi enim sæpe accipiuntur pro Persis, & Medica certamina vocat Clemens, bella quæ per se gesserunt aduersus Græcos. Possunt alij quoque. Sunt multæ ciuitates quæ suos peculiare & indigenas habent Dæmones, quos ipse colunt relatos in Deos. Sed quàm plurimos esse alios potest quiuis perspicax intelligere, ex eo quod scribit Hesiodus triginta millia Dæmonum immortalium esse super terram, cui est assignata hominum custodia. Quinam sunt hi custodes. Conuertite sermonem ad horum versusum Poëtam, nempe Hesiodum, qui erat genere Bœotius, ex vico autem nomine Ascra, dictus est Ascraeus. Sed num ne fugiamus nos custodiunt. Dixerat Hesiodus Dæmones esse hominum custodes. Nunc autem ostendit Clemens eos vel non esse hominum custodes, vel si sunt, eam custodiam illis esse bono non hominibus. Ita enim rogat Hesiodum. Cur nos custodiunt? Num ne fugiamus? Er hoc præterit tanquam indignum ad quod respondeatur. Deinde subiungit, Num ne peccemus qui peccatorum non fecerunt periculum? Ad quod respondet hic vtique licet eloqui, id quod habet instar prouerbij; Pater qui non potest corrigi, corrigit filium. Quasi diceret; Quomodo possunt Dæmones nos custodire, ne peccemus, qui ipsi peccant, nec possunt corrigi, & non solum sunt mali, sed & homines tentant, & ad mala inducunt. Ipse quidem certè Diabolus à Christo dicitur κατ' ἐξουσίαν ὁ πονηρός, quasi dicas, Ille malus vel malignus. Ita probauit Dæmones hominum non esse custodes. Nunc autem probat ἐκ τῆς ἐξουσίας, id est ex abundantia, quod & si maximè sunt hominum custodes, eos custodiunt & obseruant ad suam non ad hominum vtilitatem, ut qui tanquam adulatores & parasiti sacrificiorum venentur nidores & obsoniorum conditorum odorem. Tales quidem sunt apud vos. Hoc veluti Epiphonemate conclusit quod dixit. Quod Diij vel Dæmones non sunt hominum custodes. Tales, inquit, sunt apud vos Dei & Dæmones. Quibus addit semideos. Ij autem sunt vel quos vocant Heroes, vel Fauni & Satyri. Ij autem ita vocantur, inquit, semidei, quomodo muli qui ex equo & asina sunt nati, Græcè vocantur ἡμίονοι, id est semiasini. Neque enim, inquit, defunt vobis vocabula quibus vestram componatis impietatem.

Cæl. Rhodig. antiq. lect. lib. 6. cap. 7.

Age verò hoc quoque adiiciamus, quod inhumani & homines odio habentes dæmones sunt vestri diij, & non solum letantur hominum furore & amentia, sed etiam ex hominum cæde fruuntur voluptate, nunc quidem armatas in stadiis contentiones, nunc autem innumerabiles de laude in bellis decertationes, sibi præbentes materiam voluptatis, ut vel maxime possint humanis affatim expleri cadibus. Iam verò cum ciuitates

gentes, tanquam pestes inuasissent, seua postularunt libamina. Et Aristomenes quidem Messenius, Ithometæ Ioui mactauit trecentos, se tot & tales hecatombas ritè sacrificare existimans, in quibus etiam Theopompus, rex Lacedæmoniorum, erat præclara uictima. Tauri autem populi qui habitant circa Tauricam Chersonesum, quoscunque hospites apud se ceperint, ex iis qui mari aberrarunt, Dianæ Tauricæ eos statim sacrificant. Hæc autem hominum sacrificia decantat Euripides in tragædia, cui est titulus Iphigenia in Tauris. ^c Monimus autem in Collectione rerum mirabilium, refert ¹⁰ Pella Thessaliæ Acheum hominem sacrificari Peleo & Chironi. ^d Lycij autem (sunt uerò hi gens Cretensum) pronunciat itidem Anticlides in re ditibus, Ioui mactare homines: ^e & Lesbios Dionysio simile offerre sacrificium dicit Dositas. Phocenses autem (neque enim eos præteribo) scribit Pythocles in tertio de Concordia, hominem holocaustum offerre Dianæ Tauricæ. Erechtheus autem Atticus, & Marius Romanus sacrificauerunt suas filias, quorum ille quidem Persephone, ut Demaratus in primo Rerum tragicarum, hic autem, nempe Marius, diis Auerruncanis seu malorum depulsoribus, ¹⁰ ut Dorotheus scribit in quarto Rerum Italicarum. ^f Hominibus quidem bene uelle ex his rebus ostenduntur demones. ^g Quomodo ergo non sunt sancti, qui sunt cultui demonum ac superstitioni dediti? alij quidem demones tanquam seruatores bonis uerbis prosequentes, alij uerò petentes salutem à salutis insidiatoribus. Dum ergo existimant se eis ritè sacrificare & litare, non animaduertunt se homines occidere. Non enim ex loco cædes fit hostia sacra: neque si quis Dianæ & Ioui in sacro loco, magis quàm si iuæ & auaritiæ & aliis similibus demonibus in altaribus uel uis hominem occiderit, sa- ³⁰ cram appellans hostiam, id sacrum est, sed est cædes & homicidium tale sacrificium. ^h Quid ergo, ô homines aliorum hominum sapientissimi, feras quidem inimites fugimus, & sicubi in uersum uel leonem inciderimus, diuertimus?

Iliad.3.

Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem,

Verg.2.

Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit.

Perniciosos autem & exitiales insidiatores, hominumque hostes & prædones, cum demones esse prius senseritis & intelligatis, non declinatis, non auersamini? ⁱ Quidnam ⁴⁰ autem ueri dixerint improbi, uel quamnam attulerint utilitatem? Iam ego tibi possum ostendere hominem uestris istis diis, nempe demonibus, meliorem: Apolline uate, Cyrum & Solonem. Munera diligit uester Phæbus, non homines. Prodidit Cræsum amicum, & mercedis oblitus, adeo erat gloriæ cupidus, Cræsum ad rogum deduxit per Halym. Sic amantes demones deducunt ad ignem. ^k Sed tu ô homo, qui es Apolline hominum amantior & uerior, miserere eius qui uinctus est supra pyram. Et tu quidem ô Solon uaticinare ueritatem. Tu autem Cyre iube pyram extingui. Tu postremo ô Cræ- ⁵⁰ se fac ut sapias, cum tuo malo id didiceris. Est ingratus is quem adoras: capit mercedem, & auro accepto mentitur. Vide rursus finem: an non demon, sed homo tibi dicit? Non obliqua uaticinatur Solon, eum benignè intelliges: uerum solum ô Barbare responsum hoc in pyra experieris. ^l Vnde uenit mihi in mentem admirari, quibusnam tandem uisis abducti homines qui sunt decepti, superstitionem & demonum cultum annunciarunt hominibus, sceleratos demones colere lege lata iubentes, seu fuerit ille Phoroneus, ⁶⁰ seu Merope, seu aliquis alius, qui eis posuerunt templa & altaria, & præterea sacrificia eis primò obtulisse dicti sunt: ^m nam posterioribus quidem certè temporibus, finxerunt deos quos adorarent. Hunc quidem certè Amorem ceu Cupidinem, qui dicitur esse inter deos antiquissimos, nemo prius colebat, quam Charmus ceperit quendam adolescentulum, & aram elegantiore posuerit in Academia, postquam expleta fuit cupiditas, &

ditas, & morbi intemperantiam appellarunt Amorem, intemperantem cupiditatem in deorum numerum referentes. ⁿ Athenienses autem nec quis quidem esset Pan nouerant, priusquam eis diceret Philippides. Merito ergo demonum cultus, cum alicunde cepisset principium, fons fuit stolidi uitij. Deinde cum non fuisset rescissus, sed accepisset augmentum, & magno fluxisset alueo, est multorum architectus demonum, sacrificans hecatombas, & conuentus celebrans, & imagines erigens, & templa ædificans. ^o Quæ quidem nec ipsa silentio prætermittam, atque adeo ipsa conuincam specioso quidem nomine nominari templa, fuisse autem sepulchra, hoc est, sepulchra uocata fuisse templa. Vos autem uel nunc saltem demonum cultus & superstitionis obliuiscimini, sepulchra colere erubescetes. ^p In templo Mineruæ, Larissæ, in arce est sepulchrum Acrisij. ^q Athenis autem in arce, Cecropis, ut ait Antiochus in nono Historiarum. ^r Quid uerò Erichthonius, non fuit sepultus in templo Poliadis? ^s Immarus autem filius Eumolpi & Daira, non fuit sepultus in ambitu Eleusini, quod est sub arce? ²⁰ Filia autem Celei, non sunt sepultæ Eleusine? Quid tibi enumerem uxores Hyperboreorum? Hyperoche & Laodice sepultæ sunt in Artemisio templo Delij Apollinis. Leandrius autem dicit Clearchum fuisse Mileti sepultum in Didymæo. Hic Leucophrynes monumentum par est non prætermittere, sequendo Zenonem Myndium, quæ in templo Dianæ sepulta est, Magnesiæ. Sed neque Apollinis aram quæ est in Telmesso, quam ipsam quoque scribunt esse monumentum Telmissis uatis. Ptolomæus autem filius Agelarchæ, in primo eorum quæ scribit de Philopatre, dicit Paphi, in templo Veneris sepultum esse Cyniram & eius nepotes. Sed mihi quidem persequenti sepulchra quæ adorantur, ne uniuersum quidem tempus suffecerit. Vos autem, si non eorum quæ audetis uos aliquis pudor subeat, planè mortui, uerè mortuis credentes circumcurfatis. O miseri cur nam hoc malum toleratis? Nocte certè capita uobis sunt inuoluta.

COMMENTARIVS.

- ⁴⁰ ^a AGE uerò hoc quoque adiiciamus. Non sufficit, inquit, Dæmonibus quod homines ad uitia incitant, per quæ mens eorum læditur, & ad insaniam adigitur, sed etiam in eos suam exercent crudelitatem, & ad gladiatoria incitantes certamina, & ad belli laudem & gloriam affectandam prouocantes, ut qui hominum cede lætentur. Hoc uidere licet apud Homerum qui in Iliade introducit Deos, alios Græcis, alios Troianis fauentes, & ad pugnam strenuè capessendam exhortantes. ^b Iam uerò cum ciuitates. Hæc quæ hic dicit Clemens de Aristomene Messenio transcripsit Eusebius in quartum librum Præparat. Euangelicæ, & de eodem Aristomene eadem narrat Cyrillus aduersus Iulianum. De Aristomene autem historiam, Pausanias lib.4. Messenicorum, dicit fuisse scriptam à duobus, quorum alter nomine Rianus, soluta scripsit oratione, alter uerò nomine Myron carmine. Ille inter trecentos Lacedæmonios quos Ioui Ithometæ mactauit Aristomenes, enumerat Myron Theopompum Regem Lacedæmoniorum. Quod Pausaniæ non uidetur probabile. Myronem tamen secutus est Clemens. Plin. lib. 11. scribit uirum fortissimum fuisse Aristomenem, ⁵⁰ qui cum à Lacedæmoniis captus, ex eorum manibus sapienter euasisset, postremo ab eis comprehensus, fuit dissectus, inuentum est autem cor eius hirtum, quod est signum maxime fortitudinis. Cum duobus autem in locis esset Iupiter Ithometes seu Ithomates, nempe & Ithomæ quæ est urbs Thessaliæ Pelasgica, & Messenæ, ubi scribunt fuisse Iouem nutritum ab Ithome & Neda, quarum altera monti & urbi nomen dedit, altera fluuii, ut tradit Pausanias in Messenicis, de eo Ioue hic est intelligendum qui colebatur Messenæ. Quod autem scribit Clemens de Diana Taurica, cui immolabantur aduenæ qui in eum locum appulerant in Præparat. librum quartum transtulit Eusebius, quem sic vertit Trapezontius. Tauroscitæ autem quoscunque aduenas ceperint (capiunt autem multos) qui fluctibus & tempestate ad eos depelluntur, Dianæ statim immolare solent, quæ sacrificia tragica in scena Euripides decantauit. Sic Trapezontius. Nos ipsa ⁶⁰ uerba contextus magis secuti sumus. De Diana autem Taurica, uide quæ copiosissime scribit Giraldus historiarum Deorum syntagmate. ^c Monimus autem in Collectione. Hoc quoque vertit Trapezontius, sed addidit singulis annis, quod non est in nostro exemplari Græco. De Monimo scriptore nusquam fit ulla mentio. Pellam Thessaliæ dixit oppidum, ut id distingueret à Pella, quam Strabo dixit fuisse Metropolim, & patriam Philippi & Alexandri. ^d Lycij autem (sunt uerò hi gens Cretensum.) Trapezontij exemplar habuit Lyctij, non Lycij. Ita enim vertit ipse, & melius meo iudicio, cum Lycij quidem sint in Asia, Lyctij uerò recensentur inter populos Crete. In nostro exemplari, erat ^e uerò, quod uertimus in re ditibus, quod prætermittit Trapezontius, an de industria, an quod in suo deesset exemplari, nescio. ^f Et Lesbios Dionysio simile offerre. Cum nec extant authores qui hæc scripserunt, nec de iis quidquam inuenitur, nec frustra sunt

quærenda aliorum testimonia. Minus autem mirum videri debet quod quidam Dæmonibus suas sacrificarint filias, quod gentes solitas esse facere legitur in sacra Scriptura, cum Iephte legatur, vt se voti religione solueret, qua se obligarat, Deo vouens quod primum occurrisset Deo sacrificaturum, suam filiam Deo sacrificasse. Quod autem verti Marius Romanus, vertit Trapezontius Macarius, suum, vt arbitror, secutus exemplar, est autem verisimilius legendum esse Marius, quod est nomen Latinum, quam Macarius, quod Græcum: Deos autem *ἀποστατας*, cur defensores verterit Trapezontius, non video melius, vt ego quidem sentio; auertuncanos versurus aut malorum depulsores. *Hominiibus quidem bene velle.* Totum hunc locum de crudelitate Dæmonum humanas hostias suscipientium eleganti cōcludit ironia. Ex his scilicet quæ diximus, ostenditur quænam sit Dæmonum in homines benevolentia. *Quomodo ergo non sunt sancti.* Alia rursus ironia eos irridet qui Dæmonibus homines maestantes se sanctos & pios existimabant, vt qui Deos vocarent Seruatores, & ab eis salutem peterent qui eorum saluti parant exitium. *Quid ergo d' homines.* Vt Græcorum sibi conciliet benevolentiam, eos vocat sapientissimos, vt qui omni humanitatis & doctrinæ genere essent excolti. Deinde ab iis ipse desiderat sapientiam, qui serpentes quidem & feras bestias fugiant tanquam noxias, Dæmones autem qui sunt perniciosissimi non auerſentur, sed colant & adorent. Vt autem quod dicit lubentius audiant, se cum eis coniungit. Non enim dicit fugitis, sed fugimus: & non dicit diuertitis, sed diuertimus. Ita quidem loquitur de feris, sed cum loquitur de Dæmonibus, se ab eis seiungit, dicens; Non declinatis, non auerſamini? Satis enim sciebant Græci, Christianos abhorreere & auerſari Dæmones, & maximè Clementem qui eos adhortabatur, vt relictis Dæmonibus ad veri Dei cultum conuerterentur. *Quidnam autem veri dixerint.* Cum quàm scelerati & quàm hominibus exitiosi essent Dæmones ostēdidisset, sciret autem Dæmonum, ideo magnam esse apud homines autoritatē, quod futura & præscirent, & ea suorum oraculorum responsis prædicere, vnde magna ad homines rediret utilitas, vt ei obiectioni occurrat, primum dicit eos, cum sint mali & scelerati, nihil veri posse dicere, nec vllam hominibus afferre vtilitatem. Deinde oraculo Apollinis vnum hominem opponit, nempe Solonem, qui Cræso verum apertè dixerit, cum Apollo, ad quæ magnifica munera miserat Cræsus, eum & ambiguo responsio fefellerit, & postremo ad ignem deduxerit comburendum, nisi audito quod ei prædixerat Solon, Cyrus eius fuisset miserus. Cræsi lege historiam elegantissimè scriptam apud Herodotum. *sed tu d' homo, qui es Apolline.* Quod dicit, non obliqua loquitur Solon, id dicit alludens ad Apollinem qui cognominatur *λόγιος*, id est obliquus, *λόγιος* autem dicitur, quod Sol, qui est etiam idem Apollo, per obliquum, nempe signiferum circulum seu zodiacum, ab occidente mouetur ad orientem, vt vult Macrobius: vel quoniam, (quod quidem est ad id quod hic tractatur accommodatius) obliqua essent perplexa & ambigua quæ ab Apollinis oraculo edebantur responsa, vt vult Seruius, Synesius de somniis & Phurnutus. Eustathius autem in κ Rapsodiam Iliadis, dicit vocari *λόγιαν*, quod *λόγιαν*, id est obliquam vocem emittat. Ita enim apud antiquos vsurpabatur pro voce. *Vnde venit mihi in mentem.* Cum quam scelerati & hominibus exitiosi sint Dæmones ostēdidisset, dicit se mirari quomodo potuerint induci homines, vt de templis ponendis & altaribus erigendis, & sacrificiis eis offerendis lex ferretur quicunque ij fuerint, siue Phoroneus, siue Merops, non scribit autem à quibusnam hoc acceperit: sed nec vsquam alibi hodie legitur. Solus Arnobius lib. quinto aduersus gentes. Quorum, inquit, templorum scilicet, (de iis enim tunc agebat) si quæris audire quis prior fuerit fabricator, aut Phoroneus Ægyptius, aut Merops tibi fuisse demonstrabitur, vt tradit in admirandis Varro, aut Iouis progenies Æacus. Sed cum temporum iniuria omnia fere Varronis opera, & hoc maximè de admirandis interierint, frustra in eo quod non existit, quæredō laborabimus. Giralduus certè qui hoc de Diis gentium argumentum diligentissimè est persecutus, non aliud quàm quod diximus de Phoroneo & Merope citauit. *Nam posterioribus quidem certè temporibus.* Prius quidem lege cautum est à Phoroneo, vel à Merope, vel ab aliquo alio, quisnam enim fuerit non asserit Clemens, vt Dæmonibus templa & altaria erigerentur, & eis fierent sacrificia. Hac lege lata postea homines sibi Deos finxerunt quos adorarent, vt Charmus qui puero quem amabat potitus, in Academia Amori seu Cupidini templum posuit, amorem in Deum reterens, propterea quod expleffet libidinem. Amorem autem inter Deos antiquissimos collocat, secutus Hesiodum, qui scribit primum genitum esse Chaos, deinde terram. Deinde sequitur

Hesiodus in Theogon.

Ἡ ἕρως δ' ἀθάνατος ἐν ἀθανάτοις σκῆπτει.
Atque amor, est qui immortalis pulcherrimus inter.

Pausan. lib. 1. Atticorū.

id est, De Charmo qui aram Amori posuit in Academia, sic Pausanias. In primo Academia aditu est ara, cum inscriptione; Charmum Atheniensem primum Amori dedicasse. Hoc tantum Pausanias qui nihil dixit, cur aram posuerit, sed propter libidinem in puero expletam, verisimile facit quod statim sequitur. Eam enim aram quæ intra urbem est, quam appellant Anterotis, inquilinorum donum fuisse dicunt, ac dedicationis huiusmodi causam extitisse. Atheniensis amatorem suum Timagorum inquilinum hominem fastidiens, per contemptum, vt de summo saxo se abiiceret iussit. Timagoras qui semper omnia quæ puer imperasset faciendâ putasset, animam etiam ipsam facile profudit: Vnde enim iussus erat impigrè se præcipitem dedit. Melitem verò re cognita suæ in illum acerbitalis adeo pœnituit, vt ex eodem seipsum etiam saxo deiecerit. Ex eo tam atroci rei euetu ab inquilinis, vt in eo ipso Anteros genius Timagoræ Amoris vindex coleretur institutum. Hęc Pausanias, ex quo intelligitur, & impletam libidinem dedisse causam, vt Amori excitaretur ara: infelicem autem in amore successum, vt Anteroti, id est aduerso amori. *Athenienses autem.* De Philippide quoque hoc tradit Pausanias. De Pane verò hæc memoriæ prodita sunt; Nuntium ad Lacedæmonios de Persarum in Atticam irruptione Philippidem missum. Hunc cum rediisset retulisse Lacedæmonios, minus maturè copias educere, quod religione impedirentur cum exercitu exire antequam Luna orbem compleisset. Sibi verò ad Parthenium saltum Pana obuium factum, qui se Atheniensibus in pugna ad Marathonem præsto futurum est pollicitus. Ex eo nuntio Deo honores haberi ceptos. *Quæ quidem nec ipsa silentio prætermittam.* Vt ostēdat non immeritò se fuisse vocatum stultum cultum idololatræ, ex eo quod vnusquisque

Pausan. lib. 1. Atticorū.

vnusquisque quem sibi velit Deum architectetur & adoret, ex hoc quoque eorum summam arguit stultitiam, quod Deorum templa vocent quæ sunt sepulchra mortuorum, & homines mortuos pro Diis adorent, & eis sacrificia offerant. Quo in loco hoc interim obseruandum multum interesse inter Græcos, qui mortuos adorant & eis sacrificia offerunt, & Christianos qui vnum solum Deum adorant, & ei sacrificant, interim tamen commemorationem facientes Martyrum, & sanctorum, sed non tanquam Deorum, imò verò tanquam Dei seruatorum. De his legendus est diuus Augustinus aduersus Faustum Manichæum, & Theodor. de curandis Græcorum affectionibus. Relinquit ergo, inquit, idololatriam, & cultum Dæmonum, & vos pudeat sepulchra colere. *In templo Mineruæ.* Hic Acrisius fuit Abantis filius, frater Præti cui in regno successit. Ab Eusebio autem recensetur decimusquartus Rex Argelicorum. Eius autem res gestas, vide apud Pausaniam lib. 2. Corinthiacorum, hic tantum dicemus quæ de eius morte scribit; Filij deinceps Abantis, Lyncei nepotes regnum administrarunt, & Acrisius quidem Argis permansit. Præter autem Heræum, Mideam, & Tiryntem occupauit, & quæcunque ex Argiolorum terra mari adiacent. Signa etiamnum supersunt, quæ Tirynti Præterum habitasse indicant. Aliquanto autem post Acrisius cum viuere adhuc Perseum comperisset, eumque præclara facinora edere. Larissam se, quæ ad Pæneum sita est, contulit. Perseus item, videre enim auum maternum cupiebat, eumque sibi bonis tum dictis tum factis conciliare, Larissam peruenit. Ibi, vt qui ætate floreret, & ob disci inuentionem exultaret, admirationi fuit omnibus. Acrisius autem diuino quodam instinctu disci impetum imprudens subiit. Non enim excogitatæ aduersus filiam & nepotem insidias, impendentem fati necessitatem auerterunt. Larissæ ergo, vt scribit Pausanias, disco fuit occisus. Ibidem autem, vt dicit Clemens, in templo Mineruæ fuit sepultus in arce. *Athenis autem in arce.* Cum duo fuerint Cecropes, nempe primus qui dictus est *Κεκρόπης*, quod duplicem haberet linguam & doctrinam, nempe Ægyptiam & Græcam, & secundus, dubitari potest, de quonam dicat. Sed est verisimilius eum intelligere de primo, quod quidem seri posset ex Antiocho si extaret. *Quid verò Erichthonius.* Erichthonius fuit Rex sextus Atheniensium. Eius si velis videre res gestas, vide Pausaniam in Atticis. Is, vt dicit Clemens, fuit sepultus in templo Poliadis: Est autem Polias Epitheton Mineruæ, quod ciuitati præsit, vel eius curam gerat. De ea autem & de Ioue qui dicitur *Πολιάδης*, copiosè Giralduus iis citatis qui de hac re scripserunt, in historia Deorum, syntagmate 2. *Immarus autem filius Eumolpi & Dairæ.* Ad horum interpretationem operæpretium mihi videor facturum, si hic transcriberem quæ de his scribit Arnobius, quæ quidem omnia videtur sumpsisse ex Clemente. Nonne patet, inquit, & promptum est, aut pro Diis immortalibus super Deos colere, aut inexplabilem fieri numinibus contumeliam, quorum delubra & templa mortuorum superlata sunt bustis. In historiâ Antiocho nono, Athenis in Mineruo memorat Cecropem esse mandatum terræ. In templo rursus eiusdem, quod in arce Larissæ est, conditus scribitur atque indicatur Acrisius. Erichthonius Poliadis in fano. Dairas & Immanarchus fratres, in Eleusinis conspecto quod ciuitati subiectum est. Quid Celei virgines? Non in Cereris Eleusine humatæ habere perhibent officia? Non in Dianæ delubro, quod in Apollinis constitutum est Delij, Hyperocha Laodicæque, quas aduectas illuc esse finibus ex hyperboreis indicatur? In Didymæo Milesio Cleochum dicit habuisse supra Leandrus. Funeris Leucophryne monumentum in fano apud Magnesium Dianæ esse, Myndius profiteretur; ac memorat Zeno. Sub Apollinis arula, quæ Telmessi apud oppidum visitur Telmessum esse conditum vatem, non scriptis constantibus indicatur? Ageſilarche Ptolomæus Philopator quem edidit primo, Gnyram Regem Paphi cum familia omni sua, imò cum omni profapia in Veneris templo situm esse litterarum autoritate declarat. Hęc Arnobius quæ quidem nonnihil discrepant ab iis quæ scribit Clemens propter diuersitatem, vt opinor, exemplarium. Et primum dicit in Mineruo, pro eo quod est, in templo Mineruæ. Deinde quod dicit Clemens Immarus filius Eumolpi & Dairæ, Arnobius dicit Immarus & Immanarchus fratres, &c. Quod autem apud Clementem est Clearchum, apud Arnobium dicit Cleochum, & apud Arnobium est Leandrus, apud Clementem verò est Leandrius. Quod autem Clemens habet Immarus, Arnobius verò Immanarchus, vtrouique suspicor esse legendum Immaradus, cuius meminit Pausanias, dicens, Cernuntur ibidem & ænea quædam simulachra magna, viri in procinctu stantes, vnum Erechtheum vocant, alterum Eumolpum. Et si Athenienses, qui res antiquas studiosè obseruant, Immaradum esse sciunt Eumolpi filium qui ab Erechtheo fuit interfectus. Et alibi. Facta autem inter Eleusinos & Athenienses pugna, Erechtheus cecidit Rex Atheniensium, & Immaradus item Eumolpi filius. Bellum hæc conditionibus est confectum, vt Eleusini aliis in rebus obtemperarent, initia verò Cereris seorsum administrarent. Deæ autem vtrique sacra Eumolpus & Celæ filia peragerent. Hęc Pausanias. Sunt autem hæc filia Celæ, quas Clemens dicit sepultas Eleusina. Quorumnam autem Hyperboreorum fuerunt vxores Hyperocha & Laodicia, non ausim quidem asserere, suspicor tamen fuisse illorum, quos scribit Pausanias oppem tulisse Delphis aduersus Gallos, & abrupta è Parnasso saxa ferebantur, instantisque tres viri armati Barbaris maximè fere terrori. Horum duos ex hyperboreis venisse dicunt Hyperochum & Hamadochū: tertium vero Pyrrhum fuisse Achillis filium. Horum hyperboreorum hæc duæ, vt opinor, fuerunt vxores quæ fuerunt sepultæ in Artemisio in Delo. Artemisium autem vocauit Arnobius delubrum Dianæ. Erat ergo delubrum veluti quoddam sacellum Dianæ in templo Apollinis. Clearchus autem quem dicit Clemens, nescio an is sit insignis ille Statuarius, de quo dicit Pausanias, loquens de Leontisci statua. Statuam effinxit Pythagoras Rheginus, qui, si quisquam alius, ipse etiam sculptor arte fuit insignis. Didicisse eum perhibent à Clearcho, qui ipse etiam Rheginus fuit, & discipulus Eucherii. Didymum autem in quo fuit sepultus Clearchus, fuit templum Apollinis qui appellatus fuit Didymus, qui etiam dictus est Milesius. De quo Orpheus in hymno,

10

20

30

40

50

60

Arnob. lib. 6. aduers. gentes.

Pausan. 1. Atticorū.

Βάκχης καὶ Ὀδυσσεύ, ἑκάστῃ, λόγια ἄρτε.

Dictus est autem Didymæus, vt vult Macrobius, quod geminam speciem sui nominis præfert ipse illuminando, formandoque Lunam. Etenim ex vno fonte lucis gemino sydere spatia dici & noctis illustrat. De Leucophrynes autè moniméto, quæ in templo Dianæ sepulta est Magnesiæ, neque apud Strabonē, neque

Pausan. lib. 1. Atticorū. apud Pausaniam quidquam scribitur. Sed Leucophrynem Dianam, Magnesiā maximè cultam fuisse dicit Pausanias, cuius etiam apud Athenienses fuerit simulachrum, quod à Themistoclis liberis positum ferunt. Magnesiis enim Themistocles Persarum Regis beneficio imperauit. Ex iis autem quæ scribit noster Clemens, est satis verisimile Dianam Magnesiā appellatam fuisse Leucophrynem, eo quod ibi esset monumentum Leucophrynes, quæcunque ea fuerit, neque enim quidquam inueni. De Telmesso hoc tantum scribit Strabo. Post Pedala Lyciorum montem prope est Telmessus oppidulum Lyciorum, & Telmessias promontorium quod portum habet: sed de vate Telmesse nihil vsquam legi. Solus Arrianus qui narrat res gestas Alexandri, vt refert Cælius Rhodiginus, scribit apud Telmessum mulierum puerorūque vaticinia haberi præstantissima. Sed est verisimile à Telmessi vatis monumento, quod erat in ara Apollinis, oppidū denominatum fuisse Telmessum. De Telmesso autem & Cinyra in re quidem consentiunt Clemens & Arnobius, in authorum autem nominibus dissentiunt. Nam Clemens quidem de Telmessi nomine citato absolute dicit: Arnobius autem citat Agefarchum. Quod autem Clemens dicit de Cinyra, id tribuit Ptolomæo filio Agefarchæ: Arnobius autem Ptolomæo Philopatori. Quo fit vt necesse sit corruptum esse alterutrum exemplar. De scriptoribus autem quos vterque citat, eo minus est laborandum, quod iniuria temporum ij ad nostra temporis nō peruenerint. De Cinyra autem & Venere satis antea diximus, quibus addendum est quod hic dicunt Clemens & Arnobius cum cum tota familia fuisse sepultum Paphi, quod est oppidum Cypri olim sacrum Venere.

^a Quod si præter hæc vobis ipsas imagines subiecero considerandas, verè persequentes, inuenietis nugas esse consuetudinem, vt qui manuum hominum insensilibus supplicetis operibus. ^b Atque Scythæ quidem antiquitus adorabāt Acinacem: Arabes autem lapidem: Persæ verò fluuium: & ex aliis hominibus, ij qui erant adhuc antiquiores, ligna erigebant insignia, & columnas ponebant ex lapidibus, quæ etiam appellabantur ἑοῦρα, eo quod eraderentur & expolirentur ex materia. In Icaro certè, imago Dianæ lignum erat non laboratum. Et Cithæronia Iunonis Thespiæ truncus excisus, & Samiæ Iunonis, vt ait Æthlius, prius quidem erat asser, postea autem cum esset Archon Procleus, efficta est in formam statuæ. Postquam autem cæperunt statuæ formari hominibus, ἑπέτη, quod idem est quod statuæ, acceperunt denominationem τῶν τῶν ἑπέτη, id est ex hominibus. Romæ autem antiquitus statuam Martis fuisse hastam dicit scriptor Varro, cum nondum peruenissent artifices ad hoc speciosum quidem, sed improbum artificium. Postquam autem ars floruit, auctus est error. ^c Quod itaque lapides & ligna, & vt semel dicam, materiam fecerint imagines hominibus similes, quibus pietatis formam præ vobis fertis, calumniantes veritatem, iam quidem ex hoc patet. Verum enim uero cum locus indigeat aliqua demonstratione, non est recusandum. ^d Atque Iouem quidem Olympicū, & Poliadem Athenis, ex auro & ebore effecisse Phidiam, cuius est euidentis. ^e Quod autem is Iunonis Samiæ statuam suo cælo, seu scalpello fecerit, nusquam legi. Ne ergo dubitetis, si seuerarum, quæ Athenis vocantur, Dearum, duas quidem fecit Scopas, ex lapide qui vocatur λυχάδς. Calos autem eam quam narrantur habere mediam, Polemonem ostendere in quarto eorum quæ scripsit ad Timæum: nec eas quæ sunt Pataris Lyciæ statuas, Iouis & Apollinis, quas rursus Phidias imagines, sicut Leones qui cum eis dedicati sunt, effecit. ^f Quod si, vt nonnulli dicunt, erat ars Bryaxis, non contendo, habens eum quoque statuarium: vtrum eorum velis adscribe. ^g Quinetiam Telesij Atheniensis, vt ait Philochorus, opus sunt imagines in Neapetcha, Neptuni & Amphitrites, quæ adorantur Teni. Demetrius autem in secundo Argolicorum, statuæ Iunonis Tiryinthiæ, & materiam, pirum, & effectorem fuisse scribit Argum. ^h Multi autem fortasse admirabuntur si didicerint Palladium quod appellatur διοπέτης, vt quod à Ioue deuolauerit, quod Diomedes quidem & Ulysses feruntur Troia abstulisse, deposuisse autem apud Demophoontem, fuisse constructum ex ossibus Pelopis, quemadmodum Olympicum ex aliis ossibus beluæ Indiæ. Atqui adduco Dionysium hæc referentem in quinta parte circuli. Appellas autem in Delphicis dicit duo fuisse Palladia, ambo autem fabricata esse ab hominibus. ⁱ Sed ne quis existimet me

propter

propter ignorationem prætermisisse, hæc quoque adducam: Morychi Dionysij statuam fuisse quidem factam ex lapide qui vocatur Phellata, esse autem opus Siconis cognomine Eupalami, vt dicit Polemon in quadam epistola. Fuerunt autem etiam quidem duo alij Cretenses, vt opinor, statuarij, Ecyles & Diapænus hi nominabantur. Fecerunt autem imagines Castoris & Pollucis, quæ sunt Argis, & effigiem Herculis, quæ est Tirynthe, & statuam Dianæ Munichie Sicyone. ^k Et quid in his immoror, cum liceat vobis ostendere quisnam fuerit magnus ille Dæmon, quem per excellentiam audimus cultu & veneratione dignum ab omnibus esse habitum? Eum non esse manufactum ausi sunt dicere, Ægyptium Sarapim. Alij enim scribunt eum fuisse munus missum à Sinopensibus ad Ptolomæum Philadelphum, qui eos fame laborantes misso ex Ægypto frumento recreauit: esse autem hanc statuam effigiem Plutonis, qui eam acceptam posuit in promontorio quod nunc appellant Racotim, vbi etiam est honore affectum templum Sarapidis: est autem rusticum prædium iis locis vicinum. Blistichem autem pellicem mortuam Canopi, translata Ptolomæus sepeliit sub prius dicto templo. Alij autem Ponticam imaginem dicunt esse Sarapim, translata autem fuisse honorifice Alexandriam à frequenti hominum conuentu. Isidorus solus, à Seleucensibus qui sunt præter Antiochiam, statuam fuisse traductam, qui ipsi quoque penuria frumenti laborauerant, & nutriti fuerant à Ptolomæo. Caterum Athenodorus filius Sandonis, cum vellet Sarapidis ostendere antiquitatem, nescio quomodo eò lapsus est, vt eum argueret factam fuisse statuam. Sesostrim dicit Regem Ægyptium, cum plurimas Græcorum gentes sibi subiunxisset, reuersum in Ægyptum multos adduxisse artifices. Osirim itaque à quo genus duxerat, iussit magnifice affabreque variatum effingi. Eum autem construxit Bryaxes opifex, non Atheniensis, sed quidam alius qui appellabatur eodem nomine quo Bryaxes, qui ad opus faciendum mista & varia vsus est materia. Habebat enim ramenta auri, & argenti, & aris, & ferri, & plumbi, nec ei vllus lapis deerat Ægyptius, sed nec Saphiri & Hematidis fragmenta, sed nec Smaragdi & Topazij. Hæc ergo omnia leuigata tritaque ac commixta illinit colore ceruleo. Qua de causa nigrior est color imaginis, & cum pharmaco relicto ex sepultura Osyridis & Apis, permiscuisset, finxit Sarapim, cuius nomen quoque significat & funeris societatem, & opus quod factum est ex sepultura, vt quod compositum ex Osyride & Api factum sit Osyrapis. ^l Nouum autem alium in Ægypto, & qui vel ab ipsis propemodum colitur Græcis, retulit in numerum Deorum, Imperator Romanus, dilectum, & qui fuit formosissimus, Antinuum: quem ita consecrauit, vt Ganymedem Iupiter. Non enim facile arcetur cupiditas, quæ caret metu. Et sacras Antinoi noctes nunc adorant homines, quas turpes sciebat amator qui simul vigilauerat. Quid mihi refers in numerum Deorum, eum qui stupro fuit honoratus? Quid verò etiam iussisti lugeri tanquam filium? Quid verò eius quoque narras pulchritudinem? Turpis est pulchritudo, quæ per contumeliam & probrum emarcuit. Ne tyrannidem exerceas ô homo in pulchritudinem, ne probrum afferas florenti adolescenti. Ipsam mundam conserua, vt sit pulchra. Pulchritudinis Rex efficere, non tyrannus, liber maneat. Tunc tuam agnoscam pulchritudinem, quoniam mundam conseruaisti imaginem. Tunc veram adorabo pulchritudinem, quæ est exemplar pulchrorum. Iam verò dilecti sepulchrum est templum Antinoi & oppidum. ^m Sicut autem templa, ita etiam sepulchra habentur in admiratione, Pyramides, & Mausolea, & Labyrinthi, alia templa mortuorum, vt illa sepulchra Deorum. ⁿ Vobis autem magistram adducam vatem Sibyllam.

Non sunt responsa hæc Phœbi mendacia, stulti

E ij

Morychus
vnum ex
Bacchi co-
gnomini-
bus.

Thespiz
locus in
Bœotia fa-
cer Iunoni.

Quasi dice-
ret, siue
fuerit ars
Bryaxis, si-
ue Phidiz.

Quemque Deum dixere homines, falsoque vocarunt
Vatem: sed vox ista Dei, similem simulachris,
Quem haud fecere manus hominum, rationis egenis.

*Hæc quidem tibi prædicit ruinas templorum, significans quidem fore, ut templum
Dianæ Ephesiæ terræ hiatibus & motibus absorbeatur, his verbis:*

Abiecta autem Ephesus tristisque in littore flebit,
Et templum quærens, quod tum non incolet ullus.

Templum autem Isis & Sarapidis in Ægypto diruendum dicit, & exurendum:

Isi Dea in Nili tu vndis infausta manebis
Sola, & voce carens, Menasque Acherontis arenis.

Deinde subiicit:

Tuque Sarapi erecta ingens cui faxea moles,
Magnus in Ægypto misera impendet tibi casus.

*° Sed si tu non audis prophetissam, at tuum audi philosophum Heraclitum Ephesium, 10
quod sint insensiles, exprobrantem imaginibus. Et his vota faciunt imaginibus, perinde
ac si quis loquatur cum ædibus. ° An non sunt enim prodigiosi qui lapides adorant?
Deinde verò etiam statuantes eos ante fores, perinde atque qui vim agendi habeant.
Mercurium tanquam Deum adorant, & etiam ἀργεῖα ianitorem statuantes. ° Si enim
tanquam nullo sensu præditos contumelia afficiunt, cur adorant ut Deos? Si verò eos
existimant esse sensus participes, cur eos ianitores constituunt? ° Romani autem qui res
maximas & præclare gestas Fortunæ attribuunt, & eam esse Deam maximam existi- 30
mant, posuerunt eam in sterquilinio, dignum Deæ templum, tribuentes cloacam. ° Ve-
rumenimvero sensu carenti lapidi, & ligno & diuiti auro nihil penitus curæ est, nec
nidor, nec sanguis, nec fumus, quo dum honorantur & suffumigantur, nigrescunt:
sed nec honor, nec probrium ac contumelia. ° Sunt autem hæc imagines quouis animali
viliores. Et quomodo quæ sunt nullo sensu prædita, diuino sint honore affecta, mihi
venit in mentem dubitare, & errantium, tanquam miserorum, misereri amentia. Nam
si quædam animalia non habent omnes sensus, ut vermes & erucæ, & quæcunque sta- 40
tim à primo ortu manca & inutilia apparent, sicut talpæ & mus araneus, quem dicit
Nicander cæcum & σπερδύλω, sunt tamen meliores his statuis & imaginibus, quæ
sunt surdæ penitus: habent enim unum quidem certè sensum, verbi gratia, auditum
vel tactum, vel qui habet proportionem ac conuenientiam cum odoratu vel gustu: Si-
mulachra autem nullum sensum participant. ° Sunt autem multa animantia quæ nec vi-
sum habent, nec auditum, nec vocem, cuiusmodi est genus ostreorum, viuunt tamen &
augentur, & præterea cum Luna consentiunt & afficiuntur. Statuæ autem ociosæ, in- 50
efficaces, inutiles, & nullo sensu præditæ alligantur, configuntur, & compingun-
tur, funduntur, limantur, secantur, eraduntur, sculpantur. ° Surdam quidem
terram vexant, & contumeliosè tractant statuarij, eam à natura propria arte di-
mouentes, & adorare persuadentes. Adorant autem ij qui Deos faciunt, non Deos
& Demones, mea quidem sententia, sed terram & artem, id est imagines. Verè est
imago, mortua materia formata manu artificis. ° Nobis autem non est materia sensibilis, 60
sensibilis imago, sed quæ percipitur intelligentia. Deus qui solus verè est Deus, intelligen-
tia percipitur, non sensu. ° Contra autem cum in ipsis casibus re ipsa didicerint supersti-
tiosi lapidum adoratores, nullo sensu præditam non colere materiam, ab ipso usu victi,
pereunt à superstitione: & Demonum timore, & tamen simulachra contemnescentes,
nec volentes*

*nec volentes videri omnino contemnere, ab ipsis Diis conuincuntur, quibus sunt dedi-
catae imagines. ° Dionysius enim tyrannus iunior, cum auream vestem Ioui abstulisset
in Sicilia, iussit eum indui lanea, facete dicens eam esse aurea meliorem, ut quæ esset &
æstate leuior, & hyeme calidior. ° Antiochus autem Cyzicenus cum egeret pecuniis,
Iouis auream statuam, quæ erat magnitudinis quindecim cubitorum, fundi iussit, &
ex alia viliori materia statuam illi similem, laminis inauratam rursus reponi. ° Hirun- 10
dines autem, & multæ aues saepe aduolantes, inquinant imagines, nullam curam ge-
rentes, nec Olympij Iouis, nec Æsculapij Epidaurij: sed nec Mineruæ Poliadis, vel
Sarapidis Ægyptij, à quibus nec ipsas quidem imagines insensiles esse discitis. ° Sed sunt
quidem improbi aliqui prædones, vel hostes, qui facta irruptione, turpis lucri gratia,
sacra sunt depopulati, & diripere donaria, vel ipsas etiam fuderunt statuas. Et si
Cambyses aliquis, vel Darius, vel alius insaniens, quædam eiusmodi fecerit, & si
Ægyptium quis Apim occiderit, rideo quidem quod Deum ipsorum occiderit: indi- 20
gnor autem si propter lucrum peccauit. Lubens autem obliuiscar huius maleficij, auaritia-
m, non idolorum imbecillitatem conuinci existimans. Sed non ignis, nec terribiles ter-
ræ motus pertimescunt aut reuerentur Demones, aut imagines, non magis quam cal-
culos qui sunt ad littora accumulati fluctibus. ° Scio ego ignem posse conuincere, & me-
deri superstitioni, si velis cessare ab amentia, ignis te ad lucem deducet. ° Hic ignis &
templum quod erat Argis, combussit unà cum sacerdote Chryside: & id quoderat E-
phesi, Dianæ, secundum post Amazonas: & Romæ saepe depopulatus est Capitolium. 30
Sed nec abstinuit à templo Sarapidis Alexandria. Liberalis autem Dionysij Athenis
templum diruit, & templum Delphici prius rapuit procella, deinde ignis sapiens tem-
peransque deleuit. Hoc tibi ostenditur proœmium eorum quæ pollicetur ignis. ° Qui
autem fabricantur statuas, nonne eos admonent qui ex vobis sapiunt, ut materiam
contemnatis? ° Atheniensis quidem Phidias, qui inscripsit in Iouis Olympij digito,
πρωταρχος κελος, hoc est, Pantarces pulcher. Non erat enim ei pulcher Iupiter, sed is 40
qui ab eo amabatur. ° Praxiteles autem, ut declarat Posidippus in libro de Cnidio, Ve-
neris Cnidia construens imaginem, fecit eam formæ similem Cratina, quam amabat,
ut adorarent miseri amicam Praxitelis. ° Cum floreret autem Phryne meretrix Thespi-
ca, pictores omnes imitabantur Veneris imagines, ad Phrynes pulchritudinem: sicut
rursus lapidæ quoque Mercurios effingebant Athenis ad Alcibiadem. ° Restat nunc
tuum adhibere iudicium, an velis etiam adorare meretrices.*

*Epidaurus
est oppidum
Argorum
sacrum A-
pollini.*

*Quidam
dicunt hoc
fecisse Phi-
diam.*

COMMENTARIVS.

*° QVOD si præter hæc vobis ipsas imagines. Homines mortuos colere, & eorum sepulchra pro templis
habere iam ostendit quàm sit absurdum: nunc accedit ad imagines quæ cum sint insensiles, vel potius
nullo sensu præditæ, vtrunque enim significat ἀναισθητον, non sunt adorandæ, nec spectandam esse dicit
consuetudinem, quæ cum non sit rationi consentanea, pro nugis est habenda. ° Atque Scythæ quidem
antiquitus. Hunc quoque locum hinc sumpsit Arnobius, qui etsi sit admodum corruptus, non tamen du- 6
bitabo eum hic adscribere. Ridetis temporibus præcis Persas fluuios coluisse, memorialia vt indicant scri-
pta, informem Arabas lapidem, Acynacem Scythiæ nationes, ramum Progenes Thespios, lignum Carios pro
Diana incolatum, Pelli nuncios silicem pro Deum matre, pro Marte Romanos hastam, atque vt Ethedius
memorat, ante vsum disciplinamque fictorum, puteum Samios pro Iunone, & abstinetis à risu, cum pro
Diis immortalibus sigilliolis hominum & formis supplicatis humanis. Vbi existimo legendum, ramum
putatum pro Iunone Thespios, & lignum Icario pro Diana indolatum, & pro puteum pro Iunone, existimo
legendum, purum asserem pro Iunone. Acinaces autem quem colebant Scythæ, erat, vt vult Arrianus
hastæ Persica. De iis quæ pro Diis colebantur à diuersis nationibus, vide Giraldum qui de iis tractat copio-
sissimè in historia Deorum syntagm. i. Etymologia huius vocabuli ἑσάρον ἀπὸ τοῦ ἔσπερον, quod significat rado ἑσάρον quid
& expolio. Dicitur est ἑσάρον, quasi ἔσπερον & mutato in ο. Dicitur autem propria ἑσάρον, statua lapidea, vel
fit.*

potius columna, erant enim ζώματα, etiam priusquam statuæ essent efformatæ in figuras hominum. Cùm autem efformatæ essent similes hominibus dictæ sunt βρέται, quasi dicas βροτῆς εἰκόματα, similes hominibus, ut dicit Aristophanis interpres in Comœdia quæ inscribitur ἰππίς, id est Equites. Hinc est quod ubi dicitur in Genesi Loti vxor conuersa in statuam salis, septuaginta habent σάλω, id est columnam. Icarus autem de qua hic loquitur Clemens à Strabone appellatur Icaria. Adiacet autem Samo, inquit, Insula Icaria, à qua Icaria pelagus nominatur. Ea nomen habet ab Icaro Dædali filio, quem dicunt paternæ fugæ comitem, cum ambo pennati è Creta aufugissent, hoc in loco cecidisse via non seruata. Et paulo pòst; In hac insula est promontorium ad Zephyrum porrectum. Inest etiam Dianæ templum quod Paulo pòst vocatur. Hæc insula, sicut & à Clemente, à Plinio etiam appellatur Icarus. De Cytheronio autem Ioue & Iunone, vide quæ scribit Giralduus historiæ Deorum syntagm. 2. ubi citat quæ à Pausania, & à Plutarcho, & ab Eusebio dicuntur lib. 3. de Præparat. Euangelica. Ad eum ergo te remitto, ne sim prolixior. Est autem Cythæronia regio prope montem Cytheronem. Thespia verò vel Thespiæ, vtrunque enim dicitur teste Strabone, erat non procul ab ea regione distans, sacra Iunoni. Samos insula Iunoni fuit dedicata, in qua ait Pausanias, Iunoni templum ab Argonautis fuisse ædificatum. Ipsi autem Samij dicunt Iunonem fuisse apud se nam prope Imbrasum fluuium, vnde etiam dicta est Imbrasia. Quod autem simulachrū fuerit lignæum, restatur etiam Eusebius de Præparat. lib. 4. Quod autem dicit. Cùm esset Archon Procleus, ostendit quo tempore effectum sit lignum in formam humanæ statuæ, aut potius in simulachrum. Per Archontas enim qui sunt summi apud eos magistratus, Athenienses significabāt tempora, sicut Romani per Cōsules. Cum autem essent rudes homines, & rudia adhuc tempora, erat in hominibus quædam simplicitas, cùm autem doctæ fuerunt artes, creuit etiam vitium, & in colendis Diis error fuit multiplicatus. Hæc autem fuit olim Marris statua, quæ quoniam lingua Sabina dicebatur Quiris, inde factum est, ut & Mars diceretur Quirinus, & itidem Romulus, ipsi quoque Romani dicti sunt Quirites. Quod itaque lapides & ligna. Quomodo ex lignis & lapidibus, & alia materia efformatæ sint imagines hominibus similes, iam quidē ostendit, sed quoniam & multiplex est materia, & de ea nimis breuiter dictum est, in eius rei demonstracione vult aliquantulum immorari. Præ se ferre autem formam pietatis, id enim ita verti quod Græcè est ἐπιμωρῶσαι, quod Deum quidem colere sit pietas, falsorum autem Deorum, nempe qui non sunt Dij, colere simulachra, est quædam simulatio. Calumniari verò dicuntur veritatem qui Deorum adorant simulachra, quod eos qui non sunt Dij adorantes, eum qui verè est Deus, non esse Deum arguant. Atque Iouem quidem Olympicum. Quod Iouem Olympicum fabricatus sit Phidias, restatur Pausanias, dicens Simulachrum à Phidia esse elaboratum inscriptio etiam sub Iouis pedibus testatur, Phidiacæ fecere manus, qui natus Athenis Ex patre Charmida.

Genes. 19.
Strabo. lib. 15.
Plin. lib. 4. cap. 13.
Strab. lib. 9.
Pausan. Eli. 5.
Plin. lib. 34.
Pausan. Achaicorum 7.
Plin. lib. 37. cap. 7.
Strabo. lib. 12.
Pausan. lib. 10.
Strab. lib. 10.
Diodor. lib. 2. histor. Sab.
Strabo. lib. 16.
Ruffinus lib. 11. cap. 33.

De eodem Phidia scribit quoque Plinius. Phidias præter Iouem Olympicum quem nemo æmulatur, fecit & ex ebore æquæ Mineruam, quæ est ex Parthenone astans. Iunonis autem Samiæ statuam factam esse Euclidis cælo, refert Olympicus in Samiacis. Euclidis statuarij Atheniensis meminit Pausanias in aliquot locis. Nam & in Achaicis dicit; Templum ibi Cereris est, Veneris aliud, Bacchi itidem aliud, & Lucinæ. Simulachra ex lapidibus Pentelycis sunt facta, opera Euclidis Atheniësis. Et paulo pòst, Ægypta Iouis templum exhibet scriptu dignum, & quod fedet simulachrum, & lapidibus quidem Petylicis, opera autem Atheniensis Euclidis fabricatum. Quod aptem is Iunonis Samiæ statuam suo cælo, & c. Hic locus in Græco est corruptus, quem tamen si licet diuinare, ita puto restituendum, μηδὲν ἀμφιβόησεν εἰ πῦρ σφραγῖς ἀθηναίων καλεσμένων θεῶν, τὰς μὲν δὴ σκοπῆς ἐπιπέσειν ἐκ τοῦ καλεσμένου λυχνέως λίθου, τὴν δὲ τῶν αὐτῶν ἰσορροπῶν ἔχουσαν, ὡς πολέμων δεικνύσιν ἐν τῇ περὶ τῆς πύλης πύλας, μηδὲ τὰ ἐν πατρίδι τῆς Λυχνίας ἀγάλματα Ἀπόλλωνος καὶ Διός, εἰ φειδίας πάλιν ἐκεῖνα ἀγάλματα καθεστῶν τῆς λέοντος τῆς αὐτῆς ἀσκαμένους ἐργασασαί. id est, ne ergo dubitetis, an feuerarum quæ Athenis vocantur Dearum, duas quidem fecit scopas ex lapide qui vocatur Lynceus. Calon autem eam quam cernuntur habere mediam, ut ostendit Polemon in quarto eorum quæ scribit ad Timæum: neque quæ Pataris Lyciæ sunt imagines, Apollinis & Iouis, an Phidias, inquam, illas fecerit imagines, sicut & leones qui cum eis sunt dedicati. Statuarij autem quorum hic nomina audis, fuerunt olim excellentissimi, & eorum meminit Pausanias in multis locis, & præclara eorum recitat opera, & Plinius itidem lib. 25. cap. 7. Sed quod illarum Dearum, quæ σφραγῖς vocantur ab Atheniensibus, imagines fecerint, neuter dicit. Videtur autem intelligendum id quod hic dicitur, quod cum sint tres Deæ, quæ appellantur furia, quarum vna dicitur Tisiphone, altera Megæra, alia verò Alecto, ex iis quidem duas fecit scopas quas collocauit in extremo. Calon autem vnam quam posuit in medio. Dicuntur autem hæ furia per antiphrasin εὐμένιδες, quasi dicas beneuolæ, cum vexent & torqueant homines, sceleratos maximè & impios. σφραγῖς autem, id est venerandæ, cùm nihil sit his magis execrandum. Lapis autem qui hic dicitur λυχνέως, vel est gemma quæ dicitur etiam à Plinio Lichmitis, quæ est genus pyropi, vel carbunculi. De quo Plinius lib. 37. cap. 7. vel genus marmoris cædidi & pellucidi. De quo idem lib. 30. cap. 5. Patara quæ & olim dicta est Pataros, ut vult Plinius lib. 5. cap. 27. erat vna ex maximis viginti tribus ciuitatibus, quæ commune habebant suffragium, teste Strabone lib. 12. De statu autem Iouis & Apollinis cum illis dedicatis leonibus, de quibus hic scribit Clemens, non memini me vsquam alibi legere. Quod si, ut nonnulli dicunt, Bryaxis meminit Pausanias in lib. 1. Atticorum, dicens. Simulachrum Æsculapij & Higix Bryaxis effinxit. Eum quoque inter egregios statuarios recenset Plinius; Nolo ergo, inquit, contendere Phidiæne an Bryaxis eas imagines effinxerit. Quinetiam Telefij Atheniensis, hic locus est corruptus, sed qui eum voluerit emendare, Philochorum inueniat oportet, ex quo est sumptus. Ex omnibus quos legi authoribus neminem, quod meminerim, inueni qui Telefij Atheniensis vllam faciat mentionem. De Teno insula, quæ est vna ex Cycladibus, scribit Strabo & Plinius & alij Geographi, sed quod in ea sint Amphitrites & Neptuni simulachra, quæ in aliis locis frequenter occurrit, ne verbum quidem. Tenni oppidi alicubi sit mentio, à quo gentile nomen Tennites, apud Ciceronem in Orat. pro Flacco, sed vbinam sit situm Tenum non inuenio. Sed nec intelligo quid sibi velit Neapecha, de qua nemo est

mo est qui vel vnum verbum dicat. Suspiscabar pro Neapecha legendum esse Neapolim, sed cum multæ inueniantur Neapoles, in Teno nulla inuenitur Neapolis. Meas tibi ò lector, expono coniecturas, sed quibus ad eruendum huius loci sensum nihilum quidem profeci. Alij melius fortè coniciunt, quibus ego lubens trado lampadem. De Tyrinthia quoque Iunone nihil legi, etsi de Tyrinthe multa scribat Strabo & alij Geographi, & quod in ea educatus sit Hercules, dictus est Tyrinthius. Excitandus ergo erit ab inferis Demetrius, si fidem nolimus habere Clementi, qui quæ dicit accepit ab ipso Demetrio. Multi autem fortasse admirabuntur. Si quæcunque de Palladio scribuntur vellem hic afferre, esset diutius quàm opus sit in eo immorandum. Legatur Seruius in secundum Æneidos in his versibus,

Omnia spes Danaum, & cepti fiducia belli, & c.

Legatur etiam Dionys. Halycarnassensis in historia. Legatur quoque Eustathius in Homeri Iliadem in aliquot locis, & Pausanias i. Atticorum. Quod autè ex Dionysio qui hodie non extat, scribit Clemens ex offe Pelopis constructum fuisse Palladium, id est simulachrum Palladis, non alibi legitur. Hoc tantum scribit Pausanias; Cum produceretur bellum Troianum, prædixisse vates aiunt, urbem non captam iri priusquam Herculis arcum adducerent, & os Pelopis. Sic itaque Philoctetem in castra ab eis accersitum, & ex ossibus Pelopis scapulam alteram Pisa allatā. At in reditu, ipsa etiam nauis, qua Pelopis os vehabatur, ad Eubæam tempestate periiit. Deinde scribit quomodo à piscatore inuētum, & humi infossum, postea iussu Apollinis effossum Elidem fuerit missum ad eam à pestilentia liberandam. Sed nihil omnino de Palladio ex Pelopis scapula constructo, sicut nec de ea re quidquam dicit Cælius Rhodiginus, qui multa dixit non trita nec vulgaria. De Palladio & inter cætera refert, Ioannem Antiochenum dixisse Palladium è cælo missum esse, quod idem est quod id quod dicit Clemens, id esse διοπίες, id est à Ioue euolasse. Sed nec Giralduus qui quæ ad Deos pertinent, diligentissimè est persecutus, cum de Palladio tractaret quidquam, dixit quod id fuerit constructum ex offe Pelopis. Nec tamen est dubitandum, quin id Clemens legerit apud Dionysium quem citat. Quod autem dicit Clemens, Vlysses & Diomedes, capto Ilio Palladium quod auehant deposuisse apud Demophontem, id longè aliter narrat Pausanias, ubi multa præclare dicit de iudiciis Atheniensium. Ad eum autem te remittam, ne sim prolixior. De Iouis autem Olympici simulachro quod opus est Phidiæ superius diximus, sed quod id sit ex ossibus beluæ Indicæ factum non credo vsquam alibi legi. Sed nec quam dicat beluam Indicam satis intelligo, nisi fortè elephantum. Sunt enim elephanti apud Indos maximi. Significat ergo Iouis Olympij simulachrum factum esse ex ebore Elephanti Indici. Quod apertè dicit Plinius his verbis; Phidias præter Iouem Olympicum, quem nemo æmulatur, fecit & ex ebore æquæ ac Mineruam quæ est in Parthenone adstans. Sed ne quis existimet. Inter cætera Dionysij seu Bacchi cognomina, est etiam Morychus. Ita est autem dictus μωρυχός ἀπὸ τοῦ μωρύχει, quod significat pollere & inquinare: quia in vindemiis faciem musto tingere, vetus fuit consuetudo, ut scribit Cælius Rhodiginus. Phellatas autem est lapis durus, ita appellatus à loco qui dicitur φέλλος, est autem locus durus, & qui non faciliè coli potest, nec admittere operationem, & est petricosus in superficie. Siconis autem Eupalami, nec Plinius, nec Strabo, nec Pausanias, nec vlli alij meminerunt. De Diapæno sic scribit Pausanias; Mineruæ fanum in eo est (loquens de oppido Cleone nomine) & simulachrum, Scyllidis artificio & Diapæni perfectum, quos Dedali fuisse discipulos memorat. Hoc me inducit, ut cum Ecyliis nulla vsquam fiat mentio pro Ecyliis existimem legendum esse Scyllides. Diapænum recenset etiam Plinius inter eximios marmorarios, Scyllidis nulla facta mentione. De templo autem Castoris & Pollucis hoc scribit Pausanias, loquens de Argis; Post hæc Castoris & Pollucis templum, & simulachris, cum ipsi sunt expressi, tum filij Anaxinus & Menasinus. Cum his matres quoque Hilaira & Phæbe. Diapæni verò & Scyllidis artificio hæc ex Ebano ligno dicitur fabricata. Quod autem Scyllides & Diapænus fecerint effigiem Herculis Tyrinthe, & Dianæ Munichia Sicyone, nusquam alibi legitur. Quod autem & Hercules cognominetur Tyrinthius, & Diana Munichia quæ eadem est quæ βενδιδεῖα, vide Giralduum historiæ Deorum syntagmate 12. Et Munichia quidem dicebatur quod celebraretur eius dies festus Munichio mense qui est decimus, βενδιδεῖα autem ἀπὸ τοῦ βένδης, quod lingua Thracica dicitur Diana: βενδιδεῖα autem & ipsam Dianam significat, & eius diem festum. Bendidiorum autem meminit & Strabo lib. 10. & Xenophon secundo ἐλληνικῶν. Tirys autem & Sicyone sunt oppida Peloponesi. Et quid in his immoror. De Serapide multa à multis scribuntur authoribus, nempe Pausania, Diodoro, Plinio, Plutarcho, & cæteris, quæ si vellem hic omnia transcribere, essem quàm par esset prolixior. Quæ autem hic dicuntur, dicuntur omnia de statua seu idolo Serapidis, cui tanquam maximo Dæmoni, maximus honor habetur à Græcis, & tanquam non manu hominis esset factum colebatur. Quod non esse verum, ostendit Clemens. Sed quisnam id fecerit varias scriptorum assert sententias, sed permultos ex iis quos adducit non nominat, & ij quos nominat interierunt. Serapidis autem templum & simulachrum adhuc stabat tempore Clementis, quod tempore Christianissimi Imperatoris Theodosij à Theophilo Episcopo ad id incitati, de euerendis Dæmonum simulachris ab eo emissio edicto, à Christianis fuit euersum. De qua euerfione, vide Ruffinum historiæ Ecclesiasticæ 10. & Nicephorum historiæ Ecclesiasticæ 12. Quod autem Serapidis simulachrum fuerit à Sinopësis missum ad Philadelphum, ex eo est satis verisimile, quod Strabo scribat Colchis cum Ægyptiis intercessisse cognitionem. Est autem Sinope non admodum remota à Colchide. Rhacotim autem dicit Strabo esse partem Alexandriæ, in qua antequam à Alexandro conderetur Ælexandria, Reges Ægypti posuerant præfidium ad arcendos aduenas. Sefostris verò teste Diodoro Siculo, superiores omnes Reges excessit gloria, & rerum magnitudine, ut Strabo dicit. Is enim (nempe Sefostris) primus videtur Æthiopiæ Trogloditicamque subegisse, postea in Arabiam transgressus, inde Asiam omnem permeauit, & c. De Bryaxi Atheniensis statuario satis multa diximus, sed quisnam hic esset cum Clemente ignoramus. Quam autem magnificum atque superbum esset templum & simulachrum Serapidis, pulchrè Ruffinus lib. 11. ubi agit de eius euerfione, sed quod ex lapidibus & gemmis esset constructum, hoc ex Athenodoro quem non habemus, habuit Clemens. Pharmacum autem quod dicit fuisse relictum ex sepultura Osiridis & Apidis, intelligit reliquias

aromatū quibus, vt mos erat in Ægypto, condita fuerāt Apidis & Osiridis corpora. Quod autem Athenodorus, vt refert Clemens, dicit dictum esse Serapidem ex eo quod in eodem tumulo vnā sepulti essent Osiris & Apis, quasi dicas Osirapis, alij aiunt *σεραπίδα*, dictum esse *ἀπὸ τοῦ σερῆ*, id est à tumulo, seu sepulchro Apidis, è quibus est Diuus Augustinus. Vide Suidam quem citat Viues in Commentario in Augustin. de Ciuit. lib. 18. *Novum autem alium in Ægypto.* De Antinoō sic scribit Eusebius in Chronicis; Antinous puer egregius eximiae pulchritudinis in Ægypto moritur, quem Adrianus diligenter sepeliens (nam in delitiis eum habuerat) in Deos refert, ex cuius nomine etiam vrbs appellata est. Ælius verò Spartianus; Peragrata, inquit, Arabia Pelusium venit, & Pompeij tumulum magnificentius extruxit. Antinonum suum dum per Nilum nauigat perdidit, quem muliebriter fleuit: de quo varia fama est, aliis eum deuotum pro Adriano asserentibus, aliis quod & forma eius ostentat, vt nimia voluptas Adriani. Et Græci quidem volente Adriano eum consecrarunt, oracula per eum dari asserentes, quæ Adrianus ipse composuisse iactatur. Propemodum autem etiam apud Græcos eum coli dicit Clemens, quod in Ægypto non in Græcia extructum sit ei templum, & ab eo denominatum oppidum. Nō facile autem arceri dicit cupiditatem, vbi non est metus, quod difficile sit, vt Cicero scribit in Orat. pro Marcello, in summa potestate tenere modum. Sacras autem Antinoi vocat noctes, vel ironice, vel potius per Sarcasmon. *Sicut autem templa.* Templa (vt antea ostendit) erant sepulchra Deorum: Pyramides autem, Mausolea & Labyrinthi erant sepulchra mortuorum. Vtraque autem, nempe & templa & magnifica illa & gloriosa sepulchra habentur in admiratione. Pyramides quæ olim mundi fuerunt miracula, erant Regum Ægyptiorum sepulchra. De iis sic scribit Strabo loquens de Memphi. Vrbs magna est & populosa, & secunda post Alexandriam, mixtis hominibus referta qui illic commigrarunt. Iacent lacus in fronte vrbs & regiarum, quæ nunc diruta sunt & deserta. Sitæ erant in loco edito, & vsque ad inferiorem vrbs partem descendebant, vbi lacus & lucus iungebatur. Quadraginta stadiis ab vrbe progredienti est montanum quoddam supercilium, in quo stant multæ Pyramides Regum sepulturæ. Earum tres sunt eximie, sed duæ inter septem orbis miracula adnumerantur. Mausoleum autem dictum est Mausoli Carie Regis sepulchrum, quod ei extruxit vxor eius Artemisia, vt scribit Strabo. De Mausoleis autem quæ ita sunt appellata à primo Mausoleo Mausoli sepulchro, hæc dicit Pausanias; Licet complura admiratione digna sepulchra, duorum tantum hoc loco mentionem faciam. Alterum Alicarnassi est. In Hebræis alterum. Erectum illud fuit Mausolo, qui Alicarnassi regnavit, ea operis magnitudine, atque omni ornamentorum magnificentia, vt Romani rei miraculo adducti, magnificentissima quæque monumenta Mausolea appellarint. De Labyrintho verò in quo à Minoë inclusus fuit Minotaurus, non est quod aliquid dicamus, cum res sit notissima. Erat autem Labyrinthus, carcer ita edificatus, vt qui in eo esset non posset effugere. Sed non solum erant carceres Labyrinthi: sed Myridem quoque Regem Ægyptium, magnificentissimum sibi construxisse sepulchrum, quod appellauit Labyrinthum, testis est Diodorus lib. 2. cap. 2. *Vobis autem magistram adducam.* Hæc Sibyllina carmina sic vertit Castalio. De Ephefo quidem sic, At lachrymas Ephefus recubans ad littora fundet. Quod Græcè est *ἠρία*, id est supina, ille vertit recubans. De Iside verò sic:

*Isi Dea infelix, Nili remanebis ad amnem,
Sola furens Manas, permixta Acherontis arenis.*

*De Serapi verò,
Tūque Serapi sedens in saxis multa dolebis
Magna in Ægypto infelice ruina iacebis.*

Hos versus ideo inserui, quod cum Clemētem verterem, nec Sibyllina oracula videram, nec eorū versionē. Nunc autem cum contigit videre, nec mihi displicet versio, neque meorum me pœnitent versuum, qui nisi fallor Sibyllæ sententiam satis expriment. *sed si tu non audis prophetissam.* A colendis idolis dehortatus adductis Sibyllæ versibus, iubet vt si eam non audiant, audiant Heraclitum Philosophum, qui simulachris exprobat quod sensu careant. Ex quo liquet aded sensus expertes fuisse Græcos illos veteres, vt & sentire, & diuinitatem in se continere crederent imagines. Quod quidem tantum abest, vt cadat in Christianos, vt non sentire imagines planè intelligant, nec eis vllam tribuant diuinitatem, sed eo tantum nomine venerentur, quod nobis prototypa reuocent in memoriam, ea autem sunt Martyres, & alij sancti Dei serui & amici. Neque cum Diuis vota faciunt, ita eos alloquuntur tanquam eorum imagines preces, & vota audiant, & intelligant. Heraclitus autem ab eo dicitur Ephefius, vt distinguatur à Lesbio, & aliis eiusdem nominis. Is autem est qui dictus est *σοφιστής*, quod obscurè scriberet. Scripsit autem lingua Ionica, vt satis indicat citatus ex eo versus,

*— Καὶ ἀγάλματα ποταμῶν
Ἐύχονται ὄκειον εἰ τις δόμοις κερήμεύοιτο.*

An non sunt enim prodigiosa. Prodigia, ostenta, portenta, & monstra idem significant, etiam si sit diuersa eorum etymologia, nempe ea quæ cum sint noua, inusitata, & præter naturam, mali aliquid portendunt, & tendunt, & ostendunt. Vnde etiam dicuntur prodigiosi homines, qui ea faciunt quæ aduersantur naturæ. Aduersatur autem & repugnat naturæ lapides colere. Sed eis non sufficit eos adorare, sed eos etiam collocant ante ianuas, eis ianua mandantes custodiam, tanquam qui possint agere & operandi habeant efficaciam. Quod autem dicit; Mercurium adorant tanquam Deum intelligit *εἰμαῖον*, qui erat cōgeries lapidum dedicata Mercurio, quæ viam ostendebat iter facientibus, quæ vocatur etiam statua Mercurialis: Sunt autem hæc congeries lapidum, quas vulgari nostra lingua vocamus *montioyes*. Adorabant autem illas congeries lapidum tanquam Mercurium. *ἀγμάς* autem dicitur ab *ἀγμά* quod est vicus, vnde etiam ab Homero Troia dicitur *ἐγρῶμα*, id est latos habens vicos. Est autem *ἀγμάς* sacra Apollini columna, stans pro foribus, desinens in acutum, ea autem colebatur pro Apolline, qui etiam dictus est *ἀγμάς*. Ita enim scribit Horatius libro quarto Carminum:

Phæbe qui Xantho lauis amne crineis,

Anno mudi
130. Christi
132.

Strabo. lib.
15.
Pausan. Ar-
cad. lib. 18.

Diodor.
histor. vet.
& fabula.

Homer. Il.
p. & ibi vi-
de Eustath.

*Dannia defende decus Camena,
Læus Agycu.*

Præter Apollinem autem *ἀγμάς*, erant etiam alij Dij qui dicebantur *ἀγμοί*, quibus sacrificabant, si quid erat nunciatum, vt si esset quid faustum annuerent, sin sinistrum, propulsarent. Vocabantur autem eorum aræ in vicis erectæ *ἀγμάδες* & *εξπαύδες*. De his vide Giralduum hist. Deorum, syntagm. 7. *si enim tanquam nullo sensu.* Aut sunt, inquit, lapides nullo sensu præditi, aut sensus sunt participes. Si sensu carent & eos habent contemptui, cur adorant tanquam Deos? Non sunt enim Dij existimandi qui sensu carent. Sin autem sunt sensu præditi, & ideo tanquam Deos eos colunt, cur humili & abiecto lanitoris officio eos præficiunt? Est itaque huiusmodi dilemma, vt vtrumuis dixerint, incurrant in reprehensionem. *Romani autem qui res maximas.* Vtinam Nobis Clemens suum citaret authorem à quo hæc habuit, magno certè nos leuasset labore. Nam quod Romani qui res maximas & præclarè gestas fortunæ tribuebant eique acceptas ferebant, aded ingrati fuerint vt eam in sterquilinio & cloaca collocarent, cum omnia diligenter scrutatus essem, nusquam inueni. Legi quidem apud Alexadrum ab Alexadro in genialium dierū libro 1. & apud Cæli Rhodiginum lib. 20. & apud Giralduum historiarum Deorum syntagm. 16. Fortunæ varia fuisse simulachra. Nam alicubi effingebatur in manu altera gestans cornu copiarum, in altera autem geminum versans gubernaculum. Bupalus verò fortunæ simulachrum primus fecisse dicitur, polum habens in capite, & altera manu cornu Amalthææ. Alij fortunam habitu fœmineo furenti similem, cæcam & exoculatam super volubile saxum effinxere, quod nullo delectu opes ad malos & indignos conferat, & quod esset vagans & inconstans & instabilis. Et ideo Apelles eam effinxit sedentem, eo quod nunquam staret, quæ omnia sumpserunt ex Plinio qui eos præcessit. Pierius verò de Hieroglyphicis lib. 39. vulgatissimum dicit esse inter Hieroglyphicæ, vt fortunam pingant nunc rotulæ insidentem, vt vulgus, nunc alicui Sphæræ, vt Cebes. Qui pulchre etiam animaduertit fortunam dictam quasi vortunam à vertèdo, eamque à Pindaro appellari *ὄρεπλον*, quod humana omnia, vt vult ferat & agat. Sed quod Romani eam collocarint in sterquilinio & cloaca ex iis nemo verbum fecit. Neque tamen est dubitandum, quin id Clemens alicubi legerit, quem constat fuisse *πολυ-σφες*, & plurimæ lectionis. *Verumenimvero sensu carenti.* Facta sunt simulachra vel ex lapide, vel ex ligno, vel ex auro, sed ea sensu carent. Quo fit vt frustra eis sacrificetur, & thuris suffitus adhibeatur, neque enim quidquam curant, nec sanguinem, nec nidorem, nec fumum quo suffiunt, nec eis est vllus sensus honoris nec probri ac contumeliæ. *Sunt autem hæc imagines.* Si quæ sentiunt, sunt longè præstatiōra iis quæ non sentiunt. Sunt autem idola nullo sensu prædita, quoduis animalculum aliquo sensu præditum est, quouis idolo melius ac præstantius. Quo fit vt sint planè infelices qui errant in adorandis idolis. Sunt autem quædam animantia quæ omnibus sunt prædita sensibus, sunt quædam quæ cæteris defecta, vnū solum habent, vel reipsa, vel cum alio proportionem habentia & conuenientiam: quæ licet videre apud eos qui tractant de historia animalium. Inter animalia autem quæ non habent omnes sensus, præter vermes qui nascuntur ex putredine, qui dicuntur *ὠλαί*, & erucas, quæ *καμπαι*, enumerat murem araneum qui dicitur *μυγάλη*, *μυγάλη* autem dicit, Nicander esse *πορλήν καὶ σμερδῆν*. Cuius hi sunt versus in Theriacis,

*Τορλήν τε σμερδῆν τε βροτοῖς ὄθι λοιπὸν ἀγέσται.
Μυγάλην ἔρχεται ὀνηθήσκουσαν ἀμάχης.*

id est, *Cæcam & terribilem, generi exitiumque ferentem
Mugaleam humano cui mors est orbita curtus.*

De quo quidem mure araneo ita scribit Plinius. In Italia muribus araneis venenatus est morsus, eisdem vltior Apennina regio non habet. Idem vbicunque sint, orbitam si transferint, moriuntur. Matheolus tamen falsum esse dicit quod scribitur à Plinio, vltiore regionem nō habere muros araneos. Sed fieri potest vt sint quidem, licet eorum morsus non sit venenatus, & fortè ita intellexit Plinius. Verteram quidem antea *σμερδῆν*, surdam: sed malè. *σμερδῆς* enim idem est, quod *καταπληκτικός* obstupesciens, cuius etymologicum Græcū hanc dicit esse etymologiam, *ἀπὸ τοῦ μελεῖν τὴν ψυχὴν καὶ ἔκ ἐκείνου ἀπὸ μάνην*, ab eo quod metu diuidat animam, & non sinat apud se manere, quasi *μελεδῆς* per syncopen, & pleonasmum literæ *σ*. Sed mihi tunc erat persuasum Clementem per *σμερδῆν* intellexisse surdam, ex eo quod sequitur. Sunt tamen meliores his statuis & imaginibus quæ sunt surdæ penitus, eas conferendo cum bestiis quæ aliquem vnum habent sensum, vel saltem cum eo proportionem aliquam ac conuenientiam. Surdas autem dicit pœnitus, vt quæ nec vocem vllam audiant, nec loqui possint. *Sunt autem multa animantia.* Vt idola magis vituperet, ea confert cum infimo genere animantium, nempe cum eo quod nec habet visum, nec auditum, nec vocem. Nam hæc quidem etsi nullum habeant sensum, nisi fortè per quandam proportionem & conuenientiam, vt dixit antea, viuunt tamen, vt quæ vitam saltem habent *φυτλήν*, seu vegetatiuam, augenturque & decrescunt, vt Ostrea quæ propter quandam cum Luna *συμπέθειαν*, crescente Luna augentur, & ea decrescente diminuuntur, vt testatur Plinius, dicens. Iam quidem lunari potestate ostrearum, conchiliorumque & concharum omnium corpora augeri, & rursus minui. Quin & Soricum fibras respondere numero Lunæ, exquisiuere diligentiores. Viuunt ergo & augentur ac minuuntur ostrea, conchilia, & conchæ, & quæ sunt huiusmodi. Statuæ autem seu idola cum sint planè inanima, nec vllam habeant vitæ portionem, perpetiuntur quæcunque in ea agunt artifices, nec tamen quidquam sentiunt. *Surdam quidem terram venant.* Ponderanda sunt hic verba Clementis. Ea demum dicuntur affici iniuria quæ acceptam iniuriam possunt ad animum reuocare. Quare cum terra sit surda & planè inanima, videtur fieri non posse, vt ea iniuriam accipiat, & tamen iniuriam patitur, cum indignè tractatur, vt cum ei sit à natura infusum, vt colatur ad fructus producendos, per statuarios à propria natura discedit, & in statuas & imagines efformata diuinum accipit cultum, & honorē qui ei non debetur. *Nobis autem non est materia sensilis.* Etiologia cur qui Deos faciunt, non Deos adorant, sed terram. Nam imago quidem est materia mortua, id est inanima, & quæ nihil sentit, quam artifex sua manu formauit. Et materia illa quidem non sentit, sed est tamen sensilis & cadit sub sensum. Sed quomodo Deus nō cadit sub sensum? Deus, inquam, qui verè est Deus, sed sub so-

Mugalea
mus ara-
neus.
Plin. lib. 8.
cap. 38.

Plin. lib. 1.
cap. 41.

lam intelligentiam, ita etiam eius imago non sensu, sed intelligentia percipitur. Nos ergo non terrenam & sensibilem imaginem adoramus, sed *νοητικὴν*, hoc est, ut ita dicam intelligibilem. Deus enim à nobis colitur, dum eius imago quæ sub sensum non cadit, quantum ab homine comprehendi potest, fuerit comprehensa. Nam eius essentiam nemo mortalis unquam comprehenderit. Dei autem, ut arbitror, vocat imaginem, illam de Deo notionem seu conceptionem, quæ menti nostræ ita eum repræsentat, ut dum in nullum sensum cadat, & agnoscat summum bonum & prima & perfectissima rerum omnium causa, merito spiritu & pura mente à nobis colitur, nostris ritibus & ceremoniis, quæ corporis opera fiunt & adminiculo id ipsum protestantibus. ² *Contra autem cum in ipsis casibus.* Videtur conferre veri Dei cultores cum idololatriis. Hæc est ergo sententia. Veri Dei cultores non sensibilem, sed quæ sola intelligentia percipitur colunt imaginem. Idolorum autem cultores quæ sunt lapides, etiam si aliquibus casibus, ut puta si contigerit igne consumi idola, didicerint, non esse colendam nullo sensu præditam materiam, superstitioni tamen ita sunt addicti ab ipso usu victi & longa consuetudine, ut ab idolorum cultu non recedentes pereant, & cum simulachra quidem contemnant, nec tamen velint videri contemnere, ne videantur esse *ἀσέβητοι*, ipsi Dij quibus sunt dedicatae imagines arguunt ac conuincunt ipsa esse contemnenda. Nam cum patiantur ea fieri suis imaginibus quæ verisimile est eos non esse passuros si ea non contemnerent, hoc facile arguit ea esse contemnenda, & eos malè facere qui præcedentibus admoniti casibus ea non contemnunt. Quænam autem ea sunt quæ Dij patiuntur fieri suis imaginibus, docent ea quæ sequuntur. ⁴ *Dionysius enim tyrannus iniurior.* De hoc Dionysio, vide Cic. lib. 3. de natura Deorum, & Valerium lib. 1. in cap. de neglecta Religione, cap. 2. & Lactant. lib. 2. Institut. cap. 4. Suspicio autem non legendum esse iniuri: nam quæ hic narratur, non fecit filius, sed pater. ⁵ *Antiochus autem Cyzicenus.* Antiochi Cyziceni qui vllam fecerit mentionem, neminem adhuc legi, libenter hic inferturus si quid inuenissem. Quod autem is pro Iouis auratam reposuerit imaginem, hic narrat noster Clemens. ⁶ *Hirundines autem, & multæ aues sepe aduolantes.* Cur Iupiter dictus sit Olympius, inter se dissident scriptores, cum alij ab Olympia, vbi magnificè colebatur, alij à monte Olympo, qui propter altitudinem à Poëtis cælum dicitur, dictum putent. De eo vide Giraldum, histor. Deorum syntagm. 11. Æsculapius dictus est Epidaurius ab Epidauro Argiuorum oppido, in quo colebatur, & quo multi conueniebant sanitatis causa, à Dæmone illi. Minerua autem dicta est *Πολιάς*, quod *πόλις*, id est ciuitatis curam gereret. De ea autem & Ioue Polio, vide eundem Giraldum in eodem syntagmate. De Sarapide autem qui colebatur Alexandria, si hic aliquid diceremus, actum ut aiunt ageremus: de eo enim iam satis diximus. ⁴ *sed sunt quidem improbi.* Idolorum quæ à gentibus coluntur, ex hoc arguit imbecillitatem, quod & priuati fures ea spoliunt, & sua donaria eis abripiant, & publici templorum hostes, cuiusmodi erant Persarum Reges, utpote Cambyses & Darius, & imagines depopulentur, & quos falso opinabantur esse Deos occidant. Et se simul quidem dicit ridere & indignari. Ridere quidem quod putentur Dij occidi: qui enim sunt mortales, non sunt Dij. Indignari autem, quod ad hæc agenda eos impellat avaritia & amor lucri, & ideo se huius maleficij leuiorem facere mentionem, quod eorum magis conuincatur avaritia quàm imbecillitas idolorum. ⁵ *scio ego ignem posse conuincere.* Nihil est quod falsam esse religionem magis arguat, & ei magis remedium afferat, quàm si eius qui pro Deo colitur, ostendatur impotentia & imbecillitas. Nam si Dei propria est omnipotentia, imbecillitas & impotentia Deum non esse arguit, eius autem rei cognitio medetur falso cultui Deorum, & ita qui voluerit cessare ab impotentium Deorum cultu, ab igne deducitur ad lumen veritatis. ⁵ *Hic ignis & templum quod erat Argis.* Sigillatim enumerat aliquot Deorum templa quæ igne conflagrarunt. Primum autem recenset templum Iunonis Argiæ. De quo vide Pausaniam lib. 2. Corinthiacorum, vbi dicit Iunonis Sacerdotem nomine Cryseidem, cum æde Iunoni sacra conflagrasse. Secundum autem quod fuit omnium celeberrimum, nempe Dianæ Ephesinæ, quod ab Erasistrato fuit incensum, non aliam ob causam quàm ut eo facinore perpetuam sibi famam compararet, de eo non est quod plura scribam, cum id ferè nulli sit ignotum. Quod autem dicit secundum post Amazones significat id templum sapius fuisse conditum. De eo autem sic scribit Pausanias, ut reprehendat Pindarum qui id dicit fuisse conditum ab Amazonibus, cum Amazones aduersus Theseum bellum gerentes in eo sacrificarint. Videtur autem innuere Clemens, id quod ab Erasistrato fuit incensum, non fuisse id quod Amazones condiderunt, sed secundum post ipsum, ut hinc liceat intelligere Templum Dianæ Ephesinæ sapius fuisse constructum, & sapius destructum, & rursus extructum. Capitolium quod loco tertio ponitur, sapius fuisse exultum testantur historiæ. Nam & bello seruili fuit exultum, ut videre licet apud D. August. de Ciuitate lib. 3. cap. 17. quod quidem fuit à Sylla restitutum. Vitelliana quoque seditione fuit exultum, ut scribit Suetonius, & Cornelius Tacitus. De his vide Alexandrum ab Alexandro Genial. dierum lib. 5. cap. 11. De Eleutheriensis verò Dionysio ita scriptum reliquit Pausanias lib. 1. Atticor. Prius Eleutheriensis ab Attica limitibus fuere determinati, qui postquam se cum Atheniensibus coniunxerunt, Bæotia finis Cytheron est. Eleutheriensis autem coniunxerunt se cum Atheniensibus, non ut bello coacti, sed quia Atheniensium Reipubl. cupidi erant, & Thebanorum inimici. In campo hoc Bacchi fanum est, & simulachrum vetus. Athenis autem delatum est, ad cuius imitationem illud quod Eleutheris nostro tempore habebatur, est effectum. Hæc Pausanias de Baccho Eleutherensii qui erat Athenis. Cæterum de templi eius conflagratione ne verbum quidem. De Sarapidis quoque templi exustione, de ea inquam, quæ fuit ante tempus Clementis, ne verbum quidem legi. De eius autem excidio quod fuit post temp. Clementis, vide historicos Ecclesiasticos. Porro autem de Delphi Apollinis templi incendio sic scribit Pausanias lib. 10. Phocæsum. Sed neque quo casu fanum fuerit abolitum ab omnibus ad eundem modum rem expositam comperi. Sunt qui terræ hiatu haustum, alij qui igne combustum dicant. Conflagrauit hoc principatum obtinente Athenis Erixclide, octaua & quinquagesima Olympiadis anno primo quo palmam tulit Diognetris Crotoniatis. Eleganter autem dixit Clemens ignem qui Delphicum templum combussit, temperantem & sapientem, cum quodammodo ex aduerso, opponens Phæbe quæ favore respondebat. Hæc tibi ostenditur proæmium. Quasi diceret, Hic ignis qui templa exurit & idola, ostenditur incredulis

Pausan. 2.
Arcad.

credulis proæmium eorum, quæ ab igne passuri sunt cultores idolorum. Hoc enim supplicium hic ignis iam pollicetur. ⁵ *Qui autem fabricantur statuas.* Cum in contemptum vocasset idola, ex eo quod sint imbecilla, & in ipsa sæuienti igni non possint resistere, nunc ea ludificatur ex eo quod statuarij ea in iis imprimant, & immittat quæ à veris Diis sunt penitus aliena, ut qui quos turpiter amarunt & pusiones & meretrices, sub nomine & titulo Deorum colendos & adorandos proposuerint. Quod autem vertimus, admonent, Græcè est *δυσπραγία*, quod est, pudorem incutiunt, ut significet pudore incusso admonere. Materiam autem quod Græcè est *ὄντω* appellat mundum, & quæ sub sensum cadunt, & in dies transmutantur & transformantur, & ideo esse contemnenda, ut quæ non sint firma ac stabilia, cuiusmodi sunt spiritualia. Quod qui fecerit, simulachra & imagines pro Diis non adorabit. ⁶ *Atheniensis quidem Phidias.* Ex statuariis Clementi primus occurrit Phidias qui in digito Iouis Olympij inscriptum suum Pusionem, non Pantarce, tanquam Iouem voluit adorari. Duo certè vocabula quæ in eo erant inscripta, nempe *παντάρχης καλλεῖς*, id est vndique sufficiens pulcher, si Deo verò, non autem Ioui Dei nomen sibi falso usurpanti, tribuatur, negari non potest, nihil esse quod ei melius conueniat, ut qui sit & pulcher atque adeo ipsa pulchritudo, & nullius rei egeat, imò vero à quo omnia bona procedunt. Quod si pathico Pusioni, ut ei re vera tribuebat Phidias, tribuantur, iis nihil esse potest turpius, nihil flagitiosius. De hoc autem Pantarce sic scribit Pausanias lib. 6. Eliacorum, vbi agebant de statu Olympionicarum. Post Icum Pantarces victis in lucta pueris erectus est. Fuit hic Phidia in amoribus. Et in quinto eorumdem. Quem verò tenia redimitum videas, eum ex ipsa corporis specie Pantarce esse suspicantur, Elæum puerum, amore Phidiæ deuinctum. Hæc Pausanias versus ab Amæro. ⁷ *Praxiteles autem.* Quod Venus Cnidia fuerit opus Praxiteles, testantur Plinius & Athenæus qui in hoc differunt à Clemente, quod Clemens quidem dicat eam illam fecisse Plin. lib. 36. c. 8. & lib. 38. cap. 7. & Athen. lib. 13. cap. 22. forma similem Cratinæ quam amabat: Plinius autem & Athenæus Phrynes, cuius etiam amore erat captus. ⁸ *Cum floreret autem Phryne.* Sicut Phryne Thespia erat suo tempore longe pulcherrima, ut in multis locis videre licet apud Pausaniam, ita Alcibiades erat omnium sui temporis adolescentum longè formosissimus. ¹ *Restat nunc tuum adhibere iudicium.* Est hic huius loci veluti quidam epilodus. Cum, inquit, ex meretricibus effingantur Deorum imagines, restat nunc ut iudices velisne adorare meretrices: & est hæc quædam figura Rhetorica, qua eum cum quo disceptamus eorum quæ dicimus iudicem constituimus. His ipsis argumentis quibus antiqui patres oppugnabant idololatrias, Catholicos quoque hodie inuadunt Ichonomachi: sed quæ facile refelluntur, cum in nostris imaginibus nihil statuamus esse diuinitatis, & licet coram ipsis imaginibus procidamus, non tamen eas colimus & adoramus, sed totum cultum & venerationem referimus ad ipsum exemplar prototypum, quod nec ipsum quidem à nobis adoratur, si non sit Deus. Sanctos quidem certè quorum in nostris Ecclesiis positæ sunt imagines, non tanquam Deos adoramus, sed Dei seruos agnoscimus, & rogamus, ut pro nobis intercedant, & nos suis iuuent præcibus.

² *Hinc puto moti Reges veteres, has fabulas despicientes, liberè, propterea quod ab hominibus nullum impenderet periculum, se ipsos Deos pronunciarunt, ea ratione docentes, illos quoque per gloriam factos esse immortales.* ³ *Ceyx quidem filius Æoli, appellatur Iupiter ab uxore Alcyone. Rursus autem Alcyone, Iuno appellatur à marito.* ⁴ *Ptolemæus autem quartus vocabatur Dionysius, & Mithridates Ponticus ipse quoque Dionysius. Volebat autem Alexander quoque videri filius esse Ammonis, & cornutus effingi à statuariis, pulchrum hominis vultum cornu studens ignominia probroque afficere.* ⁵ *Neque verò solum Reges, sed etiam priuati, se iactant de diuinis appellationibus; ut Menecrates medicus, qui fuit cognominatus Iupiter. Quid opus est ut referam Alexarchum? Is cum fuisset scientia Grammaticus, ut scribit Aristus Salaminius, se ipsum effinxit in Solis effigiem. Quid opus est etiam meminisse Nicagoræ?* ⁶ *Erat Zelites genere, natus tempore Alexandri; Mercurius autem appellabatur Nicagoras, & usus est etiam Mercurij veste: cum etiam integræ gentes, & cum ipsis viris vrbes, adulatione vtentes, de Diis fabulas viles & contemptas reddant, homines se ipsos efficientes, Diis æquales, inflati à gloria, sibi qui modum superant honores decernentes. Nunc quidem Macedonem Pelleum, Amyntoris filium Philippum in Cynosarge adorandum decernentes, cui & fractus erat iugulus, os inquam iuguli, quod *κασσάδα*, id est clauem vocant, & fracta tibia, & fuerat exectus oculus, & rursus Demetrium ipsum quoque Deum vocantes, & vbi ex equo quidem descendit Athenas ingrediens, est templum Demetrii *καταβάτω*, hoc est, Descensoris. Vbi que autem ara & nuptiæ Mineruæ ei parabantur ab Atheniensibus. Ille autem Deum quidem despiciebat, cum uxorem ducere non posset imaginem: habens autem Lamiam meretricem ascendit in arcem, & in Mineruæ thalamo volutabatur, veteri virgini meretricis inue-*

Cynosar-
ges Afæ
gymnasiū.

nis figuram gestumque & habitum ostendens. ^f Non est ergo Hipponi succensendum mortem suam efficienti immortalem. His enim Hippo iussit suo inscribi monumento hunc versum elegiacum:

Hic est Hipponis tumulus, quem lumine cassum
Æternis fecit Parca parem esse Deis.

^g Recte quidem, ô Hippon, humanum errorem nobis ostendis. Si enim tibi vel loquenti non crediderunt, fiant mortui discipuli. ^h Hoc est oraculum Hipponis, ipsum intelligamus. Qui à vobis adorantur, cum fuerint aliquando homines, deinde mortem obierunt. Affecit autem ipsos honore, & fabula, & tempus. Solent enim nescio quomodo, ea quidem quæ sunt præsentia despici propter consuetudinem: quæ autem sunt præterita, separata ab ea quæ tunc erat præsens probatione, propter incertitudinem temporis, in honore esse propter figmentum: & alia quidem non credi, alia verò etiam haberi in admiratione. Iam verò veteres mortui longo erroris tempore se venditantes, à posteris existimantur esse dii. Harum rerum fidem vobis faciunt vestra mysteria, celebres conuen-
tus, vincula & vulnera, & Diu lachrymantes.

Homer. II.

Hei mihi, quod qui hominum est mihi vel charissimus vnus,
A Patroclo statuunt Sarpedona fata domari.

Superatur ergo Iouis voluntas, & vobis victus Iupiter eiulat propter Sarpedonem.

ⁱ Meritò ergo & vos ipsi, & idola, & Dæmones eos vocatis, cum & Mineruam ipsam, & alios Deos, qui eos improbè honorauit Homerus, appellarit Dæmones,

Illa ast conscendit Olympum

Ægiferi Iouis ad præcelsa palatia summi

Dæmones adque alios.

^k Quomodo ergo sunt adhuc Diu simulachra, & Dæmones, verè abominandi & im-
mundi spiritus, quos fatentur omnes esse terrenos & lutulentos, qui circa sepulchra,
& monumenta ipso pondere depressi versantur & volutantur? circa quæ etiam exiliter
& euandè apparent spectra umbris similia. Hi sunt vestri Diu, idola & umbra, &
præter hos, clauda illa & rugosa, & strabis oculis litæ, quæ sunt potius filia Therisitæ
quàm Iouis. ^l Quare mihi videtur Dion facetè dixisse, Quomodo homines bonam pro-
lem iure petierint à Ioue, quàm ipse sibi præbere non potuit? ^m O impietatem puram,
& ab interitu alienam essentiam, quoad eius à vobis fieri potest, defoditis, & quod est
intemperatum & sanctum, eius quæ verè est essentia, obruistis, Deum sacrilegio depræ-
dati. Cur ergo ea quæ sunt Dei, iis qui non sunt Diu tribuistis. Cur verò relicto cælo,
terram honorastis? Quid est autem aliud aurum, vel argentum, vel adamas, vel fer-
rum, vel æs, vel ebur, vel lapides pretiosi, an non terra, & ex terra? An non autem
vnius terræ matris sunt fœtus hæc cuncta quæ vides? Cur ergo stolidi & inanium re-
rum dediti cogitationi (rursus enim reuertar ad institutum) cælestem locum maledictis
incessantes, pietatem ac religionem humi detraxistis? terrestres Deos vobis fingentes, &
hæc genita ante Deum ingenitum persequentes, in profundiorenci incidistis caliginem?
Pulcher est lapis Parius, sed nondum est Neptunus. Pulchrum est ebur, sed nondum est
Olympius. Materia semper arte indiget. Deus autem nullius est indigus. Præcessit ars,
adiecta est figura. Materia & essentia opes ad lucrum quidem deducuntur, sola autem
sunt figura veneranda. Aurum est tua statua, est lignum, est lapis, & terra, quæ si
ab initio consideraueris, formam accepit ab artifice. Ego autem terram calcare didici,
non adorare. Non enim est mihi fas unquam rebus inanibus credere spem animæ. ⁿ Eun-
dum est ergo quàm proximè fieri potest ad imagines. Nam qui est proprius earum error,
vel ex

Lapis Pa-
rius, est
mirum in
modum al-
bus.

vel ex aspectu conuincitur. Dæmonum enim affectionem imagines vel apertissimè ex-
primunt. Si quis ergo picturas & imagines obiens contempletur, ex turpibus ignomi-
niæque ac dedecore plenis figuris, vestros Deos statim agnoscer, Dionysium ex amictu,
Vulcanum ex arte, Cererem ex calamitate, Ino ex vitæ, Neptunum ex tridente, Io-
uem ex Cygno, Herculem autem ostendit pyra: & si quis nudam viderit depictam mu-
lierem, auream Venerem intelligit. Sic Pygmalion ille Cyprius eburneam amauit sta-
tuam: erat ea simulachrum Veneris, & erat nudum. Vincitur figura Cyprius, & coit
cum imagine. Id autem scribit Philostephanus. Venus autem alia in Cnido erat lapis, &
erat pulchra, alius eam amauit, & cum lapide Veneris habet consuetudinem, ut refert
Posidippus: prior quidem in opere de Cypro, alter verò in opere de Cnido. Tantum ars
valuit ad decipiendum, quæ homines amori deditos illexit in barathrum. ^o Vim quidem
efficacem habet ars opificis, sed nec ad eum qui est ratione præditus, nec ad eos qui vix-
erunt ex ratione. Per picturam, propter adumbratam similitudinem columbi aduola-
runt ad columbas, & equabus rectè pictis equi adhinnierunt. Adolescentè aiunt adamasse
imaginem, & pulchrum iuuenè simulachrum Cnidium: sed spectatorum visum ars deceperat.
Neque enim cum Dea congressus esset aliquis; neque esset aliquis sepultus cum mortua,
neque Dæmonem & lapidem amasset aliquis, qui fuisset sanæ mentis. ^p Vos autem ars
decipit aliis præstigiis, etiam si non inducens ad amandum, verum ad colendum & ado-
randum simulachra & picturas. Similis quidem est pictura: Laudetur ars, non deci-
piat autem hominem, ac si esset veritas. Quiete stetit equus, columba minimè est per-
turbata, & penna stetit otiosa. Vacca Dædali, quæ ex ligno confecta fuerat, cepit
taurum agrestem, & coëgit bestiam, ars quæ eam deceperat, amantem inire mulierem.
Tantum æstrum artes quæ improbo vtuntur artificio, attulerunt insipientibus. Sed qui
simias quidem nutriunt & exercent, quod nec cereæ, nec luteæ, nec virginalium mun-
dorum similitudines, eas aliquid fallant, mirantur. Vos autem vel simiis euadetis de-
teriores, dum lapideis & ligneis, & aureis, & eburneis imagunculis & picturis ani-
mum adhibetis. ^q Tot vobis perniciosorum ludibriorum opifices, lapidæ, & statuarij,
pictorèsq; & fabri, & Poëta, multam & talem turbam inducunt: in agris quidem
Satyros, per sylvas autem Nymphas Oreades, & Hamadryades: quinetiam in aquis
& fontibus, Naiades, & in mari Nereides. Magi autem se iam suæ impietatis glo-
riantur ministros habere Dæmones, ut qui eos in suorum famulorum numerum adscri-
pserint, & necessitate adactos seruos fecerint suis carminibus. ^r Deorum itaque nuptiæ,
& liberorum procreationes, & puerperia, & adulteria quæ canuntur, & conuiuia
quæ à Comicis recitantur, & risus qui in potu inducuntur, me incitant ut vociferer, et-
si velim tacere. O impietatem, scenam cælum fecistis, & Deus vobis factus est actus,
& quod sanctum est, Dæmonum personis in Comædia ludificati estis, verum Dei
cultum ac religionem, Dæmonum superstitione libidinose & obscænè inquinantes.

^s Sed pulsans cytharam pulchrè is præludere cœpit, &c.

Cane nobis, ô Homere, pulchram aliquam cantilenam.

Furtiuum pulchræ Venerisque & Martis amorem

Vulcani in recto ut fuerit congressus amantum

Primum, & per multa incestarit dona cubile,

Vulcani Regis.

Desine canticum, ô Homere, non est pulchrum,
docet adulterium. Nos autem ne aures quidem stupris ac fornicationibus inquinare vo-
lumus. Sumus enim nos, sumus, qui Dei imaginem circunferimus, in hoc viuo, &

F

1. Pet. 2.

Exod. 9.

Ioan. 6.

quod mouetur, simulachro, homine, simul habitantem imaginem, consulentem, collo-
quentem, contubernalem, & quæ nostris mouetur affectionibus, & est omnibus affe-
ctionibus superior. Nos Deo donati & dicati sumus pro Christo. Nos genus electum,
regale sacerdotium, gens sancta, populus peculiaris, qui aliquando non populus, nunc
autem populus Dei, qui, ut ait Ioannes, non sumus ex iis qui sunt inferius, sed ab eo
qui venit supernè, uniuersum didicimus, qui Dei Oeconomiam seu carnis susceptæ dis-
pensationem, mente comprehendimus, qui ut in uitæ nouitate ambulemus nos exercui-
mus. Sed hæc nõ cogitat vulgi magna pars, sed pudore & metu omni abiecto, domi depin-
gunt turpes Dæmonum in Venerè pruritus & titillationes. Depictis enim quibusdã tabellis
sublimè appensis, mentè adhibentes, thalamos ornarunt impudicitia, intemperantiã exi-
stimantes pietatè: & in cubili decubentes, in ipsis amplexibus Venerè illam nudã aspiciunt,
quæ vincula est propter amplexus, & ad Ledam aduolantẽ auem, quòd sit mulierũ amans,
probantes & admittentes, in annuli palla imprimunt picturam, utentes signaculo con-
ueniente Iouis impudicitia. Hæc sunt Theologiæ probri & petulantia plena. Hæc sunt
doctrinæ Deorum, qui unã vobiscum fornicantur. Nam quod quilibet vult, hoc etiam
putat, ut ait orator Atheniensis. Cuiusmodi autem sunt aliæ quoque vobis imagines?
Panisci quidem, & nudæ puellæ, & ebrj Satyri, & membrorum erectiones, quæ pi-
cturis nudantur, conuictæ proficisci ab intemperantia. Iam verò totius libidinis & im-
pudicitia figuræ apertè descriptas publicè intuentes, non erubescitis, imò verò postas
erectasque custoditis, perinde ac si Deorum vestrorum imagines impudentia columnas
domi consecraueritis, figuræ gestusque Philenidis aequè depingentes, atque certamina
Herculis. Horum non solum usus, sed etiam aspectus, & auditus deponendam esse me-
moriã vobis annunciamus. Scortatæ sunt aures vestrae, fornicati sunt oculi, & quod
est magis nouum, antè complexum vestri adulterium admiserunt aspectus. O qui homini
vim attulistis, & diuinitatem, figmenti probro & dedecore conscidistis, omnino incre-
duli estis, ut vestras sequentes animi perturbationes, vacetis delitiis, & creditis qui-
dem simulachris, eorum quærentes intemperantiam: Deo autem non creditis, modera-
tionem non ferentes & continentiam, & quæ sunt quidem præstantiora, odio habetis:
quæ verò deteriora honore afficitis, ut qui virtutis quidem effecti sitis spectatores, vitij
autem decertatores. Beati ergo uno, ut semel dicam, consensu sunt soli illi ex Sibyllæ
sententia,

A se visa Deum qui omnino templa negabunt,

Surdorum & lapidum quæ sunt altaria, fedes:

Ex lapide & manibus simulachra effecta virorum,

Cæforum quæ sunt animato infecta cruore,

Quadrupedum, bipedum, volucrumque, & cæde ferarum.

Exod. 20.

* Nobis enim est apertè vetitum artem fallacem exercere. Non facies enim, inquit Pro-
pheta, cuiusvis rei similitudinem, eorum quæ sunt in cælo, & quæcunque sunt in terra
infra. Reuera enim Cererem Praxitelis, & Proserpinam, & Iacchum mysticum Deos
existimaremus, vel Lysippi artes, vel manus Apellis, quæ diuinæ existimationis figu-
ram præbent materia. Sed vos quidem ut statua fabricetur quàm pulcherrima valde
elaboratis, ne autem propter sensus egestatem efficiamini imaginibus similes, non cura-
tis. Valde certè dilucidè & breuiter arguit Propheticus sermo consuetudinem, dicens;

Psal. 95.

Omnes Dij gentium sunt idola Dæmoniorum: Deus autem cælos fecit, & ea quæ
sunt in cælo. Hinc itaque factum est, ut quidam errantes nescio quomodo, diuinam qui-
dem artem,

dem artem, sed non Deum adorent. Solem & Lunam, & alium chorum astrorum eos
præter rationem Deos existimantes, cum sint instrumenta temporis. Verbo enim eius cæ-
li firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Sed ars quidem humana, & do-
mos, & naues, & vrbes, & picturas fabricatur, Deus autem quomodo dixerim, quæ-
cunque facit? Vide uniuersum mundum, illius est opus, & cælum, & Sol, & Ang-
li, & homines sunt opera digitorum eius. Quanta est autem Dei potentia? Ipsius Dei
solum voluntas, est mundi creatio. Solus enim Deus fecit, quoniam ipse quoque solus
est verè Deus. Sola voluntas operatur, & eius solum velle, factum esse consequitur.
Hinc euertitur chorus Philosophorum, qui factum quidem esse hominem ad cælum
contemplandum, pulcherrimè confitentur, sed quæ in cælo cernuntur & visu compre-
henduntur adorant. Etsi enim humana opera non sunt ea quæ sunt in cælo, at hominibus
tamen sunt fabricata. Nec adoret quis vestrum Solem, sed Solis effectorem desideret:
nec mundum Deum esse censeat, nec mundum colat, sed mundi quærat opificem. Ei er-
go qui ad portas venturus est salutaris, solum restat, ut videtur, refugium diuina sa-
pientia. Hinc tanquam ex sacro aliquo asylo, à nullo Dæmone educi potest homo, qui
magno studio contendit ad salutem.

COMMENTARIVS.

* HINC puto moti Reges veteres. Postquam ostendit, pro Diis coli & adorari eos qui fuerunt homines, &
sunt mortui & sepulti, & in ipsis simulachris, imaginibus, & idolis, quæ tanquam Deos adorabant, nihil
esse diuinitatis, nec virtutis, nec potentia, ut quæ & aues suis inquinarent excrementis, & in quæ fe-
uens ignis arceri non posset, nunc ostendit quidnam veteres Reges impulerit, ut se in Deorum numerum
referrent. Id autem fuit, quod & quæ de Diis scripta erant, tanquam fabulas despicerent, & eadem sibi quæ
ipsis licuerat licere viderent, nempe propter rerum gestarum gloriam fieri immortales. Ceyx quidem fi-
lius Æoli. Ceycis Trachinorum Regis meminuit Pausanias lib. 1. Atticorum, quem dicit fuisse tẽpore Her-
culis, cum quo ei intercessit amicitia. Eo autem vita functo misisse eius filios Athenas, ut eos defenderent
aduersus Euristheum. Isne sit autem de quo naufragium passo, & cum vxore Alcýone in auem quoque
mutato narratur fabula, ex hoc potest dubitari, quod Ouidius quidem Luciferi, Clemens autem Æoli eum
dicat fuisse filium. Quod autem ipse vxorem suam vocarit Iunonẽ, & vicissim eius vxor ipsum vocarit Io-
uem, his verbis Latine veris scribit Eustathius in Homerum Rap. 1. Iliadis; Alcýones maritus vocabatur
Ceyx, qui eo venit insolentia, ut se veller vocari Iouem, illam verò ornari nomine Iunonis. Ptolemæus
autem quartus vocabatur Dionysius. Strabo lib. 17. Geographiæ, Ptolemæus, inquit, Lagi filius Alexandro suc-
cessit, Ptolemæo autem Philadelphus, Philadelpho Euergetes. Postea Philopator Agathocliæ. Postea Epi-
phanes. Postea Philometor, filio à patre imperium perpetuò accipiente. Hinc verò frater successit, secundus
Euergetes nominatus, quem & Phisconem dicunt, cui & Ptolemæus cognomento Lathurus successit. La-
thuro autem ætate nostra Auletes Cleopatraz pater: sed omnes, post tertium Ptolemæum malè vixerunt,
delitiis corrupti, omnium verò pessimè quartus, & vltimus Auletes, &c. Hæc Strabo qui pessimè quidem
vixisse, & delitiis fuisse corruptum dicit Ptolemæum, sed nec ipse, nec vllus alius quem legerim, eum dicit
vocatam fuisse Dionysium vel Bacchum. De Mithridate Pontici Rege hæc dicit Cælius Rhodiginus; Scri-
bunt adiuratiissimi ex Græcis, Mithridatem inter alia quædam spectacula, etiam illis certa constituisse præ-
mia, qui ciborum amplius in ventris barathrum constipassent, aut meri plus ingurgitassent, multa præ-
cant Græci ac πολυποσια. In vtrisque verò ipsum retulisse victoriam, imò verò omnium sui temporis homi-
num in bibendo modum excessisse. Quo argumento putant nonnulli cognominatum esse Dionysium, &
ab Æliano de varia historia recensetur inter ἀδυσκότους, id est Hellioues, ut refert idem Cælius. Potuit ad-
huc alios recensere Clemens, qui Dionysij vel Bacchi voluerint appellari, nempe Antonius & Caius Cali-
gula, ut constat ex historiis, & eorum meminit Eustathius in Homerum in locum quem citauimus. De A-
lexandro autem qui voluit dici filius Iouis Ammonis, satis patet ex iis qui legerunt historias de eius rebus
gestis: est autem planè ridiculum, quod cum esset homo, ut Deus appareret à statuariis effingi voluerit cor-
nutus, cum cornua eum potius bestiam ostendant quàm hominem. Neque verò solum Reges. Est apud
Athenarum lib. septimo Dipnosoph. scriptum. De Menecrate Ioue & Themisone Hercule vide Cælium
Rhodiginum lib. 11. cap. 16. & Eustathium in loco quem prius citauimus. Quid opus est ut referam Ale-
xarchum? Hunc errorem hominum in Deos referendorum dicit non solum fuisse Regum & priuatorum
hominum, sed & gentium & ciuitatum, quæ per adulationem Regibus, quos sciebant esse homines, diui-
nos honores decreuerunt, ut Athenienses Philippo Amyntæ filio, (ita enim legendum non Amyntoris)
& Demetrio; Quid opus est, inquit, ut Alexarchum afferam & Nicagoram, qui se, cum essent homines,
Deos fecerunt, cum gentes integræ & ciuitates diuinis honores tribuant hominibus? De hoc autem Ale-
xarcho Nicagora non memini me aliud legere quam quod hic scriptum reliquit Clemens. Quis autem fue-
rit Philippus Amyntæ filius, Macedo Pelleus, id est Pellematus quæ est vrbs Macedoniæ, & quam præcla-

Cælius lib.
29. lect.
antiq. cap.
17.

ras res gesserit, & Cherfonensi praelio Atheniensium, & totius Græciæ vires frerit, licet videre apud Diodorum Siculum. Quod autem Athenienses ab eo victi decreuerint, ut adoraretur apud Cinofarges, nusquam memini me legere. Erat autem Cinofarges, teste Pausania in primo Atticorum, templum Herculis, in quo erant aræ Herculis & Hebes, quam Iouis filiam ferunt ei nupsisse, Alcmenæque & Iolai qui multorum laborum Herculis comes fuit. De Cinofarge autem vide etiam Plutarchum in vita Themistoclis. Quam profusos & immodicos honores decreuerint Athenienses Demetrio in vita Demetrii, in quibus est illud vel maximum, quod ara fuerit ipsi ab illis consecrata in loco in quem ex equo descendit, & ab ipsis est appellatus Demetrius *καταβόμενος*. *καταβόμενος* autem dicebatur Iupiter, vel quod fulmina in terram deiiceret, vel quod propter amorem mulierum in terras descenderit. Non video autem cur Clemens Lamiam iuuenem vocet meretricem, cum ea iam ætate grandior ad meretriciam artem se contulerit, ex qua facta est nobilior, quam ex arte canendi fistulis quam prius exercebat. Demetrius quidem certè diceris passim incessabatur, quod iuuenis cum vetula haberet consuetudinem. Sed cum Græcè sit *νέος*, *νέος* autem & iuuenem, & recentem significet, Clemens fortè intellexit, non ætate iuuenem, sed recentem meretricem. *Non est ergo Hipponi succensendum.* Quis fuerit hic Hippon qui hoc carmen elegiacum suo monumento iusserit inscribi, non satis constat. Constat autem Hipponem quendam Philosophum recenseri inter *ἀστούς*, cum Diagora Melio, & Theodoro Cyrenaico, Euhemero, & cæteris. Sed nec huius carminis elegiaci vlla alibi fit mentio. Sed quicumque fuerit hic Hippon, summa certè fuit eius arrogancia & amentia, qui se vel mortuum æquiparat immortalibus. Cui tamen eo nomine non esse succensendum dicit Clemens, cum hic error esset ei communis, & cum Regibus & cum priuatis aliquot hominibus, atque adeo cum vniuersis gentibus & ciuitatibus. Vnde etiam infert. *Rectè quidem ò Hippon.* Quæ dici, inquit, humanum errorem ostendunt. Nam cum tu etiam mortuum dicis immortalem, hoc satis etiam arguit errare homines qui eos dicunt esse Deos qui sunt mortui, & ut maximè tibi loquenti & viuenti tui non crediderint discipuli, tibi nunc mortuo credant oportet, qui dum te mortuum immortalem esse dicis communem hominum errorem arguis. *Hoc est oraculum Hipponis.* Hoc est, inquit, oraculum Hipponis. Oracula autem cum sint obscura, indigent interpretatione, ut ea intelligamus. Ex huius ergo Hipponis oraculi interpretatione quid intelligemus: Deos qui à gentibus adorantur, aliquando fuisse homines, & deinde esse mortuos ex quo necessario sequitur eos non esse Deos. Deinde respondet obiectioni quæ fieri possit. Si fuerant, inquit, homines, & postea sunt mortui, qui factum est ut adorarentur, & pro Diis colerentur & haberentur. *Merito ergo et vos ipsi.* Ab ipsius Homeri autoritate probat Deos gentium, non esse Deos, cum ipse Homerus qui alioqui eos honorabat tanquam Deos, non vocet Deos, sed Dæmones, quem sequentes gentes Deos & Dæmones, & idola merito appellant. Rectè autem sequitur, quod si ij quos colunt gentes, sunt Dæmones & idola, ij non sunt Dij. Dij enim esse non possunt, in quo non cadit eadem quæ in Deum definitio. D. Augustinus in Ciuitate Dei Dæmones ita definit congruenter Apuleio, à quo eam sumpsit definitionem: Dæmones sunt genere animalia, animo passiuia, mente rationabilia, corpore aërea, tempore æterna. Nolo immorari in explicanda hac definitione, nec in quærendo sitne vera. Sed ut maximè sit vera, ea cum Dei definitione minimè conueniet. Quod si quærarur quænam sit, quid sit quidem Deus, nec mente cogitari, nec verbis exprimi posse asseuerabo, etiam si vtcunque per negationem, & quid non sit, dicendo, nonnulla concipi possit eius notio, ut testatur Nazianzenus in oratione de Deo. Sed quod non sit Deus genere animal, cum ipse sit potius ipsa vita, à qua omnia vitam habent quæ non est tamen ipsa Dei essentia: nec animo passiuus, cum nec in eum vlla cadat affectio, nec perturbatio, sitque merus & purus actus: nec rationalis, cum sint ei omnia præsentia, nec ad res intelligendas & explicandas ei vlllo discursu aut transitu sit opus, ut in quo firmæ, sempiternæ & stables, & ab eius essentia non discrepantes sint ideæ: nec corpore aëreo, ut qui plane sit incorporeus, nec tempore æternus, ut qui esset ante tempus, nec vllus numeri motus eum, aut metiatur, aut circumscribat. Quo fit ut nec Deus sit Dæmon, nec Dæmones possint esse Dij. Toto ergo, ut aiunt, celo errant gentes, quæ Dæmones Deos esse putant, & tanquam Deos adorant. Quod autem idola quæ tanquam Deos adorant gentes, non sint Dij, ex hoc constat quod si sunt Dij, est aliqua eorum essentia. Idoli autem seu simulachri quatenus est simulachrum, nulla est essentia. Quidquid enim est simulachri totum consistit in imitatione. Non efficit autem imitatio, ut idolum seu simulachrum sit id quod imitatur: illa enim demum vera est imago quæ illam ipsam repræsentat essentiam, cuius est imago. Quod quidem de solo Dei verbo dici iure potest, quod est ipsa & expressa imago patris. Si autem verum est, ut certè est, etiam rei veræ idoli seu simulachri nullam esse essentiam quantumuis eam imitetur, quanto magis rei quæ non est simulachrum, nullam habet essentiam: Si hircoceruus non est in rerum natura, quanto magis in rerum natura non est simulachrum hircocerui? Dæmones quidem sunt in rerum natura, ut qui sint maligni spiritus, & perniciem quærentes humani generis: sed ut Dij non sunt in rerum natura, cum non sint Dij. Quod si, ut Dij non sunt in rerum natura, multo magis eorum simulachra & idola, cum ipsa eorum quæ imitantur nullam habent essentiam. Quamobrem si Dæmones non sunt Dij, nec tanquam Dij sunt adorandi, multo minus eorum simulachra, quæ ne earum quidem rerum quas imitantur habent essentiam. Præclare profectò & diuinè Diuus Paulus; Scimus, inquit, quod idolum non est in mundo: quasi diceret idoli nullam esse essentiam. Id autem cuius nulla est essentia nihil est. Quod autem nihil est, non est. Quod non est, Deus non est. Quod non est Deus, non est adorandum tanquam Deus. Non sunt ergo idola adoranda. Aded autem nihil est idolum, ut idolum & vmbra & somnus pro eodem vsurpentur, nempe pro spectro & re, quæ licet appareat, nihil sit, ut testatur Eustathius in tricesimum librum *Odyssei*. Huiusmodi idolum, seu spectrum erat vmbra illa *Aeneæ*, pro qua depugnabatur cum à Venere matre sublatus esset *Aeneas* lib. 5. *Iliadis*. *Quomodo ergo sunt adhuc Dij, simulachra, & Dæmones verè abominandi.* Nec Dæmonum idola sunt Dij, ut iam diximus, nec ipsi quoque Dæmones, cum sint immundi spiritus, terrent & lutulenti, & qui tanquam spectra vmbri similia, & quodammodo nullius essentia idola, versantur circa sepulchra & monumenta, Dij esse possunt. Quos tamen vos Deos esse dicitis, & præter hos etiam

August. de
Ciuitate
lib. 8. cap.
17.

1. Cor. 8.

etiam Litas, quas suis describit versibus Homerus *Il. i.* quos citat, & Latinè vertit Erasmus in prouerbio; Ira omnium tardissimè fenescit: quibus subiungit fabulæ de Ate & Litis allegoriam, quæ tamen vberius tractatur ab Eustathio in eum librum Homeri, cuius hæc sunt verba à nobis è Græco versa. Poëta Ates & Litarum graphicè quandam depingit imaginem, & quæ sunt eorum qui noxam afferunt, & eorum qui supplicant, ad Aten & Litis transferens. Et ipsam quidem Aten dicit robustam & validam & integris ac sanis pedibus, quoniam qui noxiam afferunt, sunt validi & potentes, quatenus lædunt, & occasionem cito arripiunt. Dicit autem alibi quoque Ates laneos esse pedes, eo quod quidam lædantur insensibiliter, absque strepitu, Ate in eos irruente. Et talis quidem est Ate. Litas autem describit claudas, ut eas opponat & distingat ab Ate, quæ est sanis & integris pedibus, eo quod lento pede, & veluti impediti incedunt qui supplicant. Rugosas autem propter habitum & figuram vultus supplicantium, quibus cum sit tristis & contractus, corrugatur. Præterea Litas quoque strabis dicit esse oculos, ut quarum peruersi sint oculi, & abducti ab eo quod est secundum naturam. Vnde etiam dicuntur *δυσωπτιν*, id est non rectis intueri oculis propter pudorem. Multa alia dicit Eustathius, quæ longum hinc esset adtexere. Hæc quamuis ab Homero describantur deformissimè, ipse tamen eas dicit esse Iouis filias, quæ potius dicendæ essent filia Thersitæ, quem ipse describit omnium deformissimum. *Quare mihi videtur.* Est omnibus hominibus à natura ingeneratum, ut quæ bona sunt à Deo petant. Inter cætera autem quæ bona ducunt, & sibi oprant, est bona proles. Ea quidem à vero Deo est petenda, sed & qui in religione errabant, & Iouem qui non est Deus adorabant, liberos quoque à Ioue petebant. Sed cum Iouis deformes essent filij, quales Homerus descripsit Litas eius filias, faceret, dixit Dionysius, ut puto, cum cum Platone maxima intercessit amicitia, homines à Ioue bonam prolem iure dici non petere, cum ipse eam sibi dare non possit. Nemo enim, ut aiunt, dat quod non habet. Hoc autem in verum Deum non cadit, à quo est omnis paternitas, & cuius generationem nemo potest enarrare, æternam, inquam, illam verbi filij sui generationem, quo nulla est proles pulchrior & melior. Ab eo ergo iure petuntur liberi, qui filium habet, & filios dare potest, quem pulchrè *Esaias* inducit loquentem. Nunquid ego qui parere alios facio, ipse non pariam? dicit Dominus. Si ergo qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus. *O impietatem puram.* Sola diuina essentia est pura & mera, ut quæ nihil habeat admixtum, nec concretum ac compactum, & est ab omni interitu libera, nec in eam vlla cadunt accidentia, & cum sit libera, nec vllis terminis coërcita à loco non continetur. Cum ea ergo sit eiusmodi, quid magis impium, quam dum idolis & sepulchris tribuitur diuinitas (tribuitur autem dum ea Dij creduntur, & tanquam Dij coluntur) puram illam & sinceram essentiam in arctum locum cogere, quod vocat Clemens infodere, ab ipso Deo suam essentiam sacrilegè suffurari. Hoc quidem fieri non potest, sit tamen, quoad eius fieri potest ab iis qui simulachris & sepulchris Deum includunt. *Etandam est ergo quam proximè fieri potest.* De Pigmaleone qui eburnam amauit statuam, quam ipse erat fabricatur, vide Ouidium lib. 10. *Metamorph.* sed eam statuam non dicit fuisse Venerem. De Venere autem Cnidia, cuius tanto amore exarsit quidam iuuenis, ut in ea apparuerint quædam notæ expletæ libidinis, vide Plinium; Tantum, inquit, potuit ars artificis, nempe pictoris, ad homines decipiendos, ut qui erant ad amorem procliuus illexerit ad barathrum, id est ad interitum. Planè enim periit qui naturæ suæ obliuiscens ea perpetrat quæ sunt contra naturam. Erat autem barathrum locus Athenis, in quem iniecerunt legatos Darij. Faciebat autem, ut quæcunque in eum iniicerent, euanescerent, nec amplius apparuerint. Commentarius Aristophanis in Equites: De eodem idem Commentarius in Plutum. Barathrum est hiatus instar putei & tenebrosus in Attica, in quem iniiciebant maleficos. *Vim quidem efficacem habet ars opificis.* Quisnam eas pinxerit columnas ad quas aduolarunt columbi, nusquam memini me legere, sed nec de equabus ad quas hinnierunt equi. Tantum legi, Ephesi ab Apelle ad viuam expressam fuisse imaginem, quam cum vidisset admiratum fuisse Alexandrum: sed cum inductus fortè equus visa equa adhinnisset, sensit Apellem equam melius expressam quam ipsam Alexandrum. *Vos autem ars decipit alius prestigit.* Quamuis quædam animalia mente & ratione carentia decipiantur à pictura & imaginibus, sunt tamen etiam quædam quæ non decipiuntur, utpote Simiæ, & ita per argumentum à minori ad maius ostendit quàm sit turpe, quod homines rationis participes sint Simiis deteriores, ut qui decipiuntur ab idolis, ea Deos esse putantes. Simiæ enim nec à Cereis, nec à Luteis similitudinibus, nec à virginalibus mundis, seu ornamentis ad eas fallendas comparatis falluntur. Huiusmodi Cereas & Luteas similitudines & imagines, & virginalia ornamenta, existimo olim fuisse parata à venatoribus ad capiendas Simias: Quibus tamen is dolus non succedebat. Quo factum est ut ad eas capiendas alia iniretur ratio. De iis scribit Plinius lib. 8. cap. 54. Mira solertia visco inungunt oculos, calcearique imitatione venantium traduntur. Sed cum de Simiis multi scribant authores, apud neminem inuenio ea quæ dicit Clemens. Eos cum legerit Clemens, necesse est ut ij iniuria temporis intercederint. *Tot vobis perniciosorum ludibriorum opifices.* *τεχνη μιμητικη*, ars, inquam, imitativa dicitur illa quæ posita est in imitatione. De qua vide Platonem in Sophista. In illa continentur lapidæ, statuarii, fabri, pictores, & Poëta, qui tam ea quæ sunt quàm quæ non sunt repræsentant. Eis autem omnibus est commune, quod quidquid repræsentat, eius nullam exprimunt essentiam, sed id solum quod accidit extrinsecus. Tanta est autem picturæ cum Poëtica affinitas, ut à Plutarcho merito dicatur Poëtica loquens pictura, & contra pictura muta poësis. Harum artium opifices quam multa hominibus afferant ludibria, ostendit Clemens, ea enim tanquam vera repræsentant quæ ne sunt quidem in rerum natura, cuiusmodi sunt ea quæ enumerat, Satyros, inquam, Deos agrestes, & Nymphas. Quid sit autem Nympha, & quot modis accipiantur apud Græcos, quotuplices sunt illæ Nymphæ, quæ vulgo canuntur à Poëtis, vide apud Giraldum qui ea copiosè tractat in multis locis suæ de Diis historiæ. Quod ad Magos autem attinet, & ad artem Magicam, quoniam de iis hic loquitur Clemens, hoc tantum dicam fuisse quidem olim Magiam aliquam dictam naturalem, quæ ex obseruatione causarum & rerum naturalium multa vulgo ignota in lucem proferebat, & faciebat admirabilia: sed semper malè audiisse, & seuerissimis legum decretis fuisse damnatam eam quæ pactum conuentum habebat cum Dæmonibus, quorum quantus esset astus & dolus, ex hoc facile potest

Ephes. 3.
Esa. 83.

Esa. 66.

Plin lib. 36.
cap. 1.

Erasm. in
Apophteg.
lib. 8.

intelligi, quod quos in suam pertraxerant seruitutem, eis se ab ipsis adiuratos obedire & seruire præ se ferebant. Cum autem sint multa maleficiorum genera, in quæ seuerè animaduertitur à legibus, Magiæ quidem certè crimen proprium & peculiare sibi adsciuit nomen maleficij. Sùntque Magorum libri etiam iure ciuili habiti reprobata lectiois. Quo magis mirum est, quod cum tam multis abhinc sæculis Christus Cæcodæmonis profligari tyrannidem, & in spiritalium nos asseruerit libertatem, nõ desint infelicissimo hoc tempore principes, qui maleficos apud se alant, & eos, si Diis placet, Philosophos appellant. *Deorum itaque nuptiæ.* Cælum est sedes Dei: vos autem cum non in cælo collocatis, sed in scæna, in qua aguntur Tragediæ & Comædiæ. Et Deum, inquit, actum fecistis, id est, fecistis vt Deorum personam in scæna agerent Mimi & Histriones. Nam quod Græcè dicitur *ἀπαύειν τὸν θεόν*, & actus Latine ab agendo, significat id quod imitando representatur: Et quod sanctum est, *Dæmoniorum personis in Comædia ludificati estis.* Sanctum Græcè dicitur *ἅγιος*, id est colendum & venerandum *τὸν θεόν ἀγαπᾶν*, id est venerari, vel vt vult Origenes, *ἀγαπᾶν*, id est sine terra. Quod est, inquit, venerandum ac colendum, & minimè est terrestre, id autem est Deus, Deorum personis, qui planè sunt Dæmones in Comædiis inducentes, pro ludibrio habetis. *Sed pulsans cytharam pulchris præludere cæpit, &c.* Iam ostendit quomodo Poëta se gereret in scæna, in Comædiis, inquam, & Tragædiis, in quibus introducebant Dæmones. Nunc autè ne videretur cæteros Poëtas à culpa liberare, quemadmodum ij quoque se gerant ostendit, & maximè is qui omnium Poëtarum erat facilè princeps, nempe Homerus, qui suis versibus canit adulterium Martis & Veneris. Inducit enim Cythæodum Cynodocum id canentem. Plato quoque docet à Poëtis non esse scribenda, quos etiam à sua deturbat ciuitate, non prius reuocaturus quàm priori relicta consuetudine, ad grauiora & honesta scribenda se contulerint, quanto magis non est permittendum Christianis vt impudici versus ab eis vel legantur vel scribantur: Quod qui faciunt vt sunt maximè vituperandi, ita maximè sunt laude digni, qui eos versus scribunt, qui & ad pietatem erudiunt, & mores componunt. Quo in genere maximam laudem meo iudicio est assecutus vir Doctiss. & religiosissimus Iacobus Billius Cænobiarcha Monasterij S. Michaelis in Eremono. *Nos Deo donati & dicati sumus pro Christo.* Quod vertimus Deo donati & dedicati pro Christo, Græcè est *ἀνὰ θεοῦ καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ*. Est autem *ἀνὰ θεοῦ*, quod Deo donatum est & dedicatum. Significat autem nos qui olim fuimus à Deo alieni, nunc esse Dei, vt qui ei sumus à Christo donati. Nam quod Dei sumus id non nostris tribuendum est meritis, sed Christo qui nos ei donauit & obtulit. Et ideo dixit pro Christo, id est propter Christum, cui acceptum ferre debemus quod Dei sumus. Deinde sequitur. *Nos*

Exod. 19. *genus electum, regule sacerdotium.* Deus olim dixit populo Hebræo, Si audieritis vocem meam, & custodieritis præcepta mea, eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens sancta. Eum ergo populum tanquam proprium & peculiarem sibi Deus elegerat. Sed cum ita se gessissent vt Dei voce sprete & contemptis mandatis ab ipso essent repulli, vocata gentes in eorum locum successerunt, & qui prius non erat populus, factus est Dei populus. Quod olim à Deo prædictum per Prophetam Oseæ, post Christi aduentum ipso euentu, verum est comprobatur. *Qui vt ait Ioannes, non sumus ex iis.* Quod Græcè est *οὐκ ἐσμὲν ἐκ αὐτῶν*, verti, vt vult Ioannes. Ita autem verti, non autem vt dicit Ioannes, quod nusquam expressis verbis hoc dicat Ioannes, etiam si hic sensus ex eo possit elici, maximè ex tertio capite Euangelij, vbi quod nostra habet versio. Nisi quis denuo natus est, *ἐὰν μὴ τις ἀνωθεν γεννηθῆι*, id est, nisi quis sit generatus supernè vel à supernis. Vt significet eos qui tincti sunt saluari lauacro, non ab inferis, id est à terra, sed supernè seu à superis habere generationem, qua ab eo qui de cælo descendit vniuersum discitur, nempe à Christo, cum in ea regeneratione tres cælitus infundantur Theologica virtutes, fides, spes, & charitas, quibus is qui regeneratur noua efficitur creatura, recens, inquam, creata, cum postquam ab eis renunciatum sit Satanæ & pompis eius, Christi vestigia sequentes & innocenter viuunt, & bona exercent opera. Hoc autem non potest fieri nisi Dei Oeconomiam mente comprehenderit, id est carnis à Christo susceptæ dispensationem, qui pro nobis natus cum surrexisset à mortuis, & ascendisset in cælos, humanum genus confedere fecit in cælestibus. Et hoc est quod dicit, *Qui Dei Oeconomiam, seu carnis susceptæ dispensationem, mente comprehendimus.* Sed non satis est cognitam, & mente comprehensam habere carnis à Christo susceptæ dispensationem. Non enim vult Christus ignauam & otiosam fidei professionem, sed vt facti sumus noua creatura, ita vult vt nos exerceamus, vt in vitæ nouitate ambulemus, id est vt charitatis opera ita exerceamus, vt omnis vitæ nostræ scopus, & institutum ad Deum dirigatur. Quod quidem merito dicitur nouæ vitæ via & institutum, cum ante Christum natum qui est via veritas & vita, nemo ita se gereret in bonis actionibus, vt solum Deum tanquam extremum finem sibi proponeret. Et hoc est quod dicit Clemens. *Qui vt in vitæ nouitate ambularemus nos exerceamus.* *Sed hæc non cogitat vulgi magna pars.* Dixit quidam facerent per baptismum regenerati & docti Christiani, & noua effecti creatura, non satis habentes Christum suæ salutis agnoscere authorem, nisi etiam in rectæ vitæ institutione se exercent. Nunc eis ex aduerso opponit gentes, quæ turpium & obscænorum amorum & complexuum suorum Deorum, suspensis depictis tabulis, se ad libidinem irritabant. In eis erat depicta, vel nudæ Veneris & Martis à Vulcano colligatorum coniunctio: vel Iouis in olorem versi ad Ladam accessus & concubitus. Nonnulli autem vt ea res frequentius eorum obseruaretur oculis, & tenacius hareret memoriæ, ipsum Iouis in olorem versi cum Lada concubitum in palla annuli habebant depictum. Hoc quantum ad libidinem exciter, ostendit Chærea in Eunuchio Terentij, qui dum contemplaretur in tabula Iouem per impluuium tanquam imbrem aureum, in Danaes gremium descendisse, se maximè dicit fuisse incitatum ad desideratis fruendum complexibus. Quod autem dicit Clemens vulgi magnam partem illam nouæ vitæ exercitationem non cogitare, est perspicuum, non de solis gentibus, sed quod magis est dolendum, nostris maximè temporibus, etiam de profligatæ vitæ Christianis esse intelligendum. *Hæc sunt Theologiae probri.* Ex his, inquit, facilè potest intelligi quàm sit turpis, & obscæna gentium Theologia, & qualis sit Deorum doctrina, qui cum eis fornicantur. Hæc autem, inquit, Theologia & Deorum doctrina facilè vobis persuadetur. Nam cum sitis ad libidinem proclines, libidinosos esse Deos facilè existimatis. Nam quod vult quilibet hoc etiã esse putat, vt dicit Dæmosthenes, & quod volumus

volumus facilè credimus, vt ait Cæsar in Commentariis. *Cuiusmodi autem sunt alia.* Præter eas autem quas iam dixit alias quoque dicit esse imagines ad libidinem incitantes, Paniscorum, nudarum puellarum, Satyrorum, Phallorum, & Ithyphallorum, quæ sunt erectæ tanquam quædam columnæ & trophæa quædam impudicitia. De Phallis autem, & Ithyphallis, cum antea satis superque dixerimus, non est quod plura dicamus. Inter cæteras autem recenset etiam imaginem Philenidis, cuius figuras gestusque æquè depingebant, atque certamina Herculis. Ex quo potest intelligi eos plures fecisse voluptatem, quàm magni animi virtutem & fortitudinem. Fuit autem Phryne famosa meretrix, quam conuicere possumus ex verbis Clementis varias libidinis figuras & gestus consueuisse ostendere. Quas quidem figuras & gestus ad excitandam libidinem exprimebant pictores in describendis imaginibus. Nescio autem an ea sit Philenidis quam Lycostrhenes in Theatro dicit Polycratem Poëtam Græcum suis lacerasse carminibus, & cuius meminit Martialis lib. 8. Epigrammatum. Nam ego quidem nihil legi Polycratis, sed si ea vixit tempore Clementis, fortasse etiam vixit circa tempus Martialis. *Nobis enim est aperit vetitum.* Vulgo dici solet iniquum esse petendum, vt æquum feras. Quod hic quoque facit noster Clemens qui gentes abducturus à cultu simulachrorum, eo processit vt ne nobis quidem dicat licere imagines pingere & fingere, alioqui futurum vt summorum artificum opera, imagines, inquam, & statuas Deos existimemus, cum ij artifices sua arte & manibus effecerint, vt inanima & nullo sensu prædita materia pro Diis haberetur & coleretur. Sed tatum abest vt nobis non liceat habere imagines, vt ne Iudæis quidem quantumuis ad idololatriam propensis fuerit vetitum habere imagines, modo ea adhiberetur cautio ne eas adorarent. Dei quidem certè sententiam qua prohibetur populus Hebræus habere imagines, & vllam similitudinem, ita esse intelligendam, constat ex eo quod præcedit, & ex eo quod mox sequitur. Præcedit enim; Non habebis Deos alienos coram me. Deinde sequitur, Non adorabis ea, neque coles. Quo fit vt si tollatur adoratio, qua Deos alienos gentes colebant, ritè haberi possint imagines. Quod quidem licuisse etiam apud Hebræos, ostendunt & Cherubimorum, & Seraphinorum, & Leonum, & multorum aliorum imagines, quæ erant in templo Dei quod ædificauit Solomon. Quod si id licuit apud Hebræos, quos idololatriæ fuisse deditos, ostendit, vt cætera omittam, vitulus aureus, quem cõstarunt, & pro Deo adorarunt, quanto magis apud Christianos, qui imaginibus nihil tribuendum diuinitatis. Nec apud eos locum habet, quod summis artificibus euenisse dicit Clemens, vt eorum artes & manus effecerint, vt pro Diis coleretur materia: ex quacunque enim materia facta sit imago, ea diuinitatis nullam habet existimationem, sed reputatur id quod est, nempe materia: nec aliud efficit quàm quod quomodocunque sit efformata, in memoriam reuocet eum cuius cernitur effigies. Sed de his hæc tenus. Artem autem fallacem vocat Clemens, artem *μιμητικὴν*, id est, imitatioam, quæ quantumuis pulchrè imiteretur, nunquam assequitur id quod imitatur. Quo fit vt in imitatione semper sit fallacia. Est itaque semper fallax pictura quæ magnitudinem quidem & externa vtcunque exprimit acedètia, ipsius autem rei nunquam ipsam exprimit essentiam. De Lysippo autem, Praxitele & Apelle, & quænam fecerint opera, non est quod hic perscruar, cum apud Plinium & Pausaniam ea omnia liceat inuenire, qui de his copiosè scripserunt. Quod autem Deus dicit, Clemens dicit id dicere Prophetam, intelligens eum qui legem dedit, dicere per os Prophetæ. Prophetæ autem dicitur Moyses, vt qui non solum narrat res gestas, sed etiam prædicit futuras. *Valde certè dilucidè & breuiter.* Authortate Moysis Prophetæ cui lex à Deo data fuerat, fallacem idololorum artem non esse exercendam docuit. Nunc autem eandem idololatriæ culturam alterius Prophetæ, nempe Dauidis Regis qui idem fuit Psalmographus, authortate reprobat & refellit, qui clarissimis verbis cuiusmodi esset idololatria ostendens, Omnes, inquit, Dij gentium Dæmonia. Ad maiorem autem emphasim addidit Clemens Dæmoniorum idola: quasi dixisset, *Quidnam colitis, & ij respondent, Deos colimus.* Sed quinam sunt vestri Dij? Ipsi certè Dæmones non sunt Dij. Atque nec ipsos colitis Dæmones, sed simulachra Dæmoniorum. Est autem emphasis in verbo Dæmones. Sunt enim Dæmones maligni spiritus, Dei hostes, prauis & exitiosis, & qui nihil vnquam pulchrum & præclarum fecerunt: Deus autem est Optr. Max. & hæc pulcherrimam mundi fabricam est architectatus, & in ea id quod est maximè stupendum, nempe cælos. Dæmoniorum sunt idola, Deus autem nulla materiata exprimi potest imagine. Ex his autem præclaris Dei operibus quæ conspiciuntur ab hominibus, cum ipse posset intelligi author vniuersitatis, quidam à Deo aberrarunt, vt negato ipso opifice eius opera tanquam Deos adorent, Solem, scilicet, & Lunam & Stellam, quæ tantum abest vt sint Dij, vt sint tantum instrumenta temporis.

50 Nam in Deum quidem vt qui sit æternus, nullum cadit tempus: cadit autem in homines qui oriuntur & occidunt. Ad tempus autem dimetiendum creati sunt Sol & Luna, quæ suo motu res mortales circumscribunt & deâniunt. Est enim tempus numerus motus per id quod præcedit, & id quod sequitur. Dixit enim Deus in Genesi; Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & fiant in signa, & tempora, & dies, & annos, vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram, &c. Quamnam ergo ob rationem Sol & Luna sunt existimati Dij? Nam cum verbo Dei cæli sint firmati, & spiritus oris eius virtus eorum, non est par honor tribuendus rei creatæ & creatori. Diuinam autem artem dicit Clemens ipsam Dei opificium, ne quis, vt nonnulli Philosophi, existimet Solem & Lunam casu esse ortum. *Hinc eueritur chorus.* Philosophos & probat & reprehendit. Probat quidem in eo quod dicunt hominem esse factum ad cælum contemplandum. Homo enim Græcè dictus est *ἀνὴρ τὸ ἀναὶ ὄψασθαι*, ex eo quod sursum aspiciat. Vnde eleganter dicit Ouidius.

*Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælumque videre
Iussit, & erectos ad sycdera tollere vultus.*

In hoc ergo probat, sed in eo repræhedit quod Solem & Lunam adorant. Nam si ideo adorant, quod eos Deos esse censent, & in eo fallunt quod res creatas adorant pro creatore, & non animaduertunt quacunque sunt creata, in quibus est Sol & Luna, ea ad vsum hominum esse creata.

^a Persequamur autem, si velis, sententias quoque Philosophorum, quas de Diis iactant, si fortè ipsam quoque inuenerimus philosophiam, propter inanem gloriam, ex materia idola constituere, si etiam Dæmonia quadam diuino honore afficientem, persequendo ostendere possimus eam somnare veritatem. Atque elementa quidem principia à se laudata reliquerunt, Thales Milesius aquam, & Anaximenes, qui ipse quoque fuit Milesius, aërem, quem Diogenes Apolloniates est postea consecutus. Parmenides autem Eleates introduxit Deos ignem & terram. Ex his autem alterum solum ¹⁰ Deum existimarunt ignem, Hippasus Metapontinus, & Ephesus Heraclitus. Empedocles autem Agrigentinus, cum incidisset in multitudinem, præter hæc quatuor elementa, contentionem enumerat & amicitiam. ^b Sunt autem hi quoque impij, qui insipida quadam sapientia adorarunt materiam, & lapides quidem vel ligna non honorarunt, terram autem eorum matrem ut Deum colendam esse putarunt: & Neptunum quidem non effingunt, ipsam autem aquam colunt. Quid enim est aliud Neptunus, quàm humida quadam substantia, quæ ἀπὸ τῆς ποσειδῶνος, hoc est à potu, Græcè vocata ²⁰ est ποσειδῶν, sicut certè Mars bellicus ἄρης, Græcè dictus est ἀπὸ τῆς ἀρεῆς, vel ἀναπέθεως, hoc est ab insurrectione & interfectione. Qua ratione mihi videntur quoque valde multi, cum solum ensēm fixerint, tanquam Marti sacrificare. Est autem Scytharum, sicut dixit Eudoxus in lib. de ambitu. Ex Scythis autem Sarmatae, ut dicit Icestus in opere de mysteriis, adorant acinacem. Hoc etiam usu venit Heraclito & eius sectatoribus, qui ignem colunt tanquam rerum ortus principium. Hunc enim ignem alij nominarunt Ἡφαιστον, id est, Vulcanum. Persarum autem Magi ignem coluerunt, & multi ³⁰ ex iis qui Asiam incolunt: Quinetiam Macedones, ut ait Diogenes in primo Persicorum. Quid mihi opus est recensere Sarmatas, quos refert Nymphiodorus in lib. de Legibus Barbaricis, ignem colere, aut Persas, & Medos & Magos? Hos autem dicit Dinon sacrificare sub Dio, solas Deorum imagines ignem & aquam esse putantes. ^c Neque verò eorum celauerim inscitiam: nam etsi se maximè existimant fugere ab errore, in alium tamen labuntur errorem. Deorum quidem imagines, ligna, & lapides non existimarunt, ut Græci. Sed nec Ichneumonas, & Ibides, ut Aegyptij, sed ignem & ⁴⁰ aquam, ut Philosophi. ^d Multis tamen postea decursis annorum curriculis, eos imagines hominum formæ similes coluisse ostendit Berosus in tertio Chaldaicorum, cum hoc introduxisset Artaxerxes Darij filij Ochi filius, qui cum primus Veneris Tanaidis imaginem erexisset Babylone, & Susis, & Ecbatanis, & Persis, & Bactris, & Damasco, & Sardibus, eam ostendit esse colendam. Fateantur ergo philosophi suos magistros fuisse Persas, vel Sarmatas, vel Magos à quibus didicerunt impietatem ⁵⁰ venerabilium sibi principiorum, principem omnium effectorem & ipsorum principiorum opificem ignorantes, Deum, qui caret principio: hæc autem egena & infirma, ut ait Apostolus, quæ ad usum hominum ministeriumque facta sunt elementa adorantes. ^e Ex aliis autem philosophis, qui elementis præteritis, excelsius quid & præstantius indagarunt: alij quidem ex ipsis laudarunt infinitum, ex quibus fuit Anaximander Milesius, & Anaxagoras Clazomenius & Atheniensis Archelaus. Atque hi quidem ambo præfecerunt mentem infinitati. Leucippus autem Milesius, & Chius, Metrodorus, ipsi quoque, ut videtur, duplicia reliquere principia, plenum & inane. His autem ⁶⁰ duobus adsumpta adiecit simulachra, ceu rerum species, Democritus Abderitanus. Alcmaeon verò Crotoniata, astra Deos esse putabat, ut quæ sint animata. ^f Sed nec eorum filebo impudentiam: Xenocrates fuit hic Carthaginensis, septem quidem Deos planetas, octauum verò qui ex his omnibus constat, mundum tacitè significat. ^g Sed nec præ-

Hic Berosus fuit Sibylle pater, ut refert Iustinus Martyr.

Galat. 4.

termittam Stoicos, qui omnem quantumuis vilem & abiectam materiam dicunt Deum peruadere, qui apertè suam philosophiam afficiunt dedecore. ^h Sed nec molestum fuerit, ut arbitror, cum ad hunc locum peruenerim, meminisse etiam Peripateticorum. Et qui est quidem pater huius hæresis, cum non intellexisset patrem, eum qui vocatur supremus, putat esse animam vniuersitatis, hoc est, mundi animam Deum esse existimans, ipse à seipso confoditur: Qui enim vsque ad Lunam eius desinit prouidentiam, deinde ¹⁰ mundum Deum esse existimat, euertitur, ut qui eum, qui est Dei expers, Deum esse arbitretur. ⁱ Eresus autem ille Theophrastus, familiaris Aristotelis, alicubi quidem cælum, alicubi verò spiritum, Deum esse existimat. ^k Nam Epicuri quidem solius vel lubens obliuiscar, qui Deo dicit non esse curæ res humanas, impiè se gerens per omnia. ^l Quid verò Heraclides Ponticus? non ipse quoque alicubi detrahitur ad ipsa Democriti simulachra? Magna mihi affuit eiusmodi turba, inducens veluti quandam laruam Dæmoniorum, absurdas exterorum fabulas, nugis anilibus adumbratas. Longè abest ²⁰ ut viris permittamus audire eiusmodi fabulas, qui ne lachrymantes quidem, ut dicitur, filios narrando fabulas solari assuescimus, timentes ne unà cum eis nutriamus impietatem, quæ annunciatur quidem ab his qui sibi videntur sapientes, veritatem autem non magis nouerunt quàm pueri. Quid enim, ô per veritatem, eos qui tibi crediderunt, fluxui & interitui grauibus & inordinatis efficis obnoxios? Cur verò mihi vitam repleas simulachris, vel ventos, vel aërem, vel ignem, vel terram, vel lapides, vel ligna, vel hunc mundum Deos effingens? & de Diis etiam stellis errantibus, hominibus qui verè ³⁰ aberrauerunt, per hanc vulgo iactatam Astrologiam, non Astronomiam sublimè loquens & nugans? Desidero Dominum spirituum, Dominum ignis, mundi opificem Deum quero, qui præbet Soli lumen, non autem Dei opera. ^m Quémnam autem, inquit, à te inquisitionis accipiam adiutorem? Non enim Platonem, si velis omnino repudiamus. Quàmnam ergo ratione Deus est perscrutandus, ô Platonem? Vniuersitatis huius patrem & effectorem inuenire est difficile, & cum inueneris, fieri non potest ut eum enuncies. Cur nam verò ô per ipsum? Nequaquam enim est dicendus. ⁿ Rectè ô Plato at- ⁴⁰ tigitisti veritatem, sed ne te pigeat laboris, unà mecum suscipe boni inquisitionem. Omnibus enim, ut semel dicam, hominibus, maximè autem iis qui versantur in doctrina & literis, instillatus est quidam diuinus influxus. Qua de causa vel inuiti fatentur quidem unum esse Deum, ab interitu alienum & ingentum, eumque in cæli vertice, in sua propria specula verè semper esse. ^o Dic autem mihi qualisnam Deus sit mihi cogitandus?

Qui cuncta cernit, ipse sed non cernitur,

Ait Euripides. Mihi ergo videtur Menander errasse, cum dicit:

⁵⁰ O sol Deorum, nam te adorare decet

Primum, Dei per quem videntur cæteri.

^p Neque enim Sol unquam ostendet verum Deum, neque verum Verbum, quod est Sol animæ, qui si solum intus sit exortus, in profundo mentis, ipsius quoque mentis illustratur oculus. ^q Vnde non improbabiler Democritus ait, paucos ex doctis hominibus manus sustulisse: hinc quem nunc Græci vocamus aërem, totum oppleri fabulis, quod ipse omnia norit, & det, & auferat, & is sit Rex omnium. Hac ergo ratione Plato ⁶⁰ quoque de eo cogitans, regem omnium significat, & est ille causa omnium bonorum.

^r Quisnam ergo Rex est Deus vniuersorum? Eorum quæ sunt mensura veritatis. Sicut enim ea in quæ cadit dimensio, mensura comprehenduntur: ita etiam eo quod Deum cogitemus, venit in dimensionem, & comprehenditur veritas. Verè autem Sacerdos Moses: Non erit, inquit, in tuo marsupio statera magna vel parua, sed statera vera &

Plato in Timæo.

Per ipsum, videlicet Deum, dicô Plato.

termittam

aqua, stateram & mensuram, & numerum omnium Deum esse existimans, iniusta enim & iniqua simulachra, domi in marsupio, & in sordida, ut semel dicam, anima sunt absconsa. Quæ est autem sola iusta mensura? Qui solus est verè Deus, semper æqualis, & semper eodem modo se habens, omnia metitur & ponderat tanquam trutina iustitia, uniuersorum naturam in æquilibrio continens & sustinens. Deus quidem certè, sicut vetus est oratio, omnium quæ sunt, principium, & finem, & media continens, recta semper secundum naturam circumcirca ingreditur. Illum autem semper sequitur iustitia, quæ de eis penas sumit, qui à lege diuina deficiunt. Vndènam, ô Plato, veritatem coniciis? Vndènam abundè suppeditata rationum copia, pietatem & verum Dei cultum vaticinatur? His, inquit, sunt sapientiora barbarorum genera. Noui tuos magistros, etsi eos celare velis. Geometriam discis ab Ægyptiis, Astronomiam à Babylo- nis, rectas & sanas incantationes accipis à Thracibus. Te etiam multa docuerunt Assyrii. Leges autem quæcunque veræ sunt, & de Deo opinio, suppeditata tibi sunt ab Hebræis, qui non vanis erroribus, nec hominum opera aurea, aenea & argentea, eburnea, lignea, & lapidea hominum qui sunt mortui adorant simulachra, quæ inani consilio adorantur ab hominibus, sed sanctas vlnas tollunt ad cælum, manè à cubili semper corpus aquis mundantes, & immortalem qui semper regnat colunt. Nec mihi, ô philosophia, unum hunc Platonem, sed multos etiam alios cura ut in medium adducas, qui unum verè Deum solum loquuntur Deum, sicubi per eius inspirationem veritatem apprehenderunt. Antisthenes enim non hoc quidem Cynicum cogitauit, sed ut qui esset Socratis familiaris, dicit Deum nulli esse similem: quare nemo eum potest discere ex imagine. Xenophon autem Atheniensis ipse quoque apertè scribit de veritate, testimonium dicturus ut Socrates, nisi ipse timuisset pharmacum: sed nihilo secius tacitè significat: Qui omnia, inquit, mouet, & est quietus & immotus, magnus quidem est & apertè potens, sed cuiusmodinam sit forma, non apparet. Sed nec Sol qui omni ex parte videtur esse lucidus & conspicuus, ipse seipsum videre permittit: sed si quis ipsum impudenter fuerit contemplatus, visu oculorum priuatur. Vndènam igitur eruditur Grylli filius? num ab Hebræorum prophetissa, scilicet, quæ hoc modo vaticinatur.

Quæ caro cælestem poterit verumque tueri,
Humanæ fortis qui expers in vertice cæli
Est Deus? Aduersus radios neque cernere Solis
Mortales possunt homines lucemque micantem.

Cleanthes autem Pisadeus, Stoicus philosophus, qui non Poeticam Theogoniam, sed veram ostendit Theologiam, non celauit quidnam de Deo sentiret. Si bonum quale sit me rogas, audi: Ordinatam, iustum, sanctum, pium, seipsum continens, pulchrum, decorum, seuerum, constans, semper conferens, metus, curæ & doloris expers, iucundum, tutum, amicum, honoratum, quod omnes fatentur gloriosum, à fastu alienum, curam gerens, moderatum, vehemens, diuturnum, reprehensioni minimè affine, semper permanens. Est sordidus & illiberalis, quisquis respicit ad opinionem, tanquam ab illa quid boni consecuturus. Hic, ut existimo, apertè docet qualisnam sit Deus, & quod communis opinio & consuetudo, eos qui ipsas sequuntur, sed non eos qui Deum querunt, redigunt in seruitutem. Nec est silendus Pythagoras, qui dicit: Deus quidem est vnus. Is autem non est, ut quidam existimant, extra mundi administrationem, sed est totus in ipsa, in toto circulo speculator totius generationis, uniuersorum temperatio, qui semper est, & suas facultates deducit ad opus, omnium operum in cælo illustrator, pater omnium, mens & illuminatio toti circulo, omnium motus.

COMMEN-

* Persequamur autem si velis sententias. Cum ostendisset Clemens errare Philosophos, qui res creatas quas ad vnum hominum Deus est fabricatus, tanquam deos adorant, obtulit se occasio loquendi de eorum errore, in eo quod mundi elementa & principia ita statuunt ut ea pro diis habeant. Grauitèr autem errant, quod cum sit vnum principium, ut pulchrè dicit Theodoretus, Deus uniuersorum ab interitu alienus, æternus, infinitus, qui nec definitur nec circumscribi potest, incompositus, incorporeus, sub aspectum non cadens, simplex, bonus, iustus, lux intelligens, potentia quæ nulla mensura cognoscitur, eam autem sola diuina voluntas dimittitur: isti inter se dissidentes vel multa statuunt principia quæ sunt mundi elementa, vel vnum solum elementum. Quamuis autem Plutarchus dicat elementa differre à principiis, quod elementa sint composita, principia autem neque sint composita, neque effecta, constat tamen omnes fere Philosophos neque elementa distinguere à principiis, & vel vnum aliquod ex elementis constituit principium, vel quatuor simul elementa principia. De his autem principiis scribit Plutarchus in lib. De placitis Philosophi. & Theodoretus in lib. De curandis Græc. affectionibus. Quod autem dii sint hæc elementa vel principia, etsi non disertis verbis dixerint, quod tamen id senserint ex hoc est perspicuum, quod ea dixerint principia. Principia autem sunt causæ rerum omnium. Quod est autem principium, quid aliud fuerit quam Deus. Philosophia ergo inani impulsâ gloria, inueniendo nouam de diis sententiâ, dum deos dicit elementa seu principia, ex materia idola constituens, vel dæmonia pro diis habens, somniat veritatem. Merum enim est somnium quod nihil habet firmum & stabile, cuiusmodi est ipsorum de diis opinio. ^b Sunt autem hi quoque impij. Clementis quidem præcipuus est scopus & institutum eos ostendere impios qui idola adorant & simulachra: Philosophorum autem errorem esse dicit, quod elementa, quæ etiam vocantur principia, deos esse existimant. Ne quispiam autem eos non censeat esse impios, quod ligna & lapides non colant, nunc pronunciat eos non minus esse impios, quod ipsam terram adorant & materiam. Lapidem, inquit, & ligna non adorant, sed adorant terram eorum matrem: Neptuni quidem simulachrum effectum non adorant, sed aquam, quæ quidem est Neptunus. Neptunus enim Græcè dicitur ποσειδών, cuius etymologia, ἀπό τῆς ποσειδῶνος hoc est à potu deducitur. Potus autè nō est aliud quam humida substantia: ποσειδῶνος autem etymologiam esse ἀπό τῆς ποσειδῶνος testatur Eustathius Homeri interpres in Rhapsodiam o Iliadis Homeri, dicens: ποσειδῶν, est causa quæ mare cōtinet, quoniam mare est causa ποσειδῶνος, id est potus, propter fluuios, & cæteras aquas, quæ colatæ à mari emanant, à quo pendent etiam pluuiæ quæ ipsæ quoque sunt potabiles. ποσειδῶνος autem & hanc etymologiam affert etymologicum Græcum, & aliam non minus verisimilem, nempe quod ποσειδῶν dicitur ἀπό τῆς ποσειδῶνος hoc est à damno seu noxia, est enim bellum rerum omnium perniciosissimum & maxime noxium. Est autem in Philosophis Græcorum hoc maxime reprehendendum, quod vel ex materia, quam æternam dicunt & ingenitam, dum principia & elementa dicunt primas rerum causas, Deos constituunt, efficiunt causæ nulla facta mentione, vel Deum simul coniungunt cum ingenita & æterna materia, & Deo ipsi non plus tribuunt quam materiæ, cum vtrunque statuunt æternum & ingenitum. De iis autem nationibus quæ acinace seu gladio in terram fixo Martem tanquam Deum colunt, credendum est Clementi nostro πολυθεῖς, cum ij quos citat autores, temporum iniuria perierint. Quod autem Heraclitus ignem censuerit rerum omnium esse principium, videndum est apud Laertium. Eundem quoque ignem censuerunt esse Deum Persæ, Chaldæi & Magi. De Macedonibus autem & Sarmatis nusquam alibi legi. De Chaldæis autem qui ignem Deum suum circumferebant, & tanquam omnium potentissimum prædicabant, & quomodo à Canopo Sacerdote victus sit Alexandria, elegans est narratio in Ecclesiastica historia Ruffini, lib. 11. cap. 26. Dicebatur autem ignis etiam ἡρακλῆος etymologia ducta ἀπό τῆς ἡρακλῆος ex eo quod tangat & vrat. Persæ autem indignum rati quod dii rectis includerentur, templa ab hominibus ædificata exurebant. Cum autem nulla templa haberent, si ab eis esset sacrificandum, igni sub dio sacrificabant. Magi verò nullas esse putabant deorum imagines præter ignem & aquam, cæ autem imagines erant ipsorum dii. ^c Neque verò eorum celauerim inscitiam. Tres sunt errores, quod attinet ad deorum cultum & religionem Græcorum, qui ligna & lapides deorum putabant esse imagines, cum tamen ligna & lapides diuinitatem minime possint exprimere ac representare: Ægyptiorum, quorum tanta erat superstitio, ut bruta animantia, imo verò etiam capre & alia pro diis colerent. Philosophorum, qui statuebant elementa & principia esse rerum omnium causas. Persæ ergo & Magi quidem errores non admittebant, ut qui nec idola cum Græcis, nec bruta animantia, nec capre & alia colerent cum Ægyptiis, sed in eundem incidebant errorem in quem Philosophi, ut qui sicut ipsi ignem & aquam adorarent. ^d Multis tamen postea decursis annorum curriculum. Quanam fuerit Venus Tanais nusquam alibi legi, non est tamen dubitandum id apud Berosum legisse Clementem, qui summus fuit historicus & Astrologus, & cuius tanta fuit autoritas, ut propter futurarum rerum prædictionem, ab Atheniensibus in publico gymnasio posita fuerit statua, teste Plinio. ^e Ex alijs autem Philosophis. Præter eos Philosophos qui elementa & principia deos constituiebant, fuerunt alij qui præteritis elementis, aliquod aliud excelsius & præstantius principium constituerunt, utpote Anaximander, Anaxagoras, Archelaus, qui infinitum constituerant principium nempe ἄλλω seu materiam: sed cui dirigendæ, componendæ, terminandæ, & formandæ, mentem, id est Deum perfecerint. ^f Omnes autem omnia ferè principia constituiebant vel contraria, vel ex contrariis ut scribit Aristoteles in lib. 1. naturalis auscultæ. vbi tractat de principiis. Democritus autem pleno & inani non contentus, his adiunxit corpora insectabilia, quæ dicuntur atomi. Eane ita vocarit Democritus, an ea ludificans Clemens appellarit εἰδωλα, ut quæ falsa visione essent effecta & apprehensa, non possum certò statuere. Sed certum est Democritum inter rerum principia constituisse atomos: à quoniam autem acceperit Clemens, Alcmaeonem Crotoniatam astra Deos putasse, ut quæ essent animata, nescio: hoc scio nec Diogenem Laertium qui vitas scribit Philosophorum, nec Plutarchum qui eorum refert placita, de ea re vllum verbum fecisse. ^g Sed nec eorum silebo impudentiam. Exemplar quidem Græcum habet κερχιδῶνος, sed existimo legendum καλ-

κινδύσιος, Xenocratem enim fuisse Chalcedonensem dicit Laërtius. Is autem fuit quem dicebat Plato egere calcaribus, Aristotelem verò freno. Apud eum autem nulla fit mentio, quod septem Planetas existimavit Deos, septimum autem ex his constantem mundum. *Sed nec præmittam Stoicos.* Si sentirent Stoici Deum res omnes quantumvis obscenas & immundas ita peruadere, ut ab eis labis aliquid & inquinamenti contraheret, ea sententia merito reprehenderetur à Clemente, ut quæ eorum Philosophiam probro afficiat & dedecore. Sed si sentirent Stoici, ut sentire est verisimile Deum, sed non tanquam corporeum, neque tanquam motu corporis agitarum, cum sit incorporeus, & ubique esse, & omnia implere, non video cur à Clemente iure reprehendantur. Ab iis certe Stoicis accepit quod præclare scribit Vergilius,

*Principio cælum ac terram camposque liquentes,
Lucentemque globum lunæ, Titanique vestra
Spiritus intus alit, totisque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Quod quidem dum dicit, non videtur aliud sentire quam quod ipse Dominus in sacris nostris dicit eloquiis; Cælum & terram impleo, dicit Dominus. Implet autem non eo modo quo corpus, sed eo modo qui ne sub humanam quidem cadit intelligentiam. Non magis autem, imo verò multo minus inquinatur, quam radij solis loca, quantumvis turpia & fœtida peruadentes. *Sed nec molestum fuerit.* Peripatetici Philosophi sunt affecta Aristotelis, ita appellati, quod eius secta, quam heresim vocat, pater (is est autem Aristoteles) deambulando disputaret. Aristoteles autem, summus alioqui Philosophus, minus piè quam par est, de Deo, hoc est, de Dei providentia sentiebat, ut qui & intelligentiis solum vsque ad orbem lunæ administrandi mundi munus eum mandasse dixerit, & in libro de Mundo, de mundi rectione loquens, iis vitur exemplis & similitudinibus quæ Deo plane sunt indignæ. Cum is ergo Deum esse mundum non vereatur dicere, quod ei tribuit Plutarchus in placitis Philosophorum, vel saltem mundi animam, ut vult hic Clemens, Dei autem providentiam non ultra orbem lunæ statuat procedere, ipse sibi repugnat & aduersatur, ut qui mundum esse Deum arbitretur qui non est Deus. Deus enim non est, ubi non est eius providentia. Quo in loco autem non est Dei providentia, ea certe pars mundi ut sit sine Deo necesse est, quod est absurdum, & impium. *Erefus autem ille Theophrastus.* Quod de Theophrasto dicit Clemens, in iis quæ nunc extant operibus eius non inuenies, sed cum multa perierint quæ extabant tempore Clementis, ei fides est habenda qui legit. *Nam Epicuri quidem.* Epicurum in hac fuisse sententia, ut existimaret Deos non curare res humanas, vix est vllus qui ignoret. Hoc autè aperte licet videre, & apud Lucretium, qui impiam eius sectam pulcherrimè describit, & apud Ciceronem De natura Deorum. Epicuri autem sententia se dicit Clemens non lubenter meminisse, qui cum diuinam tollat providentiam, omnino euertit religionem. *Quid verò Heraclides Ponticus.* Hic Heraclides recensetur inter philosophos à Diogene Laërtio. In eadem autem fuit sententia, in qua Democritus de atomis & simulachris. *Quænam autem, inquit.* Ut facilius perueniatur ad Dei cognitionem, petit ab ipso Græco, ut Plato sibi detur adiutor ad eius inquisitionem, cum vix vllus dari possit ex gentibus, qui de Deo scripserit diuinius. Conuertit itaque sermonem ad Platonem, & inducto veluti quodam inter eos dialogismo, ex eo sciscitatur quam ratione Deus est investigandus, ad quod respondet Plato, id quod ab ipso dictum est in Timæo; Vniuersitatis huius patrem & effectorem & inuenire est difficile, & cum inuenieris fieri non potest ut eum enunciet: Dei enim dari non potest vlla definitio, quæ eius explicet essentiam. Quid quid enim de eo dixeris, id magis quod non sit quam quid sit statuit, ut exempli causa, immensus & infinitus, & quæ sunt huiusmodi, ut diuinè scribit Gregorius Theologus in sua de Deo, oratione. Tantum autem abest ut explicari possit eius essentia, ut cum apud Hebræos multa sint Dei nomina, vnum est tamen solum, nempe Tetragrammaton, quod eius vtrūque significandæ essentia vim aliquam habeat & potestatem. Sed & illud erat ineffabile, & pro eo necesse erat aliud vocabulum, nempe Adonai vsurpare, quo eius significabatur dominatio & potestas, quoniam eius essentia erat ineffabilis, inexplicabilis. Nomen autem Dei Tetragrammaton non prius licuit effari, quam Iesus Christus suo aduentu, & mysterium aperuit, & nobis salutem dedit. Rogatus ergo Plato cur non posset enunciari, responder; Nequaquam enim est dicendus: id est, eum non licet effari. Nam cum Plato esset in Ægypto, à Iudæis didicerat nomen Dei Tetragrammaton esse ineffabile. Eius autem nominis mysterium tempore Clementis iam reuelarat Christus, quod tamen ignorabat Plato, à quo non plus erat petendum quam ipse præstare poterat: laudat itaque Clemens id quod dicit Plato. *Recte o Plato attingisti veritatem.* Dicit Clemens recte quidem dixisse Platonem, quod Tetragrammaton Dei nomen & eius essentia enuntiari & explicari non possit. Sed ideo non esse desistendum à cognitionis Dei inuestigatione, quam posse haberi ex eo constat, quod omnibus hominibus, maxime autem iis qui versantur in literis, instillata immissaque sit Dei notio. Nam ut pulchrè dicit Lucilius apud Ciceronem in secundo de natura Deorum; Quid potest esse tam apertum & perspicuum, quam cum cælum perspexerimus, cælestiaque contemplati fuerimus, esse aliquod numen præstantissimæ mentis quo hæc regantur. Iam verò non potest hæc notio esse insita in animis hominum, quin simul intelligatur esse vnum qui regit & moderatur. Necesse est autem, ut in eum qui perpetuo regit & moderatur, non cadat ortus & interitus. Inest quoque omnibus hæc notio quod Deus sit in cælo. Quod quidem sacræ quoque testantur literæ quæ dicunt; Deus autem noster est in cælo: & in oratione Dominica quotidie clamamus; Pater noster qui es in cælis. Neque tamen est existimandum Deum ita esse in cælis affixum, ut non sit alibi. Et si enim sit in cælis, cælum tamen & terram implet, non corporis mole, sed potestate. Cælum quoque dicitur esse Dei sedes, quod cælum rerum creaturarum sit & præstantissimum & Deo dignissimum. In cælo autem esse Deum tanquam in specula, absit ut quis ita intelligat, Deum tanquam hominem inde prospicere, ut videat quid sit agendum. Prospicit enim & prouidet omnia, regitque & moderatur more suo, non humano, & ita est suscipienda Dei è cælo prospicientia, ut interim videtur secta αὐθροπομορφῆτος. *Dic autem mihi qualisnam Deus est.* Pergendo quærere quisnam sit Deus, adducit etiam Euripidem Platoni assentientem, quem laudat eo quod dixerit

dixerit Deum cuncta cernere, ipsum autem non cerni: videt enim omnia Deus, non corporeis quidem oculis, sed mente sua & intelligentia, ipse autem à nemine videtur: Deum enim nemo vidit vnquam, ut Ioan. 1. dicit scriptura, & nemo Deum videbit & viuet. Repræhendit autem Menandrum Poëtam Comicum, qui dicit, Solem primum Deorum esse adorandum, quod per eum Dij cæteri videantur. Sol enim est à Deo creatus, & cadit sub sensum: & ideo nec est Deus, nec est adorandus tanquam Deus: & falsum est per eum videri Deos cæteros. Nam licet verum sit per Solem videri quæcunque cadunt sub aspectum, falsum est tamen esse Deum quidquam quod sit sensibile, cum Deus sit incorporeus: & licet verum sit quod præclare dicit Nazianzenus, id esse Solem in sensibilibus, quod est Deus in iis quæ cadunt sub intelligentiam, falsum est tamen Solem cadere sub intelligentiam. Quo fit ut falsum sit eum esse Deum, falsum quoque est cæteros Deos per eum videri. Nam cum sit vnus Deus, dici non potest alios esse Deos: falsum quoque est Deum videri, cum solus omnia videat, ipse autem minime videatur. Quod si non videtur Deus, Sol eum nequaquam potest ostendere. *Neque enim Sol vnquam ostendet verum Deum, neque verum verbum.* Sol non potest ostendere verum Deum. Nam id quod cadit sub intelligentiam, illustrari non potest ab eo quod cadit sub sensum: neque quod est expertus rationis rationem ostendere. Rationem dico nempe λόγος: λόγος enim rationem & verbum & sermonem significat, Ioan. 8. qui est Christus Dei filius, qui & seipsum lucem mundi, & quem Ioannes dicit in Euangelio illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum. Eum dicit Clemens esse Solem animæ, Ioan. 1. quoniam ipseus exortus oculum eius illuminat. Illuminat enim ut qui ignorantia & vitiorum tenebras expellat, scientiaque & virtutum lucem immittat. Mentis autem cum audis oculum, nihil est corporale intelligendum. Nam mens quidem, quæ est incorporea, videt ea quæ sunt sensilia per ὀπίκον αἰσθητικόν, seu instrumentum visus. Oculus autem corporis non videt citra mentem, quæ iudicandæ rei visæ ei vim præbet & facultatem. Ad ea autem videnda quæ cadunt sub intelligentiam, mens nullo indiget instrumento visus, ut quæ per se ea videat absque vllius auxilio. Quo etiam modo dicitur Deus videre, ut qui nihil habeat commune cum corpore & sensu. Eo modo videt quidem omnia, sed à nemine videtur. Deum enim nemo vidit vnquam, & nemo Deum videbit Ioan. 1. & viuet. Quod autem & Iacob & Moyses Deum vidisse dicuntur, ideo dicuntur quod eis aliqua esset obiecta species, quæ eum præsentem adesse significaret. Quæ quidem cum non sit eius essentia, & tamen eum adesse constet, merito scribitur visæ eius esse posteriora, posteriora, inquam, id est effecta. Non abs re etiam dicitur Deum videri in Eucharistia, sub symbolis panis & vini in 30 Corpus Christi & sanguinem conuersis, quæ concomitatur Christus, qui est Deus & homo, & à quo sancta trias abesse non potest. Quod autem externus non videt sensus, aperte videt interna fides. *Vnde non improbabilius Democritus ait, paucos ex doctis.* Ex eo, inquit Democritus, quod Deus verbum mentem illuminat, pauci autem sunt, quorum mens à Deo illuminetur, fit quod pauci etiam docti & religione præditi, manus in cælum tollant, quoniam Deum non vident quibus non est mens pura. Idem autem Democritus dicit totam quem Græci vocant ærem, plenum esse iis quæ dicuntur, (id enim est Græcè μῦθος, non solum conficta narratio) nempe quod Deus norit omnia, & quid sit ipsa sapientia, & det omnia, & omnia auferat, ut in cuius manu & potestate sita sunt omnia. Duo ergo adducuntur qui se recte de Deo sentire præ se ferunt, nempe Euripides Tragicus & Democritus Philosophus. *Quisnam ergo Rex est Deus vniuersorum? eorum quæ sunt mensura.* Quæ dicit hic Clemens, ea merito tribuit Platoni, ut quæ inueniuntur in eius scriptis. Nam esse Deum rerum omnium opificem & creatorem dicit Sophista. Bonorum autem omnium authorem & causam in Epinomide. Quod autem sit mensura rerum omnium, & quod omnium quæ sunt principium, finem habens & medium, recta semper secundum naturam circumcirca ingreditur, in primo de legibus. Sed quomodo dicitur, Deus esse mensura rerum veritatis? Veritas non est nisi in iis quæ sunt perpetuo, & quæ nunquam mutantur. Eiusmodi non sunt ea in quæ cadit ortus & interitus, sed ea quæ versantur in intelligentia. Rerum autem omnium veritas est in mente diuina. In ea enim sunt rerum omnium idææ & imagines, quæ cum ipse nunquam mutantur, iis quæ oriuntur & intereunt formam impertiant, sed quæ mutantur & alteratur. Per illas autem rerum omnium idæas & imagines quæ sunt in mente diuina, Deo viuunt omnia, sicut nostra canit Ecclesia. Propter quas quidem rerum idæas, & formas quæ in eo ita sunt, ut ab eo differant quatenus est Deus, nihil enim est in Deo quod non sit Deus, merito dicit Diuus Dionysius Deum esse omnia eminenter. Rursus autem videndum est & considerandum quid sit mensura. Est autem mensura id quod metitur quantitatem earum rerum quæ cadunt sub dimensionem. Sub dimensionem autem cadunt in quæ sunt quantitas, dimetiendo quantum sit spatium & interuallum rei quæ habet longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Ad eam dimetiendam certe opus est regula, quæ diffiniat quoties comprehendatur in eo quod dimetitur: vel volumus scire quantum sit pondus rei quam dimetimur, siue ea sit arida, siue liquida. Ad id autem dimetiendum, statera opus est seu trutina. Siue autem regula siue trutina res sit dimetienda, recta certè & æqualis & sibi constans mensura sit oportet. Nunc videndum est quid sibi vult quod dicit, Deus est eorum quæ sunt mensura veritatis. Ad hanc autem intelligentiam rerum veritatis mensuram, legem quam Hebræis tulit Moyses, qua cauet, in marsupio, vel vt habet noster literæ contextus, domi, non sit statera magna vel parua, sed statera vera & æqua, ad sensum adducit anagogicum, nempe quod Deus est statera, & numerus omnium. Et statera quidem & mensura æqua quomodo sit Deus iam diximus, & quod per eam comprehendatur essentia veritas, quæ in nullo est alio, nisi per participationem. Cur autem sit Deus vera & æqua mensura hanc afferat causam, quod cum oporteat mensuram esse semper æqualem, & sibi constantem, solus Deus est eiusmodi, qui est semper æqualis & eodem modo se habens. Is certe est qui dicit per Prophetam: Ego sum Deus, & non mutor. Dicitur etiam Deus numerus omnium. Nam quidquid Malach. 3.

est in rerum natura, tendit ad vnum tanquam ad suum principium, & cum multa sint quæ numerantur, non alia tamen ratione considerantur, quam quatenus vnumquodque sit vnum, & ea ipsa tandem rediguntur ad vnum. Nam certum est non aliud esse numerum, quam multarum vnitatum collectionem. Quilibet autem vnitas cum sit vna per vnus participationem, non metitur, nisi quatenus Deus est vniuersorum mensura. Metitur ergo Deus, vt qui sit rerum omnium regula & mensura. Ponderat autem vt qui sit omnium firma & stabilis statera & trutina. Statera autem & trutina est, per quã multa quæ sunt alioqui diuersorum ponderum, rediguntur in vnum pondus. Ea autem trutina dicitur iustitia, quam Deus semper habet comitem. Nam qui fecit omnia in numero pondere & mensura, in omnibus etiam & singulis rebus certam & conuenientem vult obseruari proportionem. Cui conuenienter ab hominibus constituti iudices, & iis qui recte se gerunt honores & præmia decernunt, & eos qui se scelere obstrinxerunt, vel corrigunt, vel si non possint corrigi, ab hominum societate repellunt & abscindunt. Hæc est Dei statera & trutina, & ideo vulgo pingitur iustitia manu gestans, libram seu trutinam. Quod autem dicit Clemens cum Platone, Deum esse mensuram veritatis, id statuendum est non dici in propria mensuræ proportionem. Nam cum mensura proprie dicatur in quantitate, Deus autem tantum abest vt sit quantitas, vt mera sit essentia, vel potius purus actus, & supra omnem essentiam, Deus non proprie dici potest mensura, sed vel per metaphoram, vel per quandam analogiam. Nam vt mensura in se comprehendit omnem quantitatem earum rerum quæ cadunt sub dimensionem, ita Deus in suis idæis complectitur veritatem rerum omnium, quæ proprie non sunt, nisi quatenus Deus æternas earum formas & imagines in sua habet essentia. Quo fit vt merito dicatur Deus esse mensura veritatis rerum omnium. Nam absque Deo, qui cuiuslibet rei suam tribuit formam, perpetua nihilominus manente & nunquam mutata forma quæ est in ipso, non modo nihil est vere, sed ne est quidem. Hinc fit, vt cum vniuersorum naturam in æquilibrio contineat & sustineat, merito dicatur omnium quæ sunt, principium, medium & finem continere. Hinc est quod in sacris literis aprissimè & conuenientissimè se dicit Alpha & Omega. Nam vt Alpha & Omega, omnes intermedias continent literas, nec sunt tamen omnes intermedie literæ idem quod Alpha & Omega: Ita Deus quæcunque sunt suo complexu continet, & eorum essentia ab eo dependet, nec tamen est eorum essentia idem quod Deus, licet eis Deus formam tribuat & essentiam, quæ in ipso quidem est æterna, in rebus autem creatis oritur & occidit, præterquam in iis, quas esse æternas & interitui non obnoxias, æterni sui priuilegij vult gratia & beneficium. Hactenus quomodo sit Deus mensura rerum veritatis. ¹ Vndenam, ò Plato veritatem conijcit. Barbaros esse Græcis & antiquiores & sapientiores multis in locis testatur Plato. Cum autem à diuersis barbaris diuersa didicerit, ab Hæbræis quidem certe & leges quæ ad mores pertinent, & veram Dei colendam rationem didicit. Egyptij dicuntur inuenisse Geometriam, cum illa eis opus esset propter confusos agrorum terminos Nili inundatione: Assyrij vel Chaldæi Astronomiam, vt qui in locis planis & patentibus habitent: à Thracibus accepta sunt mysteria quæ docuit Orpheus versibus, & ideo ea vocat *ἑρασιδῆς*, id est, incantationes. Est autem obseruandum, quod dicit Hæbræos à cubili semper corpus mundasse, nec priusquam id fecissent, ad Deum colendum accessisse. Frequentia autem fuerunt apud eos baptismata, quæ erant veluti quidam typi nostræ ad synaxin & communionem præparationis. ² Nec mihi O philosophia, vnum hunc Platonem, Per apostrophem sermonem conuertit ad Philosophiam, quam rogat vt præter Platonem alios proferat Philosophos qui de Deo rectè sentiunt. Rectè autem adiecit sicubi per eius inspirationem veritatem apprehenderint. Nam ij ipsi Philosophi qui de Deo verè sunt locuti, non sibi semper constant, sed sæpe ad suum de Diis errorem conuertuntur, sicut etiam multis in locis Plato. ³ Xenophon autem Atheniensis ipse quoque aperit scribit. Alterum nempe Xenophontis Socratis discipuli, affert testimonium de Dei veritate, qui idem dixisset quod Socrates, nisi timuisset forbitionem cicutæ, quam bibere coactus fuit Socrates, damnatus quod de Diis impiè sentiret, cum de vno vero Deo colendo ipsam amplecteretur veritatem. ⁴ Vndenam igitur eruditur Grylli filius? Hanc de Deo sententiam dicit Clemens, Xenophontem didicisse à Sibylla, quam vocat Hæbræorum Prophetissam, quod suis carminibus eadem canat quæ Prophetæ Hæbræi. Cum autem apud authores fiat mentio duodecim Sibyllarum, vnus tamen solius nomine editus est liber, qui nunc extat ab Oporino excusus. ⁵ Cleanthes autem Pisandus, stoicus Philosophus. Alium Philosophum affert Philosophia, nempe Cleanthem Stoicum qui rectè de Deo sentiat, vt qui non explicet Theogoniam, id est, Deorum generationem vt Hesiodus, sed veram ostendat Theologiam, id est, veri Dei rationem *ἡ καλὴ*, id est pulchrum, quo nomine Deum vocat, vt qui per se sit pulcher, bonusque & honestus, pulcherrimis ornans elogiis, interim reiiciens communem de Diis opinionem & consuetudinem, quas qui sequuntur imperati seruiunt & superstitioni. ⁶ Nec est silendus Pythagoras, qui dicit. Platoni & aliis quos recensuit Philosophis, adiungit etiam Pythagoram qui Deum vnum esse dicit, cui curæ sunt res humanæ, & eas administrat, qui generationem in mundi circulo considerat, vniuersa temperat, qui non est otiosus, sed operator, facultates suas deducens ad opus, omnium creator & genitor, toti mundo dans vitam & intelligentiam, & per quem mouentur omnia.

⁷ Atque hæc quidem sufficiunt ad Dei agnitionem, quæ ab ipsis quidem Deo inspirante scripta, à nobis autem selecta sunt ei, qui vel parum potest perspicere veritatem. ⁸ Accedat autem (non sufficit enim Philosophia) ipsa quoque poetica, quæ est quidem omnino in falso occupata, sed vix tandem aliquando testatur veritatem, vel potius Deo confitetur

fitetur fabulosam digressionem. ⁹ Accedat autem quicumque velit Poëta. Atque primus quidem Aratus intelligit Dei potestatem omnia peruadere:

Atque vt sint omnia firma,
Primo & postremo præbent huic sacra precesque.
O mirande pater, salue, valde utilis orbi.

¹⁰ ¹ Ascræus quoque Hesiodus Deum itidem tacitè significat:

Ipse suo regno ditioneque continet omnes.

Nec tenet imperium hoc ex immortalibus vllus.

¹¹ Iam verò in scena quoque veritatem aperiunt. Vnus quidem,

In æthera & cælum cum tu suspexeris,

Eum vide, illum & esse censeas Deum. ait Euripides,

¹² Sophilli verò filius Sophocles:

In veritate est vnus, est vnus Deus,

Qui machinam cæli solique condidit

Lætos marisque fluctus, & vehementiam.

Ventorum: Aberrantes lucro nos homines,

Sed recreantes qui incidunt casus graues,

Imagines & igneas, & ligneas

Et lapideas posuimus atque eburneas,

Diisque sacra offerentes, & festos dies

His celebrantes, esse dicimus pios.

¹³ Hic quidem tam audacter & tam confidenter veritatem auditoribus introduxit in scenam. Thracius autem sacrorum simul interpres & Poëta, Oeagri filius Orpheus, postquam Orgiorum sacra fuit effatus, & simulachrorum exposuit Theologiam, veritatis inducit recantationem, verè sacram, sed serò tamen canens orationem:

Effabor queis fas est, aures claude prophane

Quisquis es, illustri Museæ sed edite Luna,

Audi, vera loquar, nec quæ olim visa fuere

Pectoribus, charæ te priuent lumine vitæ.

Verbum ast aspiciens diuinum, assistere nunquam

Huic cessat, mentemque tuam & cor dirige, recta

Atque via ingredi, mundi autem respice Regem,

Solum immortalem.

¹⁴ Deinde inferius subiungens, dicit dilucidè:

Ex se vnus genitus, genita & sunt omnia ab vno,

Verfaturque in eis ipse, ex mortalibus vllus

Nec videt hunc, contra sed cunctos aspicit ipse.

¹⁵ Sic quidem Orpheus, & cum aberrasset, tandem intellexit:

Ast homo consilio ne tu cunctare sagaci,

Sed propera placare Deum, mox ipse reuersus.

Si enim cum vel maximè Græci quasdam verbi diuini acceperint illuminationes, veritatis pauca quedam sunt elocuti, attestantur quidem eius vim non occultam, seipfos au-

tem arguunt, ut qui imbecilli finem non attigerint. Iam enim existimo cuius euasisse manifestum, quod qui absque verbo veritatis operantur aliquid vel loquuntur, sunt similes ijs qui conantur ingredi absque pedibus. ^b Te quoque pudore quodam moneant ad salutem, Deorum vestrorum reprehensiones, quibus à veritate coacti Poëta vestri, eos insectantur in Comædijs. Menander certè Comicus in *Auriga*, in actu qui dicitur *Suppositivus*:

Nullus, inquit, mihi placeat Deus foris ambulans
Cum vetula, neque in domos ingrediens
In ostio Metragyrtes.

Tales enim erant Metragyrta. Vnde eis medicantibus meritò dicebat Antisthenes: Non alo matrem Deorum quam Dij alunt. Rursus idem Comicus in actu qui dicitur *Sacerdos*, agrè ferens consuetudinem, impiam erroris arrogantiam conatur refellere, sapienter eloquens:

Nam si trahit Deum
Ad quod cupit quisquam homo cymbalis,
Hoc qui facit, certè is Deo est potentior.
Audaciæ sed vitæque hæc reperta sunt
Hominibus instrumenta.

Neque verò solus Menander, sed etiam Homerus & Euripides, & permulti alij Poëta Deos vestros arguunt, nec verentur, vel tantillum eos insequi maledictis: ¹ Iam Minervam *κλωμένην*, id est, muscam caninam, & Vulcanum *ἀμφιγυῖν*, id est, utroque pede claudum appellant. Veneri autem dicit Helena,

Atque tuis pedibus reditus tibi non sit Olympo.

² De Dionysio seu Baccho aperte dicit Homerus:

Et qui nutrices Bacchi quandoque furentis.
In medium immisit Dionysum, quæ simul omnes
Thyrsum iecerunt sæuo impellente Lycurgo.

Socratica schola verè dignus est Euripides, respiciens ad veritatem, & spectatores despiciens, aliquando quidem Apollinem, qui medias habitat sedes, in os apertissimè respondens hominibus, arguens:

Parens ei, matrem necaui ego meam,
Eum putate, vos impium & occidite,
Peccavit ille, non ego minus sciens
Eram qui honesti & ipsius iustitiæ.

¹ Aliquando autem Herculem inducens furiosum, & alicubi ebrium & insatiabilem. Quomodo enim non erat eiusmodi, qui in conuiuio virides ficus comedebat, cum carnibus, latrans tam ineptè ut id sciret vel barbarus? Iam verò in actu cui nomen est Ion, capite nudo Deos theatro aperit,

Æquum esse quæ potest, dedistis qui hominibus
Leges, rei ut vos sitis iniustitiæ?
Quod si (nam erit nunquam id, & absque re loquor)
Supplicium ob raptas luatis scæminas,
Neptune tu, & cælum tenet qui Iupiter,
Scelera luendo, templa exinanibitis.

COMMEN-

COMMENTARIVS.

^a *ΑΤΟΥΕ* hæc quidem sufficiunt. Philosophi, inquit, quæ verè de Deo scripserunt, Deo quidè inspirante scripserunt, sed à nobis acceperunt, à nostris scilicet maioribus. Quod facile intelligit etiam qui parum perspicit veritatem. ^b *Accedat autem non sufficit enim philosophia*] Non soli Philosophi, sed etiam Poëta, licet versentur in scribendis fabulis & mendacijs, de Deo tamen vera tandem scripserunt, & quas scripserunt fabulas fatentur esse digressiones à veritate, quam sibi debebant scribendam proponere. ^c *Accedat autem quicumque velit poeta*] Primum adducit Aratum Poëtam qui scripsit *Ἐπιγονήν*, id est ea quæ apparent in cælis, quem tanti fecit Paulus ut eum citaret in Actis Apostolicis. Is dicit cum primum & postremum esse orandum & ei sacrificandum, ut sint omnia firma & stabilia. Nam sine eius præsidio & auxilio omnia corruerent. ^d *Astræus quoque Hesiodus*] Hesiodus quoque dicit Deum esse omnium Regem & Imperatorem, nec vllum esse alium ex immortalibus qui hoc imperium obrineat. Quod eo magis est mirandum, quod is sit qui scripsit Theogoniam, in qua ab eo introducitur innumerabilis Deorum multitudo. ^e *Iam verò in scena*] Nulli sunt ex Poëtis qui vulgi magis sequantur opinionem & consuetudinem quàm Scenici, & tamen duo ex ijs Tragici, Euripides & Sophocles, de Deo veram habuere sententiam. In his certè versibus, vult Euripides, cum cælum suspexerimus, Deum cognosci ex operibus. ^f *sophilli verò filius sophocles*] Hæc est sententia Sophoclis, vnum esse Deum cæli & terræ creatorem, idola autem & simulachra primum fuisse fabricata ad solatiuū eorū, quibus grauis aliquis casus accidisset, utpote quibus aliquis charissimus morte esset præreptus, eo tamen rem rediisse ut pij habeantur, qui colunt idola seu simulachra eorum qui sunt mortui. ^g *Hic quidem tam audacter & tam confidenter*] Orpheus qui ex professo scripsit de Deorum sacris Orgijs & mysterijs, ipsa veritate cogente de Deo tadem verè scripsit, & cum se aberrasse intellexisset, ceteros quoque qui aberrarāt, ut ad se reuersi thure Deum placēt, admonet. ^h *Te quoque pudore quodam moneant ad salutem, Deorum mortuorum*] Ad gentes ab errore & impietate abducendas, & ad fidem & salutem conuertendas, plurimum valere deberent reprehensiones, quibus Poëta suos Deos insectantur, vel inuiti ab ipsa veritate coacti. Eos autem in aliquot actibus insectatur Menander, qui sibi dicit non placere quod Deus foris ambulet cum vetula ut puta cum lena, forte ambiens ut sibi aliquam concilieret meretricem. De Metragyrta Cybeles Sacerdotibus satis antea diximus, nec opus est ut ea hic repetamus. Ij si ipem mendicabant. Irridet etiam Deorum imbecillitatem, quod cymbalis & alijs instrumentis musicis homines eos qui vellent ducere. Quod quidem de Rheæ seu Cybele fingitur à Poëtis. Vbi autem legitur, Audaciæ sed vitæque hæc reperta sunt hominibus instrumenta, Græcè quidem est *βίαι*, sed conicio legendum esse *βίαι*, id est violentia, ut sit inter *παύσις*, id est audaciam, & *βίαι*, id est violentiam, aliqua affinitas. Significat autem cymbala & huiusmodi instrumenta, ab hominibus esse inuenta ad excitandam audaciam & violentiam. ⁱ *Iam Minervam κλωμένην*, id est Muscam] Cum imprudentia omni Muscarum generi merito tribuatur, ea quidem certè quæ Camina dicitur nihil est impudentius. Cum ergo Poëta *κλωμένην* appellant Minervam, eam intelligi volunt impudentissimam. Vulcanus quoque ab eis dicitur esse *ἀμφιγυῖν*, id est utroque pede claudus, ut qui à Ioue in Lemuum insulam præcipitatus claudus factus sit. ^k *De Dionysio seu Baccho aperte dicit*] Præter Homerum Euripides quoque Deos maledictis est insectatus in multis Actibus & Comædijs, maiorem veritatis habens rationem quam spectatorum, qui falsos Deos colebant. Inducit autem Euripides Orestem culpam in Apollinem conferentem, quod matrem occidisset, cum respondisset eum iure posse occidere matrem, quæ maritum suum ipsius patrem occidisset, eum ergo esse impium qui iussisset, non se qui paruisset. ^l *Aliquando autem Herculem inducens*] Inducitur etiam ab Euripide Hercules, & furès & ebrius & insatiabilis: voracem autem fuisse Herculem dicit Athenæus omnes Poëtas & scriptores demonstrasse. Sed quod virides ficus comederet cum carnibus, latrans tam inepte, ut id sciret vel Barbarus, non alibi memini me legere.

Euripides
censet Deū
cognosci ex
operibus.

Athen.
lib. 10.

^m *Tempus est itaque alijs prius ordine peractis, venire ad scripturas propheticas. Prophetarum enim responsa, materiam nobis aperte præbentia ad Dei cultum & religionem, veritati iaciunt fundamentum. Diuinæ autem scripturæ, honestæque & moderatæ vitæ institutiones, quæ sunt via compendiosa, nudæ à verborum fucis & illecebris, efficiunt ut erigatur & exurgat homo qui suffocatur à vitio, casus eorum quæ ad victum pertinent contemnentes, una & eadem voce multa remedia afferentes, à damnosis quidem fraudibus nos dehortantes, ad præuisam autem salutem aperte adhortantes.* ⁿ *Prophetissa itaque Sibylla nobis prima canat canticum salutare;*

Omnino en clarus, nullóque errore vagatur.
Dimissis tandem nebulis tenebrisque venite.
Solis lux grata aspectu clarissima fulget,
Figaturque animis præstans sapientia vestris.
Est mittens imbres Deus vnus, fulgura, motus,

G ij

Fulmina, pestes atque fames, & tristia cuncta,
Et glaciem, atque niues. Quid opus tibi singula dicam?
Est cæli princeps, Dominus terræ is quoque verè est.

Diuinè profectò errorem quidem tenebris assimilās, Soli autem & Dei luci cognitionem. Vtrunque autem adducens in comparationem, docet electionem. Falsum enim non per solam veri allationem exterminatur, sed per usum veritatis per vim eiectionis fugatur. Hieremias autem Propheta sapientissimus, vel in Hieremia potius sanctus Spiritus, Deum ostendit: Deus appropinquans ego sum, inquit, & non Deus procul. Si fuerit homo aliquis in occulto, & ego non videbo ipsum? An non calum & terram ego impleo? dicit Dominus. Rursus autem per Esaiam: Quis metietur, inquit, calum palmo, & terram omnem pugillo? Vide Dei magnitudinē, & admirare. Eum adoremus de quo dicit Propheta: A facie tua montes liquefcent, sicut cera à facie ignis. Is est, inquit, Deus, cuius calum est thronus, terra autem scabellum pedum eius, qui si calum aperuerit, te terror apprehendet. Vis autem etiam audire quid hic Propheta dicat de simulachris? Traducuntur, inquit, coram Sole, & erunt eorum morticina escæ volucris celi & bestiis terra, & putrescent à Sole & Luna. Ipsi amauerunt ea quibus ipsi etiam seruierunt, & ciuitas eorum incendetur. Dicit autem fore, ut etiam elementa & mundus cum eis pereant: Terra, inquit, veterascet, & calum præteribit, verbum autem Domini permanet in æternum. Quid verò quando Deus rursus voluerit seipsum per Moysen ostendere? Videte videte quod ego sum, & non est alius Deus præter me. Ego occidam & ego viuere faciam, percutiam & ego medebor, & non est qui eripiet è meis manibus. Sed visne adhuc alium audire responsa dantem? Habes vniuersam chorum Prophetarum, Moysi, inquam, sodales simul cum eo canentes. Quid eis dicat Spiritus sanctus, per Osee Prophetam, non dubitabo dicere: Ecce ego firmans tonitru, & creans spiritum, cuius manus cali quoque fundant militiam. Præterea per Esaiam hanc quoque tibi vocem redigam in memoriam: Ego sum, inquit, Dominus, ego sum qui loquor iustitiam, & annuncio veritatem, congregamini & venite. Simul consultate qui seruamini à Gentibus. Non cognouerunt qui tollunt lignum, sculpturam eorum, & deos orantes qui eos non seruabunt. Deinde paulo inferius: Ego, inquit, Deus, & non est præter me iustus, & seruator non est excepto me. Conuertimini ad me, & salui estote qui estis ex finibus terræ: Ego sum Deus, & non est alius, per meipsum iuro. Idololatriæ autem indignatur dicens: Cui assimilastis Dominum, aut cui similitudini assimilastis ipsum? Num imaginem fecit faber, aut aurifex auro fuso ipso illinit? & quæ deinceps consequuntur. Non amplius ergo sitis vos idololatriæ, sed nunc quoque minas caute. Eiulabunt enim sculptilia, & quæ manu facta sunt, vel non potius qui fiduciam in eis habuerunt: est enim materia nullo sensu prædita. Præterea Dominus, inquit, concutiet vrbes quæ habitantur, & manu comprehendet vniuersum orbem terræ tanquam nidum. Quid tibi annunciem sapientiæ mysteria & verba, ex erudito quodam Hebræo? Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua, & Dominus dat sapientiam, & à facie eius cognitio & intelligentia. Quousque piger iaces? quando autem ex somno excitaberis? Sin autem fueris impiger, veniet tanquam fons messis tua, verbum paternum, bonus lychnus, Dominus qui inducit lucem, fidem omnibus & salutem. Dominus enim qui fecit terram in virtute sua, ut ait Hieremias, erexit orbem terræ in sapientia sua. Nos enim qui procideramus ad simulachra, sapientia, quæ est verbum eius, erigit ad veritatem: & hæc est prima à lapsu resurrectio. Vnde ab omni idololatria debortans diuinus Moyses, pulcherrimè clamauit: Audi Israël, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est, & Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Nunc ergo o homines intelligite,

intelligite, ex sententia beati illius Psalmographi; Apprehēdite disciplinam, ne aliquando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta, quando exarserit velociter furor eius. Beati omnes qui confidunt in ipso. Iam verò nostri mirandum in modum miserans Dominus, nobis tradit modum salutarem, veluti numerum quem vocant ἐμβατήριον, quod hortetur ad ingrediendum: Filij hominum vsquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem & queritis mendacium? Quenam autem sit vanitas, & quod est mendacium, sanctus Domini Apostolus Gracos reprehendens, tibi exponet: quod cum Deum cognouissent, non ut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & mutauerunt gloriam Dei in similitudinem carnis corruptibilis, & seruierunt creatura potius quam creatori. Atqui hic est Deus, qui in principio fecit calum & terram. Tu autem Deum quidem non intelligis, calum autem adoras, & quomodo non te impiè geris? Audi rursus Prophetam qui dicit: Deficiet quidem sol, & calum obscurabitur, resplendet autem omnipotens in æternum, & mouebuntur calorū virtutes, & cali conuoluentur ut pellis, ut qui extendantur & contrahantur (hæ enim sunt voces prophetica) & terra fugiet à facie Domini. Possum tibi scripturas afferre innumerabiles, quarum ne apex quidem vnus præteribit, qui non fuerit perfectus. Os Domini vocat Spiritum sanctum, ea Deo tribuens quæ sunt hominis, & per ἀνθερωποπαθειαν se hominibus accommodans: Ne amplius ergo, inquit, fili mi negligas disciplinam Domini, neque defatigeris cum ab eo corripieris. O insignem humanitatem: non ut magister discipulos, neque ut ministros Dominus, nec ut homines Deus, sed ut pater, quam benignè admonet filios. Deinde fatetur quidem Moses, se timere & tremere cum de verbo audiret. Tu autem verbum diuinum audiens, non times? non es anxius? non simul & reuereris & studes discere? hoc est, non festinas ad salutem, timens iram, diligens gratiam, spem amplectens & admirans, ut declines iudicium. Venite venite o meorum iuuenum cætus: nisi enim efficiamini rursus ut pueri, & regeneremini, ut ait Scriptura, eum qui verè est pater non recipietis, neque vnquam in regnum calorū intrabitis. Quomodo enim hospiti permissum est ingredi? Sed quando, ut puto, inscriptus fuerit, & cuius effectus, & patrem acceperit, tunc erit in numero filiorum patris, tunc dignus habebitur qui sit hæres, tunc germano & dilecto regnum paternum impertiet. Hæc est enim primogenita ecclesia, quæ constat ex multis bonis pueris. Hi sunt primogeniti, qui descripti sunt in calis, & vnâ cum tot angelorum millibus diem festum celebrant. Primogeniti autem nos filij, qui sumus Dei alumni, qui primogeniti sumus germani amici, qui primi ex aliis hominibus Deum intelleximus, qui primi à peccatis auulsi, qui à diabolo primi sumus separati. Nunc autem sunt quidam tanto magis impij, quanto est benignior Deus ac humanior. Deus enim ex seruis vult nos fieri filios, illi autem etiam effici filij contempserunt. O magnam arrogantiam: Dominum pudore afficitis. Libertatem pollicetur, vos autem aufugitis in seruitutem. Salutem gratis largitur, vos autem ad hominem descenditis. Vitam donat æternam, vos autem supplicium expectatis, & ignem præstolamini, quem parauit Dominus diabolo & angelis eius. Propterea beatus Apostolus: Testor, inquit, in Domino, ne amplius ambuletis sicut & Gentes ambulant in vanitate mentis suæ, obscurati cogitatione, & alienati à vita Dei, propter ignorantiam quæ est in ipsis, propter cæcitatem cordis ipsorum: qui quidem seipsos tradiderunt, indurati impudicitie, ad operationem omnis immunditie & auaritie. Tali teste refellente hominum ignorantiam, & Deum inuocante, quidnam restat aliud incredulis, quam iudicium & condemnatio? Non negligit autem Dominus, suadens, terrens, adhortans, excitans, admonens. A somno quidem certè excitat, & ab ipsis tenebris eos qui aberrauerunt facit surgere: Expergiscere, inquit, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus

dominus, Sol resurrectionis, qui ante Luciferum gignitur, qui largitus est vitam propriis radiis. ¹ Ne quis ergo Verbum despiciat, ne seipsum imprudens despiciatur. Dicit enim alicubi Scriptura: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres vestri in probatione. Quenam est autem probatio? Si velis discere, exponet tibi sanctus Spiritus: Et viderunt, inquit, opera mea quadraginta annis. Quare proximus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde. Ipsi verò non cognouerunt vias meas, sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. ² Videte minas, videte adhortationem, videte honorem. Cur ergo adhuc gratiam mutamus in iram, & non patentibus auribus Verbum suscipientes, in castis animis Deum hospitio excepimus? ³ Est enim magna gratia eius promissionis, si hodie vocem eius audierimus. Illud autem, hodie, augetur in unoquoque eius die, donec nominatur hodie. Usque ad consummationem & quæ est hodie & doctrina permanet, & tunc quæ verè est hodie, quæ non deficit dies Domini, unà cum seculis extenditur. Semper ergo audiamus vocem Verbi diuini. Hodie enim est imago aeterni seculi, lucis verò signum & symbolum est dies. Lux verò est Verbum hominibus, per quod Deum contemplamur. Merito ergo iis qui crediderunt & obediunt, superabundauit gratia. Iis autem qui non crediderunt & errant corde, & vias Domini non cognouerunt, quas rectas facere & parare iussit Ioannes, iis proximus fuit Dominus & minatur. ⁴ Arque minarum quidem finem acceperunt ænigmatice veteres Hebræorum erronei. Non dicuntur enim ingredi in requiem, propter infidelitatem, priusquam ipsi Moysi successorem consecuti, serò tandem dicant se non posse aliter esse saluos, quam si Iesu crediderint. Dominus autem cum sit benignus, & amator hominum, adhortatur omnes homines ad agnitionem veritatis, qui mittit paracletum. ⁵ Quenam est ergo agnitione pietas ac Dei cultus. Est autem pietas ad omnia utilis ex Pauli sententia, habens promissionem vitæ presentis & futuræ. Quanti o homines profiteremini vos esse empturos, si salus aeterna venderetur? Ne si Pactolum quidem, qui totus aureo, ut est in fabulis, fuit fluente, quis dederit, pro salute iustum pretium numerauerit. Ne vos ergo laborasse pigeat: licet vobis, si vultis, pretiosissimam salutem emere proprio thesauro, charitate & fide vitæ, quod quidem est iustum pretium. ⁶ Hoc pretium Deus lubenter accipit. Sperauimus enim in Deo viuo, qui est seruator omnium hominum, maximè autem fidelium. Alij autem homines qui mundo adhererunt, ut pisciculi quidam qui vocantur algæ petris marinis, contemnunt immortalitatem: sicut senex Ithacensis, qui non veritatem & cælestem patriam, & eam etiam quæ verè est lucem, desiderabat, sed fumum. ⁷ Pietas autem, quæ Deo hominem quoad eius fieri potest assimilât, conuenientem sibi magistrum adscribit, nempe Deum, qui vel solus potest pro dignitate hominè Deo assimilare. ⁸ Hanc doctrinam Apostolus cum sciret verè esse diuinam, Tu autem, inquit, o Timothee, ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem in Christum. Sunt enim verè sacræ literæ, quæ sacros faciunt & deificant. Ex quibus literis & sacris syllabis compositas scripturas & opera, idem consequenter Apostolus appellat scripturas diuinitus inspiratas, ut quæ sint utiles ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Non adèo autem admirabitur quispiam aliorum sanctorum adhortationes, ut ipsum Dominum, qui est benignus & humanus. Nullum enim aliud est ei præterquam hoc solum opus, ut homo saluus fiat. ⁹ Clamat ergo ipse urgens ad salutem: Appropinquauit regnum cælorum. ¹⁰ Conuertit homines timori appropinquantes. ¹¹ Ea ratione Apostolus quoque Domini adhortans Macedones, sit diuinæ vocis interpres, dicens: Appropinquauit Dominus, caute

nus, caute ne deprehendatur vacui. ¹² Vos autem qui estis adèo audaces, vel potius increduli, neque ipsi Domino credentes, neque Paulo, & maximè roganti pro Christo, gustate & videte quòd Christus est Deus, fides inducet, experientia docebit, Scriptura instituet: Venite, dicens, o filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Deinde ut iis qui iam crediderunt, breuiter subiungit: Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Nos sumus, inquit, qui sumus boni adoratores, qui bonorum æmulatores ac sectatores. ¹³ Audite ergo qui estis longè, audite qui propè. Nullis celatum est Verbum, lux est communis, omnibus illucescit hominibus. Nullus est in Verbo Cimmerius, ¹⁴ festinamus ad salutem, ad regenerationem. Multi in unam cogi dilectionem festinamus, per monadica essentia unionem. Beneficio affecti, conuenienter persequamur unionem, bonam exquirentes unitatem. Quæ est autem ex multis unio? cum ex vocum multitudine & dispersione diuinam ceperit harmoniam, sit unus concentus, unum chori ducem sequens & magistrum Verbum, in eadem acquiescens veritate, dicens, Abba pater. Hanc Deus veram vocem amplectitur, eam primam à suis filiis percipiens.

COMMENTARIVS.

¹ TEMPVS est itaque aliis prius ordine peractis, cum ostendisset ipsos etiam Poetas Græcorum nos docere quales essent Dij, qui olim colebantur, accedit ad Prophetas, & diuinas scripturas quæ Deos reiciendos, vnicum autem Deum colendum docent, & ad salutem præuisam iter nobis ostendunt. ² Prophetissa itaque Sybilla. Prophetarum testimonio, veram probaturus religionem, & vnus Dei cultum, primam citat Sybillam, quam etiam dicit Prophetissam. Quod quidem videtur consulto facere, ut Iudæorum Prophetis facilius gentes assentiantur, cum intellexerint apud se quoque Sibyllam Prophetissam de Deo idem sensisse, & dixisse quod ipsi. Hos Sibyllæ versus, sic vertit Castalio in sua Sibyllinorum oraculorum versione:

Desinite in terræ noctis tuiubare tenebris,
Vani mortales, noctisque nigrore relicto
Vtimini (patet en cunctis errore sine vlllo)
Sols luce, suo qui lumine cuncta serenat.
Atque hoc pectoribus sapienter noscite vestris
Vnus, qui pluuias mittit, motusque notosque,
Est Deus, atque fames, pestes, tristeque dolores,
Atque niues, glactem: sed quorsum singula pando
Imperat & cælis, & terræ præsidet. ipse est.

³ Quod autem dicit Clemens, interpretans initium versuum Sibyllæ, est eiusmodi. Per comparisonem falsi & erroris cum veritate elucet veritas, & falsum expellitur. Sed non alia ratione falsum validius eiicitur, quam si cognitam veritatem amplectamur, ut ea vtamur. ⁴ Hieremias autem Propheta. Diui Hieronymi vix in absconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus, & non Deus de longe? Si occultabitur vix in absconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus. Nunquid non cælum & terram impleo, ait Dominus. Hæc est autem sententia, Deum vbique esse, non ut qui loco comprehendatur, sed ut qui vi suæ essentia vbique sit præsens: & implere omnia, non tanquam corpus aliquod solidum, sed ut qui omnia contineat, moderetur, & regat, & absque cuius presentia omnia sint collapsura, & in nihilum redigenda. ⁵ Rursus autem per Esaiam. Hoc sic vertit Hieronymus, Quis mentus est pugillo aquas, & cælos palmo pòderauit? Quòd magis accedit ad Hebraicam veritatem. Vtraque autem versio significat tantam Dei esse magnitudinem, ut cum ipse sit immensus, & sub nullam cadat mensuram, ipse tamen sit rerum omnium mensura, & omnia facile metiatur. ⁶ Eum adoremus, de quo dicit Propheta. Nostra versio sic habet, Vtinam dirumperes cælos & descenderes. A facie tua montes defluerent, sicut exultio ignis tabescerent. Sexagesimi sexti autem Esaiæ capitis initium, in nostra versione sic habet, Hæc dicit Dominus. Cælum sedes mea est, & terra scabellum pedum meorum. His autem significatur stupenda Dei potentia, & omnem modum exuperans magnitudo. Quod autem addit Clemens, Qui si cælum aperuerit, te terror apprehendet, nec est in Hieronymi versione, nec in Septuaginta. ⁷ Vis autem etiam audire. Cum non inueniantur quæ hic citantur in eo loco in quo citantur, constat autem inueniri in scriptura, possumus dicere quòd dicit Hieronymus in tertio Matth. Porphyrius istum locum Marci Euangelistæ principio comparat, in quo scriptum est, Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptum est in Esaiâ Propheta &c. nos certe dicere possumus, de diuersis scripturarum testimoniis vnū corpus effectum. ⁸ Quid vero quando Deus. D. Hieronymi versio sic habet, Videte quod ego sum solus, & non sit alius Deus præter me. Ego occidam, & ego viuere faciam. Percutiã, & ego sanabo; & non est qui de manu mea possit eruere. Magnam autem emphasim habet illa conduplicatio apud Septuag. Videte, videte ad attentos reddendos auditores. Significat enim id quod dicitur esse magni momèti, & esse diligenter considerandum. Solus non est apud Septuaginta, sed cum soli Deo esse cõueniat, nam quæcunque alia dicuntur esse, non sunt nisi per participationem, quam ab illa suprema acceperunt essentia, sufficit dicere Deum esse. Tria autem hac Dei loquentis sententia significatur, Deum esse, ex quo intelligitur, alia omnia non esse, non esse alium Deum, quo fit, ut quicumque alij dicuntur Dij, non sint Dij. Deum esse omni-

potentem, ut in cuius manu & potestate sint omnia, ex quo intelligitur omnem potestatem esse à Deo. ² *sed vis ne adhuc alium.* Hoc ipsum hic quoque dicendum est, quod superius accepimus ex Hieronymo in Matthæum. Non est certè mirum, si quod in vno inuenitur Propheta testimonium, ex alio citetur, dum id constat inueniri in scriptura. ¹ *Præterea per Esaiam.* Hunc locum exponens D. Hieronymus; Deus, inquit, suam ostendit iustitiam, quod non solum Iudæorum sit Dominus, sed & gentium. Ipse enim cæli factor & terræ, æqualiter omnium Deus est, & nõ ob aliam causam creauit terram, nisi ut hominum esset habitaculum, qui suam adorarent, & intelligerent creatorem. Nam & in monte Sina, de excelso eius vertice, hæc audientibus populis est locutus; Non erunt tibi Dij alieni absque me, nec facies tibi idolum. Sed melius est ut hoc dictum de Euangelica prædicatione credamus. Moyses enim in abscondita solitudine, vni tantum locutus est populo, Apostolorum autem sonus in vniuersum orbem exiit, & verba eorum vsque ad terminos orbis peruenierunt. &c. ¹ *Non amplius ergo sicut.* Postquam Prophetarum scriptis docuit vnum Deum esse adorandum, & ostendit Esaiam idololatriis merito indignari, nunc hortatur Clemens idololatrias, ut desinant idola colere, maxime cum idolorum & ipsorum idololatriarum interitus, quem in multis locis minatur Deus, impendat. ¹ *Quid tibi annunciem sapientiæ mysteria.* Eruditum Hebraum Solomonaem vocat Clemens, ex eius enim prouerbis sumptum est, quod hic dicitur. Id autem mysterium merito vocat Clemens, ut quod de increata Dei sapientia, nempe de Deo verbo, intelligatur. Quod autem Septuaginta interpretum versio habeat, Dominus creauit me in initio viarum suarum, quo maxime nitentur Arriani, ut probarent creatum esse Dei filium, & ea ratione cum esse creaturam: ad quod refellendum multa ab antiquis Doctoribus Græcis, ingeniose sunt excogitata, Diuus Hieronymus Hebraicam secutus veritatem, vertit; Possedit; quod quidem Arrianorum omnem peremit dubitationem, & argumentationem. Hanc Dei sapientiam, Verbum, inquam, Paternum pigri non assequuntur, assequuntur autem impigri, tanquam plenam & fontis instar emanantem laborum suorum messem. Hoc autem Verbum, id est, hanc Dei sapientiam vocat etiam Clemens bonum lychnum, id est, bonam lucernam, Dominum scilicet Iesum Christum, qui inducit lucem, fidem omnibus & salutem. Ex quo elicitur Dei quidem donum esse fidem & salutem, ut qui sua preueniente gratia, nos ad eum accersat: sed non dari pigris, verum impigris, qui bonas Dei inspirationes amplectuntur, & Deum vocantem sequuntur. Primum autem quod nobis inspirat Deus verbum, Dei, inquam, sapientia, est ut fugiamus idololatriam. ¹ *Dominus enim qui fecit terram.* Hunc quidem locum aliter interpretatur Hieronymus, ut videre licet in eius Commentariis. Sed Clemens suo eum instituto accommodans, dicit Deum qui in virtute sua, id est per filium suum, terram creauit, per sapientiam, id est, per eundem filium, qui Dei Verbum dicitur, virtus, & sapientia, orbem terræ qui lapsus erat ad idololatriam, ad veritatem erexisse, id est, ad veri Dei cognitionem & adorationem. Hæc est autem, inquit, prima à lapsu resurrectionis: Id est, Ei qui lapsus est in idololatriam, id est, in idolorum & falsorum Deorum cultum, hoc primum est faciendum, ut verum Deum agnoscat & colat, & ita à lapsu resurgat. Pulchra est autem antithesis, in eo quod nos qui procideramus erexit sapientia. ¹ *Vnde ab omni idololatria dehortans.* Et Moysis & Psalmographi Davidis autoritate, probat fugiendam esse idololatriam, & vnum Deum colendum. Quod autem Septuaginta Interpretes verterunt; Apprehendite disciplinam; Hebraica veritas habet; Osculamini filium, quod nostræ à Christo Dei filio instituta religioni est accommodatus. ¹ *Iam vero nostri.* Dominus Deus volens omnes saluos fieri, apud Psalmographum hortatur, ut vanis relictis, nempe simulacris & eorum cultu, Ecclesiæ nauem ingrediantur, extra quam nulla est salus: *ἐμβραθέειον* autem *ῥυθμὸν* dicit cantum incitantem & hortantem ad ingrediendum. ¹ *Deinde fatetur quidem Moyses.* Ad Dei inuitantis benignitatem, Gentes est adhortatus: nunc autem ne Dei humanitatis eos negligentes redderet & supinos, ad timorem eos reuocat, iram Dei eis proponens, & futurum iudicium, ut gratiam Dei, & futurorum bonorum spem amplectentes, æternum vident supplicium impiis & sceleratis infligendum. Moysis autem exemplo eis suadet timorem, qui & Dei visionem in rubo ardente visurus, & de eo verbo auditurus, abscondit faciem. Non enim audebat aspiceret contra Deum. ¹ *Quomodo enim hospiti permissum est.* Quomodo hospes seu externus cuius non est, nisi qui inscriptus fuerit in numerum ciuium, & qui est extra familiam non sit filius, nisi fuerit adoptatus, & tunc demum dignus est qui sit hæresita in regnum cælorum non intrat, nisi qui factus ciuis supernæ ciuitatis Hierusalem, & regni cælestis hæres esse non potest, nisi qui à Patre in Filium fuerit adoptatus. Christiani autem omnes ita adscripti in numerum ciuium, & à Deo patre in filios adoptati, primogenitam constituunt Ecclesiam, eruntque hæreses regni cælestis, nisi sua culpa à patre exhæredentur. Quod autem hic dicit Clemens, id accepit ex Epistola Diui Pauli ad Hebr. in qua sic dicit: Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuientis, Hierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cælis, &c. Ex quo facile potest intelligi quantæ auctoritatis eius tempore fuerit hæc epistola, quam tamen ausi sunt quidam nostro tempore negare esse Pauli. ¹ *O magnam arrogantiam.* Exclamando inuehitur in eorum arrogantiam, qui cum à Deo oblata eis beneficia amplecti, & magni facere deberent, ea contempnunt, & Dei spernentes benignitatem eum pudore afficiunt. Non quod Deus pudore possit affici, in quem nulla cadat animi perturbatio, sed humano more loquitur per *ἀνθρώπων ὄραν.* Solent enim ægre ferre homines, quædò vident suam sperni liberalitatem & beneficentiam. Ornat autem suam orationem ex aduerso positis antithesis, ut qui seruitutem opponat libertati, descensum autem ad homines qui sunt miseri & mortales, saluti, supplicium autem & ignem æternum, vitæ æternæ. Ignem autem illum, dicit Dominum parasse Diabolo & Angelis eius, congruenter ei quod dicit Christus Iudex apud Matthæum, lata in impios & sceleratos sententia qui erant à sinistris. Descendite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & angelis eius; Paratus, inquam, à Domino, ab ipso Iudice Christo, non hominibus, sed Diabolo & Angelis eius, id est Dæmonibus: Nam qui à gratia penitus exciderant, nullam à Deo salutem poterant expectare, cum Deus velit omnes homines saluos fieri. Iam verò cum Diabolo & Angelis eius paratus sit ignis æternus, merito est damnanda illa plane impia Origenis sententia, quod futurum sit tandem ut Dæmones salutem assequantur. ¹ *Non negligit autem*

Exod. 20.

Psal. 18.

Exod. 2.

Matth. 25.

autem Dominus. Non solum obtestatur Paulus, sed ipse quoque Dominus omnem dat operam, ut homines è tenebris excitatos ducat ad lucem. Quod autem dixit Paulus, Clemens tribuit Domino. Nam per os Pauli loquitur Christus; An experimentum quæritis, inquit, eius qui in me loquitur Christus. Christum autem Dominum vocat Clemens, Solem resurrectionis, tum quod à vitiorum tenebris excitatos illuminet virtutibus, tum quod ad vitam æternam credentes sit deducturus. Ante luciferum autem eum gigni dicit, id fecutus quod apud Psalmographum dicit ipse Deus; Ego ante luciferum genui te. Gigni autem dicit, non autem esse genitum, quod sit æterna filij Dei generatio. Vitam autem eum esse dicit largitum propriis radiis. Nam ipse quoque aliquando se dicit esse viam, veritatem & vitam: aliquando autem vitam & resurrectionem. Ipse ergo cum sit vita, est etiam autor vitæ, quam largitur omnibus. Quod autem dicit eum esse largitum propriis radiis, hoc dicit, non quod materiatis habeat radios, sed quod cum eum dicit esse Solem, quod quidem dicitur per metaphoram, metaphoricè quoque ei tribuit radios, qui significat influentem eius virtutem. ¹ *Ne quis ergo verbum despiciat.* Verbum dicitur & hypostaticum, quod dicitur Dei filius, & *ἁγιογενῆς*, id est, quod enunciat & profertur. Vtrouis autem modo accipiatur, non est verbum despiciendum. Nec verbum, inquam, Dei filius, qui pro salute nostra descendit de cælis: nec verbum quod est pronunciatum, vel scriptis mandatum, ut religionem & rectam vitæ agendæ rationem disceremus. Qui Verbum, utrouis modo sumatur, despexerit, seipsum despicit, ut qui suæ salutis non quam par est curam gerat. Verba Dei loquentis non audierunt Hebræi in deserto, nec eius præceptis paruerunt. Quo factum est, ut cum quadraginta annos cum eis versaretur, & mirabilia edens opera eos tentaret & probaret, ipsi verò peruicaci & obstinato corde, eius præcepta & vitæ agendæ instituta, tanquam ea non agnoscentes, non obseruarent; iurauit eos non intraturos in requiem suam, & quod iurarat recipia sit adimpletum, cum vno & altero excepto, ex tam multis Israelitarum millibus terram promissam nemo intrarit. Ita qui Dei Verbum quod nobis est annunciatum, vel non audit, vel auditum despicit, promissum regnum cælorum non intrabit. ¹ *Videte minas, videte adhortationem.* Cum Deum & minas intentantem, & nos adhortantem audiamus, & quantum nobis promittat honorem videamus, cur Dei gratiam mutamus in iram, id est, cur Deum ad iram prouocamus, qui nos gratis magnis afficit beneficiis, & non verbum eius attentis auribus & animis audientes, omni immunda cogitatione & peruicacia expulsa, Deum hospitio excipimus? Non satis est autem verba Dei audire, nisi etiã ea reipsa exequamur, bonasque & Deo dignas edamus actiones. Nam ut dicit Dominus in Euangelio dilecti sui discipuli; Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. ¹ *Est enim magna gratia eius promissionis.* Magnum est, inquit, beneficium eius quod nobis promissit, si hodie vocem eius audierimus. Promissit nobis regnum cælorum & vitam æternam. Magna est gratia, magnum, inquam, donum gratis datum, cum nulla nostra præcessissent merita. Sed addita est conditio; Si hodie vocem eius audierimus. Vita quidem æterna est Dei gratia, ut quæ à Deo detur gratis, non tam nostrorum meritorum habita ratione, quam suæ bonitatis, additur tamen conditio; Si vocem eius audierimus; Hodie. Quid sibi vult illud hodie; Illud, inquit, hodie augetur. Quotidie est hodie, & quotidie est dies Domini, qui non deficit. Cum quotidie ergo & in vnoquoque die Domini sit hodie, cum seculis extenditur, & est semper hodie. Ex eo infert; Semper ergo audiamus vocem verbi Domini. Hodie ergo audire, significat semper audire vocem Domini. Hodie enim est imago æterni sæculi. In æternitate nulla habetur ratio temporis, quod circumscribitur per numerum eius, quod est prius & posterius: Ita cum hodie sit quotidie, & in vnoquoque die sit hodie, & nulla habeatur ratio diei præcedentis, & diei sequentis; hodie audire, est semper audire. Hodie ergo est imago æterni sæculi. Dies verò est signum & symbolum lucis, id est, lux significatur per diem. Non enim lux idem est quod dies, cum lux creata fuerit ante diem: Sed nec lux illa creata vera est lux. Vera lux illa est, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, nempe Verbum. Præclare ergo dicit Clemens, Lux est Verbum per quod Deum contemplanur. Sicut enim nihil aspectabile potest videri absque luce, ita quod cadit sub intelligentiam, id est, *νοῦν*, quod in primis est ipse Deus, absque Verbo, quod Græcè dicitur *λόγος*, id est Verbum, sermo, & ratio, nemo potest contemplari. ¹ *Atque minarum quidem finem.* Errarunt quidem Hebræi, ut qui Dei vocem non audierint, & eius viam non cognouerint: nec prius cessarunt errare quam Iesus, quem Iosue appellant, Mosis successit, & Hebræorum reliquias in terram induxit promissam, lacte & melle fluentem. Is Iesus, seu maui Iosue, fuit typus & figura Iesu seruatoris nostri, qui ex Iudæis paucos qui crediderunt, nempe Apostolos & Discipulos, & aliquot cæterorum millia in terram promissam, nempe in regnum cælorum induxit, & postremo futura sunt etiam saluæ eorum qui crediderint reliquiæ. Quoniam ergo pauci ex iis crediderunt, si conferantur cum gentibus, quæ Christi fidem protinus sunt amplexæ, iure dicit Clemens eos serò tandem discere, se aliter non posse esse saluos, quàm si Iesu crediderint. ¹ *Quanam est ergo agnitio.* Quanam sit illa agnitio veritatis, ad quam nos hortatur Dominus, docet Clemens, dicens, Pietas ac Dei cultus. Si solus Deus est veritas, excepto enim Deo nihil vere est, cum quidquid sit præter Deum, non est nisi per participationem, is deum agnoscat veritatem, qui est pius & Dei cultor. Is autem demum vere colit Deum, qui Deum adorat in spiritu & veritate. Est autem pietas, ut scribit Diuus Paulus, ad omnia utilis. Nam si ea extenditur ad præsentia & futura, est perspicuum eam ad omnia esse vtilem. Ea autem, inquit, habet promissionem vitæ præsentis & futuræ. Quod autem pietas ad vtrunque sit utilis, docet ipse Christus dicens. Quærite primum regnum Dei, & cætera adicientur vobis. Viro ergo bono & pio quærenti, regnum Dei promittitur, & interim non defutura, quæ sunt huic vitæ necessaria. Quæ ne desint in oratione Dominica iubemur dicere; Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quamuis autem in hac vita multa sint quæ nos perturbant, & molestiam nobis afferunt, hoc tamen nos debet consolari, quod vere pii (si autem sunt qui Deum diligunt) omnia cooperantur in bonum. Neque ergo pii deest aliquid in hac vita, & in posterum vita expectatur vita æterna, ut quæ sit promissa. Salute nihil est præciosius, quanto magis æterna? Cur autem vocet Clemens fidem vitæ, non satis intelligo, nisi fidem in Christum vocet fidem vitæ, ut qui ipsa sit vita. ¹ *Hoc pretium Deus libenter accipit.* Deus tanti facit charitatem & fidem, ut æter-

2. Cor. 13.

Psal. 109.

Ioan. 4.

10

20

30

40

50

60

Ioan. 14.

Rom. 6.

Ioan. 7.

Matth. 6.

Ioan. 14.

nam vitam, earum prætio vendat hominibus. Quamuis ergo gratia Dei sit vita æterna, cum tamen ea vendat iis qui offerunt opera quæ à fide & charitate procedunt, constat opera ad æternam salutem esse necessaria. Quo fit ut non soli fidei ascribenda sit nostra salus. Causam autem mox subiungit, cur charitatis & fidei pretium Deus lubens accipiat. Nam cum Deum diligamus, est enim charitas Dei dilectio & proximi, & in eum credamus, & ab eo speremus, qui est seruator omnium, maxime autem fidelium, non est mirum si quæ nostra sunt, & ab eo nobis donata, ei sint grata & accepta. Alij qui mudo ita sunt affixi, ut toti in eo sint, & cœlestem patriam & vitam immortalitatem contemnunt, non est mirum si à Deo contemnuntur: *φύμα* dicit Etymologicum Græcum esse in mari nata animalia. Dicuntur etiam *φύμα* alga & spuma marina. Per senem autem Ithacensem, intelligit Vlysem, qui maluit Ithacam patriam suam, quantumuis paruum & instar nidi petra affixam, & fumum è domo suæ camino videre exilientem, quam cum Circe trui voluptatibus, & esse immortalem. Quod autem dicit Clemens esse seruatorem omnium hominum, maxime autem fidelium, non est ita intelligendum, ut quod vult Origenes, salui tadem futuri sint omnes homines, & non soli homines, sed etiam Dæmones. Sed quod dicit Psalmographus; Homines & iumenta saluabis Domine, ita est intelligendum, ut Deus omnibus det salutem, sed non eodem modo. Nam bonis quidem & piis salutem dat æternam, cum malis autem præclare agitur, si utcumque salutem habeant temporalem. Iumenta quoque conseruat, cum eis aliquot annorum spatium non afferat interitum, sed ea sinat viuere ad usum hominum. Quomodo Dæmones quoque dici potest seruare, cum eos non ad nihilum redigat, sed eis suam relinquat essentiam. ^b *Pietas autem quæ Deo hominem.* Formatus quidem est homo ad Dei imaginem & similitudinem: sed peccata effecerunt, ut homo procul esset à Deo, & ab eius imagine & similitudine longissimè discederet, sed pietas & verus Dei cultus, Deum colendo & oratio efficit, ut ad Deum propius accedat, ut qui in spiritu & veritate Deum adorans, ipse quoque fiat spiritualis. Ad hoc efficiendum non est ei alius conuenientior magister quam ipse Deus. Eum itaque ipsa sibi adscribit magistrum. Is solus potest Deo hominem maxime assimilare pro dignitate. Nam si tales euadimus quales sunt ij cum quibus versamur, quidni Deo euadant similes, qui dies & noctes Deum cogitant, in spiritu & veritate eum adorantes, & quorum omnis, ut cum Diuo Paulo dicam, conuersatio est in cœlis? Sed vbinam docet Deus eos quos docet Deo effici similes? In sacris scripturis: hoc ut scias, vide quæ sequuntur. ^c *Hanc doctrinam Apostolus.* Si tibi est, inquit, curæ tua salus, sacræ literæ te instruent ad salutem. Sed quomodo? Per fidem in Christum. Tum demum enim tibi proderunt sacræ literæ ad hoc ut saluus fias, si in Christum credas. Legebat quidem Eunuchus Esiam, sed eius lectio tum demum ei profuit, cum à Philippo accepta eius intelligentia, ab ipso saluari lauacro fuit rinctus. ^d *Clamat ergo ipse.* Sicut Baptista præcuratoris, ita etiam ipsius Domini initiū fuit prædicationis. Penitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Appropinquauit, inquam, non appropinquabit, est enim Græce *ἤγγικα*. ^e *Conuertit homines timori appropinquantes.* Nihil est quod à peccatis magis homines auertat, & ad virtutem cōuertat, quam si sibi viderint impendere pœnas suorum peccatorum, cum interim appropinquet mercês eorum quæ recte gesta sunt & è virtute. Conuertit ergo Dominus homines timori appropinquantes, id est timentes ne breui sint daturi pœnas suorum peccatorum. ^f *Ex ratione Apostolus.* In Diui Pauli epistola ad Philipenses, quos constat fuisse Macedones: sunt hæc verba; *ὁ κύριος ἐγγύς*, id est, Dominus prope est, non autem *ἤγγικα*, id est, appropinquauit Dominus. Quod autem subiungit Clemens, *εὐλαβεῖσθε, μή κατὰ τὴν φωνὴν κενοί*. in ea epistola non inuenitur. Quo fit ut suspicor id à sciolo aliquo fuisse additum. Quod autem dicit Clemens, Apostolum fieri diuinæ vocis interpretem, nisi fallor ita est intelligendum, Appropinquare regnum cœlorum, idem esse quod, Prope est Dominus, qui & bonis dat regnum cœlorum, & malis irrogat pro meritis supplicia. Ex quo sequitur esse cauendum ne depræhendamur vacui, ne si virtutibus vacuos nos Dominus depræhenderit, is nos meritò condemnet. Hæc est mea cuiusmodicunque coniectura. ^g *Vos autem qui estis ad eōs audaces.* Cōuertit sermonem ad gentes quæ non credunt, & ad eos qui non crediderunt, suaderetque ut omnes Verbum audiant quod est omnibus reuelatum, nulli celatum. Dicens autem, Paulo roganti pro Christo, intelligit eum fungentem legatione. Tria autē dicit quibus ad Christum adducitur infidelis: per fidem. Nam ut in omnibus disciplinis sunt quedam credenda tanquam principia, sine quibus eas non possumus assequi, ita Christum esse Deum primum est credendum. Paulo post autem id ab ipsa docetur experientia, cum constet Christum ea fecisse quæ solus Deus potest facere. Id postea docet scriptura, quæ & ostendit ea quæ de Christo sunt prædicta, bonisque instituit præceptis & instituit eos qui sunt initiati. Vult autem Verbum audiri ab omnibus: Ideo enim profertur, ut id omnes audiant; Id Verbum dicitur etiam lux vera, & sicut lux omnibus est communis, ita Verbum omnibus illucescit, nisi si qui sua culpa claudant oculos. Cimmerici populi Septentrionales sunt ad eō Sole remoti, ut velint nolint, perpetuo cogantur esse in tenebris. Sed in Verbo nullus est Cimmericus, nisi qui sua culpa illucescentem lucem nolit videre; Sunt autem Cimmerici qui etiam dicti sunt Cymbri, qui cum Romanis olim bellum gesserat, à quibus Duce Mario sunt insigni victoria victi, fusi & profligati. ^h *Effluemus ad salutem.* Cum Deus ipse, inquit, nostram ita procuraret salutem, ut præcipuum atque ad eō vnum eius sit opus ut salui simus, non est nobis cunctandum. Festinemus ad salutem, festinemus ad Baptismi regenerationem, est enim baptismus prima ianua ad salutem: Est vnus, inquit, Deus, cui in Baptismo nomen damus. Ut est autem vnus Deus, licet eius distinctæ sint personæ, vna enim est essentia, diuersæ autem eius hypostases: ita nos qui multi sumus, in vnum cogamur & conciliemur. Id in nobis efficiet vnio monadicæ essentiæ: Vnio autem dicitur monadicæ essentiæ, qua Patris & Filij & Spiritus sancti, tres personæ seu hypostases conueniunt in vnam essentiam diuinitatis. Apud musicos dicitur harmonia, multarum vocum, nempe acutarum & grauium, quæ alioqui separatæ dissonant ac discrepant, vnio vnum efficiens concentum. Ita in Dei Ecclesia fit vnio, quando multorum voces in diuinam coeuntes harmoniā vnum efficiunt concentum, qui vnum sequitur Chori Ducem & magistrum, nempe Verbum. In hoc autem maxime cōsistit hic concentus, quod in dogmatibus vnā & eandē sequatur veritatē, & vnū & eundē agnoscens patrē dicat, Abba pater. Eam veram & primā vocem Deus audit à suis filiis per gratiā ab eo adoptatis.

At, inquit,

At, inquit, nō est nobis fas euertere consuetudinem traditam à patribus. Quid verò, an non primo alimēto lacte utimur, cui certè in lucem editos nutrices nos assuescēre? Cur verò paternas facultates augemus aut diminuimus, & non æquales, ut accepimus, conseruamus? Cur autem non amplius in sinu paterno comedentes singultimus, vel etiam alia quæ dū ut infantes faceremus, & alercmur à nutricibus, risum mouimus, nō amplius facimus? sed nos ipsos etiam si pædagogos minimè habuimus, correximus. ^b Deinde in affectionibus quidem excessus, etsi sint damnosi & periculosi, dulces tamen accidunt: in vita autem, non improbā relinquentes consuetudinem vitiosamque & impiam, etsi patres ægrè ferant, declinabimus ad veritatem, & cum qui verè est pater inquiremus, tanquam letifero aliquo veneno reiecta consuetudine. Hoc ipsum enim est pulcherrimum argumentum, ad vobis ostendendum, quod ex insania & hac longè infelicissima consuetudine odio est habita pietas & Dei cultus. Nunquam enim esset odio habitum vel prohibitum tactum bonum, quo humano generi nullum à Deo datum est præstātius, nisi abrepti à consuetudine, deinde nobis oclusis auribus, ut equi duræ ceruicis habenas detrectantes, & ore frenum mordentes, fugerēt rationes, vestra quidem vitæ aurigas nos excutere cupientes: sed vos ipsos præ inscitia præcipites dantes in exitium, sanctum Dei Verbum ducitis execrandum. ^c Vestra itaque electionis vos consequuntur præmia, ex Sophoclis sententia:

Mens vana, inutiles aures, curæ irritæ.

Et nescitis hoc longè esse omnium verissimum, quod boni quidem & piij bonam consequuntur remunerationem, ut qui bonum honorarint: qui autem contrā sunt mali, supplicium conueniens. ^d Ac etiam vitij principi imminet supplicium? Et certè minatur Zacharias fore ut puniatur: In te est qui elegit Hierusalem, non ecce hoc est torris cuulsus ex igne? ^e Quenam ergo adhuc inest hominibus appetitio mortis voluntaria? Cur verò ad mortiferum hunc torrem confugerunt, cum quo comburentur, cum liceat rectè ex Deo viuere, non ex consuetudine; Deus enim vitam largitur. Mala autem cōsuetudo post excessum ex hac vita, vanam penitentiam affert cum supplicio. Passus nouit quoque stultus, quod perdit dæmonum superstitione, & salutem dat verus Dei cultus. ^f Videat vestrum aliquis eos qui adorant simulachra, sordida coma, veste centa & lacera deformatos, à lauacris quidem omninò abstinentes, excrescentibus autem unguibus efferatos, & multos etiam pudēdis priuatos, re ipsa ostendentes, templa idolorū esse quædam sepulchra vel carceres. Hi certè mihi videntur lugere, non deos colere, ut qui ea passi sint, quæ sunt potius digna misericordia, quam Dei cultu ac religione. Et hæc videntes vos adhuc cacutitis, & ad vniuersorū Dominū non respicietis? Non autem ex iis qui hīc sunt carceribus fugientes, confugietis ad eā quæ est ex cælis misericordiam? Deus enim ex multa benignitate & clementia hominē retinet & complectitur, sicut cum pullus è nido excidit, mater auis è nido auolat. Si quando autē serpens pullo deuoraturus inhiat, mater circumuolat, natos charissima pignora deflēs. Deus autem pater & suum querit sigmentum, & ei quod lapsus est medetur, & feram persequitur, & pullū rursus in nidū recipit, ut rursus aduolet incitās. Deinde canes quidē, qui iam aberrauerunt sagacibus naribus quærentes, Dominū inuestigant: Nouit autē, inquit, bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israël autē me nō cognouit. Quid ergo Dominus? Iniuriæ acceptæ obliuiscitur, adhuc miseretur, adhuc postulat penitentiam. ^g Volo autem vos rogare, an non vobis videtur absurdum, vos ipsos qui estis Dei sigmentū, & ab ipso animam accepistis, & omnino Dei estis, alij seruire Domino, & præterea colere quidem pro rege tyrānum, pro bono autē malum? Quis enim, o per veritatem, sanæ mentis, bonū relinquens versatur cum vitio? Quis est autem qui Deum fugiēs, viuit vnā cum dæmonis? Quis autem, cum possit esse Dei filius, delectatur seruitute? Aut quis cum cæli

H

possit esse cuius, erebum persequitur, cum ei liceat colere paradysum, & cœlum circumcirca obire, vitalisque & puri esse fontis particeps, per lucidam illam in aère suis vestigiis ambulando nebulam, & contemplando, ut Helias, salutarem pluuiam? Illi autē, instar vermiū, in cœno & voraginibus, nempe voluptatis fluentis voluntati, inutilibus & stultis pascuntur delitiis, suilli quidam homines. Sues enim cœno magis delectantur, quàm aqua munda: & in cōgesta palea versari cumulo, est quadam insana eis delectatio, ut ait Democritus. ¹ Ne ergo, ne euadamus mancipia, neque porcis efficiamur similes, sed ut germani filij lucis, intueamur lucem & sursum aspiciamus, ne nos esse adulterinos deprehendat Dominus, quemadmodum sol aquilas. ² Ducamur ergo pœnitentia, & ex ignoratione traducamur ad scientiam ex imprudentia ad prudentiam, ex intemperantia ad temperantiam, ex iniustitia ad iustitiam, ex impietate & nulla religione ad Deum. Pulchrum est periculum ad Deū transfugere. ³ Multa alia possumus bona consequi nos iustitiæ amatores, qui æternam salutem persequimur. Quinetiam eorum quæ Deus ipse tacite significat, loquens per Esaiam, est hæreditas iis qui colunt Dominū. Est pulchra quidem certè & amabilis hæreditas, non aurum, non argentū, non vestis in qua sunt tineæ: nec res terrena quas subit latro in diuitiis terrestribus cæcutiens, sed thesaurus ille salutis, ad quē oportet eos cōtendere qui Verbi fuerint amatores. ⁴ Hinc autem nobiscum abeunt bona opera, & veritatis pennis simul euolant. Hanc nobis hæreditatem æternam Dei tradit testamentū, donum æternum suppeditans. ⁵ Hic autem amore nostri præditus noster pater, verè pater, non cessat adhortari, admonere, docere, diligere. Neque enim cessat dare salutē. Cōsultat autem ea quæ sunt optima. Efficiamini iusti, ait Dominus. Qui sititis, ite ad aquam: & quicumque non habetis pecuniam, ite & emite, & bibite absque pecunia. Adhortatur ad lauacrum, ad salutem, ad illuminationē, propemodum clamans & dicēs: Do tibi, ô fili, terram & mare, & cœlum, & quæ in eis sunt tibi omnia largior animantia. Solummodò ô fili patrem sitias, Deus tibi gratis ostendetur. Non cauponatur veritas, dat tibi & volucra & natatilia & terrestria animantia. Hæc tibi cum gratiarū actione sumendis nutrimentis pater est fabricatus, quæ pecunia quidem emit qui est adulterinus, & filius perditionis, cuius institutum est seruire mammonæ: tibi autem tua permittit. Germano dicit filio, qui amat patrem, propter quem adhuc operatur, cui etiam soli promittit, dicēs: Et extendetur terra ad cōfirmationem. Interitui enim seu corruptioni non confirmatur. Mea enim est vniuersa terra: ea autem tua quoque est, si Deum receperis. Vnde iis qui crediderunt, meritò annunciat Scriptura: Sancti autem Domini erunt hæredes Dei gloriæ & potentiæ. Quenam est, dic mihi ô beate, gloria? Quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, & letabuntur in regno Domini sui in æternum.

COMMENTARIUS.

¹ A T, inquit, non est nobis fas euertere. Obiiciebant gentes suam causam defendentes, quod à patriis moribus & consuetudine non liceret discedere. Clemens autem consuetudinis communem locum tractans, multis probat exemplis non esse consuetudinē mordicus tenendam. ² Deinde in affectionibus. Augentur aliquādo affectus, & ita mutantur; non mutantur autem sine damno & periculo eius qui afficitur, & tamen mutatio illa est iucunda. Si ergo, inquit, in affectibus est mutatio iucunda, quanto magis in vita mutatio debet esse iucunda, qua mala relicta consuetudine declinamus ad veritatem: nec est ideo desistendum, quia pater ægrè ferat, maximè cum verum inquiramus patrem, à quo est omnis paternitas in cœlo & terra. Hæc autem idè dicebat Clemens, quod nihil esset quod gentes magis auocaret à Christianismo, quàm quod necesse esset, ut à parentibus eis traditam relinquerent consuetudinem. Hoc cum futurum sciret Christus, pronunciauit eum ipso non esse dignum, qui non propter ipsum odisset patrem & matrem. Non quod filiorum in patres probaret impietatem, sed quod pietas in Deum sit præferenda pietati in homines. Imo verò non est dicenda pietas, cum propter patrem hominem Deus pateroffenditur, à quo habet pater ut sit pater, & filius ut sit filius. Quoniam autem illam veterem, & à parentibus traditam tanti faciebant consuetudinem, ut propter eam in Christum non crederent, dicit illam esse reiiciendam, tanquam letiferum venenum. Letiferum est enim venenum quod morte afficit animam, mortua autem est anima à qua separatur Christus, qui est

qui est vera vita. ³ Vestra itaque electio. Qui se in exitium dant præcipites, id ex libero arbitrio, & sua sponte eligunt. Ea itaque eos sequuntur præmia quæ ipsi elegerunt: Ad ea autem ostendenda citat Sophoclem: Quid ergo dicit Sophocles? Mens vana, Græcè est *ἄπλοος*, id est, perit mens & ingenium: nam cum ea quæ mala sunt eligat, mens eis merito dicitur periisse. Aures inutiles: nam cum ea audiant quæ bona sunt & salutaria, & ea reiiciunt, aures sunt eis planè inutiles. Curæ irritæ Græcè *ἄφρονες καὶ κεναί*, id est, inanes curæ & solitudines. Nam cum eis regnū Dei & vita æterna quærenda proponatur, illi autem in rebus terrenis, & quæ sunt huius mundi, omnem suam ponunt curam & sollicitudinem, quàm inanes sint curæ, ex hoc licet videre, quod in eis nihil sit solidum, nihil firmum & stabile, ut quæ momento temporis corruant & intereant. Et in hoc quidem mundo sic puniuntur mali, quod mente careant, frustra sint eis datæ aures, vanæque & inanes sint eorum curæ & sollicitudines: Sed hoc non sufficit. Nam & bonis post hanc vitam pro remuneratione datur vita æterna: malis autem supplicium æternum. ⁴ Ac etiam vitij principij imminet supplicium. Satanam seu Diabolum vocat Clemēs vitij principem, ut qui ad homines tentados, & ad vitium inducendos principatum gerat, licet resistentes non possit cogere. Cuilibet enim peccatori ex se est perditio, ut qui sua sponte peccans pereat. Diabolo autem & angelis eius paratus est ignis æternus, æternū supplicium. Huius ignis æterni intentatū minæ, non solum sceleratis & impiis, sed etiam Diabolo sceleratorū principij. Sed si est ignis paratus Diabolo, quomodo vocat eum Clemēs torrem ex igne erutus? Et si est Diabolo torris ex igne euulsus, quomodo stare poterit, quod, & nunc Diabolo inferorū igni crucietur, & sit torris ex igne erutus? De his quidem absit, ut ausim quidquam certi statuere. Meam tamen qualemcunque coniecturam in medium proferam. Diabolo quidē paratus est ignis æternus & eius Angelis. Eo futurum est in fine seculorum, ut omnes in æternum crucietur. Interim autē sunt quidē aliqui, qui eo iam torquetur, aliqui verò qui in eum nondum missi, randiu ab eo absunt, dum ad exercenda iustitiæ diuinæ munera, eis commissa mittuntur. Aliqui verò qui ad tēpus ab inferis remoti, tandiu absunt, dum ab eis fiant, quæ Deus iusserit. Et ij sunt qui dicuntur torres ex igne eruti. Hæc habui quæ dicere, Clementis securus sententiā. Nam non me fugit D. Hieronymū aliter interpretari. ⁵ Quenam ergo adhuc inest hominibus. Immoratur in eo quod iam dixit, eos sua spōte sibi afferre interitū, & id amplificatur. Cur, inquit, desiderat homines sibi ipsi mortem consciscere? Cur ad mortiferū torrem confugerunt, id est ad Dæmonē: Cum quo cōburentur: Idē enim ignis qui paratus est Diabolo, eos quoque cōburet qui colunt Dæmones. Ut autē Dæmones colant, nō alia mouetur ratione quàm cōsuetudine, & interim malè viuunt, licet autē eis rectè viuere Deū colēdo. Est autem elegās hæc antithesis. Si ex Deo rectè viuas Deum colendo, Deus dat tibi vitam: Si autē colas Dæmones malè sequendo consuetudinem, ex mala cōsuetudine hoc assequeris, ut post hanc vitam te Dæmones coluisse frustra pœniteat, & æterno afficiaris supplicio, quod quidem est mors secunda. Nec hoc potest quicquā inficiari, cum vel stultos ipsa doceat experientia, falsam Dæmonū religionem afferre exitiū, verum autē Dei cultū, salutem. ⁶ Videat vestrum aliquis. Ex ipso idolis sacrificatium, & Dæmones colentiū habitu, ostēdit quàm turpis & indignus esset idolorū cultus. Quales autem hic describit, erant Dæmonum Sacerdotes, qui non ut Christiani Sacerdotes lætatur in Domino, sed ipso ornatu & habitu magis luctū præ se ferunt, quàm cultū Deorū. Ex his autem Galli Sacerdotes Cybeles ipsi sibi amputabāt virilia. Et hoc est quod dicit ex iis multos esse pudendis priuatos. ⁷ Volo autem vos rogare. Ostendit quàm sint absurda quæ fiāt ab idololatriis, qui cum sint à Deo creati, non ipsum Deū colunt, cuius sunt omnino, sed Dæmones colūt, & ipsis feruiunt. Est autem totus hic locus plenus antithetis, quæ orationi miram afferunt gratiam & venustatem. ⁸ Regi opponitur Tyrānus, bono malum, virtus vitio, Deus Dæmonis, filius seruo, cœlum Erebo. Absurdū est autē ut qui cœli possit esse cuius & paradysum colere, & puri illius fontis qui erat in paradiso esse particeps, malit in Erebo degere. Quod autē allegoricè per hoc sit intelligenda cōtemplatio, ex hoc licet intelligere, quod dicat puri illius fontis esse participem per lucidam illam luis vestigiis in aère ambulando nebulā, cōtēplando ut Elias, salutarem pluuiā. Est ergo puri illius in paradiso fontis participatio diuinæ bonitatis cōtemplatio, qua fruebatur Elias dum per lucidā nebulam salutarem cōtēplaretur pluuiam. ⁹ Illi autem instar vermium. Corporeæ voluptates, ut quæ puræ non sint, nec sinceræ, cœno & luto merito assimilantur, & qui se eis explent in eis, sicut porci in cœno, volutari dicuntur. Cōtra autē sunt puræ & sinceræ animi voluptates, ut potē virtutes & diuinæ cōtemplationes, à quibus abest omnis turpitudine & obscenitas, & tamē adeo insaniūt mortales fere omnes, ut corporis voluptatibus, quæ sunt impuræ & beluina, magis delectentur, quàm sinceris animi voluptatibus, quàm insanam delectationē esse porcorū dicebat Democritus. ¹⁰ Ne ergo, ne euadamus mancipia. Nostræ mentis oculi eo sunt dirigēdi, vbi nostrum habemus patrem, & idè in oratione Dominica quotidie dicimus; Pater noster qui es in cœlis. Deprehēdit autē Dominus eos nō esse germanos suos filios, qui non sursum aspiciūt, & patrem in cœlis non agnoscūt. Deprehēdit, inquit, Dominus sicut Sol aquilas. Aquilæ quæ solem non valent intueri, deprehēduntur non esse germanæ, sed adulterinæ. Deprehēdit autē vel Sol ipse, ut vult Clemens, vel ipse pater, ut vult Plinius qui sic scribit; Haliætus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiēs, subinde cogit aduersos intueri Solis radios, & si conuenientem, stertemque animaduertit, præcipitat è nido veluti adulterinū & degenerem, illum cuius acies firma contra stertit, educat. ¹¹ Ducamur ergo pœnitentia. Ne deterreatur Gentiles, quod sit odiosum & periculosum trāsfluxū vocabulū, eos cōfirmat, dicēs, pulchrum esse & honestū ad Deū trāsfluxere, ad quē quod trāsfluxerint, nemo est qui eos iure possit reprehendere. ¹² Multa alia possumus bona. Bonum esse ad Deū trāsfluxere docet ex iis quæ hic dicit. Et iā quidē prius dixerat bona aliqua, quæ cōsequuntur ij qui salutem æternā studēt adipisci, sed nūc transit ad maiora, nempe ad desiderabilem illam hæreditatē, quam Deus promittit apud Esaiā, sed tacitè & mysticè. Ea non est terrestris, nec huiusmodi ut aliquid detrimenti ei afferri possint rineæ, vel suffurari fures qui in diuitiis terrestribus cecutiūt, ut qui eas magnificiant, cum sint caducæ & instabiles, sed thesaurus salutis quem student assequi, qui verbi sunt amatores, sed quisnam est ille thesaurus? Is qui est in Christo Domino. In quo ut dicit Paulus ad Colossenses, sunt omnes scientiæ & sapientiæ thesauri absconditi. Et ideo dicebat ipse Christus in Euangelio. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, Marth. 6.

vbi ærugo & tinca demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo. Ii thesauri quos bonis actionibus thesaurizamus in cælo, non sunt aliud quam thesauri scientiæ, & sapientiæ Christi, quibus fruuntur qui benefici fuerint in pauperes, & aliis actionibus Christi benevolentiam sibi conciliarint. ^m Hinc autem nobiscum abeunt. Quomodo ad eam perueniatur hæreditatem, docet Clemens; Hinc, inquit, nobiscum abeunt bona opera, & veritatis pennis simul euolant. Bona, inquit, quæ fecimus, opera non intereunt, sed nobiscum abeunt, sed quomodo abeunt; Veritatis pennis simul euolant, quasi diceret; Ea demum bona opera nobiscum euolant, quæ in altum euehit penna veritatis: id est quæ vera sunt, & in quibus nihil est fictum, nihil simulatû, nihil quod vllam redoleat hypocrisis. Sed quæ scimus futurum, vt hæc nobis obueniatur hæreditas: Quoniam æterno testamēto sumus instituti hæredes. Hoc cum sit æternum, nihil est quod ipsum possit infirmum reddere & irritum: Æternum itaque nobis donum ¹⁰ suppeditat. Cum sit autem donum, gratis datur: Nulla enim nostra sunt huiusmodi opera, vt ex se vitam mereantur æternam; sed cum operantibus Deus eam sit pollicitus, & sine iis non detur, licet ea hæreditatis vitæ æternæ causa non sint efficiens, sunt tamen caula adiuuans, cui nituntur nostra merita, & merces quæ est à Deo promissa. ⁿ Hinc autem amore nostri. Æternæ vitæ hæreditatem eo, inquit, facilius assequi possumus, quod quæ æterno suo testamento eam nobis promisit, ipse eam dat, & qui dat salutem, vt qui nos diligit, ipse nos assidue hortatur & admonet. Nec satis est admonere & adhortari, ipse quoque consulit quæ sunt optima. Efficiamini iusti, ait Dominus. Vbinam autem scriptum sit; Efficiamini iusti, me ignorare fatear necesse est. Nam in eo Esaiæ loco qui mox adducitur, non est ita scriptum, sed in fine præcedentis capituli ita habent Septuaginta; ^{οἱ κληρονομοὶ τῆς θεοπύου κλέου. καὶ ἡμεῖς ἔσμεν οἱ δίκαιοι, λέγει κύριος,} id est, Est hæreditas iis qui seruiunt Domino, & vos eritis mihi iusti, dicit Dominus. Clemens autem legit ^{δικαιοὶ ἡμεῖς,} id est, efficiamini iusti quod est hortantis vel consulentis, non autem narrantis fore vt Dominus sint iusti. Quod autem sequitur in sequenti, nempe in 55. capite, dicit Clemens esse exhortationem ad baptismum, salutem & illuminationem. Hæc enim tria vocabula vnum & idem significant, & meritò. Nam baptismum peccata remittuntur: Cui autem remittuntur peccata, is iustificatur, iustificato autem salus datur. Porro autem cum baptizato hæc tres Theologicæ virtutes infundantur, quæ prius tantum in eo erant inchoatæ & imperfectæ, is à Deo illuminatur. Idem ergo significant baptismus seu lauacrum, & salus & illuminatio. Non autem alios vult venire ad baptismum, quam eos qui sitiunt Dominum, id est, qui Domini tenentur desiderio. Nam qui aliò spectant vt Sarraceni, qui non aliam ob causam baptizantur, quam vt retrum odorem à corpore suo expellant, eorum inutilis & inefficax est baptismus. Et hoc est quod apud Ioannem dicit Christus; Si quis sitit, veniat & bibat. Ei autem qui ita sitiens venit ad baptismum, Deus & seipsum dat gratis, & quæcûque propter hominem est fabricatus, dum ea sumantur cum gratiarû actione. Et ³⁰ ideo dicit Dominus; Primum quærite regnum Dei, & cætera adiciuntur vobis. Gratis enim accipit is cuius primum est scopus vt Dominum inueniat, & nihilominus ei à Domino suppeditatur, quæ sunt ad hanc vitæ necessaria. Qui autem Dominum non quærit, sed mammonæ seruit & pecuniæ, is qui acquirit non gratis accipit, vt qui fit adulterinus filius, & pecunia emit quæ labore paratur incredibili. Hic mihi videtur esse sensus huius quod dicit Clemens. Quod autem Græcè est ^{λέγουσι, καὶ ἡ γῆ ἀδυνατήσεται εἰς εὐχαιώσιν, ἢ γὰρ κερύεται τῇ φθόρῃ,} quod verti; Et terra extēdetur ad confirmationē. Non enim cōfirmatur interitu & corruptione, nec quid sit intelligo, nec vbi id sumpserit Clemens scio. Perspicacioribus itaque id relinquo inueniendum.

Ioan. 7.
Matth. 6.

Habetis o homines diuinam gratiæ promissionem: audiistis etiã alias supplicij minas, per quæ dat salutem Dominus, & gratia & metu hominem instituens. Quid cunctamur: cur non supplicium effugimus? Cur non donum suscipimus? Cur non eligimus ea quæ sunt præstantiora, Deum malo, & idololatriæ præferentes sapientiam, & vitam morte commutantes? Ecce, inquit, ante faciem vestram posui mortem & vitam: tentat te Dominus vt vitam eligas. Consulit tibi vt pater, Deo obedite. Si enim me, inquit, audieritis & volueritis, bona terræ comedetis. Obedientiæ est gratia. Sin autem mihi non obedieritis, neque volueritis, gladius vos & ignis deuorabit. Inobedienciæ est iudicium. Os enim Domini hæc ⁵⁰ locutum est, lex veritatis, Verbum Domini. ^a Vultis ne ego sim vobis bonus consiliarius? Sed vos quidem audite, ego autem, si fieri possit, ostendam. Vos quidem oportebat, o homines, de ipso bono cogitantes, testem à natura ingeneratum & eum fide dignum adducere, nempe fidem, quæ ex se & ex sua domo apertè eligit id quod est optimum, nec quærere aut laborare an ea sit persequenda. Etenim an aliquem inebriari oporteat exempli gratia, dubitare oportet? Vos autem inebriamini, priusquam consideraueritis. Et an iniuria sit facienda, nõ valde estis solliciti, sed quamprimum iniuriam facitis. Solum autem an Deus sit colendus quæritis: & an sapiens, hoc est, Christus & Deus sit sequendus, hoc consultandum & deliberandum esse censetis. Cum nec quid Deum deceat vnquam cogitaueritis; Creditis nobis si vos inuadat ebrietas, vt sobrii & moderati sitis. Creditis, si affecti estis iniuria, vt viuatis. Si autem vultis credere, euidentè virtutum fidē suspiciētes, ex redundanti quadã ⁶⁰ copia vobis

Eccles. 15.
Esa. 1.

copia vobis adducã de Verbo persuasionem. Vos autem (patrij enim mores adhuc vos præoccupatos abducunt à veritate) iam audieritis quomodo se habet id quod sequitur. ^b Neque verò vos huius nominis pudor occupet, qui viris damnū affert maximū. ^c In veritatis ergo stadio nos apertè exuentes, germanè ac legitime certemus, designatore quidem Verbo sancto, certamen autem ac præmiū certaminis agonotheta proponente Domino vniuersorū. Non proponitur enim nobis paruum certaminis præmiū immortalitas. ^d Nõ curetis ergo, ¹⁰ nec si vobis detrahãt quidam forensiū rabularum quisquilia, demonū superstitionis impiū ducentes chorū, amentia & insania in ipsum deturbati barathrum, simulachrorum factores, & adoratores lapidū. Illi enim ausi sunt homines in deos referre, tertiumdecimū Macedonē Alexandrū in deorū numerū adscribentes, quem Babylon arguit mortuū. Diuinū itaque admiror Sophistā, ei nomen erat Theocritus. Irridēs is Theocritus vanas hominum opiniones quas de diis habebant, dixit ad ciues: O viri, inquit, bono estote animo, donec videtis deos mori ante homines. Hos autem deos qui sub aspectū cadunt, & horum qui sunt ²⁰ geniti promiscuā qui adorat colluuiē, & qui cum eis fornicatur, is est demonibus illis longè infelicior. Deus enim nullo modo est iniustus vt demones, sed quam fieri potest iustissimus: neque illi est quidquã similius, quam qui ex nobis fuerit quam iustissimus. ^e Ire in viã omnes qui illiberalē manuum artē exercetis, populus qui Mineruā Iouis filiam Gorgopin & Ergatin stantibus vtilabris oratis: stulti lapidū opifices iidēque adoratores veniant, Phidias vester & Polycleetus, & rursus Praxiteles, & Apelles & quicūque illiberales & sordidas tractãt artes, qui sunt terreni terræ operarij. Tunc enim, inquit quaedã prophetia, res ³⁰ hęc se habebunt infelicitè, quãdo crediderint statuis. Veniãt ergo rursus (non enim desinãt ^{μικροτέραν} vocare) viles abiectique artifices: nullus utique ex his spirantē fabricatus est imaginē, sed neque ex terra mollē carnē effecit. Quis liquefecit medullã? aut quis fecit vt ossa cōcrescerent? quis nervos distendit? quis venas inflauit? quis in ipsis sanguinē infudit? aut quis cutē extendit? vbinam autē quis eorū oculos fecit vidētes? quis inspirauit animã? quis donauit iustitiã? quis promisit immortalitē? Solus vniuersorū opifex Pater, cuius est ars longè optima ac præstãtissima, talem animatã imaginē, nos nempe hominē fecit. ^f Olympus autē vester imago imaginis longè à veritate discrepã, est surdum opus manuū Atticarū. ^g Est enim Dei imago eius verbū & filius, mentis germanū, diuinū illud Verbū, lucis lux exemplaris & archetypa. Verbi autē imago est homo, vera mens quæ est in homine, qui ad Dei imaginē & similitudinē propterea factus esse dicitur, prudētia quæ est in corde, diuino Verbo assimilatus, & ea ratione Verbi rationisque particeps. Hominis autē terrigenæ, qui videtur, terrena imago, sunt quæ viri similitudinē referunt effigies. Procul à veritate cernitur id quod est ad tēpus expressum & efformatum. ^h Nihil ergo mihi videtur fuisse aliud nisi ⁵⁰ vita furore plena, quæ tanto studio versabatur in materia. Permissa est autem à vana opinione cōsuetudo, quæ vos quidē fecit gustare seruitutem, curamque superuacaneã & à ratione alienam. Legum autem iniquarum & fallacium imitationū causa est ignoratio, quæ quidē hominū generi cōparata, cum Parcarum exitialiū & abominandorū simulachrorū ^{ὁμοειδέων} demonum multas formas excogitasset, iis qui eam sequuntur logæ mortis impressit maculam. ⁱ Rationalem ergo seu Verbi aquam accipite. Lauamini qui estis polluti. Vos veris aspergite guttis & emundate à consuetudine. Mundos homines cælum oportet conscendere. Homo es, quære id quod est maximè cōmune, eū qui te est fabricatus. Filius es, id quod est maximè propriū, agnosce patrem. Tu autem adhuc permanes in peccatis, extabescēs & liquefscens voluptatibus. ^k Cuiam loquētur Dominus? Vestrum est regnū cælorum, vestrū est si velitis, qui liberã animi voluntatē ad Deum direxeritis. Vestrum est si tantū volueritis credere, & compendium sequi prædicationis. Quam cum exaudiissent Niniuitæ, expe-

Qui p̄dot scilicet, eos qui sunt magno & forti animo, solet valde lædere: tales enim viros appellat.

ἐνοία καὶ παρανοία.

μικροτέραν

ὁμοειδέων

Matth. 7.

Et atam euerfione, per germanã & sinceram pœnitentiã egregia salute cõmutauere. Quomodo ergo, inquit, cœlos cõscendam? Via est Dominus, angusta quidẽ, sed ex cœlis: angusta quidem, sed quæ mittit ad cœlos: angusta, quæ despicitur in terra: lata, quæ adoratur in cœlis. Deinde qui Verbum quidẽ non accepit auditione, ei venia datur propter ignorationẽ. Qui autem haurit auribus, & animã suã sponte infert incredulitatem, quo videbitur esse prudentior, eo maiori ei malo fuerit: quoniam accusatrice vsus est prudentia, id quod est optimum non eligens. Est enim alioqui homini à natura ingeneratum, ut ei quædã intercedat cum Deo coniunctio. Quemadmodum ergo equum non cogimus arare, neque taurũ venari, ad id autẽ ad quod natura aptũ est, animal vnumquodq; trahimus: sic certẽ hominem qui natus est ad Dei contemplationẽ, & verẽ est planta cœlestis, adhortamur ad Dei cognitionẽ, id quod est eius propriũ, eximiũ, & peculiare cõprehendentes, ut sufficiẽs seculorũ viaticum, pietatẽ & Dei cultum cõparet, consulẽtes. Terram cole, dicimus, si es agricola: sed cognosce Deum, terram colens: & nauiga, qui teneris amore nauigationis, sed cœlestem assumens gubernatorem. Te militantẽ deprehendit cognitio, audi Imperatorem qui tibi iusta significat. Ut qui ergo sitis crapula grauati & ebrietate, redite ad sobrietatẽ, & cum parum perspexeritis, cum animis vestris cogitate quidnam sibi velint qui à vobis adorantur lapides, & quæ vano studio in materiam expenditis. In ignoratione & facultates & opes, sicut etiam vestram vitam in morte consumitis, cum vanã spei vestrã hunc solum finem inueneritis, nec vestrũ possitis misereri. Sed nec ut iis qui vestri erroris miserẽtur, credatis, apti estis, mancipati malæ cõsuetudini, à qua dependẽtes, vestra spõte vsque ad extremũ spiritũ pessum itis ad interitũ. Lux enim venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quã lucem, cum liceat ea amouere quæ salutis impedimentũ afferunt, factum, diuitias, & timorẽ, proferendo hoc poëticum:

A me quo fertur multa ista pecunia: vbi que Erro ipse.

Si vultis ergo, his omnibus abiectis visis & phãtasis, renũciare ipsi cõsuetudini, dic vanã opinionem, falsa valete somnia, eratis ergo nihil. Quid enim, o homines, existimatis Typhonẽ, & Andocidẽ, & Mercuriũ, & Amyctum? num est cuilibet manifestum eos esse lapides sicut etiã Mercuriũ? Ut autẽ non est Deus area, & ut non est Deus iris, sed sunt aeris & nubium quædam affectiones: quemadmodũ dies nõ est Deus, neque mensis, nec annus, neque tempus quod ex his constat: sic neque Sol, nec Luna, quibus definitur vnumquodque eorum quæ prædicta sunt. Quis itaque sanæ mētis, pœnã supplicii, iustitiam & Nemesein Deos esse putauerit? Nam neque Furia, nec Parca, nec fatũ: quoniã nec respub. nec gloria, nec Plutus, id est, diuitiã, quẽ vel pictores cæcũ depingunt. Si autẽ Verecundiã & Amorẽ & Venerem in Deos refertis, eos consequatur pudor & appetitio, & pulchritudo, & coitus. Non ergo amplius iurẽ apud vos dij Gemelli existimabuntur, somnus & mors, cum ea sint affectiones quæ naturaliter animalibus eueniant? Sed neque Fatum, nec Parcas, Deos meritò dicetis. Si autẽ lis & pugna non sunt dij, nec Deus est Mars, nec Enyo. Præterea autẽ si fulgura & fulmina & imbres nõ sunt dij, quomodo sunt dij ignis & aqua? Quomodo autẽ quæ diuina sunt, hoc est, aërem percurrẽtes, dicuntur, & Cometa, qui prouenerũt ex affectione aëris? Qui deam autẽ dicit Fortunã, deam quoque dicat actionẽ. Si ergo nullũ ex his censetur esse Deus, sed nec ex illis nullo sensu præditis & manu factis figmētis: cernitur autẽ quædam in nos diuina potẽtia prouidentia: restat ut nihil aliud quã hoc confiteamur, quod solus verẽ sit & consistit, qui verẽ est solus Deus. Verumenimvero hominibus qui mandragoram, vel aliquod aliud paharmacum biberunt, stulti euasere similes. Deus autẽ vobis concedat, ut ex hoc somno aliquando excitemini, & Deum intelligatis, neque aurum, vel lapidem, vel arborem, vel actionẽ, vel affectionẽ, vel morbum, vel timorẽ,

vel timorẽ, ut Deum affingatis. Verẽ enim sunt in alma terra tres demonum myriades, non immortalium, sed neque mortalium: nam neque sunt sensu præditi, ut mortis quoque sint participes, sed sunt lapidei & lignei hominum domini, qui vitam hominum violant & iniuria afficiunt per consuetudinem. Domini autem, inquit, est terra & plenitudo eius. Deinde, cur in ijs quæ sunt Domini, voluptati & delitijs indulgens, audes ignorare Dominum? Relinque meam terram, inquiet tibi Dominus, ne tangas aquam quam tibi dono, ne sis particeps fructuum quos ego colo. Alimenta o homo fer Deo accepta, agnosce tuum Dominum, proprium es Dei sigmentum. Quod autem est eius propriũ, quomodo iure fiat alienum? Quod est enim ab alienatum, cum priuetur proprietate, priuatur & veritate. An non enim quodammodo ut Niobe, vel ut magis mysticẽ ad vos loquar, instar uxoris viri Hebraei (eum Loth appellabant veteres) euasistis omni sensu vacui? Hanc mulierem accepimus effectam esse lapidem, propterea quod amaret Sodomã. Sodomita autem impij, & qui versabantur adhuc in impietate, duro erant corde & stolidi. Has tibi existima voces dici diuinitus. Ne existimes lapides quidem esse sacra & ligna & aues & serpentes, non autem homines: sed contrã, verẽ quidem sacros homines existima, feras autem & lapides id quod sunt. Miseri autem & infelices homines per coruum quidem & graculum existimant Deum clamare, per hominem autem tacere: & honore quidem affecerunt coruum ut Dei nuncium, Dei autem hominem persequuntur, non crocitantem, nec glocitantem, sed, proh dolor, è ratione loquentem, benignisque & humanis vocibus resonando instituentem, inhumanẽ conantur occidere, dum vocat ad iustitiam: neque quæ supernẽ descendit gratiam excipientes, neque supplicium declinantes. Deo enim non credunt, neque eius ediscunt potentiam. Cuius autem est humanitas quæ verbis dici non potest, eius est improbitatis odium quod capi non potest. Alit autem ira quidem supplicium propter peccatum: bene facit autem humanitas propter pœnitentiam. Dei autem priuari auxilio est longẽ miserrimum. Atque oculorum quidem orbitas, & aurium surditas, maiorem inferunt dolorem, quam cetera quibus nos malignus iniuste afficit incommoda. Illa enim aspectu caelesti est priuata: hæc verò orbata est caelesti doctina. Vos autem, qui, quod ad veritatem quidem attinet, estis manci, & mente quidem cæci, surdi autem intelligentia, non doletis, non agrẽ fertis, non calum videre & cæli effectorem desiderastis, nec vniuersorum opificem & patrem audire & discere quæsistis, institutum & liberam animi voluntatem salutis coniungentes? Nullum enim obsistit impedimentum ei qui contendit ad Dei cognitionem, non liberorum orbitas, non paupertas, non ignominia, non egestas possessionum. Nemo eam quæ verẽ est, sapientiam optat arreptam ære ferrõve commutare. Id enim elegit potius, quam quiduis aliud. Christus est vbi que salutaris. Qui enim iusti est amulator, ut qui est amator eius qui nullius est egenus, paucis indiget, ut qui non in aliquo alio, quam in ipso Deo, beatitudinis thesaurum reposuerit, vbi non est tinea, non fur, non pirata, sed bonorum æternus dator. Meritò ergo assimilati estis illis serpentibus, qui clausas habent aures incantatoribus. Ira enim eis, inquit Scriptura, est ad similitudinem serpentis, tanquam surda asp̄idis & aures suas obturantis, quæ non exaudiet vocem incantantium. Sed vos quidem reueremini sanctitatem, mitẽque nostrum verbum suscipite, & virus letale expuite, ut vobis quoque interitum, sicut illis senium exuere concedatur. Audite me, nec aures obstruite, nec auditum obsep̄ite, sed menti ea quæ dicuntur imprimite. Immortalitatis pulchrum est medicamentum, reptiles & serpentina tandem conuersiones tractusque sistite. Inimici enim Domini terram lingent, inquit Scriptura: à terra in aetherem extollamini, respicite in calum, admiramini, desinite insidiari calcaneo iustorum & viam veritatis impedire. Estote prudentes &

H iij

Ioan. 3.

Hom. in Od.

ἀμύκτος
ἀλάως.

Demothecum.

Ex Hesiod.

Psal. 25.

ἄσπετος.

Aspectu caelesti, id est, spectaculo diuinã pulchritudinis.

Bonum doctrinã præfert cuius aij bono.

In ipso bono scilicet doctrinã.

Matth. 6.
Luca 12.

Psal. 57.

Psal. 71.

Matth. 10.
Psal. 54.

innocentij: fortasse Dominus utiq; vobis dabit pennam simplicitatis (vult pennis induere terri-
 genas) ut relictis lustris celos habitetis, solimodo ex toto corde ducamur penitentia ut possi-
 mus capere Dominum ex toto corde. ⁶¹ *Sperate in ipsum, inquit, tota congregatio populi, effun-
 dite coram ipso omnia corda vestra. dicit ihs qui sunt recentes ab improbitate, miseretur, &
 implet iustitia. Crede homo homini & Deo. Crede homo Deo viventi, qui passus est & ado-
 ratur. Credite serui mortuo, omnes homines credite ei qui solus est Deus ex omnibus homi-
 nibus. Credite, & mercedem accipite salutem. ⁶⁸ *Quarite Deum, & vivet anima vestra. ¹⁰
 Qui querit Deum, est de propria salute sollicitus. Invenisti Deum, habes vitam. Quera-
 mus ergo, ut etiam vivamus. Merces inventionis, vita est apud Deum. Exultent & la-
 tentur in te omnes qui querunt te, & dicant perpetuo, magnificetur Deus. ³⁴ *Pulcher hy-
 mnus Dei homo immortalis, qui iustitia edificatur, in quo sunt insculpta eloquia verita-
 tis. Vbi enim est alibi inscribenda iustitia, qua in anima temperanti ac moderata? ubi cha-
 ritas? ubi autem pudor? & ubi mansuetudo? ⁴ *Oportet, ut existimo, ut qui his divinis
 sunt scripturis in anima ob signati, existiment eas esse optimos carceres a quibus emitta-
 tur sapientia, ad quamcunque vite partem ij conuersi fuerint, & eundem salutis portum
 nullis agitata fluctibus putent sapientiam: per quam sunt quidem boni patres filiorum,
 qui ad patrem confugerunt: boni autem sunt filij in parentes, qui filium intellexerunt:
 boni autem mariti uxorum, qui sponsi meminerunt: boni autem sunt famulorum domi-
 ni, qui sunt ab extrema seruitute liberati. ⁹ *O errore qui est in hominibus bestia beatiores,
 qua possident quidem ut vos ignoracionem, veritatem autem nequaquam falso imitan-
 tur ac simulant. Non sunt apud eas genera adulatorum. Pisces nequaquam demones su-
 perstitiose colunt, aues non adorant simulachra. Vnum calum solum stupent, quoniam
 Deum non possunt intelligentia apprehendere, ut quibus non sit concessa ratio. Deinde
 non erubescitis, quod vos ipsos feceritis piscibus minus participes rationis, qui per tot a-
 tates contriti estis in impietate? Fuiistis infantes, deinde pueri, deinde puberes, deinde vi-
 ri, nunquam autem boni. Senectutem saltem reueremini. Cum in vite sitis occasu, respi-
 scite moderatius ac temperantes euadite, vel in fine vite Deum agnoscite, ut vobis vite
 finis suscipiat initium salutis. Consenuistis in falsa demonum religione, venite iuuenes
 ac recentes ad Dei cultum veramque religionem, vos referet Deus in numerum puerorum
 simplicium.*****

COMMENTARIVS.

¹ *VULTIS ne ego sim vobis bonus consiliarius. Consulturus Clemens gentibus ut Christi fidem sequan-
 tur, primum dicit eam esse eiusmodi, ut de ea non sit consultandum & deliberandum, cum ea ex se eligat id
 quod est optimum, nempe Dei cultum: ad quod probandum non alium esse testem producendum: mi-
 ratur autem quod cum de multis qua non sunt agenda non deliberent, sed nullo capto consilio ea agant,
 ut exempli gratia non capto consilio an inebriari oporteat, inebriantur, & cum non consularint an facien-
 da sit iniuria, iniuriam faciant; de Deo autem an sit colendus, & an Christus qui est Deus & sapiens, sit se-
 quendus, consultant & deliberent: & si de re quidem non adeo magni momenti, nempe non esse inebri-
 andum, aut iniuriam non esse faciendam, agatur, consulenti sibi credere, fidem autem & Dei cultum con-
 sulenti non credere. Quod si velint credere, se de verbo certam & copiosam adducturum persuasionem.
 Quam cum audierint, fore ut persuadeantur, licet mores patrij & vetus consuetudo colendi Demones &
 adorandi idola, eos preoccupatos abducant a veritate. ⁶ *Neque vero vos huius nominis. Viros appellat qui
 sunt forti & magno animo: erant autem multi magno & excelso animo, qui ad Christi fidem lucenter ac-
 cessissent, si non eos pudor Christiani nominis auocasset. Tunc enim pudori erat apud multos nomen Chri-
 stianum, propter inueteratam erroris de Diis consuetudinem. ⁷ *In veritatis ergo stadio. Agonotheta, &
 qui praemium proponit, est ipse Deus. Proponitur autem praemium immortalitas. Exuentes autem di-
 cit, metaphora sumpta a gymnasticis certaminibus. Aperte vero, quod Christum oporteat palam & intrepide
 confiteri coram hominibus. Germane vero ac sincere, quod ita se gerere oporteat, ut in Christiano ni-
 hil sit fucatum & simulatum, nihil quod discrepet a veritate fidei Catholicae. ⁸ *Non curetis ergo. Ne mo-
 uerentur ij qui ad Christum aspirabant, autoritate eorum apud quos Christi nomen erat pudori, & qui
 Christianis detrahebant, ostendit Clemens quinam ij essent & cuiusmodi, & iubet ne eos curent. Eos dicit
 Alexandrum****

Alexandrum Macedonum Regem Babylone mortuum in Deos retulisse, facere autem Theocritus quidam
 sophista postquam mortuus esset Alexander, irritis inanes hominum opiniones, quod quos sciebant mor-
 tuos eos in Deos referrent. Bono animo, inquit, estote, id est, non est quod timeatis, cum videaris Deos
 mori ante homines. Haec autem consuetudo homines mortuos referendi in Deos, a Graecis etiam transit
 ad Romanos, qui suos Caesares seu imperatores mortuos referent in Deos. Ex quibus quidam fratrem
 suum nomine Getam a se occisum, cum audisset a Senatu in Deos relatum, sit, inquit, Diuus, modo ne
 viuus. Quo dicto & suam arguit seuitiam & parricidium, quod fratrem occidisset, & Senatus stultitiam,
 qui quem sciebat mortuum pro Deo coleret. ¹¹ *Ita in viam omnes. Statuarios omnes eos & eos maxime
 qui sunt inter eos praestantissimi euocat, & reprehendit eos, quod eos ipsos adorent lapides, ex quibus suis
 manibus fabricati sunt simulachra. Deinde quod quantumcunque de suis artibus se iactent, & quantum-
 uis egregias faciant imagines, quaecunque tamen ab eis fiunt eiusmodi, ut in eis nihil sit veri. Nam quan-
 tumcunque eleganter imitentur, non sunt tamen verè quae imitantur, solus est Deus qui creat a se ima-
 gini, nempe homini, dat verum spiritum, veram carnem, verum sanguinem, veros oculos, neruos & ossa,
 vitamque & virtutes, & ipsam tandem immortalitatem. De his opificibus loquens Hieremias, sic dicit: Le-
 ges populorum vanae sunt, quia lignum de saltu praecedit opus manus artificis in ascia. Argento & auro
 decorauit illud, clavis & malleis compegit, ut non dissoluatur. In similitudinem palmae fabricata sunt &
 non loquentur, portata tollentur, quia incedere non valent. Nolite ergo timere ea, quia nec bene
 possunt facere nec male. Multa quoque de iis diuinè scribuntur cap. 13. Sapientiae, quae quoniam sunt
 prolixiora praetermitto, ad ea remittens lectorem. Hos omnes opifices dicit Clemens, tractare artes for-
 didas & illiberales, quod terrena sint eorum opera. Inter caetera autem Mineruae cognomina, est Gorgopis
 & Ergatis. Dicta est autem Gorgopis quod oculos habeat terribiles, & vel solo aspectu timorem incutiat,
 a Gorgone illa Medusa, de qua tam multa in Poetarum fabulis. Cur autem dicatur Ergatis, vide apud Pau-
 saniam qui sic scribit, Athenienses maiori studio quam alij habuere res diuinas. Primi enim Mineruam
 cognomente Erganen quasi opificem seu opificum praesidem appellarunt, Ergane autem & Ergatis idem
 significat. Quod autem verti, stantibus ventilabris oratis, Graecè est *σταπύσι λιπυίς αεγυρεπιάς*, quod non po-
 test aliter verti quam, stantibus seu stabilibus ventilabris vel cribris, sed nusquam quidquam legi de his cri-
 bris aut ventilabris: Suspicio autem esse legendum, *σταπύσι λιπυίς*, haec est mea coniectura. Diuinent alij
 quod volent. ⁵ *Olympius autem vester, imago imaginis longè a veritate discrepans, est furdum opus. Iouis
 Olympij simulachrum quisnam fecerit satis antea diximus. Hoc est autem quod dicit Clemens, hominem
 quidem, qui est animata Dei imago, fecit Deus, Iouem autem vestrum Olympium, is enim quem Deorum
 summum vocant gentes, imaginem imaginis, id est, imaginem hominis, homo enim erat Iupiter quem
 Deum censebant, longè, inquit, a veritate discrepantem, id est, quae imago longè aberat ut esset homo, ut
 quae esset furdum opus, quod nec audiebat nec videbat, nec erat villo sensu praeditum, fecerunt manus At-
 ticae, nempe Apellis Atheniensis. ⁸ *Est enim Dei imago. Afferit causam cur homo qui est Dei imago, a veri-
 tate non discrepet, sed verè sit, ut qui sit sensu, & intelligentia praeditus, & animatus. Hominis autem imago
 non sit verè, sed multum discrepet a veritate. Verbum, inquit, quod est Dei filius, est imago Dei. Verbum,
 inquam, diuinum & germanum mentis, id est, patris. Idem autem verbum est etiam lucis lux exemplaris
 & archetypa. Est enim filius, ut est in epistola ad Hebraeos, figura vel potius, ut est in Graeco, character Dei
 substantia, & qui est, ut nostrum habet symbolum, Deus de Deo, lumen de lumine. Vnde & Ioannes in
 Hebr. r. Ioan. r.
 Euangelio eum dicit esse lucem, illuminantem omnem hominem venientem in hunc mundum. Non potest
 ergo haec imago, quod ad essentia attinet, quidquam discrepare ab eo cuius est imago. Nam nec Deus
 potest non esse Deus, nec fieri potest, ut lux non sit lux. Huius autem verbi imago est homo. Sed cum ho-
 mo constet ex anima & corpore, non quod ad corpus attinet, est imago Verbi, sed vera mens quae est in
 homine, quae quidem est princeps facultas animae, est imago Verbi. Propterea enim ad Dei imaginem &
 similitudinem homo dicitur esse factus, quod prudentia quae est in corde (eam enim Clemens in corde
 statuit cum sacris literis) diuino verbo sit assimilatus. Ita tamen est assimilatus ut non sit verbum seu ratio,
 nempe λόγος, sed verbi particeps, nempe rationalis. Hac ergo ratione, quod ad animam attinet homo est
 Dei imago, sed quod ad corpus id quod refert & exprimit hominem, est terrena imago. Quo fit ut sit
 procul a veritate, id quod ad tempus est expressum & efformatum, utpote ad conseruandam eius qui mor-
 te fuit praereptus memoriam. Dicuntur autem homines quod ad corpus attinet, *γίγνεται*, id est, terrigenae,
 est enim corpus a terra formatum, non autem quod ad animam. Nam in hominem a limo factum, nempe
 in corpus inspirauit Deus spiraculum vitae, & factus est homo in animam viuentem. ⁶ *Nihil ergo mihi vi-
 detur. Vita hominis quae se totam dedit colendis idolis, est planè plena furore, ut quae tanto studio versetur
 in materia. Nam materia si sola consideretur, cum sit informis, nihil est. Quidquid enim veri est, for-
 mam habeat necesse est. Idola autem nihil sunt. Nam vel ea expriment quae omnino non sunt, & nihil ex-
 primunt: vel ea quae sunt quidem, expriment, sed formam eorum non expriment. Quod autem formam
 non habet, non est: est itaque idolum nuda materia, in qua versari mera est insaniam: vanum enim est versa-
 ri in eo quod non est. Ex eo autem quod in nudam materiam, vita insaniam, existit consuetudo. Eam autem
 consuetudinem permittit vana opinio. Id enim quod non est nemo coleret, quod facit idololatra, nisi
 id quod non est aliquid esse crederet. Quidnam autem efficit vana ista opinio? ut gustetur seruitus. Serui-
 tutem enim gustat qui inania adorat simulachra, quae eo est amarior quod non sit verus Dominus cui
 seruit. Efficit etiam curam superuacaneam & a ratione alienam: Ita enim verti *δύορον αεγυρεπιάς*, id est,
 rationis expertem curiositatem. Sunt enim idololatrae de multis curiosi, de iis non solliciti quae ad suam
 salutem pertinent: Et magnam quidem vim habet consuetudo, sed consuetudini accedunt etiam leges,
 quae diurnam confirmant & corroborant consuetudinem. Sunt autem ex leges iniquae quarum causa
 est ignoratio. Nam si Dei veram habuissent cognitionem, non de falsis Diis & idolis leges essent constitu-
 ta, nec colendorum Demorum fallaces ritus introducti, ita enim verti *επακρίσιων*, nihil enim aliud occur-****

rebat quo id melius exprimerem. Illa ignorantio cum genus humanum inuassisset, multasque Deorum & Dæmonum, qui tamen Dij non erant, varias formas in abominandis simulachris excogitasset, iis qui eum sequuntur longè mortis impressit maculam, id est, effecit vt eorum peccans anima moreretur, & diuturnæ mortis macula contaminaretur & pollueretur: nam si anima quæ peccauerit ipsa moritur, quod autem est mortuum est immundum: quo diutius in peccato perseuerat anima, eo est immundior & fordidior: & ideo est mundanda, & ideo subiungit. *Rationalem ergo seu verbi aquam accipite.* Cum sit immunda anima & polluta à vana idolorum adorandorum consuetudine, suadet gentibus vt veniât ad baptismum, non quemuis autem baptismum, sed ad rationalem, id est, ad Verbi baptismum: Is est baptismus Christi, qui est verbum patris: eum enim instituit ipse Christus ad emundandam animam & à peccatis expurgandam. Et ideo dicit: Lauamini qui estis polluti, & vos veris guttis aspergite. Alludit autem ad illud Psalmista: Asperges me Domine hyssopo & mundabor. Veras autem vocat guttas quæ verè emundat à peccatis pollutas animas. Neque enim veræ sunt cæcendæ quæ solum mundant corpus, sed quæ corpus & animam. Mundant autem vi spiritus, cum verbum accesserit ad elementum & factum fuerit sacramentum. Docet autem cur homines mundari oporteat, nempe vt cælum conscendant: In regnum enim cælorum nihil intrabit inquinatum. Vt autem in regnum cælorum ascendant, duabus de causis dicit oportere eos fatigare, quod Deus qui est in cælis, est eorum & creator & pater. Commune est omnibus, quod à Deo sint creati. Quilibet proprium suum habet patrem, Deus autem est & pater omnium, & proprius cuiuslibet pater: Nam & creatione pater est omnium, & quum vniuscuiusque gerit curâ est illi pater proprius. Apta ergo vsus est distributione, vt pote homini tribuens quod est omnium commune, nempe quod Deus sit eum fabricatus, vt filio autem, id quod est maxime proprium, vt Deus eius sit pater. Indignatur autem Clemens quod liceat gentibus baptismo sua emundare peccata, in eis adhuc permaneant, & maxime in iis quæ consumunt eorum corpora, nempe in voluptatibus & in delitiis quæ homines macerant & liquefaciunt: Nam pulchrè Horatius.

Ezech. 18.

Esaie 5. Psalm. 51.

Apocal. 21.

Horat. epistol. 1.

Philip. 1.

Rom. 1.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas,
& Venerem enervare vires, scribit Vergilius. *Quinam loquatur Dominus.* In multis locis Evangelij dicit Christus, vestrum est regnum cælorum. Peti autem Clemens cuiam hoc dicitur est Dominus; Responder autem, vestrum est regnum cælorum, si velitis, qui liberum arbitrium ad Deum direxeritis. Quasi diceret, In vestra est potestate intrare in regnū cælorum, si quod vobis à Deo datum est liberum arbitrium, non ad res terrenas & caducas, sed ad cælum dirigatis & ad Dominum, vestrum est regnum cælorum si tantum volueritis credere. Nam & si à Deo datum est vt credatur, & fides est donum Dei, necesse est tamen vt Dei assentiamur inspirationi. Sed non satis est credere, nisi sequamur compendium prædicationis. Prædicationis autem compendium est pœnitentiam agere, id est, de peccatis commissis dolere, & pro eis, quoad eius fieri potest, satisfacere. Et hoc est quod dicit Christus. Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cælorum. Quæ cum sint vtraque in iis qui illorum sunt capaces, ad baptismum necessaria, hinc factum est vt dicatur baptismus & fidei, & pœnitentiæ. Quam vim autem habeat pœnitentia ex hoc perspici potest, quod cum Niniuitæ verè & non fictè egissent pœnitentiam, etsi salutem non assecuti sint æternam qui Christum nondum agnouerant, cum nondum aduenisset, eam tamen sunt assecuti, vt euerfa non sit eorum ciuitas, quod Deus erat minatus. *Deinde qui verbum quidem.* Qui non audiuit prædicationem, obtendens aliquam causam ignorantionis, veniam allequetur. Equum enim est vt mitius cum eo agatur qui ignorauit, quam cum eo qui sciens prudensque laborauit grauissimo peccato incredulitatis. Quod tamen tum demum est verum, si naturæ sequens legem in corde suo inscriptam, & Deum agnouerit, & ita vitam suam & mores composuerit, vt à decem illis præceptis quæ naturæ conuenientia Deus statuit, non declinauerit, licet exactam illam à Christo postea præscriptam fidei formulam non obseruauerit. *Est enim aliqui homini.* Omni animali est aliquid à natura institum ad quod est aptum, & ad id ab hominibus ducitur, ad id autem quod natura non est aptum non ducitur. Homini autem à natura est institum, vt cum Deo habeat coniunctionem. Quo magis debent moueri gentes, vt facilius & libentius amplectantur quod est eorum naturæ proprium, nempe religionem & Dei cultum. Cum sint autem multæ artes & scientiæ quibus hominum vita vititur, tam ad victum sibi parandum, quam ad ciuilem societatem, nulla est cui pietas & Dei cultus non sit tanquam viaticum necessarius, quo deducamur ad vitam æternam, & tantum abest vtæ artes impediatur à religione & Dei cognitione, vt potius adiuuentur, siue dicas agriculturam, siue artem nauticam, siue militarem disciplinam. *Vt qui ergo sitis crapula grauati.* Tanquam crapula & ebrietate grauatas gentes dicit suum errorem non agnoscere: Iubet ergo eas ad sobrietatem redire, tunc enim fore vt cognoscant quale sit lapides adorare, & in ea quæ sunt nihili, imo nihil, inanes sumptus profundere, in ignorantione, inquit, vestras opes consumitis. Multas pecunias secum ferebat Vlysses, sed ipse interim toto mari errabat: apud simulachrorum quoque cultores erant tempore nostri Clementis omnia præclara & magnifica, amplæ diuitiæ, summi honores, maxima rerum omnium copia, & omnibus fruebantur voluptatibus, sed ipsi interim errabant, vt qui Deum non noscent. *si vultis ergo, his omnibus.* Cum sint ergo Dij inanes, & nihil sint idola, quæ tamen esse aliquid visione & phantasia apprehenderunt gentes à mala inductæ consuetudine, iubet Clemens vt abiectis his visis & phantasiis abnegent inueteratam consuetudinem, falsam opinionem à se reiicientes tanquam falsa somnia. Quod Græcè est *κενοδοξία*, verteram vanæ gloriæ: *κενοδοξία* enim & vanam gloriam, & vanam significat opinionem, sed diligentius consideranti mihi, visum est hic magis quadrare vanam opinionem. Iubet ergo dicere vanæ opinioni, falsa valete somnia. Quasi diceret: Inueterata consuetudo me induxerat vt Deos & idola putarem esse aliquid, sed postea re ipsa comperi, ea non minus esse vana quam falsa somnia. Subiungit autem ad Deos & idola sermonem conuertens: Eratis ergo nihil, sicut falsa somnia nihil sunt, ita vos quoque nihil eratis, quæ tamen antea putabam esse aliquid. Quod autem sequitur, Quid enim o homines existimatis Typhonem & Andocidem, & Mercurium & Amyetum. Num est cuiuslibet manifestum

manifestum eos esse lapides sicut & Mercurium, est adeo corruptum, vt nisi quod maxime cupio, inueniatur aliquid exemplar Græcum emendatius, existimem non posse eius inueniri sensum. Quid sit Typhon qui etiam dictus est Typhœus, tritum est apud Poëtas. De Mercurio Andocydis aliquid legitur apud Æschinam aduersus Timarchum. De Amyeto quid intelligat nescio, siue *ἀμύντες* mysteriis non initiatus: an nomen proprium. Quomocumque autem intelligantur hæc vocabula, non video quomodo ex eorum contextu vllus eliciatur sensus, hoc tantum possumus coniecere, eum sensisse quomocumque & à quibuscumque falsi Dij fuerint fabricati, eos non aliud esse quam lapides. Cum autem dixisset Clemens simulachra non esse adoranda, vt quæ sint inania & planè nihil, venisset autem ei in mentem posse dicere quempiam: Non adorentur quidem idola vt quæ nihil sint, negari tamen non potest Solem & Lunam esse aliquid, nec ideo non esse adorandos, quod nihil sint, tacitè obiectioni respondet Clemens, non ideo quidem esse adorandos quod nihil sint, sed ideo non esse adorandos tanquam Deos quod Dij non sint. Non magis autem esse Deos quam orbem illum qui est circa Solem & Lunam quem *ἄλων* vocant, & Iridem quam diem mensem & annum: fit autem & arca illa quam *ἄλων* vocant & Iris, à quadam affectione nubium & aëris, Iris quidem, nubis humore variato à Solis incurfione, aut ex eo quod ex humidis nubibus fit solaris splendoris reflexio; *ἄλος* verò, quod circa Solem & Lunam aër sit nebulosus, prohibente Solis vel Lunæ splendore ne totum eorum corpus occuperet. Dies autem, mensis, & annus, non aliud sunt quam quædam temporis spatia, quæ circumscribuntur ac definiuntur à motu Solis & Lunæ. Cum autem Sol & Luna quæ magna luminaria vocat scriptura, à Deo sint creata in signa & tempora dies & annos, ea non magis sunt dicenda Dij, quam illa propter quæ sunt creata. *Quis itaque sane mentis, pœnam, supplicium, iniustitiam.* Deos omnes vel dicuntur & Dij falso existimantur tollit & remouet, vt statuat vnum solum esse Deum. Est autem veluti quidam epilogus eorum quæ ab ipso dicta sunt superius. Ita autem procedit argumentum. Si est Deus, vel multi sunt Dij qui dicuntur, vel vnus. Sed non sunt multi Dij, est ergo vnus Deus. Quod autem sit Deus probatur ex eo, quod cernatur quædam in nos diuinæ potentie prudentia. Quod autem non sint multi Dij qui dicuntur, iam satis probatum est: Ex eo efficitur vt vnus solus sit verus Deus. *Verum enim uero hominibus qui mandragoram.* Mandragoræ poma dicit Dioscorides dum olesunt vel comeduntur *καρωπικῆ*, id est, soporifera, & eius etiam succum: adeo vt dicat Plinius eam largiunt potu etiam enecare. Imitatus est autem Clemens Demosthenem, qui dicit *ἀλλὰ καὶ μανδραγόρα πεπωκόσι, ἢ πᾶσι τοῖσι φάρμακον ἀνθρώποις εὐίσταται.* Sed similes sumus hominibus qui biberunt mandragoram, vel aliquid aliud tale medicamentū. Dicit ergo Clemens gentes simulachra adorantes altum quendam somnum dormire, è quo oprat vt excitentur, vt Deum intelligant, nec eum ira effingant, vt vel aurum, vel lapidem, vel arborem, vel actionem, vel affectionem, vel morbum, vel timorem Deo similem esse sentiant, cum Deus sit eiusmodi vt nihil tale in eum cadat, qui est totus *νοῦς*, id est, quem sola comprehendit intelligentia, à sensu omnino remotus. *Verè enim sunt in alma terra tres Dæmonum myriades.* Hæc, inquit, quæ diximus cum Deo nullam habent similitudinem. Sunt autem præterea, vt dicit Hesiodus, in terra tres Dæmonum myriades. Sed neque ij sunt immortales, quo fit vt nō sint Dij: neque mortales, quo fit vt non sint homines. Quod autem non sint mortales, ex hoc constat quod sensu careant. Sentiat enim necesse est quod est mortale: mortuum enim est quod cum sensu fuisset particeps, sensum amisit. De Dæmonum autem natura multi multa scripserunt, nempe sintne corporei an incorporei, & num sint sensu præditi. Sunt qui eos immortales existimant, sunt qui mortales quidem, sed eorum vitam esse longè prolixioram quam hominum, sed quomocumque sit, ij Dij non sunt. *Deinde cur in ijs quæ sunt Domini.* Aliud assert quod est planè homine indignum, nempe eius à Deo acceptorum beneficiorum ingratum & immemorem animum. Omnia, inquit, sunt Domini, vt qui ea crearit & donarit, tu autem cum eis fruaris, Dominum non agnoscis nec ei agis gratias. Quid si terram, aquam, fructus, alimenta quæ tu ei debes ferre accepta, tibi adimat, quo res tandem redibit? Tu es eius figmentum, id est, ab eo es creatus & formatus, agnosce tuum Dominum. Is in te habet plenum dominium & proprietatem, cur te ab alienas & alteri te mancipas? Quod autem est eius proprium, non potest iure esse alterius. Quo fit, vt sit prædo qui inuasit quod est alterius. Qui autem est prædo, nec habet proprietatem, nec verè est Dominus. Priuatur ergo proprietate & veritate. *An non enim quodammodo vti Niobe.* Quod in Deum sint ingratum & beneficiorum acceptorum immemores causam esse dicit quod sensu plane careant, non minus quam Niobe, quæ, vt est in fabulis, occisis suis filiis ab Apolline, conuersa est in lapidem, & vxor Loth, quæ fugiens à Sodomorum incendio, cum retro aspexisset, versa est in statuam salis, vt nostra habet versio. Dicit autem se loqui mysticè, quod huius historiae litera allegorice sit intelligenda, nempe quod qui à vitis auerti ad ea reuertuntur, sunt instar lapidum omni sensu vacui. Ideo enim retrospexit, quod impios & in terribis peccatis indurato animo versantes Sodomitas amarct. *Has tibi existima voces dici diuinitus.* Hoc erat vel maximum signum sensuum egestatis incredularum gentium, quod aues & bestias magis sacras ducerent quam homines, cum contra oporteret homines sacros existimare, aues autem & bestias non aliud esse putare quam quod sunt. Sacras autem aues ideo putabant, quod quæ Dij vellent, tanquam eorum nunciij, renunciarent, significarent & prædicerent. Tantus quidem certè honor olim est habitus auguriis & auspiciis, vt inconsultis aibus nihil nec publicū nec priuatum aggredi fas esse putarēt, maxime apud Romanos. Erat autem planè ridiculū, quod Deum quidem putarent clamare per guttur auium, per os autem hominis nihil dicere. Vana autem illa opinio eos ad tantam deduxerat stultitiam, vt aues quidem, nempe coruos, graculos, vultures, & alias eiusmodi, tanquam Dei nuncios & Angelos honorarent: Dei autem homines, ita enim vocat scriprura eos qui Deo placent, non solum non honorarent, sed etiam bonum Dei nuncium, nempe Euangelium annunciantes, & ad fidem Christi instituentes, & vt recepto iam vtar vocabulo, catechizantes, persequerentur & conarentur occidere. Quod quidem eo erato indignius, quod aues non alius quam suis, quæ non intelliguntur, vterentur vocibus, Dei autem

Diosc. lib. 4. cap. 66. Plin. lib. 25. cap. 11. Demosth. Phil. 4.

Ouid. Met. Genes. 19.

homines humanis iisque benignis verbis eos alloquerentur, & ea dicerent quæ dictabat ratio. Quod si humanis quidem vti essent verbis, sed inhumanum aliquid præcepissent, aliquid possent causari, cur eos auerferentur. Cum verò eos vocarent ad iustitiam, siue intelligas iustitiam fidei, siue omnem virtutem, nam nomine iustitiæ omnis virtus comprehenditur, nihil habent quo se excusent, oblatam eis à superis gratiam quæ per Euangelium offertur, non suscipientes, neque vitantes æternum quod eis impendit supplicium. Quod Euangelium autem eis annunciatum non audiant, causa est, quod Deo non credunt, qui tamen est maximè fide dignus, neque eius ediscunt potentiam, quæ tam evidentibus signis ubique se ostendit. Quam sit autem ridicula auguriorum & auspiciorum disciplina, non solum intellexere Christiani, sed plerique etiam è gentibus, ut in libris de diuinatione Cicero præclare eam irridet, quamuis ipse esset ex collegio Augurum. * Cuius autem est humanitas. Vituperavit quidem gentes incredulas, quod oblatam gratiam non suscipiant, supplicium autem cuius minæ intentantur non declinent. Nunc autè dicit vndenam Dei procedat gratia, & vndenam supplicium. Dei quidem est ineffabilis humanitas, à qua gratia, Dei quoque est summum odium sceleris, à quo supplicium. Alit autem, inquit, ira supplicium propter peccatum. Propter peccatum enim augetur ira Dei, quæ est eo grauior quo grauius & sæpius admissum fuerit peccatum, alit etiam & augetur supplicium. Nam Deus cum sit iustus, quo est maius & frequentius peccatū, eo maiores de eo sumit pœnas. Non quod Deus more humano irascatur, sed per eius iram intelligitur eius iustitiæ conueniens in peccata animaduersio. Ab ineffabili autem Dei benignitate quomodo procedit gratia? Benefacit, inquit, humanitas propter pœnitentiam. Est Deus quidem facilis ad ignoscendum, & ad suam conferendam gratiam, sed id non facit temere. Nam non ignoscit cuilibet, nec peccatorem prius iustificat, & ei confert gratiam, quam peccatorum præeunte pœnitentia ei fuerit reconciliatus. Id autem non difficiliter assequitur peccator, qui diuinum auxilium assidue implorauerit, quo priuari quidem est longè miserrimum, nemo autem eo priuatur nisi qui peruicaci & obliuato corde resistit Dei præuenienti gratiæ & misericordiæ. Congruenter autem iis quæ diximus de Dei benignitate & ira, scribit Paulus in epistola ad Rom. dicens: Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit. Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius, &c. Atque oculorum. Nullo maiori incòmodo nos afficere potest malignus Dæmon, quàm si nos priuet visu & auditu, cū cæcitas quidem impediatur ne cæli aspiciamus pulchritudinē, surditas verò ne diuinā percipiamus doctrinā. Quod si tantū est incòmodum nō videre, nec audire, quàm sunt gentes vituperandæ, ad eas enim dirigit orationē, quæ sua spōte & cæca sunt & surdæ, nō corporeis quidē oculis, sed mente & intelligentia, ut quæ non desiderant videre cælū & cæli effectorē, & totius mundi opificis diuinam audire doctrinam, maximè cum si ad eam querendam suam applicarint voluntatē & liberum animi arbitrium, id à Deo adiuti, qui eis non deerit, possint assequi. Ut autem intelligant nihil posse obstare quo minus salui fiant si velint, multa enumerat quæ quantumuis sint grauias, impedire tamen non possunt quo minus ad Dei perueniant cognitionem, à qua pendet salus hominis. Eam Dei cognitionem, id est, sapientiā, qui est Christus, qui semel fuerit adeptus, is eam tanti facit, ut non ære, non ferro, nec vlla re alia mundana commutauerit, cum cæteris omnibus præferatur. Ea sapientia est Christus. Christus autem est qui dat salutem, & est ubique salutaris, & meritò cum sit *Gen. 1.* id est, seruator, siue malis dicere Saluator. Quoniam autem dixerat, neque paupertatem, neque possessionum egestatem, impedire à Dei cognitione, alicui autem venire poterat in mentem, ut diceret ad hanc transigendam vitam nos multis egegre, hinc tacitæ respondens obiectioni; Qui est, inquit, amulator iusti, id est, qui ardenti amore tenetur Christi, Christus enim est iustus atque adeo ipsa iustitia, is, cum sit amator eius qui nullius indiget, nempe Christi qui Deus est & homo, paucis indiget. In ipso enim Deo reposuit suum thesaurum beatitudinis, ubi non est qui eum corrumpat, non qui suffunderet, expilet & eripiat. Ibi enim est Deus qui dat bona, non est qui ea adimat, neque qui mala inferat. Quod autem in Deo sit eius thesaurus, ex hoc constat quod ibi sit cor eius. Vbi enim est thesaurus, ibi est cor tuum, & contra. Quoniam autem ad hanc vitam transmittendam aliquo opus est viatico, in oratione Dominica, precamur nobis dari panem quotidianū. Deus enim solus est qui nullius indiget. Et ideo dicit Clemens, cum paucis indigere, non nihilo. Quod autem verti, arreptam ære ferrōve commutare, Græcè est *δηρόρει*, id est, populatus. Suspicio quidem locum esse corruptum, & alio vocabulo vsū esse Clementem, fieri tamen potest, ut alluserit ad illud Euangelicum, Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. * Sed vos quidem reueremini sanctitatem. Primum quidem versum ita ut hic est verteram. Sed nunc animaduertens in Græco esse errorem qui ita sit corrigendus; *αὐτὸ ὑμῖν καὶ πᾶσι τῶν ἀγίων τῶν ἐκείνων ἐστὶν ἡμετέρον ἢ ὑμῶν λόγον*, ita verti; Sed vos quidem sanctitate incantemini, & nostrum vestrumque verbum suscipite. Cuius hæc est sententia. Surda quidem aspis aures obstruit ne carmen audiat, sed vos contra ne aures claudatis, sed sancto Dei audito carmine incantemini ut vos reddat sanctos, & nostrum vestrumque verbum suscipiatis. Quasi diceret, Verbum descendit è cælis & nostræ vestræque salutis causa carnem suscepit, non est magis nostrum quam vestrum si velitis, dummodo ipsum quod se vobis offert suscipiatis. In eo autem quod dicit, Et virus letale expuite ut vobis quoque interitum, sicut illis senium exuere concedatur, persistit in metaphora serpentis. Constat serpentes singulis annis veterem pellem exuere, & ita desinere esse senes. Quomodo hoc fiat ambigitur: dicit Plinius, hoc fieri gustato ab eis sœniculo: alij bile seu felle euomito, quod est virus letale, exuta senectute iuuentam restitui, in qua sententia videtur fuisse Clemens. Iubet autem gentibus ut virus letale exuant, nempe ut peccata sua confiteantur & baptismo pœnitentiæ renouati, ut serpens senium, ita ipsi interitum exuant, id est, facti noui homines in Christo, vitam assequantur æternam. Cum autem hoc agatur quod est maximi momenti, oportere ipsos iis quæ dicuntur diligenter attendere, ut assequantur immortalitatem quod est pulchrum pharmacum seu medicamentum, quod ab omnibus quæ in hominem cadūt affectionibus & morbis liberat. Sed ut ad eā perueniatur, non esse instar serpentium humi reptandum, sed à terra assurgendū, & ad cælos aspiciendum & aspirandū. Nā inimici Domini qui sunt peccatores de terrenis tantum

tantum solliciti, terram lingent, id est, humi reptent, ut qui omnem diuinam & cælestem repellant contemplationem. Sed quoniam non satis habebant gentes incredulæ si ipsæ serpentum more humi serperent, nisi iis etiam qui ad cælum aspirabant insidiantes impedimentū afferrent, iubet eos desistere. Nam si sint prudentes & nemini noceant, futurum fortasse Deo adiuuante, ut sint & prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, & datis pennis & terrena relinquunt iustra & laribula, & in cælis habitent. Sed hoc non vsuuenit nisi iis quos ex toto corde peccatorum pœnitent. Nam ij demum Dominum ex toto corde capiunt. Non capiunt autem qui simulata ducti pœnitentia, mox ad peccatum tanquam sues ad vomitum reuertuntur. *sperate in ipsum.* Non satis est autem pœnitere, sed & in Dominum spes est collocanda à quo pendet nostra salus. Sed nec pœnitentiæ, nec spes nostra debet esse ficta & simulata, sed corda nostra coram illo sunt effundenda, id est, aperienda, nec in nobis debent esse vllæ latebræ, in quibus vllæ vitiorū reliquiæ delitescant. Et sunt quidem velimus nolimus, omnia Deo aperta, sed sunt nihilo fecius quæ in nobis sunt à nobis exprobanda. Nam si nostra non celauerimus, & Dei auxilium implorauerimus, Deus est adiutor noster in æternum, qui nobis non deerit si nobis ipsis nō desimus. Hæc dicit Psalmographus; Sed quibus nā dicit? Iis qui sunt recentes ab improbitate, id est, iis quibus sunt recens remissa peccata. Eorū Deus miseretur, & eos implet iustitia. Quasi diceret, Eos quidem remissis peccatis iustificauit in baptismo, sed nō est satis remissa esse peccata, sic enim incepta solum est iustitia, sed eam bonis operibus perfici oportet & adimpleri. Quod facit Christus qui inceptum opus perficit vsque ad diem suum. Nam & nos quidē nostram salutem operamur, sed & Deus est qui dat velle & perficere pro bona voluntate. Atque in Deo quidem est sperandum, sed nostræ salutis initium est fides. Sed ne quis dicat non temere esse credendum, cum quæ promissa sunt non semper seruentur, dicit fallere quidem homines, ut qui sint mendaces, sed Christū non fallere qui est Deus & homo. Nam fallere quidem posset si esset tantum homo, sed cum in Christo vnū sit subiectū quod est Deus & homo, Deus autem sit ipsa veritas, merito ab homine est habenda fides Deo & homini. Crede ergo, inquit, Deo viuenti. Non est, inquit, Deus idolis similis, quæ nec viuūt nec sentiūt: Christus est Deus verus & viuus. Nec te à fide auocet quod passus sit in cruce. Nā passus quidem est ut homo, adoratur autem ut Deus. Credite, inquit, serui mortuo, ei, inquam, qui est mortuus, sed idem & reuixit & viuuit. Credite omnes homines ei qui solus est Deus ex omnibus hominibus. Quasi diceret, Ex hominibus in Deos relati & ab eis adorati sunt homines innumerabiles, qui tamen non aliud fuerunt quam homines: solus autē Christus est Deus & homo. *Pulcher hymnus.* Hymnus dicitur id quod ad laudē Dei cantatur canticū. Hic autem dicit Clemens, pulchrum Dei hymnum esse hominē immortalem, qui iustitia ædificatur, & in quo sunt insculpta eloquia veritatis. Significat autem nihil esse quo magis Deus laudetur, quam quod hominem fecerit immortalem, sed non quemuis hominem, verū eum in quo cum Christus positum sit fundamentum, creuit id ædificium super ædificata iustitia, & in eo insculptis eloquiis veritatis, & cæteris omnibus impositis virtutibus. Ideo autem ex immortalitate hominis laudatur Deus, quod cum is homo demum sit immortalis qui est præditus virtutibus, eæ virtutes nusquam melius possunt inscribi, quàm in anima hominis temperanti & moderata. Neque sanè mirum, cum ea sit creata ad Dei similitudinem. Eodē autem modo dicit Clemens, hominem immortalem esse Dei hymnum, seu canticum ad laudem Dei cantatū, quo Paulus dicit Corinthios esse suā epistolam, ut quorū bonæ actiones magistrum magis cōmendarēt quam quæuis eius epistola. *Oportet ut existimo.* Quoniam est verisimile, ex his gentibus quæ ad Christi fidem vocabantur, futuros, qui sentirent scripturas quas oportet in suis animis insculpere & obsignare, Christianos, à suscepto vitæ suæ genere esse alienas, ostendit eas ad omne vitæ genus esse accommodatas, & multum conducere. Carceres autem hic vocat, quod Græci *ἀπέμειρα*, à quibus vel equi, vel cursores ad cursum emittuntur. A factis illis ergo scripturis qui eis animā habent obsignatā, ad quoduis genus vitæ emittantur, eas inueniant sibi conducibiles. Qui ex scripturis patrem didicerit, & ad eum confugerit, bonus erit pater, qui filium intellexit, erit bonus filius in parentes. Mariti erunt boni in vxores qui Christum legerint esse sponsum & sponfam Ecclesiam, Domini autem erunt boni in seruos, qui sunt ipsi liberati à peccati & Diaboli & mortis tyrannide. *O errore qui est.* Cum hominū falsos Deos & simulachra colentiū ostendisset ignorantem, per exclamatiōem exaggetat & amplificat rei indignitatem, dicens & hominibus & bestiis esse communem Dei ignorantem, sed in hoc esse bestias hominibus beatiore, quod bestiarum quidem tantum Deum ignorant, homines autem nō solum Deum ignorant, sed etiam veritatem imitantur & simulant, falsam inducentes religionem, ut qui falsos Deos colant, & adorent simulachra.

Leges quidem Solonis sequatur Atheniensis, & Argivus leges Phoronæi, & Spartanus Licurgi. Si autem te ipsum Deo adscribis, cælum quidem est tibi patria, Deus autem legislator. Quanam autem sunt leges? Non occides, adulterium non committes, puero stuprum non inferes, non furaberis, non dices falsum testimonium: diliges Dominum Deum tuum. Florum autem sunt etiam implementa leges rationales, & verba sancta, si in ipsis inscribantur cordibus: Diliges proximū tuum sicut te ipsum. & tibi percutienti maxillam, præbe etiam alterā. Non concupisces: sola enim concupiscentia admisisti adulteriū. Quanto est melius hominibus ab initio ea quæ non oportet nolle concupiscere, quàm assequi ea quæ concupisces? Sed vos quidem sustinere non potestis salutis austeritatem. Quemadmodum autem nos cibus dulcibus delectamur, eos plures facientes propter lenitatem voluptatis: nos autem curant & sanant amara, quæ sensum exasperant: sed eos qui sunt imbecillo stomacho, confirmat medicamentorum acrimonia, sic delectat & iucundo quidem sensu titillat

Phil. 1. & 2.

1. Cor. 3.

Matth. 6.

Matth. 11.

consuetudo. Sed illa quidem in barathrum deturbat consuetudo, in calum autem deducit, veritas, quæ primum quidem est aspera, sed bona puerorum educatrix: & ex ea honestus quidē ac venerandus mulierū cœtus, & prudēs & moderatus senatus. Neq; verò est aditu difficilis, neque eiusmodi ut sit eam accipere difficile, sed est proximè in nostris domibus quæ est, ut dicit tacitè significans Moses longè sapientissimus, in tribus nostris degens partibus, manibus, ore, & corde. Hoc quidem verum est ac germanum signum veritatis, quæ in summa tribus completur, consilio, & actione, & verbo. Neque verò verearis, ne multa eaque iucunda, te visis pulsum ac phantasis abducant à sapientia, transiliet ipse lubens nugæ cōsuetudinis, sicut etiam pueri, cum ad virilem ætatem peruenerint, abijciunt ludicra. Celeritate quidem inexpugnabili, & quæ facillè aditum præbet benevolentia, diuina quæ terræ illuxit potentia, impleuit vniuersitatem salutaris semine. Non enim tantum opus in tam paruo tēpore absque diuina cura & prouidentia perfecisset Dominus, qui visus est despectus, reipsa autem adoratur, qui expurgans & salutaris, benignusq; est & clemēs, Verbum diuinū qui reuera est Deus manifestissimus, qui est vniuersorum domino exa-
 10 quatus: quoniam erat eius filius: & Verbum erat in Deo, neq; quando est primū prædicatus non creditus, neq; quando suscepit personam hominis, nec quando carne effectus egit salutarem actum humanitatis ignoratus. Fuit enim verus & germanus decertator, & sui figmenti propugnator. Celerrimè autē omnibus hominibus traditus, cum Sole celerius ortus esset ex ipsa paterna volūtate, facillimè fecit ut Deus nobis illucesceret, vndēnam ipse esset, & quis esset, per ea quæ docuit & demonstrauit, ostendens, fœderis initor & recō-
 20 ciliator, & Seruator noster, Verbum, fons viuificus, pacificus, qui per vniuersam terræ faciē diffunditur, per quem, ut semel dicā, effecta sunt omnia, pelagus bonorum. Parumper autem si velis ab alto repetens, intuere diuinū beneficium. Primus homo quādo in paradiso erat, ludebat solutus, quoniam erat Dei puer: quando autem subiecit se voluptati (Serpens allegoricè dicitur voluptas, super ventrem repēs, vitio terrestri innutrita materijs) illectus est puer cupiditatibus, vir effectus per inobedientiam, & cum patrē non audisset, Deum affecit ignominia. Quātu virium habet voluptas? Homo qui erat solutus propter simplicitatē, inuentus est alligatus peccatis. Eum voluit rursus Dominus soluere à
 30 vinculis & carne illigatus. O diuinum mysterium! hunc serpentē subegit, & tyrannum redegit in seruitutem, nēpe mortem, & quod est maximè præter opinionem, illū hominem qui seductus fuerat à voluptate, qui erat alligatus interitui & corruptioni, extensis manibus ostendit solutum. O diuinum mysterium. Inclinator quidem est Dominus, homo autem surrexit, & qui cecidit ex paradiso, maius obedientiæ præmiū celos accepit. Quamobrem, ut mihi videtur, quoniam ipsum Verbum ad nos venit calitus, non est nobis amplius eundū ad humanam doctrinam, Athenas, & aliam Græciam, quinetiam Ioniam, quærendo curiosè. Si est enim nobis ille magister, qui impleuit omnia sanctis potestatibus, opificio, salute, beneficio, legislatione, prophetia, doctrina magister omnia nūc resonat, & vniuersum iam Athenæ & Græcia factū est Verbo. Nō enim poëtica quidē fabulæ credidistis, quæ Minoem scribit Cretēsem vsū esse familiari Iouis cōsuetudine: nobis autē nō credetis qui Dei fuimus discipuli, qui eā philosophiā, quæ reuera vera est, suscepimus? Quā autem summi tantū obscure significarunt Philosophi, Christi etiam cōprehendere
 40 & prædicauere discipuli. Atque vniuersus quidem, ut semel dicam, Christus non diuiditur. Non est Barbarus, nec Iudæus, nec Græcus, nec masculus, nec fœmina: est autem nouus homo Dei sancto Spiritu transformatus. Deinde alia quidē cōsilia & admonitiones, & molestæ sunt, & sunt de ijs quæ sunt singularia, an ducenda sit uxor, an sit gerenda respublica, an procreandi filij? Generalis autem sola adhortatio, & quæ ad totam scilicet

Extensis manibus in cruce.

Galat. 3.

tam scilicet vitam in omni tempore, in omni euentu & circumstantia vitam dirigens ad id quod est præcipuum, est pietas ac Dei cultus. Cui congruenter solum quoque viuere necesse est, ut semper viuamus. Philosophia autem, ut dicunt veteres, est diuturnum cōsiliū, quod sapientia æternum ambit amorem. Præceptum autem Domini lucidum illuminans oculos. Suscipe Christum, suscipe visum, suscipe lucem,

Ipse Deumque virumque ut rectè noscere possis.

- 10 Dulce est verbum, quod nos illuminauit: est super aurum & lapidem præciosum, desiderabile super mel & fauum. Quomodo enim non est desiderabile, quod mentem in tenebris defossam, operantem effecerit & efficacem, & animæ luciferos acuerit oculos? Quemadmodum enim si sol non esset, quod ad alia quidem astra attinet, nox essent omnia: ita nisi Verbum cognouissemus, & eo illuminati essemus, nihil differremus ab auiibus quæ saginantur, ut qui pinguesceremus in tenebris, & morti nutrireremur. Capiamus lucem, ut Deum capiamus. Capiamus lucem, ut simus Domini discipuli. Hoc
 20 certè Patri quoque est pollicitus. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te. Lauda, & narrabo tibi patrem tuum Deum. Saluum faciunt tuæ narrationes. Docebit me canticum, quod huc vsque errauerim quærens Deum. Quoniam autem ad lucem deducis me Domine, & Deum inuenio per te & Patrem accipio abs te, fio tuus coheres, quoniam fratris te non puduit. Auferamus ergo, auferamus obliuionem veritatis, ignorantia amota & tenebris, quæ impedimento sunt oculis perinde ut caligo: eum qui verè est Deus contemlemur, hanc ei primū vocem in hymno ac-
 30 clamantes: Salue lux, quoniam lux nobis è celo exorta est, qui defossi eramus in tenebris, & inclusi in umbra mortis: lux, inquam, sole purior, & vita quæ hīc est iucundior. Illa lux est vita æterna, & viuunt quæcunque eam participant. Nox autem veretur lucem, & propter timorem occidens, cedit diei Domini. Fiunt omnia lux quæ sopiri non potest, & occasus credidit orienti: hoc noua voluit creatura. Qui enim omnia obequitat solius iustitiæ, æquè obit humanitatem, imitans patrem qui æquè super omnes facit oriri
 40 solem suum, & rorem instillat veritatis. Is occasum traduxit in orientem, & mortem in vitam cruci affixit: ab exitio autem abreptum hominem, in æthere suspendit, transplantans interitum & corruptionem, in interitus & corruptionis vacuitatem: & terram mutat in calum Dei agricola, dextra signans: populos autem ad bonum opus excitans, veram vitam in memoriam redigens, & verè magnam, & diuinam, & quæ auferri non potest nobis hæreditatem largiens, caelesti doctrina hominem Deum efficiens, dans legem in mentem ipsorum, & eam scribens in corde. Quasnam scribit leges?
 50 Quod omnes scient Deum à magno vsque ad paruum. Et propitius, inquit Deus, erro ipsis, & peccatorum eorum non recordabor. Suscipiamus leges vitæ, pareamus Deo exhortanti. Discamus ipsum, ut sit propitius. Reddamus illi licet non egenti gratam mercedem, affectus bene compositos: & veluti in habitata domus mercedem, pro nostra quæ est hīc habitatione, demus Deo pietatem ac eius cultum. Æs pro auro pondusque nouem, pro pondere centum taurorum. Pro modica fide dat tibi tantam terram quam colas: aquam, ut bibas, & aliam, ut nauiges: aërem, ut respires: ignem, ut opereris: mundum, ut inhabites. Hinc tibi concessit in celos mittere coloniam. Hæc tot & tam magna opera & munera modica fide locauit. Deinde qui crediderunt quidem præstigiatoribus, amuleta & incantationes accipiunt ut salutare: Vos autem ne ipsum quidem Verbum caeleste, qui est seruator, alligare vobis vultis, & Dei credentes incantationi liberari quidem à vitijs & perturbationibus, quæ sunt morbi animi: auelli autem à peccato. Est enim peccatum mors æterna. Estis plā-

Esaiæ 9.

Masach. 4.

Matth. 5.

Hier. 33.
Matth. 5.

Hom. III. 6.

Locauit, id est, tradidit largitus.

nè surdi & cæci sicut talpæ, & nihil aliud quam comedentes, degitis in tenebris, circumfluentes interitu & corruptione. ^m Sed est veritas quæ clamat. Ex tenebris lux lucebit. Luceat ergo lux in occulto hominis, nempe in corde, & exoriantur radij cognitionis, eum qui intus est occultus hominem manifestantes & illustrantes, discipulum lucis, qui est Christi familiaris & coheres: maximè quando pio & bono filio, maximè honorandum & colendum boni Patris nomen venerit ad cognitionem, imperantis lænia, & filio iubentis ea quæ sunt salutaria. Qui autem ei paret, in omnibus magna commoda percipit, ¹⁰ sequitur Deum, paret Patri, se errare cognoscit, Deum diligit, diligit proximum, implet mandatum, querit præmium, postulat promissum. Deo autem semper est propositum seruare gregem hominum, & ideo pastorem bonum, bonus misit Deus. Verbum autem explicata veritate, ostendit hominibus altitudinem salutis, ut vel salui fierent ducti pœnitentia, ut iudicarentur, si non obediissent. Hæc est prædicatio iustitiæ, ijs quidem qui obediunt Evangelium, seu bonus nuncius: ijs autem qui non obediunt, iudicium. ⁿ Sed terrifica quidem tuba classicum canens, congregat milites, & bellum denunciat. Christus autem pacifico modo in fines terræ inspirato, non congregabit suos milites pacificos? ¹⁰ Atque collegit quidem, ô homo, sanguine & Verbo incruentum exercitum, & regnum caloribus eis tradidit. Tuba Christi est, eius Evangelium. Is quidem tuba cecinit, nos autem audiuiimus. Armemur pacifice, induentes thoracem iustitiæ & fidei clypeum assumptentes, & galeam salutis imponentes, & acuamus gladium spiritus, quod est Verbum Dei. ^o Ita nos Apostolus ordinat pacificè. Hæc sunt arma nostra inuulnerabilia. His armati, configamus instructa acie aduersus malum, ignita mali iacula extinguamus ³⁰ aqueis à verbo tinctis cuspidibus, beneficia remunerantes gratis benedictionibus, & Deum verbo diuino honorantes. Adhuc enim loquente te, dicet, inquit: Ecce adsum. ^p O sanctam beatam hanc potentiam, per quam Deus versatur vnà cum hominibus. Melius est ergo & præstantius imitatore simul fieri & cultorem optimæ ac præstantissimæ eorum quæ sunt essentiæ. Non poterit enim quis Deum imitari, nisi eo quod sanctè colat: neque colere ac venerari, nisi eum imitetur. Qui enim est celestis amor & verè diuinus, hac ratione accedit hominibus, quando in ipsa anima id quod est verè honestum, à verbo diuino excitatum, potuerit effulgere. Et quod est maximum, cum germana & sincera voluntate vnà concurrat salus, simul, ut semel dicam, coniugatis libera animi electione & vita. Proinde hæc sola veritatis adhortatio assimilata est fidelissimis amicis, permanens vsque ad extremam respirationem, & bona dux & comes toto & perfecto spiritu animæ, ijs qui tendunt ad cælum. ^q Quid autem te adhortor? Urgeo ut saluus fias. Hoc vult Christus, vno verbo tibi vitam largitur. Et quòdnam est hoc? ¹⁰ Discite paucis. Verbum veritatis, Verbum incorruptionis, qui hominem regenerat, ipsum reducens ad veritatem, stimulus salutis, qui abigit interitum, qui mortem persequitur, qui edificauit templum in hominibus, ut in hominibus Deum collocet. Fac ut templum sis castum ac mundum, & voluptates & delicias, tanquam caducam & breuem florem, relinque vento & igni. Temperantiæ autem ac moderationis sapienter fructus cole, & Deo te ipsum consecra primitias, ut non solum sit opus, sed etiam Dei gratia. Decet autem utrumque, & Christo familiarem cerni, & dignum regno, & regno esse dignatum. ⁶⁰

Ephes. 1.

Ephes. 6.

Esaia. 58.

Coniugatis, id est, coniugatis.

COMMENTARIVS.

^a LEGES quidem solomonis sequatur Atheniensis, & Argiuis leges Phoronai. Aliæ quidem ciuitates habent leges quas sequantur latas à suis legislatoribus, Christiani, quibus cælum est patria, Dei sequantur leges quarum ipse est legislator. De Solone & Lycurgo vide Plutarchum in Parallelis. De Phoronæo autem hæc scribit

hæc scribit Eusebius; Phoroneus Inachi filius & Niobes leges primus iudiciaque conscripsit. Pausanias vero, Phoronæus Inachi filius, homines primum ad publicæ vitæ consortia perduxit, cum dispersi antea solique passim degerent. ^{Quænam autem sunt leges.} Et veteris testamenti & noui sunt eadem leges, sed noui eo sunt perfectiores, quod Christus qui venerat legem adimpleturus, non soluturus, ea etiam prohibuerit quæ inducebant ad legem violandam, & ideo Clemens eas appellauit leges rationales, seu verbi leges, & priorum implementa. Non solum enim prohibuit eadem hominis, sed odium & iram qua ad eam peruenitur, & non solum vetuit vindictam, sed etiam iniuriæ iussit perpellionem. Nec solum interdixit ne admitteretur adulterium, sed etiam ne videretur mulier ad concupiscendum. Est autem longè melius & perfectius, omnino quæ non oportet non concupiscere, quam ea quæ concupieris assequi, cum eis tibi minime frui liceat. ^b sed vos quidem sustinere. Qui molli delicatæ & voluptuariæ vitæ assueuerunt, nihil est quod æquè abhorrent atque vitam austeram & laboriosam. Cum ergo esset auster & laboriosa Christianorum vita, ut qui in ieiuniis, vigiliis, humi cubationibus, quas *χρημύνας* Græci vocant, se exercebant, vnde & *ἀσκηται*, id est, exercitatores dicti sunt Monachi, quod plusquam alij his asperioribus affligendi rationibus carnem suam macerarent & domarent: illam autem vitæ austeritatem non ferrent incredulæ gentes, nec à fide ideo detererentur, dicit Clemens austera & amara dulcibus esse præferenda. Quo fit vt de Christianæ religionis veritate id iure optimo dici possit, quod dicit Isocrates de virtute, Virtutis quidem radicem esse amaram, fructus autem dulces. Quod autem vertimus Senatus id Græcè est *ῥητορία*, quod significat, & *βουλῆ*, id est, hominum multitudinem ad dandum ciuitati consilium constitutam, quæ maxima ex parte constabat ex senibus, & quamuis senum congregationem. Ita *ῥωμαίωνων*, est & gynæceum, & quæuis multitudo mulierum. Erat etiam aliud quod poterat deterere gentes à fide Christiana, nempe quod ad legem Christi non pateret facilis aditus, & difficile esset eam accipere. Cuius contrarium adstruit Clemens dicens, non esse difficile id assequi, quod est in nostris domibus, id est, in nostra potestate: esse enim in nostra potestate, quod est in tribus nostris partibus, manibus ore & corde. Quod quidem dicit Moysen tacitè significasse. Ita enim scribit in Deuteronomio. Eruntque verba quæ ego tibi præcipio hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo, & ambulans in itinere, dormiens atque confurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur ante oculos tuos, scribèsque in limine & ostiis domus tuæ. Id autem significat Moyses, omnem nostram cogitationem, orationem, & actionem eo esse dirigendam, vt lex Dei à nobis obseruetur. Hoc est verum & germanum signum quod sit in nobis veritas, quando Dei legem, & in corde meditatur, & ore eloquimur, & opere exercemus. Hæc sunt illa tria quibus dicit Clemens compleri, id est, esse absolutam & perfectam veritatem; Consilio, dum quæ sunt agenda meditatur, hoc est esse in corde; Actione, dum legi Dei conuenienter operamur, hoc est esse in manibus, Verbo, dum eam enarramus ac docemus, hoc est esse in Verbo. ^c Parumper autem si velis intueri diuinum beneficium. Hic est pulcherrima diuini beneficii contemplatio. Primum hominem, nempe Adamum, à se creatum Deus collocavit in paradiso. Ludebat autem solutus, id est, nullis angebatur sollicitudinibus, nec vllis afficiebatur animi perturbationibus: erat autem solutus, id est, liber, nec vllis peccatorum vinculis alligatus, cum tamen esset sui iuris, & ei à Deo esset donatum liberi animi arbitrium. Deus enim ab initio reliquit eum in manu consilij sui, ludebat autem solutus, quoniam erat Dei puer. Non erat cur esset sollicitus, nec vlla afficeretur animi ægitudine. Deus enim eius tanquam & filij & pueri curam gerebat, *παις* enim & filium & puerum significat, filius erat vt qui ab eo esset creatus. Puer erat, vt qui planè esset simplex & innocens & ab omni fastu & vitæ superbia alienus. Is ergo puer cum esset sui iuris, & eius curam Deus gereret, & Dei & sui oblitus, se subiecit voluptati, quæ allegoricè à scriptura dicitur serpens, vt quæ planè sit terrestris, & humi repens aliena sit à diuino spiritu. Hinc factum est vt qui Dei erat puer, factus sit vir, sed terrena sapiens, & cum patri qui eum creauerat, & qui eius curam gerebat non obediisset, Deum affecit ignominia. Deum enim ignominia afficit qui suæ dignitatis immemor, ei non paret cui omnia sua ferre debet accepta, nihil enim suum potest dicere quod non sit eius qui dedit. ^d Quamobrem, vt mihi videtur. Ex his quæ superius dicta sunt cõcludit Clemens, quod cū magister noster Christus qui iis quæ hic enumerat omnia impleuerit, & in eo sint omnes thesauri scientiæ & sapientiæ; cū solus, inquam, ille sit cui nihil deest, & à quo haberi possunt omnia, non esse amplius adeundas Athenas, nec Græciam aliam, nec Ioniam, vt discamus Philosophiã, maximè cum non plenam eam traderet Philosophi, sed eam tantum obscurè significarent: Christi autem Discipuli eam perfectè comprehenderint & docuerint atque adeo prædicarint. Quibus eos magis oportet credere quam Minoi Cretensi, qui vt leges quas ferebat, maioris essent authoritatis, fingebat se Iouis vri cõsuetudine. Quod de Ægeria quoque nympha Numa fingebat apud Romanos, & Lycurgus apud Lacedæmonios dicebat se leges accepisse ab Apolline. Frustra, inquit, nunc quæritur Athenæ, & frustra Græcia, cum per totū orbem terræ nunc Verbum resonet vbique, quod ad discendam verã & perfectã attinet Philosophiã, sint Athenæ & Græcia. ^e Atque vniuersus. In Christo Iesu neque circūcisio aliquid valet, neque præputiū sed noua creatura. Nouus autem fit homo, & noua creatura, nõ quod è corpore aliquid mutetur, sed quod eodè manente corpore quod prius erat terrestris, & tantum terrena sapiebat, fiat spiritualis, & ad diuina & spiritualia tantum aspiciet. Neque verò est mirum, quãtūvis sit nouum, quod Christus nõ diuiditur dū docetur & discitur, quod in Sacramento Eucharistiæ sub symbolis panis & vini totum comeditur & totum bibitur. ^f Philosophia autem. Quisnã ex veteribus hoc dicat nõ memini me legere. Pythagoras primus vocauit Philosophum, id est, amator sapientiæ, cū qui eum præcellerat nõ dubitasset se appellare *σοφιστής*, id est, sapiens. Est ergo Philosophia amor sapientiæ. Clemens autem dicit eã esse diuinum consiliū, quod sapientiæ æternæ ambit amor. Consiliū diuinum appellas longam meditationem, laboremque & studiū quod in ea ponitur. Nã vt sapientiã assequaris longo opus est tempore. Ambire autem dicit, metaphora sumpta à puellis, quas ambiunt qui cupiunt earum frui cõsuetudine. Quod autem verti æternū, Græcè quidem est *αἰδίων*, sed suspicor legendum esse *αἰδίων* in genitiuo, vt coniungatur cum sapientiæ & dicatur amor æternæ sapientiæ, & distinguatur æterna sapientiã, cuius amore teneretur Philosophus à creata, cuius nõ teneretur. Quod si legatur æternū, intelligendum est Philosophum ambire vt in se sit

Euseb. in Chron. Pausan. 2. Corinth.

Deut. 6. & 11.

Eccles. 15.

2. Corin. 3. Galat. 6.

æternus amor sapientiæ. *8 suscipe Christum, suscipe visum.* Ea æterna sapientia est verbum patris, ea est ipse Christus, Verbum est sapientia, Verbum est etiam lux quæ illuminat: Iubet ergo vt Christum suscipiamus qui dat vt videamus, lux est qua poterimus cognoscere eum esse Deum & hominem, & esse vnū subiectum, aut si mauis suppositum, cuius sunt duæ naturæ & voluntates, nempe diuina & humana. Dulce autem & desiderabile dicit esse Verbum, & statim subdit causam, quod id sit quod nobis lucem afferat. Luce autem nihil est iucundius. Sol quidem efficit vt sit lux in vniuerso mundo sensibilis, qui si non esset, ne astra quidem alia lucem darent, cum ea ipsa illam à Sole accipiant. Verbum autem mentem & animam illuminat, efficitque vt quæ prius erat in tenebris nihil agens, operetur & sit efficax. Quod nisi esset, non secus atq; aues quæ saginantur in tenebris tantum pinguescerent, & saginati moreremur, nulla nostræ dignitatis & officij habita ratione, nec vlla regni cælestis propofita expectatione. Ad lucē itaq; capiendam nos inuitat, vt capiamus Dominū, & eius simus discipuli. Quod ipse quoq; Dominus patri est pollicitus, & dicens se nomen eius narraturum fratribus suis in medio Ecclesiæ, fratres suos vocauit suos Discipulos, quos ipse adducit ad lucem. Cum ergo ad lucem, id est, ad Deum per eum perueniant, & Deum per eum inueniant, & patrem ab eo accipiant adoprati per gratiā, qui natura est eius pater, ita fit vt sint eius cohæredes, cum eum nō pudeat eos appellare fratres. Hinc est quod dicit Paulus, quod si sumus filij, sumus quidē hæredes Dei, cohæredes autem Christi. *9 Auferamus ergo, auferamus.* Cum verbum quale esset explicasset, & inter cætera lucem esse dixisset, nunc tenebris & veritatis ignoracione amota, iubet per eam lucem quæ mentem illuminat, nempe Christum, Deum verum contemplari. Sed occurrit obiectio. Cum tam multi sint homines, ad quos nulla Dei peruenit visio & cognitio, quæ est vita æterna, quomodo ij dicuntur non viuere, cum sentiant & vitæ humanæ fungantur muneribus? Ad quod respondetur, eam demum veram esse vitam, quæ nunquam desinit, quod in vitam non cadit mortalem. Qui enim verè viuunt, semper viuunt, quod Dei præstat visio & cognitio, quæ est ipsa lux & vita. Sed cum alibic dicat scriptura: Deum nemo vidit vnquam, quomodo fieri potest, vt Dei visio vita sit æterna, cum ab homine qui viuunt Deus non possit videri. Ad quod respondendum est, Dei visionem non cadere sub sensus humanos, cum Deus ipse sola percipiatur intelligentia. Non viuunt ergo qui humanis sensibus Deum comprehendunt, cum id non possit fieri. Deo enim caret qui est ipsa vita: Sed qui spiritu, vt ipse quoque Deus est spiritus & intelligentia Deum contemplatur, Deum videt & noscit, quæ est vita æterna, & licet mortali corpore viuat vita humana, viuunt tamen etiam vita diuina & æterna, vt qui spiritu Deum contemplant, efficiatur quodammodo vnus & idem spiritus. Ad hæc accedit, quod vita humana, quamuis quod sit à Deo habeat, vt qui sit vitæ fons & initium, ea tamen multis eget adminiculis, quibus deficientibus necesse est vt extinguatur. Dei autem vita est per se vita, & cui nihil potest deesse. Quo fit vt qui in eo viuunt, viuunt autem qui eum vident & norunt, tandiu viuunt quandiu eum vident & norunt. Hinc Dei visio & cognitio dicitur vita æterna, quæ hic quidem inchoatur ab iis qui Deum diligunt, spirituque & intelligentia, quoad eius fieri potest, eum apprehendunt, in futuro autem sæculo erit perfecta & omnibus numeris absoluta, quando non amplius per speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem eum videbimus, id est, quando omnibus terrenis amoris impedimentis, eius essentia fruemur visione. Nox autem veretur lucem, & propter timorem occidens, cedit diei Domini. Lux, & nox, quæ est diei priuatio, simul stare non possunt, adueniente enim luce nox recedit. Nam, vt dicit Paulus, Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Dicit autem Clemens noctem vereri lucem, id quod est rei animatæ tribuens inanimæ. Significat autem Christo adueniente, qui est vera lux, fugere tenebras peccati. Diem autem Domini vocat Christi aduentum, Eo adueniente omnia sunt illustrata: fugatæ enim sunt tenebrae, nec fuit quisquam non illuminatus, nisi qui exortæ luci non clausit oculos. Christi autem luce fuisse illustratum, vocat nouam fieri creaturam. Vnde etiam baptisma inter cætera nomina appellatur *φωτισμα*, id est, illuminatio. Deinde affert causam cur lux omnia illuminet. Nam Christus, inquit, Sol iustitiæ qui omnia peruenit & permeat, obit humanitatem, id est, totum genus humanum pertransit, imitans patrem suum, qui Solem facit oriri super bonos & malos, & instillat rorem veritatis, id est, veram fidei docet doctrinam, quæ instat roris descendit à cælis. Deinde sequitur: Is occasum traducit in Orientem. Christus in scripturis vocatur Oriens, ipse ergo cui est nomen Oriens, qui nos, vt ait Lucas, visitauit ex alto, occasum traduxit ad Orientem, id est, effecit vt qui erant in occidente, nempe qui erant propensi & procliuēs ad peccatorum tenebras, traducerentur ad Orientem, id est, ad ipsum Christum, & Christiani fierent, qui prius à Christo, id est, ab ipsa veritate, procul erant remoti. Quid postea sequitur? Et mortem in vitam cruci affixit, id est, ipse in cruce affixus est & mortuus, vt per eius mortem, vita quæ propter peccatum homini fuerat adempta, ei veluti postliminio restitueretur, imo verò longè melior & præstantior, nempe vita æterna. Ab exitio autem arreptum hominem in æthere suspendit, & c. Quasi diceret, Ipse in cruce suspensus in æthere, & hominem in altum extulit, liberauitque ab interitu, & cum esset antea interitui & corruptioni homo obnoxius, interitum & corruptionem veluti transplantatam & transmutatam penitus sustulit. Postea autem dicit, Et terram mutat in cælum Dei Agricola. Christum vocat Dei Agricola, sicut etiam in Euangelio, dicitur homo, qui est Dei Agricola, exiisse ad agrum seminandum. Nec ideo non est Dei Agricola, quod ipse Christus patrem suum appellet agricolam, & Paulus Corinthibus dicat esse Dei agriculturam. Terram autē mutare dicit in cælum, quod homines quamuis terram habitent, optimo accepto à Christo semine, non amplius sint terrestres, sed cælestes diuini & spirituales. Dextera autem signans dicit, alludens ad id quod scribitur apud Matthæum, quod Deus in fine sæculi sententiam laturus, bonos statuit à dextris, malos autem à sinistris. Vbi etiam populos ad bonū opus excitat, narrans quæ cōsequatur ij qui suis elemosinis bene merentur de pauperibus, & quæ nā sit eis danda hæreditas, nepe regnū cælorū, dum dicit, Venite benedicti patris mei, possidete paratū vobis regnū à constitutione mundi. Nā possidete, Græcè est *κληρονομήτε*, id est, sitis heredes regni. Cælesti autē doctrina Christi hominē Deū quodammodo facit, quādo per eā efficitur vnus cū eo spiritus. Nā qui adhæret Domino, inquit Paulus, vnus est spiritus. Quod autem

autem dicit, dans legem in mentem ipsorum & eam scribens, id dicit conuenienter ei quod prædixit Hieremias; Post illos dies, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorū scribam eam. Hier. 31. Quod quidem citatur à Diuo Paulo dum dicit ad Hebræos; Dabo leges meas in mente eorum, & in corde eorum superscribam eas. *1 Quasnam scribit leges!* Hæc leges quas dicit Clemens, sunt apud eundem Hieremiam in eodem loco; Inter leges autem primum tenet locum, quæ cauet vt omnes Deum norint à minimo vsque ad maximum. Quod quidem aded fuit verum, vt post Christi aduentum vbique fere terrarum cessarit adoratio simulacrorum & Dæmonum, falsorumque cultus Dæmonum. Hinc Dei cognitio, quæ certa & stabili in Christum fide nititur: adiuncta est pœnitētia, quæ efficit vt deletis peccatis Deus amplius eorum non recordetur. Hæc autem est peccatoris iustificatio, qua remissis peccatis, fides per charitatem operatur, & spes in Deum collocatur. Hæc verè lex dicitur, quæ à Græcis proprie *νόμος* vocatur, quod suum vnicique tribuatur, nempe Deo pietas, & qui eum decet cultus, in proximum autem certis hominum cōstitutis gradibus, quoad eius fieri potest, beneficētia. Has leges iubet vt suscipiamus, & pro plurimis & maximis quæ à Deo hic accepimus beneficiis, tanquam habitationis mercedem ei reddamus fidē, & pietatem, & bonos mores, & effectus bene compositos. Tot autem & tanta quæ à Deo accipimus beneficia, cum exigua mercede quam Deo non egenti reddimus, nempe cum pietate & eius cultu conferens, eam dicit esse veluti Diomedis & Glauci permutationem, id est, valde inæqualem. Vsurpauit autem hoc vocabulum locauit, tanquam nos à Deo tot & tam magna opera quæ enumerauit, certa mercede pendenda conduxerimus. Quod autem dixit Deum concessisse, vt hinc in cælum mittamus colonias, hoc dixit respiciēs ad magnarum ciuitatum, quas metropoles appellant, consuetudinem, quæ suos ciues ad alios agros colendos & regiones habitandas mittebat, & ideo eas appellabant colonias, quæ à Græcis dicuntur, *κωμια*, quasi procul à domo sua amandata. *2 Deinde qui crediderunt.* Amuleta sunt quæ à Græcis dicuntur, *επιχαρτα*. Ea autem sunt quæ vel collo suspenduntur, vel brachiis alligantur. Iis autem utebantur præstigiatores & incantatores ad morbos, ab iis qui ipsis credebant propulsandos. Miratur autem Clemens quod amuleta pluris faciant, vt qui ea credant salutaria, & ideo ea collo suspendant & brachiis alligēt, quam ipsum verbum cælestē qui est Saluator. Ex quo colligitur non esse superstitiosum, verba sacra collo suspendere, & brachiis alligare, imo verò piū & religiosum, dum ab eis ablit fraus & impostura Dæmonis. Incantatio autem et si accipiatur sepius in malam partem, est tamen etiam quædam bona incantatio, vt hic dicitur, Dei incantatio, quæ liberat à vitiis, & auellit à peccatis. *3 Estis plane surdi & cæci sicut talpæ.* Gentes incredulas assimilant talpis, vt quæ nec verbū Dei audiunt, nec Euangelij lucem aspiciant, & in tenebris agentes nihil aliud quàm comedāt, interitu & corruptione vndique circumfusæ. Quod autem est in Græco exemplari *σοφοι*, quod est edētuli, existimo legendū esse *κωφοι*, quod est surdi, quod etiā ita verti. Non cōuenit enim, edētuli, cum eo quod mox sequitur, Comedētes. Dentibus enim non carent qui comedunt. Atque talpam esse quidē cæcā, & ex eo constat quod non appareant eius oculi inuolucro quodam tecti, & ex eo quod talpa cæciorem dicimus quem nihil videre significamus. Surdam quoque eam esse est verisimile, ex eo quod auditus instrumentum careat. Quod autem eos qui ipsam captant sentiat, non tam auditui quàm odorati est tribuendum. *4 Sed est veritas quæ clamat; Ex tenebris lux lucebit.* Postquam dixit gentes degere in tenebris, nunc eas consolatur, dicens exclamare veritatem; Lux lucet in tenebris. Occultum quidem est cor hominis, sed lux quæ lucet in tenebris, id potest illuminare, eo autem illuminato, exorti radij scientiæ & cognitionis ostendūt Discipulum lucis, nempe eum qui est tinctus salutari lauacro baptismi, quod appellatur etiam *φωτισμα*, id est, illuminatio. Hic autem lucis Discipulus, non solum est Christi familiaris, sed etiam eius frater & cohæres, vt qui per gratiam sit Dei filius, nempe adoptiuus, cum Christus eius sit natura filius. Hoc autem tūc maxime vsuuenit, quando, vt pius & bonus filius, honorandum patris nomen cognouerit, & eius præceptis quæ nec sunt difficilia, & salutem afferunt, paruerit. Eadem enim sunt & patris & Christi præcepta, qui dicit, iugum suum esse suauē, & onus leue. Apposite autem dicit Clemens; Lux luceat in occulto hominis, nepe in corde, cum Paulus ad Ephesos dicat, illuminatos oculos cordis vestri. *5 Sed terrifica quidam tuba.* Habent terreni Imperatores & belli duces suam potentiam, habet & Christus suam. Illi autem ad bellum terribili tuba suos milites congregant, & bellum indicunt. Christus autem non aliud canit classicum quam pacem, & eos suos congregat milites qui sunt pacifici, eis enim suam dat pacem, eis pacem suam relinquit. Quo fit vt ab eis alienæ sint animi perturbationes, & sint tranquilla omnia. *6 Ita nos Apostolus ordinat pacificos.* Hæc est, inquit, armatura, qua Apostolus nos pacificè instruit. His armis nos instruit Apostolus Paulus, non ad bellum gerendum, sed ad pacem agendam. Hæc arma quibus nos instruit Paulus, sunt inuulnerabilia, quo fit vt securè possimus instructa acie decertare aduersus malum, nempe aduersus Cacodæmonem, & ignea illius tela extinguere aqueis cuspidibus à Verbo tinctis. Alludit autē ad baptismum, quo extinguuntur peccata, quæ sunt ignea tela Dæmonis. Extinguuntur autem aqua & verbo. Nam vbi ad elementum accesserit verbum, & quæ prius sola erat aqua, fuerit salutaris lauacri facta sacramentum, Cacodæmonis corrui vniuersa potentia, nec possunt ignita iacula ei nocere qui salutari aqua fuerit tinctus. Hortatur ergo vt confidentes pugnemus aduersus Dæmonem, & aqua illius baptismi tela ignea extinguamus. Nec de victoria dubitemus, cum Deus promittat nobis repente suum adfuturum auxilium. Quo nomine Deo meritò sunt agenda gratiæ, & diuino suo Verbo est ei honor habendus. *7 O sanctam & beatam hanc potentiam.* Homo ita armatus, vt docet Paulus, efficitur potens. Potentia autem illa beata est & sancta, qua Deus versatur cum hominibus. Cum hominibus autem versatur Deus, quando fugato Cacodæmone, & profligatis peccatis, est in animis hominum pax & tranquillitas. Quando autem ab animis hominum absunt agritudines & perturbationes, ij colunt & imitantur Dei essentiam, quæ est omnium optima & præstantissima. Non colitur autem Deus nisi diligatur, & ad eius similitudinem, quoad eius fieri potest, perueniatur. Est autem verè cælestis is amor, quando in anima hominis resplendet bonum & honestum, simul coniunctis libera animi electione & vitæ bonitate. *8 Quid autem te adhortor?* Hic est finis & veluti epilodus totius huius exhortatoriæ ad gentes orationis, cuius non est alius scopus & institutum, quam vt gentes

salutem assequantur. Non est autem nomen in quo detur salus quam Christi. Saluus non est nisi qui uiuit; Christus autem est Verbum vitæ. Saluus non est nisi qui vere est: Christus autem est verbum veritatis, atque adeo ipsa veritas. Saluus non est in quem cadit corruptio & interitus: Christus autem cum verè sit id quod est nempe $\pi\acute{\alpha}\rho\alpha$, & ens, si latinè liceat dicere, nec corrumpitur, nec in eum cadit interitus, & ne homo corrumpatur, & interitui sit obnoxius, eum saluari lauacro regenerat, reducens ad veritatem, id est, vt verè sit efficiens, qui alioqui morti æternæ erat obnoxius, vt pote à Deo separatus qui est vera vita: Ad id autem quod ipse largitur stimulat & incitat nempe ad salutem. Interitum abigit, & mortem expellit, morte suam reuocans sententiam, quam in prothoplastum cum peccasset tulerat. Christus templum ædificauit in hominibus, in eos immittens Spiritum sanctum quem constat esse Deum. An nescitis, inquit Paulus, quòd templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis? Er rursus: Nescitis quod membra vestra templum sunt Spiritus sancti? Hac templi ædificatione Christus Deum collocauit in hominibus, & qui prius erant mortales, eos Deos quodammodo effecit. Cum autem, inquit, te Christus tanta dignitate affecerit, vt te Dei templum esse voluerit; fac vt te ita geras, vt cum decet qui est templum Dei, nempe vt sis castus, ob-scenaq; & turpes fugias voluptates, & vt quæ sint caduca & breues, eas igni relinque absumedas, eis autè contrarias cole & exerce virtutes, nempe temperantiam, & modestiam. Quæ Deo consecrantur sancta sunt, & te Deo consecrare oportet vt sis sanctus. Deo autem consecrantur ac dedicantur quæ sunt optima & præstantissima: Tales sunt quæ Deo offeruntur primitiæ. Te itaque Deo consecrabis si sis bonus & virtute præditus: Quod si feceris, nõ solum eris Dei opus tanquam à Deo creatus, sed etiam Dei gratia, vt qui sis regeneratus, virtuteque auctus & Dei gratia. Non solum decet te esse Christi familiarem & regno dignum, sed etiam te oportet esse regnum affecutum. In hoc enim nostra consistit summa fœlicitas, quod nobiscum cum Christo intercedat familiaritas, & non solum simus digni regni, sed etiam regnemus cum Christo. Quod quidem regnum est paratum à constitutione mundi piis & iis qui Christum diligunt, & bona exercent opera.

^a Fugiamus ergo consuetudinem, fugiamus tanquam scopulum difficilem, aut Charybdis minas, aut fabulosas Sirenes: suffocat hominem, à veritate auertit, abducit à vita, est laqueus, est barathrum, est malum ventilabrum consuetudo. Ait quidem ille:

Nauem inter fumum sæuum fluctumque coërce.

Fugiamus, fugiamus ò socij, hæc vnda ignem eructat, mala est insula, accumulata ossibus & cadaueribus. In ea autem canit formosa meretricula, voluptas, quæ publica oblectet musica:

Gloria Græcorum veni, agè huc illustris Vlysses,
Siste ratem, diuina audire vt carmina possis.

Laudat te, ò nauta, & celebrem te dicit & illustrem, & Græcorum gloriam sibi vendicat meretrix. Sine eam possidere cadauera, fert tibi opem diuinus spiritus. Prætergredere, voluptatem abige:

Atque caue meretrix te fœmina fallere compta
Possit, dulce loquens, quærens te euertere nido.

Præternauiga canticum, mortem operatur. Si solum velis, vicisti interitum, & ligno alligatus, eris solutus ab omni exitio. Gubernabit te Verbum Dei, & ad portum cælorum te adducet Spiritus sanctus. Tunc meum Deum intueberis, & sanctis illis initiabere mysteriis, & fruieris iis quæ sunt occulta in cælis, quæ mihi sunt seruata, quæ neque auris audiuit, nec in cor alicuius ascenderunt. ^b Soles mihi duos en videre videor, & duplices Thebas, dicebat quidam bacchans idolis, mera ebrius ignorantia. Ego verò eius misertus fuerim debacchantis, & eum qui sic desipit, adhortatus fuerim ad moderatam temperantemque salutem: quoniam Dominus quoque poenitentiam peccatoris, & non mortem desiderat. Veni ò vesane, non thyrso innixus, neque hædera redimitus. Abiice mitram, & nebridem, sis temperans ac moderatus. Ostendam tibi Verbum, & Verbi mysteria narrans conuenienter tuæ imagini. Hic est mons Deo dilectus, qui non tragædiis subiicitur, vt mons Cythæron: sed est dedicatus veritatis actibus, mons sobrius, castis umbrosus syluis. In eo autem bacchantur, non fulmine ictæ Semeles sorores, Menades, quæ in incesta visceratione carniū initiatur, sed Dei filia, pulchræ agnæ, quæ veneranda Verbi orgia cõcelebrant, chororum moderatum congregantes. Chorus sunt iusti. Canticum est hymnus Regis omnium, psallunt puellæ, gloria afficiunt Angeli, Prophetæ loquuntur, editur sonus musicæ, cursu Thiasum

1. Cor. 3 & 6.

Hom. in Od.

Circem in-
nuit.Sirenes hæc
dicit Vlyssi.Hesiodus in
oper.

Thiasum persequuntur, magno studio festinant qui sunt vocati, patrem cupientes recipere. ^a Veni tu quoque mihi ò senex, relictis Thebis, & diuinatione abiecta & arte Bacchica, deducere ad veritatem. Ecce do tibi lignum quo innitaris. Festina Tiresia, crede. Christus illuminabit visum sole splendidius, per quem cæcorum oculi respiciunt: nox te fugiet, ignis perterrebitur, mors peribit. Videbis cælos ò senex, qui Thebas non aspicias. ^b O verè sancta mysteria. O puram lucem, præferuntur mihi faces, cum cælos & Deum inspexero, sanctus fio initiatus. Sacrorum autem interpres est Dominus, & mystam obsignat illuminans, & Patri cõmendat eum qui credidit, qui seruetur seculis. ^c Hæ sunt debacchationes meorum mysteriorum. Si velis tu quoque initiare, & chororum duces cum Angelis circa eum qui est ingenitus, & ab interitu alienus, & qui solus est verè Deus, vnà hymnum nobiscum canente Deo Verbo. Æternus hic est Iesus vnus, qui magnus est pontifex & vnus Dei, qui idem quoque est pater, orat pro omnibus, & hortatur omnes. Audite gentes innumera-biles, vel potius quicumque ex hominibus estis ratione præditi, & Barbari & Græci, voco omne genus hominum, quorum ego sum opifex voluntate Patris. Venite ad me omnes sub vno Deo collocandi, & vno Dei Verbo: nec sola ratione superate expertia rationis animantia, sed etiã ex vniuersis mortalibus do fruendam vobis immortalitatem. ^d Volo enim volo vos hac quoque impertiri gratia, plenum & integrum præbens beneficium. Interitus & corruptionis vacuitatem, & rationem vobis largior, Dei cognitionem, perfectum me ipsum largior. Hoc sum ego. Hoc vult Deus. Hoc est consensus, hoc est concentus & harmonia Patris. Hoc Filius, hoc Christus, hoc Verbum Dei, brachiū Domini, potestas vni- uersorum, voluntas Patris. Quorum olim quidem imagines, sed non omnes similes. Volo vos corrigere ad exemplar, vt sitis mihi quoque similes: ungam vos ungueto fidei, per quod interitum exuistis & corruptionem: & iustitiæ nudam ostendam figuram, per quam ad Deum ascenditis. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quòd ego sum mitis & humilis corde, & inuenietis requiè animabus vestris. Iugum enim meum suauè est, & onus meum leue. ^e Festinemus, curramus ò religiose, & Dei verbi similes, ò homines, imagines, festinemus: curramus, tollamus iugum eius, subeamus incorruptionem. Pulchrum aurigam hominū Christum diligamus. Pullum cum veteri duxit sub idem iugum, & iuncta hominum biga, currum dirigit ad immortalitatem, contèdens ad Deum, vt euidenter impleat quod tacitè significauerat: prius quidem in Hierusalem, nunc autem agens in cælos. Pulcherrimum est Patri spectaculum filius æternus, victor. Magno ergo studio & contentione feramur ad honesta & efficiamur homines pijs ac religiosi, & maximè eorum quæ sunt aliena ab affectiõibus & perturbationibus, Deum & vitam possideamus. Est autem Verbum adiutor: ^f bono animo simus, & in eo ponamus fiduciam. Nec nos vnquam tantum auri & argenti & gloriæ subeat desiderium, quam ipsius Verbi veritatis. Neque enim Deo gratum est, si nos ea quidem quæ sunt maximi pretij, minimi facimus: amentias autem, & ignorantias, & socordias, ac voluptates, & cultus simulachrorum, manifesta probra ac dedecora, & impietatem extremam pluris faciamus. ^g Non abs re enim philosophi, quæcunque stulti faciunt, ea impie gerere, & impios esse existimant. Quinetiam ipsam præterea ignorantiam insaniam genus describentes, nihil aliud quàm multos fatentur insanire. Non est ergo dubitandum, inquiet Verbum, vtrum sit eorum melius, sapere ac moderatum esse, an insanire. ^h Oportet autem veritati fortiter adherentes, Deum sequi totis viribus, moderatè se gerentes, & existimare omnia eius esse sicut sunt. Præterea autem cum nos quoque didicerimus esse pulcherrimum eius possessionem nos ipsos Deo permittere, Dominum Deum diligentes, & hoc nostrum esse munus per totam vitam existimantes. Si autem sunt cõmunia ea quæ

Math. 11.

Esa. 4.

60

sunt amicorum (est autem homo pius ac religiosus, Dei etiam amicus Verbo intercedente) sunt itaque omnia hominis, quia sunt Dei omnia, & sunt omnia amborum amicorum communia, Dei & hominis. Nobis ergo hoc nunc restat, ut dicamus, eum solum qui pius est ac religiosus, Christianum esse, & diuitem, & temperantem, & generosum, & ea ratione Dei imaginem cum similitudine, & dicere & credere & iustum & sanctum, ut qui à Christo Iesu factus sit cum prudentia, atque adeo iam quoque Deo similis. Non celat itaque Propheta gratiam, dicens: Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes. Nos enim, nos adoptauit, & noster tantum vult esse pater, non eorum qui fidem non habent. Res ergo nostra ita se habent, qui sumus Dei ministri. Qualia autem sunt consilia, tales quoque sunt sermones: quales autem sunt sermones, tales etiam actiones: & qualia sunt opera, vita talis. Bona est vniuersa hominum vita, qui Christum cognouerunt. Satis, ut puto, verborum fecimus, etiamsi longius processerit, propter humanitatem & beneuolentiam, quod de Deo habui effundens, utpote qui ad maximum omnium bonorum hortaretur, nempe salutem. De ea enim vita quæ nullum habet finem & intermissionem, nec volunt quidem unquam intermittere orationes, sacra enunciantes. Nobis autem adhuc hic restat finis, ut eligamus id quod est utile, vel iudicium, vel gratiam. Nam ego ne puto quidem esse dubitandum, utrum eorum sit melius: sed nec fas est comparare vitam cum interitu.

COMMENTARIUS.

⁴ FUGIAMVS ergo consuetudinem. Idolorum & falsorum Deorum cultum dixit antea esse adscribendum consuetudini, quæ cum veluti in alteram sit conuersa naturam, ab ea non facile receditur, maxime cum ea iucunditatem & voluptatem afferat. Ad eam autem fugiendam hortatur, quod hominibus exitium afferat, non minus quam scopulus, aut charybdis, aut Syrenes. Est autem hic perpetua allegoria sumpta ex iis quæ scribit Homerus in Odysea de Scylla & Charybdi vitanda & Syrenibus, ut Circe cõsulit Vlyssi. Iis Syrenibus cantus suauitate præternauigantes illicientibus, & ad exitium trahentibus, assimilatur Clemens voluptatem. Harum autem Syrenum cantico simile est, quod à Solomone scribitur in prouerbis de meretrice. Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara quasi absynthium, & lingua eius acuta quasi gladius. Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant &c. Opere præcipuum autem est videre quàm pulchrè Christianismo hanc allegoriam accommodet Clemens, dum dicit gentilem ligno, nempe cruci alligatum, sicut Vlysses erat alligatus malo nauis, solutum fore ab omni exitio. Pulchrè quoque persistens in rei nauticæ metaphora Verbum Dei dicit eum gubernaturum, & Spiritum sanctum ad portum cælorum eum deducturum, vbi & Deum esse visurum, & cælestibus mysteriis esse initiandum, & ea percepturum, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit. ⁶ soles mihi duos en videre videor. Cælestibus mysteriis dixerat eum initiandum, qui ligno crucis alligatus & à verbo gubernatus in portum fuerit deductus. Nunc hortatur ut Bacchi relictis orgiis & mysteriis, quæ celebrantur à furiosis & insanis, his Christi initientur mysteriis quæ sunt moderata & temperata, & salutem afferunt. Cuiusmodi autem essent ea Bacchi orgia videre licet, & apud Diodorum Siculum lib. 5. cap. 2. vbi de Baccho & eius comitatu, scribit amplissimè, Ouidius quoque lib. 4. Metamorph. quomodo Bacchi celebrarentur orgia paucis exponit dicens;

*Immuneque operum famulas Dominaeque suorum,
Pectora pelle regi, criminales soluere vitas
Serta comis, manibus frondentes sumere thyrsos,
Iusserat.*

Illud autè, Soles mihi duos videre videor, & duplices Thebas, sumptum est ex aliqua Tragœdia. Ut quod vnum est autè, tanquam duo appareant, & ebriis & furiosis accidit. Quoniam autem Thebis & in monte Cytherone, hæc Bacchi celebrantur orgia, à Thebis & à monte Cytherone ad montem Domini aduocat, in quo non Tragœdiæ aguntur, sed pietatis opera exercentur, & simul confert cum Bacchidibus & Mænadibus orgia Bacchi celebrantibus, Dei filias, nempe virgines sacras quæ orgia Dei celebrat. Et quoniam de orgiis agitur, videndum est quam pulchrè persistat in metaphora, vtrouique inducens Orgia, sed Bacchi insana: Christi autem temperata ac moderata, & Baccho tribués Mænadidas, Christo autem, iustorum Chorum, sacras Virgines, Angelos & Prophetas, ut in Bacchi, ita etiam in Christi orgiis edissonum musicæ; & ut Thiasus ea dicitur multitudo, quæ festinans Bacchum sequitur: ita magno studio festinant qui sunt vocati à Christo, patrè nempe, Deum cupientes recipere. Hæc autè Christi orgia aduocans iubet, ut ea exuant ornamenta, quæ conueniunt Bacchi orgia celebrantibus, nempe ut neque thyrsos innitantur. Thyrsus autem est virga frondibus vestita, qua & ipse utebatur Bacchus, vnde & factum est prouerbiū. Multi thyrsiferi pauci verò Bacchi: & qui etiam Bacchi celebrabant orgia, neque caput habeant hædera redimitum, & mitram abiciant, quam gestans Bacchus dictus est *μυρσός*, teste Diodoro, & quam etiam gestabant, qui eius festa agebant, & ut abiciant etiam nebriden, quæ est pellis ceruina qua tegebatur pectus bacchantiū. *νεβρίς* enim, vnde *νεβρίς* est cerui hinnulus. Quod si credamus Diodoro, non cerui, sed pardi pelle tegebatur Bacchi pectus & Bacchantium. Ouidius quidem certe qua pelle tegerentur

tegerentur eorum pectora, non expressit. *Veni tu quoque mihi, ò senex.* Per Apostrophen conuertit Clemens sermonem ad Thebanum Tiresiam, qui erat & vates & cæcus, & qui orgia Bacchi instituerat. Relinque, inquit, Thebas, diuinationem abiice, & fallacia Bacchi orgia, & veni ad veritatem, id est ad Christum, qui est ipsa veritas. Non est tibi amplius gestandus thyrsus bacchicus. Ecce do tibi lignum quo innitaris, nempe crucem. Festina, ò Tyresia, non Bacchum sequens, sed Christum, crede in Christum. Si in eum credideris, illuminaberis ab ipso, is enim est qui visum dat cæcis, in tuis oculis nullæ erunt amplius tenebræ, nulla caligo, in te nihil poterit ignis aeterni supplicium, qui impiis & sceleratis cum Diabolo est paratus, nõ modo ignem non timebis, sed ipse etiam ignis à te terretur. Mors à Christo in morte victa peribit. Nam ut Christus à mortuis surrexit, ita tu quoque cum à mortuis surrexeris, eris immortalis, nec amplius morieris. Mors itaque non est vera mors, sed ad meliorem vitam transitus. Quo fit ut mors merito dicatur perisse, & cui ita caligant oculi, ut Thebas non videas (nam qui duplices videt Thebas, cum Thebæ vnum sit ciuitas, is non videt Thebas.) Si ad Christum veneris, videbis ipsos cælos. *Ò verè sancta mysteria.* Exclamat admirans sancta Christi mysteria, quibus qui initiantur illuminantur, & illuminati sancti fiunt. Dominus autem est interpres sacrorum, & crucis signo signat, eum qui initiatur illuminans, & patri commendat eum qui credidit, qui seruatur seculis, id est, qui ita seruatur, ut in æternum sit futurus saluus. *Hæ sunt de bacchationes.* Talia sunt, inquit, Christi orgia, talia mysteria. Si velis, inquit, tu qui es ex gentibus, initiare his mysteriis, & non cum Silenis, non cum Bacchidibus & Menadibus, sed cum Angelis, chororum ducere, & nõ circa Bacchum, qui est totus temulentia deditus, & voluptati, sed circa Deum ingentium, & interitui non obnoxium, & qui solus verè est Deus. Neque verò nos soli canemus, sed vnà nobiscum canet Deus Verbum. *Quemnam autem dicimus esse hoc Deum Verbum? Is est Iesus aeternus vnus.* Iesus, id est, qui dat salutem: Aeternus autem, cuius non est principium nec finis. Qui est magnus Pontifex: Qui est Pontifex secundum ordinem Melchisedech, Dei vnus Pontifex. Nam sicut vnus est Deus, ita vnus sufficit Pontifex. Nam quilibet Deus etiam apud gentes suam habebat Pontificem. Quo fit ut cum sit vnus tantum Deus, vnus tantum sit propriè Pontifex, qui est Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Quamquam ij quoque dicuntur Sacerdotes, qui in sacrosancto eius corpore & sanguine sub symbolis panis & vini, sed eius verbis & autoritate consecrãdo, immolando, & offerendo, vtuntur eius verbis & autoritate. Ille autem ipse Deus cuius est Pontifex, est eius quoque pater. Eum sibi Pontificem elegit ipse pater, ut testis est Paulus scribens ad Hebræos. Christus non semetipsum clarificauit ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum; Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit; Tu es Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Is ergo Iesus Christus, cum sit & Verbum, & quatenus homo sit sacerdos Dei secundum ordinem Melchisedech, & pro hominibus fundit preces, & pro eis intercedit, eosque horatur ut vni Deo se subiungentes ad salutem cõmuniter festinent. *I volo enim, volo vos hac quoque imperuri.* Christus Iesus qui est Creator omnium, omnes vocat homines, ut vni Deo & vni Verbo subiecti salutem consequantur: Salui autem esse non possunt, nisi sint immortales. Brutis quidem in hoc estis, inquit, superiores, quod sitis ratione præditi: sed volo vos in hoc eis esse præstantiores, quod præter rationem quæ est vobis insita, ex vniuersis mortalibus soli sitis immortales. Perfectum & plenum volo meum sit beneficium. A me habetis rationem qui sum *λόγος*, quod idem est quod verbum & ratio, sed præter rationem volo ut vobis accedat immortalitas. Cum autem fueritis & ratione præditi, & interitui minime obnoxij, Deum perfectè cognoscetis, & eo fruemini. Iam ego perfectum meipsum vobis largior, qui ratione vos imperior, cum sim ipse *λόγος*, & ipsa ratio, & vos reddo immortales, qui cum quatenus sum verbum & ratio, semper viuo, atque adeo sum ipsa vita, homo factus morte deuicta, ut tu qui natura eras mortalis, æterna vita fruere, effeci. Hoc sum ego, & Verbum, & morte carens. Hoc vult Deus, ut ego id sim quod sum, & tu eius quoque sis particeps. Pater & Filius, etsi duæ sint hypostases vnum tamen sunt, & in hoc consentiunt, & in hoc vnus esse concentus, & vna harmonia & consonantia, & ita filius est harmonia patris, est Verbum Dei ac ratio patris, est brachium Domini. Nam vt homo operatur per brachium, ita Deus omnia operatur per filium, adeo vt vna sit operatio & vnus operans: Filius est potestas vniuersorum, cum Deus per Verbum omnia operetur, nec alter ab altero separatus operetur. Filius etiam est voluntas patris. Nam quod vult pater, vult filius: Non vult autè nisi per Verbum seu rationem. Verbum ergo seu ratio est voluntas patris. Atque creati quidem sunt homines ad Dei similitudinem & imaginem: erant ergo ij etiam olim imagines, sed non erant omnes illæ imagines similes, erant enim aliæ exemplari ipsi minus similes. Dicit ergo Christus se velle eas corrigere ad exemplar, ut ea sint ipsi similes. Sed quomodo, ò Christe, corriges nos ad exemplar? Vngam, inquit, vos vnguento fidei: Quasi diceret, Sum Christus, & Christus dicor quod sum vnctus: Vnctus enim sum Spiritu sancto, ut in quem Spiritus Domini descenderit, & super quem visus est Spiritus descendere sicut columba, & super quem requiescit Spiritus Domini. A me autem dicuntur Christiani, quasi vncti, eos enim vngo chrismate, id est, vnguento fidei, quod quidem est vnctio spiritus. Per quod, inquit, vnguentum interitum exiit & corruptionem. Per illud vnguentum fidei & spiritus, quod in baptismo suscipitis, cum non amplius sitis terreni, sed spirituales, exiit interitum & corruptionem, id est, euaditis immortales. Nam in baptismo aqua mors simul cum peccato & Diabolo obruitur, & simul cum Christo ad vitam resurgitur: *Et iustitia nudam ostendam figuram.* Non satis est obrui & submergi peccatum, sed iustitia quoque opus est bonis operationibus, quæ sint nudæ, id est à quibus remota sit omnis simulatio & hypochrisis. Ea est via, inquit, per quam in cælum ascenditis, quando & peccata tolluntur, & bonæ fiunt operationes. Venite ad me omnes qui laboratis &c. Videntur quidem blandæ & iucundæ esse voluptates, & quæcunque peccata iucunditatis quandam speciem præ se ferunt, sed tamen eo tandem res redit, ut exclament peccatores, Lassati sumus in via iniquitatis, sed virtus cum primo aspectu dura videatur & aspera, mox mitescit, iucundaque fit & leuis. Et ideo Christus omnes ad se vocans, qui peccatorum pondere præmuntur, eos se dicit refecturum & recreaturum. Nam quod asperum videtur esse iugum, id temporis tractu & assuetudine redditur suauem, & onus quod videbatur ferri non posse, id à Christo nostris humeris impositum, adeo fit leue, ut nullam affe-

Psal. 81.

Prouer. 5.

Athen. li. 8.

Hebr. 5.
Psal. 1.Matth. 5.
Luc. 4.
Esa. 11.

Sap. 5.

Matth. 21.
Marc. 11.
Luc. 19.
Ioan. 12.

rar molestiam, nullam difficultatem. Hoc in antiquis illis Monachis, olim videre liquit, qui in virtutis certaminibus ita se exercuerunt, ut quæ inexercitati fugiebant tanquam intollerabilia, ij obuiis, ut aiunt, vlnis tanquam leuia & facilia, atque adeo incunda illa exciperent & amplecterentur. *Estimemus, curramus.* Alludens ad Bacchica illa orgia quæ qui celebrabant, festinabant, hortatur homines, quos religiosas dicit imagines & Verbi similes, ut quæ factæ sint ad Dei similitudinem, ad Christum currant festinantes, & eius iugum tollant, ut ita fiant immortales. Christus est pulcher auriga hominum, homines enim vehit ad immortalitatem, cum diligamus. Et veterem, inquit, synagogam, nempe Iudæos & Gentes sub idem duxit iugum, eos veluti iuncta biga ducit ad immortalitatem, id implens quod allegoricè significauerat in ascensu suo in Hierusalem. Nam & pullum & asinum ducens in Hierusalem, significabat se in Hierusalem cælestem, scilicet cælos ducturum, & Hebræos & Græcos nempe gentes. *Non abs re enim philosophi.* Philosophorum maxime autem Stoicorum est sententia; Omnes stultos insanire: nulla autem est maior stultitia, quam simulachra colere, & mortuos pro Diis habere, & in quibus nullus est sensus, imò ne vlla quidè vita ea venerari, tanquam præstantem quandam ac diuinam naturam. Hæc cum multis accidant, sit ut sint multi stulti, insani & impij. *Oportet autem veritati fortiter adherentes.* Qui falsos Deos colit, is veritati non adheret, Deus enim est veritas. Oportet autem veritati adherentem Deum sequi totis viribus: Deum autem sequitur totis viribus, qui cum diligit ex toto corde & tota anima. Non diligit autem qui non est modestus & moderatus, & qui suum esse aliquid, nō autem Dei censet esse omnia, ut sunt re vera, Dei enim reuera sunt omnia qui condidit omnia, & in quo sunt omnia. Omnium autem Dei possessionum nulla est homine pulchrior. Cum ergo eius simus, eaque pulcherrima possessio, totos nos debemus ei committere, eumque diligere & existimare hoc nostrum esse munus & officium, ut eum per totam vitam diligamus. Quod si eum diligimus, is quoque nos vicissim diligit. Quod si nos diligit, nostra quoque diligit, & quæ sunt illius, & quæ nostra sunt inter nos communia. Amicorum enim sunt inter se omnia communia, ut est in prouerbio. Quod autem homo pius ac religiosus sit Dei amicus, ex hoc constat quod Verbum, quod inter Deum & hominem intercedit, inter vtrunque conciliat amicitiam. Quod si Dei sunt omnia, hominis autem & Dei sunt omnia communia, sequitur ut sicut Dei, hominis quoque sint omnia. Hoc vidit Socrates licet ethnicus, qui bonorum virorum omnia esse ita colligebat, Deorum sunt omnia: Boni viri Deorum sunt amici, & amicorum inter se communia sunt omnia. Bonorum igitur virorum sunt omnia. De hoc autem prouerbio, vide Erasmus in prouerbis qui illi primum tribuit locum. *Nobis ergo hoc nunc restat.* Ut Stoici sua habebant placita, quæ multis videbantur paradoxa, admirabilia, inquam, & quæ sunt præter opinionem, cuiusmodi sunt; Solum sapientem esse diuitem, liberum, honoratum, pulchrum, Regem: ita etiam Christiani sua habent paradoxa, quæ licet sint admirabilia, sunt tamen vera, nempe; Solum pium ac religiosum Christianum esse diuitem, temperantem & generosum, Deique imaginem & similitudinem, atque ad eò Deo similem. Neque enim is diues est censendus, qui auri & argenti abundat copia, cum sua sorte nemo sit contentus. Is demum est diues qui habet omnia. Omnia autem habet, cui Deus sua obigit hæreditas. Temperans non est qui terrenis omnibus se explens delitiis & voluptatibus, id solum non habet quod solum sariat, nempe Deo non fruitur. Generosus & fortis, magnique & excelli animi non est, qui non propter Deum aspera quæque patienter sustinet, Dei non est imago & similitudo, neque Deo similis qui in sua in proximum beneficentia Deum non imitatur, ut qui amiserit eam cum qua à Christo erat creatus Dei similitudinem. Creatus autem à Christo fuit cum prudentia. Non enim fortuito ac temere ab eo fuit creatus, sed eius instituti ac voluntatis fuit ea creatio. Ea autem Christi creatio est, quæ in baptismo fit regeneratio, per quam efficiuntur filij & filij excelsi. Filij, inquam, Dei, non natura, sed gratia. Per gratiā enim Deus nos in filios adoptauit, & filij sui naturalis facti sumus cohæredes. Sed non omnes Christiani sunt diuites, temperantes, generosique & Deo similes, & ita filij & filij excelsi, sed ij demum qui salutari lauacro tincti sunt pij ac religiosi, fidem habentes, & Deum patrem agnoscentes. Non vult enim Deus esse pater eorum, qui fidem non habent. Cum autem fides nos efficiat Dei ministros, simulque adoptiuū Dei filij, & cum agnoscamus patrem, oportet & cōsilia nostra, & verba, & actiones, & opera, & vitam nostræ, nempe Christi, conuenire professioni. *Bona est vniuersa hominum vita.* Bene, inquit, & ex virtute viuunt, qui Deum cognouerunt. Deum autem cognouerunt, qui ex Deo nati ac regenerati factis testantur se Deum nosse. Qui autem ab eo defecerunt, & quam ei dederunt fidem, fregerunt, ij cum non sint amplius pij & religiosi, non sunt censendi Christiani, nisi eos peccatorū pœnituerit. *Satis, ut puto, verborum fecimus.* Se excusat quod prolixior fuerit eius oratio, nempe quod propter suam in homines beneuolentiam, de Deo dixerit quod potuerit, ad maximum bonum hortans, nempe ad salutem, quæ nobis datur à Christo: non enim est aliud nomen, in quo possimus esse salui. Salus autem non est aliud quàm vita æterna, id est, vita quæ nullam habet finem, nec intermissionem, & durat perpetuò. Ut autem vita illa est perpetua, nec vnquam finitur, ita de ea quoque oportet perpetuam esse orationem quæ res sacras enuntiat. Reliquum esse dicit, ut eum sit in nostra potestate, vel damnationem eligere, vel gratiam, quæ est vita æterna, id eligamus quod est vtilius & melius. Dubitandum autem non esse quin citra comparationem quam non licet facere, vita sit melior interitu. Ex quo concludit, quod cum Christus sit is qui dat salutem, id est vitam æternam, is sit diligendus, amplectendus, colendus, & adorandus.

ORATIONIS ADHORTATORIÆ
AD GENTES FINIS.

CLEMENTIS

CLEMENTIS ALEXAN-

DRINI PÆDAGOGI,
LIBER PRIMVS.

CAPITA LIBRI PRIMI.

- 10 Quid profitetur Pædagogus. Cap. 1.
- Quod propter peccata nostra nos moderetur Pædagogus. Cap. 2.
- Quod sit benignus & hominum amator Pædagogus. Cap. 3.
- Quod ex æquo virorum & mulierum amator Pædagogus sit sermo. Cap. 4.
- Quod omnes, qui in veritate versantur, sint apud Deum pueri. Cap. 5.
- Aduersus eos qui existimant puerorum & infantium appellationem significare primarum disciplinarum doctrinam. Cap. 6.
- Quis sit Pædagogus, & de eius pædagogia. Cap. 7.
- Aduersus eos qui existimant, non esse bonum, quod iustum est. Cap. 8.
- Quod eiusdem sit potestatis & benefacere, & iuste punire. In quo etiam dicitur, quis sit modus Verbi Pædagogicæ. Cap. 9.
- Quod idem Deus per idem verbum & à peccatis arceat minans, & humanæ naturæ det salutem adhortans. Cap. 10.
- Quod per Legem & Prophetas Verbum fungatur Pædagogi officio. Cap. 11.
- Quod Pædagogus conuenienter paternæ affectionis seueritate & benignitate vsus sit. Cap. 12.
- Quod, quemadmodum id quod rectè & ex virtute geritur, sit ex recta ratione: ita rursus peccatum sit præter rectam rationem. Cap. 13.

Quid profitetur Pædagogus. CAP. I.

30 **C**ONSTITUTA est basis veritatis, o vos pueri, vobis ipsis sancti templi magni Dei, infractum fundamentum cognitionis, pulchra adhortatio per obedientiam vitæ rationi consentanea, æterna appetitio deiectionis in prædium intelligens. Cum hæc quidem certè tria sint in homine, mores, actiones, animique affectiones seu perturbationes: mores sortitus est sermo exhortatorius, pietatis dux ac religionis, qui instar carinæ subiectus est ad fidei ædificationem: quo quidem nos valde exultantes, & opinioniones veteres abiurantes, ad salutem capeſcendam iuuenes alacresque reddimur, cum psallente prophetia concinentes: Quam bonus Israël Deus iis, qui recto sunt corde: Omnibus vero actionibus præest sermo qui versatur in tradendis præceptis: animi autem motibus ac perturbationibus medetur sermo cōsolatorius. Hic ipse idem omnis sermo, cum vnus sit, à mundana, in qua eductus & coalitus est, consuetudine hominem abripiens, & in simplici vnusque modi fidei in Deum salute instituens, dux scilicet cælestis sermo, quando ad salutem quidem adhortatus est, ei impositum est nomen exhortatorij. & hic sermo propriè incitatorius, ex parte scilicet totum, est appellatus. Est enim exhortatoria vniuersa religio piusque Dei cultus, ut qui & vitæ hic rectè degendæ, & futuræ desiderium menti cognatæ ingeneret. Nunc autem cum & in medendo, & in præceptis tradendis versetur, & ad vtrunque simul, eum quem admonet, ipse seipsum sequens, adhortetur, qui in nobis sunt animi morborum curationem in summa promittens, hic à nobis appositè vno appelletur nomine, Pædagogus: cum in actione, non in accuratè tradenda disciplina ratione, versetur Pædagogus: quatenus eius quoque finis est, animam meliorem reddere, non docere: & in vitæ moderata ac temperata, non quæ sit scientia prædita, instituere. Quanquam hic ipse quoque sermo ad docendum aptus est, sed eo in presentia non vitur. Qui enim quæ ad dogmata pertinent declarat & reuelat, is sermo est qui in docendo versatur. Cum autem in actione versetur Pædagogus, postquam ad componendos mores prius est adhortatus, tum ad ea quæ oportet agenda adhortatur, pura ac sincera præcepta tradens, & eorum quæ

K

prius admiffa sunt, errorum imagines ac similitudines posteris ostendens. Sunt autē am-
 bo utiliffima: Adhortatoriū quidem genus, ad parendum. Quod autem instar imaginis &
 similitudinis assumitur, quod ipsum quoque est duplex, sicut prior coniugatio: partim quidē
 in eo consistit, ut bonum eligentes imitemur: partim autem, ut malum repudiantes auerfe-
 mur. ¹ Morborum itaque animi hinc sequitur curatio, cum adhibitis imaginum & simili-
 tudinum solatiis, animos confirmat Pædagogus humanis præceptis, tāquam lenibus medi-
 camentis, ad perfectam veritatis cognitionem eos qui laborant deducens. Inter sanitatem ¹⁰
 autem & cognitionem permultum interest: nam hæc quidem disciplina, illa verò curatione
 comparatur. Qui itaque laborat, non prius aliquid ex iis quæ ad doctrinam pertinent di-
 dicerit, quàm perfectē sanus fuerit. Neque enim discipulis ac laborantibus unumquod-
 que præceptum similiter traditur, sed illis quidem ad cognitionem, his verò ad medelam.
 Quemadmodum ergo, quorum corpus ægrotat, iis medico opus est: ita quorum æger est ani-
 mus, ij pædagogo, opus habent, ut animi nostri morbis medeatur: deinde verò doctore, qui
 puram deducat animam ad cognitionis aptitudinem, ut possit reuelationem sermonis per-
 cipere. Porro autem dum gradu salutari nobis conuenienti in efficaci disciplina nos studer
 perfectos & consumatos reddere, pulchra vititur æconomia, omni ex parte benignus & ho-
 minum amans Sermo, è supernis adhortans, deinde fungens Pædagogi officio in omnibus,
 & nos edocens.

COMMENTARIUS IN CAP. I.

QUI proficitur Pædagogus. Huius libri titulus est Pædagogus. Ita enim cum inscripsit Clemens. ³⁰
 Pædagogus autem est, qui pueri curam gerens, cum ita instituit, ut bonis moribus conuenientes exerceat ac-
 tiones, & memor institutionis ab officio non recedat. Puer autē qui instituitur, est Christianus, qui Chri-
 sti fide & moribus imbutus ad salutem ducitur. Ad salutem autem non peruenit, nisi qui cum fide, & qui
 fidem decent moribus, Christiano homine digna coniungat officia. Hæc officia nos docet Pædagogus.
 Est autem hic liber eiusdem planē argumēti, cuius D. Ambrosij liber de Officiis. Quis est autem hic Pæda-
 gogus? Qui Græcè dicitur λόγος. Is autem est Latine vel verbum, vel sermo, vel ratio, & oratio. Duobus au-
 tem modis accipitur à Theologis λόγος, seu sermo & verbum. Significat enim & ipsam Dei sapientiam,
 quæ est ipse vnicus Dei filius, cuius est æterna generatio, verè ² *καταλογος*, qui verè est & verè consistit: Si-
 gnificat & ipsum Dei quod profertur eloquium, quod quidem est, non sit hypostaticum, ut quod consi-
 stentem & permanentem non habeat substantiam, in hoc tamen consistit, quod nobis relinquat contesta-
 tam æternam Dei voluntatem, quæ diuinitus inspirata nobis fuit tradita in scripturis sanctis. Omnis autem ⁴⁰
 scriptura diuinitus inspirata, ut ait Diuus Paulus, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum,
 ad erudiendū in Iustitia, ut perfectus sit ad omne opus bonum instructus. Vtrouis autē modo accipiat,
 seu sermo & Verbum, seu eloquium, is iurè dicitur Pædagogus. Erudit enim Verbum hypostaticū, docens
 per scripturam: Scriptura quoque erudit quæ est verbum Dei, ab ipso verbo inspirata diuinitus: In hoc au-
 tem argumento ita procedit Clemens. Primum quidem cum hic liber inscribatur Pædagogus, verba sua di-
 rigit ad pueros qui docentur à Pædagogo, & affert causam cur hunc librum, quem inscribit Pædagogus,
 præcedenti subiunxerit, quem appellauit sermonem exhortatorium: Initij autem libri hæc est sententia. In
 vobis, o pueri, iactum est fundamentum veritatis, cum per verbum exhortatorium falsis veteribus amotis ⁵⁰
 opinionibus, data est vobis fides, quæ bonos habet adiunctos mores, restat ut huic fundamento fidei &
 bonorum morum, bonæ superstruantur actiones, & si quæ contigerint animi affectiones & perturbatio-
 nes, quæ sunt morbi, eæ curentur. ³ *Constituta est basis veritatis.* Pueros in fide & moribus à sermone præ-
 cedenti institutos alloquitur Clemens. Constituta est, inquit, basis, & iactum fundamentum: Sumpta est
 metaphora à columnis & ædificiis. Nam id quod columnam sustinet dicitur basis, & nisi prius iacto fun-
 damento consistere non potest ædificium. Sed cuiusnam rei basis & fundamentum? Veritatis. Id autem
 quod vere est, dicitur veritas. Solus autem Deus vere est. Et ideo Christus, cum simul cum Patre & sancto
 Spiritu sit vnus Deus, non dubitauit dicere se esse viam, veritatem, & vitam. Sed hic per veritatem, non ip-
 sum Deum intelligit, sed certam de Deo vero persuasionem, ut interim induat nihil esse firmum, nihil stabili-
 ac solidum in Dæmonum, Deorumque qui dicuntur, & inanium simulacrorum falsa religione. Quod ⁶⁰
 autem intelligat certam de vero Deo persuasionem, ostendit id quod sequitur. Infractum fundamentum
 cognitionis. Firmum, inquit, & stabile fundamentum cognitionis, id est scientiæ. Sed cuius rei scientiæ?
 Sancti templi magni Dei. Quodnam est autem hoc templum sanctum magni Dei? Carnis à verbo susce-
 ptæ Oeconomia ac dispensatio. Magni enim Dei templum merito dicitur Christi corpus, in quo omnis
 plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Et certè si Christiani propter inhabitantem in eis Christi spiri-
 tum dicuntur templum Dei, quanto magis Christus qui & ipse est Deus, & in cuius corpore omnis habi-
 tat diuinitas corporaliter, magni Dei templum merito vocabitur. Illius ergo templi magni Dei, id est car-
 nis à verbo susceptæ, qui habet cognitionem, is Patris quoque & sancti Spiritus, qui in Christo habitat ha-
 bet noti-

2. Tim. 3.

Ioan. 14.

Coloff. 2.

1. Cor. 3. & 6.

2. Cor. 6.

bet notitiam, quæ per solam habetur fidem. Sed quibusnam est constituta hæc basis, & hoc fundamentum?
 Vobis inquit, ipsi, o pueri. Vobis, inquam, qui Christiana pietate & fide estis imbuti. Sed quamnam est hæc
 basis, & hoc fundamentum? Pulchra adhortatio. Nam fidei fundamentum in vobis iecit adhortatio, ut qui
 audientes ei sitis assensi. Fides enim est ex auditu. Sed nunquid satis est exhortationem audiuisse, & af-
 sentientem credidisse? Nequaquam. Nam ea demum fides affert salutem quæ operatur per dilectionem. Ea
 enim demum fides saluam facit quæ est viuua. Fides autem sine operibus est mortua. Et ideo subiungit, per ^{Gal. 5.}
 obedientiam vitæ rationi consentaneæ: quasi diceret, Non satis est fidē habere & Deum nosse, nisi eius præ- ^{Iac. 2.}
 ceptis pareas, & vitam ita instituas, ut à verbo seu ratione non discrepes. Id enim significat, *πίς ζωής εὐδότης*, id
 est, per vitam verbo & rationi congruentem: λόγος enim significat & verbum & rationem. Quid verò, satis ¹⁰
 ne est credere, & præcepta seruare? Minime. Oportet enim Deum tanquam scopum tibi proponere, om-
 nesque tuas actiones ad eum dirigere & eius fruendi, qui est vita æterna, perpetuo teneri desiderio, & cum
 Psalmista dicere, Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes, ita desiderat anima mea ad te Deus. Cæterū ^{Psal. 41.}
 non omne Dei desiderium iuuat ad salutem. Si quis enim Deum ita desideraret, ut eum adsecutus crederet se
 carnalibus expleturum deliciis & voluptatibus, falleretur, & rem Deo indignam, & ei minime conuenientē
 appeteret. Nam ut Deus est spiritualis, ita etiam spirituale esse oportet eius desiderium, nec in Dei quæ ap-
 petitur consecutione, visione, apprehendere aliquid carnale. Deus enim ipsum diligētibus bona promissit, ^{Esa. 64.}
 quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit. In eo quidem fallebantur Chiliastræ, quod post resurrectionem existi- ^{1. Cor. 2.}
 stimarent se mille annos esse victuros in omni genere deliciarum. Et ideo dicit Clemens, Dei cognitionis
 fundamentum, esse æternam appetitionem deiectam in prædium intelligens. Persistit autem in metaphora
 fundamēti, dum dicit deiectam. Per prædium vero intelligens, significat terrā spiritualem: Dei enim oportet
 æternum esse desiderium, sed nihil carnale, terrestre, & crassum est de Deo concipiendum, sed spirituale, ²⁰
 & quod sola percipit intelligentia. ⁴ *Cum hæc quidem certe tria sint in homine.* Explicaturus quidnam profi-
 teatur Pædagogus, prius docet quamnam sint partes exhortatoriij sermonis, qui hunc librum præcessit. Tria,
 inquit, sunt in homine, mores, actiones, affectus. Mores sortitus est sermo exhortatorius. Is nos ducit ad
 pietatem & religionem, ad fidem adducens, ad quam ædificandam is est veluti fundamentum, non secus at-
 que carina est fundamentum nauis. Aptè autem dixit fidei ædificationem: Nam cum fides sit in Christum, ^{Ephes. 2.}
 ipse Christus Iesus est lapis angularis, in quo omnis ædificatio crescit in templum sanctum in Domino.
 Templum autem sanctum in Domino est Ecclesia, quæ est à Christo supra petram ædificata, id est, supra fi-
 dei firmitatem ac stabilitatem, à qua etiam nomen accepit Petrus Apostolorum Coryphæus. Is autem ser-
 mo exhortatorius, cum falforum Deorum & simulacrorum cultus ostenderit errores, lætos reddit: nihil ³⁰
 enim est quod grauius sit & molestius homini quàm errare, labi, & falli, & maxime in præcipuis: efficit au-
 tem ut veteribus abiuratis & abrenunciatis erroribus, ad salutem acquirendam contendamus, Christo in
 baptismo nomen dantes, & Dei præcepta seruantes. Dei autem beneficentiam in nos agnoscētes cum Re-
 gio Psalte animus; Quam bonus Israel Deus, iis qui recto sunt corde. Quam bonus est Deus Israel, idem ^{Psal. 72.}
 enim est Deus & veteris & noui testamenti, quicquid delirent Marcionistæ; Bonus est, inquam, iis qui re-
 cto sunt corde. Recto autem sunt corde, qui post susceptum baptismum Deum vnum & trinum sincere
 colunt, neque amplius relabuntur in veteres errores, neque tanquam canes ad remissorum peccatorum vom-
 itum redeunt, sed fidei fundamento in quo sunt boni mores, à charitate procedentes superstruunt actio-
 nes. ⁴ *Omnibus vero actionibus.* Postquam docuit quidnam profiteatur sermo exhortatorius, nunc docet
 quidnam profiteatur Pædagogus: Duo autē proficitur, nempe & dirigere actiones, quod ut melius facias,
 tradit præcepta, & vocatur sermo *καταλογος*, id est præcepta suggerens & admonitiones, & curare animi mo-
 tus seu affectus & ægritudines, & vocatur sermo *ἀναμνητικός*, id est, consolatorius, consolatur enim ad pri-
 stinam reducens tranquillitatem. ⁵ *Hic ipse idem omnis sermo.* Vnus & idem sermo pro varia & diuersa fun-
 ctione variis & diuersis appellatur nominibus, quando ad salutem quidem adhortatur, est adhortatorius
 ex parte totum ita appellatus, cum tota religio perpetua sit exhortatio, sed tunc propriè est adhortatorius,
 quando ad exhortandum peculiariter est deputatus. Pædagogus vero, quando versatur in curandis ani-
 mi morbis, & tradendis præceptis. Pædagogus autem dicitur, quod ad agendum instituat, dogmata au-
 tem non tradat, & animam quidem reddere meliorem, nempe moderatiorem & temperatiorem, non au-
 tem doctiorem, proponat. ⁶ *Morborum itaque animi.* Pædagogus, & ea docet quæ sunt agenda, & quæ
 non agenda. Quæ non sunt autem agenda, sumuntur ex imaginibus, & similitudinibus, & exemplis. His
 quoque imaginibus, similitudinibus, & exemplis historicis vititur Pædagogus, ad curandas animi ægritudi-
 nes & perturbationes. Adductis enim his imaginibus & exemplis adhibet quædam humana præcepta, tan-
 quam leuia quædam medicamenta. Quibus recreatus & confirmatus ægrotus animus, ad perfectam veri-
 tatis cognitionem deducitur à Pædagogo.

Quod propter peccata nostra nos moderetur Pædagogus. Cap. II.

PÆDAGOGVS* autem noster, o vos pueri, est Deo Patri suo similis, cuius ^{Christus}
 est filius, in quem nullum omnino cadit peccatum, estque nulli reprehensioni <sup>Deus in fi-
 gura homi-
 nis.</sup>
 affinis, & animo impatibilis: Deus in figura hominis, impollutus, paternæ vo-
 luntati seruiens, Deus verbum, qui est in patre, qui est à dextris patris, & cum
 figura Deus est. Hic nobis est imago in qua nulla est macula. Ei omnibus viribus tentan- ^{Ioan. 5.}
 dum est animā similem efficere. ^{2. Pet. 2.} Sed ille quidem liber est ab omnibus humanis animi per-
 turbationibus. Propterea enim vel solus est iudex, quod solus sit in quē peccatum non cadit:
 K ij

nos autem conemur quoad eius fieri poterit, ut quam minimum peccemus. Nihil enim maiori curæ ac studio esse debet, quam ut ab animi perturbationibus morbisque primùm liberemur: deinde verò, ut prohibeamus ne in peccatorum consuetudinem facillè prolabamur. Atque optimum quidem est nullo modo penitus peccare, quod quidem Dei esse dicimus. Secundum autem, nullum ex voluntariis attingere maleficiis, quod est proprium sapientis, & in inuoluntariorum non adeò multa incidere. Tertium autem, quod est proprium eorū qui bene educi & à Pædagogo rectè instituti fuerunt, in peccatis nō diutissimè immorari, ultimo loco ponatur. Sed ei quoque salutare fuerit, si iis qui vocant ad pœnitentiã, minimè repugnauerit. ^a Atque mihi quidem per Moysen videtur pulcherrimè dicere Pædagogus: Si quis in eo fuerit repente mortuus, statim polluetur caput voti eius, & radetur: peccatū inuoluntariū, mortē repentina appellans. Eam autē dicit polluere, ut quæ animā macula resperserat, & ideo quācitisimè ei adhibet medicinā, cōsulens ut statim ei caput radatur, nempe ignorantia comas, quæ umbrā rationi offundunt, amouere & abstergere suadēs, ut à dēsa vitij materia nuda relicta ratio (ea autem sedē suam collocat in cerebro) quamocysimè redeat ad pœnitentiã. Deinde cum pauca adiecisset, subiūgit: Priores autē dies irrationales. Per quæ clarū est significari peccata quæ non facta sunt per rationē. Et inuoluntariū quidē appellauit repentinū, peccare autē, irrationale. Quamobrem sermo Pædagogus sortitus est moderationē, ad prohibēdū irrationale peccatū. ^b Id autē hinc ex Scriptura cōsidera: Propterea hæc dicit Dominus; quod prius fuerit peccatū, arguendo ostēditur per sequentē dictionem, Propterea, quod iustum iudicium sequitur. Idque per Prophetas aperte ostēditur, dum dicunt: Si non peccasses non hæc esset minatus; & propterea sic dicit Dominus. Propterea quod hos sermones non audiistis, ideo hæc dicit Dominus: Et ecce propterea dicit Dominus. Propterea enim est Prophetia, propter obedientiã scilicet & inobedientiã. Propter illam quidē, ut seruemur: propter hanc autē, ut castigemur. ^c Est autē Pædagogus noster Verbum, qui præternaturales animæ affectiones curat per admonitiones. Morborum autem corporis auxilium, propriè vocatur Medicina, quæ docetur humana sapiētia. Verbum autem paternū, solus est humanarū aegritudinum, Pæonius medicus, & sanctus egrotæ animæ incātator. Saluum fac seruum tuum, inquit, Deus meus sperantē in te. Miserere mei Domine, quia clamavi ad te toto die. Medicina enim ut ait Democritus, medetur morbis corporis, sapiētia autē liberat animam à perturbationibus. ^d Bonus autē Pædagogus, qui est sapiētia, qui Verbum Patris, qui fabricatus est cælū, uniuersi figmēti curam gerit, eiusque corpori & animæ medetur, qui est omni ex parte sufficiens medicus humanæ naturæ, seruator, Surge, inquit, paralytico, & sublato, in quo iaces, grabato, vade domū, & qui prius erat infirmus, ex templo sanus & firmus euasit. Et mortuo Lazaro, dixit, egredere. Ille verò mortuus, ex sepulchro exiit qualis erat ante quàm moreretur, meditatus resurrectionē. ^e Quinetiam ipsi quoque per se medetur animæ præceptis donisque ac gratiis. Sed præceptis quidē & monitis id facere utique differt: donis autē & gratiis diues, dimittuntur tibi peccata tua, nobis dicit peccatoribus. ^f Nos autē simul ac ipse cogitauit, facti sumus infantes, optimū & stabilissimū locum ab optima & præclarè ordinata eius moderatione adepti: quæ primū quidē in mundi & cæli solique ambitibus circumagitur, in cæterorūque astrorum motibus versatur, propter hominē: deinde verò in ipso homine, in quem omne eius studium confertur: eumque maximum ac pulcherrimum esse opus existimans, prudentia quidem ac moderatione & temperantia animā eius direxit: corpus verò pulchritudine iustaque & commoderata membrorum proportione temperauit: in humanæ autem naturæ actionibus quod in eis rectè & ex virtute geritur, pulchrumque qui est in eis ordinem, ex suo eis inspirauit.

Numer. 6.

Esa. 66.
Hierem. 7.
Ezech. 33.

Psal. 85.

Marc. 2.
Ioan. 11.

^a PÆDAGOGVS autem noster. Ex eo quod dicit Filium esse Patri similem, ostendit esse distinctas ac separatas patris ac filij hypostasas ac personas. Nam cum nullum simile sit idem, sit autem filius patri similis, ex eo sequitur alium esse patrem, alium filium, quod pugnat cum Sabellianis: Sed non ex eo sequitur, non esse patrem & filium vnus & eiusdem essentia. Est quidem filius patri similis, sed idem est non solum ὁμοῦς, id est similis essentia, quod ad circumscribendum Concilij Niceni decretum frustra excogitarunt Arriani, sed etiam ὁμοῦς, id est vnus simul & eiusdem essentia. In quem nullum cadit peccatum, Græcè est ἀμαρτητός, quod est, si dici posset Latine, Impeccabilis, id est, qui nec peccat, nec potest peccare. Estque nulli reprehensionis affinis] Græcè est ἀνεπιλητός, id est, qui non potest reprehendi. Est autem vnum alteri consequēs. Nam si nihil potest reprehendi præter peccatum, sequitur ut qui non possit reprehendi, non peccet. Et animo imparibilis, ἀπαθὴς τῷ πονηρῷ, id est, in cuius animam nulla cadit aegritudo, nullus à ratione deflectēs motus, nullaque perturbatio. Deus in figura hominis, Hoc de Christo verissime dicitur, post susceptæ carnis dispensationem. Nam qui prius solum erat Deus, postquam Verbum caro factum est, fuit Deus & homo, & quamuis in eo appareret sola hominis figura, sub ea tamē latebat Deus, quo fit ut à Propheta merito sit dictus Deus absconditus. In eodem enim subiecto, seu maui supposito, erat & filius hominis, quod vocabulum sapius vsurpat ipse Christus, id est homo, quod ipsa præ se ferebat figura, & filius Dei, id est Deus, quod intus quidem latebat, sed id apertè ostendebant diuina opera signa & miracula. Paternæ voluntati. In Christo etsi duæ fuerint voluntates, diuina & humana, ita tamen semper se gessit, ut diuinæ humanam subiiceret voluntatem, & suam, quatenus erat homo, voluntatem à patris voluntate nunquam velle discrepare, adeò ut à morte quidem liberari, quod desiderabat caro, ut homo voluerit, sed se tamen velle quod pater velle affirmarit, neque suam voluntatem ab eius voluntate seiunxerit. Quo factum est ut animam suam non inuitus, sed sponte posuerit. Dicit enim; Nemo tollit animam, sed ego pono eam à meipso, Deus Verbum: In principio, inquit Ioannes, erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Græcè verbum dicitur λόγος. λόγος autem & sermonem seu orationem verbumque significat, & rationem. Quæ omnia vnigenæ Dei filio ita conueniunt, ut siue cum dicas verbum, quod apud Theologos est vsitatus, siue sermonem & rationem, non est quod propterea te quispiam iure reprehendar. A mente quidem certè, tanquam à patre, generatur & sermo & verbum quod profertur, & ratio qua ratiocinamur, nec obstat prolatio nec ratiocinatio, quo minus, & quod pronunciat, & quod in syllogismum deducitur, adhuc sit in mente tanquam in patre. Ita nec æterna filij à patre generatio impedit, quo minus genitus filius adhuc sit apud patrem. Quæquidem filij generatio, etsi sit eiusmodi ut non possit enarrari, per hæc tamen vocabula, quantum humana potest capere imbecillitas, utcumque potest, non intelligi, sed conici. Qui est in patre. Ad Dei imaginem & similitudinem factus est homo. Ea autem hominis imago & similitudo, consistit non in corpore, sed in anima, in qua est intelligentia, memoria, & voluntas. Ipsum autem Dei verbum, quod omnia condidit, hominem quoque creauit ad suam imaginem & similitudinem. Hinc factum est ut verbum quod est Græcè λόγος, id est ratio, hominem quoque fecerit λογικόν, id est, rationis participem, siue maui rationale. Illa autem Verbi, qui est noster Pædagogus, imago, ad quam expressi & effecti sumus, est pura, & munda, & ab omni forde & macula immunis. Nam apud eum, sicut apud patrem luminum à quo est genitus, nulla est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. ^b Sed ille quidem liber. Anima quidē nostræ imagini sit similis, Verbo, inquam, nostro pædagogo, si nō peccet, sed cum solus sit Deus qui non peccet. Nam si nos peccatum non habere dicamus nos ipsi seducimus, & in nobis veritas non est, si eius non possimus omni ex parte esse similes, pro viribus saltē, admittamur ut ad eius similitudinem quàm proxime accedamus. Hoc ita demum fieri, si quam minimum peccemus. Sed quoniam rarum est ut minimum peccemus, tāta est humanæ naturæ ad peccatum propensio & procliuitas, hoc saltē caueamus, ne per diuturnam peccandi consuetudinem in peccatis perseueremus. Nam hominis quidem est peccare, in peccatis autem perseuerare, non hominis, sed diaboli. Non omnino autem peccare est solius Dei: Hanc autē dicit esse causam quod Dominus noster Iesus solus Iudex à Deo sit constitutus viuorum & mortuorum, quod solus sit, in quem non cadat peccatum, alioqui filio non omne daturus Iudicium, neque enim pater quenquam iudicat. Nam re vera Iudex esse non debet, qui non est iustus. Iustus autem non est, qui in quo alterum iudicat seipsum condemnat. Ipsa enim eius conscientia eum arguit, quod etsi iustè iudicet, ipse tamen sit iniustus qui iudicat, cum quam in seipsum quoque ferre deberet, in alium ferat sententiam. Hæc iniustitia in verbum hominem factum, nostrum Iudicem, non potest cadere, cum in eum non cadat peccatum. Peccatum enim non fecit, nec inuentus dolus in ore eius. ^c Atque optimum quidem est. Si fieri posset ut nunquam peccarem, esset quidem longè optimum. Sed cum solius Dei sit non peccare, nec est homo qui non peccet, saltem caueamus ne grauius peccata admittamus, quod est sapientis. Grauius autem sunt peccata quæ etiam dicimus capitalia vel mortalia, ut quæ sint ad mortem, quæ æternam, inquam, mortem peccatoribus afferunt. Voluntaria autem dicuntur, quod consulto, & certo instituto, & à prudentibus ac scientibus admittantur. Ea autem vocauit Clemens ἀδίκηματα, quod nos vertimus maleficia. ἀδικήματα autē dicuntur, quod iniuriam faciant. Nullum enim est peccatum capitale seu mortale, quod non vel Deum, vel proximum, vel non eius qui peccat proprium corpus, iniuria afficiat & offendant. Qua ratione etiam maleficia dicitur à Latinis, quod malefaciat. Quo quidem malefij vocabulo vtuntur frequenter Iuriconsulti, quando tractant de delictis. Neque verò est absurdum & alienum, quod nomine iniustitiæ comprehendantur omnia maiora peccata, cum ipsa iustitia comprehendat omnes virtutes, non solum apud prophanos, sed etiā apud sacros authores. Sunt autem præter voluntaria quæ sunt maxime vitanda, etiam inuoluntaria. Inuoluntaria autem vocat, non quæ fiunt à coactis, sed quæ vel ignorantia aliqua, vel errore, vel repentina aliqua animi concitatione, cui tamen non datur assensus, vel nimia forte risus, aut futilium verborum, aut aliorum

eiusmodi exuperatione, non captata occasione, nec consulto ac destinato animi proposito, nec malefaciendi studio admittuntur, & propterea dicuntur inuoluntaria, quæ inter grauiâ peccata ideo non annumerantur, quod vix peccati rationem obtineant. Nam peccata quæ non ex origine trahuntur, sed agendo admittuntur, tantum habent voluntarij, vt si non sint voluntaria, in peccatorum numerum non referantur, præterquam eorum quæ dicuntur venialia, propterea quod facillè remittantur. ⁴ *Atque mihi quidem per Moysen.* Quod hic dicit Clemens, sumptum est ex vj. capite Numerorum, in quo describitur votum Nazæorum, qui se à populo separabant, & annis aliquot totos Deo consecrabant. Hæc autem obseruabant, vt & comam capitis nutritent, nec ascenderet ferrum super caput eorum toto voti sui tempore, neque vinum aut ficeram biberent, donec completa fuisset voti professio. Nec ad vllum corpus mortuum, ne patris quidem aut matris accederent, alioqui fore vt polluerentur. Quod si in quempiam repente mortuum incidissent, 10 pollutam iri eorum comam, & ideo esse abradendam, & votum de integro esse incipiendum: adeo vt ne eorum quidem dierum qui præcesserant, vlla haberetur ratio. Illam mortui pollutionem, & capitis comæ abrasionem trahit Clemens ad allegoriam. Et repentinum quidem significare dicit inuoluntarium, peccatum autem irrationale, quoniam nec consulto, nec præcedente ratiocinatione ac cogitatione, sed vel ignorantia, vel repentina quadam incitatione inuoluntarium admittatur peccatum. Id tamen rationi, quæ suam sedem in cerebro collocauit, maculam imprimere & vmbra offundere, & ideo esse abscindendum. Sermonem autem seu Verbum Pædagogum curam gerere, vt hoc inuoluntarium prohibeatur peccatum, quod nec proficiscitur à ratione, & abest rationi. Quod autem vertimus, priores autem dies irrationales, Græcè est *αἱ ἡμέραι αἱ πρὸ τῆς ἀλογίας*, id est, priorum dierum nulla haberetur ratio, vel priores dies non computantur. Sed cum *ἀλογον* significet, & id cuius nulla haberetur ratio, & id quod est expertis rationis seu irrationale, suo 20 instituto seruienti Clemens id accipit pro irrationali. Eas autem quæ abraduntur comas dicit esse crassam ignorantiam materiam, cuius impedimento à ratione ablato, ea redit ad pœnitentiam. Ignorantia enim facile admittit peccatum, & impedit ne peccatum agnoscat. Agnito autem à ratione peccato, & de eo dolor concipitur, & peccasse pœnitet. Quod autem dicit rationem sedem suam collocasse in cerebro, id dicit secutus sententiam Platonis, qui mentem quidem & rationem collocauit in cerebro, iram vero in corde, cupiditatem & libidinem in iecore. ³ *Id autem hinc ex scriptura considera.* Docet per scripturas Pædagogum Verbum rectorem esse & moderatorem ad prohibendum peccatum irrationale. Eæ autem quas citat scripturæ sumuntur ex prophetia Elaiæ, Hieremias & Ezechielis: Ideo autem institutum dicit esse prophetiam, vt si Dei quidem præceptis obediamus, salui simus: sin autem non obediamus, erudiamur, & castigemur. Merito autem prohibet Pædagogus peccatum, quod non proficiscitur à rationis præmeditatione, sed vel ex ignorantia, vel ex infirmitate, vel ex repentina animi concitatione. Nam si his inuoluntariis 30 peccatis assuescamus, eo facillè res redibit, vt etiam in voluntariis ipsa ratio pareat animi motibus, nos inuitos ad ea quæ sunt praua & vitiosa præcipites abripientibus. ⁴ *Est autem Pædagogus noster Verbum.* Inuoluntaria quidem peccata prohibet sermo Pædagogus, cauens ne victa ratione fiant voluntaria. Ea peccata voluntaria sunt præternaturales animæ affectiones. Nam cum naturæ sit institutum, vt mens & ratio imperet, seruiant autem animi motus & affectiones, si contra fiat, non iam naturales, sed præternaturales sunt animæ affectiones, quæ cum sint morbi & ægritudines, ad eas curandas opus est Medico. Medicus autem est sermo Pædagogus, qui medetur per admonitionem. Ideo certè è cælis descendit Verbum humana carne tectum, vt nostra curaret vulnera, & nostras sanaret ægritudines, qui etiam disertis verbis dixit fanis opus nõ esse medico, sed male habentibus. Atque humana quidem sapientia inueta est medicina quæ medetur corpori: ipsa autem Dei sapientia, quæ est Verbum patris, noster Pædagogus curat nostros animæ morbos, vt qui sit Pæonius medicus, medicus, inquam, præstantissimus, & ipso Pæone, qui est Apollo, longè præstantior. Est autem non solum medicus animæ, sed etiam incantator, vt qui non herbis, sed verbis morbos curet animæ, si ei sapienter incantanti aures non recludantur. Quod autem Democritus tribuit sapientiæ, nempe Philosophiæ, licet etiam Cicero in Tusculanis, vt liberet animam à perturbationibus, id longe melius, vel potius sola præstat Dei sapientia; Verbum patris, vnicus Dei filius. Et ideo subiungit Clemens; ⁵ *Bonus autem Pædagogus.* Docet quanto medico corporis sit præstantior noster Pædagogus, qui est ipse quoque noster medicus. Corporis quidem medicus curat solum morbos corporis: bonus autem Pædagogus & medicus, qui est idem Dei sapientia & Verbum patris, cum cælum & totam mundi fabricam propter hominem primo esset architectatus, & deinde ipsum creasset hominem, totius quoque hominis quem creauit 50 curam gerit, & cum homo ex anima constet & corpore, vtrunque curat, alioqui non futurus sufficientissimus medicus. Neque verò solum est medicus, sed etiam seruator, vt qui homini det salutem & vitam æternam. Cuius rei vt certa & euidentia daret testimonia, ea fecit miracula, quæ apertè ostenderent quanta eius esset bonitas & potentia, vt qui & Paralyticum integrè sanauerit, & Lazarum iam triduo ante mortuum in vitam excitauit, præclarum certe exemplum futuræ resurrectionis quam resurgens videbatur meditatus. ⁶ *Quinetiam ipsi quoque per se medetur animæ.* In sanando quidem paralytico, & in vitam reuocando Lazaro, vtriusque simul curam gessit, nempe animæ & corporis. Medetur autem ipsi etiam soli animæ. Medetur autem præceptis ac monitis donisque & gratiis. Sed præceptis quidem ac monitis non fit tam prompta curatio, sed differtur propter eorum qui audiunt, vel tarditatem vel peruersitatem. Sed prompta est & expedita quæ per dona & gratias fit curatio, vt cum subito remittuntur peccata. Ideo autem prompta est & expedita hæc curatio, quod sit Dominus diues in misericordia. Hoc enim significat quod dicit 60 Diues in donis & gratiis, est enim donum & plane gratia, quando gratis remittuntur peccata. ⁷ *Nos autem simul atque ipse cogitauit.* Ostendit quæ cita sit & expedita quæ fit donis & gratiis in peccatis remittendis curatio. Nā simulatq; cogitauit Pædagogus noster Dei sermo, peccatis remissis efficitur quasi modo geniti infantes, deposita omni malitia, & omni dolo, & simulatione, & inuidia & detractio: Optimū autē & stabilissimū locū adipiscimur à rectè ordinata eius rectione & administratione. Quis enim melior dari potest locus, quæ Dei filiū & esse & nominari, quod peccatis in baptismo remissis nobis cõceditur? Sed in quonā versatur

Matth. 9.
Luc. 5.

Psal. 57.

Ephes. 2.

1. Pet. 2.

versatur huius nostri Pædogogi rectione & administratio? In mundi, cæli, solis, & cæterorum astrorum conuersione, quæ & creata sunt propter hominem, & propter eundem conuertuntur, & circumagiuntur, ex quo est perspicuum quanta sit dignitas hominis. Nullius autem rei tantam gerit curam quantam hominis, cuius & animam ornat virtutibus, & corpus ita construit, vt decens in membris omnibus seruetur proportio & conuenientia, & in omnibus humanæ naturæ actionibus, id quod est decorum, congruens, conueniens, & honestum ita inspirat, vt rectè & ex virtute se gerat, & quem par est ordinem seruet in omnibus. Quod quidem et si sit verissimum, aliter tamen sapissimè videmus vsu venire propter sua culpa corruptam & deprauatam naturam hominis.

10 Quod sit benignus & hominum amator Pædagogus. Cap. III.



N ^a omnibus prodest & in omnibus iuuat Dominus, & tanquam homo, & tanquam Deus: peccata quidem remittens, vt Deus: ne peccemus, autem, Pædogogi ritu instituens, vt homo. Iurè ergo homo est Deo charus, quoniam eius figmentum homo est. ^b Et alia quidem solo iussu fecit: hominem autem per se manu fabricatus est, & quid ei proprium, inspirauit. Quod ergo ab ipso & ad 20 eius imaginem factum est, vel tanquam propter se Deo eligendum, ab ipso Deo fabricatum est, vel tanquam propter aliud eligendum effectum est. ^c Si ergo homo est propter se res eligenda cum bonus sit, bonum amauit, & intus est in homine id amatorium, quod Dei inspiratio seu insufflatio dicitur. ^d Si autem homo res propter alias eligenda factus est, non alia fuit Deo causa cur eum faceret, quàm quod absque eo neque Deus poterat esse bonus opifex, neque homo peruenire ad Dei cognitionem. Neque enim aliter id cuius causa homo factus est Deus fecisset, si non homo factus esset: & quam habuit absconsam volendo 30 potentiam, per externam impleuit faciendi potestatem Deus ab homine acceptam qui fecit hominem: & vidit quem habuit, & factum est quod voluit, nihil est autè quod Deus non possit. ^e Homo ergo quem fecit Deus, res est propter se eligenda. Quæ res autem propter se est eligenda, ei est propria & familiaris, cui propter se est eligenda. Ea autem res est expetenda & diligenda. Sed & si quid est diligendum, non potest id ab ipso non diligere. Diligendum autem esse hominem ostensum est. Homo ergo à Deo diligitur. Quis enim fieri potest vt non diligatur, propter quem vnigenitus ex patris sinu demittitur, Verbum fidei, 40 fides ex superabundantia, ipse Dominus? qui apertè confitetur & dicit: Ipse enim pater vos diligit, quia vos me dilexistis. Et ipse rursus: Et dilexisti ipsos, quemadmodum ipse me dilexisti. ^f Quidnam ergo velit Pædagogus, & quid profiteatur, & quomodo & factis & dictis affectus sit, & in ijs quæ sunt agèda præcipiendis, & prohibendis ijs quæ sunt contraria, iam utique clarum est. Manifestum est autem esse alterum genus sermonis, cuius institutum est docere, quod quidem est subtile & spiritale, & accuratam tractandi rationem sequitur, & in arcanis contemplandis mysterijs versatur. Id autem in presentia 50 differatur. ^g Par est autem eum nos redamare, qui pro suo in nos amore dux est nobis vitæ optimæ degendæ: ex eius autem voluntatis iussis viuere, non ea solum quæ iubentur exequentes, vel quæ prohibentur cauentes, sed etiam has quidem imagines auersantes, illas verò, quoad eius fieri poterit, imitantes: Pædogogi factorum similitudinem operando referre, vt impleat id quod dictum est, Ad imaginem & similitudinem. ^h In vita enim tanquam in profundis errantes tenebris, optimo & qui nunquam aberret & offendat duce opus habemus. Optimus autem dux est, non cæcus, vt dicit Scriptura, cæcos in foueam 60 ducens, sed Verbum, cuius est visus perspicacissimus, & qui cordis intima peruidet. Quemadmodum ergo non est lux quæ non illuminat, neque mouens quod non mouet, ita nec diligens quod non diligit, nec bonum quod non prodest, & ad salutem deducit. Faciamus ergo præcepta per opera & facta Domini. Verbum enim ipsum apertè caro factum est, eandem simul virtutem actiuam & contemplatiuam ostendens: atque adeo eius sermo-

Genes. 1.

Ioan. 16.

Ibid. 17.

Matth. 13.

Ioan. 2.

nem, præcepta & monita legem existimantes, cognoscamus quæ sint breues & directæ viæ ad aternitatem. Persuasione enim plena sunt præcepta, non timore.

COMMENTARIUS IN CAP. III.

IN omnibus prodest. In hoc capite ostendit Clemens Pædagogum nostrum, Dominum inquam nostrum, ut qui sit verbū quod carnem suscepit, & ideo Deus est & homo, in omnibus nobis prodesse & nos iuuare, & tanquā Deum, & tanquam hominem. Tāquam Deū quidem peccata remittere, solus enim Deus peccata remittit, & qui vicaria & ab eo delegata vtuntur autoritate & opera. Tāquam hominem autem, ut qui Pædagogi fungatur officio, erudire, ne peccetur. Causam autem quod homini proficit & eum iuuet, hanc esse dicit quod hominem amet, ut qui sit eius opus, ab eo, inquam, effectus & factus. ¹⁰ *Et alia quidem solo iussu fecit.* Quilibet artifex suum opus diligit, & quo plus artis, operæ, studij & diligentia in id contulit, eo magis diligit. Hæc est causa cur Dominus Deus hominem maximè diligit. Nam cætera quidem solo iussu fecit. Nam dixit Deus & facta sunt. In fabricando autem homine plus studij posuit, ut qui & de eo faciendo deliberarit, tāquam aliquod magnum opus facturum, faciamus enim, inquit, hominem, & eius quidem corpus è luto effinxit, animam autem in ipsum inspirando spiraculum vitæ, & ita factus est homo in animam viuentem, id est, animal viuens: sed ne forte existimares hominem quidem esse animatum, sed eam esse animam, quæ corpori tantummodo tribuit ut alatur & crescat, vel etiam sentiat, addit Clemens: *Et quid ei proprium, inspirauit.* Id est, inspirauit ei animam, qua non solum viuere & sentiret, sed qua etiam ²⁰ *rationaretur, quod quidem est Dei proprium & hominis.* Nam & Deus Verbum est ac ratio, & mente ac ratione esse præditum, soli ex animantibus omnibus conuenit homini. *Quod ergo ab ipso.* Probatum est hominem à Deo diligi, duo proponit, ex quibus utrumuis sumas, necessario sequitur ut homo à Deo diligatur. Homo, inquit, non solum factus est à Deo, sed etiam factus est ad eius imaginem & similitudinem. Quod autem factum est ad eius imaginem & similitudinem, factum est vel tanquam propter se à Deo eligendum vel propter aliud. Videamus deinde quid sequatur. ³⁰ *Si ergo homo est propter se res eligenda.* Quod Deus dicitur hominem fecisse ad suam imaginem & similitudinem, id non est intelligendum de corporali. Non enim corporis figmentum Dei imaginem continet. Neque factus etiam corporalis homo dicitur, sed plasmatus. Is autem qui ad imaginem Dei factus est interior homo noster, est inuisibilis, & incorporealis, & incorruptus atque immortalis. In his enim talibus Dei imago rectius intelligitur, ut dicit Origenes. Ad Dei autem imaginem & similitudinem, factum esse hominem dicit Diuus Basilius, & propter rationis affluentiam, & propter imperium quo vitatur in omnia animantia. Diuus verò Augustinus dicit, hominem esse factum ad imaginem Dei & similitudinem, secundum mentē qua irrationalibus antecellit: sed ad imaginem, secundum memoriam intelligentiam & dilectionem. Alias etiam in diuersis locis affert causas, cur dicatur homo à Deo factus ad eius imaginem & similitudinem, quas prætermitto ne sim longior. Quod autem dixit Græcè Clemens *ἐκ χειρὸς αὐτοῦ*, vertimus, manu fabricatus est, conuenienter ei quod dicit Psalmodigraphus: Manus tuæ fecerunt me, nec ex eo existimandum est Deum habere manus, ut volunt Anthropomorphitæ, sed vel per manus intelligendus est spiritus sanctus, vel per manum Deus fabricatus esse dicitur, ut accuratius esse factus homo intelligatur, quam si tantum eum fieri iussisset. Cum autem constet Deum fecisse hominem ad suam imaginem & similitudinem, ut sciamus an is à Deo ametur, videndum est quid in eo faciendo sibi proposuerit, & quisnam eius fuerit eius faciendi finis. In homine ergo faciendo aut hic tantum fuit eius finis, ut excellentissimum opus conderet ad suam imaginem & similitudinem, in quo non alio spectauit quam ad ostendendam eius pulchritudinem, idque propter se delegit, id est, propterea quod esset tale opus. Aut non ad eius solam spectauit pulchritudinem, sed eius condendi hic quoque fuit finis, ut ostenderet quam bonus esset opifex, non poterat autem esse opifex, nisi homo fieret, & ut homo veniret ad illius cognitionem. Vtrumuis autem sibi proposuerit, ut hominem diligit necesse est. Nam & præstantissimum suum opus non potest non amare quod propter se delegit, & id opus amabit propter quod eius summum cognoscitur artificium, & quod summum suum agnoscit artificem. *si homo est res.* Id est, Cum Deus sit bonus & bonum opus fecerit, bonum opus amet necesse est. Et intus in homine est id amatorium, quod Dei inspiratio seu insufflatio dicitur. Amatorium Græcè dicitur *φιλία*, est autem medicamentum quod ad amorem prouocat. Deus, inquit, amat hominem. Nam in homine est medicamentum quod Deum ad amorem prouocat. Id autem medicamentum est ratio & intelligentia homini à Deo indita quam inspirationem seu insufflationem vocat scriptura. ⁴⁰ *Si autem homo res propter alias eligenda factus est.* Cur à Deo factus est homo: ut Deus bonus esset opifex. Bonus enim est opifex bonum opus faciendo quod est homo, & ut homo perueniret ad Dei cognitionem. Ad Dei autem cognitionem peruenit per creata à Deo opera. Ea autem opera ideo sunt creata, ut per ea homo Deum cognosceret. Non essent autem ideo creata, nisi Deus fecisset hominem. Et creandi quidem hominis potestas volendo in Deo erat absconsa. Eam autem creandi potestatem quam habuit, Deus impleuit per externam faciendi potestatem quam accepit ab homine, qui fecit hominem. Id est, potestas illa creandi hominem extrinsecus est adimplenda, accepta ab homine qui fecit hominem, nempe ab idea illa hominis quæ est in mente diuina. *Quid sibi illud vult: Et vidit quem habuit?* Extrinsecus vidit hominem quem prius habuit. Intus enim prius erat homo per Ideam in mente diuina. Is erat absconsus in Dei voluntate nec videbatur. Nunc autem potestate in actum exeunte, non amplius later homo, sed est manifestus. Et factū est, inquit, quod voluit. Non fuit amplius absconsa potestas quam habebat in voluntate, sed creato homine res aperte deducta est in actum. Er nihil est quod Deus non possit. Deus enim omnia quæcunque voluit fecit in cælo & in terra. A Dei enim voluntate non est separata potentia. ⁵⁰ *Homo ergo quem fecit Deus.* Persequitur id quod superius dixerat, quod homo quem fecit Deus res sit propter se eligenda, & gradatim procedens probat hominem à Deo diligi, & est

Genes. r.

Orig. in gen. Homil. 10. in exam. August. lib. de spiritu & anima.

Psal. 118.

& est veluti Sorites, qui sic reduci potest ad syllogismum. Res à Deo propter se eligenda est, expetenda, & diligenda. Homo res est à Deo expetenda & diligenda. Quod autem est à Deo expetendum & diligendum, non potest non à Deo diligi. Homo est à Deo expetendus & diligendus. Homo non potest non à Deo diligi. Ex his efficitur hominem à Deo diligi. Dei autem amoris in homines maximum affert argumentum, quo vnigenitus Dei filius ex sinu patris descendit, Verbum caro factum. Hoc Verbum vocat Verbum fidei, ut quod persuaserit ut in Deum crederetur. Vocat etiam fidem ex superabundantia, creuit enim fides cum non in vnum Deum tantum credamus, sed in Deū trinum, id est, trium hypostaseon seu personarum, quem sanctam appellamus triadem. Hoc Verbum est Dominus, nempe Christus. Nam et si vnus tantum est Deus, & vnus Dominus, quādo tamen de Domino loquimur Christum Dominum nostrum intelligimus, neque tamen sunt tres Domini, sed vnus est Dominus. ¹⁰ *Quidnam ergo velis Pædagogus.* Est veluti quidam breuis epilogus eorum quæ dixit Pædagogi de instituto, nempe quod erudiat in iis quæ sunt agenda, & in iis quæ sunt fugienda, illa quidem suadens, hæc verò prohibens. Hæc autem sunt quæ pertinet ad mores componendos, & animi motus regendos & reprimendos. Dicit autem esse etiam aliud genus sermonis quo doctor subtilia & accurata tradit dogmata, & versatur in contemplandis mysteriis, sed se in præsentia differre de eo dicere quod hoc non sit institutum Pædagogi. ²⁰ *Par est autem eum nos redamare.* Hic est conclusio huius capituli, quæ est huiusmodi, quod cum Deus nos amet, Pædagogus autem noster sit Deus Verbum, & nos ducat ad bonam vitam, eum redamare debemus, & præceptis eius parere, nec solum præcepta, sed etiam exempla attendere quæ vocat imagines, mala auerfantes, bona pro viribus imitantes & Pædagogi nostri fieri similes, eius actiones imitantes. Ita enim futurum ut impleat in nobis id quod scriptum est; ³⁰ *Hominem esse factum ad Dei imaginem & similitudinem.* *In vita enim tanquam in profundis errantes tenebris.* Aberrare non possumus si Pædagogum verbum ducem nostrum sequamur, qui aberrare non potest, cum sit perspicacissimus, & qui cordis intima peruideat. Adeo enim est perspicax, ut quod scribit Paulus, sit discretor cogitationum & intentionum cordis.

Hebr. 4.

Quod æquè virorum & mulierum Pædagogus sermo sit. Cap. IIII.

HANC ergo bonam obedientiam magis magisque amplectentes, nos ipsos Domino tradamus, à firmissimo eius fidei rudente appensi cogitantes eadem esse virtutem viri & mulieris. Si enim utrisque vnus est Deus, utrisque etiam vnus est Pædagogus, vna Ecclesia, vna moderatio ac temperantia, vna verecundia, alimentum commune, coniugales nuptiæ, respiratio, visus, auditus, cognitio, spes, obedientia, charitas, omnia similia. Quorum autem est vita quidem communis, communis autem gratia, & salus communis, eorum quoque communis est dilectio & educatio. In hoc enim, inquit, seculo uxores ducunt & nubunt, in quo solo fæmininum à masculo discernitur: in illo autem non amplius, ubi socialis & sanctæ huius vitæ quæ ex coniunctione proficitur, præmia nō masculo ac fæminæ, sed homini proponuntur, cum eum qui est separatus seiungat cupiditas. ³⁰ *Viris itaque & mulieribus commune nomen homo est.* Ea ratione mihi videntur Attici *παῖδες* communiter non solum masculū, sed etiam fæminam vocasse, si cui fide dignus videtur esse Comicus Menander in *Rapizomena*, qui sic dicit: *Filiola mea; admodum enim natura humanum ac benignum est παῖδες*. ⁴⁰ *Iam verò *ἀφες* quoque, quod agnos significat, est epicænum nomen simplicitatis, animalis masculini & fæminini.* Ipse autem Dominus nos pascit in secula seculorum, Amen. Sine pastore autem, nec oues, nec quicquam potest aliud viuere: neque pueri sine pædagogo, nec ministri sine Domino.

Gala. 3.

Matth. 22. Lucæ 20.

COMMENTARIUS IN CAP. IIII.

HANC ergo bonam obedientiam. Scribit Paulus ad Galatas, Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus neque fæmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Ex quo intelligitur omnes qui in Christum crediderunt, ita esse inter se coniunctos, ut vnum sint, & nec natio, nec cōditio, nec sexus eos distinguat. Christi quidem certè scopus est in baptismo, ut quomodo ipse & pater vnum sunt per Spiritum, ita & ipse quoque suos discipulos in se vniat per charitatem. Cum autem ipsi vnum sint, vnus quoque est eorum Deus, vnus Pædagogus, vna Ecclesia, vnum & idem alimentum, vna & eadem virtus, vnus omnium consensus, atque adeo consensus, & communis omnium dilectio & educatio. Cum autem ita sint inter se charitate coniuncti, ut in Christo vnum sint, fit ut non mutuis inter se exardescant concupiscentiis, nec viri nec fæminæ nomen amplius inter eos vsurpentur, sed tantum hominis. Non amplius enim uxores ducunt, neque nubunt, cum nō sint huius sæculi. Huius enim sæculi non sunt amplius dicendi, cum eorum conuersatio sit in cælis, ubi sunt inter se coniuncti: seiunctorum autem, non autem coniunctorum est libido & cupiditas. Nec ideo tamen

Galat. 3.

Lucæ 20. Philip. 3.

desinunt esse viri & mulieres, sed nomen hominis est utriusque commune. Quod ne cuiquam ex gentibus videatur esse nouum & alienum, ostendit apud Articos παιδαγωγος, significare masculum & feminam. Mæander enim in Comædia, cui est titulus Rapizomena, παιδαγωγος vocat puellam. & ὄπρις, est nomen epicænum, quod apud eosdem Articos agnos significat & agnas. Quæ omnia tendunt ut cum sit noster Pædagogus qualem antea descripsit, ei pareamus, & à firma & stabili in eum fide pendentes, nos ei regendos tradamus, qui nos regit ac pascit in sæcula. Est enim noster pastor, noster Pædagogus, noster Dominus, nos verò eius oues, pueri, & ministri. Quo fit ut sine eo non possimus viuere. Necesse est enim ut oues pastorem, pueri Pædagogum, ministri Dominum habeant, alioqui non possunt viuere. Non est autem existimandum nolle Clementem ut Christiani qui ita vitam instituunt, ut non esse videantur in hoc sæculo, sed conuersari in cælis, uxores non ducant, nec nubant, sed vult ut conuenienter consilio Diui Pauli, uxorem habentes sint tanquam non habentes, nempe ut libidini & voluptati non seruiant, sed tantum propter prolem liberis dent operam. Ad quod nos inuitat noster Pædagogus qui virorum & feminarum parem curam gerens, nec viri neque feminæ separatim nomen agnoscit, sed utriusque cõmuniter, nempe homines.

Quòd omnes qui in veritate versantur, sint apud Deum pueri. Cap. v.

QUOD itaque Pædagogia quid sit ἡ παιδαγωγία, hoc est, puerorum eductio, ex ipso nomine est perspicuum. Restat autem ut pueros quos scriptura significat consideremus, deinde Pædagogum eis præficiamus. Nos pueri sumus. Multifariam autem nos celebrat, multisque modis varijs nominibus allegorice vititur Scriptura, simplicitatē fidei diuersis rationibus immutans. In Euāgelio itaque: Cum in littore, inquit, stetisset Dominus, Discipulos (erant autem piscantes) alloquutus est: Puelli, inquit, nunquid obsonium habetis? eos pueros appellans, quos vsu & diuturna consuetudine habebat familiares. Et adduxerunt ad eum, inquit, pueros ad impositionem manuum benedictionis. Cum autem eius noti ac familiares prohiberent, dixit Iesus: Sinite puellos, & ne prohibeatis eos venire ad me: talium est enim regnum celorum. Quid autem sibi vult quod dictum est, ipse declarabit Dominus, dicens: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut hi puelli, non intrabitis in regnum celorum; non regenerationem allegorice hic significans, sed quæ in pueris inest simplicitatem, ut eius similitudinem referamus, commendans. Pueros quoque nos eligit spiritus Propheticus. Cum carpissent, inquit, pueri ramos oleæ vel palmarum, exierunt obuiam Domino, & clamauerunt dicentes: Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini: lux & gloria & laus cum supplicatione Domino; hoc enim significat Osanna, si Latine explicetur. Mihi autem videtur Scriptura, hæc prophetiā proferens, tacite eam quæ prædicta fuerat ignauis pro probro obijcere. Nunquam legistis, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Hac itidem ratione Dominus suos familiares stimulat, ut ipsum diligenter attendere incitans, ut qui iam ad patrem properaret: auditores ut maiori desiderio eum audirent preparans, fore ut paulò post abesset præsignificans: oportere eos veritate verius ac profusus frui innuens, cum Verbum mox se in cælum reciperet. Rursus ergo eos vocat puellos. Ait enim: Puelli, adhuc modicum sum vobiscum. Et rursus assimilat regnum celorum puellis in foro sedentibus, & dicentibus: Tibi vobis cecinimus, & non saltastis: lamentati sumus, & non planxistis: & quæcunque alia subiunxit his consentanea. Neque verò ita solum sentit Euāgelium, sed prophetia quoque est eiusdem sententiæ. Dicit itaque Dauid, Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini. Porro autem dicit etiam per Esaiam Prophetam: Ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus. Miraris, dum audis viros, qui sunt in Gentibus à Domino vocari pueros: non mihi vocem videris audire Atticam, à qua disci potest, eas, quæ sunt elegantes & speciosæ adolescentulæ, & præterea ingenuæ appellari παιδικίας, ancillas autem παιδικαίας, & ipsas adolescentulas propter ætatis puerilis vigorem diminutiue puellarum nomine honorari. Iam verò cum dicit, Agnelli stent à dextris, simplices pueros significat, tanquam agni & oues sint genere, non

re, non viri. Agnellos autem priuilegio dignos censuit, eam quæ est in hominibus facilitatem ac teneritudinem morumque simplicitatem & animi innocentiam præferens. Et rursus quando dicit, Tanquam vituli lactentes, nos rursus allegorice significat. Et quando, Tanquam columbam simplicem & felle carentem. Et rursus nos iubet per Moysen duos pullos columbarum vel par turturum pro peccato offerre, eorum quæ sunt tenera, nullam quæ eis inest cum peccato affinitatem, pullorumque innocentiam, & acceptæ iniuriæ nullam recordationem dicens esse Deo acceptam, & simile similis piaculū esse exponens. Quintiam turturum timiditas, quæ ne peccetur est adhibenda, cautionem significat. Quod autem nos pullos dicat, testis est Scriptura: Quemadmodum gallina congregat pullos sub alis suis: ita nos sumus pulli Domini sane quam admirabiliter & mysticè animi simplicitatem ex puerili ætate describente sermone. Alicubi enim nos vocat pueros, alicubi verò pullos, nonnunquam autem infantes, alicubi autem filiolos, & sæpe filios, & populum recentem, & populum nouum. Seruis autem meis, inquit, imponetur nomen nouum. Nomen nouum dicit, quod est recens, æternum, impollutum, simplex, & infantile & verum, quod benedicetur in terra. Per allegoriam autem nos rursus pullos vocat, qui vitij iugum non subimus, qui ab improbitate minimè domiti sumus, sed sumus simplices, & ad ipsum solum Patrem exilimus: non equos subiugales, qui ad propinquorum uxores hinnunt, & faminarum infano amore tenentur, sed liberos, & recens genitos: qui propter fidem exultant: qui celeriter currunt ad veritatem: qui sunt veloces ad salutem: qui mundana proterunt & conculcant. Latere valde filia Sion, annuncia filia Hierusalem: Ecce Rex tuus venit tibi iustus, mansuetus, & seruanus, & ipse mitis, & qui ascendit subiugalem & pullum nouum. Non satis habuit solum dixisse pullum, sed etiam nouum ei adiecit, humanitatis quæ in Christo unita est nouitatem, & senij expertem cum simplicitate æternitatem ostendens. Tales autem nos novos pullos qui infantes sumus diuinus noster alit pullorum domitor. Quòd si asinus quoque nouus est in Scriptura, pullus tamen est hic quoque asinus. Et pullum, inquit, alligauit vineæ; hunc simplicem & infantem populum sermoni alligans, quem vocat allegorice vitem. Fert enim vinum vitis sicut Verbum sanguinem. Est autem utrumque poculentum hominibus ad salutem: vinum quidem corpori, sanguis verò spiritui. Quòd autem nos quoque agnos dicit, fide dignus testis est spiritus loquens per Esaiam: Sicut pastor pascet gregem suum, & brachio suo colliget agnos: per id quod est in ouibus tenerrimum, agnos scilicet simplicitatem allegorice significans. Atque adeo nos quidem certè eorum quæ sunt in vita longe pulcherrimas & perfectissimas possessiones appellatione puerili honorantes, disciplinam Græcè παιδείαν & παιδαγωγίαν, vocauimus. Pædagogiam autem consistemus esse bonam à pueris in virtute institutionem. Nobis itaque Dominus apertius ac euidentius reuelans quid ex appellatione puerorum significetur, cum orta esset quæstio inter Apostolos, quisnam ex eis maior esset, statuit Iesus puellum in medio dicens: qui se humiliauerit ut hic puellus, is est maior in regno celorum. Non ergo puerorum appellatione vsus est tanquam qui per ætatem essent inconsiderati, & ratione minimè uti possent, quemadmodum nonnulli senserunt: neque si dixerit, nisi fueritis sicut hi puelli, non intrabitis in regnum celorum, id inerudite accipiendum est. Qui itaque infantes sumus, humi non amplius volutamur: neque ut antea serpentum more in terra serpimus, toto corpore in stultis cupiditatibus prouoluti, sed mente sursum erecti, mundoque & peccatis renunciantes, suspensio pede eatenus terram tangentes, quatenus in mundo esse videamur, sanctam persequimur sapientiam. Hæc autem videtur esse stultitia ipsa, qui se ad calliditatem & versutiam exercuerunt. Iurè ergo sunt pueri, qui solum Deum patrem nouerunt, simplices infantes, integri & innocentes, qui sunt unicornium

1. Corin. 7.

habentes sint tanquam non habentes, nempe ut libidini & voluptati non seruiant, sed tantum propter prolem liberis dent operam. Ad quod nos inuitat noster Pædagogus qui virorum & feminarum parem curam gerens, nec viri neque feminæ separatim nomen agnoscit, sed utriusque cõmuniter, nempe homines.

Ioan. vi.
Matth. 19.
Marci 10.Matth. 18.
Luca 18.

Matth. 21.

Psalm. 117.

Psalm. 8.

Ioan. 13.
Matth. 11.Psalm. 112.
Esaiæ 8.

Matth. 25.

Hier. 46.
Deut. 14.
Numer. 6.
Leuit. 14.

Matth. 23.

Ioan. 1.
Esaiæ 56.
& 65.
Psalm. 124.
Pullus
equinus.Zach. 9.
Matth. 21.

Genes. 49.

Esaiæ 40.

Matth. 18.
Marci 9.
Luca 9.

cornuum amatores. Iis itaque qui in sermone processerunt, hanc vocem annuncianit, rerum ac negociorum quae hic sunt iubens curam abijcere, & suadens solum patrem attendere, pueros imitantes. Et ideo dicit in ijs quae sequuntur: Ne sitis solliciti de crastino, sufficit enim diei malitia sua. Ita de curis victu depositis, soli Patri adherere praecipit. Qui autem hoc implet praecipit, reuera infans ac puer Deo est & mundo: huic quidem, tanquam seductus & errabundus: illi vero, tanquam dilectus. ¹⁰ Iam vero si unus est, ut dicit Scriptura, magister in caelis, constat, qui in terra sunt, omnes appellari discipulos. Ita enim habet veritas, id quidem quod est perfectum, esse apud Dominum qui semper docet: quod puerile autem est & infantile, apud nos, qui semper discimus. Porro autem itidem Prophetia id quod perfectum est honorauit viri appellatione. Et per David quidem, de diabolo: Virum, inquit, sanguinum abominatur Dominus. Virum vocat, ut qui sit perfectus in vitio. Dicitur vir quoque Dominus, ut qui sit perfectus in iustitia. Iam enim ²⁰ Apostolus ad Corinthios scribens, dicit: Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo: siue tanquam infantes & sanctos, verumtamen soli Domino. Ad Ephesios autem scribens, apertissime reuelauit quod quaeritur, dicens hoc modo, Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis Dei in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, ut non simus amplius infantes qui fluctibus agitemur & circumferamur omni vento doctrinae, in praestigijs hominum, in versutia ad insidias erroris: vera autem dicentes in dilectione, augeamus in ipsum omnia. Haec dicens ad edificationem corporis Christi, qui est caput & vir, qui solus in iustitia perfectus: nos autem infantes, qui ad inflationem perflantes, haesum ventos vitantes, & ijs non fidem habentes ³⁰ qui nos aliter docent quam patres, tunc perfecti efficimur quando sumus Ecclesia, capite, Christo scilicet, recepto. Hic autem par est attendere, appellationem huius vocabuli $\nu\pi\tau\omicron\varsigma$, quod infantem significat, ut intelligatur $\delta\ \nu\pi\tau\omicron\varsigma$ non dici de insipientibus. Qui est enim insipiens, dicitur $\nu\pi\tau\omicron\varsigma$, $\nu\pi\tau\omicron\varsigma$ autem, qui est $\nu\epsilon\pi\tau\omicron\varsigma$, ut $\eta\pi\tau\omicron\varsigma$ qui est leni ac molli animo. Quo fit, ut is dicatur $\nu\pi\tau\omicron\varsigma$, qui moribus mitis ac mansuetus recenter euasit. Hoc autem manifestissime significauit beatus Paulus, dicens: Cum possemus oneri esse sicut Christi Apostoli, fuimus mites in medio vestrum, sicut nutrix fouet filios suos. Mitis ergo & mansuetus est infans, nempe $\nu\pi\tau\omicron\varsigma$, & ea ratione magis tener ac mollis, & tener mollisque est, qui est simplex, doli ac fraudis expers, & remotus a simulatione, rectoque & erecto animo. Hoc est autem fundamentum simplicitatis & veritatis. Super quem enim, inquit, respiciam, nisi super mansuetum & quietum? Talis est enim sermo virginalis, tener ac mollis, & fictioni non affinis. Vnde etiam virginem teneram sponsam, & puerum $\alpha\pi\alpha\lambda\delta\phi\epsilon\gamma\alpha$, hoc est, teneri & mollis animi, vocare consueuimus. Sumus autem nos teneri ac molles qui persuasioni non reluctamur, & ad bonitatem non difficiliter colimur, biléq; ⁴⁰ vacui, & malitia & peruersitate minimè permixti sumus. Vetus enim generatio peruersa est & duro corde. Chorus autem infantium; nos inquam, qui sumus nouus populus, mollis est & delicatus ut puer. Propter simplicium autem & innocerium corda, fatetur se gaudere Apostolus in epistola ad Romanos, & quandam ut ita dicam, infantium definitionem tradit, dicens: Volo vos autem sapientes quidem esse ad bonum, simplices autem ad malum. Neque enim nomen $\tau\epsilon\ \nu\pi\tau\omicron\varsigma$ a nobis intelligitur per priuationem, quoniam a Grammaticis statuitur $\nu\pi$ esse priuatiuam particulam. Si qui enim infantium insectantur, nos vocant insipientes, videte quomodo Dominum blasphemijs & maledictis impetunt, dum eos existimant insipientes qui ad Deum confugerunt. Sin autem, quod magis quoque audiendum est, ipsi de simplicibus infantes acceperint, gaudemus appellatione. Infantes enim sunt mentes nouae in veteri insipientia, quae nuper prudentes, quae in Nouo Testamento

Testamento exorta sunt. Nuper certè Deus per Christi aduentum fuit cognitus. Deum enim nemo nouit nisi Filius, & cui filius reuelauerit. Iuuenes ergo populus nouus ut distinguatur à veteri populo, ij sunt qui bona noua didicerunt: & est nobis verber aetatis ipsa iuuentus expers senij, in qua semper vigemus ad intelligentiam & mentis agnitionem, semper iuuenes, & semper mansueti, & semper recentes ac noui. Oportet enim novos esse sermones, qui noui verbi fuerunt participes. Quod autem fuit aeternitatis particeps, ei quod ¹⁰ est ab interitu alienum solet assimilari, ut puerilis aetatis appellatio, sit nobis ver totius vitae, propterea quod sit senij expers, quae in nobis est veritas, & mores nostri, qui sunt veritate perfusi. Sapientia autem semper germinans, quae semper similiter & eodem modo se habet, & nunquam mutatur, Puelli, inquit, eorum super humeros tollentur, & super genua consolationem accipient, perinde ac si mater aliquem consoletur, ita ego quoque vos consolabor. Mater quidem ad se pueros adducit: & nos matrem quaerimus Ecclesiam. Quicquid autem est imbecillum & tenerum, ut quod propter imbecillitatem auxilio egeat, ²⁰ gratum est iucundum & delectabile, animosa anima facultate ei quod est tantillum auxilium ferente. Quemadmodum enim patres & matres lubentius vident, equorum quidem pullos, bouum vero paruos vitulos, & leonum leunculum, & cerui hinnulum, & hominis puellum: ita etiam vniuersorum Pater eos qui ad ipsum confugiunt recipit, & in filiorum adoptionem spiritu regeneratos nouit mansuetos, & eos solos diligit, eisque dat auxilium, & pro eis pugnat, eosque defendit: & ideo puellum nominat. Ego vero Isaac quoque ad puerum refero. Isaac, risus exponitur. Eum vidit ludentem cum uxore & adiutrice Rebecca rex curiosus. Rex autem, cui nomen erat Abimelech, mihi videtur esse ³⁰ quaedam supramundana sapientia, quae puerilis ludi ac disciplinae considerat mysterium. Interpretantur autem Rebecam, tolerantiam. O prudentem ludum & disciplinam! Risus & a tolerantia adiuuatur, & Rex, qui ea attendit, stupet & admiratur spiritum eorum qui sunt puelli in Christo, qui in tolerantia vitam agunt. Et hic est diuinus ludus ac disciplina. Talem ludum ludere suum Iouem dicit Heraclitus. Quid enim aliud viro sapienti & perfecto magis conuenit, quam ludere & collatari? per honestarum rerum ⁴⁰ tolerantiam, & bonorum administrationem, dies festos cum Deo celebrantem. Potest etiam aliter accipi quod à prophetia significatur, nos scilicet letari & ridere propter salutem, quemadmodum Isaac. Risit autem quoque ille à morte solutus, ludens & exultans cum sponsa, quae nostra est ad salutem adiutrix Ecclesiae, cui firmum ac solidum impostum est nomen, Tolerantia: vel quoniam ea manet in saecula, semper gaudens: vel quod constet ex tolerantia credentium, qui sumus membra Christi, & eorum qui ad finem sustinuerunt testimonium, & quae sit propterea gratiarum actio. Hic est autem ludus mysticus & disciplina, & salus quae cum graui & honesto solatio fert auxilium. Rex itaq; Christus è superis risum nostrum speculatur, & cum è fenestra, ut dicit Scriptura, prospexisset gratiarum actionem, & benedictionem, exultationem & letitiam, & simul etiam cum ijs operantem tolerantiam, & eorum coniunctionem, solam suam respicit Ecclesiam: ostendens faciem suam quae deerat Ecclesiae, quae regali capite perfecta efficitur. Vbi erat autem fenestra per quam ostendebatur Dominus? Caro, per quam fuit manifestatus. Ipse est Isaac (aliter enim accipere possumus) qui est typus & figura Domini. Puer quidem ut filius: erat enim filius Abrahae, quemadmodum Christus Dei: hostia autem sicut Dominus, sed non oblatus est ut Dominus. Ligna solum sacrificij portauit Isaac, ut lignum Dominus. Mystice autem risit, praedicens fore, ut Dominus nos risu impleret, qui sanguine Domini ab interitu & corruptione redempti sumus. Solummodo autem iure Isaac non passus est, qui primas passionis partes Verbo cesserit. Quinetiam significat

Matth. 11.
Lucæ 10.Esaie 49.
& 66.

Genes. 26.

 $\pi\alpha\iota\delta\iota\alpha$ Quod
Graecè est
 $\alpha\upsilon\tau\eta\ \delta\iota\ \beta\epsilon\tau\iota$
 $\eta\ \mu\alpha\sigma\tau\iota\kappa\eta$
 $\pi\alpha\iota\delta\iota\alpha$.

Domini diuinitatem, dum non fuit occisus. Surrexit enim post iusta facta funeris Iesus: non passus, quemadmodum Isaac dimissus est à sacrificio. Porro autem ad eius quod propositum est defensionem, maximum quoque aliud afferam. Ipsum Dominum puellum nominat, id per Esaiam prædicens spiritus: Ecce puellus natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius principatus super humerum eius, & vocatū est nomen eius, magni consilij Angelus. Quid est ergo puellus? Infans, ad cuius imaginem nos infantes sumus. Per eundem Prophetam narrat eius magnitudinem: Admirabilis consiliarius, Deus potens, pater æternus, princeps pacis: eò quòd ludum multiplicet. Et pacis eius non est finis. O magnum Deum! O perfectum puerum! Filius in Patre, & Pater in Filio. Et quomodo nō est perfecta huius pueri puerilis disciplina & institutio, quæ nos omnes pueros peruadit, Pædagogum ritu nos instituens, qui sumus eius infantes? Is manus in nos expandit, quæ aperte & euidenter fuere credita. De hoc puello fert quoque testimonium Ioannes, qui est maior Propheta inter natos mulierum: Ecce agnus Dei. Quoniam enim Scriptura pueros ac infantes agnos nominat, Deum qui est Verbum, qui propter nos homo factus est, qui nobis in omnibus assimilari volebat, vocauit agnum Dei, filium Dei, infantem Patris.

Esaiæ 9.

Ioan. 1.

COMMENTARIUS IN CAP. V.

Quod itaque Pædagogia quidem sit. Cum ostendisset Clemens Pædagogum, non virorum & fœminarum separatim, sed vtrorumque communiter curam gerere, & sub nomine hominis vtrumque comprehendere, & dubitare posset aliquis, cur cum Pædagogus pueros propriè sit Pædagogus, ei erudiendi dentur viri & fœminæ qui propriè non sunt pueri: ostendit primum quòdnam sit Pædagogia etymon, nempe educatio pueros, deinde docet quor modis accipiatur pueri vocabulum, vt ex eo cõstet non immerito dici pueros & fœminas quibus præficitur Pædagogus: Ita ergo dicit. Nos pueri sumus. Significat eos qui Christo nomen dederunt, & veritatem sectantur, esse pueros, non quod ij omnes sint ætate pueri, sunt enim ex iis quidam & iuuenes & senes, sed vt quod morum simplicitas est propria pueros, ita in Christianis est quædam fidei simplicitas, quæ eos à simulatione, fraudèque & malitia reddit alienos. De hac autem nostra, inquit, fidei simplicitate variè loquitur Scriptura, sed allegoricè, vt quæ sub pueri nomine aliud significet quam præ se ferat. In Euangelio itaque, quod nostra Latina versio habet, pueri, id cum Græcè sit παιδία, diminutiui παιδός, id verti, puelli. Huiusmodi enim diminutiua, quæ ὑποκειμενα Græci vocant vt quæ conueniant blandientibus, magis arguūt longū vsu, & diuturnā consuetudinem, quo minores sunt ij cum quibus loquuntur, & loquentis magis quandā præ se ferunt grauitatem. Et adduxerunt ad eum. Alios citat locos Scripturæ ex Matthæo & Marco, apud quos ad Iesum adducitur pueri vt eis manum imponat. Eam impositionem manuum, Clemens dicit esse impositionem benedictionis. Sed quænam est hæc manuum impositio? August. de verbis Domini; Cui, inquit, afferuntur tangendi, nisi Saluatori? Sed si Saluator est, saluandi offeruntur illi qui venit saluum facere quod perierat. Vbi isti perierant? Quantum ad ipsos pertinet, innocentes, sed secundum Apostolum, per vnum hominem intrauit peccatum in orbem terrarum. Veniant ergo paruuli vt languidi ad medicum, perdit ad redemptorem. Præclara est manus illa impositio, qua qui tanguntur salutem assequuntur: כֶּבֶד, id est, benedictionem vocant Hebræi, boni additionē seu multiplicationem. Quænam potest autem esse maior boni additio, quam per Spiritum sanctum ita confirmari in gratia, vt nisi stet per eum cui manus imponuntur, certa salus ei detur. Per hanc autem Christi manuum pueris impositionem, vel traditum, vel saltem præfiguratum fuit sacramentum Confirmationis, quod per Episcopos in baptismo datæ remissioni peccatorum superadditum, maiorem & vberiore dat gratiam spiritus. Quod autem pueros sit regnum cælorum, non eorum quidem qui ætate sunt pueri, sed qui simplicitatem imitatur puerilem, vt ceteros omittam, pulchrè explicat Chrysostomus exponens hunc locum. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut hi pueri &c. Hoc, inquit, est supremum philosophiæ culmen, vt cum prudens sis, nihil ficti, nihil simulati, asciscas, id angelorū vita est. Ab omnibus enim passionibus anima paruulorum munda est, his qui dolorem intulerunt nullas vltionis vices reseruat, & quasi nihil actum esset, veluti ad amicos accedunt, &c. vñeros quoque nos elegit spiritus propheticus. Spiritum propheticum dicit nos pueros elegisse, quoniam id quod dixerunt pueri obuiam facti Christo eunti Hierosolyma, sumptum est ex Psalmo c x v i i. vbi est in nostra versione. O Domine saluum me fac, Benedictus qui venit in nomine Domini, quod quidem dixit Dauid spiritu quodam prophético, prædicens quod factum est à pueris. Hofanna autem vel hosianna non id significat quod dicit Clemens, qui linguam Hebræam non satis intellexit, sed quod dicit Hieronymus ad Damascum, Saluum fac, quæso, vt in Psalmo nostra habet versio. Quod verti puelli, versio nostra habet filiolus, quod est Græcè παιδία quod significat & paruos pueros & filios, πῶς enim cuius diminutiui est παιδός, & puerū significat & filiū. Vertimus autem puelli quoniam Clemens hic loquitur de pueris. Et rursus assimilat. Alius Scripturæ locus ex Matthæo in quo Christus regnū cælorum cõparat pueris in foro sedentibus, qui, nec tibia canentes nec lamentantes persuadere poterunt auditoribus, vt id facerent ad quod eos incitabant. Tibia caneant, vt saltarent, lamentabantur, vt lugerent: sed neutrum persuaserunt. Ij auditores fuerūt Iudæi, qui vt ad regnū cælorum per penitentiam venirent,

Chrysoft. hom. 19. in Matth.

tiam venirent, nec à Ioanne austerā vitam agente, nec à Christo familiariter cum eis versante, & ad eorum captum se benigne demittente, persuaderi potuerunt. In hoc autem tantum cõsistit similitudo, quod neutro modo potuerunt persuaderi. Non consistit autem in pueris, nisi in hoc quod non persuaserunt: nisi fortè ij & Ioanni & Christo possint adaptari propter vitæ innocentiam & integritatem. Sed παιδίων est vocabulum, quod dicitur per contemptum, nec ex eo significatur aliquid laudabile. Quo fit vt ij neutri eorum possint esse similes, sed non necesse est vt omni ex parte congruat similitudo, sed sufficit si conueniat in eo propter quod adducitur. Conuenit autem in eo quod sicut pueri non persuaserunt quod volebant iis qui aderant: ita nec Christus, nec Ioannes persuaserunt Iudæis, quos incitabant ad penitentiam: Neque vero ita solum sentit Euangelium. Dicit non mirum debere videri gentibus, si ij qui sunt ætatis adeo proeclatæ vt sint viri, adhuc pueri vocentur, cum etiam lingua Attica παιδία dicantur adolescentulæ in genuæ forma speciosæ: παιδισκαρία autem ancillæ, & ipsæ quoque adolescentulæ Græcè παιδία dicuntur diminutiue: ita etiam diminutiue dicuntur apud Latinos adolescentulæ & iuenculæ, vbi etiam adnotandum est παιδισκαρίον dici per contemptum, vt diximus antea παιδίων. Iam verò cum dicitur Scripturæ viros faciles simplices & innocentes non solum appellat pueros, sed etiam agnellos, hoc eis dans priuilegium vt in extremo iudicio sedcant à dextris. Verti autem agnellos, quod est apud Clementem ἀρνία diminutiuium ἀρνός, cum tamen in Euangelio sit ἀρνία, id est, Oves, non ἀρνία. Hædi autem qui sunt à sinistra, non ἐλεφός dicuntur, id est, hædi, sed ἐλεφία, id est, hæduli. Et rursus quando dicit: Tanquam vituli lactantes, nos rursus allegoricè significat] Dicit nos, nempe viros faciles, simplices & innocentes, non solum vocari agnos seu agnellos, sed etiam vitulos allegoricè. Quod autem citat ex Hieremia dubito an hoc significet. Nam in cap. x l v i. vbi prædicat euersionem Ægypti, & liberationem Israëlitarum, loquitur de mercenariis Ægyptiorum. Vbi Septuaginta versio ita habet, καὶ οἱ μισθωτοὶ αὐτῆς ἐν αὐτῇ ὡς μισθοὶ αἰτησάμενοι εἰς παρανομίαν, id est, qui in ipsa sunt mercenarij, tanquam vituli saginati qui aluntur ad occisionem. Quod autem est apud Septuaginta σιπυνοί, vertit autem Hieronymus ex Hebræo saginati, dicit Clemens γαλακτονοί, id est, lactantes vel sugentes. Sed quid hoc ad declarandam puerilem simplicitatem & innocentiam? Viderint qui sunt perspicaciores. Ego quidem ingenuè fateor me non videre. Quod autem nos pullos dicat. Pulli dicuntur recens nata animalia. Pro diuersitate autem animalium sunt diuersi pulli. Sunt enim & gallorum pulli gallinacii, & equorum pulli equini. Sunt multorum quoque animalium pullorum, à cæteris distincta nomina; vt hædi caprorum, & hinnuli ceruorum, & multorum aliorum. Ad significandam autem animi simplicitatem vitur verbum per Scripturam, & pullorum variis nominibus, vt pote gallinaceorum, & equinorum, & multis aliis nominibus quæ nouum & recens significant, vt pote pueros, infantium, filiorū, filiolorum, populi recentis, populi noui. Addit etiam nomen nouū, quod non dubium est esse Christianorum qui denominantur à Christo, cui pater dedit nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu flectatur omne genu, cælestium, terrestrium & infernorum. Cui propriè conuenit quod dicit Clemens, recens, æternum, impollutum, simplex, infantile, & verum, quod benediceretur in terra, hoc quidem nomen Christo propriè conuenit: Christianis autem non ex se, sed quantum ipse suis membris sua gratia concesserit. Per id nouum Iesu nomen, noui quoque hominis nomen conceditur, iis qui Christum induti veterem exuerunt hominem, & crucifixerunt cum suis vitiis & concupiscentiis: induit enim nouum hominem qui renouatur in agnitione Dei. Si qua certè in noua Christi creatura verera trāsierunt, ecce facta sunt omnia noua. Per allegoriam autem nos. Quod equi quidem metaphoricè seu allegoricè accipiuntur pro iis qui sunt propensi ad libidinem, & ad adulterium admittendum cum alienis vxoribus, licet videre apud Hieremiam, apud quem scribitur: Equi amatores in fœminas & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. De pullis autem equinis quod in bonam vel in malam partem ita accipiantur in Scriptura, vt dicit Clemens, non memini me legere. Neque tamen negari potest bellam hanc posse esse allegoriam. Latere valde filia Sion. Prophetiam Zachariæ sensu allegorico ita interpretatur Clemens, id est, Verbum ita factum esse carnem, vt simul hypostaticè, seu in vno, vt loquuntur, supposito esset humanitas, & in qua nō cadit senium nec interitus æternitas, quod est planè nouum, & antea inauditum. Ascendere autem pullum nouum vocat carnem suscipere & fieri hominem. Hunc pullum nouum cum ascendisset verbum, & homo factus esset, ipse nos qui eramus infantes & pulli, perdomitos, & à vitiis & concupiscentiis prohibuit, & Domini, id est, suos pullos effecit, adeo vt non amplius hinniremus ad aliorum vxores, sed mundanis protritit & conculcatis, solum Dominum desideraremus, & velociter ad salutem curremus. Porro autem ne in via deficiamus nos alit optimo & planè diuino sui corporis & sanguinis viatico. Et ideo nos, qui eius pulli sumus, alligat ad vineam, id est, ad seipsum qui dixit se esse vitem, vt ex ipso in mysterio manantem qui est Deus & homo sanguinem biberemus, qui quidem sanguis mysticus salutem affert spiritui, sicut vinum corpori. Quod autem dicit Verbum ferre sanguinem, sicut vitis vinum, intelligendum est de Verbo quod carnem suscepit. Nam in verbo corporato etiam in mysterio est ipse sanguis qui fusus est in cruce, & qui nunc bibitur à fidelibus, siue sub solo panis symbolo sumatur corpus Christi, siue sub panis & vini symbolis. Corpus enim Christi non potest esse exanguè, quod id totum recepit quod amisit. Sed hæc sunt remotiora à nostro instituto, qui agimus de pullo quem Christus ascendit, & de pullis quos ipse domuit, quos alacres & veloces reddidit ad salutem persequendam. Et hi sunt fortasse pulli de quibus superius dixit Clemens, & de quibus dixi me non meminisse aliquid legere in Scriptura. Hi certè sunt, aut nulli alij, quod sciam. Nobis itaque Dominus. Eos cõtemnit mūdus, & qui in negotiis gerēdis sunt vasti & callidi, & pro stultis ab eis reputatur qui diuinā persequuntur sapientiā. Ita etiā olim, vt scriptum est apud Platonē despiciēbatur Philosophi, qui nec priuatæ nec rei publicæ curā gerētes, toti versabātur in rerū contemplatione. Quod autem dicit Clemens pueros illos esse amatores cornuū vnicorniū, ita opinor esse intelligendum, vt vnitate ab eis amari significet, cuius sit symbolum cornu vnicornis, quod est & vnicum & præciosissimum. Nostrū Rhinoceros quidē duo habet cornua, vnum in fronte, alterū verò in nare,

Ephes. 4. Galat. 5. Coloss. 3.

Hier. 5.

Plato in Thezetero.

unicornis vero, qui est & Græcè Monoceros, vnum tantum, quod est aduersus venena prasens remedium. De hoc monocerote si vis plura scire vide Plinium lib. v. 11. historiarum naturalis, & Pierium in Hieroglyphicis. *Iam vero si vnus est.* Quinam & quales sint pueri iam docuit. Qui hos autem docet pueros est Pædagogus. Idem est autem Pædagogus & Magister. Vnus autem est magister in cælis qui docet. Qui discunt autem in terris sunt discipuli, perfectus est autem qui docet. Qui discit autem est imperfectus. Qui est autem imperfectus infans vel puer dicitur. Qui vero perfectus vir appellatur. Perfectus autem est vel in vitio, & is est Diabolus: vel in virtute, & is est Dominus. Porro autem Dominus cum sit Pædagogus & magister infantes & pueros quos docet, quoad eius fieri potest, deducit ad perfectionem. Ad quâ cum peruenierint, non sunt amplius infantes, sed viri, vt qui non sint in fide instabiles, nec in variis doctrinis errantes, sed Deû firmiter agnoscentes & ei adherentes, ad ædificationem corporis Christi qui est & vir & caput, & solus in iustitia & in omni virtute perfectus, sicut perfecti, vt qui sint Ecclesia, cuius caput est Christus: ea autem Ecclesia est Christi sponsa, quæ non minus sponso adheret quam vxor marito, vnde existit illud magnû matrimonij mysteriû seu sacramentû in Christo & Ecclesia. Ea quoque Ecclesia est corporis Christi ædificium, quæ si à Christo capite suo separaretur, tota corruat necesse est. *Hic aut par est attendere appellationem huius vocabuli.* Quoniam locutus est de infantibus qui Græcè dicuntur *νηπιος*, erant autem qui existimabant *νηπιος* dici insipientes, primum dat etymologiam huius vocabuli *νηπιος*, deinde explicat quidnam sint *νηπιος* vel infantes: dicit ergo duo esse diuersa vocabula *νηπιος* & *νηπιος*. Et *νηπιος* quidè dici à *νηπιου* particula & *νηπιος* quod est sapiens. Quo fit vt *νηπιος* dicatur insipiens, *νηπιος* autè dicitur, quasi *νηπιος* à *νηπιος* & *νηπιος*. Quo fit vt dicatur *νηπιος* qui recens euasit moribus mitis & mansuetus. Sunt autè infantes mites, mansueti, molles, simplices, doli & fraudis expertes, nihil simulantes, recti quoque & erecto animo. Tales autem dicit esse eos qui in Christû credunt, vt qui persuasione fidei facile admittant, & bonis moribus non difficiliter excolantur, neque sint iracundi & prauis ac peruersi. Veterem autem, nempe credulorum Iudæorum generationem esse duro & obstinato corde: vt iis qui Dei Verbum annunciant non credant. *Propter simplicium autem & innocentium corda.* Tè *νηπιος*, quod significat infantem, exposuit etymologiam: nunc ad ipsam accedit definitionem, quam accipit ex ultimo capite epistolæ Pauli ad Romanos: Volo autem vos sapientes quidem esse ad bonum, simplices autem ad malum: *νηπιος* enim, inquit, seu infans, est is qui est sapiens in iis intelligendis & agendis quæ sunt bona & honesta, simplex autem ad mala. Talis est bonus Christianus, qui quæ sunt agenda, conuenienter diuinis præceptis, & mète intelligit & exercet actione: fraudes autem, dolos, imposturas, circumuentiones, & circumscriptiões & cetera vitia ad cauendû tantum intelligit, nõ ad operandum, vt qui sapiens tamen sit ad vitam rectè instituendam, non autem ad decipiendû, astutus, callidus, versutus & impostor, nec ingeniosus ad opes malis artibus quærédas, nec ad voluptates fruédas. Talis est verus Christianus, qui est sapiens ad bonum, simplex autè ad malû. Simplicitas autè est accipienda nõ pro insipientia, qua bonum ignoratur, sed qua malû vel nescitur vel cauetur. Dicere autem Christianos esse insipientes, qui ad Deum confugerunt, est impia in Dominum blasphemia. Qui autem insipientes dici ægrè tulerunt, vt qui satis intelligant suam ad bonum sapietiam, iidem lubenter agnoscunt suam ad malum simplicitatem. Iidem autem sunt simplices qui infantes. Quod autem dicit infantes esse mentes nouas veteri insipientia, ita videtur accipiendû, quod vetera ita dediderint vt eorum non plus meminerint, quam si ea nunquam sciuisent. Veterem autem vocat insipientiam, si hoc quidem ad gentes referatur, stulta Græcorum mysteria, de quibus scripsit in exhortatoria ad gentes. Sin ad Iudæos eorû cæremonias, quæ sunt nouæ legis vmbra & figura, à quibus si tollatur eorum quæ Christo adueniēte futura erant significatio, ea planè erant mera insipientia. Eadem autem quæ sunt nouæ & planè ignaræ in veteri insipientia, sunt nuper prudentes, vt quæ in nouo Testamento veteri abrogato nouam didicerint sapientiam. Quamnam autem nouam didicerunt sapientiam, Dei cognitionem. Deus enim ante Christi aduentû erat ignotus. Non prius enim fuit cognitus præterquam à paucis antiquis patribus, quâ Christus cum aduenisset reuelauit eum trinum esse & vnum. Deum enim nemo nouit nisi filius qui est in sinu patris, & cui filius reuelauit. Sed nec illi antiqui patres Deum cognouissent, nisi filius eis reuelasset. Ij autè quibus est reuelata hæc noua sapientia, nempe Dei cognitio, sunt *νηπιος* & iuuenes. *νηπιος* autè Græcè, & nouos significat, & iuuenes, & populus nouus: dicuntur autem *νηπιος* & populus nouus, vt distinguatur à populo veteri, cui à Deo sunt solum promissa, si eorum crassa spectetur intelligentia, ea quæ sunt terrena & temporalia: is enim ea sola esse bona didicerat, nouus autem populus noua bona didicit. Quænam autem sunt ea bona? Per Euangelium didicit dari per Christum remissionem peccatorum, & in cum credentibus & ipsum diligentibus dandam esse vitam æternam, & ea bona quæ nec oculus vidit nec auris audiuit. Est autem huius populi noui eiusmodi iuuentus vt in eam nõ cadat senium, & est eius vitæ ver quoddam perpetuum. Nam & est æterna quæ est in eo veritas, & sapientia quæ semper & eodè modo se habet, nec muratur: In humanis quidè rebus, non est æterna veritas. Nã quod nunc est verum, procedente tẽpore non erit verum. Sed nec est æterna terrena sapientia. Nam quod nunc est sapiens consilium, id mutata loci & temporis circumstantia erit insipiens. In quo autem est æterna veritas, & quæ nunquam mutatur sapientia, id semper est nouum. Hinc fit vt & verba veritate sint semper persula, & mores ab ea non alieni, & quæ ab eo geruntur ita sunt inter se conuenientia, vt ab ea non omnino dissideant, ab ea firmamque ac stabilem teneant constantiam. Nam quod est æternitatis particeps, ei solet assimilari. Qui autem in Christum sunt baptizati, cum Christum inderint qui est Verbum nouum, & quod carnem recens suscepit sunt etiam participes æternitatis quæ à verbo non potest separari. Quo fit vt sint Verbo similes, & semper noui & recentes ad veritatis intelligentiam, & ad bonas operationes, nec vnquam senescat, nisi se sua culpa à Christo qui est verbum æternum separauerint. *Ego verò Isaac quoque.* Historiã Isaac & Rebecca quos colludetes vidit Rex Abimelec, Clemens deducit ad allegoriã, Isaac rîsum significat, Rebecca est tolerantia, Abimelec est supramundana quædã sapientia. Ea admiratur Christi pueros, id est, Christianos res aduersas tã tolerantanter ferre, vt eorû patientia sit veluti rîsus. Similem ludum Ioui tribuit Heraclitus: Is autè ludus Græcè *παιδία* dicitur, quod est ludus & disciplina. Hunc autem

Rom. vii.

autem ludû dicit maximè conuenire sapienti, vt quamuis res honestas ac præclaras gerens & administrans multa grauiâ patiatur, ea tam fortiter ferat vt pro ludo habere videatur, & nihilo ferius dies festos cum Deo celebret. Et hoc est quod dicit Diuus Paulus nobis esse gaudendum in Domino. *Potest etiam aliter accipi.* Aliam affert allegoriã, nempe quod Isaac ridens significat Christum ridentem cum surrexisset à mortuis. Ridet autem cum sua sponsa Ecclesia quæ dicitur Rebecca, id est, tolerantia seu patientia, firmam autem ac solidum nomen ei dicit impostum, quod propter petram fidei supra quam est ædificata, aduersus eam non præualeant portæ inferi. Tolerantia autem dicitur, quod quicquid acciderit ea semper maneat gaudens, constetque ex constanti in Christum credentium perpessione, & ex eorum assidua gratiarum actione. Eam autem dicit nostrã ad salutem adiutricem, ne quis existimet satis esse credere in Christum. Nam eredenda est etiam Ecclesia catholica, quæ ad salutem allequendam tantam nobis fert opem, vt extra eam non possit quis esse saluus. Hic est, nisi fallor, huius loci sensus qui est Græcè adeo perplexus, vt eum existimem vel mutilatum vel corruptum. *Hic est autem ludus mysticus & disciplina.* Nam et si *παιδία* significet disciplinam, quoniam tamen deriuatur *παιδία* quod significat puerum, disciplina non satis mihi visa est *παιδία* exprimere nisi adderetur ludus: Mysticam autem disciplinam & salutem, hanc de Isaac & Rebecca historiã, quæ nos honeste recreans & consolans nobis fert opem. Hanc ipsam autem Isaac & Rebecca historiã alio modo allegoricè interpretatur quam prius. Abimelec enim Regem qui prospexit per fenestram, non amplius dicit supramundanam aliquam significare sapientiam, sed Christum Regem. Is cum è cælis nostrû rîsum esset specularus, Isaac enim significat rîsum: non poterat autem speculari Isaac quin simul etiam aspiceret Rebecca, id est, patientiam seu tolerantiam, prospexit per fenestram, id est, per carnem, quam vt susciperet descendit è cælis, & vidit gratiarû actionem, & benedictionem, exultationem & lætitiã, & simul etiam cum ijs operantem tolerantiam, & eorum coniunctionem. Hæc autem omnia significant ecclesiã, quæ etiam multis affligatur laboribus, ærumnis, & persecutionibus, omnia tamen fert tolerantanter, & inter tam multas perpessiones nihilo secius Deo agit gratias, benedicit, exultat, & lætatur, & hæc omnia simul cõiuncta constituunt ecclesiã, quæ est cõiunctio Isaac & Rebecca, id est, rîsus & patientia. Hinc factum est vt hæc omnia quæ recensuit aspiciens, solam suam respiceret ecclesiã, cui suam ostendens faciem eam reddidit perfectam. Regali enim accepto capite, nempe Christi, quod ei decerat, non est amplius imperfecta nec est *ἀτέλειος*. *O magnum Deum.* Recitatis præclaris illis Esaia de puero Domino nostro Iesû Christo recens nato & nobis dato elogiis, quæ apertè ostendebat eum esse Deû & hominem, exclamat Clemens, O magnum Deum & perfectum puerum. Hæc est magna laus & magnum encomium Christi Seruatoris nostri, quod vnus & idem sit Deus & homo. Multi apud gentes fuerunt olim Dij vocati, & ab eis in Deos relati: sed non erant magni Dij, quoniã ne Dij quidem erant, sed tantum homines, inter se autem pugnat vt idem sit Deus & homo. Sed nec perfecti erant homines, cum eos nec virtutes, nec res bene gestæ nobilitarent, sed vitia sceleraque & flagitia. Solus Christus redemptor noster verè fuit Deus magnus, vt qui verè esset Deus, & perfectus homo, vt qui non phantasia nec visione aliqua, vt falsi existimabat quidam Hæretici, sed ipsa natura & rei essentia esset homo, & ea gessit quæ apertè testarentur eum non solum esse Deum, sed & verum hominem, & numeris omnibus absolutum. Nam & ea fecit miracula quæ solus Deus potest facere, & in suis actionibus eas ostendit virtutes quæ non cadunt nisi in hominem à quo nihil abest, quod in viro bono & perfecto possit desiderari. Ideo autè fuit Deus & homo, vt inter Deû & hominẽ intercederet, & hominẽ ita Deo coniungeret, vt qui natura Deus esse nõ poterat, gratia & adoptione filius Dei atque adeo, quoad fieri potest, Deus esset. Deinde subiungit quod est maximè stupendû & admirabile, filius, inquit, in patre, & pater in filio, quod significat distinctas quidè esse vtriusque personas, sed ita distinctas, vt ipsa diuinitatis essentia ab alterius essentia nõ possit separari. Nã & filius est in patre, & pater in filio, filius quidem est filius, & non pater, quod attinet ad ipsam hypostasim & personã: ita etiam pater nõ est filius: Pater tamen & filius vnum sunt quod ad ipsam attinet diuinitatem. Nam & pater & filius vnũ sunt. Deinde sequitur: Et quomodo nõ est perfecta & c. Hoc est autè quod dicit: Cum perfectus sit hic puer, qui nos docet & est noster Pædagogus, fieri non potest vt non sit perfecta disciplina & institutio quæ ad nos peruenit, & quã docemur qui sumus eius pueri seu infantes. Postea sequitur: Is manus in nos expandit & c. Qui docet, in eos quos docent manus extendit, frustra autem docentur, qui docentur, nisi doctore fides habeatur. Hoc est ergo quod dicit Clemens, Christû doctorem nostrû & Pædagogum ad nos docendos manus extēdisse: nos autem eius manibus apertè & euidenter credidisse, vt qui apertè profiteamur nos Christo & eius doctrinæ & disciplinæ credere.

Aduersus eos qui existimant, puerorum & infantium appellationem significare primarum disciplinarum doctrinam. Cap. vi.

HIC ET AUTEM nobis veluti ex quadam redundanti copia eos aggredi, qui in reprehendendis alijs delectantur. Non enim nos pueri & infantes appellati sumus, quod sit puerilis & contemnenda nostra disciplina, vt nos sunt calumniati, qui sunt inflati scientia. Statim itaque regenerati recepimus perfectionem, cuius causa festinabamus. Fuimus enim illuminati: id autem est, Deum cognoscere. Non est ergo imperfectus, qui quod perfectum est cognouit: nec me reprehenderitis, quod dicam me Deum nosse. Verbo enim ita dicere visum est: Is verò est liber. Iam enim dum tingeretur Dominus, vox è cælis testis dilecti apparuit: Tu es filius meus dilectus,

Matth. 3.
Marci 1.
Lucæ 3.

Pfalm. 81.

Ioan. 1.
Ibid. 5.

Rom. 8.

ego hodie genui te. ^b Sapientes ergo rogemus: Christus hodie regeneratus: iamne est perfectus, an quod est absurdissimum, ei aliquid deest? Sed si ita est, ut aliquid disceret opus fuit: sed eum cum Deus esset, nihil didicisse fuit consentaneum. Neque enim quisquam Verbo maior fuerit. Sed neque magister ac doctor est eius qui solus est magister. An non ergo vel inuiti fatebuntur, Verbum perfectum ex perfecto Patre natum, ex æconomica præordinatione esse perfectè regeneratum? Et si erat perfectus, cur qui erat perfectus tingebatur? Oportebat, inquiunt, implere humanam professionem. Pulcherrime. Ita enim dico. ¹⁰ Simulatque ergo à Ioanne tingitur, sit perfectus scilicet. Nihil ergo ab eo didicit? nequaquam. Solo autem lauacro perficitur, & spiritus aduentu sanctificatur. Ita habet. Hoc ipsum nobis quoque euenit quorum fuit exemplar Dominus. Tincti illuminamur: illuminati, in filios adoptamur: adoptati perficimur: perfecti immortales reddimur. Ego, inquit, dixi, dii estis, & filij excelsi omnes. ^c Multis autem modis vocatur hoc opus, gratia, illuminatio, perfectum, & lauacrum. Lauacrum quidem, per quod peccata abstergimus: Gratia autem, qua remittuntur pœna qua peccatis debentur. Illuminatio autem, per quam ¹⁰ sanctam illam & salutarem lucem speculamur, per quam id quod est diuinum perspicimus. Perfectum autem dicimus, cui nihil deest. Quid enim ei deficit qui Deum nouit? Est enim reuera absurdum, Dei vocari gratiam, quæ non sit perfecta & undequaque plena. Qui est autem perfectus, perfecta utique largietur. Quemadmodum autem simul ac ipse iussit fiunt omnia, ita sequitur, ut eo quod solum gratificari voluit, plena fuerit gratia. Quod enim futurum est temporis, id per voluntatem potentia anticipatur. ^d Accedit ijs, quod liberatio à malis est initium salutis. Soli ergo qui primum vitæ fines attigimus, iam perfecti ³⁰ sumus. Iam autem viuimus, qui sumus à morte separati. Christum ergo sequi salus est. Quod enim factum est, in ipso vita est. Amen amen dico vobis, inquit, qui sermones meos audit, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transijt à morte ad vitam. Ita solum credidisse & regeneratum esse, est in vita perfectio. Nunquam est enim Deus imbecillus. Quemadmodum enim eius voluntas est opus, & id mundus nominatur: ita etiam eius voluntas est hominum salus, & ea vocata est Ecclesia. Nouit ergo quos vocauit, quos seruauit: simul autem vocauit, & seruauit. Ipsi enim vos, inquit, ⁴⁰ Apostolus à Deo docti estis. Nefas ergo est imperfectum sentire, quod ab eo docetur. Quod autem ab eo discitur, est æterni Seruatoris æterna salus. Cui gratia in sæcula sæculorum, amen. Et qui est solummodo regeneratus, quemadmodum etiam illuminatus dicitur: illuminatus quidem protinus à tenebris liberatur, & ab eo tempore lucem accipit. Quemadmodum ergo qui somnum excusserunt, ab eo tempore protinus intus vigilant: vel potius quemadmodum qui oculorum suffusionem conantur amouere, non extrinsecus eis lucem suppeditant, quam non habent, sed quod oculis impedimentum afferebat depellentes, liberam ⁵⁰ relinquunt pupillam: ita etiam qui tingimur, absteris peccatis, quæ diuino spiritui instar caliginis tenebras offundebant, liberum, ab omni impedimento vacuum, & lucidum habemus spiritus oculum: quo quidem solo quod diuinum est intuemur, calitè influente nobis sancto spiritu. Hæc est æterna splendoris temperatura, qui videre potest æternam lucem: quandoquidem quod est simile, est amicium simili. Quod sanctum est autem, amicum est ei ex quo sanctum est, quod lux proprie est appellatum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Hinc puto ab antiquis Græcis hominem vocatum esse ⁶⁰ φῶς, id est, lucem. At nondum, inquiunt, perfectum donum accipit. Ego quoque assentior: sed est in luce, & tenebræ ipsum non comprehendunt. Inter lucem autem & tenebras nihil est intermedium. In resurrectione autem credentium, finis est repositus. Is autem non est alicuius alterius rei esse participem, quàm promissum prius conuentum assequi.

Non enim

Non enim eodem tempore ambo simul consistere dicimus, nempe & accessum ad finem, & accessus anticipationem. Non est enim idem, æuum & tempus. Sed neque idem est appetitio, qua ad aliquid impellimur, & finis ad quem tendimus. Circa unum autem ambo, & unus circa ambo versatur. Est autem, incitans quidem appetitio, ut ita dicam, fides quæ in tempore generatur: finis autem promissum assequi, qui est firmus ac stabilis in secula. ^b Ipse autem Dominus salutis æqualitatem apertissimè reuelauit, cum dixit: Hæc est enim ¹⁰ voluntas patris mei, ut omnis qui contempletur filium, & credit in ipsum, habeat vitam æternam, & resuscitabo ipsum in nouissimo die. Quatenus ergo fieri potest, in hoc mundo, quem per nouissimum diem significauit, qui eousque seruatur dum cessauerit, nos perfectos factos esse credimus. Fides enim est doctrinæ perfectio. Et ideo dicit: Qui crediderit, habet vitam æternam. Si ergo qui credidimus, habemus vitam æternam, quid reliqui est ultra vitæ æternæ possessionem? Fidei autem quæ ex se perfecta & plena est, nihil deest. Sin autem ei aliquid deest, non est undequaque perfecta, neque fides est vlla in re claudicans: ²⁰ neque postquam ex hoc loco excesserint, expectat eos qui crediderunt, cum absque vlllo discrimine hic arrham acceperint. Sed cum quod futurum est credere præceperimus, post resurrectionem illud factum recipimus: ut illud impleatur quod dictum est: Fiat secundum fidem tuam. Vbi autem fides, hic promissio. Promissionis autem perfectio est requies. Quapropter cognitio quidem est in illuminatione: Promissionis autem perfectio est requies, quod quidem extremum expetendum intelligitur. ^b Quemadmodum ergo imperitia, peritia soluitur, & inuenta certa via, dubitatio: ita illuminatione tenebras deleri necesse est. ³⁰ Tenebræ autem sunt ignoratio, per quam in peccata incidimus, circa veritatem hallucinantes. Cognitio ergo est illuminatio quæ delet ignorationem, & perspicacem videndi facultatem inserit. Quin etiam eorum quæ sunt deteriora reiectio, est meliorum reuelatio. Quæ malè enim colligauit ignoratio, ea pulchrè resoluit agnitio. Hæc autem vincula quam celerrimè remittuntur, humana quidem fide, diuina verò gratia, cum remittuntur peccata vno medicamento Pæonio, nempe ρογιαῖα, verbali baptismo. Omnia ergo peccata eluimus, ⁴⁰ & è vestigio mali non sumus amplius. Vna est hæc gratia illuminationis, quod non sint iudæi mores, qui erant ante quàm lauaremur. ⁱ Quoniam autem cognitio vnà oritur cum illuminatione circa mentem refulgens, & qui prius rudes & ignari eramus, protinus vocamur discipuli: utrumne id factum est cum aliquando aduentasset disciplina? non enim poteris tempus dicere. Catechesis enim, seu quæ per auditum suscipitur institutio, ad fidem deducit. Fides autem simul cum baptismo docetur à diuino spiritu. Quod enim fides vnà sit vniuersa salus humana naturæ, eadem sit autem iusti & benigni Dei erga omnes æqualitas & communicatio, Paulus manifestissimè exposuit, sic dicens: Priusquam autem ⁵⁰ veniret fides, custodiebamur sub lege, conclusi sub fide quæ erat reuelanda. Quare lex fuit noster Pædagogus in Christo, ut ex fide iustificemur. Postquam autem venit fides, non sumus amplius sub Pædago. Non auditis nos non esse amplius sub illa lege quæ erat cum timore, sed sub Verbo qui est pædagogus liberi arbitrij? ^k Deinde subiunxit vocem quæ est remota ab omni personarum acceptione: Omnes enim filij estis per fidem Dei in Christo Iesu. Quicumque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus nec Græcus, non est seruus nec liber, non est masculus & fæmina. Omnes enim vos unus ⁶⁰ estis in Christo Iesu. Non ergo hi quidem sunt cognitione præditi, illi vero animales in eodem verbo: sed omnes qui concupiscentias carnales deposuerunt, sunt æquales & spirituales apud Dominum. Et rursus alibi scribit: Etenim vno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi: & omnes ex vno poculo bibimus. ^l Neque verò absurdum fuerit illorum quoque ipsorum verbis uti, qui spiritus qui-

L iij

dem percolationem dicunt esse meliorum memoriam. Percolationem autem intelligunt, quæ ex meliorum fit recordatione, eorum quæ peiora sunt separationem. Ei itaque qui meliora reuocauit in memoriam, necessario sequitur penitentia propter deteriora. Ipsum ergo spiritum penitentia adductum recurrere fatentur. Eodem modo nos quoque peccatorum nostrorum moti penitentia, ipsorum detrimētis renunciantes, baptismo percolati ad aeternam quoque lucem recurrimus, filij ad patrem. Exultans itaque in spiritu Iesus, Confiteor tibi pater, inquit, Deus cæli & terra, quod abscondisti hæc a sapientibus & intelligentibus, & reuelasti ea paruulis. Infantes nos ac paruulos pædagogus & magister appellans, qui sapientibus qui sunt in mundo, sumus aptiores ad salutem, qui sapientes seipso existimantes, superbia inflati sunt: & exclamat exultans & mirandum in modum letus, tanquam unum cum infantibus balbutiens: Ita, pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Propterea quæ absconsa sunt a sapientibus & intelligentibus huius quod nunc est seculi, reuelata sunt infantibus. Merito ergo Dei pueri, qui veterem quidem hominem deposuerunt, & vitij tunicam exuerunt: Dei autem incorruptionem induerunt, ut nouus facti populus sanctus, regenerati impollutum hominem custodiamus: & infans quidem est, tanquam Dei puellus, qui a fornicatione & improbitate est expurgatus. Manifestissimè itaque beatus Paulus nos ab hac quæstione liberauit in priori epistola ad Corinthios, sic scribens: Fratres ne pueri efficiamini mentibus, sed sitis vitio infantes, mentibus autem estote perfecti. Illud autem: Quando eram paruulus, cogitabam ut paruulus, loquebar ut paruulus: quam sub lege egit vitam significat, in qua non ut iam simplex, sed ut adhuc insipiens, puerilia quidem animo agitans, persequebatur: puerilia autem loquens, blasphemis & maledictis Verbum incessabat. Duo enim significat ἡ νῆπιον, infantem videlicet & stultum. Postquam autem factus sum vir, rursus, inquit Paulus, feci ut cessarent ea quæ erant infantis. Non ætatis imperfectam magnitudinem, sed nec temporis præfinitam mensuram, neque virilium & perfectiorum disciplinas: arcanas scilicet alias doctrinas significat, infantiam extra fines amandans, qui se eam annunciare profitetur Apostolus. Sed infantes quidem dicit eos qui sunt sub lege, qui non secus atque laruis pueri, timore perturbantur. Viros autem qui Verbo paremus, nostrique sumus iuris & arbitrij, vocauit qui credidimus, spontanea electione seruati, sapienter, non insipienter metu territi. De hac re testimonium feret ipse Apostolus, Iudæos secundum prius testamentum dicens hæredes, nos autem secundum promissionem. Dico autem, inquit, quandiu hæres est infans, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium, sed est sub tutoribus & curatoribus usque ad patris præfinitum tempus: ita & nos cum essemus infantes, eramus redacti in seruitutem sub elementis mundi. Quando autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui erant sub lege redimeret, ut adoptionem filiorum per ipsum reciperemus. Vide quomodo confessus est esse infantes, qui timori & peccatis sunt subiecti: eos autem qui sub fide sunt filios vocans, viros effecit, tanquam ut eos distingueret ab infantibus qui sunt in lege. Non es enim, inquit, amplius seruus, sed filius. Sin autem filius, & hæres per Deum. Quid ergo filio deest post hæreditatem? Eleganter ergo sic exponi potest illud, Quando eram infans: hoc est, quando eram Iudæus (erat enim a prima sua origine Hebræus) cogitabam ut infans, quoniam sequebar legem: postquam autem factus sum vir, non amplius quæ sunt infantis, hoc est, quæ sunt legis, sed quæ sunt viri, cogito, hoc est, quæ sunt Christi, quem solum virum Scriptura vocat, ut antè diximus: cessare feci quæ sunt infantis. Quæ est autem in Christo infantia, est perfectio, si cum lege conferatur. Cum hic sumus suscipienda est defensio infantia. Est præterea interpretandum id quoque quod ab Apostolo dictum est: Lac vobis potum dedi tanquam infantibus in Christo, non cibum: nondum enim poteratis,

ratis, sed neque adhuc nunc potestis. Non enim mihi videtur dictum Iudaicè accipiendum quod dicit. Nam illam quoque scripturam ei ex aduerso adducam. Inducam vos in terram bonam lacte & melle fluentem. Exoritur itaque maxima dubitatio in hac scripturæ collatione cogitantibus. Si enim fidei in Christum principium est quæ per lac designatur infantia: ea autem tanquam puerilis & imperfecta vilipenditur: quomodo eius quod est perfectum & scientia præditum, post cibum requies, infantili rursus lacte honorata est? Nunquid ergo hoc, quod veluti quandam indicat similitudinem, tale quid significat? & est utique hoc ita legendum: Lac vobis potum dedi in Christo: & paruo interiecto spatio subiungamus, Tanquam infantibus: ut per lectionis distinctionem talem sensum accipiamus, Catechizauit vos, hoc est, per auditum in Christo institui, simplici verò & ex se naturali alimento spirituali. Talis est enim lactis, quæ est alitrix animalium, substantia, ex amantibus vberibus scaturiens: ita ut vniuersum sic intelligatur. Quemadmodum nutrices recens natos infantes lacte nutriunt, ita ego Christi lacte nempe vobis spirituale nutrimentum instillans. Ita ergo perfectum est alimentum lac perfectum, & ad finem qui nunquam est cessaturus deducit. Quocirca in quiete quoque id ipsum lac & mel promittitur. Iurè enim rursus iustis lac Dominus pollicetur, ut apertè Verbum esse vtrunque ostendatur, Alpha & ω, principium & finem: Verbum inquam, quod lac allegoricè dicitur. Tale quid Homerus vel inuitus diuinat, iustos homines γαλακτοφάγους, hoc est, qui lacte vescuntur, appellans. Potest etiam ita Scriptura accipi. Et ego, fratres, non potui loqui vobis tanquam spiritualibus, sed tanquam carnalibus, tanquam infantibus in Christo: ut possint carnales intelligi, qui recenter instituebantur, erantque catechumeni, & adhuc infantes in Christo. Spirituales enim eos qui sancto spiritui iam crediderunt, appellauit. Carnales autem, eos qui per auditionem recens sunt instituti, nec adhuc satis expurgati: quos merito adhuc carnales dicit, ut qui æquè atque Gentes ea quæ erant carnis cogitabant. Vbi enim inter vos æmulatio & lis, an non carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Quocirca dicit etiam, Lac vobis, inquit, potum dedi: cognitionem dicens vobis infudi, quæ ex catechesi, data est, quæ nutrit ad vitam aeternam. Quinetiam hoc verbum, Potum dedi, est symbolum & signum perfectæ participationis. Qui enim sunt perfecti, dicuntur bibere, infantes autem sugere. Sanguis enim meus, inquit Dominus, verus est potus. Num ergo cum dixit, Lac potum dedi, significauit perfectam in verbo Lacte lætitiā, veritatis scilicet cognitionem? Quod autem deinceps subiungitur, Non cibum, nondum enim poteratis, euidentem quæ erit in futuro seculo reuelationem, instar cibi, facie ad faciem, potest significare. Videmus enim nunc tanquam per speculum, dicit idem Apostolus, tunc autem facie ad faciem. Quocirca illud quoque subiunxit: Sed neque nunc potestis, adhuc enim carnales estis, quæ sunt carnis sapientes, concupiscentes, amantes, æmulantes, irascentes, inuidentes. Non enim in carne amplius sumus, ut quidam existimarunt: cum ea enim, faciem Angelis æqualem habentes promissum facie ad faciem videbimus. Quomodo autem, si verè est illud promissum postquam hinc excesserimus, quod oculus non vidit, neque in mentem hominis ascendit, se id nouisse dicunt, cum spiritu non intellexerint, sed ex disciplina acceperint, quod auris nunquam audiuit, præterquam illa sola quæ in tertium cælum rapta est, sed illud quoque arcano silentio obregere inessus est? Sin autem humana sapientia, quod quidem restat, potest intelligi, est cognitionis gloriatio. Audi legem scripturæ: Ne gloriatur sapiens in sapientia sua: & non gloriatur fortis in fortitudine sua, sed qui gloriatur, in Domino gloriatur. Nos autem a Deo docti sumus, & in Christi nomine gloriamur. Quomodo ergo non est intelligendum, Apostolum hoc modo intelligere lac infantium, siquidem pastores sumus qui ecclesiæ præsumus ad imaginem boni pastoris, vos

Exod. 3.

1. Cor. 3.

1. Cor. 3.

1. Cor. 3.

1. Cor. 2.

2. Cor. 12.

Hierem. 9.

1. Cor. 1.

autem oves? an non eum qui lac quoque gregis dicit Dominum seruare consequentiam, utentem allegoria? Iam vero dictum rursus menti est applicandum, Lac vobis potum dedi, non cibum, nondum enim poteratis: non aliquid aliud quam lac cibum existimantes, sed idem substantia. Similiter enim idem ipsum quoque Verbum vel est remissum laxumque & mite, ut lac: vel concretum & coactum, ut cibus. Verumenimvero si sic acceperimus, poterit à nobis lac intelligi predicatio, quæ plurimum est diffusa. Cibus autem, fides, quæ à catechesi in fundamentum coacta est & conuersa: quæ cum sit auditione solidior, cibo assimilatur in ipsa anima corpus effecta. Tale alimentum alibi quoque Dominus in Euangelio secundum Ioannem aliter per symbola & signa exposuit cum dixit: Comedite carnes meas, & bibite meum sanguinem: euidenter fidei & promissionis quod est, esculentum & poculentum dicens, allegoricè, per quæ ecclesia, tanquam homo ex multis constans membris irrigatur & augetur, & ex utrisque conflatur & coalescit, corpore quidem, fide, anima vero, spe, quemadmodum Dominus quoque ex carne & sanguine. Reuera enim sanguis fidei est spes, in qua continetur, quemadmodum fides ab anima: cum autem spes expiraue- rit, perinde ac si sanguis effluerit, vitalis fidei facultas dissoluitur. Quòd si velint nonnulli contendere, dicentes lac primas significare disciplinas tanquam prima rudimenta, cibum autem spirituales cogitationes, per quas seipos propter scientiam erigunt, sciant quod cum utique cibum dicant nutrimentum solidum, & carnem & sanguinem Iesu gloriabunda sua sapientia deducunt ad veram simplicitatem. Sanguis enim inuenitur primum genitus in homine, quem nonnulli ausi sunt dicere essentiam animæ. Hic autem sanguis naturali conuersus concoctione, postquam concepit mater & uterum gerit, consentiente, & compatiante, ut ita dicam, pietate efflorescit & senescit, ut infans sit absque metu: & quod carnis quidem est humidius, est sanguis, ut qui sit veluti quædam caro humida: id autem sanguinis quod est suauius & subtilius, est lac. Siue enim est sanguis qui fœtui in utero suppeditatur, & per maternum prius umbilicum mittitur: siue ipsa menstrua à proprio motu exclusa, naturali diffusione ab almo & generationis auctore Deo ad ubera iam turgentia se conferre iubentur, sanguis mutatus infanti efficitur iucundum & suaue nutrimentum: ex omnibus enim membris maximum habent consensum ubera cum matrice. Vbi enim in partu vas abscissum fuerit per quod sanguis ad fœtum deferebatur, obstruitur quidem meatus, sanguis autem ad ubera impellitur, & cum illuc permultum defluerit, extenduntur, & sanguis in lac mutatur, non secus ac mutatur sanguis in pus in ulceratione: siue à venis aperitis, quæ iuxta sitæ sunt in mamillis, per conceptus distensiones, in naturales mamillarum cauernas sanguis transfunditur, ei autem commixtus qui ex vicinis arteriis emittitur spiritus, manente integra quæ subiicitur sanguinis essentia, vnde instar agitatæ albescit, & tali interruptione ritu spuma mutatur affectione quadam ei quæ mari euenit non absimili, quod quidem Poëtæ dicunt ventorum concitum insultibus salis spumam expuere. Verûtamen adhuc habet sanguinis essentiam. Eodem modo fluuij quoque dum magno feruntur impetu, circumfusi aëris interceptione lancinati spumam cum murmure exprimunt: & quod in ore nostro est humidum, spiritu exalbescit. Quàm est ergo absurdum non fateri, sanguinem in eum fulgorem eumque candorem à spiritu conuerti, eamque suscipere mutationem in qualitate, non autem in essentia? Nihil certè quod melius nutriat, neque quod sit dulcius, nec quod candidius lacte, inueneris. Est id itaque omni ex parte spiritali nutrimento simile, quod est quidem dulce propter gratiam, nutriens autem tanquam vita, candidum autem ut dies Christi, & sanguinem Verbi ostensum est esse tanquam lac. Ea ergo ratione in puerperio dispensatum lac infanti subministratur, & ubera quæ interim rectè virum inspiciabant, iam ad puellum inclinantur, ut quod à natura elaboratum est alimen-

est alimentum, ut ad capiendum facillè exhibeant edocta, ad salutis educationem. Non enim tanquam fontes sunt ubera influente parato lacte plena, sed alimentum mutantia, lac in se ipsis efficiunt, & constant. Alimentum autem quod est ipsum conueniens & utile puello recens compacto & nato, à Deo altore & Patre eorum qui generantur & regenerantur, elaboratur quemadmodum veteribus Hebræis manna cælitus defluebat, supercæleste Angelorum nutrimentum. Certè nunc quoque nutrices id lactis quod primum ad potum effunditur, eodem quo illud nutrimentum nomine manna appellant. Caterum mulieres quidem prægnantes, cum matres factæ fuerint, lac emittunt. Dominus autem Christus fructus Virginis, non beata dixit ubera fæminea, nec ea ad nutrimentum delegit: sed cum amans & benignus Pater Verbum impluisset, ipsum iam spirituale alimentum factum est bonis & moderatis hominibus. O miraculum mysticum. Vnus quidem est vniuersorum pater. Vnum est etiam Verbum vniuersorum, & Spiritus sanctus vnus, & ipse est vbique. Vna autem sola est mater virgo: mihi autem placet eam vocare ecclesiam. Lac non habuit mater hæc sola, quoniam sola non fuit mulier. Virgo est autem simul & mater, integra quidem & inuiolata, ut virgo: amans autem, ut mater: & suos accersens infantulos, sancto lacte, nempe verbo infantili enutrit. Ideo autem lac non habuit, quod lac esset hic infantulus pulcher & appositus, scilicet corpus Christi, nouum cætum verbo nutriens: quem ipse Dominus carnali labore peperit: quem ipse fasciis alligauit Dominus, precioso sanguine. O sanctas secundinas: & partum sanctum: o sanctas fascias, Verbum est omnia infanti, & pater, & mater, & pedagogus, & altor. Comedite, inquit, meam carnem, & bibite meum sanguinem. Hæc apposita & conuenientia nobis alimenta suppeditat Dominus, & carnem præbet, & effundit sanguinem, & ad incrementum nihil deest infantulis. O admirabile mysterium. Veterem & carnalem nos iubet exuere corruptionem, quemadmodum & vetus nutrimentum: alius autem noua Christi diætæ effectos participes, illum, si fieri possit, recipientes, in nobis ipsis reponere, & seruatorem intra pectus comprehendere, ut carnis nostræ affectiones integras perfectasque reddamus. At non vis sic intelligere, sed fortasse communius. Hoc quoque modo audias: Carnem nobis allegoricè sanctus significat Spiritus: ab ipso enim caro est fabricata. Sanguis Verbum nobis tacitè innuit: tanquam enim diues sanguis, Verbum vita est infusum. Amborum autem est temperatura Dominus. Alimentum infantium est Dominus, qui est spiritus & verbum. Alimentum, id est Dominus Iesus, hoc est, Verbum Dei, est spiritus incarnatus, caro cælestis sanctificata. Nutrimentum est lac Patris, quo solùm aluntur infantuli. Ipse itaque qui est dilectus & altor noster, Verbum, effudit pro nobis suum sanguinem, salutem humanæ naturæ afferens, per quem qui in Deum credidimus, ad mamillam Patris, quæ curarum obliuionem inducit, nempe Verbum, confugimus. Ille autem solus, ut est consentaneum, nobis lac dilectionis infantibus suppeditat. Lique verè sunt beati, qui hanc lactant mamillam. Et ideo Petrus quoque dicit: Deposito ergo omni vitio, & omni dolo, & simulatione, & inuidia, & detractioe, tanquam nuper nati infantes verbale lac concupiscite, ut in ipso crescatis in salutem, si gustastis quòd Christus Dominus. Quòd si quispiam etiam eis concesserit cibum aliquid aliud esse præter lac, deinde quomodo à seipsis non configentur, ut qui naturam non considerauerint? Etenim alimentum cum condensans hyenis continet, & intus concluso calori non præbet exitum, concoctum & in sanguinem versum fluit in venas. Illæ autem cum eis non detur perspiratio, impletæ maximè intenduntur, & pulsant. Quocirca nutrices quoque tunc lacte maximè plene sunt. A nobis autem paulò antè ostensum est, sanguinem prægnantibus in lac deduci, mutatum quidem, sed nequaquam conuersa essentia, quemadmodum scilicet senescentibus pili flauis mutantur

Ioan. 6.

Exod. 16.
Deut. 8.

Ioan. 6.

ad h. u. xlv.

1. Pet. 2.

in canos. *Æstate autem rursus, corpus cum sit rarius, ut alimentum facilius differatur efficit: & lac minimè abundat, quoniam neque sanguis, neque uniuersum continetur nutrimentum. Si ergo cibi quidem confectio sanguificatur, sanguis uero lactescit, sanguis est lactis preparatio, sicut sanguis hominis, & acinus vineæ. Lacte ergo, dominico scilicet nutrimento, statim quidem postquam editi sumus, alimur: simulac autem regenerati sumus, honore sumus effecti, dum spes quietis annuntiatur, superna Hierusalem, in qua & lac & mel plueri scriptum est, dum per materiale sanctum nobis alimentum despondetur. Cibi enim, sicut ait Apostolus, abolentur. Quod per lac autem est nutrimentum, deducit in cælos, ciues cælorum & cum Angelis choreas ducturos enutrients. Quoniam autem Verbum est fons uitæ scaturiens, & flumen olei dictum est, meritò Paulus allegoricè loquens, & ipsum lac nominās, subiūgit: Potum dedi. Verbum enim bibitur alimentū ueritatis. Certè potus quoque uocatur humidū nutrimentū. Potest autē res eadē esse & cibus, si aliquo modo consideretur, & potus si alio & alio modo consideretur, quēadmodum caseus quoque est lactis cōcretio, uel lac concretum: neque enim dictiones aucupari mihi in presentia curæ est, præterquam quod utrūque alimentū una subministrat essentia. Caterum pueris quoque lactatibus lac solū sufficit, ut sit cibus & potus. Ego, inquit Dominus, habeo māducare cibū quem uos nescitis. Cibus meus est, ut faciā uoluntatē eius qui misit me. Videte aliū cibum, qui similiter atque lac dictus est allegoricè, nempe uolūtas Dei. Quinetiam propriæ passionis complemētum abusuē calicem appellauit, quando eam ebibere & exhaurire & perficere ipsum solum oportebat. Ita Christi quidem nutrimentum erat paternæ uoluntatis adimpletio. Nobis autem ipse Christus infantibus est alimentum, qui Verbum cælorum exugimus. Hinc querere Græcè dicitur $\mu\alpha\tau\epsilon\sigma\tau\alpha\iota$, quòd infantibus qui uerbum querūt, paternæ benignitatis ubera lac suppeditant. Præterea autem seipsum quoque panem cælorum Verbum fatetur. Non enim Moyses, inquit, dedit uobis panem de cælo, sed Pater meus dat uobis panem de cælo uerum: panis enim ex Deo est qui de cælo descendit, & uitam dat mundo, & panis quem ego dabo caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita. Hic panis notandum est mysterium, quòd ipsum dicat carnem, ut quæ per ignem resurgat, quēadmodum ex corruptione & satione frumentum resurgit, atque adeo quæ etiam per ignem consistat, in gaudium ecclesiæ, ut panis qui pinsitur. Sed hoc rursus à nobis dicetur apertius in libro de resurrectione. Quoniam autem dixit, Et panis quem ego dabo, caro mea est: caro autem sanguine irrigatur: sanguis autem uinum allegoricè dicitur: sciendum est quod panis in uinum temperatum minutatim coniectus, uinum arripit, quod est aquenam autem relinquit: ita etiam caro Domini quæ est panis Angelorum, ebibit sanguinem: eos qui ex hominibus sunt cælestes, ad incorruptionem enutrients: solas autem illas carnales cupiditates ad corruptionem relinquens. Ita Verbum multis modis allegoricè dicitur, & cibus, & caro, & nutrimentum, & panis, & sanguis, & lac. Omnia est Dominus, ut nos eo fruamur qui in ipsum credidimus. Ne quis uero alienum existimet, quòd nos sanguinem Domini lac allegoricè dicimus: an non enim uinum quoque allegoricè dicitur? Qui lauat, inquit, in uino uestem suam, & in sanguine uia indumentum suū. In spiritu suo se dicit ornaturum corpus Verbi, quemadmodum scilicet suo spiritu enutriet eos qui uerbum esuriunt. Quod autem sanguis sit, Verbum, Abel iusti sanguinis fert testimonium, qui Deum interpellat. Sanguis enim uocem nunquam emittet, nisi sanguis Verbum intelligatur. Vetus enim iustus, typus est noui iusti: & sanguis uetus qui interpellat, pro nouo sanguine interpellat. Deum autem alloquitur sanguis qui est Verbum, quoniam significauit Verbum quod erat passurum. Caterum caro quoque ipsa, & sanguis qui est in ipsa, tanquam ciconiæ instar data remuneratione, lacte irrigatur & augetur. Por-*

1. Cor. 6.

Ibidem. 3.

Ioan. 4.

$\mu\alpha\tau\epsilon\sigma\tau\alpha\iota$ à
 $\mu\alpha\tau\epsilon\sigma\tau\alpha\iota$ quod
significat
mamillam.
Ioan. 6.

Genes. 49.

Ibidem 4.

Porro autem eius quod conceptum est formatio, fit semine commixto & temperato cum puro, quod relictū est, excremento menstruæ purgationis. Nam quæ est in eo facultas, sanguinis naturam conglobans, quomodo coagulum lac facit concrecere, formationis efficit essentiam. Facile enim producit bona temperatura: quæ autem sunt extrema, sunt propensa ad filiorum sterilitatem. Iam enim in ipsa terra, quòd nimis imbribus inundatur, semen abstrahitur, propter humoris autem siccitatem desiccatur. Qui est autem viscosus humor, semen continet & producit. Iam uero nonnulli quoque animalis semen statuunt esse spumam sanguinis in essentia, qui innato masculi calore in coniunctione turbatus, uentilatus spumescit, & deponitur in uenis seminariis. Hinc Diogenes Apolloniates uult Venerem Græcè esse dictam ἀφροδίτα. Ex his omnibus est euidentis sanguinem esse humani corporis essentiam. Quinetiam qui est in utero, primum quidem est lacti similis humidi consistentia: deinde hæc consistentia in sanguinem conuersa caro efficitur: concreta autem in utero à naturali & calido spiritu, à quo effingitur fœtus, uiuificatur. Sed etiam postquam infans est in lucem editus, eodem sanguine alitur. Natura enim sanguinis est fluxus lactis, & fons nutrimenti est lac, quo etiam mulier ostenditur & uerè peperisse, & esse mater: per quod etiam beneuolentiæ amatorium accipit. Propterea ergo qui in Apostolo erat sanctus Spiritus, Domini uoce utens, dicit mysticè: Lac uobis potum dedi. Si enim in Christo sumus regenerati, qui nos regenerauit, proprio lacte nutrit, nempe Verbo. Quicquid enim generauit, ei quod generatur, alimentum protinus præbere, est consentaneum. Quemadmodum autem regeneratio ita etiam conuenienter, nutrimentum fuit homini spirituale. Omni ergo ratione nos in omnibus Christo coniungimur, & familiares reddimur, & in cognatione, per sanguinem eius quo redimimur: & in mutua affectione & consensione, per nutritionem quæ ex uerbo efficitur: & in incorruptione, per eius ipsius institutionem, & uitæ agendæ rationem. Aluisse autem, inter homines sæpe affert plura amoris incitamenta, quam procreasse liberos. Idem ergo sanguis & lac, est symbolum ac signum Domini affectionis & doctrine. Vnicuique ergo nostrū, qui infantes sumus, licet Domino gloriari & eloqui: Patre bono, æquè bono me sanguine gloriari esse. Quod autem lac ex sanguine fiat per mutationē, iam quidem est perspicuum: uerū id etiam & ex pecoribus & ex bobus licet cognoscere. Hæc enim animalia tempore anni quod uer uocamus, cum sit id quod ambit humidius, herbaque & pascua sint melioris succi & magis roscida, sanguine prius implentur, ut ex uenarum quæ incuruantur uasorum extensione licet cognoscere: ex sanguine autem lac funditur uerius: contra autem æstate, ab æstu adustus & arefactus sistit sanguis mutationem, & ideo minus mulgentur. Quinetiam lac quoque habet maximè naturalem cum aqua cognationē, quomodo scilicet cum nutrimento spiritali lauacrum spiritale. Qui itaque in prædicto lacte frigida aqua parum exorbert, statim iuuantur: non sinit enim lac acescere, quæ est illi cum aqua societas, dum non per repugnātiā aliquam, sed per coniunctam illi affectionem maturatur. Et quam habet uerbum cum baptismo societatem, eandem habet lac cum aqua conuentionem: hoc enim solum ex humidis suscipit cum aqua mixtionem, recipiens purgationem, quemadmodum baptismus propter remissionem peccatorum. Aptè etiam & appositè melle miscetur, idque rursus propter purgationem, cum dulci nutrimento. Verbum enim benignitate commixtum, simul & animi medetur affectionibus, & expurgat peccata, illudque,

Dulcior & melle emanat fermo.

Mihi uidetur dictum esse de melle. Multis autem in locis Propheta eum extollit super mel & fauum. Porro autem miscetur quoque lac uino dulci: est autem utilis mixtio, ueluti temperata affectione ad incorruptionem. Lac enim à uino serefcit, & scinditur, & quic-

M

ἀφροδίτα,
Venus, aut
coitus,
ἀφροδίτα

1. Cor. 3.

Ibidem.

2. Cor. 3.

Psal. 18.

quid eius est adulterinum, id tãquam per aqueductum educitur. Eodem autẽ modo se habet spiritualis fidei societas in hominem patibilem. Serefcere enim faciens carnales concupiscentias, hominem ad aternitatem contrahit, diuinis immortalẽ efficiens. Sed & multi adipe lactis, quod butyrum vocant, utuntur ad lucernam, multiplicẽ Verbi misericordiam per hoc enigma apertẽ significantes, ut quod solum iurẽ nutriat, & augeat, & infantes illuminet. Propterea enim Scriptura quoque dicit de Domino: Cibarunt eos germina agrorum: suxerunt mel de petra, & oleum ex petra solida: butyrum bouum & lac ouium, cum adipe agnorum, & que sequuntur, dedit eis. Quinetiam predices Propheta pueri generationem: Butyrum, inquit, & mel comeder. ⁵ Mihi autem venit etiam in mẽtem mirari, quomodo audeant quidam se ipsos vocare perfectos & gnosticos, hoc est, cognitione pãditos, plus de se quam Apostolus sentientes, inflati, & exultantes, cum ipse Paulus de se fateatur: Non quod iam acceperim, vel iam perfectus sim: persequor si etiam comprehendam, propter quod & comprehensus sum à Christo. Fratres ego me ipsum nondum existimo comprehendisse. Vnum autem, eorum quã retro sunt obliuiscens, ad ea autem quã antè sunt me extendens, secundum scopum persequor brauium supernã vocationis in Christo Iesu. Et se ipsum quidam perfectum existimat, quod à priore vita sit liberatus: meliorem autem persequitur, non tanquam iam in cognitione perfectus, sed tanquã id quod est perfectum desiderans. Et ideo subiungit: Quicumque ergo perfecti, hoc sentimus: perfectionẽ scilicet dicẽs renunciaisse peccatis, & in fidem eius qui est perfectus esse regeneratos, posteriorum peccatorum oblitos.

COMMENTARIVS IN CAP. VI.

¹ **LICET** autem nobis veluti ex quadam redundanti copia. Erant quidam qui scientia inflati (nam vt dicit Paulus, scientia inflat, charitas vero ædificat) dicebant pueritiam & infantiam, de qua iam diximus, non aliud significare, quã primas disciplinas quibus imbuuntur pueri, Grammaticam scilicet & Rhetoricam, & ceteras. Eos refellit Clemens hoc argumento. Qui Deum nouit est perfectus. Qui autem est baptizatus, Deum nouit. Vnde sequitur quod qui est baptizatus est perfectus. Qui autem est perfectus, primas non discit disciplinas, vt qui ipsam attigerit perfectionem. Ex eo ergo quod dicamur pueri & infantes, non sequitur quod tantum primas discamus disciplinas. Baptizati autem, quos latiniori vocabulo tinctos vocant Tertullianus & Cyprianus, dicuntur etiã regenerati, ex eo quod dixit Christus apud Ioannẽ, baptisimi legem statuens; Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Dicuntur etiam illuminati, quod à Christo qui est lux mundi luce accepta, Dei habeant notitiam perfectam quod sit trinus & vnus. Hoc autem illuminati pro baptizati vocabulo vsus est Diuus Paulus ad Hebræos, dicens; Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, id est baptizati, renouari ad pœnitentiam. Non iteratur enim baptismus, nec post baptismum vlla datur pœnitentia, quã semel omnia deleat peccata. Quoniam autem videbatur dici paulo arrogantius, quod sibi tantam arrogaret perfectionem, vt Deum cognosceret, ad tacitam respondet obiectionem, id sibi licere dicere, quo ipsum vsus est verbum, & quo vti permisit. Ipse certè Christus, vt alia omitam, dicit apud Ioannem; Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Hoc cum dixerit Christus, qui est verbum carne tectum, quod omnem habet potestatem, hoc enim dixit esse liberum, non est, inquit, quod me quisquam reprehendar, quod dicam me Deum nosse. ⁵ Sapientes ergo rogemus. Quomodo ad Christi perfectionem post baptismum à Ioanne susceptum nihil accessit, neque enim quidquam postea didicit, vt qui iam esset perfectus, neque ab vllò cum Deus esset doceri potuit: ita etiam nos in ipso baptismo statim perficimur, neque nobis restat aliquid discendum, vt qui statim illuminemur, in filios adoptemur, perficiamur, & immortales reddamur. ⁶ Multis autem modis vocatur hoc opus. Baptisimi varij sunt effectus, ex quibus varia sortitur nomina. Effectus eius est peccata abstergere, id est ita emundare, vt nulla remeat sordes nec macula, non autem solum radere, vt aliqui volunt hæretici, & ideo dicitur lauacrum; Per lauacrum regenerationis, inquit Paulus ad Titum. Per baptismum ergo tollitur culpa, & ipse, vt loquuntur, reatus. Sed non sola tollitur culpa, verum etiam pœna: & ideo vocatur gratia, quod gratis absque vlla pro peccatis satisfatione, præcedente tantum confessione, si id possint, qui tinguntur, remittantur, nec vllã pœnã luantur. Et hoc est quod dicit Paulus; Gratia saluati estis per fidem: id est, Gratis in baptismo vestra remissa sunt peccata, sed ita demum si fidem habeatis ei qui vobis liberatis à peccatis dat salutem. Alius quoque est effectus, illuminare, mentis inquam illuminare oculos, vt Deum possimus contemplari & cognoscere, & non solum quod sit Deus videre, sed etiam nosse admirabile mysterium Trinitatis. Et ideo Græcè dicitur, ⁷ *φωτισμός*, id est illuminatio: Effectus quoque baptisimi est perficere, seu perfectum reddere. Perfectus autem est qui Deum nouit. Perfectio autem illa, diuina est gratia: diuina autem gratia necesse est, vt sit plena & perfecta, alioqui non est gratia. Perfectio autem illa diuina voluntate datur, cuius tanta est potentia, vt ad id efficiendum aliquo temporis spatio opus non sit. Quomodo enim solo iussu fecit omnia, ita sola gratificandi voluntate, nobis plenam & perfectam dedit gratiam, & cui nihil deest. Ea de causa baptismus dicitur per-

tur perfectum. ⁸ *Accedit is quod liberatio à malis est initium salutis.* Alio probat argumento perfectum eum esse qui est baptizatus. Liberatio, inquit, à malis est initium salutis. Baptisimus enim est liberatio à malis, liberat enim à peccato, & à morte. Est ergo baptismus initium salutis, Initium autem salutis est vita. Qui est autem à morte liberatus, vitã fines attingit. Qui vitã fines attingit, viuit. Qui autem viuit, perfecte viuit: Viuit autem qui est in Christo, cum Christus ipsa sit vita. In Christo autem est, qui est baptizatus. In Christo ergo viuit: In Christo autem est qui verba eius audit, & ei credit qui ipsum misit. Quod qui facit, habet vitam æternam. Hoc verò facit baptizatus: Baptizatus ergo habet vitam æternam. Qui vitam æternam habet, est perfectus: Baptizatus ergo est perfectus. Perfectio autem illa à Dei voluntate proficiscitur, qui vult omnes homines esse saluos. Quomodo autẽ eius volũtas est mũdus; Dixit enim & facta sũt: ita etiã eius voluntas qua vult esse saluos eos qui regenerãtur, est Ecclesia. Ecclesia autẽ dicuntur ij qui sunt vocati, & qui ab eo sunt docti: qui autẽ sunt vocati & ab eo docti, sunt salui, vt qui æterni Seruatoris æternam salutẽ, nempe vitam æternam, didicerint. Tantisper autẽ sunt salui, dum eius sermones audiunt, parendo eius præceptis, fidemque seruant integrã & inuiolatam. Quod si nõ fecerint, non sunt amplius salui, sed sua culpa pereunt: Qui est ergo regeneratus, protinus est saluus. Idem quoque statim est illuminatus tandiu in luce futurus, donec sua culpa redeat ad tenebras. ⁹ *Quemadmodum ergo qui somnum excusserunt.* Dixit superius eos qui sunt regenerati statim esse illuminatos. Vt hoc melius intelligamus, docet quomodo fiat illuminatio. Tenebræ dicuntur, quando obstat aliquod impedimentum, quo minus lux videatur. Eo amoto impedimento statim lux est. Qui autem sunt in peccatis, sunt in tenebris: amotis autem peccatis quã impediunt, ablatis tenebris lux redditur, in baptismo autem absterguntur peccata, quã luci erant impedimento. Hinc baptizati dicuntur illuminati, habent enim lucidum spiritus oculum, qui cum cœlitus defluente sancto Spiritu temperatus, Deum intuetur, & æternam lucem aspicit. Ab hac autem luce quã cernitur, veteres Græci *φωτός*, id est, lucem vocabant hominem. Vnde etiam Paulus tenebras vocauit hominem, qui arcibus peccatis non videt lucem: Lucem autem qui peccatis per baptismum ablatis luce fruitur. Ad ostendendum autem quod regenerati statim illuminentur, adducit elegatẽ similitudinem & eius qui dormit, cui cum somnus fuerit excussus, expergefactus statim vigilat, & eius qui oculorum laborat suffusione, à quo cum pupillã fuerit ablatum quod lucem arceat impedimentum, statim videt. Pulchrum est etiam quod dicit, nostri spiritus & sancti Spiritus, qui è cœlo descendit esse quandam similitudinem & amicitiam, ex qua temperatus nostrã mẽtis oculus æternam videt lucem. Hoc autem non admodum discrepat ab eo quod dicit Plato in Timæo, ideo nos videre quod ignis qui est in nostris oculis, foras emissus iungatur cum igni simili qui occurrit. ¹⁰ *At nondum, inquit, perfectum donum accepit.* Occurrit Clemens obiectioni quã est huiusmodi. Qui fieri potest, vt qui est baptizatus sit perfectus, cum donum non sit perfectũ ante resurrectionem. Ad eam responder Clemens, esse & fidem perfectam, quã est Dei cognitio, qua ad finem impellimur, & finem perfectum, quo id quod fidem promissit assequimur. Non posse autem vtrunque esse simul, nempe anticipationem accessus ad finem, quã est fides, & ipsum accessum ad finem, sicut nec simul esse potest tempus & æuum. Nam in tempus quidem cadit certa motus dimensio: in æuum autem nõ cadit, quod constat firma & stabili duratione æternitatis. Fides autem generatur in tempore, & ideo non est æterna. Quod autem creditibus est promissum, nempe vita æterna, cum in id non cadat ortus & interitus, firmum est stabile & sempiternum. Hinc est quod dicit Paulus. Fidem quidem spem & charitatem nunc manere, tria hæc, postquam autem ex hac vita excefferimus, cum & sint præsentia quã credebantur, nec quã fuerant promissa sperentur cum iam teneantur, fidei & spei non est relictus locus, sed soli charitati. Quo fit vt teste Paulo, maior horum sit charitas. Quod autem dicit ambo circa vnum versari, & vnum circa ambo, significat & fidem & accessum ad finem, vnum & eundem habere scopum, cum sit vtrique & singulis proposita vita æterna. ¹¹ *Ipse autem dominus salutis.* Eos qui sunt regenerati ostendit esse perfectos, ex eo quod dicit Christus eos qui crediderint habere vitam æternam. Vita autem æterna, quã ipsa quoque est nostra requies, est ipse finis, ad quem tẽdimus. Ipsum autem finem iam habere dicimur, cum id quod futurum est, fide anticipamus. Si is autem qui vitam habet æternam, est perfectus, is autem qui credit, habet vitam æternam, is qui credit est perfectus, credit autem is qui est regeneratus. Perfectus ergo est qui est regeneratus. Hęc doctè & sapienter dicit Clemens, qui finem non ignorans esse extremum, propter quem fit aliquid, intelligit eundem intelligentia, & mentis agitatione haberi primum. Hęc autem fides est perfectio doctrinã, vt quã sit Dei cognitio. Ei est adiuncta vitã æternã promissio, à qua nõ potest excidere qui credit, credit autem qui suam fidem bonis, & fide dignis ostendit actionibus. Ne de futura autem hæreditate, quã est vita æterna, & nostra requies dubitetur, signati sunt qui crediderũt spiritu promissionis sancto, qui est arra nostrã hæreditatis. Data illa arra, aded certi sunt de vita æterna & requie sempiterna, vt eam non possint amittere, nisi sua culpa exciderint ab eius possessione ante resurrectionem, in qua re ipsa exhibetur ac representatur quod fide credebatur, & spe expectabatur. Quod autem dicit Clemens salutis esse æqualitatem, ita est intelligendum, omnibus quidem qui crediderint dari vitam æternam, & requiem sempiternam: sed non ex hoc est inferendum, non esse eorum qui salutem consequuntur varios gradus, cum dicat Christus, in domo patris sui multas esse mansiones, & disertis verbis scribat Paulus stellam à stella differre in claritate. ¹² *Quemadmodum ergo imperitia peritua soluitur.* Cõtraria non possunt esse in vno & eodem subiecto. Hinc est vulgata illa apud medicos sententia, quod contraria curentur contrariis. Hinc etiam virtutes & vitia se inter se expellunt, nec potest vnum cum altero consistere. Nec peritua simul esse potest cum imperitia, nec ignoratio simul cum scientia & cognitione. Cognitionis autem est illuminatio: ignoratio verò sunt tenebræ, per quas in peccata incidimus, vt qui veritatem non cernamus. Non enim alia de causa peccamus, quã quod aberramus: aberramus autem quod à veritate declinamus. Hinc fit vt hallucinemur: Agnita autem veritate non hallucinamur amplius, & ideo non amplius erramus nec peccamus. Tenebræ ergo quã sunt veritatis ignoratio, efficiunt vt erremus, & specie boni fallamur & peccemus. Et ignorantis quidem, non autẽ inuiti peccamus. Peccatum autem non esset, nisi esset voluntarium. Nec peccaremus

nisi quod est prauum, rectum esse putaremus, & quod videtur esse vtile, & iucundum existimaremus esse bonum, cum re vera nullum sit bonum nisi virtus & quod geritur ex virtute, quodque à Dei voluntate, & præceptis non dissidet. Has ignorantis tenebras propulsat cognitio, quæ est quæ in baptismo datur illuminatio. In eodem autem baptismo soluantur vincula peccatorum, quæ ita sunt inter se connexa, vt Esaias non immeritò ea vocat colligationes. Dissolue, inquit, colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Soluantur autem peccatorum vincula in baptismo, & fide humana, & diuina gratia. Fidem autem dicit humanam. Nam etsi à Deo detur vt credamus, & ideo fides sit donum Dei, fides tamen non est nisi assentiamur. Quamuis autem credamus, & sine fide non remittantur peccata, cum tamen non remittantur, nisi vel ab ipso Deo, vel autoritate ab ipso homini mandata & delegata, remissio peccati merito dicitur fieri diuina gratia. Celerrime autem dicit remitti, cum in baptismo simul remittatur culpa & pœna, nec finit expectanda longa tempora satisfactionis. Simulatque ergo sumus baptizati, Deum cognoscimus, veritatē intelligimus, & ita immutatur vt non sumus amplius mali, nec in nobis quidquam remaneat quod habeat vllam peccati rationem. Hinc est quod dicimur veterem exuillē hominem, & nouum induisse. Non sunt enim amplius iidem mores, qui erant antequam lauaremur. Quoniam autem peccata sunt morbi animæ, baptismum quo ea curantur Pœonium vocat medicamentum. Verbalem autem vocat, id est Christi, qui est verbum Dei, baptismum, vt distinguatur à baptismo Ioannis, qui erat ad baptismum Christi veluti quædam præparatio suadens pœnitentiam: baptismus autem Christi omnia simul delet peccata. Quoniam autem cognitio vna oritur. Cognitio Dei, quæ idem est quod fides, discitur in baptismo. Nam ante baptismum sumus rudes & ignari, & quamuis ante eum in fide instituiamur, seu, vt verbo vsitato vtamur, catechizemur, ante eum tamen non sumus Discipuli. Non potest ergo dici certum tempus quo Dei cognitionem & fidem discimus. Non est enim ea disciplina quæ discitur processu temporis. Nam Catechesis quidem quæ est veluti quædam præparatio, nos ad fidem quidem ducit, sed fidem non docet. Fides enim cum baptismo docetur à sancto Spiritu. Diui quoque Pauli testimonio probat nobis ex æquo dari & communicari vnam & eandem fidem quæ dat salutem, ex eo quod iustificet, & priusquam veniret fides quæ datur in baptismo, legem fuisse nostrum in Christo Pædagogum, sed eiusmodi Pædagogum qui nos minis & terroribus contineret in officio. Postquam autem venisset fides, legem non amplius nostrum esse Pædagogum, sed Christum, qui non minis & terroribus, sed à libero arbitrio procedentibus operationibus nos vocet ad salutē. Sunt enim spontanea, & nō coacta quæ à Christi Discipulis fiunt opera. *Deinde subiunxit vocem.* Autoritate Diui Pauli probat inter Christi discipulos nullam esse, nec nationum, nec conditionum, nec ætatum, nec sexuum distinctionem, nec vllam personarum acceptionem. Omnes enim illos esse per fidem Dei filios, & cum omnes vnum sint in Christo, vnam constituere Ecclesiam, quæ est corpus Christi, cuius caput est Christus, vnam & eandem esse omnium cognitionem, vnos & eosdem mores, vnam & eandem esse spirituales escam, & potum mysticum, nempe verum Christi corpus & verum sanguinem sub symbolis panis & vini. Qui autem in Christo sunt baptizati, ideo dicuntur Christum induisse, quod sicut vestimenta, & æstus & frigoris & omnes denique aëris arcent iniurias, ita Christus quoque cuius baptismo tincti sumus, nos protegit ab omnibus malis & nocuentis, neque finit nos obrui ab impetu Dæmonis. Quod autem attinet ad cognitionem, non sunt alij quidem scientes & spirituales, alij verò animales, sed carnalibus depositis cum concupiscentiis, sunt omnes apud Dominum æquales & spirituales. In hoc enim consistit Dei cognitio & fides, quam discimus in baptismo, quod qui Christum induerunt, id est qui sunt Christi, non sunt amplius animales seu carnales, sed spirituales. Quinam autem sunt animales seu carnales, & quinam spirituales, facile disci potest ex operibus carnis & spiritus, quæ recenset Paulus in epistola ad Galatas, cuius quintum caput ita concludit; Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis. Quod autem animales iidem sunt qui carnales, non est mirum. Carnales enim sunt qui solum carnem suam curant, de iis quæ ad spiritum pertinent minime solliciti. Iidem quoque sunt animales, quod animæ non maiorem curam gerant, quam quantum postulet præsentis vitæ ratio, & studium alendi corporis. Spirituales autem nec animæ qua viuimus, nec corporis, id est sui domicilij, maiorem curam gerunt, quam quantum satis sit ad vitam præsentem transigendam, omnem suam cogitationem interim desigentes in purissimum illum spiritum, atque adeò patrem spirituum, nempe Deum, ad quem allidè suspirantes aspirant. *Necque verò absurdum fuerit.* Videnam acceperit Clemens hanc spiritus percolationem nihil alium asserere, suspicor tamen accepisse vel à Pythagora, vel à Pythagoreis qui constituentes *μετεμψύχουσι*, seu animarum transmigrationem in varia animantium corpora, erant in hac sententia vt existimarent animam cum multis defuncta esset generationibus, tandem suæ primæ, nempe cœlestis recordari originis. Meliora itaque nempe cœlestia in memoriam reuocans, deteriorum quæ diu est experta mota pœnitentia, ad cœlos reuertitur. Hanc meliorum recordationem, & à deterioribus per pœnitentiam separationem, vocabant, vt dicit Clemens, spiritus percolationem. Nam per percolationem separantur meliora à deterioribus. Hoc ipsum didicit vsu venire in baptismo. Nostrorum enim peccatorum moti pœnitentia, eis eorumque autori Satanæ renunciantes, & à deterioribus ad meliora conuersi, ad patrem nostrum qui est in cœlis recurrimus, lucem & vitam æternam desiderantes. *De hac re testimonium feret ipse Apostolus.* Quod sit infans qui est in lege, & vir qui est in Christo ostendit alio Pauli testimonio. Sciendum est autem quod hæres dicitur, & is qui est in lege, & is qui est in Christo. Sed qui est in lege, tanquam infans aut puer qui regitur à tutoribus & curatoribus. Nam etiam iure ciuili Romanorum, puer sibi delatam nō prius libere administrat hæreditatē, quam vir factus fuerit, & ad viginti quinque annorū ætatem peruenerit. Qui est autem in Christo, est tanquā vir. Vir autē, nempe is qui est maior viginti quinque annis habet liberā hæreditatis administrationem. Quantumcunque autē sit hæres infans aut puer, etiam si se gerat pro hærede, is tamen retinetur & legum & tutorum repagulis, vt seruus potius videatur, quam filius aut hæres. Multū enim ei deest qui liberā non habet hæreditatis administrationē. Qui est autē vir & maior ætate, cum sit filius & hæres, liberè administrans,

Es. 58.

Gal. 3.

Gal. 5.

Hebr. 12.

nistrans, ei nihil deest. Est ergo infans & puer, is qui est in lege: vir autem is qui est in Christo. Ad hæc accedit, quod ne hæres quidem esset infans qui est sub lege, nisi virilem expectaret ætatem, & ipsam hereditatem haberet à viro, id est à Christo confirmatam, quam ipse suo sanguine illi acquisiuit. Quo fit vt non sit hæres nisi per Christum, & eius venturi fidei protestationem. Est ergo puer & infans Iudæus, si lex vetus cum lege Christi conferatur. Habet autem lex quoque Christi suam infantiam & pueritiam, quæ est lege veteri quacunque ratione perfectior. Quare si infantia vel pueritia de lege accipiatur, ea adeo cedit legi Christi, vt infans sit Iudæus, vir autem Christi discipulus. Sin autem pueritia vel infantia accipiatur in Christo, ea longè exuperat quantumvis magnam veteris legis perfectionem. *Est præterea interpretandum id quoque quod ab Apostolo dictum est.* Ei quod ante dixerat de infantia in Christo, quod sit perfectio, videbatur ob stare quod est apud Paulū in Epist. i. ad Corinthios, Lac vobis potū dedi tāquam infantibus in Christo, non cibum, & c. Hoc vt ostendat nihil ob stare, ostendit aliter interpretandum quam ipse verborum contextus præ se ferat: ita enim esse subdistingendum vt dicatur; Lac vobis potum dedi in Christo, tanquam infantibus. Lac enim non arguere imperfectionem, quod sit purissimum & perfectissimum alimentum manans ex vberibus, maxime cum Hebræis à Deo sit promissa terra fluens lacte & melle, nihil autem imperfectum eis tot laboribus perfunctis promissum fuit in quiete, quam tot annos expectauerant. Significat ergo Paulus se eos catechizantem seu instituentem, simplici, puro, & spirituali verbi alimento eos pauisse. Lac enim allegoricè significat Verbum, quod vt est Alpha & ω, id est principium & finis, ita viris bonis & iustis datur, & in ipso principio institutionis, & in fine, nempe in ipsa requie, quæ expectatur post tot huius mundi labores & afflictiones. Quod autem viris bonis & iustis lac conueniat, tanquam eorum proprius cibus, probat etiam Homeri Poëtæ testimonio, qui viros bonos & iustos appellat *γαλακτοφάγους*. Eius certè sunt hi duo versus in N. Iliados:

*Μυσὸν τ' ἀρχιμάχων καὶ ἀγαθῶν ἰασημοχῶν.
Γαλακτοφάγον, ἀβίωντι, δικαιοδῶτων ἀνδράπων.
Τὸς γαλακτοφάγους.*

Id est, eos qui lacte vescuntur, non satis habet vocare *δικαίους*, id est iustos, sed etiam vocat *δικαιοδῶτας*, id est iustissimos. *Quæ circa dicit etiam, Lac vobis, inquit, potum dedi.* Iam ostendit ex lactis vocabulo non significari imperfectionem: nunc autem ostendit, nec hoc quoque significari per hoc quod dicit; Potum dedi. Bibere enim est perfectiorum, sugere autem infantium. Dicens autem Paulus, Lac potum dedi, significat se dedisse cognitionem per catechesim, quæ nutrit ad vitam æternam. Cognitionem, inquam, veritatis quæ est in verbo latitia, lac autem est verbum in sensu allegorico. Cognitio autem illa quæ datur in catechesi, tum demum est perfecta, quando per baptismum datur illuminatio, vt dixit antea. Quod autem bibere significet perfectionem, hoc maxime arguit, quod potus sit symbolum perfectæ Christi participationis in sacramento Eucharistiæ. Nam cum Christus dixerit suum sanguinem esse verum potum: non est autem verus potus nisi verè bibatur: non bibit autem nisi qui est perfectus: potus qui bibitur, arguit perfectionem. Quod quidem ita esse ex hoc est perspicuum, quod catechesi primum instituendus est ad fidem, qui vult esse fidelis: deinde verò suscepto baptismo initiatus, aptus est ad mysticam Christi cenā, in qua sub symbolis panis & vini verum Christi corpus verè comeditur, & verus sanguis verè bibitur. *Quod autem deinceps subiungitur.* Cibus ille quem Paulus dicit se eis non dedisse, quoniam nec tunc potuerit, nec nunc possint, variè exponitur à Clemente, nempe quod & significet euidenter Verbi & eius gloriæ reuelationem, quæ futura est post nostrum hunc excessum, quæ cum nec ex disciplinis, nec ab humana disci possit sapientia, & vni tantum sit reuelata, nempe Paulo qui raptus est vsque ad tertium cœlum, quam etiam iustus est silentio tegere, frustra existimatur hic cibus arcanas significare disciplinas. Potest etiam ita accipi hic cibus, vt sicut lac Verbum significet: sed lac quidem, vt quod sit diffusum, Verbum prædicatum: Cibus autem, vt qui sit compressus, Verbum fide comprehensum. Fides enim solido cibo assimilatur, vt quæ à catechesi sit coacta, & veluti ad fundamentum reducta: est enim Fides fundamentum nostræ salutis. Hoc autem alimentum dicit significari per corporis & sanguinis historiam, si ea ducatur ad allegoriam. Quomodo enim in corpore Christi est caro & sanguis, quo tanquam alimento nutritur Ecclesia, ita etiam in corpore Christi, nempe Ecclesia, cuius caput est Christus, & est corpus seu caro, nempe fides, est & sanguis seu anima, nempe spes, quæ ita sunt inter se coniuncta, vt alterum ab altero nequeat separari. Nam si non sit fides, spes non potest consistere, & si spes deficiat, deficit vitalis facultas fidei. Per hoc, nempe fidei & spei alimentum, alitur & crescit Ecclesia. Pastores autem Ecclesiæ, sicut sacramentorum, ita etiam fidei & spei sunt dispensatores & ministri. Princeps autem pastorum est ipse Christus Dominus. *Sanguis enim inuenitur primum genitus in homine.* Quod non solus cibus spirituales significet cognitiones, sed lac quoque, ex hoc probat, quod lactis & carnis vna & eadem sit essentia, nempe sanguis, licet eorum diuersa sint qualitates. Et dicit sanguinem quidem primum inueniri genitum in homine, quem nonnulli ausi sunt dicere essentiam animæ. Empedocles quidem certè, teste Cicerone in r. Tusculana, non solum dicebat sanguinem esse essentiam animæ, sed ipsam animam esse corde suffusum sanguinem. Cui congruenter cecinit Virgilius Purpuream vomit ille animam, sanguinem intelligens. Sacræ quoque literæ non sanguinem quidem dicunt esse animam, sed sanguinem esse ipsius vitæ sedem. Moses enim in Leuitico disertis verbis dicit; In sanguine animalis est anima eius. Ex ipso autem bene concocto semen efficitur, ex quo viuens & animal generatur. Galenus huius rei testis est locupletissimus, qui semen dicit nihil esse aliud, quàm sanguinem in venis quæ ipsum continent exquisitè confectum. Cum ergo semen ex quo generatur anima, sit sanguis exquisitè concoctus & confectus, ex quo sequitur quod sanguis sit prior semine, meritò dicit Clemens sanguinem inueniri primum esse genitum in homine. Hic ipse sanguis, cum mulier conceperit, naturali quadam pietate providente ne remaneat infans absque nutrimento, mutatur & lac efficitur. Mutatur autem & album redditur, vi mamillarum apud quas deponitur, & glandularum ruborem verrentium in candorem, & nimium sanguineum calorem refrigerantium, & vt ab infante commodè possit edocui efficientium. Hanc

Leuit. 17.

Galen. 2. de semine.

I N D E X.

Vino immodico lingua præpeditur 186,10
Vinorum extremorum deportatio nocet 193,40
Vinum quid allegoricè 132,50
Vinum est terræ sanguis 710,40
Vinum est omnium humidorum calidissimū 185,10
Vinum est mentis speculum 192,10
Vinum Arethufium 188,1
Vinum Chium optimum ibid.
Vinum Creticum suaue 188,10
Vinum cor superbiorum probat 186,60
Vinum cur fugiendum 185,1
Vinum cur interdicti debeat pueris & puellis 185,10
Vinum cuiuslibet regionis est optimum habitatoribus 188,10
Vinum facit stultos ridere 204,30
Vinum hominis ingenium ostendit 192,10
Vinum Lesbium bene spirans 188,10
Vinum maximè accedit ad naturā sanguinis 193,10
Vinum Mendesium quale 188,10
Vinum miscere aqua plurima optimum est 186,1
Vinum mysticum quodnam sit 193,20
Vinum Naxium quale 188,10
Vinum prouocat ad libidinem 185,10
Vinum si nimium poterit, est res mala 621,20
Vinum Syracusium dulce 188,10
Vinum Thasium odoriferum ibid.
Violarum odor grauedinè capitis cōprimit 214,10
Vir quis dicatur 136,60
Vir bonus nunquam laborat inopia 267,10
Virga Iacob styracina 272,10
Viri appellatione quod perfectum est appellatur 120,10
Viri vnde dicti 92,50
Viri boni non natura, sed disciplina fiunt 313,30
Viri cum mulieribus lauari non debent 263,60
Viri se colere non debent 255,1
Virorum bonorum sunt omnia 108,20
contra Viros qui se colunt 255,1
Virtus data est diuinitus 588,50
Virtus sita est in nostra potestate 138,40
Virtus verbi est spiritus 184,50
Virtus vbi habitat 506,30
Virtus non paret alterius dominio 615,10
Virtute præditi natura non nascimur pro Virtute mors obeunda ante Virtutem cur sudor positus ad Virtutem longa est via ibid.
Virtutes sunt inter se coniunctæ 410,10
Virtutes sunt animi ornamenta 247,10
Virtutes theologicæ tres, fides, spes, & charitas 66,40
Virus hebetatur vino immodico 186,10
Vita vera quænam sit 102,20
Vita an morte fortior 634,1
Vita Christianorum quænam sit 170,30
Vita Hebræorum frugalis 184,10
Vita in sanguine maxime consistit 193,10
Vita nulla molestiis caret 622,60
Vita talis est qualis est sermo 462,20
Vita genus quodnam sit eligendum 461,20
Vita genus quodnam præstantissimum 164,40
Vita optimæ compendiosa pertractatio 273,20
Vita optimæ pertractatio breuis 286,40
Vita tres in anima vna 9,1
Vitam prolixam quænam faciant 185,60
Viri duo sunt genera 399,10
Vitiū vnde fiat 729,20
Vitiū est res feruilis 398,10
Viucere quid sit 171,40
Viucere non possumus absque quatuor elementis 402,20
Viucere homini quousque bene sit 634,1
Viui sint ne plures quàm mortui 633,50
Viuiamus, non vt comedamus: sed comedimus, vt viuamus 171,30
Vlcisci quid sit 154,10
Vltio quid sit 151,40
Vlysses lectum Nymphæ reparat 221,1
Vnguenta generosos mores effæminant 212,40
Vnguenta non debemus olere, sed vitæ probitatem 212,20
Vnguentorum vsus non est necessarius 210,60
Vnguentorum luxus apud mulieres veteres 217,1
Vnguentis cur vtamur 213,10
Vnguentis vultures moriuntur 212,20
Vnguentis & coronis an sit vtendum 210,50
Vngulæ fissæ & duplices quid significant 577,40
Vnio vbi nascatur 246,10
Vniuersitatem pendere ex lite & amicitia 504,60
Vocationis Gentium causa 405,30
Voluntas Dei quid sit 497,60
Voluntas Dei est vna in vna identitate 679,50
Voluntas est vna & eadem Patris & Filij 730
Voluntas legis tribus modis est accipienda 380,60
Voluntates duæ in Christo 113,20
Voluptas carnis non est necessaria 434,10
à Voluptate morbi & dolores oriuntur 183,50
Voluptates corporeæ cur cæno assimilantur 87,40
Voluptatis stultæ finis 308,60
in Voce modestum esse quid sit 206,20
in Voce tria versantur 762,60
cum Voce cur Pythagorei vellent precari 548,30
Vox quid sit 42,30
Vorax nihil aliud quam bucca 799,20
Vox moderanda 208,40
Vtilitatis sunt tres modi 685,10
Vtres dicuntur homines 811,60
Vulcanus claudus & faber 33,20
Vulcanus è cælo cecidit in Lemnum 195,40
Vulpes quid significant 498,40
Vulsi dicuntur molles & effæminati 258,40
Vultures absque coitu pariunt 20,40
Vultures vnguenta respuunt 212,20
Vxor est necessaria adiutrix 444,40
Vxor an ducenda, & cui, & quando 421,50. & seq.
Vxor Loth cur versa in statuam salis 95,50
cum Vxore grauida non est coeundum 236,1
Vxorem amare, quasi adulteram, nihil fædius est 237,60
Vxorem cur Christus non duxerit 464,20
Vxores plures an liceat ducere 473,60
Vxores non sunt osculanda coram famulis 286,40
Vxores non ducentibus, pœna imposita 444,60
Vxores qui dixerunt debere esse communes 449,10. & 450,40
Vxoris Aeneæ honestas 280,10
Z
XANTHVS historicus 450,40. & 452,10
Xanthus Lydius quando regnauerit 360,30
Xenocrates Carthaginensis 593,50
Xenocrates planetas deos esse existimabat 72,1
Xenophontis de Deo sententia 70,30
Xiphodres interpretator subtilis 575,10
Xistis vestis tragica 240,10
Xysti

I N D E X.

Xisti sententia de adulteris 237,60
Xistides quid Y 222,40
Y B P I S quid proprie 236,1
Υ Π Ο Δ Υ Μ Α quid sit 242,20
Υ Π Ο Ρ Χ Α Ι Σ quid, & à quo inuenta 336,60
Υ ς vnde dicatur 431,1
Z A C C H A E V S princeps publicanorum an fuerit Matthias Apostolus 503,50
Zacharias propheta tempore Darij prophetauit 357,20
Zagraus vnde deriuetur 23,40
Zaleucus Locrus à Minerva leges accepit 379,1
Zaleucus Locrus leges primus tulit 337,10
Zamolxis familiaris Pythagoræ 508,20
Zaps quid significet 576,10
Zaspiætor insignis 620,10
Zeno Cittæus quo pacto effingi volebat adolescentulæ imaginem 278,40

Index Auctorum qui in collectaneis citantur & illustrantur.

Anastasius in quæstionib. in scripturam 802, a 1, b 40. 827, a 10. 829, a 1, 30. 830, b 30
Apostolicæ constitut. 802, b 40
Arnobius 770, a 40, b 50, 59. 771, a 60, b 40. 772, a 30, 60. 773, b 30. 774, b 1, 30
Arhanasius ad Antiochum 829, b 1
Athenæ 778, a 40. 780, a 20, 50. 787, b 60. 788, a 50. 823, b 30
Basilius in Prouerb. 803, a 40. ad iuuenes 791, b 40. reg. breu. 787, b 1. in Esaiam 786, b 1. 820, a 30
Chrysothomus in Genesin 777, a 1. 778, b 1. in Psal. 778, b 10. 782, b 20. 790, a 40. 791, b 60. 810, a 1. 816, a 40. 825, a 1. 826, a 40. in Iob. 813, a 30. in Mathæum 828, b 60. ad Hebræos 789, b 50
Cicero 774, b 40. 775, a 10. 780, a 10. 824, a 10. 825, a 60
Cyprianus 786, a 30. 787, a 30, b 20. 788, b 30
Cyrillus Alex. in Iulianum 804, b 50. 815, b 10. 828, a 10
Epiphanius 769, b 30. 802, b 60. 806, b 10, 30, 40. 807, b 1
Erasmi Prouerb. 772, b 10. Efdra liber 4. 809, b 40
Euripides 775, b 40
Eulebius Præparat. Euang. lib. 2. 769, b 1. 770, b 30. 773, b 30. lib. 3. 774, a 20, b 4. 773, a 60, b 10. 794, b 60. 796, a 50. 797, a 1. 798, b 10. 823, b 60. lib. 13. 771, b 10. 815, b 60. 817, a 10, 20. 819, b 30. 820, a 1, 30. lib. 14. 817, b 10. lib. 15. 813, a 20. Demonstrat. Euang. 779, a 30. 809, a 10. Chronic. 797, a 1, b 20. 800, a 40, 60. 811, a 1. 802, b 30. 825, b 40. Hystor. Eccles. 808, a 50. 809, a 10
Firmicus de errore profan. relig. 770, a 10, b 20. 771, b 20. 772, a 20. 774, b 1. 776, b 10
Gregorius Nazianz. 815, a 40. Gregorius Turon. 801, b 30
Heliodus 776, a 30. Helychus 813, a 10. 827, b 60
Hieronymus in Iouin. 774, b 50. in Ezechiel. 786, b 1. 791, b 40. in Esaiam 809, b 20
Homerus 776, a 10, b 30. 801, b 30
Iulianus de Monarch. 775, b 1, 20. 816, a 10. 819, a 10. Exhortat. 816, b 20. Apolog. 821, a 30

E R R A T A.

Cum ante excessisset è viuis doctissimus vir Gentianus Heruerus, quàm relegere suos omnes commentarios potuisset, eo factum est vt in corrigendis amanuensium eius quorundam erroribus multo nobis labores fuerint exantlandi, & nos tamen hæc effugerint quæ lectoris secundæ curæ resarciunt.
Pag. 5, 34. Eunomum, simul. & 27. πορορικόν. 9, 39. εμείσοιο. 17, 23. puerileque. 20, 23. à δρς. 21, 2. qui m. f. belluina. 25, 45. ἀνε- 5 ελπία. 32, 23. oraculis Sib 33, 30. Bocotius. 37, 53. τυμωύουον. 54. χαλύβιν. 43, 17. Argynni. 46, 6. dele cuius est titulus Iphigénia in T. 47, 29. Agelarche. 48, 49. ερος. 49, 43. dicit Dairas & 54, 41. λίθου. 48, 61. 67. Pellæ nar. 75, 25. & aneas, & ligneus. 42. Mufæc. 78, 31. vniuersum. 89, 27. olympius. 118, 63. περὶ σοφίας. 133, 63. emanabat. 39. eque bono. 137, 23. γλακτοφάγαν. 140, 65. εἶον. 145, 41. vectores. 150, 50. bene sit. 163, 43. reprehendere. 171, 64. Medicū. 178, 59. & ἡπια. 179, 57. τὸ δὲ ἐχέιν. 195, 60. Thericla: 196, 35. fab- 6 ricabantur. 55. pelles caprinæ. 244, 34. Tryphema. 247, 47. καὶ εὐπία. 257, 39. enim fas. 259, 49. Gynides. 262, 13. vitæ fterc. 278, 4. inquit, furt. 288, 31. offeratis, inanes, incensum. 330, 11. sponde. 358. Xenophanes 331, 15. & Melancomæ. 336, 13. quadrirēmē. 338, 46. Choroebū. 351, 50. Triopæ. 61. Eumolpi. 62. Ionis 352, 1. mētis T. 356, 52. eo lecto. 361, 24. Mātus. 364, 61. reuolutionē. 381, 1. Myconus. 34. expositione. 419, 31. σύνταξις. 430, 3. insipientiū. 440, 49. Archidemus. 462, 41. adde sicut ἢ qui bilem dicunt γλυκίαν id est, dulcem. 483, 4. 2. in margine δούπη. 487, 13. Encratitarum. 497, 23. opes Homine. 506, 14. Non Iuppiter. 513, 11. Porfena. 548, 64. μὴ δὲ ἔχοντες. 65. θεοεικέλους. 565, 51. sedata. 571, 64. Diis dedicantes. 607, 42. vret furens. 613, 10. τὸ δὲ ἔσπον. 11. ἀνούσι τες. 640, 53. ἐπιφθόνος id est. 681, 25. filij, est minister. 704, 1. Quiddam. 52. Oreste quis te. 703, 64. Nam cum femora. 707, 19. fieri argu- 33. generis cum acre. 708, 27. neutiquā hæc fierent. 740, 34. præter eos. 769, b 20. Mazius. 772, a 50. πᾶσι. 777, b 5. scribe βυ πολὺν 785, b 11. verterat, sponx. 783, a 28. γλακτοφάγος. 792, b 10. potest. 802, a 13. ἐξ ἀκεχαισποῦ. 811, b 40. Beati inquit 828, a 6. verte igitur. 35. διαπραπίσσι. P. 51, 4. post illa verba, mortem contemnere, adde ommissa ab amanuensi interpretis, Beati inquit, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur, vel vt nonnulli, qui Euangelia transponunt, Beati inquit, quos, &c. 578, 50. fructuumque perceptiones, καρπίσσει colapho impacto manumittebantur serui apud Romanos, de qua re vide P. Leopardum l. 6. c. 9. Emendat. & manifestiones verte.

Arist. lib. de gener. animalium. Hieron. 2. aduersus Iovinianum.

autem mutationem seu rubri in album conuersionem dicit fieri naturali concoctione. Fit autem glandulis quæ mammis adiacent, in colorem sibi similem rubrum transmutantibus. Quod ut sit probabilius & credibilis, statuit & carnem & lac esse sanguinem. Caro enim nihil est aliud quam sanguis condensatus, ut vult Aristoteles, & ipsius carnis id quod est humidius est sanguis, & sanguis est quædam caro humida, & sanguinis id quod est suauius & subtilius est lac. Vnde & Charemon apud Diuum Hieronymum scribit veteres Ægyptiorum Sacerdotes abstinuisse ab ouis & lacte: ab ouis quidem, quod sint carnes liquida, à lacte, quod sit sanguis. Quid sit autem sanguis qui uolet videre, legat Galeni secundum de naturalibus facultatibus. Quamuis autem dici possit sanguinem quidem eandem esse & carnis & lactis materiam, non esse autem eandem vtriusque essentiam cum forma sit diuersa: eandem tamen dicit Clemens esse vtriusque essentiam, non externam attendens formam, cuius mutantur qualitates, sed internam, quæ non suscipit vllam qualitatum mutationem, quo modo externa quidem forma hominis quæ cadit sub aspectu sæpe mutat qualitates, interna autem, quæ est ratio, nullam suscipit mutationem. Quomodo enim ergo mutetur sanguis, & si concresecat quidem & condenseatur, sit caro: si autem è rubro in album mutetur sit lac, mutantur quidem qualitates, sed manet eadem essentia sanguinis. Quod si quaeratur cum sit eadem essentia carnis & lactis, quænam sit horum materia, in promptu licet respondere, humor. Est enim humor fluxilis ac liquida quædam substantia, in quam alimenta actione naturæ transmutantur, ut vult Auicenna. Sed nec est absurdum, nec alienum, si dicatur eum essentiam accipere pro materia, quæ variè mutans qualitates, varias quoque formas suscipit manans eadem. Quod autem dicit efflorescere & senescere sanguinem, metaphorice significat album fieri sanguinem, & ita fieri lac quod est alimentum infanti conueniens. Quod autem in Græco exemplari legitur αὐτὸς τὸ ἀπὸ τοῦ πύθου, quod ueteramus, ut sit infans absque metu, suspicor esse legendum, ἄλλο τὸ μὴ ἀπὸ τοῦ πύθου, quod etiam puto uertendum; ne infans careat alimento. Deinde ostendit quisnam sit is sanguis qui factu in lucem edito fluit ad mammæ, ut in lac conuersus eum nutriat. Dicit autem eum esse vel sanguinem quo alebatur infans, ad eum nullum per umbilicum matris: vel sanguinem menstruum, qui post partum mulieris, consuetum amittit cursum, à Deo generationis autore amandari ad vbera iam turgentia. Abscissa enim secundina, quam vas vocat, quo per matris umbilicum deferebatur alimentum ad infantem, ita obstruitur meatus, ut cum eo non possit exire, ad vbera se conferat, & ad ea abundè affluens efficiat ut turgeant, ruber esse desinens, & uenis quæ sunt circa mammæ & glandulis assimilatus, ingreditur cauernas vberum. Ita enim uocat illa lactis receptacula quæ sunt in mammis, quas ut alatur exugit infans. Ut autem melius intelligatur quomodo sanguis in lacte efficiendo albescat, id ostendit aliquot similitudinibus. Prima est sanguinis in pus mutatio quæ fit in vlcibus. Fit autem pus quando humor in partem inflammata decumbens, & per inania eius spatia diffusus, oclusis vndique meatibus perspiratione intercepta computrescit. Est autem pus optimum, quod est optime concoctum, quod licet intelligere ex eo quod sit lene, album & æquale. Hæc autem ut non discrepet similitudo, statuedum est, ut pus, ita etiam lac album fieri concoctione. Alia duæ sunt similitudines, nempe & maris ventis agitati, quod salis spumas expuit, & humorum, qui magno impetu fluentes, à circumfuso aëris spiritu lancinati ac discepti, spumam emittunt cum murmure. Ita etiam uenis mamillarum apertis in conceptione, dum per eas transfunditur sanguis in quem incurrit atque ad eum intercipit ex proximis arteriis excurrès spiritus, sanguis qui prius rubebat, albescit instar spumæ, & mutatus non amplius dicitur sanguis, sed lac. In his autem consistit similitudo, quod ut in illis per vnda impetum & irruptionem spiritus oritur spuma, ita in mammæ affluentem sanguine qui interruptitur & intercipitur à spiritu excurrente ex proximis arteriis, generatur candor spumæ non dissimilis. Generatur autem spuma vel ex spiritu humorem intercipientem & interruptente, vel ex nimia caloris redundantia. Aliam etiam affert similitudinem, nempe sputi, quod albescit, dum humor qui in os nostrum profluit, spiritu interruptitur & intercipitur. Potuit etiam aliam afferre similitudinem, nempe feminis quod ex omnibus corporis partibus excretum, & per vasa feminaria ad testes vsque delatum, spiritu interceptione, & nimia caloris abundantia spumescit & albescit. Quod autem dicit Clemens, Poetas dicere mare ventorum insultibus concitum, spumas salis expuere, sumpsit ex eo quod scribit Homerus in iiii. Rhapsodia Iliadis:

Κυρτὸν ἐὼν κερυφῶσαι, ἀποπνίξαι δὲ ἀλὸς ἀγέλω.

id est,

Incurua assurgit, spumam ex salis expuit vnda.

Quam est ergo absurdum. Ex iis quæ dixit, concludit esse absurdum, si quis non fateatur in lacte conficiendo mutari sanguinem non in essentia, sed in qualitate, & non esse lac simile spirituali alimento, quod est spirituales cognitio. Vtriusque autem alimenti inter se conferens excellentiam, vtrumque dicit à Deo elaborari, & manna appellari, sicut id quod olim cælitus demissum est Hebræis: nutrices quidem certè adhuc suo tempore manna vocasse id lactis, quod primum bibendum effunditur. Lac nutrit, lac est dulce, lac est candidum. Spirituale quoque alimentum, est dulce propter gratiam, nutrit ut quod sit vita, est enim Christus Via, Veritas, & Vita, & est candidum, tanquam dies Christi illuminans oculos. *Omiraclum mysticum.* Merito exclamat Clemens; O miraculum mysticum. Sunt enim omnia quæ hic dicit mirabilia & stupenda, & plane arcana, ut quæ sola fide sint cognita fidelibus. Vnus Pater, vnus Filius, vnus Spiritus sanctus. Vna Ecclesia quæ est mater & virgo. Ea, ut quæ sit virgo non mulier, est enim sancta & incorrupta, lac non habet. Accerit tamen nouum populum, ut eum lacte alat. Lac autem quo eum alit, est ipsum Christi corpus, & Christi sanguis, quem licet in mysterio, verumtamen verè bibit, & est hoc lac quo alitur totus Christus, siue comedatur, siue bibatur. Quod si corpore & sanguine Christi alitur, verbo quoque alatur necesse est. A carne enim Christi & sanguine non potest verbum separari. Quod autem Christi carnem & sanguinem lac appellat, non est mirum. Nam ut diximus superius, & caro est sanguis condensatus, & lac est sanguinis essentia. Nouus autem de quo loquitur populus, est Ecclesia, seu cætus fidelium, quem Christus Dominus carnis suæ labore peperit, ut eum sibi acquireret tot & tam graues labores & dolores in carne sua perpessus, & cum proprio sanguine redemit, ut liberaret à peccati, mortisque & Saranæ tyrannide. Huius autem rei effectus

effectus cum præcipue sit in baptisinate, in quo cum Christo consepelitur, dicit eum ipsum fasciis alligasse proprio sanguine. Nam etsi generis humani redemptio facta est in cruce, ea tamen credenti applicatur in baptisinate, in quo in Christi mortem consepelitur, ibi adipiscentes salutem merito præciosi sanguinis quem in cruce effudit. Quoniam autem dixerat Christum Dominum nouum suum populum carnis suæ labore peperisse, persistens in metaphora exclamat Clemens, O sanctas secundinas, & partum sanctum, O sanctas fascias. Secundinæ enim sunt quibus in utero inuoluitur fœtus, & fasciæ quibus alligatur iam in lucem editus. Non satis autem fuit Christo carnis suæ laboribus nouum peperisse populum, nisi eum conuenienti & apposito aleret alimento. Alimento autem infantibus conueniens, sunt autem qui sunt baptisimo tincti quasi modo geniti infantes, est lac. Lac autem quod præbetur baptizatis est caro Christi, & ipse sanguis qui effusus in ara crucis, nunc quoque in altari, mystico & arcano modo effusus, in ora fidelium fufus ab eis bibitur, quo fit ut eis nihil desit ad incrementum, cum cibum & potum habeant qui eos confirmet & corroboret, & tandem ad iustam perducatur viri magnitudinem, ut qui in baptisimo factus est Dei filius & Christi frater per gratiam, eius quoque sit coheres in gloria: hoc alimentum præbet Christus qui est verbum carne reatum, qui stupendum sui corporis & sanguinis mysterium in cæna suis instituit discipulis ab eis sumendum, & tradendum posteris. Cur autem eos pascat alimento? Ut veteribus cibis reiectis, nempe & idolothitis, quæ latentibus suis uenis inficiebatur, & interitum afferebant, & cæcis Iudaicis, quorum tantum figurata & umbratica erat alimonia, diuinam escam percipientes, nostras quæ prius erant carnales, spirituales perfectasque & integras redderemus affectiones, & à corruptione & interitu liberati, Seruatorem intus comprehendentes, & salutè consequentes, regno Dei apti, diuini & immortales, atque à Deo Dij quodammodo redderemur. Sed interim occurrit quaestio: Si Christus est pater & mater, quomodo etiam mater est Ecclesia? Ad quod respondetur, nihil ob stare quominus Ecclesia sit nostra mater, quæ est ipsa quoque Christi sponsa, & cui Christus sui regendi populi omnem mandauit curam, ut fidelibus non secus atque suis filiis prouideret, ac prospiceret, caueretque ne quid in eum irrumperet aut irreperet quod esset falsum, fucatum & adulterinum, & ne quod pro salutifero medicamento daretur esset venenum, & pro salute quam nobis dari uult Christus, afferretur exitium. His de causis mater nostra dicta est Ecclesia, quàm adeo nostram esse matrè disertis uerbis dixit Diuus Augustinus, ut nõ ueritus sit asserere eum Deum non habere patrem, qui matrem non habuerit Ecclesiam. *At non vs sic intelligere.* Hac allegoria uidetur significare Clemens Christi sanguinem & carnem esse alimentum spirituale, & spiritum quidem sanctum significare carnem Christi, quam ipse est fabricatus. Sanguinem uero, uerbum, quod tanquam diues & copiosus sanguis uitæ humanæ est infusum. Ex utroque autem, nempe ex carne & ex uerbo temperatum esse Christum. Christum enim esse uerbum incarnatum. Et uerbum quidè quatenus est Deus, est spiritus: caro autem, quatenus est à uerbo fabricata, est spiritualis. Porro autem illa spiritualis est alimentum spirituale, ut quæ sit à spiritu sanctificata uerbis Christi prolatis. Christus autem ipse in cruce suam effudit sanguinem, qui nunc mysticè quoque in altari funditur, & tanquam lac rationale, uel potius uerbale seu uerbi, bibitur à fidelibus. Per eum autem sanguinem, qui à fidelibus bibitur, ad uerbum quod est ueluti Dei mamilla, confugitur. Ea autem mamilla omnium curarum inducit obliuionem, dum expiatis peccatis à morte æterna liberamur, & de salute nostra certam spem concipimus. Hoc lac uerbi, nempe Christi sanguinem, iubet nos Petrus concupiscere, ut crescamus in salutem, id est, ut eum bibentes, confirmati & roborati, omnibus expulsi uitiis salutem tandem consequamur. Beatos autem dicit eos qui hanc lactam Dei mamillam, id est, qui Christi sanguinem bibunt ad salutem. *Quod si quispiam etiam eis concesserit cibum.* Probauit Clemens lac esse cibum, nec à cibo distinguendum. Nunc autè ostendit eos qui dicunt lac aliud esse quam cibum, se suo iugulare gladio, eo quod naturam non considerauerint. Nam ut superius diximus, cibus conuertitur in sanguinem. Sanguificatio enim nihil aliud est, quam cibi seu alimenti mutatio in sanguinem aptum alendo corpori. Ipse autem sanguis mutatur in lac quod est alimentum infantis, nõ mutata quidem essentia, sed colore, ut in senibus pili flauii mutantur in canos. Natura ergo ita est comparatum, ut cibus seu alimentum sit ut ac potestatis sanguis: sanguis autem in lac conuersus, non mutata essentia, sed colore, sit cibus seu alimentum. Ipsa ergo natura nos docet cibum non esse à lacte distinctum, cum ipsum lac sit cibus. Hoc ut facilius intelligatur, docet & sanguinis & lactis abundantiam ac paucitatem ex eadem esse causa. Abundantiam quidem, quod frigore alimentum continente ac comprimente, dum calor nõ facile habeat exitum, concoquatur melius alimentum, & copiosior fiat & sanguis & lac, quod accidit hyeme. Contra autem æstate, dum & corpus est rarius, & differtur ac dispergitur alimentum calore rarefaciente. Quod autem dicit uenas, cum eis non datur perspiratio impletas maxime intendi & pulsare, uidetur esse hæc sententia: accepisse uenas pro arteriis, est enim arteriarum non uenarum pulsare, quod Græcè est σπύζεν à quo σπύζω, id est, pulsus. Pulchrè autem dicit cibi confectionem esse sanguificationem. Ad hoc enim ut sit sanguis magna opus est elaboratione. Ex cibo enim primum fit chylus à uentriculo concoctus. Eum autem chylum à uentriculo & uenis meseraicis præparatum, iecur postea in sinum admittit, & in suam substantiam conans conuertere, sibi similem reddit, & colore & essentia, hæc autem confectio est sanguificatio. Sanguis autem est præparatio lactis. Sanguis enim, ut antea diximus, ad mamillas delatus & concoctus lac efficitur. Est etiã sanguis præparatio hominis: sanguis enim est, ut antea dixit, primogenitus. Acinus uero est præparatio uix, ut quod sit semen ex quo oritur uinea. *Quinetiam proprie passionis complementum.* Calicem quoque quem pater Christo dedit bibendum, Christus ipse suam uocat passionem. Christi cibus est uoluntas patris: noster autem cibus est ipse Christus, quem ut uerbum cælorum exugimus cum sanguine qui est essentia lactis, quod & comedimus & bibimus. Hoc lac, iis qui uerbum quæruunt tanquam ex uerbis patris superpeditar, quo nobis acquiritur requies æterna & uita immortalis. Ex eo autem quod tanquam ab uerbis uerbum quaritur, ducitur etymologia uocabuli *μαρτυρία* quod est ex uerbis querere. Sunt autem hæc omnia, & uera. Nihil enim uerius quam uerum Christi sanguinem uerè bibi. Sunt etiam allegorica, ut quæ mysticos & arcanos spiritualesque sensus contineant. *Præterea autem seipsum quoque panem. Sextum caput*

Sacramentum Eucharistiae. In utroque Sacramento est aqua. In baptismo quidem est materia sacramenti, ad eam autem cum accesserit verbum fit Sacramentum, quo remittuntur peccata. Atque eam quidem peccatorum purgationem significat aqua, cuius est proprium lauare, & mundare: efficit autem purissimus Christi sanguis qui in eorum applicatur remissionem, ut qui ad hoc in ligno crucis fuerit effusus. Is sanguis est lac, eadem enim est lactis & sanguinis essentia. Sed quo modo in lacte naturali parum aquae est adhibendum ne acefcat, quod lacti facile accidit cum fuerit extra sua receptacula, ita in spirituali lacte, nepe incarnati verbi sanguine qui tam multis abhinc seculis est fusus, adhibetur aqua quae significat Spiritum sanctum. Nam & in ipso mundi exordio Spiritus Domini ferebatur super aquas. Is Spiritus Domini, qui est & patris & filij spiritus, cum feratur super aquas regenerationis, in sua virtute lac, id est, Christi sanguinem continens, & ne vniquam acefcat prohibens, efficit ut per ipsum & omnia purgentur peccata, & veteri exuto homine, nempe carnali, fiat homo nouus & spiritualis. In sacramento autem Eucharistiae, nempe in calice, miscetur aqua, non solum ad significandam populi cum Christo vnionem, & coniunctionem, nam & aqua in scriptura aliquando populum significat, sed etiam ad ostendendam spiritus sancti praesentiam, qui ea aqua, ut ita dicam, lotus, diuinam & spiritualem reddit Christi sanguinis potionem, quae nullum admittens acorem, sed nectareum habens saporem, nos in nostris sibi iungit visceribus, & ad futuram parat resurrectionem, diuinos futuros & immortales. Haec autem vtrunque significantur ex eo quod paululum aquae lacti admistum lactis prohibet acorem & cum in sua conseruat essentia. *Apie etiam & apposuere melle miscetur.* Vetus fuit olim traditio, ut qui exierant e baptisimi lauacro, lac & mel praegustarent. Testis est Hieronymus aduersus Luciferianos qui sic scribit. Nam & multa alia quae per traditionem, inquit, in ecclesiis obseruantur auctoritate sibi scriptae legis vsurpauerunt, velut in lauacro ter caput mergitare, deinde egressos lactis & mellis praegustare concordiam ad infantiae significationem, &c. Id quoque testatur Tertullianus aduersus Marcionem. Nec reprobat, inquit, mellis & lactis societatem qua suos infantat. Haec traditio exoleuit, ut quae sit visa minus necessaria, nec ab Apostolis fuerat accepta. Ad eam autem spectasse videtur Clemens cum dicit, *Apie & apposuere lac miscetur* Mel enim cum lacte praegustabatur, & ea erat quam dicit Tertullianus mellis & lactis societatem. Quod autem dicit, *Idque rursus propter purgationem cum dulci nutrimento* non est ita accipiendum quasi mel aliquid faceret ad peccatorum remissionem, sed quod iam factam significaret, cum mel habeat vim abstergendi, & quod id ipsum quod peccata abstergit, nempe verbum, vim quoque habeat suauiter nutriendi in sacramento Eucharistiae, in quo non acriter puniens, sed benignè nutriens simul & tollit peccata, & animi medetur aegritudinibus: Verbi autem benignitatem non solum multis in locis dicit ostendisse prophetam, sed etiam ipsum Homerum, quod dixit de Nestore, de ipso verbo videri sensisse. *Porro autem miscetur quoque lac vino dulci.* Quamuis lac videatur esse similialem partium, sunt tamen eius partes multum dissimiles. Constat enim ex tribus substantiis, Crassa ex qua fit caseus, Pinguis, ex qua butyrum, Aquosa, quae Graeci οἶνος Latine serum dicitur. Miscetur autem lac non solum cum aqua & melle ad prohibendum ne acefcat, sed etiam cum vino dulci ut ferescat. Serefcere autem nihil est aliud, quam secretis duabus aliis substantiis remanere aquosam, quae οἶνος Graecè, Latine serum dicitur. Quod autem verti cum vino dulci, οἶνος πρὸς γλυκεί, Graecè legitur. Sed cum vinum dulce dicatur, & cuiuscunque inest aliqua dulcedo, cuius sunt multa genera, tam natium quam factitij: & γλυκῶν, id est, dulce, etiam dicatur vnum solum vini genus quod vuis aut sole in area liccatis, aut in sacramento torrefactis exprimitur, quod passum dicitur: ut passum vinum intelligam, id me mouet quod non dicat γλυκεί οἶνος, sed οἶνος πρὸς γλυκεί, habet enim quandam emphasim subiectus hic articulus, ad passum distinguendum à ceteris vinis dulcibus, quod propter eximium eius saporem dulce dicitur. Prodest autem haec mixtio, quod secretis inutilibus, quae remanent non corrumpantur amplius. Hoc ipsum vsu venit in fide. Nam si fides coniungatur cum homine patibili, id est, qui laborat animi aegritudinibus & perturbationibus, ea serefcere faciens, id est, secernens ac separans carnales concupiscentias, nempe libidines, & noxias cupiditates quae mortem afferunt, hominem dispersum in vanas & inutiles huius mundi curas & sollicitudines, contrahit ad aeternitatem. Reiectis enim inutilibus & noxiis, & manentibus iis quae sunt diuina, morte recedente manet immortalitas. Porro autem, ex pingui lactis substantia seu ex adipe lactis, id est, ex butyro, concinnatur lucerna, non secus atque ex oleo: per eam autem aenigmaticè seu allegoricè significatur multiplex verbi misericordia. Id enim nutrit infantes, eosque auget, & illuminat. Quod autem verti, multiplex misericordia, Graecè est πολυέλεος, id est, multi olei. In eo autem est elegans allusio ad ελεος, quod est oleum, & ελεος quod est misericordia, per butyrum ergo significatur verbum seu Dominus nutriens, augens & illuminans. Qui autem suos alit, ipse quoque butyrum & mel comedit, ut humani corporis ostenderet veritatem, & interim eius infantia nihil prauidicauit diuinæ potentiae & sapientiae. Eo autem cum esset puer vsus est alimento, quod conuenit infantibus tanquam homo, ut ille ipse cum sit verbum, futurus magister & Pædagogus spiritualiter à se regeneratis spiritualem, & quae Dei decet infantes, daret alimoniam, nempe veram Dei cognitionem, & ab omni fastu & superbia alienam vitae agenda rationem. *Mihi autem venit etiam in mentem mirari.* Cum ostendisset Clemens illud Pauli, lac vobis porum dedi non esse intelligendum de primis disciplinis, sed de spirituali verbi cognitione quae ab initio à Dei infantibus discitur ei venit in mentem insectari Gnosticos qui se perfectos dicebant, & de scientia & rerum cognitione se iactabant, cum tamen quae dicebant inanes esset nugae & impiae ranae. De his Gnosticis sic scribit Theodoretus in epistola ad Timotheum, ut nos vertimus: Qui à Simone processerunt, appellati sunt γαστροί quasi dicas cognitione aut scientia praediti. Quae enim diuina scriptura tacuit, ea Deum sibi dicit reuelasse, sunt autem plena omni impietate & petulantia ac libidine. Iure ergo ea nominauit Paulus, scilicet falso nominatam scientiam, ut quae ignorantiae habeat caliginem, non autem lucem diuinæ cognitionis. De iis in multis locis Tertullianus & Irenaeus, qui eorum tamen principem dicunt fuisse Valentinianum, quod minimè pugnat cum eo quod dicit Theodoretus. Nam à Simone quidem Gnostici duxerunt originem, sed eorum sectam adeo amplificauit Valentinus, ut in eis principatum sibi iure possit vindicare. Pulchrè autem soluit Clemens

Tertul. r. aduersus Marcionem.

Clemens eam quae occurrebat dubitationem, quod videretur secum pugnare Paulus, ut qui & se numeraret inter perfectos, & se tamen diceret non esse perfectum, sed persequi perfectionem ut eam comprehenderet. Sunt enim quidam gradus perfectionis, & perfectus quidem est qui credit & renunciauit peccatis, si cum eo conferatur qui nec habet fidem & perseuerat in peccatis. Sed longè est perfectior qui & suam fidem bonis & fide dignis testatur actionibus, & non solum non peccat, sed etiam virtutibus in dies ornatior & illustrior redditur. Sicut autem sunt gradus perfectionis & virtutis, ita etiam suos gradus habent vitia, & neque sunt virtutes pares, nec vitia paria. Quod praclare ostendit Ioannes in Apocalypsi dicens: Qui in Apocal. 22. fordidus est fordescat adhuc, & qui iustus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Est ergo perfectio quidem renunciaisse peccatis, & regeneratos esse in fidem eius qui est perfectus, nempe Christi. Sed nondum est ea perfectio cui nihil possit addi. Hinc fit quod cum nec virtutes sint pares, nec vitia paria, meritorum quoque non sint eadem praemia, nec peccatorum supplicia.

Quis sit Pædagogus, & de eius Pædagogia. Cap. VII.

VONIAM ergo ostendimus, pueros nos omnes qui à Scriptura vocamur, nec id solum, sed etiam qui Christum secuti sumus, nos infantes dictos esse allegoricè: solum autem esse perfectum Patrem vniuersorum: in ipso enim est Filius, & Pater in Filio: restat ut nos ordinem sequentes, dicamus quis sit noster Pædagogus. Vocatur autem Iesus. Nonnunquam ergo seipsum pastorem vocat, & dicit, Ego sum pastor bonus, per metaphoram sumptam à pastoribus, qui ducunt oves. Intelligitur pædagogus ducens pueros, & est pastor curam gerens infantium. Infantes enim, simplices tanquam oves dicuntur allegoricè. Et erunt, inquit, omnes vnus grex, & vnus pastor. Pædagogus ergo iure Verbum dicitur, qui pueros nos ducit ad salutem. Evidentissimè ergo Verbum dicit de seipso per Oseam. Ego autem sum eruditor vester. Pædagogia autem est diuina religio, quae est doctrina diuini cultus, & eruditio ad assequendam veritatis agnitionem, & recta institutio, vitaeque agenda ratio, quae in caelum deducit. Pædagogia autem multis modis appellatur. Est enim pædagogia eius qui ducitur & discit: & est pædagogia eius qui ducit & docet: & tertio pædagogia est ipsa deductio & institutio: & quarto pædagogia est ea quae docentur, ut praecpta. Est autem quae est ex Deo pædagogia, veritatis directio ad Dei contemplationem, & sanctarum actionum aperta ac euidentis descriptio in aeterna perseuerantia. Quemadmodum ergo phalangem dirigit dux exercitus, militum salutis curam gerens: & gubernator nauis clauum regit, volens seruare rectores: ita etiam pædagogus ducit pueros ad salutarem vitae agenda rationem, ut nostri ipsorum curam gerat. Et in summa, quaecunque à Deo iuste nobis fieri petierimus, ea nobis aderunt si Pædagogo paruerimus. Quomodo ergo gubernator non semper cedit ventis, sed contra proram quandoque obuertens, vniuersis resistit tempestatibus: ita pædagogus legibus quae sunt in hoc mundo nunquam cedit, nec eis puellum, tanquam cymbam, in beluinam & libidinosam viuendi rationem impellere permittit: sed solo secundo veritatis spiritu in altum sublatus, clauum pueri, aures inquam, fortiter tenet, donec inoffensum puellum in portum calorum perduxerit. Patrius enim qui ab eis vocatur mos, momento temporis praterit. Diuina autem vitae institutio est in aeternum permanens possessio. Achilles quidem pædagogum dicunt fuisse Phœnicem, & Cresi filiorum Adrastum, Alexandri autem Leonidem, & Philippi Nausithoon. Sed Phœnix quidem insano mulierum amore tenebatur: erat autem exul Adrastus: Leonides verò fastum Macedonis non resecurit: nec Nausithous ebrietatis Philippi curauit vitium. Neque verò Alcibiadis scortationem Thrax Zopyrus potuit reprimere. Sed erat emptitium mancipium Zopyrus: & Themistoclis liberorum pædagogus Sicinnus fuit ignauus famulus. Eum dicunt saltasse, & genus saltationis, quod Sicinnis Graecè dicitur, inuenisse. Nos non latuerunt qui apud Persas Regij vocantur pædagogi, quos numero quatuor ex omnibus Persis optimatim deligentes reges Persarum, suis praesciebant filijs. Sed solam sagittandi ar-

Apocal. 22.

Ioan. 10.

Ibidem.

Osee. 5. Praeceptor Graecè παιδαγωγία, & est allusio ad παιδευσις, & παιδαγωγόν.

Pelleus Philippus à Pelia vrbe Macedoniae.

Clemens

rem discunt eorum filij: postquam autem ad pubertatem peruenerint, cum sororibus & matribus, mulieribusque tam uxoribus quam concubinis innumerabilibus coeunt, tanquam capri ad Venereum congressum exercitati. Noster autem pædagogus sanctus Deus Iesus, qui est dux omnis humanæ naturæ, Verbum, ipse benignus & clemens Deus, est pædagogus. De ipso quidem dicit Spiritus sanctus in cantico: Populo in deserto sufficienter suppeditaui in siti æstus, in inaquoso ipsum circūdedit, & eum erudit & custodit tanquam pupillam oculi sui, sicut aquila protegit nidum suum, & in pullis suis desiderauit: expansis alis suscepit ipsos, & supra dorsum eos recepit: Dominus solus duxit ipsos, & non erat cum eis Deus alienus. Apertè, ut mihi quidem videtur, Scriptura ostendit pædagogum, eius ductum enarrās. Rursus autem quādo dicit, per propriam personam, seipsum fatetur pædagogū. Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Quis ergo habet potestatem inducēdi & educēdi? an nō pædagogus? Is apparuit Abraham, & dixit: Ego sum Deus tuus, gratus esto coram me. Eum autem tanquam optimus pædagogus, ut sit fidelis puer, instituit dicens: Et sis irreprehensibilis. Et ponam testamentum inter me & te & semen tuum. Amicitia quæ præest & curam gerit, hic est societas & communicatio. Iacobi autem pædagogus esse cernitur euidentissimè. Ei itaque dicit: Ecce ego tecum, custodiens te in uniuersa via quocunque ambulaueris, & reducam te in terram hæc, quoniam non te derelinquam donec fecerim quacunque locutus sum tibi. Cum eo autem colluctari quoque dicitur. Remansit autem, inquit, Iacob solus, & luctabatur cum eo homo, nempe pædagogus, vsque ad matutinum. Hic erat homo qui agebat & ferebat, qui unā exercebatur, & exercitorem Iacob aduersum malignum inungebat. Quod autem Verbum esset qui erat unā cum Iacob aliptes & inunctor, & pædagogus humanæ naturæ, ex hoc sciri potest: Interrogauit, inquit, ipsum, & dixit ei: Enuncia mihi quod sit nomen tuum. Et dixit: Cur interrogas nomen meum? Nomen enim nouum nouo populo reseruabat, nempe infanti. Adhuc autem erat innominatus Dominus Deus, ut qui nondum homo factus fuisset. Vocauit tamen Iacob nomen illius loci, Speciem Dei. Aspexi enim, inquit, Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Facies autem Dei, est Verbum, quo Deus illuminatur & cognoscitur. Tunc etiam nominatus est Israël, quando vidit Dominum Deum. Hic est Deus, qui est Verbum, qui pædagogus, qui ei postea rursus dixit: Ne timeas descendere in Aegyptum. Vide quomodo iustum sequitur pædagogus, & quomodo cum qui exercetur inungit, docens supplantare aduersarium. Hic ipse Moysen quoque docet fungi pædogogi officio. Dicit enim Dominus: Si quis peccauit coram me, deleo eum de libro uiuentium: nunc autem uade, & deduc populum hunc in locum quem dixi tibi. Hoc in loco est magister pædogogia. Reuera enim erat Dominus per Moysen pædogogus veteris populi, per seipsum autem, populi noui dux, facie ad faciem. Ecce enim dixit Moysi: Angelus meus præcedit te: euangelicam & principalem Verbi potestatem representans. Dominicam autem authoritatem ac dignitatem conseruans: Quo die, inquit, uisitauro, inducā super ipsos peccatum ipsorum; hoc est: Quo die iudex fuero constitutus, reddam quæ eorum peccatis respondeant. Idem enim pædogogus & iudex, eos qui non obedierunt iudicat. Eorum autem peccatum benignum Verbum nequam silentio præterit. Arguit autem, ut ducantur pœnitentia. Mauult enim Dominus pœnitentiam peccatoris, quam mortem. Nos autem, cum tanquam infantes aliorum peccata auditione acceperimus, minarum metu ne similia patiamur, ab eiusmodi delictis abstinemus. Quidnam ergo fuit quod peccarunt? Quod in ira sua homines occiderunt, & sua cupiditate tauro neruos præciderunt, execranda est ira ipsorum. Quis ergo nos eo benignius & humanius erudierit? Atque prius quidem veteri populo uetus erat testamentum, &

Lex cum

Lex cum metu populum erudiebat, & Verbum erat angelus; nouo autem & recenti populo nouum ac recens datum est testamentum, & Verbum fuit genitum, & metus conuersus est in dilectionem, & mysticus ille Angelus Iesus paritur. Hic enim ipse pædogogus, tunc quidem, dominum Deum tuum timebis, dicebat: nobis autem suasit, Diliges Dominum Deum tuum: & præterea nobis præcipit, Cessate ab operibus peccatorum uestrorum ueterum, discite benefacere: Declina à malo, & fac bonum: Dilixisti iustitiam, odio habuisti iniquitatem. Hoc est meū nouum Testamentū ueteri litera impressum. Non est ergo exprobranda Verbi nouitas. Sed Dominus quoque dicit in Hieremia: Ne dicas sum iunior. Antequam te formarem in utero noui te, & antequam egredereris è matrice sanctificaui te. Hæc prophetia apud nos potest significare eos, qui ante mundi constitutionem Deo ad fidem sunt cogniti, nunc autē sunt infantes propter impletam nuper Dei uoluntatem, quatenus ad uocationem & salutem recens nati sumus. Quocirca etiam subiungit: Prophetam ad gentes posui te: dicens eum oportere prædicere, non uideri esse probro recentioris appellationem ijs qui uidentur infantes. Lex autē est uetus gratia per Moysen à Verbo data. Quocirca dicit quoque Scriptura, Lex per Moysen data est: nō à Moysen, sed à Verbo quidem, uerū per Moysen seruum suum: & ideo fuit ad tempus. Aeterna autem gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Videte uerba Scripturæ. De lege quidem, data est, inquit, tantum: Ueritas autem, quæ est gratia Patris, est æternū Verbi opus: & nō dicitur dari, sed per Iesum fieri, sine quo factum est nihil. Iam uerò Moyses propheticè perfectō cedens pædogogo, nempe Verbo & nomen & pædogogiam prædicat, & populo pædogogum cōmendat, præceptis ei obedientia traditis: Prophetā uobis suscitabit, inquit, Deus tāquam me de fratribus uestris: per Iesum Naue filiū, Iesum Dei significās: nomē enim Iesu, quod in lege prædicabatur, erat adūbratio Domini. Subiūgit itaque, quod populo utile futurū erat cōsulens: Ipsum audietis, dicens. Et homo qui non audierit Prophetam hunc, ei minatur. Tale nobis prædicat nomen salutaris pædogogi, propterea ei uirgam adiungit prophetia, uirgam disciplina, imperij, & potestatis: ut quibus Verbum suadens & admonens non medetur, eis mina medeantur. Quibus autem non medentur mina, eis uirga medebitur. Quibus uerò uirga non medetur eos ignis depascit. Egredietur, inquit, uirga de radice Iesse: Vide pædogogi curam, sapientiam, & potestatem. Nō secundū opinionem, inquit, iudicabit, neque secundum loquelam arguet, sed iudicabit humili iudicium, & arguet peccatores terræ. Et per Dauid: Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me. A Domino enim castigari, & tāquam à pædogogo erudiri, est à morte liberari. Et dicit per eūdem prophetam: In uirga ferrea pascet eos. Ea morus quoque Apostolus in epistola ad Corinthios: Quid uultis, inquit, in uerbo ueniā ad uos, an in dilectione & spiritu lenitatis, Sed etiā, uirgā potētia emittet Dominus ex Sidō, dicit per aliū Prophetā. Pædogogica autē hæc uirga tua & baculus tuus me consolata sunt, dixit aliquis alius. Hæc est pædogogi potestas, uenerāda & grauis, cōsolatoria & salutaris.

COMMENTARIVS IN CAP. VII.

QUONIAM ergo ostendimus pueros nos omnes. Facta breui eorum quæ dicta sunt *αιωνος παιδες*, primum exponit quisnam sit noster Pædagogus, & deinde quānam sit Pædogogia. Dicit autē eundem, nempe Iesum, & nostrum esse Pædogogū, & Pastorem. Quod autem dicit nos esse pueros & infantes, solū autem perfectum patrem uniuersorum, non est existimandū eum sentire eum Arrianis Patrē esse maiorem filio. Quod ipse satis explicat cum dicit, in patre esse filium, & filiū in patre. Quod satis arguit eos, nempe patrem & filium quod ipse Christus dicit apud Ioannem, esse unum, id est, unam & eandem essentiam, licet sint diuersæ hypostases seu personæ. Vna autem & eadē essentia nō potest esse maior seipsa. Ad hæc accedit, quod cum reddit rationem, cur Deus uniuersorū sit perfectus, hanc affert, quod filius sit in patre, & pater in filio. Quo fit ut non sit filius minus Deus quam sit pater, cum uterq; adiuncto etiam sancto Spiritu, sit unus Deus, est enim Deus in tribus personis. Quod autem solū uniuersorum Deum dicit esse perfectum, non hoc dicit ratione habita filij, cuius ideo meminit, ne si diuinæ tantū meminisset monarchiæ, uideretur idē sentire quod Iudæi, qui solam in Deo statuentes unitatem, in eo tres personas non admittunt: sed puorū & Dei infan-

Matth. 5.

Matth. 2.

Osee. 5.

rium, quibus potest quidē in suo genere esse aliqua perfectio, sed quæ planè nihil est si cum Dei perfectio-
 ne conferatur. Nā quod dicit Christus : Estote perfecti sicut pater vester in cælis est perfectus, est ita intel-
 ligendum, quod iubeantur quidem esse perfecti, sed nō ea quæ est in Deo perfectione, sed vt qua in suo ge-
 nere sint perfecti Deo similes quoad eius fieri potest. Atque primum quidem dicit nomen nostri Pædago-
 gi. Id autem est Iesus, id est, Seruator seu qui dat salutē. Dixit enim Angelus Iosepho cū ei in somnis appa-
 ruisset, Pariet autem filiū, & vocabis nomē eius Iesum. Ipsum enim saluū faciet populū suum à peccatis eor-
 um. Ipse autem Iesus seipsum vocauit bonū pastorem. Pastor autem qui est Græcè ποιμὴν, propriè dicitur
 ouium. Nihil est autē ouibus mansuetius & simplicius. Quo fit vt allegoricè dicatur oues infantes & pueri,
 quibus innata est facilitas & simplicitas, & à quibus abest omnis fastus & superbia, & idē dicatur Pastor &
 Pædagogus, nempe qui ducit & regit pueros. Qui autem seipsum vocauit pastorem bonum, idem à Diuo
 Petro vocatur princeps pastorum nempe ἀρχιποιμὴν vt qui multos habeat vicarios, nempe Sacerdotes, qui
 sub eo & summo eius vicario Petro successore, gregis, nempe Ecclesię curam gerunt. Qui si suo munere re-
 ctè fuerint perfuncti, immarcescibilem in Principis pastorum aduentū coronam percipient. Ille autem ipse
 pastor & princeps pastorum alia ratione agnus quoque dicitur, vt qui pro peccatis hominum tanquā pura
 & immaculata oblatu hostia, ea sustulerit & Deum placauerit. Ille autē ipse Pædagogus se per Oseam vo-
 cat eorum eruditorem. Habent enim Septuaginta παιδευτής, id est, eruditorem, quod magis alludit ad Pæ-
 dagogum. Hebræum autem propriè significat eum qui corripit, corrigit, admonet & docet, tanquā Pæda-
 gogus & magister. ⁶ Pædagogia autem est diuina religio. Postquam exposuit quisnam sit noster Pædagogus,
 nunc ad explicandum accedit Pædagogiam. Atq; primum quidem ita definit Pædagogiam, vt statuatur eam
 consistere in doctrina pietatis, verique Dei cultus & cognitionis veritatis, morumq; institutionis, & rectè
 agendæ vitæ rationis, ducentē ad cælū. Continet hæc definitio ea quæ docentur à Pædagogo: sed quoniam
 multis modis appellatur Pædagogia, vt certa sit & firma definitio, sunt distinguenda eius significata, quod-
 quidem facit Clemens. Est autem Pædagogia nomen quod refertur ad aliquid. Aut enim refertur ad ipsum
 qui ducit & docet Pædagogū, & de ipso iam satis diximus : aut ad eū qui ducitur docetur & discit, nēpe ad
 puerū seu infantem, de quo satis dictū est, nec opus est vt eius denuo repetatur definitio : aut ad ipsam Pæ-
 dagogi ducētis, & docētis actionē quam definit, veritatis directionem ad Dei contēplationem, &c. Aut re-
 fertur ad ea quæ docētur à Pædagogo. Eius autē Pædagogia est prima illa quam posuit definitio. Hæc autē
 Pædagogiam, id est, Pædagogi actionē, quatenus est Pædagogus, nō aliud sibi dicit proponere quam pueri
 qui ducitur & docetur salutē, sicut imperatorem, militū quibus imperat, & nauclerum, nauis & vectorum.
 Quomodo autem nauclerus seu gubernator nauis, vt nauē cōseruet & vectores, vētis omnibus resistit &
 tēpestatibus: ita etiā noster Pædagogus vt suorum infantū prouideat salutē, humanis acriter resistit legibus
 tanquā tempestatibus. Eæ autem sunt leges quæ vel de Diis colendis latæ sunt ab hominibus, vel quarum
 autoritate impij pios, id est, fideles, sunt persecuti. Porro autem hic noster Pædagogus, & quæ iuste à Deo
 petuntur suis impetrat, & tanquā bonus gubernator superatis omnibus tēpestatibus, infantes suos tanquā
 vectores, inoffensos ducit ad portū salutis, nēpe ad regnum cælōrū. Nō possunt enim mores patrij qui præ-
 tereunt & nō diu durant, resistere diuinæ vitæ institutioni, cum sit possessio quæ nō possit auferri. Est autē
 Græcè elegans allusio πρὸ ἀνέμου & νόμου, quam lingua Latina nō potest assequi. Est etiā satis lepidum ac ve-
 nustum quod dicit Pædagogum tenere clauum, id est, aures, ne leges tanquā tempestates puerum ad vitam
 impellant sceleratā & flagitiosam, cumq; spiritu sublato, nempe sancto Spiritu, euehere in portum. In eo
 autem est allusio quod ventis opponit spiritum, nēpe πνεύμα: πνεύμα autem Græcè, & vētum significat & spir-
 ritum. ⁶ Achillis quidē Pædagogum dicit fuisse Phœnicem. Postquam exposuit Clemens quisnam sit Pædagogus
 & quænam Pædagogia, ostensurus qualisnam sit noster Pædagogus, prius exponit qualisnam fuerint ali-
 quot veteres Pædagogi, vt cum nostro Pædagogo collati nihil esse intelligantur. Primum autem adducit
 Phœnicem Amyntoris filium Achillis Pædagogum, qui ipse dicit Achilli apud Homerum, se à patre eius
 Peleo ad Agamemnonem esse missum : cuius hæc sunt verba,

Hom. 10.
Iliad.

Τὴν καὶ μετ' ἐπέμπε δίδρασκε μὲναι τὰ δὲ παῖτα
 Μύθων τε πατρὸς ἔμεναι φροντισέμε τε ἔργων.
 Misit meque ad eum quo te illa ego cuncta docerem,
 Et bona verba loqui, præclara atque edere facta.

Ipse autem Phœnix ad Peleum Achillis patrem venerat vt vitaret irā patris, qui ei valde erat infensus, quod
 à matre incitatus concubinæ eius stuprum intulisset. Et hoc est quod paulo post dicit Clemens ; Sed Phœ-
 nix quidem infano mulierum amore tenebatur. Deinde adducit Adrastum filiorum Cræsi Pædagogum,
 de quo vide Herodorum libro primo. Is cum fratre suum imprudēs occidisset, & à patre suo Gordia Phri-
 gum Rege esset expulsus, ad Cræsum venit, à quo humaniter fuit exceptus, & ab eodem expiatus. Sed
 cum filij sui nomine Attis curam dedisset & custodiam, quem ad venandum aprum qui omnem vastabat
 regionem erat secutus, & contigisset vt ferro è venabulo excusso imprudens Adrastus eum occideret,
 ex eo tantum concepit dolorem vt sibi manus afferret. Dicit itaque Clemens eum Adrastum fuisse exu-
 lem. Duos alios deinde recenset Pædagogos, Alexandri Leonidam, Philippi Nausithoum. Sed de Nau-
 sithoo quidem quem Philippi dicit fuisse Pædagogum, Pellei autem, nempe Philippi à Pella Macedo-
 niæ vrbe ita dicti, ebrietatis vitium non curasse, non memini me aliquid legere. Ebrietatis autem & bi-
 bacitatis vitio constat & patrem & filium laborasse, vt testatur Athenæus lib. x. cap. xi. Et quod ebrie-
 tatis quidem vitio laborat Alexander, solet culpa conferri in Pædagogum Leonidam. Quod autem
 Philippus, Clemens adscribit Nausithoo. Sed hoc eorum vitium existimo patriæ potius tribuendum. Nam
 & Macedonēs & vicini eorum Thracēs semper habitū sunt bibaces. Sed nec ab eo vitio admodum abhor-
 ruit Græcī, vnde etiam Græcari vocabulum est diuturno vsu satis tritum : Videtur autem Clemens qui
 dicit Leonidam Macedonis fastum non resēcuisse, innuere, per Leonidam non sterisse quo minus frugi &
 nō destitisset Alexander, qui propensus erat ad fastum & animi elationem, tantum abest, vt eum incitaret
 ad ebrietatem

ad ebrietatem, luxumque, & nimiam profusionem. Idem quoque videtur sentire Plutarchus, qui dicit Leo-
 nidam aliquando reprehendisse Alexandrum, quod plus quam opus esset thuris adhiberet in sacrificando,
 perinde atque si in eius potestatem venisset Arabia : cuius postea memorem Alexandrum, deuicta Arabia
 ingens thuris pondus ad eum misisse, eum nimix insimulantem parsimonix. Alium postea recenset, nem-
 pe Alcibiadis Pædagogum, nomine Zopyrum, cuius etiam meminit Plutarchus in Alcibiade, nomen qui-
 dem non silens, sed eius vitæ conditionem prætermittens, cum tamen eum ad libidinem esse propensissimū
 apertè scriberet. Addit deinceps Pædagogum liberorum Themistoclis quem vocat Sicinnum. Sed de eo
 neque apud Plutarchum, neque apud vlium alium quidquam legi. Eum autem dicit Clemens ignauū fuisse
 famulū. Dicunt autem, inquit, eum saltasse, & genus saltationis quæ Sicinnis dicitur inuenisse. Sicinnis au-
 tem, vt ait Athenæus, ab aliis Satyrica dicitur saltatio, vnde & Satyri Sicinnistæ nuncupati, quam Sicinnus
 excogitarit barbarus. Hæc Athenæus : Est autem satis verisimile hunc Sicinnū quem dicit Athenæus, fuisse
 Pædagogum liberorum Themistoclis, quem ignauum famulū fuisse dicit Clemens. De quatuor autem
 illis regijs Pædagogis apud Persas optimatim selectis, etsi diligenter inuestigarem, nihil inueni. Cartera autē
 quæ de Persis dicit Clemens, in promptu sunt apud Alex. ab Alexandro in variis locis, & ceteros qui scribūt
 de rebus Persicis, nempe quod sagittandi artem discant, cocāt autem cum matribus & sororibus, & multas
 ducant vxores, & concubinas habeant innumerabiles. ⁴ Noster autem Pædagogus sanctus Deus Iesus. Postquā
 ostendit quales fuerint veteres quos citauit Pædagogi, nunc docet qualis sit noster Pædagogus, & quomo-
 do se gesserit. Veteres quidem illi Pædagogi fuerunt vel exules, vel barbari, vel serui ignaui, & vel non rectè
 suo functi sunt officio, vel non eis rectè successit Pædagogia. Pædagogus verò noster qualis est? Non exul,
 non barbarus, nō seruus ignauus, sed sanctus Deus, Iesus, id est, Seruator, seu qui dat salutem, Verbum, nē-
 pe ipsa Dei sapientia. Deinde ne quis existimaret cum sit Deus, non facilem ad eum patere aditum, eum di-
 cit esse ducem humanæ naturæ, vt qui eam abducat ab erroribus, estque benignus & clemens, quod Græcè
 est φιλαδελφίας, id est, amator hominis : sunt enim eius deliciae esse cum filiis hominum. Quomodo autem se
 in suos gesserit pueros tam publicè quàm priuatim, tam in omnes, inquam, simul quam separatim in singu-
 los, & spiritus sanctus docet per Scripturam, & ipse per se loquens in Scriptura, in solitudine & rerū omniū
 egestate totum populum Iræliticum aluit, porauit, erudiit, & custodit, sicut Aquila nidū suum protegit,
 & quos suos esse cognoscit, quos enim habet suspectos pro suis non admittit, sed eos expellit, suos passis alis
 suscipit & dorso vehit. Nam quo maiori odio habet factus adulteros, eo maiori tenetur studio & deside-
 rio eorum quos agnoscit pro veris & suis. Hæc Pædagogi summam arguunt benecolentiam, pueros suos
 nutrire, potare, erudire, & protegere : quæ quidem omnia illi tribuit Moyses in Scriptura loquens per fan-
 ctum Spiritum. Sunt autem illa omnia soli Domino, nempe Pædagogo accepta ferenda. Solus enim pue-
 ros suos ducit, nam nec ipse salforum Deorū admittit societatem, nec inter pueros suos vllus est Deus alie-
 nus, cum Pædagogus se solum Deum velit coli & adorari. ⁶ Is apparuit Abrahe & dixit. Postquam ostendit
 quemadmodum publicè, nempe totius populi fuerit Pædagogus, de singulis nunc loquitur quorū fuit
 Pædagogus. Atque primum quidem ostendit eum Abrahæ fuisse Pædagogum. Quod autem dicit, gratus
 esto coram me, ita enim verti quod est apud Septuaginta εὐαρέστ, est Hebræicè רצוני, id est, ambula
 coram Deo. Ambulare autem coram Deo, est phrasis Hebræica, qua significatur vacandum esse Dei cul-
 tui. Quod autem dicit, Et sis irreprehensibilis, arguit eum tanquam optimum pædagogum, insti-
 tuisse Abraham vt ita se gereret, vt nulla in eum caderet reprehensio. Perfectus est autem qui ni-
 hil facit quod sit reprehendendum. Hinc est quod id quod Septuaginta verterunt ; Et sis irrepre-
 hensibilis, vertit Hieronymus ; Et esto perfectus. Quod autem Septuaginta verterunt Testamentum nem-
 pe εὐαρέστ, id Hieronymus vertit fœdus. Nam vocabulum Hebræicum ברית significat & testamentum
 & fœdus & pactum. Hoc autem fœdus & pactum inter Deum & Abrahamum dicit Clemens esse societa-
 tem & cōmunicationem amicitix quæ præest & curā gerit. Nam Deo quidem cum Abrahamo intercede-
 bat amicitia, sed ea amicitia non erat tanquam inter pares, sed Abraham quidem Deus erat amicus, vt qui
 ei præesset, & tanquam Pædagogus eius curam gereret. ⁷ Iacobi autem Pædagogus esse cernitur euidentissimè.
 Alium adducit cui priuatim ac singularim Pædagogus fuit Dominus, nempe Iacobum. Pædagogum autē
 eum fuisse ostendit, & ex eo quod dicat se eum in via custoditurum quocumque iret, eumque & ducturum
 & redacturum, est enim Pædagogi ducere & reducere: & ex eo quod cum ipso luctatus ad vitam ex virtu-
 te gerendam, & ad vitiiis & inimico Diabolo resistendum eum exercuerit. Qui enim solus cum Deo fuit
 luctatus, is spiritualia nequitix (vt Diui Pauli vtar verbis) cum eis enim est nobis colluctatio, facile super-
 abit, est autem hoc quoque Pædagogi, pueros exercere, & vt sint ad luctam agiliores & paratiores,
 vngere, vt qui & Aliptarum & Pedoribarum fungantur officio. Quænam est autem illa hominis cum Ia-
 cobo colluctatio? Homo ille erat Dominus qui erat etiam eius Pædagogus. Hic Pædagogus cum puero
 suo Iacobo est colluctatus, vt qui ei duo magna proposuerit certamina, nempe & Dei contēplationem,
 & vitiorum fugam. Vicit autem Iacobus, vt qui & Dei visionem quantumuis difficilem sit assecutus, quā-
 tum scilicet assequi potest captus hominis, & quæ cum eo pugnabat vitia expugnauit. Sed tam præclaram
 assecuti victoriæ sœmoris neruus emarcuit. Eo autē significatur estrenatā vim libidinis, & cōcupiscentiam
 in eo fuisse deiectā & prostratam. Nihil enim est quod vitia magis eneruet quam assidua Dei cōtemplatio.
 Solus autem idq; noctū Iacobus Deū est cōtemplatus. Nā & qui Deū contēplatur, is se ab omnibus separat
 mortalibus, sola sibi diuina proponēs & caelestia, & eo tēpore maximè contēplatur, quod & pijs ad contē-
 plandum, & flagitiosis ad vitiiis fruendum est aptissimū, nēpe noctū. Ex hac autē visione, & Dei contēplatione,
 qui prius dicebatur Iacob, id est, luctator & supplātor, & fratre Esau supplātor, & benedictio-
 nem ei præripuisset, & acriter cū vitiiis depugnasset, appellatus est Israël, id est, homo Deum vidēs, vt inter-
 pretatur Origenes, & D. Ambrosius. Porro autē ex hac visione salua facta est ei anima. Tū demū enim salua
 est quādo viuūt. Viuūt autē per Dei cogitationem, qui est ipsa vita: ad hanc autē diuinā nō perueniunt, nisi
 nisi ab ipso suo adiutus fuisset Pædagogo qui est Verbum, qui cum duxit, incitauit, & instruxit ad exercita-

Cælius an-
tiq. lib. cap.
4.
Athen. lib.
14. cap. 12.

tionem. Eius autem nomen tunc quidem fuit ignotum, Dei enim nomen tetragramaton prius ineffabile tunc demum licuit effari, quando à verbo suscepta carne nomen longè pulcherrimum, nempe Iesus, ei fuit impositum. *Hic ipse Moysen quoque docet fungi Pædagogii officio.* Moyses quidem veteris populi fuit Pædagogus, Christus autem noui, sed hanc pædagogiam non ex se habuit Moyses, sed Dominus eam ei cõmisiit, qui lege data eum docuit, quomodo esset & regendus & docendus populus. Moyses ergo non sua auctoritate, nec suis, sed Christi, ut ita dicam auspiciis, veteris populi fuit Pædagogus. Christus autem per se, non per vllum alium, & facie ad faciem, ut qui esset aspectabilis, videreturque & videretur, fuit dux & Pædagogus noui populi, nempe Christiani. Quo fit ut in vtroque nempe & in veteri & in nouo Testamento fuerit Christus Pædagogus. Sed in veteri, per Moysen, in nouo autem per se. Quod quidem est adeo verum, ut & Moyses sit Pædagogus per Christum qui eum constituit, & ipsa lex quã à Deo accepit, sit Pædagogus ad Christum, ut & cuius præcepta à Christo essent perficienda & adimplenda, cæremoniarumque & sacrificia, tam eorum quæ gessit in terris, quàm eius sacramentorum, & vnicuique & æterni sacrificij essent vmbra & figura. Quod quidem significabat Angelus ille qui Moysen præcedebat. Nam Angelus qui idem est quod nuncius, innuebat prædici per Moysen futuram Verbi in Euangelio potestatem, conseruabat autem Domini auctoritatem & dignitatem. Non enim eius qui mittitur, sed eius qui mittit auctoritatis & dignitatis habetur ratio. Qui ergo à Verbo mittebatur Angelus ut Moysen præcederet, Verbo eum mittenti suam conseruabat dignitatem & auctoritatem. Atque habebat quidem Moyses ut qui esset Pædagogus, à verbo sibi mandatum iurisdictionem. Est enim Pædagogi castigare. Sed cum idem verbum sit, & Pædagogus & Iudex, tanquam Pædagogus quidem monet ut pareant, eorum saluti consulens, non vult enim mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & viuat, & ideo eorum peccata proponit ante oculos, ut caueant ne peccent, & peccasse eos pœniteat. Quod si non pœniteant, in futuro iudicio quas mererentur dabunt pœnas. Neque verò sua tantum eis proponit peccata, sed etiam aliorum, ut metu pœnæ desistant peccare. Cuiusmodi autem sunt ea à quibus deterret peccata, ostendit exemplo eorum quæ egregius ille Pædagogus Iacobus mox è viuus excessurus dixit cõuocatis suis filiis, de Simeone & Leui qui ut raptam à Sichem sororem vlciscerentur, & Sichem ipsum & Sichimitas omnes occiderunt, & urbem euerterunt. Sunt autè eiusmodi crimina planè lætalia. Est autem hic animaduertendum quòd id quod Septuaginta verterunt, Tauri neruos præciderunt, significantes cæsum fuisse Sichem, Diuus Hieronymus verterit, murum suffoderunt, id est, urbem euerterunt. Nec mirum, cum vocabulũ Hebræum quod est *מור*, inter cætera significata, & taurum & murum significet. *Quis ergo nos eo benignius & humanius erudierit.* Hunc locum ita concludit, ut dicat Pædagogum benignè & humaniter erudire. Sed quoniam idem est Pædagogus in veteri & in nouo Testamento, nec tamen eodem modo se gerit in vtroque, ostendit quòdnam sit eius discrimen in veteri & nouo. In veteri, lex erudiebat cum metu, nam metu pœnæ deterrebat à vitis, & licet vtrobiq; esset idem Pædagogus, nempe verbum, in veteri tamè præcedebat Angelus, adeo ut verbum quodammodo esset Angelus, nempe id sub cuius specie diuina Verbi latebat essentia. In nouo autem Verbum genitum, ut quod carnem suscepisset, & quod non erat amplius Iesus mysticus, id est, latens in mysterio sub diuersis figuris, ut aliquando in rubo sub specie ignis, aliquando in viri forma, aliquando interdiu in columna nubis, noctu verò in columna ignis, sed euidenter apparet: in lucè enim editus visus est in terris, & conuersatus cum hominibus, non homines minis terruit, sed beneficiis allexit, amorèque & beneuolentia complectens, dedit pulcherrima documenta & præcepta charitatis. Iam verò cum etiam in veteri Testamento, in quo terretur populus, nõ desint multis in locis præcepta charitatis, cuiusmodi sunt ea quæ citauit ex Psalmis & prophetis, quòd fit ut etiam in veteri Testamento sit nouum, non est quod nouo Testamento exprobratur verbi nouitas, cum eadem nouitas sit etiam impressa in literis veteris Testamenti: vtrobiq; enim est idem Verbum & idem spiritus, licet pro varietate temporum aliquando diuersa fuerint præcepta, in iis maximè quæ pertinent ad indicia cæremonias & sacrificia, quæ noui Testamenti fuerunt vmbra & figura quæ quidem cessarunt exorta veritate. *Sed Dominus quoque dicit in Hieremia.* Hæc propheta quidem est de Hieremia, sed vult Clemens eam intelligi de iis qui sunt à Deo præcogniti & prædestinati ad fidem. Quæ quidem Dei præcognitio & prædestinatio, cum fuisset completa post Christi aduentum, qui præciti & prædestinati fuerant, dicti sunt pueri & infantes: ut qui recens nati sint ad salutem, & Christum habeant Pædagogum. Quod cum prædicit Hieremias, significat probro non esse dandam infantis & pueri appellationem. Nouum certè non est dicendum Euangelium quod ante mundi constitutionem fuit præcognitum, licet possit dici nouum, ut quod nouissimis temporibus fuerit prædicatum. Sed nec lex veteris testamenti est præstantior Euangelio. Vtrumque quidem est gratia, ut quæ sit gratis data; sed legis gratia, licet à Deo data, per Moysen tamen eius seruum fuit data, quo fit ut ea magna ex parte verferetur circa temporalia, & sit temporalis. Promissa quidem fuerat Abrahamæ terra fluens lacte & melle, ad quam contendebat etiam Moyses, licet ad eam non peruenerit, ad eam autem peruenit populus Israëliticus, non à Moysè ductus, sed à Iesu Naue quem dicimus Iosue, qui nobis repræsentabat Iesum ad terram viuientium nos deducturum, quæ verè erat terra promissionis. Gratia autem Euangelij, non data est per Moysen, licet ea quoque à Deo sit data, sed facta est per Iesum. Ea non consistit in pinguedine & vbertate terræ fluentis lacte & melle, non in bonis temporalibus quæ à Deo quidem dantur, fluxa autem sunt & caduca, sed in vitæ æternitate quæ itidem datur à Deo, sed facta est per Iesum, qui Diaboli mortisque tyrannidem, peccatis deletis, per mortem suam destruens æternam vitam est fabricatus, quæ dum mors regnaret esse minimè potuit. Non solum autem æterna illa gratia, nempe vita æterna, facta est per Iesum, sed etiam veritas. Nam cum sub lege omnia Hebræis contingerent in vmbra & figuris, eæ cum Iesus aduenisset cessarunt, & facta est veritas. Vera enim fuerunt, & non solum significantia, sed verè etiam efficientia fuerunt sacramenta, & in locum tot sacrificiorum successit vnicum verum Christi præsentis & peccata expiantis sacrificium. Est autem animaduertendum non dixisse Scripturam, fuit veritas, sed facta est: semper enim fuit imò verò est ipsa veritatis essentia, quæ est ipse Deus, sed non semper fuit quod factum est à veritate nempe ipsum opus, quod æternum dicitur, vel

citur, vel quod factum sit ut esset sempiternum; vel quod ei semper adsit qui operatur. Non me fugit multos hunc locum Ioannis aliter exposuisse: sed mihi visus est Clemens sic intellexisse. De eo autem aliis relinquo iudicium.

Aduersus eos qui existimant eum non esse bonum
qui est iustus. Cap. VIII.

IC exoriuntur aliqui, qui dicunt non esse bonum Dominum, propter virgam & minas, & timorem: neque Scripturam audientes quæ sic dicit: *Et qui timet Dominum conuertetur ad cor suum; & obliuiscitur, quod est maximum, eius benignitatis, qui propter nos homo factus est. Quinetiam familiaris eum propheta precatur per hæc verba: Memento nostri, quoniam puluis sumus, hoc est, Misere nostri, quoniam carnis imbecillitatem tu ipse eam passus, es expertus. Ea ergo ratione optimus, & nulli reprehensioni obnoxius pædagogus est Dominus, qui propter insignem benignitatem & clementiam vniuscuiusque hominum natura miseretur. Nihil enim esset quod odit Dominus: non enim aliquid quidem odit, vult autem id esse quod odit. Neque verò vult aliquid non esse, est autem causa ut sit id quod vult non esse. Sed neque non vult aliquid quidem non esse, id verò est. Si quid ergo odit Verbum, id vult non esse. Nihil est autem, cuius non Deus causam, quod id sit, præbeat. Nihil ergo odit Deus, sed neque Verbum: vtrumque enim vnum est, nempe Deus. Dixit enim: In principio erat Verbum, & Verbum erat in Deo, & Deus erat Verbum. Quod si nihil odit eorum quæ facta sunt ab ipso, restat ut id diligat. Longè autem plus quàm alia iurè hominem diligit, qui est pulcherrimum animal eorum quæ ab ipso effecta sunt; pietatèque ac religione præditum. Hominem ergo diligit Deus, ergo Verbum etiam hominem diligit. Qui autem aliquid diligit, ei vult prodesse. Quod autem prodest, eo quod non prodest utique fuerit præstantius. Præstantius autem bono nihil est, prodest ergo quod bonum est. Constat autem Deum esse bonum. Deus ergo prodest. Bonum autem quatenus bonum est, nihil aliud facit quàm prodest. Deus ergo prodest in omnibus. Et non homini quidem in aliqua re prodest? non autem eius curam gerit? Neque quidem eius curam gerit? non autem est etiam de eo sollicitus? Est autem præstantius quod sua sponte prodest, quàm quod non sua sponte. Deo autem nihil est præstantius. Nec est aliud sua sponte prodesse, quàm esse de homine sollicitum. Deus ergo curam gerit hominis, & de eo est sollicitus. Id autem re ipsa ostendit, cum Verbo eum erudiat, quod est verus & germanus adiutor Dei in homines beneuolentia. Bonum autem esse dicitur, non eò quòd virtutem habeat: quando quidem iustitia quoque bonum esse dicitur, non quod habeat virtutem, ipsa enim est virtus, sed quod ipsa ex se & per se bona sit. Dicitur etiam alio modo bonum, id quod est utile non eo quod delectet, sed eo quod prosit. Quæ quidem omnia est iustitia, bonum & ut virtus, & ut per se eligenda, & ut quæ nõ delectet. Non enim iudicat ad gratiam, sed pro vniuscuiusque meritis distribuit. Id autem quod est utile, sequitur id quod prodest. Per omnes ergo partes per quas bonum diiudicatur, iustitia quoque boni figurã ac characterem suscipit: sunt enim inter se æquales & similes. Bonum est ergo iustitia. *Quomodo ergo inquiunt, si Dominus homines diligit, & bonus est, irascitur & punit? Necessè est ergo de ijs quàm fieri poterit breuissimè differere: est enim hæc tractatio aliqua ex parte conducibilis, ad rectam puerorum educationem necessarij auxiliij locum tenens. Multa enim animi affectiones curantur supplicio, & præceptorum austeriorum iussu, atque etiam per doctrinam nonnullarum speculationum. Est autem reprehensio veluti quedã chirurgia affectionum animæ. A veritate autè abscessus sunt affectiones, quas sectione diuidentè oportet coarguere. Medicamentorum autem potioni aut applicationi est similis exprobratio, quæ resoluit affectio-**

Eccles. 21.

Iob. 10.

Psal. 102.

Sapient. 11.

Ioan. 1.

Matth. 6.

Abscessus
Græcè est
σπασμός,
hoc est apo-
stema, siue
humorum
abscessus.

nes quæ iam occalluerunt, impudicæque & libidinosa vitæ sordes expurgat, fastusque ac
 superbiæ carnes quæ ex creuerunt, exæquat, sanū ac verum hominem exequas & restituēs.
 Iam vero admonitio est veluti quædam diata agrotantis animæ, quæ sunt sumenda con-
 sulens, & quæ non sunt, prohibens. Hæc autem omnia tendunt ad salutem & sanitatem
 æternam. Quinetiam dux exercitus, cum in eos qui maleficium admiserunt, & multis
 pecuniarijs, & pœnis quæ cum vinculis & extrema ignominia ad corpus usque peruadūt,
 animaduertit, & nonnullos etiam nonnunquam morte punit, finem habet id quod bonum
 est, ut qui eius imperio parent duces admoneantur. Ita etiā magnus ille Imperator vniuer-
 sorum dux Verbum, eos qui præter suam legem effrenatori impetu feruntur, & aurigæ
 non parent, ut à seruitute & errore, & ab aduersarij captiuitate liberentur, ut animi per-
 turbationes coercerent admonens, ad sacram reipublicæ concordiam eos pacificè deducens.
 Quomodo ergo orationi suasoriæ adiunctum est genus exhortatorium & consolatorium,
 ita etiam laudatorio vituperatorium & exprobratorium. Est autem hoc genus ars quæ-
 dam absterforia. Benevolentia autem, non odij signum est, reprehendere. Ambo enim
 probri obijciunt, & amicus & inimicus: sed inimicus quidem irridens, amicus autem be-
 nè volens. Non ergo propter odium Dominus homines maledictis incessit, quos cum pro-
 pter nostra ipsorum scelera licuisset perdere, ipse pro nobis passus est. Pædagogus enim, ut
 qui sit bonus, admodum artificiosè vel per maledictū ad vituperandum irrepit, maledicto
 tanquam flagello mentis socordiam excitans. Rursus autem eosdem vicissim conatur ad-
 hortari: Quos enim laus non mouet, incitat vituperatio: & quos tanquam mortuos vitu-
 peratio non excitauit ad salutem, eos ad veritatem expergeficit maledictum. Flagella e-
 nim & maledicta in omni tempore sapientiæ. Qui testam conglutinat, & stultum docet,
 ad sensum, inquit, terram ducit, & eum qui est desperatus acuit ad prudentiam. Propter
 ea apertè subiunxit: Excitās dormientem à profundo somno, qui est ex alijs maximè mor-
 ti similis. Porro autem ipse de seipso apertissimè exponit, multiplicem multisque modis
 utilem culturam allegoricè significans, quando dixit: Ego sum vitis vera, & Pater meus
 agricola est. Deinde rursus subiunxit: Omnis palmes in me non ferens fructū, tollit ipsum,
 & quidquid fructum fert expurgat, ut amplius fructus ferat. Syluescit enim vitis nisi pu-
 tetur: ita etiam homo. Luxuriantes autē adnatæque propagines, Verbum qui est gladius,
 expurgat, cogens appetitiones ne fructū ferre desiderent. Eorum autem qui peccant incre-
 patio habet scopum salutem, Verbo se concinnè applicatē pro proprijs vniuscuiusque mori-
 bus, & alicubi quidem vehementi & intenso, alicubi autem laxo & remisso. Apertis-
 simè itaque dictum est per Moysen: Bono estote animo, ut vos tentet accessit Deus, ut sit
 timor eius in vobis, ut non peccetis. Hinc pulchrè quoque Plato cum didicisset: Omni-
 bus enim, inquit, reuera bene fit qui dant pœnas: iuuantur enim dum eis punitis melior
 euadit anima. Si qui autem corriguntur, ijs à iusto bene fit; etiam ex sententia Plato-
 nis constat bonum esse quod iustum est. Ipse ergo timor prodest, & ut hominibus be-
 nè esset inuentus est: quoniam spiritus timens Dominum viuet. Spes enim est in eum qui
 ipsos saluos facit. Hic ipse autem, Verbum inquit, qui pœnas imponit, est iudex. De quo
 dicit etiam Esaias: Dominus tradidit ipsum peccatis nostris, peccatorum scilicet corre-
 ctorem & directorem: & ideo solus hic potest peccata nostra remittere, noster à Patre
 vniuersorum constitutus Pædagogus, qui solus ab obedientia potest discernere inobedi-
 tiam. Qui autem minatur, apertè ostendit se nihil mali velle facere, neque ea quæ mina-
 tur exequi, sed incusso timore impetum ad peccata reprimat, & suam in homines beneuolē-
 tiam ostendit adhuc differens, & ostendens qualia sunt passuri si peccatores permaneant.
 Non autem sicut serpens statim infixus momordit. Bonus est ergo Deus. Atque ipse
 quidem

quidem Dominus sermone ante factum saepe vititur. Sagittæ meæ, inquit, conficient ipsos, Deut. 32.
 consumpti fame & morsu auium, & neruorum in ceruicem couulsio immedicabilis. Den-
 tes bestiarum immittam in ipsos cum ira serpētium super terram, foris filiis eos orbabit gla-
 dius, & ex promptuarijs metus. Non enim Deus irascitur, ut nonnullis visum est, sed per
 suam in homines beneuolentiam à plurimis quidem abstinere hortatur, omnia autem quæ
 sunt agenda indicat. Bona autem est hæc ars, terrere ne peccemus. Timor enim Domini
 peccata extrudit. Qui est autem sine timore, non poterit iustificari, inquit Scriptura. Deus
 autem non ex ira irrogat supplicium, sed quod iustum est considerat, nempe quod non ex-
 pediat propter nos prætermitti quod iustum est. Vnusquisque autem nostrum supplicium
 eligit, cum spontè peccat. culpa est autem eius qui eligit: in Deum autem nequit conferri
 culpa. Si autem iniustitia nostra Dei iustitiam commendat, quid dicemus? Nunquid est
 Deus iniustus qui infert iram? Absit. Dicit itaque minans: Acuam gladium meum, &
 apprehendēt iudicium manus mea, & ipse retribuam eius inimicis, & iis qui oderunt me
 retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus comedet carnes à sangui-
 ne vulneratorum. Hic ergo est apertum, quod qui nō sunt inimici veritati, neque verbum
 oderunt, suam ipsorum salutem odio non habuerint, inimicitiarum autem pœnas effuge-
 rint. Corona itaque sapientiæ, inquit sapientia, timor Domini. Apertissimè autem per
 Amos Prophetam sui consilij rationem Verbum significauit: Euerit vos, dicens, sicut Deus
 euerit Sodomam & Gomorram, & fuistis sicut torris extractus ab igne, & ne sic qui-
 dem ad me conuersi estis, dicit Dominus. Videte quomodo Deus propter suam bonitatem
 requirit pœnitentiam: & in ipsa minarum intentione tacitè ostendit suam in homines be-
 neuolentiam: Auertam, inquit, faciem meam ab ipsis, & ostendam quid erit ipsis. Vbi e-
 nim Domini facies respicit, illic est pax & exultatio. Vbi autem faciem auertit, ingredi-
 tur vitium. Non vult ergo mala intueri: est enim bonus: sed cum ipse oculos auerterit, sua
 spē propter humanam infidelitatem ortum habet vitium. Vide ergo, inquit Paulus, bo-
 nitatem & seueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem boni-
 tatem, si permanseris in bonitate, hoc est, fide in Christum. Eum autem qui est bonus, qua-
 tenus est bonus, sequitur odium vitij. Et ideo fatebor quidē eum castigare infideles. Casti-
 gatio enim est bono & utilitati eius qui castigatur: est enim eius qui resistit correctio: ulcisci
 autem non vult. Est autem ultio, redditio mali quod emittitur ad ultionem eius qui ulci-
 scitur. Ulcisci autem non desiderauerit, qui pro iis qui nobis faciunt iniuriam nos orare do-
 cuit. Sed quod bonus quidē sit Deus, omnes consentunt. Quod autē idem quoque Deus
 iustus sit, non est mihi opus pluribus verbis, si euangelicam Domini vocem adduxero. Matth. 5.
 Vnum quidem ipsum dicit: Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut &
 ipsi in nobis vnum sint: ut etiam mundus credat quod tu me miseris. Et ego gloriam quam
 tu dedisti mihi, dedi eis, ut vnum sint, sicut nos vnum sumus: ego in ipsis, & tu in me, ut
 sint perfecti in vnum. Vnum autem est Deus, & ultra vnum, & supra ipsam unitatem.
 Et ideo particula illa, Tu, demonstratiuam habens emphasim, eum qui verè solus est, qui
 fuit, & est, & erit, Deum ostendit. In quibus tribus nominibus ponitur vnum nomen,
 nempe Ens. Quod autem is ipse qui solus est Deus, ipse quoque sit solus & verè iustus, in
 ipso testabitur Dominus euangelio, dicens: Pater, quos dedisti mihi, volo ut vbi ego sum,
 illi quoque mecum sint, ut contemplantur gloriam meam quam dedisti mihi, quod dilexi-
 sti me ante constitutionem mundi. Pater iuste, & mundus te non cognouit, ego autem te
 cognoui, & illi cognouerunt, quod tu me miseris, & notum eis feci nomen tuum, & no-
 tum faciam. Hic est qui reddit peccata patrum in filios iis qui oderunt, & faciens miseri-
 cordiam iis qui diligunt. Qui enim hos quidem statuit à dextris, illos verò à sinistris, qua-
 N iij

tenus quidem Pater qui est bonus mente concipitur, id solum quod est bonus est appellatus: quatenus verò qui est Filius verbum eius est in Patre, iustus appellatur ex mutua quæ est inter se relatione & habitudine, ut sit dilectionis æqualitate diuersum nomē potentia: Virum, inquit, secundum opera sua indicabit, cum bonæ statere faciem iustitiæ lesus Deus nobis notum fecerit, per quem, tanquam ex æquali trutina, Deum quoque cognouimus. De eo quoque aperte dicit Sapientia: Misericordia enim & ira cum ipso. Dominus enim his utrisque solus est potens, iram effundens ad propiciationem ex magna sua misericordia. Ita etiam eius reprehensio: misericordiae enim & reprehensionis scopus est salus eorum qui reprehenduntur. Iam vero quod bonus sit idem Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, idem Verbum rursus confitebitur, dicens eum esse bonum in ingratos & in improbos: & præterea dum dicit: Estote misericordes, sicut Pater vester est misericors. quinetiam quando dicit aperte: Nemo bonus nisi pater meus qui est in cælis. Deinde rursus: Pater, inquit, solem suum splendescere facit super omnes. Hic notandum est, quod Patrem suum qui est bonus, opificem quoque & creatorem esse confitetur. Quod autem iustus sit creator, nulla est controuersia. Et rursus: Pater meus, inquit, pluit super iustos & iniustos: & quatenus quidem pluit, est aquarum & nubium opifex: quatenus autem super omnes, iure est eius quoque virtutis æquilibrium. Tanquam bonus autem, super iustos & iniustos, similiter. Apertissime ergo unum & eundem esse Deum ratiocinatione colligimus, hoc modo: Videbo cælos opera digitorum tuorum: & Qui creauit cælos, in cælis habitat: & Cælum sedes tua, Spiritus sanctus cecinit. Dominus autem dicit in prece: Pater noster qui es in cælis. Cæli autem sunt eius qui mundum creauit. Contradici ergo non potest, quin Dominus sit filius opificis. Quod si apud omnes constat iustum esse creatorem: opificis autem filius est Dominus, eius ergo qui est iustus, filius est Dominus. Quocirca Paulus quoque dicit: Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est. Et rursus: ut magis Deum censeas: Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes credentes. Non est enim distinctio. Et præterea veritati ferens testimonium paulò post subiungit: Intollerantia Dei ad ostensionem quòd sit idem iustus, & iustificans eum qui est ex fide, Iesus. Quod autem iustum est id bonum esse, nosse videtur qui dicit: Quare lex quidem sancta, & præceptum sanctum, & iustum, & bonum est: in eadem potestate utrumque nomen collocans. Atqui nullus est etiam bonus nisi Pater eius. Idem est ergo pater eius, qui cum unum sit, multis significatur potestatibus. Et hoc sibi volebat illud: Nemo nouit Patrem, qui quidem ipse erat omnia priusquam veniret Filius: ut sit veritate apertum, quòd qui est uniuersorum Deus, unus solus sit bonus, iustus, opifex, Filius in Patre, cui gloria in secula seculorum, Amen. Sed neque à salutari verbo est alienum, dum alicuius cura geritur maledicere. Nam hoc quoque est medicamentum diuinæ benignitatis, ex quo efflorescit rubor pudoris, & ad peccandum subit verecundiæ. Si enim oportet vituperare, oportet etiam maledicere. Quo in loco animam, quæ dolere desit, tempus est non letaliter sauciare, sed salubriter exiguo dolore lucrantem mortem æternam. In pædagogia autem eius magna est sapientia, & varia est eius administrationis ratio ad salutem. Bonis enim fert testimonium pædagogus. Vocatos autem euocat ad meliora, & eos qui ad iniuriam faciendam properant, ab impetu auertit: iubet autem traduci ad vitam meliorem. Nam quod non est alterum, quod est absque testimonio, ab eo cui fertur testimonium, & gratia est maxima, quæ proficiscitur ex testimonio. Porò autem iræ quoque affectio, si ita vocanda sit eius admonitio, est benignitatis & beneuolentiæ erga homines, cum Deus ad affectiones descendat propter hominem, propter quem Verbum Dei homo factum est.

COMME N-

* Hic exoriantur aliqui, qui dicunt. Cùm dixisset Pædagogum Dominum nostrum non solum docere & admonere, sed etiam castigare & punire, venit illi in mentem quorundam hæreticorum, nempe Marcionistarum, qui Deum quidem legis dicebant esse iustum quòd puniret, Euangelij autem, bonum, quod in suos benignus esset & clemens. Quod si noster Pædagogus in castigandis & puniendis suis pueris esset seuerus, futurum itidem ut dicerent, eum quidem esse iustum, sed non bonum. Atque aduersus Marcionistas quidem doctissimè scripsit Tertullianus: & cuiusmodi esset eorum hæresis, legi potest apud Theodoretum Cyrensem Episcopum in libro de hæreticorum fabulis. De iis etiam intelligit doctissimi magistri, doctissimus discipulus, nempe Origenes, qui sic scribit in Numerorum caput xvj. Verum quoniam in hos peruenies locos, volui de bonitate Dei admonere discipulos Christi, ne quis forte vestrum ab hæreticis conturbetur, si quando certamen inciderit, illis dicentibus quòd Deus legis non est bonus, sed iustus, & Moyse lex non bonitatem continet, sed iustitiam. Videant ergo qui Deum pariter criminantur & legem, quomodo Moyse ipse & Aaron priores fecerunt, hoc quod postmodum Euangelium docuit. Ecce diligit Moyse inimicos, & orat pro persecutoribus suis, quod utique Christus fieri in Euangelis docet &c. Probatum ergo Clemens, quòd Dominus noster Iesus pro nobis Verbum caro factus, qui in nos tanta benignitate est vsus, ut pro nobis homo fieret, non ideo non est bonus quod castiget & puniat ut iustus, hac ratione utitur & methodo, Deus nihil odit eorum quæ creauit: nam si odisset, non esset, quidquid enim est ab eo quòd sit causam habet. Si non odit, diligit: Si autem Deus diligit, diligit etiam verbum. Vnum enim & idem est Deus & Verbum. Verbum enim est apud Deum, & Deus est Verbum. Plus autem quam cætera omnia diligit hominem, ut qui sit pietate præditus ac religione. Qui autem diligit, vult prodesse. Qui vult prodesse, curam gerit, & est sollicitus. Curam autem gerit & est sollicitus, ut qui sit bonus. Bonus autem dicitur, non ut qui iusto aduersetur, & tanquam virtute præditus: nam ipsa quoque iustitia est virtus, sed ut qui habeat bonum seu bonitatem. Nam & bonum est quod est per se honestum, & quod est vile, & quod delectat, non ideo nõ est bona cùm cæteras habeat. Ex quo sequitur necessariò effici, ut qui est iustus, sit etiam bonus, & qui est bonus sit iustus, & bonum sit iustitia. Quomodo ergo inquirunt. Respondens ad interrogationem hæreticorum qui rogat, quomodo Deus diligit si irascitur & punit, affert ea quæ fuit à chirurgis & medicis ad sanandos morbos, & propulsandas malas corporis affectiones, quæ ad patiendum sunt quidem aspera & molesta, bono autem sunt laborantibus. Chirurgorum enim sectioni, & medicorum medicamentorum porioni & applicationi assimilat reprehensionem, exprobrationem, admonitionem quæ tendunt ad æternam salutem & sanitatem eorum, quorum sunt ægri & perturbationibus agitati animi. Sunt autem perpetuæ metaphora sumpta à Chirurgis & Medicis, ex quibus vna est abscessus, qui Græcè est *σπασμα*, alias *σπασμα*. Ita autem vocat sectionem vel hæresim, qua à toto corpore separatus, in vnum locum cogitur humor prauè & impiè. Eam autem affectionem dicit sectione diuidendam & coarguendam. Hinc pulchrè quoque Plato. Hæc sunt verba Platonis in Gorgia quæ nos sic latinè vertimus; Conuenit autem cuilibet qui est in supplicio, ut dum ab alio recte punitur, aut fiat melior & iuuetur, aut aliis sit exemplo, ut alij videntes patientem quæ patitur timentes, reddatur meliores. Ex his infert ex sententia Platonis, quòd iustum est esse bonum, & timorem esse inuentum, ut prodesset hominibus. Quo fit ut Pædagogus noster qui ipse quoque est Iudex à Deo constitutus, Verbum, inquam, homo factum, & si est Iustus & puniat, sit bonus. Is autem cum sit Iudex, ut potest damnare, ita etiam potest sua autoritate solus peccata remittere. Nam Sacerdotes qui remittunt, non sua, sed eis ab ipso mandata funguntur autoritate. Meritò autem solus peccata remittit, qui solus discernit peccata quæ procedunt ab inobedientia. Non peccat autem qui Dei preceptis. Ipse quoque Iudex non statim condemnat, nec est eius scopus statim malefacere, ut serps infixus statim mordet, sed minatur deterrens à peccatis, ostendens quæ sint passuri, nisi eos peccasse pœniteat. Niniuitis quidem certe minatus, & eos induxit ad pœnitentiam, & suam de Niniues excidio reuocauit sententiam. Atque ipse quidem Dominus sermone ante factum saepe videtur. In Deum quidem ira non cadit, nec vlla animi perturbatio, sed in scriptura dicitur Deus irasci, quando aliquid iniustum à nobis geri indicat. Sed nec ad puniendum more humano repentino fertur impetu, sed quæ facturus est, aut quæ futuræ sunt pœnæ prædicit, ut à peccatis abstinenceatur, & eorum sit pœnitentia. Timorem enim nobis incutit qui expellit peccata, & sine quo nemo potest iustificari. Iustus enim non est qui Deum non timeret. Nam etsi timori successerit charitas, quæ efficit ut non amplius propter metum pœnæ peccemus, à viro tamen bono abesse non potest metus, qui persuadet ut propter Deum qui nos vult esse saluos, & cui omnia debemus, caueamus peccare: Nec perfecta charitas eum expellit timorem qui inducit ad obedientiam, sed eum qui ne peccet solam sibi proponit pœnam, non autem Dei amorem: Deus autem pœnam non irrogat propter iram, sed propter iustitiam. Eam autem pœnam sua culpa sibi accersit, atque adeo eligit homo, qui cum sit libero præditus arbitrio, sua sponte peccat. In Deum autem tantum abest, ut vlla possit conferri culpa, ut iniquitatis punitio eius commendet iustitiam, quæ ne prætermittatur, ipse quoque qui punitur interest. Quo fit ut etiam lubenter eam subeant, qui suam amant salutem, & Verbum non oderunt. Corona itaque sapientiæ, inquit sapientia, timor Domini: Sapientiæ nihil maius affert ornamentum, quam timor Domini. Non quantumuis præclarum sit hominis ingenium, & quantumque sit intelligentia, si is procliuis sit ad vitium, nec eum à scelere reprimat ac reuocet pietas ac religio, nullum est eius vitæ decus, nec honor, nec sapientia tam est appellanda, quam calliditas & malitia. Apertissime autem per Amos Prophetam. Hunc locum Prophetæ Amos sic exponit Diuus Hieronymus; Subverti vos sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus de incendio, & non rediistis ad me, dicit Dominus. Idcirco hæc faciam tibi o Israël, ut qui præterita contempsisti, saltem ad ea quæ illaturus sum corrigaris. Cùmque dixerit; Hæc faciam tibi, quid facturus sit taceret, ut dum ad singula pœnarum genera pendet incer-

rus, quæ ideo terribiliora sunt, quia omnia suspicantur, agat pœnitentiam ne Deus inferat quæ minatur: Hæc Hieronymus; Est ergo Dei consilium & scopus in minando, ut ij quibus minatur agant pœnitentiam, nec eis minatur quod eis male vult, imò verò in ipsarum minarum intentione est benevolentia. Non enim ad mala quæ minatur, ideo aspicit, ut ea inferat, cum sit bonus, sed ut intelligant quod si ipse auertat faciem suam, quod eis minatur, omnia eis malè sint cellura. Nam quando Dei facies nos aspicit, & nos suo tuetur præsidio, in nobis est virtus, & ea de causa inest pax & exultatio. Quando autem auertit faciem, nec nos suo dignatur auxilio, propter nostram nequitiam subit vitium, & cum eo mala omnia. Non subit autem vitium & mala quæ inde oriuntur, quod Deus id velit fieri: non est enim Deus autor mali: sed cum Deus faciem auertit, & nostra culpa nos amplius sua non dignatur gratia, sine qua nihil possumus facere, libero nostro relicto arbitrio, nostra sponte in vitium incidimus. Hoc autem vsuuenit propter humanam infidelitatem, 10 ut qui Deo non credamus, nec eius præceptis pareamus. *¶ Vide ergo, inquit Paulus.* Deus cum sit bonus, odit vitium. Qui autem odit vitium castigat, non autem vleiscitur. Differunt autem castigare, & vleisci. Castigare enim est eum punire qui peccauit, & eum qui non est rectus dirigere ad rectitudinem. Quo fit ut castigatio sit bono eius qui castigatur, non eius qui castigat. Vleisci autem est malam coipiam illatum red- dere: vltio autem non sibi proponit bonum eius quem vleiscitur, sed eius qui vleiscitur. Vleiscens enim non aliud quam ut parem referens gratiam suam impleat desiderium, quod quidem existimat sibi esse con- ducibile. Deus autem castigat, non autem vleiscitur, & permittit quidem castigationem, tantum autem abest ut permittat vltionem, ut nos etiam iubeat orare pro iis qui nobis fecerunt iniuriam. *¶ Sed quod bo- nus quidem sit Deus omnes consitentur.* Deus est & bonus, & iustus, & clemens, & seuerus, habita ratione di- uersitatis temporum, & actionum quæ fiunt ab hominibus. In eos quidem qui peccant, iustus est & seue- 20 rus: in eos autem qui recte viuunt in fide permanentes, bonus, benignus, & clemens. Cum autem sit vnus solus Deus, atq; adeò vnus, & vltra vnus, atque adeo supra vnitatem, ut qui sit simplicissimus, & nec cum materia concretus, nec ab ea abstractus, & per se sit solus, & nec vnionem suscipiat, nec separationem, nec mutationem, & cum omnia numeret, ipse non cadat sub numerum, licet eius diuersæ sint hypostasales seu personæ, quarum quælibet sua habeat attributa, alteri tamen non adimuntur, quæ vni tribuuntur, quod ad diuinam attinet essentiam, propter mutuas inter se habitudines & relationes, nisi quatenus diuinae naturæ adiuncta humanitas, non permittit ut eadem attribuantur cuiilibet personæ & hypostasi. Hinc non sequitur quod si pater sit iustus, non sit etiam iustus filius: & si filius qui est Verbum, sit bonus, non sit etiam pa- ter bonus. Quod autem pater sit iustus, & nihilo secius bonus: & filius bonus, & nihilo secius iustus, probat multis scripturæ testimoniis, in quibus & ipse pater filio tribuit iustitiam, & filius patri bonitatem. Quo fit 30 ut sit fallum quod asserit Marcion; Deum legis esse iustum, non autem bonum, & contra noui Testamenti Deum esse bonum, non autem iustum. Huius autem hæc est causa, quod cum sanctæ Triadis vna sit diu- nitas, quæ cuiilibet personæ, ut quæ Deus sit tribuantur, ea propter mutuam inter se relationem & habitu- dinem, sunt veluti in æquilibrio. Quo fit ut pater æquè sit bonus atque filius, & filius æquè iustus atque pater, & contra; Deus enim bonus & iustus, est Deus Pater & Filius, & Spiritus. Tres enim hypostasales seu personæ, sunt vnus Deus, & quælibet persona est Deus. *¶ Hic notandum est quod pater suum qui est bonus.* Ex eo quod citatur, concludit eundem esse opificem, seu creatorem & bonum. Creatorem quidem ex eo quod pluat, ab eo autem creantur imbres qui cadunt: Bonum autem ex eo quod pluuia proficit bonis & malis. *¶ Aperitissimè ergo vnum & eundem esse Deum.* Vnum & eundem esse Deum sic ratiocinando colligit; Creator est pater: Creatoris autem filius est Dominus Iesus, qui est bonus: Creator autem est iustus. Sic 40 ergo concludit; Pater & filius sunt vnus Deus: iustus autem & bonus sunt pater & filius: iustus ergo & bo- nus est vnus Deus. Hoc autem significauit per illud; Nemo nouit Patrem antequam veniret Filius: Co- gnoscere enim non potest aliquid, nisi per id quod est in ipso qui nouit: Ignorare enim esse, nisi in ipso esset. Anima quidem certe quæ rerum externas nouit formas, eas non nouit, nisi in ipsa essent forme, quas per in- telligentiam applicaret ad res externas. Ex autem res externæ non sunt quidem in anima, sed in ea sunt ea- rum formæ cadentes sub intelligentiam, quæ efficiunt ut cognoscantur sensiles. Simile enim simili cognos- citur. Nihil est autem tam simile quam Filius Patri, ut cuius vna sit & eadem essentia. Quod fit ut per filium cognoscatur Pater. Quod eo fit facilius & certius, quod & Pater & Filius sint vnum, & sit in patre filius, nec sit in eis externum aliquid cogitandum. Nam qui videt Patrem, videt etiam filium, & quæcunque sunt in patre eadem sunt etiam in filio, personalibus exceptis relationibus, & quæ sunt earum propria. Patrem 50 autem nosse non est aliud quam ipsum nosse filium, per quem peruenimus ad patrem. Filium autem nouit, qui ipsam credit iustum, & bonum, & rerum omnium esse autorem opificem. Hoc ipsum credere & sente- re de patre, est ipsum nosse patrem. Et erat quidem pater hæc omnia priusquam filius veniret, sed præstitit eius aduentus, ut vterque crederetur bonus & iustus, & hanc mundi vniuersitatem simul cum Spiritu ar- chitectatus, & cum tres sint hypostasales seu personæ, esse tamen vnus, neque pater ita esse sciunctus à filio, quin sit vnus Deus. Neque vero sicubi dicatur Pater iustus, & alicubi bonus, non sequitur quin vnus & idè sit iustus & bonus, maxime cum, ut patet ex Diuo Paulo, ita coniungantur bonum & iustum, ut & bona dicatur lex & iusta, & præceptum bonum & iustum, & ipse Christus quem etiam hæretici fatentur bonum, sit etiã iustus & ex fide iustificans. *¶ Sed neque à salutaris verbo est alienum.* Quoniam ira non cadit in Deum, vsus est correptione, dicens; Si ira vocanda sit admonitio, admonitio autem est vituperatio & maledicti 60 illatio eiusmodi sit oportet, ut anima quæ indurata doloris sensum exuit, non lætaliter saucietur, sed salu- briter, ut paruo dolore à morte æterna liberetur. Siue autem laudet Pædagogus, siue vituperet, siue bonis ferat testimonium, siue non ferat, non est enim diuersum id cui fertur testimonium ab eo cui non fertur, cum vtrique fuerit Pædagogus, id proficiscitur ab eius benevolentia. Maxima autem est gratia, si bonis ferat testimonium. Nam si a viro bono pulchrum est laudari, & bonum habere testimonium, quanto magis ab ipso Dei verbo, quod ipsum quoque est Deus?

Quod

Quod eiusdem est potestatis & benefacere, & iuste punire: in quo etiam dicitur, quis sit modus Verbi Pædagogi. Cap. I X.

MNIBVS * ergo viribus, humanæ naturæ pædagogus, diuinum nostrum Verbum vtens omnibus sapietia machinis, infantes conseruare est aggressus, admonens, reprehendens, increpans, arguens, minans, sanans, promittens, grā- 10 tificans, multis veluti quibusdam frenis à ratione alienas humanæ naturæ appetitiones alligans. Vt ergo paucis dicam, in nos ita se gerit Dominus, ut nos in nostros filios. Sunt tibi filij, castiga eos, suadet sapientia, & inspecte eos à iuuentute sua. Sunt tibi filia, attende corpori earum, & ne vultum tuum apud eas exhilaraueris. Atqui liberos nostros, filios & filias, valde & supra quodcunque aliud amamus. Quoniam autem qui ad gratiam quidem loquuntur, parum diligunt id quod non molestia afficiunt: qui autem ad utilitatem, acerbi sunt & astringunt, etsi in presentia sint molesti, in futurum postea 20 seculum beneficio afficiunt: non presentem voluptatem Dominus, sed futuram spectauit delectationem. *¶ Benignè autem & hominem diligentis eius pædagogia modum persequamur cum prophetico testimonio.* Atque admonitio quidem est, curam gerens vituperatio, indens intelligentiam. Talis est pædagogus admonitor, ut quando dicit in Euangelio: Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos, & nolulistis. Et rursum scriptura admonet: Et mæchati sunt, dicens, in lignum & lapidem, & suffumiga- runt Baal. Maximum autem signum est eius benignitatis, quod licet aperte sciret impu- 30 dentiam populi qui recalcitrabat & resiliebat, aperte tamen adhortatur ad pœnitentiam, & dicit per Ezechielem: Fili hominis in medio scorpionum tu habitas: veruntamen lo- quere ipsis si forte audierint. Quinetiam dicit Moyse: Vade & dic Pharaoni ut emittat populum: ego autem noui quod non emittet ipsos. Vtrunque enim aperte ostendit, & Deū præsciuisse futurum, & eius benignitatem libero animi arbitrio largiri occasionem pœni- tentiæ. Admonet autem per Esaiam, populi curam gerens, quando dicit: Hic populus la- 40 biis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Hoc est vituperatio arguens: Frustra au- tem me colunt, docentes doctrinas & mandata hominum. Hic curatio, quæ peccatum ma- nifestauit, eadem ratione ex aduerso salutem ostendit. *¶ Increpatio autem est propter tur- pia vituperatio, iis quæ sunt honesta, coniungens.* Hoc ostenditur per Hieremiam: Equi in sceminas insanientes facti sunt: vnusquisque ad uxorem proximi sui hinciebat: Nun- quid propter hæc non visitabo, dicit Dominus, vel in populo tali non vindicabit anima mea? Coniungit autem ubique timorem, quod timor Domini sit initium sensus: Et rur- 50 sus per Osee: Non visitabo, inquit, ipsos? quoniam ipsi cum meretricibus commiscebantur, & cum initiatis sacrificabant, & populus qui intelligebat coniungebatur cum meretrice, Eorum peccatum ostendit apertius, eos intelligere profitens, ut qui sua sponte & consilio peccarent. Intelligentia autem est animæ oculus, & idèd Israel est qui Deum videt: hoc est, qui Deum intelligit. Conquestio autem est vituperatio, ut potè eorum qui contemunt vel negligunt. Hoc modo pædagogia vsus est per Esaiam, dicens: Audi calam & au- 60 sculta terra, quoniam Dominus locutus est. Filios genui, & extuli, ipsi vero me nihil fe- cerunt: Nouit bos possessorem, & asinus præsepe Domini sui, Israël autem me non cogno- uit. Quomodo enim non est indignum, si qui nouit Deum, non cognoscit Dominum, sed bos quidem & asinus, quæ sunt inertia & stulta animalia, nouerint eum qui ipsa alit, Israël autem iis à ratione alienior inueniatur? Et cum per Hieremiam pluribus de populo uestus esset, subiunxit: Et me dereliquerunt, dicit Dominus. *¶ Insectatio autem est in- uectiua increpatio, vel inuehens vituperatio.* Hoc etiam medicamento vsus est Pædago- 101

Cap. 7.

Matth. 23. Hier. 3. 32.

Cap. 2.

Exod. 3.

Cap. 29. Matth. 15. 10.

10. 10.

Cap. 5.

Cap. 4. 10.

Cap. 1.

Hier. 1. & 2. 101.

Esa. 30. *gus per Esaiam, dicens: Vae filij defectores. Hac dicit Dominus: Consilium fecistis non per me, & pacta conuenta non per spiritum meum. Valde autem austero in singulis utitur constipamento, nempe metu per ipsum simul aperiens & conuertens populum ad salutem: quomodo lana quoque quae tinguntur, solent constringi ac constipari, dum parantur, ut colorem melius suscipiant. Redargutio autem est peccati prolatio, id in medium afferens. Eo tanquam maxime necessario paedagogiae modo utitur, propterea quod eneruata, & soluta sit permultorum fides. Dicit enim per Esaiam: Dereliquistis Dominum, & ad indignationem concitauistis sanctum Israelis. Dicit etiam per Hieremiam: Stupuit caelum propter hoc, & terra multo magis horruit, quoniam duo mala fecit hic populus. me dereliquerunt fontem aquae viuae, & foderunt lacus contritos qui aquam continere non poterunt. Et rursus per eundem: Peccatum peccauit Hierusalem, propterea in commotionem facta est. Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt eam, quoniam viderunt eius turpitudinem. Redargutionis autem acerbiteriam & vehementiam per Salomonem consolans, dicit, tacite significans paedagogiae in filios amorem: Fili mi, disciplinam Domini ne despicias, neque egreferas cum ab ipso corripieris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit: quoniam homo peccator fugit reprehensionem. Consequenter ergo dicit scriptura: Increpet me iustus, & castiget, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Castigatio autem est vituperatio, quae affert prudentiam. Nec ab hoc quidem paedagogiae modo abstinuit, & dicit per Hieremiam, Quousque clamabo, & non exaudient: ecce aures incircumcisae eorum. O beatam tolerantiam. Et rursus per eundem: Incircumcisae omnes gentes: hic autem populus est incircumcisus corde, quoniam populus est inobediens: filij, inquit, quibus non est fides. Visitatio autem est vehemens redargutio. **Mat. 23.** *Vsus autem est hoc genere in Euangelio: Hierusalem, Hierusalem quae occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt. Nominis autem conduplicatio effecit ut esset grauis reprehensio. Qui enim Deum nouit, quomodo Dei ministros persequitur? Propterea, inquit, relinquitur domus uestra deserta. Dico enim vobis: Deinceps non videbitis me donec dixeritis; Benedictus qui venit in nomine Domini. Si enim non suscipitis benignitatem, cognoscetis potestatem. Maledictum autem est vehemens & intensa oratio. Pro medicamento autem vsus est maledicto dicens per Esaiam: Vae gens peccatrix, filij iniqui, populus plenus iniquitatibus, semen malum. Et in Euangelio per Ioannem: Serpentes inquit, genimina viperarum. Accusatio est vituperatio eorum qui faciunt iniuriam. **Psal. 17.** *Hac paedagogiae ratione per Dauidem vsus est, dicens: Populus, inquit, quem non cognoui seruauit mihi, & in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi, & claudicauerunt a vis suis. Et per Hieremiam: Et dedi ei libellum repudij, & non timuit incompotus Iuda. Et rursus: Et me nihili fecit domus Israel, & domus Iudae mentita est Domino. Expostulatio autem est, quae artificiali auxilio clam fit vituperatio, quae ipsa quoque saluti prouidet sub integumento. Ea autem vsus est per Hieremiam, dicens; Quomodo sedet sola ciuitas, quae fuerat plena populo, facta est tanquam vidua: quae imperabat regionibus, facta est sub tributo: flens fleuit in nocte. Obrectatio autem est obrectans vituperatio. Eo vero vsus est auxilio diuinus paedagogus, dicens per Hieremiam: Fuit tibi aspectus meretricis, impudens fuisti erga omnes, & non in domum vocauisti me & patrem & principem virginittatis tuae, & pulchra meretrix & iucunda, dux venenorum. Artificiose admodum, cum virgini sub meretricio nomine insultasset, rursus ad honestatem eam adhortans euocat. Indignatio autem est legitima increpatio, seu increpatio filiorum, qui plus quam par est extolluntur. Ea paedagogia per Moysen utitur, dicens: Filij reprehensibiles, generatio praua & peruersa: hac Domino retribuitis? Hic populus stultus &***

tus & non sapiens: non hic ipse. Pater possedit te? Et per Esaiam dicit: Principes tui non obediunt, socij furum, diligentes munera, persequentes retributionem, orphanis non iudicantes. Et ut in summa dicam, eius in incutiendo timore artificium, est fons salutis. Boni est autem, dare salutem. Misericordia autem Domini est super omnem carnem, dum arguit, castigat & docet, sicut pastor gregem suum. Eorum qui disciplinam suscipiunt miseretur, & eos qui sunt ardenti studio sibi coglutinat: & hac ducendi ratione sexcenta millia peditum, qui coacti erant in ea quam habebant cordis duritiae flagellas, miserans, verberas, medens, in miseratione & disciplina custodit. Prout enim est multa misericordia, ita etiam eius reprehensio. Pulchrum quidem certe est non peccare: pulchrum est etiam ut & qui peccat ducatur poenitentia: quemadmodum optimum quidem semper esse sanum: bonum autem etiam a morbo conualescere. Hac etiam ratione praecipit per Solomonem: Tu quidem virga percute filium tuum, animam autem eius a morte libera. Et rursus: Ne parceris castigare puerum: virga autem ipsum corrige, non enim morietur. Reprehensio enim & increpatio, sicut vel ipsum Graecum nomen nempe επιπαισις significat, sunt ipsi ictus animae, qui peccata castigant, & mortem prohibent: ad moderationem autem & temperantiam deducunt eos qui feruntur ad intemperantiam. Hac quidem certe ratione Plato cum sciret reprehensionem maximam esse vim correctionis, & praecipuam purgationem, conuenienter ei quod dictum est, eum qui est maxime impurus, vult ineruditum & turpem euasisse, propterea quod reprehendi non posset: quomodo purissimum & pulcherrimum esse conueniebat eum, qui futurus erat beatus. Si enim magistratus & principes non sunt timori bono operi, quomodo qui natura bonus est Deus, ei qui non peccat erit timori? Sin autem malum facias, time, ut dicit Apostolus. Et ideo ipse quoque Apostolus ad similitudinem Domini sigillatim ecclesias peracriter incesit sua conscius libertatis, & imbecillitatis eorum qui audiebant. Galatis itaque dicit: Inimicus factus sum, vobis vera dicens? Quomodo autem qui sani sunt, non opus habent medico, quatenus sunt valentes, qui autem aegrotant, arte indigent, ita nos quoque qui in vita laboramus probrosis cupiditatibus, vituperandisque intemperantiis, & libidinibus aliorumque vitiorum inflammationibus, Seruatore opus habemus. Is autem non solum lenia ac mitia adhibet medicamenta, sed etiam acria. Peccatorum quidem certe proserpentes corrosiones sistunt amarae metus radices. Quamobrem salutaris est metus, licet amarus. Iure ergo qui aegrotamus, Seruatore opus habemus: qui autem aberrauimus, eo qui nos est deducturus: & qui caeci sumus, eo qui nos ad lucem deducat, & qui sitimus, fonte vitali, cuius qui sunt participes, non amplius sitient: & qui mortui sumus, vita egemus: & qui oues, pastore: & qui pueri, paedagogo: quinetiam vniuersa humana natura, Iesu: ne qui insolentes sumus & peccatores, incidamus in finem condemnationis: a paleis autem segregemur, & in patris horreum recodamur. Vtilibrum enim est in manu Domini, quo palea quae igni debetur a frumeto secernitur. Licet autem, si vultis, sanctissimi pastoris & paedagogi omnipotentis & paterni Verbi summam nobis sapientiam ediscere, ubi allegoria utitur, seipsum dicens pastorem ouium: est autem paedagogus infantium. Dicit ergo per Ezechielem, orationem dirigens ad presbyteros, & eis exponens quaedam salutare iustae sollicitudinis descriptionem: Et quod claudum est alligabo, & quod est aegrotum curabo, & quod aberrat, reducam: & pascam ipsos ego ad montem sanctum meum. Hac sunt praecipua boni pastoris. Pasce nos infantes, sicut oues. Etiam Domine imple tuis iustitiae pascuis: etiam paedagoge pasce nos ad sanctum tuum motem, ad ecclesiam, quae est in alto, quae superat nubes, quae caelum tangit. Et ero, inquit, pastor eorum, & ero prope ipsos, sicut tunica prope corpus ipsorum. Vult carni meae dare salutem, me tunica incorruptionis indues, & corpus meum inuixit: Vocabit me, inquit, & dicam; Ecce adsum. Celerius exaudisti, quam ego expectaui

Esa. 1.
Prou. 23.
Rom. 13.
Ibidem.
Gal. 4.
Matth. 3.
Luc. 3.
Ezech. 34.
Ibidem.
Zach. 13.
Esa. 58.

επιπαισις
α
παισις
quod est
percussio.

Domine. Et si transeant, non cadent, dicit Dominus. Non cademus enim in corruptionē, qui transimus ad incorruptionem: quoniam ipse nos tenebit. Dixit enim ipse, & voluit ipse. Talis est noster pædagogus, optimo iure bonus: Non veni, inquit, ut mihi ministraretur, sed ut ipse ministrarem. Propterea in Euāgelio fessus introducitur, qui pro nobis defatigatur, & suam ipsius animam pretium redemptionis pro multis dare pollicēs. Eum enim solum esse fatetur bonum pastorem. Liberalis ergo est & magnificus, qui quod maximum est suam pro nobis dat animam. Valdeque est hominibus utilis, & in eos benignus, quod homo voluit esse frater, cum posset esse Dominus. Ille verò etiam usque adeo bonus fuit ut pro nobis moreretur. Quinetiam eius clamauit iustitia: Si recti ad me veniatis, & ego rectus ad vos: Si obliqui ambulatis & ego obliquus ad vos, dicit Dominus exercituum: peccatorū increpationes per vias obliquas significans. Recta enim & secundum naturam, quæ per Iesu literam, I. significatur, est eius bonitas, quæ erga eos qui ex auditu crediderunt firma est & immobilis: Quoniā vocaui, & non exaudiistis, dicit Dominus, sed mea irrita fecistis cōsilia: meas autem reprehensiones non attendistis. Ita est maxime utilis Domini reprehensio. De his quoque dicit David: Generatio praua & peruersa & exacerbās, generatio quæ nō direxit cor suum, & nō fuit fidelis cum Deo spiritus eius, & Dei testamentū non custodierunt, & in lege eius noluerūt ambulare. Hæ sunt causæ exacerbationis propter quas venit Iudex pœnas irrogaturus iis qui bonam vitā noluerūt eligere: ideo in eos paulò hic egit grauius, si ab eo quo ad mortem ferūtur impetu, aliquo modo eos retardauerit. Dicit itaq; per Davidem minarum causam apertissimā: Non crediderant mirabilibus eius. Quādo occidebat ipsos, requirebāt ipsum, & conuertebantur, & manē ad Deum vigilabāt, & recordati sunt quod Deus adiutor eorum est, & Deus altissimus redemptor eorum est. Ita cognouit eos cōverti propter metum, contempnisse autem eius benignitatem. Bonum enim, ut quod semper sit beneficium, omnino contemnitur: colitur autem qui beneuolo iustitiæ metu admonet. Duplex est autem genus metus: quorum alterum quidem est cum pudore, quo utuntur ciues aduersus bonos Principes, & nos in Deum: quomodo utuntur boni ac moderati filij in parentes. Equus enim, inquit, indomitus euadit durus, & filius remisus euadit præceps. Aliud autem metus genus est cum odio, quo serui utuntur in dominos difficiles: & Hebræi, qui Deum Dominum fecere, non patrem. Multum autem atque adeo omnino differt id quod est spontaneum, liberum, ac voluntarium, ab eo quod fit per necessitatem, quod ad religionem attinet & pietatem. Ipse enim, inquit, est misericors, medebitur peccatis eorum & non perdet, multiplicabit ut auertat iram suam, & non incendet omnem indignationem suam. Vide quomodo pædagogi iustitia ostenditur in increpationibus, & Dei bonitas, in miserationibus. Quocirca David, hoc est, spiritus qui per eum loquitur, utrunque complectens de eodem Deo psallit: Iustitia & iudicium preparatio sedis tuæ. Misericordia & veritas præcedent ante faciem tuam. Fatetur esse eiusdem potestatis & iudicare & benefacere: simul enim est utrorumque potestas, iudicium iusti quod discernit, & idem iustus & bonus qui est verè Deus: qui est ipse omnia, & omnia ipse: quoniam ipse est Deus, qui est solus Deus. Quemadmodum enim speculum, non est malum deformi, & quod ipsum ostēdat qualis sit: & quemadmodum medicus non est egrotanti malus, quod ei febrem annunciet: non enim medicus est causa febris, sed ipse febrem arguit: ita nec is qui reprehendit, ei malè vult qui laborat animo, neque ei delicta adiungit, sed ea quæ adsunt peccata ostendit, ad hoc ut auertat ab eiusmodi studiis. Quamobrem Deus quidem bonus est propter seipsum, iustus autem propter nos, idque quoniam bonus. Quod iustum est autem, nobis per suum ipsius Verbum ostendit illinc è superis unde ipse fuit Pater. Priusquam enim esset creator, Deus erat,

Deus erat, bonus erat: propterea & opifex esse & Pater voluit: & amoris illius habitu do ac relatio fuit principium iustitiæ, cum & solem suum lucere faceret, & filium suum mitteret. Isque primus è cælis bonam annunciauit iustitiam, cum diceret: Nemo nouit Filium nisi Pater, neque Patrem nisi Filius. Hæc reciproca quæ ex æquo repēditur cognitio, est signum ac symbolum prisca iustitiæ. Deinde ad homines descendit iustitia, & scripto & corpore, Verbo & lege humanam naturam ad salutarem vrgens pœnitentiam: bona enim erat. At Deo non obedis? Eius rei culpam tibi adscribe, qui iudicem attrahas.

COMMENTARIUS IN CAP. IX.

OMNIBUS ergo viribus humane nature pædagogus. Pædagogus noster omnibus modis, totisque viribus procurat salutem nostram qui sumus eius pueri. Maxime autem in nos ita se gerit, ut parentes in filios, quos cum ament supra omnes, castigent tamen, & non sinunt eos præsentibus frui voluptatibus, habentes rationem futuræ utilitatis. Ita etiam Dominus noster Pædagogus nostri curam gerens, & nostræ salutis prospiciens, in nobis erudiendis & educendis non huius seculi præsentem, sed futuri æternam voluptatem spectat & delectationem, ad quam nos dirigens, acerbis & asperis vitur admonitionibus & reprehensionibus. Benignæ autem & hominem diligens. Ex multis scripturæ locis tam veteris quam noui Testamenti, quos propheticum vocat testimonium, ostendit quomodo Pædagogus se gerat in suos pueros. Atque prima quidem occurrit admonitio, quam dicit esse vituperationem. Sed quoniam non omnis vituperatio est admonitio, est enim quædam vituperatio quæ ex ulcerato nascitur animo, & ex odio & maleuolentia, ne ea intelligatur vituperatio, addit curam gerens. Et quoniam est aliqua vituperatio quæ non alium finem sibi proponit, quàm ut calumniatur, & in odium & inuidiam vocet quem vituperat, ne ea censeatur admonitio, subiungit, indens intelligentiam, ut intelligamus esse scopum admonitionis, ut intelligentior & sapientior fiat qui admonetur. Quod quidem sumptum est ex ipsa græca vocabuli etymologia, nempe *νῆμις*, id est admonitio, dicta quod mentem immittat & intelligentiam, dum admonet quod non recte fecerit qui admonetur. Admonet enim Christus in eo quem citauit Matthæi loco, quod cum eos congregare vulerit, ipsi noluerint, ut respiciant & ad se redeant, & apud Hieremiā, quod in idola & falsos Deos sint fornicati, ut qui eos adorauerint, & ut ad vniuersi Dei cultū à quo defecerunt reuertantur. Increpatio autem est propter turpia vituperatio. Hic est alia vituperatio qua vitur Pædagogus in suos pueros, nempe Increpatio. Non quæuis autē vituperatio est increpatio, sed ea quæ fit propter turpia. Turpe autem, quod Græcè dicitur *αἴσχος*, aduersatur, *τὸ καλόν*, id est pulchro: *τὸ καλόν*, autem id est pulchrum vocant Græci, maxime Philosophi, id quod est bonum & honestum. Et sunt quidem omnia vitia turpia, sed est vitiatius, ut ea dicantur turpia, quæ iis qui ea admittunt, non solum propter actionis turpitudinem, sed etiam propter legis prohibitionem, irrogant infamiam, cuiusmodi sunt adulteria, & execranda quæ cum masculis admittuntur stupra, quæ non solum veteri iure Romanorum inurunt ignominiam, sed etiam vitis diuinum omittam, ab Imperatoribus puniuntur pœna capitis. Cum prostitutis autem meretricibus coitus, etsi non tanta, non leui tamen nec contemnenda notant ignominia, maxime cum & in veteri testamento sit prohibitum, ne apud Israëlitas essent meretrices, & disertis verbis scriptum sit in nouo; Fornicatores regnum cælorum non possituros. Solus enim, etsi minus honestus, propagandi tamē generis humani causa necessarius est, permissus cum vxore legitima concubitus. Cæteræ omnes venereæ coniunctiones, & à lege diuina sunt prohibita, & qui illis vitur à Prophetis Hieremia & Osea increpantur. Cum increpatione autem à Pædagogo coniungitur timor Domini, qui est initium sensus, ut septuaginta interpretum habet versio, ut Hieronymus autem vertit, sapientia, quod idem est. Eo autem sunt grauiores prohibita ista coniunctiones, quod scientes & intelligentes peccent, non ignorantes id à Deo esse vitium. Oculum autem animæ vocat Clemens intelligentiam. Nam qui intelligit aliquid esse à Deo vitium, is sciens & prudens peccat, nec in errorem, aut in ignorantem, sed in seipsum debet conferre culpam. Iure ergo increpat Pædagogus. Eius autem increpatio non solum est vituperatio propter turpia, sed est etiam coniungens eum quem increpat, cum iis quæ sunt honesta. Ideo enim increpat ut turpibus expulsis ei reddat coniuncta & familiaria ea quæ bona sunt & honesta: est enim eius scopus ita instituere, ut rectè & honestè viuat, quod quidem etiam apud Iuriconsultos est primum præceptum iuris. Infectatio est inuectiua increpatio. Infectatio Græcè est *ὀνειδία*, ea est acris & vehemens obiurgatio seu inuectiua, qua vitur Pædagogus in iis reprehendendis, quæ fiunt à pueris non obedientibus eius præceptis, & eius consilio & voluntati non acquiescentibus. Hanc infectationem appellat Clemens medicamentum. Nam ut medicamentum est amarum & molestum iis qui sunt curandi: ita etiam obiurgatio & inuectiua est grauis & molesta iis qui per eam sunt salutem assecuturi. Timorem autē qui in singulis adhibetur reprehensionibus, assimilat cōstipamento seu spissamento lanæ tingendæ. Nam ut cōstipamentū lanam tingendā aperit & adstringit, & reddit aptam ad colores suscipiēdos, ita metus dissolutum aperit & adstringit animum, & aptum reddit ad suscipiendam salutem. Redargutio autem. Aliam exercendæ Pædagogicæ affert rationē quam vocat *ἐλεγχος*, id est redargutionem, per quam peccatum in medium prolatum probatur & redarguitur. Ea Pædagogum vti necesse est, quoniam sunt permulti quorum non est firma fides & stabilis. Hoc cum in medium probatum fuerit & prolatum, spes est fore ut errorem suum agnoscentes reuertantur ad Dominum: Dominum enim dereliquerunt, qui vniuersi Dei cultu relicto, idola & Dæmones & falsos Deos adorauerunt, suisque flagitiis & abominandis sceleribus Deum ad iram prouocauerunt. Is sanctus est Israelis, quoniam is erat Israelis proprius & peculiaris Deus, eiusque cultui ac religioni quodammodo dedicatus.

* *Castigatio autem est vituperatio.* Hic est alius modus Pædagogicæ, quàm Græcè dixit φρένας, nos vertimus, quoniam non aliud nobis occurrit, castigationem. Dicitur autem φρένας, id est, à præcordiis: φρένας autem dicitur etiam prudentia & sapientia. Nam in corde à nonnullis sita censetur esse intelligentia & prudentia. Vnde etiam sapiens dicitur cordatus, cuius contrarium est excors & vecors. A φρένας, dicitur φρένας, id est, immisio seu ingeneratio prudentiæ. Id autem fit, quando per asperiores castigationem amputantur quæ sunt superuacanea & inutilia. Quibus autem ea sunt amputata, ij dicuntur circuncisi: quibus non sunt incircuncisi. Et circuncisæ quidem erant gentes, quibus amputatum non erat præputium: circuncisi autem Iudæi, quibus iussu Dei fuerat amputatum. Amputabatur autem & in signum fœderis à Deo facti cum Abrahamo, & eo etiam significabatur membris virilibus non esse tanquam necessariam quærendam voluptatem, sed solam humani generis propagationem. Ab hac præputij amputatione ad alia tractata est metaphora. Nam & aures dicuntur incircuncisæ, quæ inutilibus vanisque & nullius momētī sermonibus, merisque nugis audiendi vacantes, verba Dei non audiunt. Et cor incircuncisum, quod inutilibus mundanisque & terrenis inuolutum cogitationibus, diuina & cœlestia non cogitat. Et qui ita se gerunt acriter increpare, & sui officij admonere, vocatur φρένας, quod dicitur castigatio, quoniam qui aures ei præbent patientes, meliores euadunt & sapientiores. *Contra autem circuncisi.* Incircuncisi autem sunt omnes qui Deo non obediunt, & in quibus non est fides: est enim cor eorum incircuncisum, ut quod sit mundanis & inanibus inuolutum desiderijs & cogitationibus. *Visitatio autem est vehemens redargutio.* Subiungit aliud genus Pædagogicæ, nempe visitationem, quæ Græcè dicitur, ἐπιτιμία, Hebraicè autē תּוּבָה, dicitur autem Græcè ἐπιτιμία, quod idem est atque inspicere, intueri, attendere, visitare, quod quidem est eius qui præest ac præsidet, & aliorum curam gerit. Nobis autem præest, & nostri curam gerit Christus, qui est noster Pædagogus, & ut eum vocauit Petrus, nostrarum animarum Pastor & Episcopus. Episcopi autem munus est suos visitare. Eiusmodi autem debet esse visitatio, ut eos quidem quorum est recta fides ac doctrina, & vita sancta, bonis verbis ac benignis in officio contineat: qui autem à fide aberrant, & atrociam admittunt facinora, asperis verbis ad officium reuocet, & durè, ut dicit Paulus, increpet. Ita tamen ut in eos suam ostendat beneuolentiam, non alio spectans quàm ut errantes in viam, & peccatores conuertantur, & ad bonam vitam redeant. Hac visitatione vsus est Christus in visitando Hierusalem, quæ & geminato vocabulo Hierusalem asperior & vehementior fuit repræhensio, neque tamen expers fuit suæ in eum beneuolentiæ, cum eius misertus hoc diceret, & minas intentaret ut respiceret, & ducta pœnitentia eum qui tollit peccata mundi agnosceret: cuius si nolint suscipere ad pœnitentiam inuitantis benignitatem punientis, sensuri sunt pœnitentiam. *Maledictum autem est vehemens.* Maledictum est verbum asperum & pungens, quod ideo iacitur, ut qui audit, id verum esse sentiat, pro medicamento accipiat, & curetur à peccatis. Hoc maledictio vitur Pædagogus, tam in veteri quàm in nouo testamento in iis quæ citantur locis. *Accusatio est vituperatio eorum qui faciunt iniuriam.* Inter maledictionem & accusationem videtur Clemens hanc ponere differentiam, quod maledictio quidem sit vehemens & intensa oratio, sed quæ non significet factam alicui iniuriam, sed tantum id quod obiicitur vehementer augeat & amplificet, quæ quidem planè esset contumelia, si non & verum esset quod dicitur, & si non iaceretur animo, ut corrigatur is in quem iacitur maledictum: Accusatio verò tanquam apud Iudicem intendat crimen, & vel ei qui accusat, vel alicui alij factam exponit iniuriam, eum qui accusatur ostendens dignum qui condemnetur. Ea autem accusatione vitur Pædagogus, quando & in Psalmis, & apud Hieremiam immemoriam & ingrati animi crimine Hebræum accusat populum, quod Dominum suum deseruerit, & eum nihili fecerit, & cum ei tanquam mulieri adulteræ daretur libellus repudij, ipse non timuerit. Sunt autem hæc atrociam crimina, desertoris & transfugæ crimen incurrere, & adulterium admittere. *Expositulatio autem est quæ artificiali auxilio clam sit vituperatio.* Inducit Pædagogus per Hieremiam lamentantem Hierusalem, quod quæ fuerat populo frequentissima, nunc sit sola, & deserta, quæ multas habebat regiones quæ eius parebant imperio, nunc seruiat, & tributum pendat, quæ diuitijs & delictijs abundabat, noctu casus suos desolat. Atque videtur quidem hæc oratio solam miserabilem præ se ferre lamentationem, sed est re vera artificiali auxilio prædita vituperatio. Vituperatur enim tacitè Hierusalem, quod sua culpa in tantam inciderit calamitatem, ut suorum peccatorum ducta pœnitentia, veluti postliminio amissam recuperet dignitatē & salutem. Et hoc est quod vocat Clemens auxilium artificiale, quoniam datur quidem auxilium ad salutem, sed arte quæ non cernitur occultatur. *Obtrectatio autem est obtrectans vituperatio.* Obtrectat quidem virgini Pædagogus, eam vituperans tanquam in omnes impudentem & effrontem, perinde atque si esset meretrix, & quod cum omnes sua venustate illiceret, solum patrem quem debebat reuereri ad se non vocaret: sed rursus eam reuocat ad honestatem, dicens patrem & autorem suæ virginitatis: dum enim adhuc ei tribuit virginitatem, ostendit eam nondum esse deploratam, & eam pudorem incutiens admonet quid ipsam deceat. Quod sequitur autem in contextu Clementis, *πονη καλή και ὀπίσθρις ἡ γυμνότη φαρμάκων*, cum ea nec sint in Hebræo, nec in versione Hieronymi, nec in septuaginta, omittenda censui, nec vertenda. *Indignatio autem est legitima increpatio.* Quod vertimus, Increpatio filiorum, est quidem in Græco exemplari Clementis ἐπιτιμία ὀδών, sed cum eorum verborum nullus sit sensus, pro ὀδών existimaui esse legendum ὄδον, & ita verti, filiorum. Iusta est autem & legitima reprehensio, qua vitur patres in nimis elatos & non morigeros filios, & in eos qui eorum reguntur imperio. Acriter autem repræhenduntur filij à patre, quod beneficiorum quæ à parentibus acceperunt immemores sint & ingrati. Principes autem à Deo constituti, quod eius præceptis non pareant, & quod donis corrumpantur, & pupillos non defendunt ab iniuria. *Et ut in summa dicam.* Postquam ostendit multa esse genera Pædagogicæ quæ versantur in repræhensione & vituperatione, hunc locum ita concludit, ut dicat incutiendi timoris artificium esse fontem salutis. Non alio enim tendunt omnes Pædagogi repræhensiones & vituperationes, quam ut qui peccarunt metu pœnæ à peccato reuocentur, & ad viam salutis redeant. Id non solum vidisse Solomonem, sed etiam Platonem, cuius hæc sunt verba in Sophista. Dicendum est reprehensionem esse maximam, & quæ principatum tenet purgationem, & eum qui non repræhenditur

1. Pet. 1.

repræhenditur existimandum est, etiam si sit magnus ille Rex Persarum, cum sit nõ purgatus in iis quæ sunt maxima, in iis ineruditorum & turpem euasurum, in quibus purissimum & pulcherrimum esse decebat eum qui vere futurus erat beatus. Diuum quoque Paulum in epistolis Ecclesias acriter repræhendisse: Deum non esse bonis timori, sicut nec magistratum, sed malis. Timorem quidem esse amarum, sed salutarem, qui peccatorum serpentes sistat corrosiones. De peccatis enim merito dici potest, quod dicit Paulus de sermone hæreticorum, ea ut cancrum serpente; quare ne ea amplius serpent & latius rodant, ea Pædagogus incusso timore sistit & reprimat: in multis nos opus habere Iesu nostro seruatore, ut non damnemur, sed à paleis separati in Domini horreum recondamur. *Licet autem si vultus.* Christus est noster Pædagogus, Pastor, & medicus. Conuenienter autem his officijs quomodo in nos se gerat, multis ostendit allegorijs sumptis ex Prophetis, & ex Euangelijs, in quibus ipse se vocat bonum pastorem, qui animam posuit pro suis ouibus, & qui tanti nos fecit, ut cum esset Dominus, frater noster esse voluerit. Atque ipse quidem ut qui sit Iesus, id est seruator, directa sua vitur bonitate in eos qui ex auditu ei credunt, & eius parent præceptis. Qui autè à via recta aberrant, & eius præceptis non obediunt, etsi in eos quoque sit bonus, est tamen ex obliquo bonus, ut qui ad eos in viam reuocandos vitur repræhensionibus & castigationibus, quæ etsi sint asperæ, sunt tamen vitiles, ut antea diximus. *Duplex est autem genus metus.* Mali quidem pœnarum metu reuocantur à peccatis. Is autem est seruilis metus, quo Domini vtuntur in seruos, & Hebræi in Deum, qui eum agnoscunt, non patrem, sed Dominum. *P vide quomodo Pædagogi iustitia ostenditur in increpationibus.* Refelluntur Marcionistæ de quibus antea diximus, qui veteris testamenti Deum statuebant esse iustum, noui autem bonum. Nam & in nouo testamento iustus est Pædagogus noster Dominus, dum increpat & repræhendit: & in veteri etiam est bonus, dum miseretur. Sunt autem ita coniuncta misericordia & iustitia, ut non possint seiungi. Iustus enim non est, qui non quod iustum est discernit. Summum autem ius temperare, & æqui boni lenitate mitigare, est misericordiam: quæ si esset eiusmodi, ut id quod factum est, non rectè diiudicaretur, ea plane nec iustitia esset, nec misericordia, sed mera dissolutio. Cum autè & Dominus noster Iesus qui est Dei filius & eius pater sit vnus & solus Deus, non potest esse bonus qui non sit iustus, & iustus qui non sit bonus, maxime cum verus Deus sit omnia, & omnia Deus, est enim Deus, mundus, vnus, id est si licet dicere, intelligibilis, in quo sunt omnes rerum idæ seu formæ ac species, & ipsæ quoque idæ ac formæ sunt Deus. In Deo enim nihil est quod non sit Deus. Quo fit ut si in Deo sit idæa bonitatis, sit quoque idæa iustitiæ. Quare si Deus est bonus, ut fateri necesse est, idem quoque necesse est ut sit iustus. Vtriusque autem testamenti, nempe & legis & Euangelij vnus est Deus. Vtriusque ergo testamenti Deus est bonus & iustus. *Quemadmodum enim speculum non est malum deformi.* Per similitudinem à speculo & à Medico sumptam, ostendit Deum non ideo esse malum quod nos repræhendat. Neque enim repræhendit quod malè velit, sed repræhendit & peccata ostendit, ut ab eis auertat. Speculum enim ostendens deformem, non est ei malum, cum non sit causa deformitatis, sed eam ostendit ut agnoscat qui est deformis: nec medicus est causa febris quam annunciat, sed eam annunciat ut curetur. Atque Deus quidem est bonus & iustus, sed primo bonus, deinde iustus. Bonus quidem propter se, propter nos autem iustus, & ideo est iustus, quia est bonus. Ideo enim sua vitur iustitia, ut malos liberet à peccatis, id est à malis. Hanc autem iustitiam nobis ostendit per Verbum suum filium, cuius est pater. Quod autem bonus esset antequam iustus, ex hoc patet, quod antequam creator esset & pater, erat Deus & bonus. Propter autem suam bonitatem & Pater fuit & Creator, seu rerum opifex. Nam etsi verum sit simul esse Patrem & Filium, ut qui sit genitus ante secula, imo vero cuius æterna sit generatio, ut qui semper generetur, origine tamen prior est Pater, ut à quo initium tota sumat diuinitas, & quamuis Deus intrinsecus ab æterno omnes produxerit formas quæ cadunt sub intelligentiam, sensibiles tamen non prius produxit, quam eius visum est bonitati. Ab hac autem æterna, & diuina Patris generatione, prisca profuxit iustitia, quam constituit æqualis & reciproca patris & filij habitudo ac relatio, qua & pater filium, & filius patrem nouit & diligit. Hæc autem quæ in cælis cœpit iustitia, descendit in terras & scripto & corpore. Scripto quidem, nempe & veteri & nouo testamento, lege & Euangelio: Corpore autem, nempe ipso Christo, qui est nostra iustitia & iustificatio, quæ in hoc consistit, ut nostris per eum remissis peccatis nos ita geramus, ut & Deum nostrum agnoscamus patrem, & Iesum Christum natura Dei filium, gratia autem fratrem nostrum & coheredem, si cum eo patiamur, ut conglorificemur. Hæc ut assequamur, primum opus est ut peccata remittantur. Non remittuntur autem nisi per pœnitentiam. Et cum sit salutaris, etsi sit aspera, est tamen bona, & ipsa quæ pœnam irrogat iustitia. Atque eam quidem pœnitentiam tibi bono & saluti futuram, si Deo pareas, & Christus prædicauit, & lex ostendit, & annunciauit Euangelium. Quod si Deo non pareas, per te stat quo minus saluus fias, & in te non in Deum culpa est à te conferenda. Nam cum tibi liceret ab eo assequi misericordiam si ei paruisses, tua inobedientia & contumacia eum in te iustam laturum sententiam attrahis iudicem.

Quod idem Deus per idem Verbum & à peccatis arcet minans, & humanæ naturæ dat salutem adhortans. Cap. x.

Itaque quæ in astringenda humana natura versatur administrationem, necessario à Verbo assumi ostendimus, & esse aptam & accommodatam ad pœnitentiam, & ad peccatorum prohibitionem, consideranda deinceps fuerit Verbi mansuetudo & lenitas. Eum enim iustum esse ostensum est. Proprias quoque exponit sententias quæ ad salutem hortantur, per quas id quod bonum est &

honestum, vult ex voluntate paterna significare. ^b Hæc autem considera. Honestum quidem, est encomiastici: utile verò, suaforij. Sunt autem utriusque generis duplices habitudines & affectus. Etenim suaforij quidem habitudines & affectiones sunt hortatorium & dehortatorium: encomiastici verò laudatorium & vituperatorium. Aliquo enim modo affecta mens suaforia, efficitur hortatoria, & aliquo modo dehortatoria. Similiter etiã genus encomiasticum, aliquo quidem modo affectum est, & vituperatorium: aliquo verò, laudatorium, in quibus maximè versatur iustus pedagogus, qui quod nobis est utile, ¹⁰ sibi tanquam scopum proposuit. Verumenimvero genus quidem vituperatorium & dehortatorium nobis prius ostensum est: nunc autem hortatorium & laudatorium rursus nobis aggrediendum est, & tanquam in trutina in æquilibrio stantes iusti lances expendamus. Ad ea ergo quæ sunt utilia, adhortatione utitur pedagogus hoc modo per Salomonem: ^{Prou. 45.} Ego vos, ô homines, adhortor, & vocem meam edo filiis hominum, audite me: præclara enim dicam. & quæ sequuntur. Quæ sunt autem salutaria consulit: quoniam consilium ^{Psal. 1.} ad eligendum & vitandum aptum est, quomodo facit per Dauidem, dicens: Beatus vir ¹⁰ qui non ambulauit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & supra cathedram pestilentiarum non sedit: sed in lege Domini voluntas eius. Consilij autem dandi tres sunt partes. Vna quidem, quæ sumit exempla ex tempore præterito: ut, exempli causa, quid Hebræis euenerit, qui aurum per crimen idololatriæ adorarunt in vitulo, & quid passi sunt cum fornicati essent, & quæ sunt similia. Altera verò quæ ex præsentis tempore intelligitur, ut quæ sensu comprehendatur, sicut illud quod dictum est iis qui Dominum ^{Matth. 11.} rogarunt: An es ipse Christus, an alium expectamus? Abite & dicite Ioanni; cæci vident, surdi audiunt, leprosi mundantur, mortui resurgunt, & beati qui non fuerint scandalizati in me. Hoc ergo fuit quod prædicens dicebat Dauid: Sicut audiuiimus, ita & vidimus. ^{Psal. 47.} Ex futuris autem constat tertia pars dandi consilij, qua quæ sunt euentura iubet cauere, quomodo illud quoque dictum est: Qui autem in peccata inciderint, eijcientur in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium, & quæ sunt similia: adeo ut ex his omnibus clarum sit Dominum per omnem medendi rationem procedentem, humanam naturam euocare ad salutem. ⁴⁰ Consolatione autem peccata lenit & mitigat: minuens quidem cupiditatem, simul autem spem præbens ad salutem. Dicit enim per Ezechielem: Si conuersi fueritis ex toto corde vestro, & dixeritis Pater, audiam vos tanquam populum sanctum. Et rursus dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: & ea quæ sequuntur ex sua persona dicit Dominus. Apertissimè autem ad bonitatem vocat per Salomonem, dicens: Beatus homo qui inuenit sapientiam, & mortalis qui inuenit prudentiam. Quod bonum est enim à quærente inuenitur, & solet videri ab eo qui inuenit. Iam verò per Hieremiam quoque enarrat prudentiam: ⁵⁰ Beati sumus Israel, dicens, quod quæ Deo grata sunt, à nobis possint cognosci. Cognosci autem possunt per Verbum, per quod sumus beati & prudentes. Prudentia enim & cognitio significatur per eundem prophetam dicentem: Audi Israël mandata vitæ, ausculta ut cognoscas prudentiam. Per Moysen autem propter suam in homines benevolentiam donum quoque pollicetur iis qui contendunt ad salutem. Dicit enim: Et introducam vos in terram bonam, quam iurauit Dominus patribus vestris. Et præterea: Introducam vos in montem sanctum, & vos letitia afficiam, dicit per Esaiam. Iam verò est aliud quoque genus pedagogiæ, nempe beatificatio: Beatus ille est, dicit per Dauidem, qui non peccauit: & erit tanquam lignum quod plantatū est secus decursus aquarū, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet. Per hoc etiam tacite significauit resurrectionem: Et omnia quæcunque faciet, ei rectè succedent. Nos vult esse tales ut simus beati. ^{Rursus}

Prou. 45.

Psal. 1.

Exod. 32.

Matth. 11.

Psal. 47.

Matth. 8. 22.
Luc. 13.

Ezech. 18.

Matth. 11.

Prou. 9.

Hier. 31.
Verbū ad
ratio.
Hier. 11.
Baruch. 3.
Luc. 11.

Deut. 4. 8.

Esai. 56.

Psal. 1.

Rursus autem ostendens id quod ex aduerso respondet tutrinæ iustitiæ: At nō sic, inquit, impij non sic, sed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Cum peccatorum pœnas, & facilem & tanquam ventis perflabilem eorum dissipationem ostendisset pedagogus, per pœnam auertit à culpa: & cum supplicium pro meritis intentasset, beneficentiæ suæ benignitatem ostendit, ut bona nobis paremus, & fruemur, per eam summo nos artificio excitans. Quinetiam ad cognitionem nos per Hieremiam hortatur, dicens: ^{Hier. 6.} ¹⁰ Dei si ambulasses, habitasses in pace in seculum. Cognitionis enim mercedem eis ostendēs, prudentes ad eius amorem excitat. ⁴ Et ei qui aberrauit dans veniam, Conuertere, conuertere enim, inquit, sicut qui vindemiatur ad canistrum suum. Vides bonum iustitiæ, quæ consulit moueri pœnitentiā. ⁵ Præterea per Hieremiam illuminat eos qui aberrant à veritate. Hæc autem dicit Dominus: State in vijs, & videte, & rogate semitas Domini ^{Ibidem.} ^{Ibidem.} aternas, quanam est semita bona, & ambulate in ea, & inuenietis sanctificationem animabus vestris. Ducit autem ad pœnitentiā causa salutis nostræ. Propterea dicit: Si te ^{Hier. 18.} ^{Ezech. 18.} ^{33-36.} ²⁰ pœnituerit expurgabit Dominus cor tuum, & cor seminis tui. ⁵ Poteram quidem ad huius quæstionis defensionem adducere Philosophos, qui dicunt eum solum qui est perfectus, esse laudabilem: qui malus est autem, vituperabilem. Sed quoniam nonnulli quod beatum est calumniantur, ut quod neque ipsum aliquid negotij habeat, neque alij exhibeat cum benevolentiam in homines non intelligant, propter hos, & propter eos etiã qui bono quod iustum est non tribuunt, id quod à nobis dictum fuit, adiectum est. Consequens enim erat ut diceremus, increpatorium & vituperatorium pedagogiæ genus conuenire hominibus, quoniã ³⁰ omnes homines stultos dicunt: sapiens autem solus est Deus, à quo sapientia: & perfectus solus, & ideo solus quoque laudabilis. Sed hac oratione non vtor. Dico ergo, laudem & vituperationem, vel quod laudi & vituperationi est a simile, esse medicamenta hominibus maximè necessaria. ⁵ Atq; qui sunt quidem curatu difficiles, ab igne, malleo, incude, hoc est, minis, reprehensione, increpatione tanquam ferrum aguntur. Qui autem ipsam fidem attendunt, tanquam per se docti, & libero animi arbitrio impulsī, laude augentur. Laudata enim virtus non secus atque arbor crescit. Hoc cum intelligeret, mihi videtur ⁴⁰ Samius præcepisse Pythagoras,
 Δὲλα μὲν ἐκ τῆς ἐπιπέρας ἑπιπέρας ἑπιπέρας ἑπιπέρας
 Si mala fecisti reprehende, si bona gaude.
 ⁵ Increpare autem dicitur etiam admonere, quod est ὑπερηχθῆναι. Admonitionis autem, quæ est ὑπερηχθῆναι, etymologia est ὑπερηχθῆναι, hoc est, mentis immissio, quod sit increpatorium genus quod mentem acquirit. Caterum alia innumerabilia inueniri possunt præcepta de bonis parandis, & malis fugiendis: Non est pax impijs, dicit Dominus. Propterea ⁵⁰ per Solomonem præcipit infantibus: Fili, ne te in errorem abducant peccatores, neque in vijs cum eis ambulaueris, si te hortati fuerint, dicentes: Veni nobiscum, sis socius innocentis sanguinis: in terra autem virum iustum iniuste abscondamus, de medio eum tollamus, sicut infernus viuentem. ¹ Atque hoc quidem prædicatur etiam de passione. Porro autem etiam per Ezechielem mandata nobis vita suppeditat. Anima quæ peccat, morietur: homo autem erit iustus, qui facit iustitiam. Qui non comederit in montibus, & oculos suos non comiecerit in cogitata domus Israël, & uxorem proximi sui non polluerit, & ad mulierem quæ fluxum patitur menstruum non appropinquabit, & hominem potentia non oppresserit, & pignus debitoris reddiderit, & rapinam non rapuerit, panem suum dederit esurienti, & nudum induerit: Pecuniam suam non dederit ad usuram & commodum nō acceperit, & ab iniquitate auerterit manum suam, & iustum iudicium fecerit inter virum & inter proximum suum: In præceptis meis ambulauerit, & iustificationes meas

*Eius quidem in homines benevolentia & Pædagogia modus. Postquam ostendit Pædagogum benevole quidem, sed acriter & asperè se gerere in suos pueros, subiungit eum se ea de causa assimilare grano sinapis. Et non legitur quidem quod se verbum assimilarit grano sinapis, sed regnum cælorum & fidem, cæterum & ipse Christus, & quæ est in Christum fides, est regnum cælorum. Nō est enim regnum cælorum nisi ubi regnat Christus. Non regnat autem nisi ubi in eum est fides, per quam nomen Dei sanctificatur & conglorificatur. Idem est regnum Dei & regnum Christi & regnum cælorum. Nam et si Deus sit Rex Regum & dominator dominantium, & regnum obtineat in omnia quæ creauit, est tamen propriè Rex eorum qui eius parent imperio. Ij autem parent in quorum cordibus Christus habitat per fidem. Vnde non immerito dixit Christus discipulos suos alloquens; Regnum Dei intra vos est. Nam in quorum cordibus habitat Christus, illic quoque regnat: ubi est autem regnum Christi, illic quoque est regnum Dei: ubi est autem regnum Dei, illic quoque est regnum cælorum, Deus enim licet sit infinitus & immensus, & omnia sua potestate occupans nullis locorum compræhendatur spatiis, in cælis tamen propriè esse dicitur. Quod si Deus qui est in cælis, per fidem in nobis habitare dicitur, consequens est ut per fidem sit intra nos, nempe fideles, & Deus qui est in cælis, & ipsum regnum cælorum. Atque in illos quidem regnat Deus, sed in eos non regnat qui Deo non credunt nec eius parent præceptis, sed vitii seruiunt & peccatis. In eos, inquam, non regnat Deus, sed Diabolus in eos exercet suam tyrannidem. Sed futurum est tandem ut omnibus ad Christi fidem venientibus, cum subiugauerit omnem principatum potestatem & virtutem, omniaque sibi subiecerit, Deo & patri regnum tradat, quod ita suum est, ut id patris quoque esse necesse sit: filij enim nihil est quod non sit patris, nec est inter eos vlla necessaria aut coacta subiectio. Tunc Dei regnum quod nunc per angustias continetur finibus, erit amplissimum, erit enim Deus omnia in omnibus. Hæc diximus, ut intelligamus, quod licet non legatur in Euangelio Verbum se assimilasse grano sinapis, sed regnum cælorum & fidem, id tamen Verbo iure adscribat Clemens, cum regnum Dei & regnum Christi ita sint inter se coniuncta, ut non possint à se inuicem separari. Restat nūc ut videamus cur Verbum se assimilet grano sinapis. Marcus in Euangelio dicit Christum assimilare regnū cælorum grano sinapis, quod cum seminatū fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra, & cum natum fuerit, ascendit in arborem, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra eius aues cæli habitare. Hoc ipsum & iisdem fere verbis scriptum est in Lucæ Euangelio. Hunc locum diuinè profecto Diuus exponit Ambrosius. Granum quidem sinapis, res est vilis & simplex, sed si teri cæperit, vim suam fundit. Et fides simplex primo videtur, sed si teratur aduersis, gratiam suæ virtutis effundit. Verbum autem Dei in Euangelio seminarum merito assimilatur Christus, ipsum, inquam, Verbum seipsum explicans, grano sinapis. Nam ut granum sinapis videtur vile, humile & abiectum dum seminatur, postea autem crescit in iustam & quæ arborem æquat magnitudinem, & in omnes partes pulchros extendit ramos: ita etiam verbum dum adhuc seminatur in Euangelio, nihil præ se fert quod sit pulchrum & præclarum & magnificandum. In ipso quidem certè Euangelio ipsum docendi genus est planè vulgare & plebecium, non sunt in eo enthymemata, non epicheremata, non rhetorica figuræ & colores, non genus dicendi grande & sublime, non Philosophicæ ratiocinationes, non mathematicæ & necessariæ demonstrationes, nihil denique ex quo aliquid magni possis expectare. Solæ fere in eo sunt parabola, quæ non doctis auditoribus, sed plebi indoctæ sunt accommodatæ. Quo fit ut ad eas ediscendas, non præcedentibus, inquam, disciplinis, sed sola fide sit opus. Et tale quidem est Verbum dum seminatur, sed dum crescit, in quantam assurgit magnitudinem, quam præclara & plane diuina sunt quæ ex eo enascuntur, peccatorum remissio, Dei qui in tribus hypostasibus seu personis vnus est cognitio, fidei, spei, & charitatis possessio, virtutum omnium, & earum maximè quæ perfectum hominem reddunt consecutio, arcanorum mysteriorum & sacramentorum quæ accedente ad signa spiritu per Christum gratiam conferunt, reuelatio & exhibitio, & tandem vitæ æternæ. Significat etiam Verbum grano sinapis assimilatum vtilitatem, quæ accipitur ex reprehensionis mordacitate & purgatione verbi qua vitur ut Pædagogus. Sicut autem Verbi multæ in Euangelio reprehensiones, dum inuehitur in Scribas & Phariseos, atque adeo in totam gentem Iudaicam, vitia eorum reprehendens ut corrigantur, & suos etiam aberrantes corripiens discipulos, ut in viam redirent. Nam & Petri reprehendit temeritatem, & filiorum Zebedei ambitionem, & Iudæ arguit proditorem. Quod autem verbum reprehendens & expurgans rectè assimilatur grano sinapis, videre licet ex eo quod scribit Dioscorides, dicens: Vim, inquit, habet calefaciendi, extenuandi, extrahendi, pituitam eliciendi si mansum fuerit. Granum ergo sinapis allegoricè significans Verbum acriter reprehendens & expurgans, humanæ naturæ plurimam affert vtilitatem: quam ut melius ostendat, comparat mel cum grano sinapis. Mel, inquit, est dulcissimum, sed generat bilem: omnia enim dulcia, ut est medicorum sententia, bilem ferunt. Biliofa autem stomacho fastidium faciunt, quo fit ut faciliè euomantur. Bonitas autem mellis assimilatur: & ut mel fastidium, ita bonitas parit contemptum, non secus atque nimia familiaritas, teste Comico. Contemptus autem est causa peccati. Nam dum reprehensio non adhibetur, nec peccati poenatimetur, qui ad peccatum sunt propensi, omni ablato peccandi impedimento, in omne genus sceleris feruntur præcipientes. Quo fit ut ad cohibendum vitium opus sit seueritate, alioqui absoluta bonitas enervatum reddit & dissolutum. Ea seueritas assimilatur sinapi, quod bilem, id est, iram diminuit, & flegma, id est, fastidium & superbiam excindit. Bili autem, id est, ira amputata & exciso flegmate, id est, superbia quæ corpori humano varios & asperos procreat morbos, remanet corpus temperatum, id est, bene temperatum. Vnde existit sanitas & abisti & corporis. Nam bilis & flegma, corpus, animum vero male afficit ira & superbia: quibus dum sua seueritate & acri castigazione medetur Pædagogus, is corpori & animo bonam affert constitutionem.

Quod

Quod Pædagogus conuenienter paternæ affectioni seueritate & benignitate vsus sit. Cap. XII.

IS iam peractis, consequens fuerit, ut Pædagogus noster Iesus vitam nobis veram describat, & qui in Christo est hominem erudiat & instituat. Est autem eius descriptio & informatio neque admodum terribilis, neque benignitate vsque adeo dissoluta. Simul autem mandat, & mandatorum formas & characteres ita imprimit, ut ea possint perficere. Atque mihi quidem is ipse videtur hominem sinxisse ex puluere: aqua autem regenerasse: spiritu verò auxisse: Verbo autem, pædagogi instar instituisse, ad filiorum adoptionem & salutem sanctis præceptis dirigens, ut cum terra genitum in sanctum & supercaelestem hominem suo aduentu transformasset, diuinam illam vocem maximè impleret: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Atque fuit quidem Christus hoc plenum quod dixit Deus. Alius autem homo intelligitur per solam imaginem. Nos autem, o boni Patris filij, alumni boni Pædagogi, Patris voluntatem impleamus, Verbum audiamus, & verè salutarem Seruatoris nostri vitam exprimamus, hic iam meditantes caelestem vitæ agenda formam, per quam effecti dii, semper germinante letitia & incorrupto boni odoris unguento inungamur, euidentis incorruptionis indicium habentes vitæ Domini formam & Dei vestigia persequentes: cui soli conuenit considerare, atque adeo cui cura est quomodo & quanam ratione futura sit vita hominum sanior. Quinetiam ad hoc ut victu faciliè contenti simus, & quæ sunt superuacanea negligamus, accinctique & expediti & ad bonæ vitæ æternitatem parati simus, nos preparat, unumquemque nostrum esse ipsum sui ipsius penum docens. Ne solliciti enim, inquit, sitis de crastino: dicens oportere eum qui in Christi numerum relatus est, sua sorte contentum, sibi per se seruientem, & cui satis sit in diem victum eligere. Non enim in bello, sed in pace institui mur. Atque bello quidem magno apparatu opus est, magnoque & profuso sumptu egent delitiae: pax autem & dilectio, simplices & quæ lites ac negotia fugiunt sorores, non armis, neque profuso apparatu indigent. Nutrimentum eius est Verbum. Verbum autem, id est, cui & demonstrandi & docendi principatus obrigit, à quo frugalitatem, simplicitatem, à fastuque alienationem, libertatis amorem, benignitatem & honesti studium ediscimus. Id, etsi vno Verbo cum virtutis coniunctione Deo similes reddimur, non ad socordiam ac negligentiam oportet traducere, sed elabora, & ne defatigeris, eris enim qualem non speras, neque verò conijcere potueris. Quomodo autem Philosophorum quidem alia est viuendi ratio, alia verò Oratorum, alia autem Luclatorum: ita est generosa ac liberalis affectio, libera voluntati quæ est honesti studiosa, conueniens, quæ accessit ex Christi pædagogia, & qui ad operationem eruditi, sunt decori, graues & honesti incessus & accubitus, nutritio & somnus, cubitusque & victus ratio, & alia disciplina. Non est enim nimis intensa ac vehemens eiusmodi Verbi eductio, sed moderata, & quæ iusto ac recto tenore consistat. Hac etiam ratione Verbum est dictum Seruator, qui hominibus hæc verbalia & rationalia ad salutem, ut bono & integro sensu præditi essemus, inuenit medicamenta, opportunitatem quidem obseruans, noxam autem & damnnum arguens, & animi affectionum causas exponens, & à ratione alienarum cupiditatum radices excindens, à quibus quidem abstinere oporteat præcipientes, omnia autem salutis antidota egrotantibus exhibens. Hoc est enim maximum, & maximè regium Dei opus, humanam seruare naturam. Atque medico quidem, qui ne quod faciat quidem ad salutem consulit, egroti succensent: diuino autem Pædagogo, quomodo non maximas se habere fatebuntur gratias, qui nec taceat, nec ani-

mo penetralibus contineat minas quæ ferunt ad exitium? sed & eas arguat, & quæ ad eas tendunt appetitiones excindat, & quæ ad rectam reipub. pertinent administrationem edoceat. Magna ergo illi sunt agenda gratia. Ratione enim præditum animal, hominem inquam, aliquid aliudne dicimus quàm quod est diuinum oportere contemplari? Porro autem humanam quoque naturam dico eum oportere considerare, & ita viuere, ut iubet & dicat veritas, & ipsum Pædagogum & eius præcepta mirandum in modum admirantes, ut quæ inter se congruant & conueniant. Cui conuenienter imagini & similitudini oportet nos quoque, cum nos ipsos Pædagogo adaptauerimus, ita viuere, ut factis oratio reuera conueniat.

COMMENTARIVS IN CAP. XII.

* Hic iam peractis, consequens fuerit. Cum ostendisset Clemens quisnam & qualis sit Pædagogus, & cuiusmodi sit eius Pædagogia, nunc venit ad ostendendum quibusnam præceptis Pædagogus suos pueros informet, & hominem instituat qui est in Christo, id est, qui vitæ suæ instituendæ exemplar habet in Christo. Ea autem præcepta dicit esse huiusmodi ut in iis tradendis is seruetur modus, ut neque terrorem incutiant, neque eneruet, remissosque & dissolutos reddant. Sed neque præcepta sunt eiusmodi, ut cui dantur causari possit se ea non posse exequi. Nam qui dat mandata, is eorum talem imprimat formam & characterem ut perfici possint ab iis quibus dantur, & ille ipse qui dat, ad ea implenda adiuuat. Sed quis ea dat præcepta? ipse Iesus noster Pædagogus. Ille autem ipse Iesus & nos creauit, & aqua in baptismo regenerauit accedente spiritu, & nos verbo instar Pædagogi erudit, ut in sanctum & celestem hominem transformari qui prius eramus terreni, Dei in nos veram agnoscamus imaginem & similitudinem. Ea imago & similitudo est Dei Verbum, qui est splendor æternitatis & expressa imago substantiæ patris. Illud autem ad Dei factum esse imaginem & similitudinem, primum fuit plenum & omni ex parte absolutum in Christo homine qui est etiam Deus. Id ipsum tandem poterit etiam de nobis dici, si eius præcepta sequentes, & Dei vestigia persequentes, & incorruptionis vnguento delibuti, Christiani à Christo dicti, & à Deo adoptati, per gratiam & participationem Dei efficiamur. Hoc noster nostri curam gerens sibi proponit Pædagogus, cui maximè est curæ, ut humana natura sit quam sanissima, & ab omnibus animi & corporis vitiis & morbis remotissima. ⁶ Hac etiam ratione Verbum dictum est Seruator. Ad corporis sanitatem & ad animæ salutem nihil est melius quàm certum tenere modum, & neque exuperare nec deficere. Hinc & corpora ^{εὐκρασία}, id est, bene temperata, in quibus humorum qualitates à natura constitutum tenent modum, & neque sunt, aut calidiores, aut frigidiores, aut humidiores, aut siciores quam par sit, sana sunt: & sani sunt animi in quibus sunt morum virtutes quæ consistunt in mediocritate. Hoc qui præstat Pædagogus, merito ^{σωτήρ} dicitur. ^{Σωτήρ} autem dicitur qui dat salutem. Hoc vocabulum non posse Latinè exprimi, Cicero dicit in Verrinis, nullum certè aliud habemus nisi Seruatoris, quo etsi alioqui minùs vñtato, non dubitauit ut Seneca in libro de beneficio: Saluatoris vocabulum passim vsurpant Doctores ecclesiastici, arbitrati, ut existimo, à Saluatore rem melius exprimi quàm à Seruatore, cum tamen sit vtriusque eadem significatio, cum seruare non aliud sit quàm salutem dare. Dicit certè Terentius, Hanc domum ne ipsa quidem salus potest seruare. Quod si quis existimet, significantius esse vocabulum Saluatoris quam Seruatoris, per me eis licebit duabus tantum mutatis literis Saluatorem dicere pro Seruatore, dum intelligant Seruatorem dici longè Latinius. Salutem autem dat Pædagogus rationalia adhibens medicamenta, quæ in literæ contextu Clemens exponit, vitiorum scilicet causas explicans, à ratione alienarum cupiditatum radices excindens, quæ sunt agrotis noxia prohibens, & quæ sunt eis vitia & salutaria antidota exhibens. Quod autem rationalia dixit medicamenta, Græcè est ^{λογικά}, quod deriuatur à ^{λόγος}, quod & verbum significat & rationem quod linguæ Latinæ inopia non satis potest exprimere. Humanæ autem naturæ salutem dat Pædagogus quod est opus maximum & maximè regium. Quid est enim magis regium quàm eos beneficio afficere qui ab ipso reguntur? id autem facile potest cum sit Deus, est enim noster Pædagogus Deus & homo, quo fit ut & velit & possit.

Quòd quemadmodum id quod rectè & ex virtute geritur, fit ex recta ratione, ita rursus peccatum præter rationem. Cap. XIII.



VID QUID est præter rectam rationem, id est peccatum. Iam enim quæ sunt maximè generales animi affectiones seu perturbationes hoc modo definiendas censent Philosophi. Cupiditatem quidem, appetitionem quæ non paret rationi: Metum autem, dissolutionem quæ non paret rationi: Voluptatem autem, elationem animi quæ non paret rationi. Si ergo quæ in rationem est inobedientia, peccatum generat, quomodo non necessariò rationis obedientia, quam quidem finem

λόγος ratio,
p filio Dei
hoc in loco
necessariò
vertitur.

finem dicimus, parit ac procreat id quod vocamus honestum ac decorum? ipsa enim virtus, est animæ concinna & congrua affectio, quæ rationi subiicitur per totam vitam. Quinetiam, quod est supremum omnium, ipsam, inquam, Philosophiam definiunt, studium rectæ rationis, adeo ut sit necessariò delictum, quicquid fit propter errorem rationis, & meritò Græcè vocetur ^{ἀπίσθημα}, hoc est, erratum, quod etiam peccatum significat: Iam enim, quando primus homo peccauit, & Deo non obeduit; Et iumentis, inquit, est assimilatus homo, qui præter rationem aberrarat meritò rationis expers existimatus comparatur iumentis. Hinc etiam dicit Sapientia: Equus ad coitum libidinosus, & adulter irrationali iumento assimilatus. Et ideo subiungit: Quocumque super eum sedente hinnit. Non amplius, inquit, homo loquitur. Non est enim amplius particeps rationis, qui peccat præter rationem: est autem expers rationis bellua, dedita cupiditatibus, quibus omnes voluptates insident. Quod ex rationis autem obedientia rectè & ex virtute geritur, ^{ἁρμόσιον & καθήκον}, hoc est, quod congruit, & conuenit, nempe officium, vocant Stoici. Quod itaque decet & congruit, nempe officium, id etiam conuenit. Obedientia autem fundatur mandatis. Ea autè monitionibus, quæ cum sint eadem, veritatem sibi scopum proponentes, ad extremum expetendum, quod finis intelligitur, erudiunt & instituunt. Pietatis autem ac religionis finis æterna est in Deo requies. Aui autem seu æternitatis principium, est noster finis. Quod autem est pietatis honestum quod rectè & ex virtute geritur, id quod decet & conuenit, nempe officium, operibus efficit. Vnde officia meritò consistunt in actionibus, non autem in dictionibus. Et est Christiani quidem actio, rationalis animæ operatio, ex sincero ac prudenti iudicio & appetitione veritatis, quæ per coniunctum simulque opem ferens corpus peragitur. Quod decet autem ac conuenit, officium inquam, est quæ in vita Deum & Christum sequitur voluntas vna, quæ se propter vitam æternam rectè & ex virtute gerit. Etenim Christianorum vita quam nunc instituimus, est quidam conuentus ac congregatio rationalium actionum: hoc est, eorum qui à verbo seu ratione docentur, quæ non labitur operatio, quam quidem fidem appellamus. Conuentus autem & congregatio sunt mandata Domini, quæ cum sint diuinæ sententiæ, monita spiritualia, nobis scriptæ sunt, ut quæ & nobis ipsis & proximis bene possint quadrare. Quinetiam ipsæ quoque ad nos reuertuntur, sicut globus qui propter repercussionem ad eum qui iacit recurrit. Vnde etiam sunt ea quæ decet & conueniunt, nempe officia ad diuinam pedagogiam necessaria, ut quæ à Deo præcepta & ad salutem sint tradita. Et quoniam eorum quæ sunt necessaria, aliqua quidem solùm ad vitam hinc agendam pertinent, alia verò hinc ut illic bene viuamus erigunt & extollunt: conuenienter quoque officiorum, alia quidem ad viuendum, illa verò ad rectè viuendum ordinantur. Atque quæcumque quidem ad gentiliter viuendum præcipiuntur, ea vulgò apud multos sunt publicata. Quæ autem ad bene viuendum conueniunt, ex quibus æterna illa vita acquiritur, ea hinc veluti adumbrata ex ipsis scripturis colligentibus licebit considerare.

COMMENTARIVS IN CAP. XIII.

* QUID QUID est præter rectam rationem. Traditurus Clemens præcepta ex Christi Pædagogia, quæ nõ ad viuendum tantum instituunt, cuiusmodi sunt præcepta gentilium, sed ad bene viuendum ut æternam vitam tandem assequamur, quod est finis Christianorum, in eo autem illa versantur præcepta ut peccata fugiamus, bona autem opera, quæ ^{κατὰ νόμον}, id est, quæ rectè & ex virtute fiunt sequamur, primum docet quid sit peccatum, & quid bonum opus, seu quod rectè & ex virtute geritur. Peccatum ergo esse dicit quicquid est præter rationem, bonum autè opus seu rectè factum, id quod fit conuenienter rationi. Quod quidem ex eo probat quod generales animi affectiones seu perturbationes à Philosophis nempe Stoicis ita definiuntur, ut dicatur earum quælibet non parere rationi. Quod fit autem non parendo rationi, fit præter rationem. Quod fit autem præter rationem, est peccatum. Quod fit autem obediendo rationi, id est, bonum opus, quod ^{κατὰ νόμον} dicitur, & ^{καθήκον} & ^{ἁρμόσιον}, id est, quod decet & conuenit, & perfectum

officium. Quod fit autem obediendo rationi, id fit conuenienter rationi. Ea autem obedientia qua iubentem sequimur rationem, fides dicitur, quæ non solum significat credulitatem & fiduciam, sed etiam in se continet promptam & efficacem Dei præceptis obediendi voluntatem. Ratio autem non solum significat diuinam animæ hominis facultatem, à qua homines dicuntur λογικοί, id est, rationis participes, sed veram illam & per se consistentem rationem, quæ à nobis & verbum & ipsa Dei appellatur sapientia, à qua profuit & deriuatur quidquid est in nobis rationis: quam falso quidem Seneca vocat diuini spiritus portionem in nobis mesam, & Horatius diuinæ particulam auram: non enim ea in nobis existit per ipsam Dei essentiam, sed veluti per quandam lucis illuminationem, conuenienter ei quod scribit Psalmographus; Signatum est supra nos lumen vultus tui Domine. Quæ ergo huic verbo seu rationi, quæ nostram inspirat & illuminat animam, præstatur obedientia quæ fides dicitur, in nobis procreat quod bonum est, honestum & decorum. Inde existit virtus, quæ est concinna & congrua animæ affectio per totam vitam subiecta rationi. Boni enim & honesti particula non est virtus censenda, sed oportet vt ea semper sibi constet, nec vlllo tempore intermittatur. Quod vsuuenit si anima pareat rationi. Cui parendi si quis studio teneatur, & vt id faciat diligenter meditatur, is dicitur Philosophus, & hoc studium appellatur philosophia, nempe studium sapientiæ, quæ est recta ratio. Eam rectam rationem qui non sequitur, nec ei parer, sed eam auerfatur vel ab ea aberat, tantum abest vt sit Philosophus, vt ne homo quidem sit dicendus, vt qui non sit particeps rationis, sed eius expers comparetur iumentis, & sit similis bestiis. Qui ergo eam rectam rationem non sequitur, nec ei parer, is dicitur errare & peccare. Non peccat ergo qui iubenti obedit rationi. Sed cum sit obedientia, oportet etiam vt sint mandata quibus obediatur: vt eis autem obediatur opus est etiam admonitionibus. Cùm sint autem Dei mandata ideo constituta, vt ad vitam perueniatur æternam: is demum rectè obedit mandatis qui sibi tanquam scopum proponit æternam in Deo requiem & vitam æternam. Sed vt eam assequamur, non satis est hic viuere, sed etiam bene oportet viuere. Ad id nobis opus est præceptis, quæ conuenienter Christi Domini Pædagogicæ, ex sacris literis exprompsit Clemens. Gentibus quidem satis est si viuant, & eam demum vitam existimant beatam, quæ hic perpetuis fruitur voluptatibus. Nos autem hic bene viuamus, vt hac laboriosa tandem perfuncti vita, vitam tandem assequamur æternam, qua nec cogitari quidem potest quidquam melius & beatius. Bene autem viuemus, si nos & in nos ipsos & in proximos nostros rectè geramus. Quod autem à nobis fit in proximos, ad nos quoque non secus reuertitur quam globus percussus ad eum qui iecit reuertitur. Consistit autem bonum opus seu recta operatio, & perfectum officium, non in dictionibus sed in actionibus quæ ab animo fiunt, sed non sine adiumento corporis. Harum autem actionum à ratione proficiscentium, & quæ non labuntur, conuentus, vitam constituit Christianorum, quæ fides appellatur. Ad eam per Pædagogiam sumptam ex sacris libris in sequenti libro nos instituet Clemens. Tota enim Christianorum vita nihil est aliud quam fides, quæ certa ac firma promissorum spe sustentata, bonas per charitatem edit operationes.

Psal. 4.

CAPITA LIBRI SECVNDI PÆDAGOGI.

Quomodo in alimentis versari oporteat.	Cap. 1.
Quomodo oporteat se in potu gerere.	Cap. 2.
Quod non oporteat sumptuose ac magnificæ suppellectilis studio teneri.	Cap. 3.
Quomodo in conuiuio sit relaxandus animus.	Cap. 4.
De risu.	Cap. 5.
De turpiloquio.	Cap. 6.
Quænam obseruare oporteat eos qui vrbane ac ciuilitate vnà viuunt.	Cap. 7.
An vnguentis & coronis sit vtendum.	Cap. 8.
Quomodo se in somno gerere oporteat.	Cap. 9.
Quænam de liberorum procreatione tractanda sint.	Cap. 10.
De calceamentis.	Cap. 11.
Quod gemmas & mundum aureum non magni pendere & admirari oporteat.	Cap. 12.

CLEMENS

CLEMENTIS ALEXANDRINI PÆDAGOGI LIBER SECVNDVS.

Quomodo in conuiuio versari oporteat. Cap. i.

10



ROPOSITVM itaque institutum & scopum sequentibus, & scripturas ad eam pædagogicam partem, quæ vitæ utilis futura est diligentibus, qualem esse in tota vitæ eum qui Christianus dicitur oporteat, summam describendum est. Nobis igitur à nobis ipsis incipiendum est, & quomodo nos componere ac moderari oporteat. Compositi itaque proportionem & commoderationem coniectantibus, quæ admodum unumquemque nostrum se in suum corpus gerere, vel potius quomodo id dirigere oporteat, dicendum est. Quando enim quibus à rebus externis, & ab ipsa præterea educatione corporis ad mentem à ratione deductus, eorum quæ in homine secundum naturam eueniunt contemplationem accuratè perfectèque didicerit, sciet non esse studium in res externas confendum: hominis autem esse proprium, animæ expurgare oculum, castamque & sanctam carnem suam tueri. Qui enim ab illis purè emundatus exolutusque fuerit per quæ est adhuc puluis, quidnam aliud seipso habuerit conducibilius ad hoc, vt recta via ingrediatur ad Dei comprehensionem? Atque alij quidem homines viuunt vt comedant, quod certè etiam rationis expertibus euenit animantibus, quibus nihil aliud quam venter vitæ: nobis autem Pædagogus præcipit comedere vt viuamus; neque enim nostrum munus est nutritio, neque institutum scopusve nostrer voluptas: sed ea nutritio est propter nostram hanc mansionem, quam ad incorruptionem ratio instituit: & ideo secernitur ac seligitur alimentum. Est autem ipsum reuera simplex, & non nimis opipare & curiose paratum pueris simplicibus, & non curiosis conueniens, vt quod aptum sit ad viuendum non ad delicias. Ipsum autem viuere, ex duobus, sanitate scilicet & viribus, constituitur, quibus maximè conuenit alimenti facilitas, vt quod & ad digestionem & corporis leuitatem sit utile: ex quibus incrementum, sanitas, & iustæ vires: non autem iniustæ, lubricæ & miseræ, quales sunt quæ Athletis ea illa sua edendi necessitate obueniunt. Sunt itaq; multiplices qualitates respuenda, quæ varia detrimenta pariunt, malas corporum habitudines, stomachorum subuersiones, cum corruptus & constupratus sit gustus, misera & infesta quadam condiendi arte, & inani in faciendis bellarijs artificio. Audent enim appellare nutritionem, deliciarum exercitationem, quæ in noxias voluptates dilabitur. Antiphanes autem Delius medicus vel vnâ hanc dicit esse morborum causam, ciborum varietatem: cum qui veritatem egreferunt, multiplici nescio qua vana gloria frugalem & moderatum victum abiurent, & transmarinas escas anxie perquirunt. Atque mihi quidem venit in mentem eorum morbi misereri: ipsos autem non pudet suas decantare delicias, cumque sunt in freto Siculo, murænas anxio & sollicito animo perquirentes, & Mæandri anguillas, & qui in Melo sunt hædos, & qui in Scyatho mugiles, Pelori conchas, & Abydena ostrea, nec mænas quæ sunt in Lipara prætermittentes, nec rapum Mantinicum, nec betas quæ sunt apud Ascraeos, & pectines Methymnaeos exquirentes, & soleas Atticas, & turdos Daphnios & caricæ Chelidonias, propter quas infelix Persa cum quingentis mille millibus in Graciam est profectus: Phasidis aues præterea coementes. Attagenas Aegyptias, medicum pauonem. Hæc condimentis immutantes, ij qui sunt gula dediti, obsonijs inhiant,

ἰσχυρὰ
ἀλλοτρίαι,
πiscis genus,
de quo
vide Atheneum &
Aristotelem.

quacunque tellus, & profunda Ponti, immensaque alit latitudo aeris, ingluuici sua ea comparantes. Videntur reuera isti insatiabiles, solliciti ac anxij ciborum indagatores, ad delicias ac voluptates suas mundum irretire, sibilantibus sartaginibus undique circumstrepentes, & circa cochlear & mortarium totam suam vitam consumentes, edaces atque omniuori homines, materiam ignis instar apprehendentes. Quinetiam facilem cibum, nempe panem effeminant, quod frumenti est nutriens excribrantes, ut quod est alimenti necessarium, sit probrum voluptatis. Nullum autem habet apud homines terminum delicata ingluuies. In liba enim placentas & bellaria est prouecta, mensarum secundarum multitudinem inueniens, omnes qualitates aucupans. Mihi autem videtur homo qui est eiusmodi, nihil esse aliud quam bucca. Ne desideres, inquit Scriptura, cibos diuitum: ij enim vite non verae & turpi sunt coniuncti. Illi enim dant operam obsonijs quae simus paulo post excipit: nobis autem cibum caelestem venantibus, necesse est ventri qui est sub caelo imperare, & multo magis ijs quae ei sunt amica & grata: Quae Deus abolebit, inquit Apostolus, voraces gula cupiditates iure execrans. Esca enim ventri, ex quibus haec carnalis, & quae interitum affert, vita dependet, quam audent nonnulli vocare charitatem, effrenata lingua utentes, nempe quaedam prandiola & nidorem ius redolentia, pulchro & salutari Verbi opere appellantes, sanctificatam charitatem ollulis & iuris fluente iniuria afficientes, potuque delitiis & fumo illud nomen maledicto persequentes: falluntur autem existimatione, ut qui Dei promissum prandiolis se posse emere expectauerint. Quae enim latitiae causa sunt congregationes, ipsi quoque recentes & caenulas, & prandia & epulas, hunc caetum iure vocauerimus, rationem sequentes. Has autem epulas ἀγάπας, id est, charitates, non vocauit Dominus. Dicit itaque alicubi quidem: Quando inuitatus fueris ad nuptias, ne primo loco accumbas, sed quando fueris vocatus, accumbe in ultimo loco; alibi autem: Quando feceris prandium aut caenam. Et rursus: Sed quando feceris epulum, voca mendicos, propter quod caena maxime est facienda. Et praeterea: Homo quidam fecit caenam magnam, & vocauit multos. Sed sentio vndenam effluxerit speciosa caenarum appellatio: nempe ex gutturibus. Insania bellariorum ventitator, ait Comicus. Reuera enim multa multis sunt caenae gratia: nondum enim didicerunt Deum parasse suo opificio, homini inquam, cibum & potum, ut conseruetur, non autem ut voluptate afficiatur. Nam nec corporibus quidem natura insitum est, ut ex multiplici ciborum varietate iuuentur. Contra enim plane qui cibis utuntur vilissimis, sunt robustiores, saniores, & generosiores: ut famuli dominis, & agricolae possessoribus: & non solum fortiores, sed etiam prudentiores, ut Philosophi diuitibus. Non enim mentem alimentis obruerunt, neque ipsam voluptatibus decipiunt. Charitas autem reuera est caeleste nutrimentum, rationale epulum: omnia sustinet, omnia suffert, omnia sperat, charitas nunquam excidit. Beatus qui comedit prandium in regno Dei. Casus autem est omnium grauissimus, si quae charitas non potest excidere, supernè è caelis ad inscula humi abijciatur. Et tu me eam existimas putare caenam quae aboletur? Si facultates, inquit, meas distribuero, charitatem autem non habeam, nihil sum. Ab vniuersa hac charitate dependet Lex & Verbum, si Dominum Deum tuum & proximum dilexeris. In caelis est hoc caeleste conuiuium, quod δόξα Graecè dicitur. Terrestre autem, dictum est caena, ut ostensum est ex Scriptura; & fit quidem caena propter charitatem: sed non est caena charitas, verum socialis beneuolentiae, & quae sua lubenter impertit, indicium. Ne quod ergo bonum nostrum est, maledictis impetatur. Non est enim regnum Dei esca & potus, dicit Apostolus, ut fluxum & quod est vnius diei intelligatur prandium: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto

1. Corint. 6.

Vocabant Clementis repononnulli prandia ac conuiuia ἀγάπας, hoc est, charitates. Lucæ 14.

Ibidem.

1. Corint. 13.

Ibidem.

Matth. 22.

Rom. 14.

sancto. Qui de hoc prandio comederit, is eorum quae sunt, optimum possidebit, nempe regnum Dei, sanctum charitatis conuentum hic meditatus, nempe caelestem Ecclesiam. Charitas ergo res est pura & Deo digna: officium verò eius est communicatio. Cura autem disciplinae est Charitas, quam dicit Sapiaentia: Charitas verò obseruatio legum eius. Haec autem letitiae habent quoddam charitatis incitamentum ex nutrimento publico, quod ad aeternam assuefacit oblectationem. Charitas ergo non est caena: epulum autem à charitate pendeat. Discant enim, inquit, filij tui quos dilexisti Domine, quod non generationes fructuum nutriant hominem, sed verbum tuum eos qui tibi credunt conseruat: non enim in pane viuet iustus. Sed sit nobis caena tenuis & expedita, apta ad vigilias, inpermixta diuersis qualitibus, & quae à paedagogi disciplina minime sit aliena. Bona enim nutrix ad communicationem est charitas, quae copiosum habet viaticum, nempe sufficientiam, quae quidem dimenso iusta quantitate alimento praefecta, salubriter corpus administrans, etià proximis ex eo aliquid distribuit. Victus autem qui inundat & obruit sufficientiam, homini multum officit, animam quidem ignauam reddit & inertem, corpus verò valetudinarium, & quod in morbos facile prolabitur, efficiet. Quinetiam voluptates quae in iudicandis aromatibus conditis dapibus sunt morosa & difficiles, probra & maledicta inuunt: utpote liguritionem, ingluuiem, edacitatem, voracitatem, insatiabilitatem, & alia huiusmodi. Musca quoque ijs nominibus aptissime conuenientes, & mustellae, & adulatores, & gladiatores, & agrestia genera parasitorum, ventris voluptate: alij quidem rationem, alij verò amicitiam, alij autem vitam ipsam vendentes, super ventrem serpentes, bestiae hominibus similes, ad imaginem patris sui, edaces voracesque beluae, & qui eos ἀσώτους, appellarunt, bene mihi videntur eorum finem significasse: ut qui eos vocent ἀσώτους, hoc est, à salute alienos, per elisionem elementi σ. An non enim sunt eiusmodi qui in ollis versantur, multiplicibusque exquisitorum alimentorum voluptatibus, qui sunt humiles & abiecti animi, terrae plane filij, qui victum in dies persequuntur perinde ac non victuri? Eos miseros pronunciat per Esaiam sanctus Spiritus, cum nomen Charitatis sensim nescio quomodo ab eis sustulisset, quoniam non erat epulum rationi consentaneum: Ipsi autem fecerunt latitiam, occidentes vitulos, & oves sacrificantes, dicentes: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et quod eiusmodi delicias peccatum existimet, subiungit: Et non dimittetur hoc vestrum peccatum, donec mortui fueritis. Non dicens peccati remissionem mortem insensilem, sed retributionem peccati morti salutis adiudicans. Ne lateris autem propter execrandas delicias, dicit Sapiaentia. Hic autem de idolothytis quoque, hoc est, de ijs quae immolata sunt idolis facienda est mentio, quoniam modo praecipiat ab ijs esse abstinendum. Illa mihi videntur execranda & abominanda, quorum sanguinem superuolant. Subter sunt anima quae crebum hoc nunc lumine cassae. Nolo enim vos fieri participes demoniorum, dicit Apostolus. Eorum enim qui seruantur, & eorum qui pereunt, separata sunt nutrimenta. Ab his ergo est abstinendum, non quod pertimescimus, non est enim in eis aliqua potentia, sed quod propter nostram conscientiam, quae sancta est, & propter demonum odium, quibus illa sunt dedicata, auersemur: & praeterea, propter eorum qui multa procliuiter discernunt, ac verentur imbecillitatem, quibus infirma polluitur conscientia: Cibus enim nos non commendabit Deo: neque quae intrant co inquinant hominem, sed quae ex ore, inquit, exeunt. Vfus enim nutrimenti est indifferens: Neque enim si comedamus, inquit, plus habemus: neque si non comedamus, deficiamus. Sed non est consentaneum ut sint mensae demoniorum participes, qui spiritali ac diuino nutrimento digni sunt habiti. Annon habemus potestatem comedendi & bibendi, & mulierem circumducendi, dicit Apostolus? sed voluptatibus, scilicet,

Sapiaent. 6.

Deut. 6.

Esaia 11.

Prou. 4. 10.

Eccles. 2.

Odyss. 1.

1. Cor. 10.

1. Corint. 8.

Matth. 11.

1. Corint. 8.

Ibidem.

imperantes, arcemus cupiditates. ¹ Videte ergo ne hæc nostra potestas offensionem offerat imbecillis. Non oportet ergo nos veluti prodigè & profusè viuentes, quemadmodum est in Euangelio similitudo filij diuitis, abuti donis patris, sed eis uti, ut qui ipsis constanter imperemus: ut in cibos enim regnum & dominatum obtineamus, non ut eis seruiamus, ordinati sumus. Res est ergo præclara maximè expetenda, id quod verum est suspicientes, supernum alimentum persequi, & eius quod verè est inexplebili spectaculo impleri, firma, stabili, & pura voluptate fruentes. Hanc enim charitatem oportere nos suscipere ostendit 10 cibus Christi. Est autem valde à ratione alienum & inutile, & nequaquam humanum, pecudum more pinguefactum, morti nutriti, deorsum in terram respicientes, & è terra semper in mensas procumbentes, lautam & delicatam vitam persequètes, id quod bonum est, hinc utique in vita quæ non est futura infodientes, soli sibi deuoratiõni blandientes, propter quam in maiori pretio sunt coqui quam agricola. Non enim poculorum circumlationem tollimus, sed cõsuetudinis prolapsionem, tanquã calamitatem, habemus suspectam.

1. Cor. 10. ¹ Quocirca vitandus est luxus, pauca quedam & quæ sunt necessaria sumentibus: & si 10 quis nos inuitat infidelium, & accedere statuamus (bonum est enim cum insolentibus & immodestis hominibus non versari) quicquid apponitur iubet nos comedere, nihil interrogantes propter cõscientiam. Similiter autem iussit nos ea quæ sunt in macello citra vllum scrupulũ vllamve curiosam indagatiõnem emere. Non est ergo omnino à varijs cibus abstinentium, sed non est in eis studiũ ponendum. Ea autem quæ apponuntur sumenda sunt, ut decet Christianum, eum quidem qui nos inuitauit honorantes, innoxia & quæ satietatem non afferat sermonis & cõgressiõnis societate: sumptuosas quæ inferuntur dapes indiffe- 30 rentes esse existimantes, obsonia despicientes, ut quæ nõ sint paulo post. Qui comedit, eum qui non comedit non spernat. Qui autem non comedit, eum qui comedit non iudicet. Cum autem parum fuerit progressus, præcepti quoque causam exponet: Qui comedit, inquit, Domino comedit, & Deo agit gratias: & qui non comedit, Domino non comedit, & Deo agit gratias: ut sit iustum nutrimentum gratiarum actio. Porro autem qui semper agit gratias, is in voluptatibus non versatur. Quòd si etiam propter virtutem coniuuas aliquot inuitemus, eò magis à lautis & delicatis his cibus est abstinentium, euidentem virtutum 40 exemplar nos ipsos exhibentes, sicut ipsi Christum exemplar habuimus. Si quid enim eiusmodi ciborum fratrem offendit, nõ comedam, inquit, in aeternum, ne fratrem meum offendam. Exigua cõtinentia hominem lucrifacio. An non habemus potestatem comedendi & bibendi? Et veritatem cognouimus, inquit, quòd nihil est idolum in mundo, sed solus reuera & vnus noster Deus, ex quo omnia, & vnus Dominus Iesus. Sed tua, inquit, scientia perit frater infirmus, propter quem mortuus est Christus. Qui infirmorum fratrum conscientiam verberant, in Christum peccant. Hac quidem certè ratione Apostolus de nobis cautionem adhibens, cœnas discernit: iubens non commisceri, si quis frater inueniatur 50 qui dicatur esse fornicator, vel adulter, vel idololatra, nec obsonium quidem comedere, nec sermonem conferre, quod illinc procedit inquinamentum habens suspectum, sicut & mensas demoniorum. Atque bonum quidem esse carnem non comedere, nec vinum bibere, & ipse fatetur, & Pythagoræi: hoc enim magis est fera: & quæ ex eis ascendit exhalatio, cum sit crassior & turbidior, offundit animæ tenebras. Quòd si quis ea quoque 60 sumat, non peccat, modò ea moderatè ac temperatè sumat, non eis nimium deditus, neque ab eis dependens, neque obsonia deuorans ac deglutiens. Ei enim vox personabit, dicens: Noli propter escam destruerè opus Dei. Est enim insipientis, ea quæ publicis apponuntur epulis, valde mirari & stupere, postquam senseris eas quæ ex verbo percipiuntur delirias: multò est autem insipientius in pulmentorum seruitutem redigere oculos, adeo ut eorum,

ut eorum, ut ita dicam, incontinentia simul feratur à ministris. Quomodo autem non est inutile è sedibus surgere, propemodum faciem in ollas iniicientes, è sedibus tanquam è nido prospicientes, ut quod vulgò dicitur, vaporem errantem excipiant per respirationem? Quomodo autem non est alienum à ratione, manus condimentis immiscere, vel perpetuò ad obsonium extendere, non gustantium ritu, sed rapientium, se immoderatè & indecorè implentes? Licet enim videre eos qui sunt eiusmodi, suibus vel canibus propter voracitatem assimilari, potius quàm hominibus: qui adeò festinant ut saturentur, ut ambæ buccæ simul inflentur, elatis vasis quæ sunt in facie: quinetiam sudorem præterea diffundi, dum arctè comprimuntur propter insatiabilitatem, & anhelant propter intemperantiam, festinatione indecora, & ab honesta consuetudine aliena, abstruso in ventrem nutrimento, tanquam ad viaticum, non ad digestionem, reponunt edulia. Atque cum semper malum sit immoderatio, ea in nutrimenti maxime reprobatur. Ingluuias itaque, quæ græcè 10 ὀφθαλμία dicitur, nihil est aliud quàm in obsonij usu immoderatio. Dicitur etiam ἀσπιγία, quæ quidem est circa guttur insania: & γαστροπρία, quæ est in alimento intemperantia, & ut ipsum nomen indicat, in ventrem insania. Insanus enim græcè ἄσπιδος dicitur. Eos itaque qui in epulis iniuriam facere meditabantur Apostolus increpans, dicit: Vnusquisque enim propriam cœnam præsumit in comedendo: & alius quidem esurit, alius 1. Cor. 11. verò est ebrius. Annon domos habetis ad comedendum & bibendum? aut Dei ecclesiam contemnitis, & pudore afficitis eos qui non habent? Apud eos autem qui habent, qui citra pudorem comedunt, insatiabiles seipsos dedecore afficiunt. Ambo autem malè faciunt, hi 30 quidem ut qui eos qui non habent grauauerint, ut qui suam intemperantiam apud eos qui habent aperuerint. Necessariò ergo aduersus eos qui pudorem exuerunt & insatiabiles, quibus nihil sufficit, cœnis impudentius vtentes, secundò rursus Apostolus in vocem erupit indignantem: Quamobrem fratres mei conuenientes ad comedendum, alter alterum 40 expectate. Si quis autem esurit, domi comedat, ne in iudicium conueniatis. Ab omni ergo seruili & illiberali actione abstinentium est, honestè tangendo quæ apponuntur, & manum, & lectum, & barbam seruando impollutam, faciei decorem immobilem, & non huc & illuc se versantem custodiendo, nec inter comedendum se indecorè gerendo, sed manum ordinatè certis intervallis adhibitis porrigendo. Est etiam cauendum ne inter comedendum loquaris, sit enim vox indecora, & non satis expressa ac significans, ut quæ plenis buccis in angustum coërceatur: & lingua quæ nutrimento premitur, à naturali operatione præpedita, oppressam edit prolationem. Sed nec simul edere & bibere conuenit: est enim 50 maxima intemperantiæ tempora confundere, quorum usus non simul conueniunt. Et siue comeditis, inquit, siue bibitis, omnia ad gloriam Dei facite, verã frugalitatem ac tenuitatem tanquam scopum proponentes: quam mihi Dominus quoque videtur significasse, cum panes benedixit & assos pisces, cum quibus suos discipulos conuiuio excepit, cibi non nimis exquisiti pulchrum exemplar inducens. Ille itaque piscis quem (cum iussisset dominus) 10 Ioan. vi. cepit Petrus, ipse quoque facile, diuinitus donatum, frugalèque ac moderatum nutrimentum significat. Per eos autem qui ex aqua ascendunt ad escam iustitiæ, monet auferre luxuriam, & auaritiã, tanquam piscis numisma, ut separet vanam gloriam, & dato statere publicanis, redditis Cæsari quæ sunt Cæsaris, Deo seruet quæ sunt Dei. Habet autem 60 stater alias quoque solutiones quæ minimè ignorantur: sed ea tractare non est huius temporis: sufficit autem admonitio, ea nobis ad præsens institutum vtentibus, cum à Verbi floribus minimè discrepet, quod quidem iam sæpe fecimus, ad eam de qua agitur quæstionem, fontem longè utilissimum attrahentes, ut irrigentur quæ à Verbo plantantur. Et si enim omnium mihi licet esse particeps, non omnia tamen expediunt: cito enim adducuntur

versum animaduertissemus, ut videre hic licet correximus. *Ipsam autem viuere ex dubio.* Cum sit comedendum ut viuamus, vita autem constituatur ex duobus, ex sanitate scilicet, & ex viribus: nam si nec sanum sit corpus, quod consistit in iusta humorum proportione ac symmetria, nec valet viribus ad ea propulsanda quæ sunt ei noxia, fieri non potest ut diu uiuat, eo cibo est utendum, qui facile concoqui possit & digerri. Bona enim concoctio non procreat crudos & noxios humores qui morbos generant: & bene concoctorum ciborum distributio corpus reddit leue & agile, ut quod nec in incoctorum humorum nimio grauetur pondere, nec ab ascendentibus oppressum & suffocatum torpescat vaporibus, & ea sit nutrimenti distributi aggregatio, & cuiuslibet parti assimilatio, ut corpus augeatur & crescat ad iustam, & non ad plus æquo exuperantem molem & magnitudinem. Id præstat cibus simplex & concoctu facilis. Nam ut præclare dicit Hippocrates in libro de flatibus; Cibos varios & dissimiles inter se simul assumere, ad prauam vitæ rationem pertinet. Seditionem enim mouent quæ sunt inæqualia, aliquaque citius, alia difficilius concoquuntur. Mouetur autem seditio propter diuersas, & inter se contrarias qualitates. Pulchrè certè in Sætyris cecinit Horatius:

Accipe nunc victus tenuis quæ quantaque secum
Afferat, in primis valeas bene, nam variæ res
Ut noceant homini credas, memor illius escæ,
Quæ simplex olim tibi sederit, at simul asis
Miscueris elixa, simul conchyliæ turdis,
Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum
Lenta feret pituita, vides ut pallidus omnis
Cæna desurgat dubia, quin corpus onustum
Hesternis vitiis, animum quoque prægrauat vna
Atque affligit humo diuinæ particulam auræ.

Cum ergo tot & tam varios morbos quos recenset Clemens, pariat variorum ciborum multiplicitas, dum variis artificiosè confectis bellariis corrumpitur & constupratus gustus, is merito dicit multiplices respuestas qualitates, quæ & morbos corpori & animæ detrimentum afferunt. Atque simplex quidem & facilis cibus sanitatem affert & vires: quod non facit varia ciborum ingurgitatio. Nam etsi sani esse & viribus valere videantur Athletæ, qui ut in gymniciis certaminibus cateros superent, necesse habent plurimùm cibi sumere, non esse tamen stabilem nec firmam eorum valetudinem nec vires, ex hoc potest intelligi, quod cum ad summum bonæ habitudinis gradum peruenerint, nec possint amplius crescere, ne decrecendo in morbum & præsens mortis periculum incidant, purgatione & inanitione remedium est eis afferendum, ut docet Hippocrates in suis Aphorismis. Cum ergo eiusmodi sit eorum sanitas, ut cum videatur optima non possit consistere, sed necesse sit ut diminuat, Clemens merito eam vocat malam, iniustam, & miseram. Malam, ut quæ eam non teneat, quæ in sanitate requiritur moderationem & temperaturam. Iniustam, ut quæ plus quam par sit vsurpet & exuperet. Miseram, ut quæ semper alieno eget auxilio. Atque hoc quidem est Athletis vrcunque condonandum, qui coacti plus quam par est, comedunt, ut iniustum, & aliis, & sibi obfuturum robur habeant. Sed quænam eis dabitur venia, qui nutritionis abutentes vocabulo, & rei veritatem, nempe amissæ substantiæ refectioem ægrè ferentes, se exercent in deliciis & voluptatibus, & sua culpa plurima sibi mala accerunt. Nam dum frugalem & moderatum victum abiurant, nec cibis contenti terrestribus, pisces & marinos cibos exquirunt, dilabuntur in voluptates quæ ab eis magnis emuntur doloribus. *Atque mihi quidem venit in mentem.* Morbum vocat Clemens nimiam deliciarum vndique conquirendarum auiditatem, cuius se dicit misereri, cum eos non pudeat illas venando decantare & celebrare. Quænam autem sint & quibusnam in locis valde à se inuicem remotis eas venentur, exponit, nempe in Sicilia, Asia, Attica, Phocide, Bœotia, Ponto, Ægypto, & non solum continenti, sed etiam in insulis, & non solum pisces & aues, sed etiam rapa & betas. Quod autem dicit de Caricis Chelidoniis, id videre licet apud Athenæum, qui sic scribit ex Dione de rebus Persicis. Cum quidam ex Eunuchis inter reliqua bellaria Atticas Caricas aliquando intulisset, interrogauit cuiates essent, ubi vero Atticas esse intellexit, iussit obsonatoribus ne emerent, donec ei non liceret capere ubi vellet, non autem emere. Fama est hunc Eunuchum fedulo id effecisse, ut illi in memoriam reuocaret in Athenas esse militandum. Hæc Athenæus. Propter has ergo Chelidonias Caricas dicit Clemens, Persam, videlicet Xerxem, cum innumerabili hominum multitudine in Græciam esse profectum. De eius autem expeditione vide Herodotum in Polyhymnia & Vrania, & Plutarchum in vita Themistoclis. Constat autem Plinium inter ea genera ficum recensere etiam ficum Chelidoniam, quam dicit nouissimam sub hyeme maturari. Mæander in quo delicata sunt anguilla est in Caria. Melo & Scythos recensentur à Plinio inter plurimas alias insulas lib. 5. c. 29. Hanc autem Melon insulam refert etiam inter eas quæ sunt enatae, lib. 2. c. 87. Pelorus est promontorium in Sicilia. Abydos, ubi luxuriosi homines venantur ostræa, est in Asia, non longè à Lamplaco. Mantinea, in qua sunt rapa magni nominis, est in Achaia. Asca, ubi sunt optimæ betæ, est in Bœotia, patria Hesiodi. De Methymna dicit Plinius; Arisbe terrarum motu subuersa, Antissam Methymna traxit ad seipsum. Athenæ, vnde optimæ exquirebantur *φάρμακον*, quæ latinè Lingulacæ dicuntur & Soleæ, fuit olim vrbs tam insignis, ut de ea sit aliquid dicere superuacaneum. Daphnus, ubi erant Turdi fama celebres, erat oppidum Phocidis. Phafis vnde dicitur sunt aues Phafidis seu Phafiani, & clarissimus fluuius Ponti, qui oritur in Moschis. De Media & Ægypto non est quod aliquid dicamus, cum sint regiones fama saltem notæ omnibus. Piscium autem & cæterorum animalium, quorum ut delicatiorum hic meminit, descriptio, peratur à Plinio & Aristotele, ne id quod propter aliud diceretur, sit eo de quo agitur prolixius. Pulchris autem metaphoris vtitur Clemens ad describendam helluonum istorum auiditatem, dum dicit eos ad voluptates & delicias videri velle totum mundum irretire, metaphora sumpta à piscatoribus, qui omne genus piscium suis retibus includunt, & eos tanquam ignem materiam apprehendere, materiam vocans omne genus ciborum, & per quandam veluti hypotiposim

Hippoc. de flatibus.

Plin. 3. c. 18.

Plin. 4. c. 5.

Plin. 5. c. 31.

Plin. 6. c. 4.

potiposim eos omnium oculis subiicit, strepentes sartaginibus frigentes, & ad conficienda bellaria, liba & placentas, totam suam vitam in cochleari & mortario confuentes, dum aromata conterunt. Quod autem dicit ingluuiem omnem aucupari qualitates, per qualitates intelligit omne genus saporis. Est autem argutum quod dicit hominem qui est eiusmodi, nempe luxui & delitiis deditus, nihil sibi videri esse aliud quam buccam, ut qui omnibus aliis omissis hominis partium officiis in comedendo assidue buccam moueat. Est etiam eleganter & scite dictum, effœminari panem excibrato flore farinæ, ut quod est alimenti necessarium, nempe panis qui est alendo homini necessarius, probro detur, ut qui non tam alat quam voluptatem afferat. *Ne desideres, inquit scriptura.* Duplicem vitam constituit Clemens, nempe vitam æternam, & vitam temporalem. Qui vitam æternam desiderant, cibum cœlestem venantur, nempe panem illum substantialiorem, imperantes ventri qui est sub cœlo, id est ei ventri qui terrenos concoquit cibos, qui vitam tunc temporalem, & iis quæ sunt amica ventri, nempe iis quæ sunt sub ventre, à quibus oritur impudicitia, stupra & fornicationes. Qui vero vitam desiderant temporalem, cibos quoque diuitum desiderant, à quibus existit vita non vera & turpis. Ii cibi rediguntur in fimum. Deus autem & cibos ipsos & ventrem destruet. Non est autem vera vita quæ est breui interitura, & quæ affert interitum: turpis verò est quæ inquinatur libidinibus & flagitiis. Cum autem tempore Clemetis fierent quædam cœnæ & quædam prandia quæ vocabantur charitates, ostendit se ægrè ferre quod diuinum charitatis vocabulum maledictis afficeret, quasi huiusmodi cœnis & prandiiis emi posset Dei promissum. Eæ autem Agapæ fortasse erant illæ, quas in epistola ad Corinthios reprehendit Paulus, quibus tantum tribuebant Corinthij, ut eis suam salutem magis acceptam ferrent, quam præcioso corporis & sanguinis Christi alimento, quo ad vitam æternam suos alit in sancta sua mensa. Quod autem hæc cœna & hæc prandia non sint dicenda Agapæ, ex hoc probat quod Christus eo vocabulo non sit vsus. Appellari quidem iure posse conuiuia, cœnas, & prandia quæ lætitiæ causa celebrantur, non autem Agapas seu charitates. Est autem animaduertendum duobus modis dici charitatem, nempe & substantiam, & opus. Substantiam quidem diuinam quæ ipsa quoque est Deus, qua & pater filium, & filius patrem diligit, & ea est Spiritus sanctus qui à Patre procedit & Filio, & qui cum duobus adiunctus vnus sit, tres personas distinctas in vnum coniungit, & vnum efficit, ea verò ut quæ sit Deus, est increata. Dicitur etiam charitas Dei opus: ea verò à Deo creata docet in homine, quomodo sit Deus diligendus & proximus. Et increata quidem charitas, quæ est Spiritus sanctus, creatam quæ est Dei opus sanctificat charitatem. Hanc à Deo creatam & sanctificatam charitatem, maledictis & probis afficit, qui eam in cœnis & prandiiis, & in ciborum nidore constituit. Non sunt enim cœna & epulæ appellandæ charitas, sed amor in Deum & proximum. Quod autem eas Deus nolit appellari *ἀγάπαι*, seu charitates, probat Clemens ex aliquot Christi testimoniis, ubi appellatur prandium, cœna, & epulum, non autem Agapa, id est charitas, etiam si ea fiat propter pauperes quod raro contingit. *Sed sentio vndenam effluxerit speciosa cœnarum appellatio.* Cur cœnæ & prandia appellata sint agapæ seu charitates, hinc putat esse ortum, quod ad guttur implendum multis sibi opus esse censentes, nec paucis contenti, se diligi putarent ab iis, à quibus inuitabantur. Quod non fecissent, si Deum creatorem suum credidissent, non ad voluptatem, sed ut in vita conseruarentur, cibos homini parasse, est enim natura paucis contenta. Hoc non sibi persuadentes parasiti, quos ventitatores infantiæ belliariorum vocat Comicus Menander, fortasse qui temporis iniuria intercidit, cum benè & laudè cœnandi magno tenerentur studio, ad mensas diuitum ventitabant, ut se implebant bellariis quæ vocant *βανδύρνα*, quæ quidem cœnæ iam factæ accedebant, cum iis minime opus esset. *Nam nec corporibus.* Postquam ostendit cœnas, prandia & epulas non esse dicendas agapas seu charitates, nunc excurrit in laudem charitatis, quam dicit esse cœlestem nutrimentum & rationale epulum, id est rationis seu Verbi, ut ex hoc intelligatur cœnas nostras quæ sunt terrestres, non posse esse charitatem quæ est cœlestis. Quod sit autem cœlestis ex hoc patet, quod cum ea suo munere hic fuerit perfuncta, fides quidem & spes non amplius consistunt, sola non definit esse charitas, & à cœlo non excidit. Atque quandiu quidem hic sumus in via, beatam illam spem expectantes, charitas nihil non sperat, nihil non toleranter patitur. Vbi autem ad beatam illam vitam æternam peruenerimus, panem seu prandium, ita enim legit Clemens, in regno Dei comedemus, id est, super substantiali diuinitatis nutrimento fruemur, quod efficit quæ nunquam excidit charitas. *Casus autem est omnium grauisimus.* Si charitas, inquit, est in cœlis, & inde nunquam excidit, quam grauem & indignum statuemus eius esse casum, si è cœlis humi abiiciatur ad iuscula, nempe ad epulas: non est existimandum charitatem esse cœnam quæ aboletur, cum charitas nunquam desinat nec excidat. *Ab vniuersa hac charitate.* Quanti sit facienda charitas, ex hoc licet videre, quod ex ea pendet lex & Verbum. Quasi diceret; Per eam completur quidquid præcipitur in lege & in Euangelio, nihil enim aliud continet lex & Euangelium, quam dilectionem Dei & proximi. Non est autem mirum quod pro Prophetis dixerit Verbum. Nam & Euangelium in quo prædicatur Verbum, non solum continet Iohannem præcursorem, sed etiam alios Prophetas. *In cœlis est hoc cœleste conuiuium.* Cœnam superius ostendit non esse Agapem, id est charitatem. Nunc autem dicit cœleste quidem conuiuium esse charitatè, terrestre autè esse cœnam. Conuiuium autem illud cœleste græcè dicitur *εὐαγγέλιον* id est, ex eo quod bene se habeat alimentum, quod fit dum ad Deorum honores acceditur, tunc enim laudæ sunt epulæ, quæ dicuntur. Terrestre autem conuiuium cœna dicitur in scriptura. Cœna verò non est agape, id est charitas, licet ea fiat propter charitatem. Differt autem esse aliquid & fieri propter aliquid. Propter charitatem quidem fit cœna: nempe vt ostendamus nos facere officium charitatis, dum propter Deum & propter proximum pauperibus cœnam damus. Ad eam autem differunt cœna & charitas, ut & possit esse cœna propter charitatem, & sæpe fiat cœna non propter charitatem, sed propter inanem gloriam & laetitiam, & profusi sumptus ostentationem. Cœna autem quæ fit propter charitatem, non est quidè charitas, sed iudicium mutæ beneuolentiæ & communicationis. Porro autem Charitas est proprium nostrum bonum, nempe Christianorum, à Christo discipulis præcipue commendatum. Hoc bonum maledictis appetit, qui id in cibo & potu constituit. Regnum enim cœlorum ad quod tendimus, cum sit spirituale, non est cibus & po-

tus, ut in eo breue & mox transitorium intelligatur prandium, sed iustitia, & pax & gaudium in Spiritu sancto, dum peccatis remissis, & nobis parata vitæ innocentia, pacatisque & sedatis animi perturbationibus, non lætamur in momentaneis huius mundi voluptatibus, sed in Spiritu sancto qui nos arcens à sæuis vitiis tempore, in virtutum portu collocat, & ad vitam tandem perducit æternam. Hoc est prandium, ex quo qui comederit, id possidebit quod est omnium rerum optimum, nempe regnum cælorum, in quo qui panem comederit est beatus. Qui autem in eo comeditur panis seu cibus, is est virtus qua reficitur animus. Est autem græcè elegans allusio quam lingua latina non admittit, in vocabulo *ἄριστον*, quod est prandium, & in vocabulo *ἄριστον*, quod significat optimum. Sanctum autem charitatis conuentum, id est cælestem Ecclesiam hic meditatatur, qui panem cælestem & supersubstantialem, qui est panis Angelorum, hic comedit in mysterio, nempe sub symbolo, diuinitate, remotis omnibus integumentis, in cælis postquã hinc excefferit fruiturus cum Angelis & cælestibus potestatibus, id est cælesti Ecclesia. Ex his autẽ concludit charitatem quidem esse rem puram ac sinceram, & quæ nihil habet admistum crassum & terrestre, & ideo est digna Deo qui ipse quoque est charitas, eius autem esse munus & officium largiri & impertiri egentibus. Hoc autem non fit sine disciplina, quæ est accuratum & exactum distribuendi & impertienti quibus oportet, iudicium. Huius disciplinæ curam gerit charitas, aut si maus dilectio. Quis enim alterius necessitati prouiderit, qui non diligit? Porro autem disciplina certis continetur legibus, quæ ut custodiantur efficit dilectio. Nam nisi diligatur disciplina, ea breui tempore est interitura. Atque charitates quidem, nempe agapæ, non sunt dicendæ cœnæ publicæ, in quibus refecti exhilarentur qui sunt inuitati: habent tamen quoddam incitamentum charitatis ex publico illo nutrimento, quod assuefacit ad æternam voluptatem. Illis enim epulis exhilarati, & quantum sit bonum charitatis cogitant, & vitæ æternæ quam expectant quanta sint futura gaudia, quoad eis fieri potest mente apprehendunt. Quamuis ergo non sint cœnæ agapæ appellandæ, eæ tamen ita sunt celebrandæ, ut epulum pendeat à charitate, id est ut fiat propter charitatem, nempe ut reficiantur pauperes, non autem propter inanem gloriam & ostentationem. *Disant enim inquit, filij.* Cum dixisset cœnam qua aluntur pauperes debere pendere à charitate, ne quis forte diceret deficere hodie charitatem, propter quam faciendæ sunt cœnæ, eos consolatur dicens, quod etsi desint cœnæ, vir iustus non solo pane viuunt, sed etiam verbo Dei: quod & Deus dixit Moyfi, & Dominus vsurpauit aduersus tentatorem. Quod verum esse non solum suo exemplo nos docuit Christus, sed ante eum Moyses, & post Christum plurimi sancti Patres, inter quos primas partes facile tenuit Symeon Steletes, quem Theodoretus, qui eius vitam scripsit in historia *ἑσθιαστικῆς*, narrat permultas sanctas dierum quadragesimas ieiunium transgressisse. Quod si quis forte causetur, id non humanæ naturæ quæ per se id præstare non potest, sed diuino adscribendum miraculo, subiungit quomodo etiam absque vilo miraculo tenui victu sustentari possit vita hominis, sic scribens. *Sed sit nobis cœna tenuis & expedita.* Oportet, inquit, cœnam esse tenuem & aptam ad vigilias. Et recte: Vigilare enim non potest is cui est venter variis infertus edulis. Nam qui ex multis cibis procreati ad cerebrum ascendunt vapores, caput grauant, & soporem afferunt. Oportet etiam eam esse impermixtam diuersis qualitibus, id est, oportet in ea esse cibum simplicem. Nam ubi est cibum varius & multiplex, ibi necesse est, ut sint etiam multæ saporum qualitates, quæ officiant ventriculo. Oportet etiam cœnam à Pædagogici disciplina non esse alienam. Ita vertimus quod est græcè *ἀπιδασκαλική*, id est, cœnam oportet esse huiusmodi, ut non excedat modum à Pædagogo præscriptum. Modus autem à Pædagogo præscriptus est charitas, cuius est hæc lex, ut cum tantum cibi sumptum fuerit quantum sufficit, aliquid etiam distribuatur proximo. Hæc autem ratio & iusta in dando cibo proportio salubriter corpus administrat, id est corpus sanum reddit & conseruat. *Quinetiam voluptates, quæ in iudicandis.* Persequitur gula vitia & incommoda, nempe quod quæ sunt morosæ & difficiles in diiudicandis conuictis cibis voluptates, multa probra & maledicta inurunt, id est efficiunt ut malè audiant qui iis sunt dediti, ut qui vocentur liguritores, edaces, voraces, helluones, & eiusmodi vocabulis, quæ gula arguunt intemperantiam. In eo autem quod est in contextu, Muscæ quoque his nominibus aptissime conuenientes] suspicor aliquid deesse, neque satis cohærent cum præcedentibus. Videtur autem hic esse sensus, ut præter ea quæ dixit probra, aliis quoque his conuenientibus appellentur nominibus. Appellentur, inquam, muscæ quæ cibi adeo sunt auidæ, ut sæpius repulsæ ad eum semper recurrant, propter quem est ea quæ illis ab Homero tribuitur audacia. Appellentur etiam mustellæ, quæ sunt ipsæ quoque sagaces ciborum indagatrices. Appellentur etiam adulateores, ut qui ut ventrem suum impleant diuitibus assententur. Appellentur etiam Gladiatores, quod græcè est *μονήμαχοι*, id est, qui singulari certant certamine. Ii enim ut ad pugnam sustinendam corpus habeant validum & robustum, multis se cibis ingurgitant, sicut qui se in gymniciis exercent certaminibus, quorum viuendi rationem qui sequuntur, dicuntur Athleticè & Pancraticè viuere. Appellentur etiam Parasiti, qui alio etiam vocabulo dicuntur *ῥελοσπιτοί*, Ii sunt qui ad lautas diuitum cœnas ventitant, risum mouentes ut ventrem esurientem impleant. Mirum autem potest videri, quod cum parasiti risum moueant, Clemens eos vocet genus agreste, sed cum ex re qualiter risum captent, nulla interim decori habita ratione, agrestes sunt potius dicendi, quam ciuiles aut urbani. Ii autem parasiti, & qui sunt eis similes, decori & honesti aded obliuiscuntur, ut ventris voluptate alij quidem vendant rationem, ut qui nihil pensi habeant quid sit dicendum aut faciendum, dum ex alienis viuunt epulis: alij verò amicitiam, dum cibum quouis modo comparatum quibusuis amicis præferunt: alij vero vitam, ut qui se propter ventrem in manifesta coniciant pericula, & quæ vitæ exitium afferunt admittunt scelera. Eos etiam supra ventrem dicit serpere, ut qui mentem in cœlum non attollant, neque diuinum aliquid aut excelsum cogitent, & belluas hominibus similes, ut qui præter externam formam nihil habeant hominis, sed sint omni ex parte similes serpenti suo patri, ij enim sunt de quibus dicit Christus, Vos ex patre Diabolo estis. Eos quoque recte dicit Græcè esse appellatos *ἀσπίτες*. *ἀσπίτες* autem dicuntur prodigi, quasi dicas *ἀσπίτες* qui non possunt esse salui, elisa vna litera, nempe *σ*. Ei enim qui ventris causa omnia sua prodigit & profundit, quid restat aliud quam ut miserè pereat? Tales, inquit, sunt qui versantur in ollis, hoc est, quorum animus semper est in patinis, & qui multi-

qui multiplices & varios cibos semper exquirunt, & qui sunt terræ filij, ut qui de patre qui est in cælis, nihil cogitent, & de victu semper sunt solliciti, & eum assidue persequuntur quasi nunquam victuri. Ii recte dicuntur *ἀσπίτες*, qui dum victum terrenum solum quærunt, æternam vitam non possunt assequi, & eorum finis tandem futurus est interitus. *Eos miseros pronunciat per Esaiam.* Per Esaiam Prophetã Spiritus sanctus eos miseros pronunciat, qui lauta celebrant conuiuia, de vita futura nullam suscipientes cogitationem, & ab eis conuiujs nomen auferit charitatis, quoniam ea fiunt absque ratione. Non dicit enim nec iubet ratio, ut laute & splendide hic viuamus, quoniam breui sumus morituri, sed ut hic ita viuamus, ut meminerimus nobis aliam vitam esse expectandam, nec nos solum nobis esse natos, sed etiam proximi curam esse gerendam. Quod autem eiusmodi opipara, sed sine ratione conuiuia, sint peccatum, ostendit ex hoc quod dicit; Et non remitteretur hoc vestrum peccatum donec mortui fueritis. Significat autem hoc non solum esse peccatum, sed etiam mortale peccatum. Nam peccatum quidem quod non est ad mortem, facile remittitur, nec mortem affert. Peccatum verò quod est ad mortem, non prius remittitur quam mortuus fuerit qui id admisit. Non est autem intelligendum remitti peccatum per mortem sensilem, quæ est mors prima, & separatio animæ à corpore, quæ est quidem pœna peccati, sed peccatum per eam non remittitur. Sed non remitti peccatum, donec mortuus fuerit qui id admisit, significat eo ipso quod sit peccatum incurri mortem æternam quæ est mors secunda, & est separatio à Deo qui est vera vita. Hæc autem mors est quam dicit Paulus, stipendiũ esse peccati, Clemens verò vocat mortem salutis. Saluus enim esse non potest, qui est à Deo separatus, & planè mortuus est, quod ad peccatum attinet, qui mortale admisit peccatum, nisi gratia Dei eum per penitentiam veluti postliminio vitæ æternæ restituat. Inter cætera autem peccata mortalia nõ infimum locum tenet laute & opipare viuere, prætermissa charitate, id est despectis pauperibus, quod ipse testatur Christus in historia seu parabola Diuitis & Lazari. Merito ergo dicit sapientia, non esse lætandum propter execrandas delicias. Execrandæ enim sunt illæ diuitiæ quibus ita fruuntur diuites, ut despectis proximis, & qui sunt membra eiusdem corporis, sibi solis viuunt & suo genio indulgeant. *Hic autem de idololatriis quoque.* Cum hic agatur quomodo Christiani comedere oporteat, incidit locus opportunus dicendi aliquid de Idololatriis, seu de iis quæ sunt immolata Idolis. Eorum autè quæ hic dicit summa est, ea quidem esse execranda & abominanda quæ immolantur Dæmoniis: vsum quidem cibi esse indifferetem, sed cum sancta sit nostra conscientia, & separata esse oporteat alimenta eorum qui salui sunt, & eorum qui pereunt, sit autè Corpus Christi immolati noster cibus, non esse vescendum Idololatriis. Præterea ab iis esse abstinendum, ne offendantur simplices & infirmi, qui omnia nimis facile discernunt & verentur, cum tamen non sint timenda, quorum nulla est potentia. Mensæ quidem Dæmoniorum non debere nos esse participes, qui spirituali alimento vescimur. Licere tamen eis vesci, licet non expediat, ne nostra diiudicetur & arguatur conscientia ab iis qui intelligunt cibum Deo nos commendare. Multa quidem licere, quæ tamen non expediat facere: Licuit Paulo mulieres circumducere: quod tamen non fecit, ut imperaret voluptati arcens cupiditates. Ex cibo, quatenus est cibus, neque meliores reddimur, neque deteriores, siue sumatur, siue ab eo abstinetur, sed à cibo adiunctis circumstantiis, utpote quod certo loco & tempore, & certo cibi genere constitutum sit vesci & non vesci. *Id videte ergo ne hac nostra potestas offensionem.* Esse quidem cibum sumendum vult & pocula circumferenda, quæ quidem non omnino censeri esse auferenda, sed malam pocula circumferendi & nimium bibendi consuetudinem cauendam ut suspectam, & quæ afferat calamitatem. Est autem græcè elegans allusio inter *συμπεφοειν* & *συμφοειν*, cuius gratiam lingua latina minime potest assequi. *Quocirca vitandus est luxus.* Hæc est eorum quæ dixit sententia. Luxus est semper vitandus, & sumenda sunt pauca & necessaria. Ab inuitatis ab infidelibus quæ apponuntur sunt sumenda, nec est interrogandum sintne Idololatriæ, ne si rescierimus, ne ea comedamus nos nostra veter conscientia, cum sint abominanda, ut quæ sint Dæmonibus immolata, licet tanquam cibi minime sint reiiciendi: cum iis qui inuitarunt iucundos sermones esse conferendos, sed innoxios, & quæ nemini detrahant, nec aliquid detrimenti afferant. Quoniam autem antea dixerat simplici cibo esse vtendum, quod non semper potest fieri, dum cum aliis ineuntur conuiuia, his locis cibos varios non esse omnino reiiciendos, sed eam adhibendam esse cautionem, ne nimium in eis ponatur studium, cibos esse indifferentes, nec magnificandos, ut qui paulo post aboleantur. Nec qui comedit, nec qui non comedit debere alterutrum spernere aut iudicare: Siue comedatur, siue non comedatur, Deo agendas esse gratias: ei enim qui nos alit iure aguntur gratias, & ita iustum fieri nutrimentum, quod alioqui iniuste vsurpatur ab eo, qui Deo non agit gratias. Qui autem Deo semper agit gratias, non semper occupatur in voluptatibus, ut qui intelligat se ideo alij, ut reficiatur & vires repararet, non ut se immoderatis obruat deliciis. Iubet etiam ut si ex iis hostiis quæ fuerant immolatæ idolis carnes fuerint portata in macellum ut vendantur, quod sæpe contingebat, dum etiam centum bouum, quas vocant Fecatombas, aliquando fierent sacrificia, eas emant non anxie interrogantes, fuerintne immolatæ idolis. Nam etsi vitandus sit earum esus, si sciatur immolatas esse Dæmonibus, ne videatur eis honor haberi, si tamen ignoretur, salua conscientia possunt comedi cibi ad vsum nostrum parati. *Atque bonum quidem esse carnem non comedere.* Paulus in 14. cap. epistolæ ad Romanos de esu ciborum ita disceptat, ut dicat melius quidem esse carnem non comedere, nec vinum bibere: non tamen esse damnandos qui carnem comedunt, & vinum bibunt, modo vtroque moderatè & temperatè vtantur: secus autem si & carnibus & vini potu se ingurgitent. Non solum autem Paulus, sed & Pythagoras bonum esse dicit abstinere à carnibus: carnibus vesci magis esse ferarum quam hominum: & quæ ex vtrisque ascendunt exhalationes, ex carnibus, inquam, & vino, ut quæ sint crassæ & turbidæ, animo tenebras offundere. Si quis tamen eis modicè vtatur, & ab alio reprehendatur, meritò audiet; Noli propter escam destruere opus Dei. Opus enim Dei destruit, qui violata charitate quæ homines inter se cõiungit, non permittit proximo id facere quod licet, etiam melius aliquid amplius facere videatur, quã faciat is, qui vitur concessis. Hæc autè sunt intelligenda, quando est in suo arbitrio facere vtrum velit, nec vllum vetat præceptum, nec aliquod Deo factum promissum seu votum. *Atque cum semper malum sit immoderatio.* In omnibus rebus modum dicit esse seruandum, nec in vlla re alia

magis,quam in cibo reprobari immoderationem: Hoc autem vitium,quam sit turpe ex hoc indicat,quod omnia vocabula quæ Græcè significant *ὀσφραγισμὸς*, id est, obsonij ingluuiem, hanc habeant etymologiam, vt in guttur & ventrem significant insaniam. *⁴ Eos itaque qui in epulis.* Ab Ecclesia Spiritu sancto inspirata nondum erat constitutum, vt propter reuerentiam tanti sacramenti ieiunii accederent ad cœnam inspiratam: sed vt Christus Pascha suum institutus & celebraturus, Iudæum primum celebrauit, agnum comedit cum Discipulis, & cum figurâ finem imposuisset, suam cœnam instituit, & suum corpus Verbo factum cum suis comedit. Ita etiam primum fideles in vnum conuenientes, collatam suam cœnam comedebant: & deinde ad corporis Christi & sanguinis mysteria accedebant. Eam cœnam quæ erat veluti quoddam antiquum Lacedæmoniorum *σπασίον, ἀγάπην* vocabant, id est charitatem & dilectionem, quod in ea à diuitibus alerentur pauperes propter Dei amorem, & mutuam charitatem. Sed cum iam tempore Pauli ea exorta essent incommoda, quæ ipse recenset, vel abrogata fuit, vel exoleuit illa cœna, & communi Ecclesiæ consensu hic mos est introductus, vt à ieiuniis quidem acciperetur corpus Christi, relictis tamen illis cœnis quas agapas vocabant, sed postea celebrandis, iis correctis quæ in Corinthiis reprehendit Paulus. Quomodo autem se in iis gerere oporteat, docet Clemens Paulum secutus ex Pædagogi quem hic inducit instituto. Sed procedente tempore, vel propter refrigeratam charitatem, vel propter nimiam populi multitudinem; totum hoc cœnarum, nempe ἀγάπην genus abiit in desuetudinē, remāsit autem consuetudo propter corporis Christi reuerentiā, vt qui sumpturi essent Eucharistiā ieiunii accederēt ad eam percipiendam. *⁵ Ab omni ergo.* Pulchra quidē sed facilia, & quæ nemo nō intelligit, præcepta inducit cōiunialia. Et ideo non est in eis immorandum: duo autem sunt in iis præcipuè obseruanda quæ nos ipse Christus docuit, nempe frugalitatem, & benedictionem, gratiarumque actionem. Frugalitatem quidem quod panibus & assis piscibus in conuiuio cum suis Discipulis fuit contentus, nec lauta & exquisita adhibuit fercula. Benedictionem verò & gratiarum actionem, quod panes & pisces benedixerit. Cum autem benedictio quæ est Hebraicè ברכה, & ad Deum referri possit & ad hominem, & si ad Deum quidem referatur, significat boni additionem, & multiplicationem: sin autem ad hominē, bonam præcationem, laudationem, & gratiarum actionem. Sit autem Christus Deus & homo, is benedicens tanquam Deus rem cui benedicitur, auget, multiplicat, & vt fœlix & fausta sit, efficit: tanquam homo autem, Deum patrem laudat, glorificat, & agit gratias. Hinc est quod eius exemplum sequentes Deo benedicimus, id est, eum laudamus, glorificamus, & gratias agimus, & rogamus vt cibos quos sumus sumpturi benedicat, id est vt nobis profint sua bonitate efficiat. Et ideo iubet Paulus vt siue comedamus, siue bibamus, in gloriam Dei omnia faciamus, benedicentes, laudantes & glorificantes: Deum ergo benedicamus & oremus, vt nos & nostra benedicat. *⁶ Ille itaque piscis, quem, cum iussisset Dominus.* Panes & pisces quos benedixit Christus, & quos comedit cum Discipulis, dixit significare frugale & moderatum nutrimentum: hoc ipsum nunc dicit significare etiam piscem, qui iussu Domini captus fuit à Petro, vt qui à Deo fuerit donatus, & non magno labore captus. Stater autem ille, quem arripuerat piscis escam captans: & ideo per aquam ascendens, datus Publicanis didrachma exigentibus, significat eos qui per aquam ascendunt ad escam iustitiæ, id est qui salutari lauacro tincti volunt iuste viuere, luxuriam & auaritiam mundanis Principibus relinquere, quæ autem sunt Dei Deo dare, nempe bonas actiones, & bona opera quæ etsi nostra censeantur, sunt tamen accepta Deo ferenda. Ablatus autem ille stater significat auferendam luxuriam & auaritiam & vanam gloriam. Atque hæc quidem est huius loci allegoria, quam vt multas alias adducit Clemens ad suum institutum, interim non reticens esse etiam alias eius allegorias & interpretationes, vt videre licet apud Origenem Adamantium eius discipulum in hunc locum Matthæi. *⁷ Etsi enim omnium mihi licet esse particeps.* Ex hoc quod non quæcunque licent expendant, vsu venisse arbitror, vt multi viri pij ac religiosi ventri veluti bellum indidentes, diurna vsurparint ieiunia, præter ea quæ iubet Ecclesia, & perpetuam à carnibus abstinentiam, alij verò etiam facultatibus suis renunciantes eas pauperibus distribuerint, & omni vsu veneris sibi interdicientes se propter regnum cœlorum, vt dicit Christus, castrauerint, & liberum à se arbitrium, & sui regendi potestatem abdicantes, se alterius imperio manciparint. *⁸ Nemo autem ad res necessarias pauper est.* Hæc est eius quod dicit sententia. Is qui est in victu frugalis non potest esse adeo pauper, vt non ei suppetant quæ sunt ad victum necessaria. Nam si ne brutis quidem quorum sumus domini, & quæ nullam sui victus curam gerunt, nihil deest, Deus enim qui est, nutrit omnia: quâro magis nobis, qui eis longè præstamus? Quo autem sumus frugaliore, eo magis accedimus ad Dei similitudinem & familiaritatem. Nam Deus quidē nullo indiget, frugalis autē paucissimis. Et bruta quidem solum viuūt vt comedant, non enim alio spectat: homines autem non sunt à Deo facti vt comedant, sed vt Deum cognoscant. Hinc est quod iustus comedens facile satiatur, vt qui non habet scopum sibi propositum vt comedat, sed vt Deum cognoscat. Ventres autē impiorū sunt egeni, vt vertunt Septuag. vt Hieronymus autem, infatiabiles. Nunquam enim satiatur, qui lautos cibos nunquā cessat appetit: nunquā enim est satur qui semper appetit quod nōquā cessat. Magnificū quidē & sumptuosum aliquando esse conuiuū, sed non vt lautis & delicatis cibis solū fruamur, sed vt sit socialis inter amicos communicatio. In eo autē maxime cauendū est, ne sint eiusmodi cibi qui nos vel inuitos cogāt comedere, & appetitus nostri præstringāt oculos, dum putat se videre quid sufficiat, nō videt autē, sed tāquam vidēs, modū exuperat: respuēda itaque esse condimēta quæ fallunt appetitū, & eum inducūt vt plus quā postulet sanitas, appetat. Quod si etiam in conuiuio non sint eiusmodi cibi, in frugali tamē cœna possunt etiam esse cibi multiplices & varij. Sunt multa & varia fructuū genera, est lac & caseus. Potest adhiberi exēplo Christi pars piscis assis, & ne frugali cōiuiuio desit aliquid, id etiam sua habeat bellaria, nēpe mel, & quæ ex se sunt parata absq; vllō ignis adminiculo. Ii enim cibi qui igne non indigēt, in frugali cœna primū locū tenēt, secundū verò ij qui sūt simplices, vilēsque; & absq; vllō humano cōfecti artificio. *⁹ Ius autē.* Cum frugales & moderatas laudasset epulas, nunc eos vituperat qui sunt propensi ad luxum mensarum. Ita enim verti quod dixit φησὶ μαρτυροῦν πρᾶξιν, id est nimia copia redundantes mensas, sumpta metaphora à nimia humorum abundantia. Eos quidem dicit Clemens, suos sibi morbos nutrire, quoniam omnes ferè morbi oriun-

Matth. 17.

10

20

30

40

50

60

morbi oriuntur & aluntur à gula & nimia ventris intemperantia. Alicubi Paulus eorum Deum dicit esse ventrem, quoniam eam quæ in comedendo percipitur voluptatem rebus præferant omnibus, & eam tanquam Deum colant. Clemens autem dicit eis præesse Dæmonem maximum helluonem, & Dæmonum omnium pessimum & perniciosissimum. Quod autem vertimus helluonem, græcè est *ληυόν*, id est cupidiarum & lautitiarum appetitissimus. Pessimum autem dixit & perniciosissimum, quoniam omnium malorum præcipua causa & primum initium fuerit ventris, quod satis patet ex Adamo primo nostro parente, qui ex esu pomi vetiti omne mali genus ad homines accersit. Quo fit vt minus gulæ quam superbiz sit accepta ferenda primi hominis culpa, ex qua & peccata & mala omnia sunt ad nos deriuata. Eum Dæmonem qui ventri præest appellat *καλιόδαίμονα*, id est ventridæmonem, quasi dicas, ventris Dæmonem, qui in ventrem obtinet imperium, vt qui ei dominetur, & eum vt vult trahat & impellat. Hunc autem Ventridæmonem dicit Clemens esse similem *ἐνταρμύθῳ*, id est ventri loquo, de quo vide Gratianū in Decretis, causa vicesima sexta, q. tertia. Vide etiam Cælium lib. 8. cap. 10. qui de quadā Engastrimytha nomine Iacoba mira quædam narrat, quæ dicit se vidisse. Hæc ne quis falsa putet, prohibet in signe illud miraculum nuper Lauduni factum, quo ab Engastrimytha seu ventri loqua expulso Dæmone, non restat amplius vllus de ventri loqua dubitandi locus, nec de admiranda & plane stupenda venerandæ nostræ Eucharistiæ virtute. Quoniam autem dixit eum qui est propensus ad luxum mensarum possideri à pessimo illo & perniciosissimo Dæmone, alludens ad Dæmonem *ἐνταρμύθῳ*, id est beatum, dicit longè esse melius esse *ἐνταρμύθῳ*, id est beatum seu fœlicem, quod præstat cœna frugalis & moderata, quam possideri à Dæmone, qui præest iis qui sunt dediti gulæ & ventri, quod est plane miserrimum. *⁹ In vsu enim virtutis consistit fœlicitas.* Affert exempla eorū quos victus frugalis & vsus virtutis reddebat fœlices. Primum affert Matthæum Apostolum, quem seminibus, baccis & oleribus contentum, dicit abstinuisse à carnibus. Hoc vbinam legerat Clemens nescio, neque enim suum citat autorem. Neque Abdias qui ex professo vitam scripsit Apostolorum, Matthæi abstinentiæ meminit. Sed neque Nicephorus qui in sua historia multa scripsit de Apostolis, de illa eius abstinentiā vllum verbum fecit. Sed licet cæteri de eo taceant, credendum tamen est nostro polyhistori, qui id nō scripsisset, nisi vel ex lectione, vel ex auditione id compertum habuisset. De Ioanne autem Christi præcurfore cōstat ex Euangelio, quod locustis vixerit & melle agresti, vt qui parabili cibo fuerit contentus. Quod quidem, nempe quod locustis vixerit, eo minus mirū, quod eas ludæis fuisse in esum, testetur Moses Leuitici cap. 11. & 20. Nec desint qui mādant literis eas apud aliquos Aphricæ populos fuisse etiam in delitiis. Quod autem hic citatur Petri ecstasis ex Actibus Apostolorum, tantum ea significatur mundorum & immundorū ciborum sublatam esse differentiam, & omnem cibum quod ad esum attinet, esse indifferētem. Nihil enim quod intrat per os coinquinat hominem, si cibis tantum spectetur vt cibus: Sed si certo anni tempore prohibeat ecclesia vesci aliquibus cibis, vel ab iis abstinenti nobis legem indixerimus, & ab eis non abstinuerimus, non nos quidem coinquinat cibus, qui est ex se indifferens, sed inanis exercitatio in intemperantia, nempe quod nos exerceamus ad non abstinentum ab iis quæ sunt prohibita, vel ab Ecclesia, vel à promissione quam Deo fecimus. In quo quidem violatur charitas, cum vel Ecclesiæ non obediāmus cui Christus vult nos obedire, vel promisso non stemus quod Deo fecimus. Melius est autem oleribus vesci cum charitate stando promissis, quam non stando vesci vitulo. Mentione facta charitatis reuocauit in memoriam quod antea dixerat, cœnas & conuiuia non esse appellanda ἀγάπαι, id est charitates, sed ad ea accedendum esse cum charitate. Cum autem in omnibus sit tenēda mediocritas, in conuiuiorum quidem certè apparatus ea maxime est tenenda. *⁹ Porro autem iudeis per legem.* Ostendit Pædagogum nō solum in nouo, sed etiam in veteri testamento docuisse frugalitatem, dum immundorum & mundorum animalium inducit discrimen, hoc consilio vt dum innumerabilium rerum vsu tolleretur, pauca relinqueretur, quibus vti liceret. Cum autē prohibitionis causæ essent, partim occultæ, partim apertæ, & occultæ quidem essent spirituales, in quibus sunt sensus allegorici: apertæ verò, carnales, in quibus est sensus literalis, Iudæi qui Dei nō habebant spiritum, sensum literalem & carnalem sequentes ei crediderunt. De quibus vide Origenem Clementis discipulum, in Leuit. hom. 9. Vbi etiam copiose tractat de morticinis & suffocatis, & de iis quæ sunt immolata idolis. Ipse quoque Clemens de iis differit in multis locis, quæ tibi occurrēt inter legendum. Cur autem cibi qui alioqui sunt iucundi prohibeantur, hanc dicit esse causam, quod cum eis assueti abstinerent non possimus, contraria opponitur abstinentiā, qua dissoluat & frangat impetum, qui cupide fertur ad voluptatem & dilectionem. *⁹ Hominibus autem sapennumero.* Abstinentiam à iucundis cibis dixit introductam vt frangatur impetus consuetus ad voluptatem. Hoc ne temere putetur esse factum, subiungit, voluptatem damnū & molestiam afferre hominibus. Pulchrè profectò scribit Horatius, vt alios omittam, *⁹ Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.*

Nam è voluptate oriuntur morbi & dolores, eaque magnum affert detrimentum & iacturam rei familiaris. Cum autem dixisset ad reprimendam voluptatem, quæ est multorum malorum causa, institutam esse abstinentiam, permulta recenset incommoda quæ procreat nimia nutrimenti copia. Atque primum quidem dicit eam in anima parere obliuionem & insipientiam. Nam cum in cerebro, teste Platone, sedem suam fixerit quæ animæ principatum tenet intelligentia, ascendentes autem in cerebrum vapores ei offundant tenebras & caliginem, inde existit obliuio. Oppletis quidem certe cerebri ventriculis ob nimiam vaporum abundantiam existit, & latalis sopor quem *καρπον* dicunt, & veteris quem dicunt lethargum. Cerebro autem ita conturbato nec relictus est vllus rationi locus, & totam mentis regionem occupat insipientia. Porro autem ne quis existimet soli menti obesse nimiam nutrimenti copiam, ostendit eam nocere etiam corpori. Puerorum quidem certè corpora non posse in iustam crescere longitudinem, si spiritū qui dat incrementū opprimat & retrahat nimium alimentum. Deesse autem nutrimentum non est ita intelligendum, quod desit penitus, sed quod minus sit quàm vt modum exuperet. Nam si omnino desit, corpus nullo modo potest crescere: sin autem sit nimium in latitudinem quidem crescit, sed non in eam, quam par est longitudinem, propter obseptum & repressum cursum spiritus. Atque de puerili quidem incremento in longitudinem hæc

Leuit. 11. & 20.

Matth. 15. Marc. 7.

Prou. 9.

Orig. in Leuit. 9. hom.

vulgo dici ait Clemens, quod nunc quoque vulgo dicitur, & est verisimile. Nam nos quoque id ipsa docet experientia. Sed præter Clememem nullum adhuc legi scriptorem qui id diceret, etsi diligenter quaesierim. Hippocrates quidē certe non spiritui vt Clemens, augmentum tribuit, sed cibis qui à corpore superantur, vel ipsum superant. Pares enim cibos dicit æqualiter nutrire. Quod si plus cibi quā superare possit, corpus fuerit ingestum, non rectē augeri corpus, sed nimis crescere: sin minus, non in omnem augeri dimensionem. Quo fit vt cum minus crescat in latitudinem, fiat gracile. Quod autem est gracile, magis allurgit in longitudinem quā in latitudinem. Hæc colligi possunt ex Hippocrate in libro de locis in homine. Cū autem dixisset nimiam nutrimenti copiam obesse animo & corpori, huius etiam rei citat ad stipulatore Platonem, qui non probabat lautas illas & delicatas Syracusanas mensas & Italicas, quas vidit ipse cū venisset in Siciliam, vt videre licet apud eundem in epistola ad familiares Dionis. Has autem lautas & delicatas cœnas, 10 ideo vituperabat, quod vitæ frugalitatem didicisset ab Hebræis, cum quibus versatus fuerat in Ægypto, vbi etiam legit libros sacræ scripturæ, vt testatur Eusebius in opere de Evangelica præparatione, lib. 9. cap. 3. & multis aliis in locis. Nullus autem, inquit Plato, qui à iuuentute in hoc vitæ genere se exercuit, potest esse prudens, nec admirabilis natura, nempe diuina, ab eo potest capi aut comprehendere. Hoc autem dicit alludens ad arcam Dei, quæ Deum tanquam præsentem quodammodo capiebat. Quam frugalis autem esset Hebræorum vita Plato discere potuit à Dauide, qui totum populum arca præsentem in tabernaculo frugali excepit conuiuio. Quod frugale autem est & moderatum conuiuium est Israelitarum, nempe populi Dei. Quod est autem nimis abundans & superfluum est gentium, nempe populi gentilis. Qui autem gentili, inquit, vitur alimento, id est, luxurioso & opiparo; ei nunquam erit curæ, vt sapiens, id est non dabit operam sapientiæ. Quod vertimus autem sapiens, græcè est σάφρων, quod est temperans ac moderatus. Dicitur autem 20 idem sapiens & temperans, σωφροσύνη autem, quæ est temperantia & moderatio, est etymon σάφρων, id est est conseruans prudentiam, vt vult Plato in Cratilo. Causam autem reddit cur qui est eiusmodi, nunquā sit daturus operam, vt sit sapiens; Quoniam, inquit, mētem in vētrem infodit, id est omne suum studium ponit in ventrem. Quod autem scribit Clemens de pitce Afello, Aristotelem dicere eum solum ex omnibus animalibus habere cor in ventre, id ipsum dicit etiam Athenæus. Eum Afellum vocat Epicharmus Comicus, 30 *ἐκτερέπλον*. Quod quidem qui vertit Athenæum dicit significare ventrem variegatum. Id ne verū sit, viderint alij: Plinius certè cum aliquot homines recitasset, qui vel in corporis proceritate, vel in breuitate prodigiosa & inulitata essent magnitudinis eum locum ita conclusit, *Ἐτραπέλος* Græci vocant, Latini nomen non habent. *ἐκτερέπλον* ergo vocat hominē, qui à consueta recedit magnitudine. Cui congruenter ego *ἐκτερέπλον*, censui vertendum, eum qui discedit à communi ventris consuetudine. Tales homines esse dicit, qui in ventrem credunt, & eum adorant tanquam Deum, vt qui eum pluris faciunt quā cætera omnia, & propter eum, tanquam propter summum bonum omnia faciunt, & cū in suis lautis & splendidis cœnis gloriētur, ea ipsa gloria eis affert probum & ignominiam. Quid enim turpius & inhonestius, quā despectis cœlestibus sola cogitare terrena? Quod vt caueant hoc eos deberet admonere, quod malum futurum eorum exitum prædicat ipse Paulus ad Philippenfes. Quorum finis est interitus, eis enim æternam minatur damnationem.

Quomodo in potu se gerere oporteat. Cap. II.

1. Tim. 5.

IN O^a autem modico utere, aquam bibēti Timotheo, propter stomachum tuum, dicit Apostolus, pulchrè admodum ægrotanti & languenti corpori conueniens, quod ipsum confirmet ac corroboret auxilium adhibens: modicum autem id excernens, ne eum latēret, hoc auxilium propter multitudinem alia egere curatione. Naturalis itaque & sobrius potus sitientibus necessarius, est aqua. Eam ex prærupta petra manantem, veteribus Hebræis unicum ac simplicem temperantiæ potum suppeditauit Dominus. Oportebat autem eos utpote errantes esse maximè sobrios: postea sancta vitis botrum germinauit propheticum. Hoc signum est iis qui ad quietem ex errore instituti sunt, magnus botrus, nempe Verbum pro nobis expressum, cum sanguis vna, Verbum scilicet, aqua temperari voluerit. Sic etiam sanguis eius salute temperatur. Duplex est autem sanguis Domini: alter enim est carnalis, quo redempti sumus ab interitu: alter verò spiritualis, quo scilicet vncti sumus. Et hoc est, bibere Iesu sanguinem, esse participem incorruptionis Domini: Verbi autem virtus est spiritus, quemadmodum sanguis carnis. Commodera itaque proportione & conuenientia, vinum quidem aqua, homini verò spiritus admiscetur. Atque temperatum quidem vinum pulchrè vehit ad fidem, Spiritus autem deducit ad incorruptionem. Amorum autem temperatura potus scilicet & Verbi, dicitur Eucharistia, quæ & laudatur, & bona est gratia: cuius qui per fidem sunt participes, sanctificantur & corpore & anima, cum diuinum temperamentum, hominem scilicet, diuina voluntas Spiritu & Verbo diuino contemperauerit. Etenim vere quidem spiritus animæ quæ ab ipso fertur, coniungitur & familiaris effi-

Exod. 17. Num. 20.

liaris efficitur: caro autem Verbo, propter quam Verbi caro factum est. Eos itaque laudo & admiror qui vitam austeram delegerunt & susceperunt, & moderatæ vitæ medicamentum aquam expetunt: vinum autem tanquam ignis minas, quā longissimè fugiūt. Placet ergo vt pueri & puellæ ab hoc medicamento plurimum abstineant. Non enim feruenti ætati, vinum quod est omnium humidorum calidissimum infundere conuenit, perinde atque si quis ignem in igne derinet, ex quo agrestes immanēsque appetitiones, ardentesque cupiditates, & mores ignei incenduntur: excalescunt autem intus adolescentes euadunt propensi ad libidines, adeo vt præuisum eorum damnum per corpus properetur, celerius, quā oportuit maturatis membris cupiditatis. Vino itaque efferuescente, luxuriant ac intumescunt vbera & pudenda, fornicationis imaginem iam prænunciantia: & corpus cogit vulnus animæ inflammari, & pulsus impudentes anxiam & superuacaneam persequuntur diligentiam, temperantiam ac moderationem ad scelera ac flagitia prouocantes: hinc autem fit, vt mustum iuuentutis, fines pudoris transiliat. Oportet autem quam maximè fieri potest iuuenum appetitiones conari excindere, minarum quidem Bacchicum fomitem auferentes, feruori autem contrarium medicamentum infundentes, quod etiam ardentem cohibebit animum, & membra retinebit intumescencia, & quæ iam agitur cupiditatis incitamentum sopiet. Qui autem sunt in ipso flore ac vigore ætatis, cū interdum quidem prandium sumpserint quibus conuenit prandium, pane solo gustato à potu omnino abstineant, vt ebibatur eorum superfluus humor, aridorum esu veluti quadam spongia exhaustus. Assiduè enim sspuere & emungere, & ad excernendum propere, sunt signum intemperantiæ ex immoderata exhibitione humidorum, quæ plus quā par sit in corpus infunduntur. Quod si etiam sitis accesserit, curetur aqua non multa hac affectio. Neque enim aqua nimis profuse impleri conuenit, ne obruatur nutrimentum. & non comminaturur cibus quidem in molem assurgentibus, paucis autem omnino procedentibus ad excretionem. Quanquam etiam alioqui conuenit diuinis cogitationibus vino minimè grauari. Perpaucam nam cogit, sicut ait comicus, merum sapere, nedum esse prudentem ac temperantem. Vespere autem tempore canæ vino est utendum: nam quoniam paulo magis sobriis ac seriis lectionibus non amplius operam damus, & tum sit frigidius, quod ambit quā interdum, vt introducto calore fouendus sit tepor innatus, qui deficit: sed hic quoque utendum est vino modico: neque enim usque ad contumeliæ crateras est accedendum. Iis autem qui iam sunt proeclioris ætatis, hilarius potu uti permittendum est, ætatis refrigerationem, quæ tempore quodammodo emarcescit, vitis medicamento citra noxam suscitantes. Neque enim seniorum appetitiones circa ebrietatis mausfragia amplius magna ex parte fluctuant. Ratione enim ac tempore, veluti quibusdam anchoris, in portu fundati, cupiditatum tempestatem, quæ ex ebrietate excitantur, ferunt facilius, quibus etiam in conuiuio licet aliquid lepidè ac urbanè dicere. Ceterum iis quoque sit potationis eousque terminus, dum & illabefactatam rationem, & suo officio fungentem memoriam, corpusque vino immotum & inconcussum conseruent. *αρχοδωγαν* vocant, qui sunt eorum periti. Melius est ergo ne labaris, antea desinere. Artorius autem quidem in libro de longa vita (sic enim memini) existimat oportere eousque potum solummodo præbere, donec cibi irrigentur, vt nobis vitam paremus longiorem. Conuenit ergo vt vinum alij quidem loco medicinae, propter solum sanitatem adhibeant, alij verò vt se relaxent & exhalarent. Vinum enim primum quidem facit eum, qui plus quā ante bibit, ipsum esse sibi ipsi æquum & clementem, & conuiuio suauem & famulis mitiorem, & amicis iucundiorum: contumelia autem & probro affectus par pari refert. Cū enim sit calidum, & habeat suaues succos moderatè temperatos, cur-

*pia quidem excrementa liquefacit calore, acres autem & malos succos bono odore con-
temperat. Porro autem illud bene dictum est: Exultatio animæ & cordis, vinum creatum
est ab initio, si quantum satis est bibatur. Optimum est autem aqua plurima vinum mi-
scere, & non ipsum tanquam aquam requirere, hebesque & obtusum reddere ad vinolen-
tiam: neque tanquam aquam infundere propter vinositatem & vini amorem. Sunt enim
ambo Dei opera, & ea ratione conducit ad sanitatem utriusque mixtura, aquæ scilicet &
vini: quoniam ex eo quod est necessariū, & eo quod est utile, vita consistit. Ei itaque quod
est necessarium, nempe aqua plurima, ex utili aliquid etiam est immiscendum. Vino au-
tem immodico lingua quidem præpeditur, labra verò soluuntur, oculi autem detorquen-
tur ac diuertuntur, cum præ humoris multitudine visus tanquam in piscina latitet, & men-
tiri coacti existimant quidē omnia in orbem circumagi, numerare autem non possunt, quæ
procul sunt tāquam sint unica. Atqui duos soles videre mi videor, ebrius dicebat ille The-
banus senex. Motus enim visus à vini calore, sapius eius quod est unum, multiplicem ap-
prehendit visione substantiam. nihil autem differt an visum moueat, an id quod videtur:
idem enim visui ex utrisque accidit, qui propter fluctuationem non potest subiectum perfe-
ctè comprehendere. Iam verò gressus tanquam fluctu impellente subsidunt, nec possunt lo-
cum tenere: ructusque ac singultus, vomitusque & desipientiæ pro ludo & delectamento
subeunt. Quisquis enim est temulentus, ut dicit tragædia,*

Eum ira vincit, caretque sapientia,
Solétque, lingua cum permulta fuderit,
Inuitus audire quæ volens dixit malè.

*Atque ante tragædiam quidem clamauit Sapiëntia: Vinum quod bibitur multum, in irri-
tatione & omni lapsu abundat. Quocirca plurimi quidem dicunt oportere in conuiuio sese
relaxare; & quæ sunt seria in auroram differre. Ego autem tunc maximè cenfeo rationem
in conuiuium simul introducendam, quæ instar pædagogi corrigat temulentiam, ne nobis
imprudentibus conuiuium delabatur ad ebrietatem. Quemadmodum enim nemo qui sa-
pit, æquum censuerit claudere oculos, priusquam eat dormitum: ita nec rationem abesse
à conuiuio quis rectè voluerit, neque ante res gerendas eam præsupire rectè instituerit. Sed
neque poterit unquam ratio à suo munere desistere, nec si dormiamus quidem: ea enim
ad somnum est inuitanda. Perfecta enim sapientia, quæ est diuinarum & humanarum
rerum scientia, quæ vniuersa complectitur & continet, quatenus gregis hominum cu-
ram gerit, ars vitæ efficitur, & ea ratione quandiu viuimus simul adest perpetuò, pro-
prium semper munus, nempe bonam vitam, obiens. Miseri autem qui è conuiuio tempe-
rantiam exigunt, quæ in computationibus versatur intemperantiam, vitam beatam esse
existimant. Quorum vita quidem nihil est aliud quàm comessatio, crapula, balnea, teme-
tum, matula, otium, potus. Videre ergo licet aliquos eorum semimortuos, cespitantes, in
collis coronas habentes, non secus atque amphoras inter se merum fundentes sub nomine
benevolentia: alios autem plenos crapula, sordidatos, in vultu pallentes & liuidos, &
besternæ temulentia adhuc aliam infundentes temulentiam. Bonum, bonum est, ô ami-
ci, ut cum hanc imaginem simul ridiculam & miserabilem quam longissimè ab ea didi-
cerimus, nos ipsos ad id quod est melius componamus & effingamus, timentes ne fortè
nos quoque aliis simile spectaculum fiamus, & ridiculi euadamus. Lepidè profectò di-
ctum est: Fornacem quidem inter tingendum probare ferri aciem, vinum autem cor su-
perborum. Et est quidem ebrietas, visus meri vehementior: debacchatio verò, quæ est
pericula, quod ex huius usu præter decorū loquendo suscipitur dedecus. Crapula autè, quæ
propter ebrietatē suscipitur molestia & fastidiū, dicta κραταιά, eò quod caput vibret &
exagitet.*

Psal. 103.
Eccles. 13.Prou. 2.
Eccles. 13.
& 19.

*exagitet. Hanc vitam (si quidem vita est appellanda, quæ est ignaua & otiosa, libidini
& voluptati dedita, temulentiam admirans & suspiciens) diuina despiciens Sapientia,
præcipit suis filiis: ne sis vini potor, nec extendaris ad collationē & emptionem carniū.
Omnis enim ebriosus & fornicator mendicabit, & induetur laceris & pannosis omnis so-
mnoletus. Somnoletus enim est, quisquis ad sapientiam non vigilat, sed ab ebrietate in
somnia demergitur. Et laceris, inquit, induetur debacchator, & per ebrietatem pudore
afficietur, propter eos qui aspiciunt. Peccatoris enim foramina sunt ea, quæ ex veste car-
nali sunt lacerata, perforata libidinibus, per quæ dedecus intra animam cernitur, nempe
peccatum, propter quod non facile seruabitur vestis quæ vndique diuisa est & dilania-
ta, multis marcescens cupiditatibus, à salute separata ac discissa. Et ea ratione admonen-
dum aptissimè subiungit: Cui vā, cui tumultus, cui iudicia, cui iniucunda nugæ, cui con-
tritiones superuacua? Vide vinosum totum dilaceratum, qui ipsam quidem rationem de-
spicit, seipsum autem tradidit & permisit ebrietati, & quot & quanta ei Scriptura est
minata. Minis autem rursus subiungit: Cuius sunt liuidi oculi? an non eorum qui in vi-
nis tempus consumunt? an non eorum qui inuestigant ubi sunt potationes? Hic quidem
eum qui potu nimio delectatur, vel iam rationi mortuum esse ostendit per liuentes oculos,
quod est signum mortui, cam quæ est in Domino mortem ei annuncians. Oblivio enim eo-
rum quæ ad veram vitam pertinent, vergit ad interitum. Iurè ergo pædagogus vehemen-
tissimè prohibet, nostra salutis curam gerens: Ne bibite, inquit, vinum propter ebrieta-
tem. Quamobrem, rogabis? Quoniam, inquit, os tuum tunc loquetur peruersa. Iacebis
autem tanquam in corde maris, & tanquam gubernator in multis fluctibus. Ex hoc loco
etiam adiuta dicit Poëtica:*

Vinum hominum veniens, velut ignis corda furore
Pellit, ceu Libyci fluctuat vnda maris,
Quam Notus aut Boreas agitant. Et rursus:
--- Arcanæque cuncta
Vinum errans verbis, temulentis quæ ipsa ruina est,
Atque animas fallens est vinum, &c.

*Videtis naufragij periculum. Cor quidem multo potu obruitur, multam autè temulentiam
minis maris comparauit, in qua corpus tāquam nauis demersum, turpitudinis profundum
subijt ac dedecoris, decumanis vini fluctibus obrutum. Gubernator autem, mens scilicet
humana, supereminens ebrietatis fluctu circumagitur, & in mari versans caligat, &
propter procellæ tenebras à portu veritatis aberrat, donec in saxa mari latentia irruens,
seipsum in voluptates impactum perdidit. Merito ergo Apostolus quoque præcipit:
Ne inebriemini vino, in quo est multa luxuria. Luxuria autem Græcè est ἀσωτία: non
posse saluam esse ebrietatem, significans per ἀσωτία. Nam etsi aquam vinum in nu-
ptijs fecerit, non tamen permisit inebriari: quod erat autem aqueum sensus legis viuifi-
cavit, ut qui terram quam operabatur Adam, nempe totum mundum sanguine impleue-
rit, præbito potu vitis veritatis, pietati ac Dei cultui nempe mistura ac temperamento le-
gis: veteris & verbi noui ad complementum temporis præstituti. Mysticum ergo symbo-
lum sancti sanguinis Scriptura vinum vocauit. Veterem autem ex vino temulentiam re-
prehendens: Intemperans, inquit, res est vinum, & contumeliosa res ebrietas. Placet er-
go rectæ rationi, ut hyeme quidem ij quibus facile est rigere, propter frigus eousque bibunt
dum non rigeant: alio autem tempore propter medelam intestinorum. Quemadmodum
enim cibo ut non esurias, ita etiam potu ne sitias, utendum est, diligenter cauendo ne laba-
mur (res est enim admodum lubrica & periculosa vini ingressus) ita autem fuerit anima*

Prouer. 23.
Eccles. 19.

Ibidem 23.

Prouer. 23.
Esaïæ 28.Ephes. 5.
Allusio
est in
ἀσωτία &
ἀσωτία.
Ioan. 2.

Prouer. 20.

nostra pura, sicca & luminosa. Ipsa autem sicca anima, est sapientissima & optima: ea autem ratione etiam contemplativa, nec ex ijs quæ ex vino ascendunt exhalationibus madefacta, instar nubis in molem corpoream est coacta. Non est ergo vinum Chium magna cura requirendum, si absit: nec Arethusium, si non adsit. Sitis enim est alicuius indigentia affectio, & ad eam explendam quaerit conueniens auxilium, non autem vinum ardens & fumosum. Languescens autem & imbecilla propter intemperantiam appetitionis sunt transmarinae vini importationes, despiciente in desiderijs animo vel ante ebrietatem. Nam & Thasium odoriferum, & bene spirans Lesbium, & quoddam suave Creticum, & dulce Syracusium, & Mendesium quoddam Aegyptiacum, & insulare Naxium & aliquod aliud flagrans ex Italia. Multa quidem hæc nomina. Moderato conuiuæ vinum unum, quod ex vnus Dei agricultura provenit. Quid enim, an non vinum in sua patria natum cuique sufficit ad suam explendam cupiditatem? Nisi fortè etiam aquam sunt importaturi, quemadmodum stulti reges. Choaspes qui dicitur, est fluvius Indiae, cuius est ad potum optima aqua Choaspica. Quemadmodum autem vinum vinosos, ita quæ inuehitur aqua diuites miseros efficit in delirijs. Et hic spiritus sanctus per Amos est locutus: Qui bibunt vinum percolatum & super lectum, inquit, sedent eburneum: & quæcunque ea sequuntur, probri loco subiunxit. ¹⁰ Decori autem cura est maxime gerenda, cuius etiam Minervam, quæcunque ea fuerit, curam gerentem dicit fabula, tibi arum abieciisse delectationem, propterea quod id esset aspectu indecorum, utpote ut vultu stabili, nec se huc & illuc flectente bibamus, non nimis auide attrahentes, nec ante quam biberimus, oculos indecorè se gerere cogentes, præ intemperantia inconuenienter haurientes, ut ²⁰ mentum non conspergamus, nec vestem madeficiamus dum potus simul totus infunditur, faciem nostram phialis proluentes, atque adeo propemodum obruentes. Etenim sonus ac sibilus, dum potus magno impetu fertur, & plurimo spiritu attrahitur, perinde ac si in vas fictile infundatur, guttur autem resonat propter rapidam ingurgitationem, turpe est & indecorum intemperantia spectaculum. Ad hæc accedit, quod ei quoque est damnosum, qui illo utitur, bibendi studium. Ne ad id quod tibi damnum affert, o amice, festinaueris. ³⁰ A te non rapitur potus, tibi est datus, & te expectat: ne disruppi festinaueris, ingenti hiatu ad te attrahens. Impletur tua sitis, etsi tardius biberis, honestè ac decorè te gerens, dum potus ut decet, per partes diuiditur. Non enim tempore aufertur, quod præripitur ab intemperantia. In vino, inquit, ne te virum fortem præbeas. Multos enim vinum reddidit inutiles. ⁴⁰ Ebrietate autem maxime utuntur Scythæ, Celtæ, Iberi, & Thracæ, quæ vniuersæ sunt bellicose gentes: pulchrumque ac beatum vitæ studium se exercere putant. Nos autem qui sumus genus pacificum, ad usum, non ad petulantiam & contumeliam conuiuantes, sobrijs haustibus amicitia ergo bibamus, ut vero & conuenienti nomine appellentur pocula amicitia. ⁵⁰ Quomodo Dominum bibisse existimatis, quando propter nos homo factus est? ad eone impudenter ut nos? an non honestè ac temperatè? an non consideratè? Rectè enim scitote, ipse quoque vino est usus: nam ipse quoque homo, & vinum benedixit, cum dixit: Accipite, bibite, hic est sanguis meus, sanguis vitis: Verbum, quod pro multis effunditur in remissionem peccatorum, sanctum latitiae fluentum allegoricè significat. Et quod sobrium quidem ac moderatum esse oportet eum qui bibit, per ea quæ in conuiujs docuit aperte ostendit: neque enim ebrius docuit. ⁶⁰ Quod autem vinum esset quod benedictum est, ostendit rursus, dicens discipulis: Non bibam ex fructu vitis huius, donec biero ipsum vobiscum in regno patris mei. Caterum quod vinum quidem esset quod bibebatur à Domino, rursus ipse de seipso dicit. Indæorum cordis duritiem exprobrans: Venit enim, inquit, filius hominis, & dicunt: Ecce homo vorax, & potor vini, publicanorum amicus.

Hoc de regibus Peritarum scribit Herodorus & multi alij. Amos 6. Ibidem 7.

Eccles. 31. Esaiæ 5.

Math. 26.

Ibidem.

Luca 7.

amicus. Hæc nobis quidem fixa sint & firma aduersus Encratitas. ¹⁰ Porro autè mulieres, id quod honestum est ac decorum utique suscipientes, ne labra latis calicibus diffundentes, dilatato ore disrumpantur, admodum angustis in ore alabastris indecorè bibentes, capita quidem reflectunt, colla autem non, ut mihi quidem videtur, honestè denudant, & iugulum extendentes potum ingurgitant, conuiujs ea quæ possunt veluti denudantes, virilesq; eructationes vel potius seruiles attrahentes, in luxu & in delirijs tempus consumunt. Nihil enim quod probum affert & vituperationem, viro, qui est præditus ratione, conuenit, multò autem minus mulieri, cui vel tantum ipsam scire quanam sit, ei affert pudorem. ²⁰ Ira autem, inquit, magna est mulier ebria: tanquam ira Dei mulier temulenta. Quamobrem? quoniam suam non celat turpitudinem. Facile enim mulier ad inhonestè se gerendum attrahitur, si liberam suam animi electionem voluptatibus solummodo permiserit. Neque verò alabastris bibere prohibuerimus, sed studere in ijs solum bibere, ut superbum & arrogans ressecamus: eis quæ inciderint, citra ullam animi affectionem uti illis consulentes, ad ³⁰ quas prolabantur appetitiones eis longè ante eminens ressecantes. Iam verò aëris impulsus, qui redeunte quadam fluctuatione incitat, ad eructandum est sensim transmittendus. Neque verò est permittendum mulieribus, ut appareant aliquid corporis denudantes, ne ambo prolabantur: hi quidem, ut qui ad videndum incitentur: illæ verò, ut quæ in se viro- rum intuitum attrahant. ⁴⁰ Semper autem, tanquam præsentem Domino, honestè versandum est, ne nobis sicut Corinthijs succensens dicat Apostolus: Conuenientibus vobis non licet Dominicam cænam comedere. Mihi videtur qui à Mathematicis vocatur Acephalus, qui ante stellam errantem numeratur, capite in pectus compresso ac confidente, significare helluones homines, & voluptuarios, & ad ebrietatem propensos. Nam in his quoque facultas ratiocinandi, non in capite, sed in intestinis collocatur, iræ & cupiditati seruiens. Quamobrem quemadmodum Elpenor fregit ceruicis vertebam, cum cecidisset propter ebrietatem: ita eorum cerebrum præ ebrietate caligine offusum, ad cor & iecur, hoc est, ad iram & voluptatem maiori casu decedit, quàm dicunt Poëta Vulcanum calitus à Ioue in terram fuisse deiectum. Labor autem, vigilia, inquit, bilis, & tormentum est ⁵⁰ cum homine insatiabili. Quamobrem Noë quoque indecora scripta est vinolètia, ut ebrietatem quàm maxime vitemus, manifestâ scriptis que mandatam lapsus habentes imaginem: propter quam qui ebrietatis texerunt turpitudinem, benedicuntur à Domino. Breuissimè itaque comprehendens Scriptura, vno verbo dixit omnia, nempe quod homini erudito sufficit vinum, & super suum cubile requiescet.

Eccles. 2. 6.

1. Corin. 11.

Eccles. 31.

Genes. 9.

COMMENTARIUS IN CAP. II.

⁵⁰ VINO autem modico vttere. Ostensurus Clemens quomodo in potu se gerere oporteat, primum inducit illud Pauli quo Timotheum aquam bibentem admonet, ut modico vino vtatur propter stomachum. Aquæ quidem potu inuens esse necessarium, sed quoniam aliquando contingit propter ventriculi frigiditatem, ut cibi minus rectè concoquantur modico vino esse vtendum, ut propullentur morbi qui oriuntur ex cruditate. Sed non ab re dixisse Paulum modico vino esse vtendum, ne si nimium biberet, dum vult stomachi mædieri cruditati, imprudens alios morbos accersat quos curare oporteat. Iurè autem dicit aquam esse potum sobrium & necessarium. Sobrium quidem, ut qui non afferat ebrietatem: Necessarium vero, quod cum bibatur ut sedetur sitis, quæ est appetitus frigidi & humidus, eam facile sedat aqua quæ calori & siccitati aduersatur. Negari tamen non potest, quin vinum, licet sit calidum, cum tamen sit subtile & facile permeet ac penetret, aquam transuehens, humectet & refrigeret, non ex se, sed ratione aquæ quàm transuehit: est enim vinum aquæ quoddam vehiculum. Quod sit autè potus necessarius probat, ex eo quod Dominus Hebræis in solitudine errantibus & sitientibus non alium suppeditavit potum, quam aquam ex prærupta petra manantem. Cur autem aqua eis esset bibenda hæc affert rationem, quod cum errarent in desertis, & in maximis versarentur periculis, sobrios esse oporteret, & cauenda ab eis esset ebrietas. Post diuturnos autem errores & plurimos exantlatos labores, cum ad quietem, id est, ad Christum esset ventum (is enim est qui afflictis & laborantibus animis dat requiem) non fuit amplius bibenda pura & simplex aqua, sed vinum aqua temperatum, id est, Christi sanguis, qui ab ipso Christo, & ex ipso itaquam ex botro in cru-

Numer. 13.

Constan. 6. cap. 32.

De consec. dist. 2. can. dupliciter. Ioan. 5.

cis torculari expressus, ab eo ipso in cœna fuit contemperatus, sumendus à fidelibus, non solum ad sitim sed etiam ad propulsandos animi morbos, & ad expianda peccata. Ideo enim & in cruce semel fuit expressus & fusus, & in sancta eius mensa & ara quotidie quidem, sed mysticè funditur. Hoc nempe Christum, cuius sanguis in cruce expressus mysticè in cœna funditur, significat ingens ille botrus, qui ab iis qui ad explorandam terram missi fuerant, ad ingressuros promissam terram Israëlitas, fuit delatus. Hunc botrum, nempe Christum germinavit vitis sancta, id est, Ecclesia, quæ ab Abele ad nos usque est propagata. Ex ea autem, quod ad carnem attinet, originem duxit Christus, qui, quod attinet ad diuinitatem, non solum genus duxit à celo, sed ipse quoque est Deus, qui in terra inter homines est visus, & cum eis est versatus. Propheticum autem botrum Christum vocavit Clemens, quod ab omnibus Prophetis prædictus fuerit, & prænunciatus. Quod autem verbum dixit expressum, id est, intelligendum de verbo quod homo factum est. Nam priusquam suscepisset carnem, cum esset incorporeum, ex eo sanguis nec exprimi nec fundi poterat. Cum autem Christus cuius sanguis est expressus & fusus, sit allegoricè magnus ille botrus, ipse quoque allegoricè dicitur sanguis vitæ, qui ex ipso tanquam ex botro est expressus: ut intelligamus in ipso Christi sanguine non solum esse sanguinem, sed & ipsum verbum, atque adeo totum Christum, & quidquid eum necessario comitatur. Ipse ergo sanguis Verbi nempe Christi aqua voluit temperari, ut & populus qui per aquam significatur cum Christo possit coniungi & ei vniri, & sanguis instar vini esset hominibus poculentus. Quomodo autem Verbi sanguis temperatur aqua, ita etiam sanguis temperatur salute quæ est in Christo Iesu, ex cuius latere exiit sanguis & aqua, quo fit ut non solus Christi sanguis, sed & aqua eius sanguini permista salutem afferat. Hinc intelligitur hanc fuisse perpetuam vini aqua temperandi in sacrificio offerendo consuetudinem, & ab ipso Christo Apostolis & Ecclesie traditam, & esse repellendam Hypocritarum & Armeniorum hæresim quorum illi in sacrificio solam adhibebant aquam, hi vero solum vinum. Quæ etiam à Constantinopolitano Concilio sexto fuit damnata, & in ea explicantur Diuini Christofomi verba male intellecta, quæ videri poterant his erroribus aliquam deditisse occasionem. Cum autem dixisset Clemens voluisse sanguinem aqua misceri, venisset autem ei in mentem, dubitare posse quempiam, quomodo bibatur Christi sanguis: non enim ad bibendum esse aptum sanguinem, qui etiam bibentibus quendam incutiat horrorem: ei occurrens Clemens, dicit duplicem esse Christi sanguinem: alterum carnalem, alterum verò spirituale, & non bibi quidem carnalem, bibi verò spirituale. Sed quæri potest, cum pro certo & constanti habeat Catholica fides, vnum & eundem sanguinem fustum esse in cruce, & bibi è calice, quomodo idem sanguis potest esse duplex. Ad quod est respondendum, non ideo non esse vnum quod sit duplex. Vterque quidem vnus quod attinet ad essentiam: sed non eodem modo se habet qui fusus fuit in cruce, & qui nunc bibitur è calice. Qui in cruce quidem fuit fusus, habuit omnes euidentes sanguinis qualitates, & omnia quæ sanguini accidunt, eratque carnalis, id est, crassus, & qui cadebat sub sensum, id est, & videri poterat & palpari. Qui autem bibitur è calice, est spiritualis, & qui nec sub sensum cadit, estque adeo purus, tenuis & subtilis ut ad incorporei naturam magis accedat, & est vel mera essentia remota ab accidentibus, vel si quæ habet accidentia, ea sunt instar essentia. Quod ipsum quoque dicendum est & de Christi corpore suspensio in cruce, & de eo quod ipse verbis cõfectum comeditur à fidelibus. Est enim vnum & idem Christi corpus, sed in cruce quidem sensibile, & suis circumscriptum dimensionibus, sed in Eucharistia, vel mera corporis essentia carens materia, vel in quo accidentia sunt redacta ad instar essentia: unde & spirituale dicitur. Nam & Diuus Hieronymus in commentario in Epistolam ad Ephesios. Dupliciter, inquit, intelligitur caro Christi & sanguis: Vel spiritualis atque diuina, de qua ipse ait, caro mea vere est cibus & sanguis meus verè est potus, & nisi carnem meam manducaueritis, & biberitis sanguinem, non habebitis vitam æternam: Vel caro ea quæ crucifixa est, & sanguis qui militis effusus est lancea. Et Augustinus in libello sententiarum Prosperi. Caro eius est quam forma panis operam in sacramento accepimus: & sanguis eius quem sub vini specie & sapore potamus, caro videlicet carnis, & sanguis est sacramentum sanguinis, carne & sanguine utroque inuisibili, spirituali, intelligibili signatur visibite Domini nostri Iesu Christi corpus & palpabile, plenum gratia omnium virtutum, & diuina maiestate. Postquam autem dixit duplicem esse Domini sanguinem, nempe carnalem & spirituale, effectum quoque eius dicit esse duplicem. Carnalis quidem sanguinis, qui in cruce à milite lancea est effusus, effectus est nostra redemptio: præciosus enim Christi sanguis fuit præcium nostræ redemptionis, quo, deletio nostro chirographo & cruci affixo, redempti sumus ac liberati à Diaboli mortisque tyrannide, & à noxa peccati. Quamuis autem nostræ redemptionis præcium sit à Christo in cruce representatum & exolutum, quod ad satisfaciendum est longè sufficientissimum, non tamen eo plene satisficit, nisi iis qui sunt redimendi applicetur per fidem & sacramenta. Sacramentorum autem omnium excellentissimum est illud sacramentum, in quo mysticè funditur & representatur mysticus & spiritualis Christi sanguis. A quo verbo Christi cõfecto & representato vim suam accipiunt, omnia alia sacramenta. Et hoc est quod dicit, nos spirituali sanguine fuisse vnctos, significans spirituale illum sanguinem nobis esse applicatū & illinitum. Applicatur autem & illinitur dum bibitur ad incorruptionem. Ad hoc enim bibitur ut omni amoto obstaculo, sanctificata anima & corpore sumus participes Christi incorruptionis, quod quidem nos à morte liberat & ad vitam deducit æternam, hoc spirituali potu commoderato ac contemperato Verbo & anima & spiritu. Est autem admirabilis & longè excellentissima in hoc sacramento commoderatio & contemperatio, quæ factum à Deo temperamentum, nempe hominem perfecit & consummauit. Deus enim creans hominem, & animum corpori, & sanguinem carni, & sanguini spiritum commoderauit & contemperauit. Ipsi quoque sanguini admista est aqua. Et in his, non æterna, sed quæ ad tempus durat hominis vita consistit, nempe usque ad terminum quem constituit verbum quod eum temperauit. In hoc quoque sacramento est admirabilis & planè stupenda atque adeo diuina contemperatio: Verbum ipsum, nempe Christus, operatorio suo verbo corpus suum conficit, corpus, inquam, diuinum & spirituale, cui est admista, non à ratione aliena, sed quæ λόγος, id est, rationem & Verbum decet, anima. In hoc quoque corpore indita est caro, non prophana, sed sacra & planè diuina, quæ etiam si non proficit

10

20

30

40

50

60

non proficit quidquam quatenus est caro, proficit tamen necesse est quatenus est diuina & ab ea non abest spiritus, qui est virtus Verbi, sicut sanguis est virtus carnis. Non aliunde enim caro suam habet essentiam quam à sanguine, cuius vehiculum est spiritus. Ut autem sanguis quem vehit spiritus dat causam carni, ita spiritus accedens ad verbum, efficit ut per sacramentum fiat admirabile temperamentum, nempe ut corpus coniungatur cum anima, & diuina cum humanis, & in ipsa terra sit cælum & omnes cælestes virtutes. Est autem hic spiritus, non qualis qui est secundum naturam in humano corpore, nempe subtilis quidem & tenuis, ut pote æreus, sed tamen corporeus. Qui autem in hoc diuino, Verbum sequens, operatur corpore, est adeo subtilis, ut corporis superans naturam planè sit incorporeus, atque adeo Deus. Hanc autem admirabilem contemperationem, significat quidem aqua vino permista quæ nos ducit ad fidem: spiritus autem nos deducit ad incorruptionem. Diuinus enim hic cibus & potus, per spiritum nos ita Deo vnit, ut si dignè sumperimus, in nos non cadat interitus, simulque resurrecturi ad vitam æternam, & Deo similes, atque adeo quodammodo Diuini futuri. Diuinus autem hic cibus & potus cum Verbo contemperatus appellatur Eucharistia duabus de causis, quod & Christus sui corporis & sanguinis institutus mysteriū, priusquam id faceret gratias egerit, est autem Eucharistia gratiarum actio. Gratias autem egit quod per hoc sacramentum hominem tot & tantis affecerit beneficiis & bonis auxerit, hoc enim est benedicere quatenus ad Deum refertur. Est etiam Eucharistia bona gratia, quæ ideo laudibus celebratur, quod hominem Deo gratum reddat. Nam qui eius sunt participes, per eam & anima & corpore sanctificatur. Nam & spiritus qui vehit animam ei coniungitur & vnitur, & caro Verbo, propter quam Verbum caro factum est. *Eos itaque laudo & admiror.* Cum modico vino dixisset quandoquæ esse vtendum ad corroborandam stomachi imbecillitatem & crudelitatem, & nactus occasionem propter aquæ cum vino permissionem in sacrificio, permulta dixit de Eucharistia: quæ cum absoluisset, nunc redit ad institutum, quod est quomodo in potu se gerere oporteat, idque in singulis ætatibus. Atque primum quidem eorum vitam laudat austeram, qui aquam appetunt tanquam medicamentum aptum ad conseruandam temperantiam, vinum autem fugiunt tanquam minas ignis, id est, tanquam ignem qui minatur se proxima quæque arrepturum & inflammaturum. Deinde docet, vinum, cum sit omnium humidorum calidissimum, non esse à pueris ac puellis bibendum, nec tanquam ignem deriuandum, ne præmaturè eis turgeant vbera & pudenda, & inflammati cito propensi sint ad libidines, & quod bibi debebat tanquam medicamentum, alio medicamēto opus habeat ad propulsandas quæ ex eo existunt ægritudines, cum multum iuuentutis (ita enim metaphoricè vocat feruorem ætatis) transiit fines pudoris, qui maxime ei conuenit ætati. *Qui autem sunt in ipso flore.* Iuuenes, inquit, & qui sunt in florenti & vigenti ætate, in prandio, si modo prandeant (erant enim permulti qui sola cœna erant contenti), à vino omnino abstinere, solo autem pane vescantur, ut elus aridorum, quod Græci dicunt *ἕρπον* & qua ex constitutione Apostolorum vtentur in ieiuniis & præcipue in ieiunio quadragesimæ, ut absumatur humor superfluus, ex quo quæ vteuntur & emunguntur, & à properantibus excernuntur excernentes nimiam arguunt temperantiam. Cur autem in prandio à vino abstinendum sit causa est, quod vinum sit obstaculo sapientiæ & temperantiæ. Obstat autem, quod propter vini potum dari non potest opera sobriis & feris studiis. Vespere autem cum à feriis studiis cessetur (est autem tunc aer ambiens frigidior quam interdiu) in cœna vino est vtendum ad reparandum & reficiendum natium calorem qui deficit. Sed & quod in cœna bibitur vinum oportet ut sit modicum, nec in bibendo eo usque procedatur ut veniatur ad contumeliam. Alludit autem vel ad illud quod dixisse Anacharsim scribit Diogenes Laërtius, vitem uvas tres afferre, primam voluptatis, secundam ebrietatis, tertiam mæroris: vel ad id quod dicit Apuleius in Floridis. Sapientis viri supra mensam celebre dictum est. Primus crater ad sitim pertinet: Secundus ad hilaritatem: Tertius ad voluptatem: Quartus ad insaniam. Ab insania enim quæ ex nimio potu proficiscitur, existunt conuicia & contumeliæ quæ Græcè dicuntur *παρουσία*. Tantum autem abest ut vino immodico sit vtendum, ut etiam si sitiatur, cauendum sit ne nimius aquæ potus obruat alimentum, & comminui non possit nimia moles ciborum, & pauca egerantur excernenda à redundant humore præpedita. *Us autem qui iam sunt prouectioris ætatis.* Post pueros & iuuenes docet quomodo oporteat senes in potu se gerere. Dicit itaque oportere eis permittere, ut vini potu hilarius & liberalius vtantur ad fuscitandam marcescentem senectutis refrigerationem, maxime cum non sit amplius timendum, ne appetitionum tempestates eis naufragium afferant, ut qui sint in portu fundati anchoris rationis & temporis. His enim à te nautica sumptis vtitur metaphoris. Eis licet in conuiuio uti dictis vrbis & lepidis. In potu autem hic modus est eis adhibendus, ut & mens suo fungatur officio, & conseruetur corpus illæsum & illabefactum. Qui illam bibendi mensuram non excedunt, dicuntur *ἀκροδωρακιες*, qui hilarius quidem bibunt, sed non à profunda obruantur ebrietate. Dicuntur autem *ἀκροδωρακιες* ἀπὸ τῆς ἀκρῆς, quod est extremum vel superficies & τῶν ῥιζῶν, quod est vini meri potatio: Hippocrati *λοιμὸν τῶν ῥιζῶν λύει*, id est, famem, inquit, soluit vini meri potio. Dicuntur ergo *ἀκροδωρακιες*, qui leuiter sunt ebrii, nec vultus superficiem eorum excedit ebrietas. Quisnam sit autem hic Artorius qui & scripsit librum De longa vita, & qui est in hac sententia, ut existimet potum cõsueque solum præbendum, donec irrigentur & madesiant cibi, ut longam vitam nobis paremus, non ausim afferere: fieri tamen potest ut ille fuerit Augusti medicus, qui in somnis à Minerua admonitus persuasit Augusti, ut relictis suis castris in alium locum se conferret. Eo autem die à Bruto expugnata & capta sunt illa castra. *Vino autem immodico lingua quidem præpeditur.* Vini moderate sumpti docuit quæ sunt commoda, nunc immoderate sumpti ostendit quæ sint incommoda, nempe quod nec lingua possit loqui, sintque hila essentia, & cætera quæ recenset. Est autem hic de vino communis locus à multis doctè & eleganter tractatus, sed à nemine melius quam à Seneca in Epistola ad Lucilium. Cuius, ut alia omittam, hæc sunt verba de Alexandro qui ebrietatis laborabat vitio. Adiace illum ignoratione sui dubia & parum explanata proferre verba, incertos esse oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, recta ipsa mobilia, veluti aliquo turbine circumagente domum, stomachi tormentum, cum efferuiscit merum ac viscera ipsa distendit &c. Sunt

10

20

30

40

50

60

Apul. Flor. 3.

Seneca ad Lucil. epist. 84.

autem hi versus quos citat Clemens, ex aliquo Poeta Tragico, quibus significatur vini meri potione iram excitari, deficere sapientiam, & vtriusque oriri maledicta & conuitia. *Miseri autem qui in conuiuio temperantiam exiguunt.* Si in conuiuio non ingrediatur ratio, expellitur intemperantia. Vbi autem non est temperantia, intemperantia efficit vt videatur scilicet vita quæ est longè miserissima. Describit autem, & oculis quodammodo subiicit temulentorum vitam, quam qui rectè considerauerit, cauebit ne ipse quoque aliis fiat miserabile & turpe spectaculum. Eum quidem certè qui fuit ebrius pudet eorum, quæ ebrius fecit. Eleganter autem irridet eorum morem qui poculis sub benevolentia nomine se inuitantes, non secus atque amphoræ inter se vinum fundunt, & est belle dictum quod sumpsit ex Ecclesiastico; Ignem probare ferri aciem, & vinum cor superbi. Nihil certè est quod magis hominis ingenium ostendat quam vinum, vt pulchrè ostendit Plato in libro 1. de legibus, & fortè hinc ortum est prouerbium, In vino veritas: quod in vino non dissimulentur nec reticeantur, sed apertè se ostendant vitia. Pulchrè profecto Theognis,

*Εν πυρὶ μὲν χρυσὸν τε καὶ ἀργύρον ἰδρὶες ἀδύρες,
Γινώσκοντο ἀδύρος δ' οἶνος ἐδίξεν ἴσον.
Aurum atque argentum nouerunt igne periti:
Quale hominis vinum ast indicat ingenium.*

Et Euripides apud Athenæum, Aes est figura, vinum mentis speculum. *Et est quidem ebrietas vsus meri vehementior.* Breuiter dixit cuiusmodi sit vita eorum qui in conuiuio rationem non admittunt nec expellunt intemperantiam. Id autem quo facilius intelligatur, exponit aliquot quæ prius dixerat vocabula. Crapula autem est dolor capitis procedens ex ebrietate, ita dictus ἀπὸ τοῦ κραεῖναι, id est, ex eo quod caput vibret, & agitet: cum talis sit ebrioforum vita, & ne vita quidem sit appellanda, vt per correctionem significat Clemens, eam merito despicit sapientia, & præcipit suis filiis vt fugiant carnum collationes & comotationes. Collationes autem verti quod Græcè est συμβολαί. Συμβολαί autem dicuntur conuiuia quæ sunt collata à quolibet coniuua sua portione, quam vocant symbolum. Dehortatur autem ad huiusmodi symbolis & comotationibus, quod mendicant hiant qui sunt ebriofis, pannofisque & laceris vestibus qui sunt somnolenti. Quisnam est autem somnolentus? is qui honestis nõ vacat studiis, sed ab ebrietate in somnum deturbatur & demergitur. Laceræ autem vestes dicuntur esse pudori propter spectatores. Nam veluti per quadam foramina libidinibus subeuntibus ingreditur peccatum, quod est animæ probum ac dedecus, & ita cupiditatibus marcescente anima, non potest salua esse vestis quæ est tota lacerata & dilaniata. Quo fit vt allegoricè intelligatur ebrietate & somnolentia corrumpi corpus & animam. Hoc ne accadat, admonitionem subiungit. Cui vae? cui tumultus? cui iudicia? cui iniucunda nugæ? cui contritiones superuacaneæ? Hæc dicit admonens quæ mala & incommoda eueniunt ex ebrietate. Cui, inquit, nisi ebriofus accidit vae? id est, cui accidit vt propter imminens exitium, & quod vitare non potest, quali desperans sibi male præcetur? Cui, inquit, tumultus? id est, cui accidit nisi ebriofus, vt ei nunquam sit quietus & tranquillus animus: est enim in perpetua dissensione & rixa cum iis cum quibus versatur. Cui iudicia, nisi ebriofus? Nam propter probra, contumelias & maledicta quibus se inuicem impetunt ebriofis, est assidue ad eundem iudex qui litibus & controuersis eorum finem imponat? Cui nugæ iniucundæ? sermones quidè inter se conferunt ebrii, sed ij planè sunt iniucundi, cum non de rebus loquantur quæ sunt alicuius momenti, sed de rebus vanis & futilibus, & de quibus temere inter se altercantur. Cui contritiones superuacaneæ? Cui accidit, inquit, nisi ebriofus, vt temere & non iusta aliqua de causa conteratur, affligatur & pereat? Sunt enim inter temulentos rixæ & contentiones de rebus nihili, quæ ita crescunt vt nõ nisi mutuo sui exitio sopiantur. Hic mihi videtur esse huius loci sensus, si sequamur versionem Septuaginta quam secutus est noster Clemens, Diuus autem Hieronymus ita vertit. Cui vae? cuius patri vae? rixæ? cui fouæ? cui sine causa vulnera? Cui suffossio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Quorum verborum sensum ab ipso pete Hieronymo in eius in prouerbia commentario. Hunc locum ita concludit Clemens, Videte vinofum rotum dilaceratum &c.] Videte, inquit, ex iis quæ dixit sapietia, quam sit discerptus & dilaceratus qui vinum amat plusquam oportet, & quam multas & graues minas in eum intendet sapientia in prouerbiis Solomonis. *Minis autem vsus subiungit, cuius sunt luidi oculi.* Minis quas in ebriis intenterat alias subiicit sapientia, nempe oculos luideos. Iis autem qui nimium bibunt luere solent oculi, quod est indicium mortis: nam mortuis luidi sunt oculi. Multis autem modis mors dicitur, vt scribit Origenes in epist. ad Rom. Est mors corporis separatio animæ à corpore. Est mors animæ, animæ à Deo separatio. Est etiam mors illa laudabilis qua peccato quis moritur, & Christo conspeditur, per quam emendatio fit animæ, & vita æterna conquiritur. Et est ergo mors illa qua à peccato separamur. Sicut autem peccato mori dicuntur qui in baptismo peccato renunciant, ita etiam apud Paulum ad Galatas legi dicuntur mori, qui à lege separantur ad eam non reuersuri, sed gratiæ adhæsurus. Ita etiam rationi dicitur mortuus, is cuius anima est à ratione separata. Quod iis vsuenerit qui nimio potu delectati intelligentiam obruunt & perdunt. Atque liuentes quidem oculi, quales cernuntur in ebriis, mortè nõ procul abesse arguunt. Liuentes autem in ebrietate oculi, si allegoricè sumantur, significant ebrium rationi esse mortuum, & annunciant mortem quæ est in Domino, id est, non separationem animæ à corpore, quæ est mors naturalis, sed animæ à Deo separationem quæ est in Domino. Ita enim hic est accipienda mors in Domino, vt distinguatur à morte naturali qua etiam separatur à corpore: non vt mori dicuntur in Domino, quod frequentius vsurpatur, qui baptizati sunt cum Christo conspediti. Merito autem temulentis dicuntur mortui. Nam cum in eis sit obruta ac oppressa ratio & intelligentia, quo fit vt ne meminerint quidem eorum quæ ad veram vitam pertinent, vera autem vita est non quæ in rebus humanis & terrenis, sed quæ consistit in veri Dei contemplatione, obliuio illa tendit ad interitum, id est, ad corruptionem, & vitæ, quæ Deus est, priuationem. Hinc infert sapientiam, ea enim est noster Pædagogus, vehementissimè præcipere ne bibamus vinum propter ebrietatem. Quos autem citat versus nec memini me alibi legere, nec cuiusnam sint ausim affirmare. Fortasse autem sunt Sapphus à qua appellati sunt versus Sapphici, & quam appellauit

Orig. lib. 6. in epist. ad Rom. cap. 8.

In p. Sapph.

πινυλάω pro *πινυλαίω*. Pulchrè autem corpus vino obrutum comparat naufragio. Dicit autem in eo ebrietatis naufragio corpus decumanis vini fluctibus esse obrutum. Decumanos autem verti fluctus quod Græcè est *πεκυμαίως*, Decumani enim fluctus dicuntur qui sunt maximi, festo Pompeio, sicut etiam dicuntur Decumana oua maxima, & Decumana porta quæ est in castris præcipua. Id ipsum Græcè significat etiam *πεκυμαίω*, in ingentem enim magnitudinem solet assurgere fluctus tertius & decimus. *Nam etsi aquam vinum in nuptiis fecerit.* Respondet tacitè obiectioni. Dicit enim posset, ex eo quod Christus aquam vinum fecerit ex nuptiis, satis ostendi non esse reprehendendam vinolentiam. Ad quod responderet, non ex eo sequi quod permisit inebriari, vino enim licet vti, sed non ad ebrietatem. Deinde exponit allegoricè, quid sibi voluerit aqua à Christo vinum facta. Viuificauit, inquit, id quod erat aqueum sensus legibus. Vinum maximè accedit ad naturam sanguinis, & nihil est quod sanguinem magis significet quam vinum: in sanguine autem maximè consistit vita. Veteris autem legis sensus erat plane aqueus, insipidus, atque adeo mortuus, ei enim aberat spiritus qui viuificat: in lege enim nihil erat aliud, quam cæmonia, vmbra & figura, quæ tum demum fuerunt viuæ, quando eas viuificauit spiritus. Viuificauit autem, quando vmbra & figuris per Christum successit veritas. Viuificauit autem sanguine quo impleuit terram quam operabatur Adam, id est, totum mundum. Sed quomodo impleuit? Potu veræ vitis, id est, suo sanguine (ipse enim est vitis vera) dato pietati ac Dei cultui. Sed quando hoc fecit? Quando Eucharistia instituta sacramento & sacrificio, ipse in mensa quæ est sacrum altare, suum sanguinem & Deo obtulit, & cum suis propinasset discipulis, ipse eis dedit bibendum. Vt autem hoc sacrum poculum, quod attinet ad signum & symbolum, est vino & aqua temperatum, ita veteris testamenti sensus noui testamenti sanguine viuificatus cum noui Verbi sensu miscetur. Neque enim veteris legis sensus per noui Verbi mystionem & temperationem aboletur, sed absolutus & perfectus redditur. Opera pretium autem est videre quam accurate sit locutus cum dixit: mysticum sancti sanguinis symbolum Scriptura vocauit vinum, significans in Eucharistia esse sacrum Christi sanguinem, sub simbolo quod vinum appellatur, licet vino in sanguinem conuerso vinum esse desierit remanere symbolum. Mysticum ergo vinum quod est symbolum sacrosancti Christi sanguinis, laudatur à Scriptura. *Et lucet ergo recte rationi.* Moderato vino est vtendum. Nam si in vino bibendum modum non excedas, erit anima pura & munda, vt quæ ab ingurgitationis & crapulæ sordibus non sit inquinanda, erit etiam sicca, vt quæ in temulentia cæno & voragine non sit voluanda. Anima enim etsi sit incorporea, inquinatur tamen & polluitur à corporis sensu quibus vtitur instrumentis, nisi ea conferuentur pura & munda. Puritas autem & siccitas propriæ quidem sunt corporis, transferuntur tamen etiam ad animam, quoniam corporis temperamentum & constitutionem magna ex parte sequuntur animi mores & affectiones: nec quales oportet possunt esse sensus, si sensuum instrumenta impediunt eorum vitia. Quo fit vt nec anima ad ferendam de iis sententiam suam possit adhibere iudicium. Erit etiam anima luminosa si vinum moderatè bibatur: si minus obscura & tenebrosa: quo fiet vt impediatur scientia & cognitio. Nam cum anima sit veluti quoddam speculum in quo relucet omnium rerum formæ & species, si ea non sit sicca, sed veluti redundantibus obruatur vini fluctibus, conturbatis & confusis quæ in ea sunt rerum formis, perit scientia, & succedit ignorantia. Iurè ergo dicit siccam animam esse sapientissimam, & ea ratione etiam contemplatiuam. Causam autem cur anima sicca, id est, quæ vini potati non obruitur fluctibus, sit contemplatiua, hanc esse dicit, quod ex ascendentibus vini exhalationibus non cõrescat tanquam nubes in molem corpoream. Subtilis enim mens sit oportet quæ in diuinarum & cælestium versatur contemplatione: subtilis autem esse non potest quæ ex crassis vaporibus veluti incorporatur. *Non est ergo vinum Chium magna cura requirendum.* Cum sit sitis indigentia affectio, quæ à quolibet suæ patriæ vino sedari potest, non sunt vina ardentia & fumosa aliunde querenda. Erat autem olim Chium vinum præstantissimum, & in eo ipso vino cæteris omnibus præferabatur Arnisium. De quo ita Plinius; In summa, inquit, gloria fuit Tharsiam Chiumque, ex Chio quod Arnisium vocant. De cæteris autem vinis quæ hic enumerat, de Italicis quidem vide eundem Plin. lib. 14. cap. 6. De trãsmarinis autem eodem lib. cap. 7. & Athenæum lib. 2. Illa autem externorum vinorũ importatio, arguit desiderio desipientem animum etiam ante ebrietatem. Desipit enim qui stulto incitatus desiderio vina importat quibus non est opus. Quod si desipiunt qui ad sedendam sitim vina important exotica, quanto magis non solum desipiunt sed etiam planè sunt miseri in deliciis diuites, qui aquam aliunde inuehunt: De aqua autem fluuij Choaspis, quam stulti reges Persarum importabant, vt dicit Clemens, sic scribit Plinius; Parthorum reges ex Choaspæ & Eulæo tantum bibunt, & ex aqua scilicet quamuis in longinqua comitantur illos. Et horum placere potum non quia sint amnes apparet, quoniam nec ex Tigri, nec ex Euphrate, nec ex multis aliis bibunt. Et Solinus cap. 11. Choaspes ita dulcis est, vt Persici reges, quandiu intra ripas Persidis fluit, solis sibi ex eo pocula vendicant, & cum eundem foret peregre aquas eius secum vectitarint. *Decorum autem cura est maximè gerenda.* Decorum vt in omni re alia, ita etiam in potu est seruandum. Cuius curam tantam gessit etiam Minerua, vt cum tibiis à se inuentis caneret, & se indecore buccas inflasse animaduertisset, eas abiecerit. Quæcumque autem ea fuerit, dixit, tanquam ignorans, quænam fuerit cum fuerint multæ, vt est in fabulis, Mineruæ. Hanc autem est verisimile fuisse Tritoniam, vt quæ primum in Tritone Palude apparuerit, & in quam tibiis proiecerit. *Ebrietate autem maximè vtuntur Scythæ.* Ad sobrietatem hortatur Christianos, ex eo quod ipsi sint pacifici: ipse enim Dominus & magister noster Christus, suis discipulis pacè semper laudauit & commendauit, cum omnes gentes bellicosæ sint ebrietati deditæ, ex quibus nonnullas hic enumerat, nempe Scythas & Celtas, quo nomine apud Græcos comprehenduntur etiam Germani, Iberos, & Thraces. Atque illi quidem hoc genus vitæ quod traducitur in huiusmodi comotationibus, beatum & scilicet existimant, cum tamen in iis ex potu oriatur probra, conuitia & contumelia. Christianos autem sobriis haustibus vti oportet, vt verum inter eos conseruetur nomen amicitia, quod planè perit si in potu procedatur, non solum ad iurgia & conuicia, sed etiam quandoque à verbis ad verbera. Vsurpatur autem amicitia nomen in conuiuio: φιλότιμα enim & φιλοτιμίας vocabant, se inuicem amicitia ergo inuitare poculis: desinit autem esse amicitia cum vini calore inci-

R

Plin. lib. 14. cap. 7.

Plin. lib. 31. cap. 3. Solin. cap. 11.

πινυλάω

rati in se inuicem scruant. * *Quomodo Dominum bibisse existimatis.* Ut sobrie viuamus & vino moderate utamur, exemplo Christi nos admonet quem nobis proponit imitandum. Christus enim cum sit Deus & homo, quatenus homo, bibit vinum, quatenus autem Deus & homo, accepit vinum, & benedixit. Benedicens autem quatenus Deus, acceptum vinum operatorio suo Verbo suum fecit sanguinem, sanguinem, inquam, illius vitis, de qua ipse dixit: Ego sum vitis vera. Quod prius ergo erat vinum, benedictione sua, qui quod benedicit semper auget ampliusque reddit & præclarior, id enim est proprium Dei benedictione sua, effectum est sanguis Verbi. Ipsum autem vinum quod vocat fluentum lactis, quatenus est sanguinis symbolum, significat ipsum Verbi sanguinem ipsius benedictione confectum. Ipsum autem sanguinem qui in Eucharistia mysticè funditur in remissionem peccatorum appellauit Verbum, ne quis falleretur existimans esse tantum sanguinem hominis, est enim reuera sanguis Verbi, quod caro factum est. Sunt enim 10 Verbum & homo in Christo ita coniuncta, ut cum re ipsa & essentia sint distincta à se inuicem tamen nunquam separentur. Quo fit ut in qualibet parte corporis & sanguinis totus sit Christus, totus, inquam, Verbum & homo, nec si in Eucharistia dicatur, mysticè fundi Christi sanguis in remissionem peccatorum, non ideo non funditur Verbum: cum sit Verbi sanguis quod carne suscepta semper est Deus & homo. In Eucharistia autem mysticè fundi Christi sanguinem, non est quod quisquam dubitet, cum disertis verbis id Christus dixerit. Funditur autem, ut qui semel fusus est in cruce in prærium redemptionis, & ad expianda peccata, quotidie applicetur per fidem & sacramenta in remissionem peccatorum, ut qui verbis Christi in quotidiano sacrificio confectus præfens exhibeatur. In hac autem mystica sanguinis fusione nihil crassum, nihil carnale est cogitandum, ea enim est huiusmodi ut mentis humanæ omnem captum superet. Nec mirum, cum sit, ut ipse dixit Clemens, sanguis spiritualis, à quo aut omnia absunt accidentia, aut si sint, ea sunt 20 instar essentia. Atque ex his quidem constat Christum vinum bibisse, & acceptum benedixisse ut suus fieret sanguis. Quod autem id acceptum verum fuerit vinum, ex hoc quoque patet, quod ex hoc germine vitis se non amplius dixit bibiturum cum discipulis, donec biberet nouum in regno patris. Vinum quidem verum biberat, ut quod esset è vite procreatum, sed in regno Patris nouum erat bibiturum, nempe non crassum & terrenum, sed planè diuinum & spirituale: & vinum ergo fuit quod benedixit, antequam benediceretur. Benedictum autem non fuit amplius vinum, sed sanguis licet adhuc apparens quidem vinum, sed conuersum esset symbolum sanguinis. Et vinum ergo fuit quod bibit in cæna priusquam fierent mysteria, & quod acceptum mysticum fecit suum sanguinem: & vinum erat etiam quod bibeat in iis quæ inibat conuiuuiis, in quibus se ita gerebat ut etiam doceret conuiuias, quod satis arguit eum vino moderate esse usum: neque enim docuisset ebrius. Adeo autem verum fuit vinum quod bibeat, ut Iudæi ei obicerent quod vini esset 30 potior. Quod quidem erat verum, bibeat enim vinum, sed moderate. Quod autem vinum biberet, fixum & stabile maneat oportet apud Catholicos ad refellendam hæresim Encratarum, qui introducunt abstinentiam à vino & animalibus. Nam si ipse Christus à vino non abstinuit, non est quod nos necessario ab eo abstineamus. De Encratis autem vide Irenæum lib. 1. cap. 30. & Theodoretum lib. 1. hæretic. fab. cap. 30. De Tariano & Hydroparastatis, Nicephorum hist. ecclesiast. lib. 4. cap. 4. Porro autem mulieres. Quantum possumus ex verbis Clementis conicere, fiebant eius tempore quædam pocula ex alabastris, quibus erat os admodum angustum. Sed de iis alabastrinis poculis nusquam alibi legi. Cælius quidem certe Rhodiginus lib. 26. lect. antiquarum cap. 27. cum ex professo loqueretur de poculis, de alabastrino poculo ne verbum quidem. Nam hoc tantum dicit; Alabastrum in Matthæum pro genere marmoris accipit Hieronymus, Græci lapideum vas intelligunt vnguentarium *μυροθηκα*, id est, citra ansas vel quia ob læuorem 40 capi non possit. Sunt etiam qui vitreum intelligant. Alabastrum thecas apud Demosthenem pro myrothecis accipit Harpocratio, Hæc Cælius. Cum autem tempore Clementis essent huiusmodi pocula alabastrina, iis utebantur mulieres quæ volentes vnum vitare vitium, in alterum eo maius incidebant. Nam dum latos calices vitarent, ne labra nimis diducerentur, & esset nimis oris rictus, bibeant alabastrinis nimis arcti oris poculis. Quo fiebat ut caput reflecterent & colla sua nudarent, quod mulieri esse turpe dicit Clemens, cui sit cauendum ob pudorem ne vlla pateat pars eius corporis. Adeo quidem certe pudentem debere esse mulierem, ut etiam eam pudeat quod sciat se esse mulierem: aqua si absit pudor, impudica sit necesse. Mulier autem impudica est expers omnis virtutis & honestatis. Quamobrem mulier cauendum est ne sit ebria. Ebria enim non celat suam turpitudinem, quo fit ut euadat impudens & impudica. Accidebat etiam ut inter bibendum ex angusti oris alabastris impulsus aer incitaret ad eruclationem: quæ si contingat, videndum 50 esse ut sensum & absque vlla conuiuuarum offensione transmittatur. Præcipit ergo ut hæc omnia vitentur inter bibendum. Quamuis autem alabastrina non admodum probet pocula, non ita tamen ea reprobatur quin aliquando eis vti liceat, dum eorum nimium vitetur studium, & superbia absit, & arrogantia. Quod autem in suæ literæ contextu ita habet Clemens, Ira magna est mulier ebria: tanquam ira Dei mulier temulenta. Quamobrem? Quoniam suam non celat turpitudinem non ita est in Græco Ecclesiastici exemplo excuso quod habemus, sed sic; Ira magna est mulier ebria, & turpitudinem suam non teget. In eo ergo deest quod habet Clemens; Tanquam ira Dei mulier temulenta. Et quod in eo sequitur nempe, Quamobrem? Quoniam suam non tegit turpitudinem, est *αἰτιολογία* eius quod præcessit, Tanquam ira Dei mulier temulenta. Huius rei mihi visum est admonere lectorem, ne existimet me vel hoc non animaduertisse, vel noluisse admonere. *semper autem tanquam præfente Domino honestè.* In conuiuio decorum semper est seruandum cum in eo adsit Dominus. Non solum enim adest in mysteriis, in quibus verum præsentantur Christi corpus & sanguis: sed etiam in aliis conuiuuiis si non præsentia sui corporis, at diuina sua quæ est 60 vbiq; virtute & potentia. Quo fit ut decorum sit in eis seruandum, perinde ac si cæna fieret Dominica. Quisnam sit autem is Acephalus, cui assimilat helluones & ad crapulam propensos & ebrietatem, non habeo quid dicam. Nullum enim adhuc legi Mathematicum, qui eius vllam faceret mentionem. Non Aratus, non Ptolomæus, non Hyginus: mea tamen est coniectura, sed nescio an vera, Acephalum dici stellam illam quæcunque ea sit, quæ latens sub aliqua stella errante, cum ab ea recesserit, sed non adeo magno interiecto

interiecto spatio, sitque in anteriore sui parte obscurior, appareat quasi eius caput in pectus confidat & comprimatur. Aptæ autem & eleganti hac similitudine significatur, ebriosos & helluones, rationem, cuius sedes est caput teste Platone, habere non in capite, sed in intestinis, & non imperare, sed seruire iræ & libidini. Cum hæc mea de Acephalo coniectura mihi non satisfaceret, & de ea amplius cogitare, Monantholius doctor medicus, & Mathematicæ Lutetiæ professor Regius, de Clementis Acephalo consultus sic respondit; De Acephalo quod sentiam hoc habeo, me nullam neque stellam, neque imaginem cælestem apud vllum Mathematicum quem legerim vocatam *ἀκέφαλος* reperisse. Sed in descriptionem Alexandrini periphrasticum diligentius intuenti visus est intellexisse, eam imaginem in cælo quæ Taurus dicitur. Hic enim animal est proniore præ cæteris capite, & vbi cælestis in Zodiaco depingitur, hoc quasi prouolutum 10 habet ad genua, si Hygini picturæ credimus, cui consentiunt versus Manilij, cum ait:

*Aurato princeps Aries in vellere fulgens,
Respicit admirans aduersum surgere Taurum,
Summisso vultu, Geminos & fronte vocantem.*

Ex quo ipse Taurus non intelligitur simpliciter esse *ἀκέφαλος*, quasi eo membro omnino mutilatus, sed esse *ἀκέφαλος*, ante stellam errantem. Vbi per stellam errantem, intelligo *κατ' ἀπονομασίαν*, Solem inter planetas tanquam Regem & Principem, qui suo proprio motu quo per Zodiacum mouetur secundum consequentiam, ingreditur Taurum per posteriores eius partes quæ Clunes dicuntur. Nam cum cætera signa ex motu primi mobilis surgant ab Horizonte Orientali, quod etiam his Manilij versibus est attestatum,

*Quod tria signa nouem signis coniuncta repugnant,
Et quasi sedatio cælum tenet, a spice Taurum
Clunibus & Geminis pedibus, Testudine Cancrum
Surgere cum erectis orientantur cætera membris.
Ne mirere moras, cum sol aduersa per astra
Astitium tardus attollit mensibus annum.*

Ex his igitur Sol colligitur ingredi Taurum aduersum, hoc est illius clunes primum. Itaque Taurus ante Solem est *ἀκέφαλος*. Quod autem per Taurum significari possint voluptati ventris & gulæ dedit, in primis indicium est quod fabulantur Poætæ Taurum esse illum in quem mutatus Iupiter in Italiam, compertauit Agenoris filiam. Sed & Iulius Firmicus, ne diutius huic rei satis ex natura animalis cuius nomen habet manifestè immorer, cap. 20. lib. 8. dicit natos, quorum in horoscopo fuerit sexta vel decima quinta vel viceima pars Tauri, Cinædos, Irrumatores, miseris libidinibus seruientes, edaces & gulæ deditos esse, Hæc Monantholius. Cuius coniectura cum mihi visa esset satis probabilis, eam hic duxi esse inferendam, lectori futuram ut mihi persuadeo non inutilem. Elpenor autem erat vnus ex sociis Vlyssis, qui cæteris relictis Cyrcæ cum Vlyssæ recedentibus, cum ebrius esset, & ut socios sequeretur festinaret, cadens è tecto fregit ceruicem. Quod autem verti ceruicem, Græcè est *ἀσπράχλον*. *ἀσπράχλος* enim et si frequentius accipiatur pro talo, à quo etiam dicitur ludus talorum & taxillorum, ab Homero tamen nonnunquam dicuntur *ἀσπράχλοι* septem vertebrae spinæ quibus collum incumbit, ut & Iliados & Odyss. 10. Eleganter autem dicit ebriosorum cerebrum caligine ob vapores ascendentes offusum, decidere ad cor & iecur, quæ sunt sedes iræ & cupiditatis. Quo significatur rationis locum in eis tenere iram & cupiditatem, quæ cum seruire debent dominatum obtinent. Rationis autem grauiorem dicit esse casum quam Vulcani, qui à Ioue è cælo deiectus cecidit in Lemnum insulam, de quo antea diximus in exhortatoria ad gentes. Porro autem ad dehortandum à crapula & ebrietate, citat ex Ecclesiastico, torqueri & cruciari hominem infatigabilem, parcum autem & sobrium hominem quiescere. Quam sit etiam indecora vinolentia, ostendit ex eo quod Noë temulentus pudenda sua aperuerit: quæ qui texit, fuit benedictus, maledictus autem qui irrisit. Simum autem colophonem huic capiti imponit ex xxxj. cap. Eccles. Homini erudito sufficit vinum, & super suum cubile requiescet; ita quidem habet textus Clementis. Existimo autem legendum, sufficit vinum modicum: Id autem melius exprimit nostra versio quæ sic habet. Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non senties dolorem. Ex quo concluditur, vinum quidem esse bibendum, sed moderate, ne si nimium bibas, id tibi dolorem afferat & molestiam.

Quod in sumptuosorum vasorum supellectilem non sit studium conferendum. Cap. III.

PORRO autem argenteorum & aureorum gemmarumque poculorum irritus & inutilis est usus, ut qui sit visus solum deceptio. Nam siue eis calidum mixtum liquorem infuderis, ex calefactorum vasorum molesta est tractatio: siue rursus frigidum infuderis, qualitatem materia transfundit, liquorem corrumpens, & est damnosus diues potus. Valeant ergo Theridei calices, Antigones, canthari Labronij, & Lepasta, & poculorum genera innumerabilia, præterea autem & psycteres, & ænochoæ. Aurum enim & argentum, & priuatim & publicè est inuidiosum, ut semel dicam, possessio, si usum excesserit: rara ad acquirendum, difficilis ad custodiendum. Quinetiam curiosa ac superflua tornatorum in vitro vana gloria, ad frangendum propter artem paratior, quæ simul docet & timere & bibere, est à bonis nostris

De his A-
thca. lib. 11.

instituta & legibus aliena: ^b Sella autem argentea, pelues & acetabula, scutella & catini & præterea vasa aurea & argentea, nonnulla quidem ad ciborum ministerium, alia verò ad alios usus quos me pudet dicere, ex sectili cedro, thuris virgulto, ebenoque & ebore instructi tripodes, lectique argentei pedes & ex ebore compacti, auroque intersperse & testudine variata cubilis valua, & stragula vestes purpurea, & aliorum colorum paratu difficilem, insolentium delictorum argumenta, inuidia mollisque ignavia insidiosa commoda, sunt omnia procul amandanda, ut quæ nihil habeant propter quod sit in eis merito multum studij ponendum: Tempus enim contractum est, ut dicit Apostolus. Hoc ergo restat ne habitum quempiam ac figuram præ nobis ridiculè seramus: quemadmodum in pompis videntur nonnulli extrinsecus ita uncti & obliti ad grauitatem, ut stuporem & admirationem afferant, intus autem sint planè miseri. Hoc itaque explicans accuratius subiunxit, Reliquum est, ut & qui habent uxores, sint tanquam non habentes, & qui emunt, tanquam non possidentes. Quòd si hæc dixit in coniugio, in quo dixit Deus, Crescite & multiplicamini, & replete terram: quomodo putatis arrogantiam ac superbiam non esse ex autoritate Domini exterminandam? ^c Quocirca dicit etiam Dominus: ^d Vende quæ habes, & da pauperibus, & huc me sequere. Nequere Deum nudus ab arrogantia, nudus à pompa momentanea, quod tuum est, quod bonum est, quod auferri non potest, in Deum fidem, in passum confessionem, beneficentiam in homines possidens: quod quidem est possessio preciosissima. Ego autem admitto etiã Platonem, qui lege lata aperte decernit, quod neque ut opes habeas aureas & argenteas laborare oporteat, neque vas inutile, quod non cum usu necessario moderatum quoque sit, ut sit idem ad multa accommodatum: tollatur autem varia & multiplex possessio. ^e Pulcherrimè itaque alicubi dicit diuina Scriptura, ad eos qui sunt sui amantes & arrogantes verba dirigens: Vbi sunt qui gentibus imperant, & qui dominantur feris quæ sunt super terram? qui celi anibus illudunt, qui argenti & auri thesauros congregant, in quibus homines habent fiduciam, & non finis acquisitionis eorum? qui aurum & argentum fabricantur, & erant solliciti? Non est inuentio verborum eorum: euauerunt, & ad inferos descenderunt. Hæc est merces arrogantis superbia. Si enim nobis agrum colentibus, ligone & aratro opus est: ligonem autem argenteum, falcemque auream nemo fuerit fabricatus: & materia quæ apta sit ad opus faciendum, non quæ sit diues in agricultura, utimur: quid vetat quo minus in vasis quoque domesticis idem sentiant, qui quod est simile considerant? quorum modus sit usus, non sumptus ac magnificentia. Quid enim, dic quæso, qui in mensa ponitur gladius, si clauos non habuerit argenteos, vel non fuerit factus ex ebore capulus, non scindit? An ad carnem diuidendam Indicum ferrum nobis est fabricandum, auxiliũ veluti quoddam euocantibus? Quid verò si fuerit peluis fictilis, an ablutarum manuum sordes non excipiet? & vas fictile quo pedes lauamus, pedũ sordes? Ergo ne etiã indignabitur mensa, quæ est pedibus eburneis instructa, si panem vnus oboli portauerit? neque verò lumen lucerna ministrabit, quod sit opus figuli non aurificis? Ego autem dico ne humile quidẽ grabatum vlla ex parte deteriorẽ præbere accubitum, quam lectum eburneum. Cùm autẽ ad substernendũ sint sufficientissimæ pelles capricornæ, adeo ut purpureis aut puniceis non sit opus, tamen propter delictiarum, quæ sunt primæ mali causæ, stultitiam condemnatam esse frugalitatẽ, quisnam est tantus error, vanaq; pulchri & honesti persuasio? Videte, Christus in vili catino cibum sumpsit, & fecit discipulos super herbam accumbere, & pedes eis lauit linteo accinctus. Deus à fastu alienus, & Deus omnium, nunquid argenteum lauacrum è celo deferens? Et à Samaritana potum petijt, quæ aquam vase fictili hauriebat è puteo, aurum regale non requirens, sitim autem docens facile extinguere.

Scopum

Scopum enim constituebat usum, non nimiam & inutilem magnificentiam. In conuiujs autem comedebat & bibebat, non terræ metalla effodiens, neque auri & argenti, hoc est, rubiginem redolentibus vasculis vtens: ut spirat incensæ rubigo materia. In summa enim alimenta, & vestes, vasa & supellectilem, & quæcunque sunt in domo, atque ipsam, ut semel dicam, vitam, oportet esse consentaneam rectæ Christiani hominis institutioni, prout conducibile fuerit, accommodatam personæ, atati, studio, ac tempori. Cùm enim ¹⁰ simus vnus Dei ministri, oportet & possessiones, & quæ est in eis supellectilem, vnus honestæ vitæ signa ostendere, & vnumquemque hominem indistincta & indifferenti fide, huic vniformi institutioni ea quæ consequuntur consentanea & conuenientia, per hæc vnica affectionem videri facere. Quæ autem nec difficiliter acquirimus, & eis facile vtimur, laudamus, & facile custodimus, & facile communicamus: meliora autem sunt quæ vtilia. Quæ vtiliora autem sunt ac frugaliora, meliora sunt diuitibus. ²⁰ In summa, diuitia quæ non rectè administrantur, sunt arx vitij & sceleris, in quibus multi cæcutientes, regnum cælorum nunquam ingredi poterunt, in rebus quidam mundanis ægrotantes, superbè autem & arroganter viuentes propter delicias. Oportet autem eos, qui contendunt ad salutem, hoc animo antea anticipasse, quòd usus quidem causa, nobis sit vniuersa possessio: sufficientiæ autem gratia, possessio, quam etiam ex paucis quispiam parauerit. Vani autem sunt, qui propter insatiabilitatem repositis rebus preciosis delectantur. Qui autem congregat, inquit, mercedes, congregat in sacculum perforatum. Is autem est qui congregat, & sementem excludit, & detrimento afficitur, qui nulli impertitur. Res est ³⁰ autem planè ridicula, & maximè digna quæ ludibrio habeatur, argentea vrina receptacula, & vitreas matulas viros inferre, quemadmodum suos introducunt consiliarios: & has quæ sunt sine ratione, diuites mulieres, ex auro excrementorum facere receptacula, ut ne egerere quidẽ eis liceat absque superbia. Vellem quidem eos per totam vitam aurum stercore existimare. Nunc autem arx vitij inuenta est pecuniæ cupiditas, quam dicit ⁴⁰ Apostolus esse radicem omnium malorum: quam quidam appetentes, à fide aberrant, & seipsos confixerunt multis doloribus. Veræ autem diuitiæ sunt, paupertas cupiditatum: & vera animi magnitudo est, non propter diuitias sibi placere, & magnos spiritus sumere, sed eas despiciere. De supellectile autem & vasis se iactare est perquam turpe: non enim æquum studium suum in eis ponere est, quæ volenti licet vel ex foro emere. Sapientia autem emi non potest terreno numismate, nec in foro, sed in celo venditur: & iusto nummo venditur, nempe Verbo immortalis, regali auro.

COMMENTARIVS IN CAP. III.

⁵⁰ * PORRO autem argenteorum & aurorum. Cùm dixisset vitandam esse ebrietatem, & nimium in bibendo luxum: nunc dicit nimium studium non esse conferendum in vasa & supellectilem, & maximè in pocula aurea, argentea, & gemmea, quæ ad nullum alium usum videntur comparata, quàm ut suo fulgore oculos decipiant. Atque multa quidem hic enumerat genera poculorum. Sed longè sunt plura apud Athenæum, ^{Athen. lib. 11.} & copiosa eorum descriptio. Ab eo hæc petere poteris, agit enim de calicibus Thericleis, cantharis, labroniis, lepatis, sed ne verbum quidem de Antigonidibus. Suspicio autem Antigonidem fuisse poculum ab Antigono denominatum, quod id inuenisset & eo biberet. Sicut etiam scribit Plin. lib. xv. cap. xl. à Thericle figulo Corinthio dicta esse vasa Thericlea. Sed & idem de Antigoni bibacitate nihil, cum multa dicat de bibacitate Antiochi. De psysteribus autem quæ sunt vasa quæ fiunt ad refrigerandum, est apud eum caput integrum lib. x. in quo citat Platonem in conuiuio, in quo vas illud, nempe ψυκτηρ, licet ad refrigerandum non ad bibendum esset institutum cum contineret plusquam octo cotylas, plenum fuit epotum, à puero autem opportune fractum, cum bibendum exhiberetur Socrati. De Oenochois quoque nihil Athenæus, quæ sunt vasa ad vinum infundendum accommodata, vsurpatur autem etiam hoc vocabulum pro poculo quo bibitur. Dicitur autè Latine & Trua, & diminutiue Trulla, cuius sunt varia significata. Quod itaque in mea versione reliqui Græcum, nempe ψυκτηρες, & Oenochoæ, potest qui volet Latine dicere Refrigeratoria & Trullæ. Aurorum autem & argenteorum vasorum usum ideo dicit esse inutilem, quod quemcunque liquorem in ea infunderis, siue is sit calidus, siue frigidus res male cedent. Nam si calidus in-

R iij

1. Cor. 7.

Ibidem.
Genes. 1.Matth. 19.
Marci 10.

Baruch 3.

Matth. 14.
Marci 6.
Ioan. 13.
Ibid. 4.

fundatur liquor calefacta vasa dolorem afferent: sin frigidus, transfunditur liquoris qualitas, & ipse liquor corrumpitur. Sed quoniam obiici poterat quod etsi auri & argenti, quod ad bibendum attinet, usus sit irritus & inutilis, ea tamen magni sunt facienda, quod prætiosa sit auri & argenti materia: respondere tacite obiectioni, dicens eam materiam non ideo esse magnificandam si absit usus. Aliquot autem affert causas ut probet ita esse. Prima est, non esse magnificandum quod nos rapit in odium & inuidiam, quod facit aurum & argentum. Secunda est quod sit rarum aurum & argentum, & ideo non nisi magnis pareret laboribus, & nec in eo acquirendo est vlla voluptas propter afflictionem, nec in iam acquisito propter metum amittendi. Quæ quidem est tertia ratio quod non sit magnificanda auri & argenti possessio, quod ea non facile custodiatur, cum omnes eam appetant, & quod eam habeas, odio habent, & tibi male volunt: Quarta verò est quod avarus ea nec uti velit nec possit. Non vult enim, ut qui quo plura habet eo plura appetat, nec vquam satietur vehemens eius habendi sitis. Non potest autem, cum ad suo satisfaciendum desiderio, non auro & argento, sed iis quæ etiam si omnia auro & argento sint plena, sunt planè necessaria: est ergo abiiciendum auri & argenti in poculis studium. Sed nec in Christi rempublicam sunt admittenda tornata vitrea pocula, quæ quo artificiosius sunt elaborata sunt fragiliora. Quo fit ut non possit bibere qui in iis bibit, quin simul etiam timeat ne ea frangat. *sellæ autem argenteæ, pelues, & acetabula.* Omnem luxum in suppellectile qui non tam ad usum est comparatus quam ad ostentationem & superbiam, à Christianorum moribus & institutis procul iubet amandari, quoniam in hoc mundo qui citò præterit nihil est diuturnum, & quæ extrinsecus apparent, pulchram quandam habent speciem, sed intrinsecus in se continent miseriam. Quid enim est miserius quam inani splendore gloriari rerum quæ mox evanescent, & quas prius amittis quam habeas? In ipso enim usu pereunt. Hoc probat autoritate Divi Pauli qui rebus huius mundi nos ita iubet uti, perinde ac si non habeamus, & ne eos quidem qui duxerunt uxores, & qui dæ operam liberis, ita debere suas amplecti uxores, ut nō meminerint quidquid est huius mundi mox esse præteriturum, & se aliam querere patriam, ut qui hic civitatem non habeant permanentem. Quod si hoc est faciendum in matrimonio, in quo qui sunt coniuncti velint nolint, mūdus magnam partem in eis sibi quasi suo iure vendicat: quanto magis id facere oportet eos qui vitam agunt cælibem, & ut liberius Deo seruiant, mundo renunciarunt, voluntariam amplexi paupertatem? *Quocirca dicit Dominus.* Fugiendum luxum rerum non necessariarū & nimiam vitæ superbiam probat autoritate Domini, qui voluntariam instituit paupertatem & facultatum suarum abiectioem, ut subueniatur pauperibus liberiusque & expeditius sequatur Dominum qui se à grauibus & molestis exiit mundi sarcinis. Quominus Deum sequaris impedit superbia & arrogantia, impedit & pompa momentanea, nempe rerum huius mundi nimius apparatus qui temporis momento est præteritutus. Quamvis autem sis ab eis nudus, es tamen eis vestitus quæ & tua sunt, & sunt longe præstantiora & nunquam interitura, nec à te vquam auferenda. Res huius mundi tuæ non sunt, nec bonæ sunt, ut qui sit in maligno positus & tibi mox sunt auferendæ. Sed tua est in Deum fides, & tua est eius qui pro te passus est confessio, & tua est in pauperes beneficentia quæ te in æternis collocabit tabernaculis. Non solum autem hæc sunt tua, sed & bona, ut quæ te beatum sint redditura, & à te nunquam recedentia. Platonis autem qui legem statuit, ut opes aureas & argenteas habere non labores, hæc sunt verba, ut existimo, sic à me Latine versa; In qua, inquit, familia neque diuitiæ cohabitant, neque paupertas, in ea fuerunt mores iustissimi. Neque enim in ea inest contumelia, neque iniuria, neque rursus inest invidia & æmulationes. Quod autem dicit de vase, existimo id esse quod apud eum scriptum est in Politico, Quod siccis & humidis, & iis quæ igne sunt & quæ nō sunt omnifariam effectum genus, est vas, quod vno appellamus vocabulo, & est quidem valde frequens genus &c. *Pulcherrimè itaque alicubi dicit divina scriptura.* Ex verbis Prophetæ Baruch ostendit vanum esse multos thesauros congerere, & in suis diuitiis, & in prætiosa sumptuosaque & magnifica gloria suppellectile, sibi que placere & nimium arrogare, cum hæc omnia momento temporis illis pereant, & ipsi ad inferos descendant. Deinde quoniam agitur de vasis & domestica suppellectile, ostendit per inductionem, non esse spectandum, sitne prætiosa materia ex qua fit aliquid, sed sitne utilis aptaque & accommodata ad id efficiendum. Quod autem vertimus, vanaque pulchri & honesti persuasio, Græcè est *δὲ ὀφθαλμῶν*, id est, opinio quod sit aliquid pulchrum. Quod enim condemnetur frugalitas præcipua est causa, quod pulchra videantur ea quæ sunt prætiosa, licet sint alioqui minus apta & utilia. *In summa enim alimenta.* Hæc est conclusio eorum quæ dicta sunt in toto hoc capite. Eorū autem hæc est summa, cum simus Christi ministri, & vna sit omnium in Christum fides, & vnica Christianæ vitæ institutio, oportet ut & in vestimentis, & in vasis, & in omni suppellectile, & in omnibus quæ possidemus, nos ita geramus, ut nihil sit indignum nostra fide & vitæ institutione, habita tamen ratione circumstantiarum, nempe personarum, ætatum, studiorū, & temporum. Nam cum inter Christianos sint diuersæ personæ, ut pote publicæ, & priuatæ, & sint artes aliæ aliis liberaliores & fordidiore, sintque & diuersi sexus, & nō eadem omnium ætates, sunt enim & pueri & iuvenes & senes, & inter eos varia etiam incidunt tempora, primum quidē videndum est ne quid fiat indignum nostra Christi professione, deinde ut nihil fiat quod personam, ætatem, sexum, artem, & ipsum tempus in quo fit non deceat. In vasis autem & suppellectile hoc statuendum est, usum præcipue esse spectandum, nec plurius esse faciendam prætiosam materiam quam utilem & ad id quod fieri opus est accommodatam. *In summa diuitiæ quæ non rectè administrantur.* Dixit paulo ante non tanti faciendam esse diuitem materiam, quam utilem & ad id quod opus est accommodatam: nunc autem consequenter iis quæ dixerat subiungit, malam diuitiarum administrationem esse omnium malorum causam. Ad usum enim parari diuitiarum possessionem, eamque possessionem esse propter sufficientiam, ex paucis autem parari sufficientiam: natura enim est paucis contenta. In diuitiis autem quæ possidentur duplex est vitium, nempe & eis non uti, quod faciūt qui propter insatiabilitatem eas perpetuo congerunt, & congestis ac repositis delectari, nec sibi profunt nec aliis, ut qui nemini eas impertiuntur. Ij autem sunt quos dicit Aggeus Propheta in sacculum congregare perforatum, ut qui non habent quod congregant, nec vlli est vsui. Avarus enim minus habet quod habet quam quod non habet. Alterū vero vitium est eis

Plato lib. 3.
de legibus.

Aggæi 1.

est eis malè uti. Quod faciunt qui in meretrices, parasitros, & lenones, & superfluas epulas, & quæ sunt huiusmodi profundunt diuitias. Omnium autem sunt pessimi & turpissimi, & vni & mulieres, quos non pudet in vasa aurea & argentea sua excrementa egerere, & vbi que suam ostendunt superbiam. Memor autem sui instituti Clemens hoc caput ita concludit non esse de suppellectile & vasis gloriandum, nec in ea studium ponendum, cum ea emi possint in foro: in sapientiam potius esse studium ponendum, quæ non in foro, sed in cælo venditur. Vnde etiam pulchrè dicit Solomon in Prouerbiis. Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit? Quod autem sapientia sit in cælo, constat ex Ecclesiastico vbi scribitur. Omnis sapientia à Domino Deo est, & ex eo quod dicit Iacobus. Sapientiam à Deo esse petendam, & de sursum esse sapientiam, quæ est pudica, pacifica & modesta. Sed quid sibi vult Clemens, quod dicit sapientiam in cælo vendi, cum Iacobus dicat eam esse donum Dei? Non aliud vult intelligi quam eam non aliunde quam à Deo haberi, à quo etiam datur. Vendi autem videtur quod studio & diligentia, & precibus emittitur. Sed quonam numismate venditur? Iusto certè numismate, quod est æternum & immortale, & in quo est impressus, imo quod est ipse Dei patris character & figura. Id autem est Dei Verbum, quod ipsa quoque est sapientia. Et certè ut pretium quod datur, efficit ut res sit eius qui emit, ita etiam ea demum nostra est sapientia, quæ est verbo Dei signata, non quod ea sit eius essentia. Homini enim sapientia, nō potest esse Deus, sed quod ab ipso sit profecta, in quo sunt absconditi omnes sapientie thesauri. Precibus ergo & Dei Verbo, quod est iustum prætium & aureus regalis, a Deo venditur, & ab hominibus emittitur sapientia. Nihil enim aliud habet homo pretiosius, quod pro ea Deo offerat, & quod Deus lubentius accipiat, quam suum vnicum filium, quem ipse dedit hominibus, & quem pro consequenda sapientia ei vicissim reddunt homines. Ei itaque veram offerentes sapientiam, ipsum, inquam Verbum quod Deus est essentia, accipiunt sapientiam, quæ non est Deus essentia, sed participatione. Ipsa autem est auro longè melior.

Prouer. 17.

Eccles. 1.
Iacob. 1 & 3.

Prouerb. 6.

Quomodo in conuiuio se relaxare & recreare oporteat. Cap. IIII.

RATIONALI autem seu verbi conuiuio absit comus & lasciuiia iuuenilis: quinetiam inanes vigiliæ, quæ de petulantia & turpibus conuiciis & maledictis sibi placent. Est enim hic comus tibia inebrians, catena curæ ratis amatorie. Amor autem & ebrietas, & quæ ratione carent animi affectiones, procul à nostro choro habitant. Vnà autem cum orta ex ebrietate petulantia comi sociata versatur parodia: in potu verò vigiliæ ebrietatem accersunt, & excitant libidinem, quæ sunt rebus turpibus faciendis dedita audacia. Si autem tibiis, & psalteriis, choris & saltationibus, & plausibus Ægyptiorum, & eiusmodi delectentur animi remissionibus immodesti & insolentes, valdeque à bona disciplina alieni euaserint, utpote quos cymbala & tympana circunsonent, & fraudis instrumenta circunstrepanent. Reuera enim, ut mihi videtur, eiusmodi conuiuium est ebrietatis theatrum. Vult enim Apostolus, ut depositis operibus tenebrarum tanquam in die decorè & honestè ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & in impudicitis versantes. *Fistula itaque tribuatur pastoribus: tibia autem superstitionis hominibus, qui ad cultum idolorum contendunt. Reuera enim hæc instrumenta sunt à sobrio conuiuio amandanda, quæ bestiis magis quam hominibus conueniunt, & iis hominibus qui à ratione sunt alieniores. Cervas enim fistulis demulceri accepimus, & in laqueos inter venandum cantu duci à venatoribus. Equabus autem coeuntibus, veluti quidam hymeneus, tibia carmen canitur: id autem ab incitandis equis Musici appellarunt *ἰπποδρόμιον*. Omne autem turpe spectaculum, omnemque turpem auditionem, & ut semel dicam, omnem turpem sensum intemperantiæ, quod quidem est vera sensus priuatio, maximè oportet nos excindere, quæ in oculis & auribus titillat & effæminat, voluptatem cauentes: fractorum enim cantuum, & flebilium Caricæ Musæ modorum varia venescia, intemperanti & prauo musice artificio mores corrumpunt, trahentes ad affectionem huius comessationis. Diuinum autem ministerium separans psallit spiritus: Laudate eum in sono tubæ. In sono enim tubæ suscitabit mortuos: Laudate eum in psalterio, quoniam lingua est psalterium Domini. Et in cithara laudate eum. Per citharam os intelligitur, quod spiritu tanquam plectro pulsatur. In tympano & choro laudate eum. Dicit Ecclesiam quæ est meditata carnis resurrectionem in pelle resonante. In chordis & organo laudate eum. Organum dicit corpus nostrum, & chordas eius nervos,*

κίμορ
παρρηδία

Rom. 13.

Psal. 150.

per quos numerosè & concinnè intenditur, & spiritu pulsatum, voces edit humanas. Laudate eum in cymbalis iubilationis. Oris cymbalum dicit linguam, quæ pulsatis labris resonat. Et ideo humanæ naturæ acclamavit: Omnis spiritus laudet Dominum: quoniam omnis spiritus quem fecit, curam gerit, & ei prouidet. Verè enim pacificum instrumentum est homo. Alia autem si quis curiosius inquirat, inueniet instrumenta bellica ad cupiditates inflammantia, vel amores incendientia, vel animum iramque irritantia. In bellis itaque suis tuba utuntur Hetrusci, fistula Arcades, Siculi autem instrumentis quæ appellantur *πυλιδας*, Cretenses lyra, Lacedæmonij tibia, cornu Thraces, tympano Aegyptij, & Arabes cymbalo. Vno autem instrumento, Verbo solo pacifico nos utimur, quo Deum honoramus, non amplius, veteri psalterio, & tuba, & tympano, & tibia, quibus iis qui se in bello exercebant, & Dei metum contempserant, & simul congregatis concionibus mos erat uti in choris, ut per eiusmodi modos solutus ac deiectus excitaretur eorum animus. ^d Duplex autem sit nostra in potu beneuolentiæ ergò inuitatio, ex lege. Nempe si diliges Dominum Deum tuum, deinde proximum tuum: prior quidem, quæ est in Deum beneuola inuitatio, fiat per gratiarum actionem & psalmodiam: secunda autem, quæ est in proximum, per honestam vitæ consuetudinem. Verbum enim Domini habitat in vobis abundanter, dicit Apostolus. Hoc autem verbum se accommodat & reddit conforme temporibus, personis, locis, atque adeo nunc quoque in conuiuio versatur. Rursus enim subiungit Apostolus: In omni sapientia docentes, & admonentes vos ipsos psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia canentes in corde vestro Deo. Et rursus: Quidquid feceritis vel in sermone vel in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo & Patri eius. Hæc est gratiosa & iucunda nostra comessatio. Et si ad liram & citharam canere & psallere noueris, nulla in te cadet reprehensio. Hebraum iustum regem imitaberis, qui Deo est gratus & acceptus: Exultate iusti in Domino, rectos decet laudatio (dicit propheta) Confitemini Domino in cithara, in psalterio decachordo ei psallite. Cantate ei canticum nouum. Annon autem decachordum psalterium Verbum Iesum significat, qui manifestatur elemento decadis? Quemadmodum autem antequam sumamus alimentum, laudare nos conuenit factorem vniuersorum: ita etiam in potu ei nos decet psallere, cum eius creaturarum efficiamur participes. Est enim psalmus numerosa & decora laudatio. Canticum spirituale psalmum dixit Apostolus. Postremò autem antequam nos somnus inuadat, pium & sanctum est Deo gratias agere, ut qui eius benignitatem & gratiam fuerimus consecuti, ita ut cum diuino quodam afflatu nos ad somnum conferamus: & confiteri ei, inquit, in canticis labiorum, quòd eius iussu fiat quòd visum est, & ad eius salutare nihil sit mancum nec diminutum. Ceterùm apud Græcos quoque veteres, in conuiujs ad compotandum comparatis, & irrorantibus poculis, ad Hebraicorum psalmorum similitudinem, canebatur canticum quòd appellabatur *σχαλιόν*, id est, oblicum, communiter omnibus pæana simul voce clamantibus: & nonnunquam etiam per cantici vices propinationem circumagentibus. Qui autem ex eis erant musicæ peritiores, etiam ad lyram canebant. Verùm amatoria quidem procul absint cantica. Sint autem cantica, Dei laudes: Laudent, inquit, nomen eius in choro, in tympano, & psalterio psallant ei. Et quis chorus qui psallit? Ipse tibi narrabit spiritus: Laudatio eius in ecclesia sanctorum. Exultent propter regem suum. Et rursus subiungit: Quoniam beneplacitum est Domino in populo suo. Sunt enim admittendæ modestæ & pudicæ harmoniæ, à forti & nervosa nostra cogitatione verè molles & eneruatas harmonias amandando quamlongissimè, quæ improbo flexuum vocis artificio vtentes, ad delicatam & ignauam vitæ agendæ rationem deducunt. Graues autem, & quæ ad temperantiam pertinent modulationes, ebrietati, proteruitæ

Coloss. 3.

Ibidem.

Psal. 32.

Litera I, decem apud Græcos significat.

Coloss. 3.

Psal. 62. & 118.

Ibid. 149.

proteruitæ ualedicunt. Chromaticæ igitur, harmoniæ, impudenti in vino proteruitæ, floribusque redimitæ & meretriciæ musica, sunt relinquendæ.

COMMENTARIVS IN CAP. IIII.

A RATIONALI autem seu Verbi conuiuio. Docet Clemens in hoc capite, quomodo oporteat Christianos animos relaxare ac recreare in conuiuio, quod vocat rationale seu Verbi, id est, quod sit congruenter rationi & Verbo, nempe Pædago qui suos pueros erudit & instituit. Oportet autem in mensa eos seruare mores, qui præceptore nostro non sint indigni, nec à ratione alieni. A nostro ergo, id est, à Christiano conuiuio vult abesse Comum. Comus autem erat apud veteres Græcos, & Deus quidam vt sibi fingebant, qui præerat nocturnis comessationibus, saltationibus, lasciujs, & petulantijs quibus utebantur iuuenes amori & libidini seruientes, & illa ipsa impudica, temulenta, procaxque & petulans eorum actio quæ nunquam eo prorumpbat, vt si non admitterentur, etiam fores effringerent. Hanc autem turpem & petulantem exercere actionem, appellabant *καμάζειν*, vt est apud Theocritum *καμάζειν πρὸς τῶν ἀνδρῶν ἰδέειν*, id est, vado ad Amarylidem Comum acturus. Cuiusmodi autem esset hic Comus, videre licet apud Platonem in Conuiuio, in quo inducitur Alcibiades *καμάζων*, id est Comum exercens. Is enim erat cum alijs *σικωμαστῆς*, ita enim vocabantur qui hac impudenti & insolenti utebantur petulantia. Sunt autem hæc à nobis versa Platonis verba. Atque dixisse quidem, Agathonem, Pueri, num aspicitis? & si sit quidem aliquis ex familiaribus, vocate: sin minus, dicite nos non bibere, sed iam requiescere: & non multo post audiuisse vocem Alcibiadis in aula valde ebrij, & magna voce clamantis, & rogantis vbi esset Agathon, & iocentis ducere ad Agathonem, ipsumque ad ipsos secum duxisse, & tibicinem subsequenter, & aliquos sequentes, & stetit se ipsum ad fores quadam densa hædere redimitum corona, & violis, & habentem multa in capite redimicula &c. in quibus ostendit Alcibiadem & Comum agentem, secum duxisse tibicinem, cumque esset coronatus, ipsius Agathonis, cuius amore erat captus, capiti coronam imposuisse. Hæc ergo tora Comi impudens petulantia, non alia erat de causa quam propter insanum amorem & libidinem. Vult ergo abesse Comum à conuiuio Christiano. Nec solum Comum, sed etiam inanes vigilias. Græcè est *παννυχία*, id est, pernoctationes. Eas autem dicit inanes, quando fiunt gratia comporationis, ex qua ad compotantes nihil reddit commodi, sed plurimum incommodi. Nam sunt quedam vigilie & pernoctationes viles, vt quando ad laudes Deo canendas vigilatur. Ex ebriorum autem pernoctationibus nihil aliud oritur, quam petulantia conuitia & maledicta, quæ tantum abest vt ebriofugiant & auerfentur, vt etiam de ijs glorientur, & sibi placeant. Vigilis autem & pernoctationibus tribuit quod est hominum. Como autem subiungit vigilias & pernoctationem. Est enim pernoctatio veluti quedam comi accessio. Nam nisi pernoctetur nõ est perfectus Comus, qui ideo agebatur vt cum eis pernoctarent, quorum amore capti erant. Porro autem qualis esset hic Comus describit ex adiunctis. Nam quoniam non sine tibicine agebatur Comus, utebantur autem quidam tibijs vt ad bellum incitarent, vt pote Lacedæmonij, ne quis existimaret Comicum tibiã ad id esse comparatam, Comum dicit esse tibiam, non quæ ad bellum incitat, sed quæ inebriat, vel potius quæ incitat ad ebrietatem: *μεθύστικος* enim, vt est in Græco, significat aptum ad inebriandum. Comum etiam dicit esse catenam curæ ratis amatoriæ, significans Comum esse rati similem, quæ non vt nauis clauo regitur, sed temerè fertur. Est autem Comus ratis amatoria, vt quæ non alios vehat quam amatores. Ii autem non ratione tanquam clauo vtuntur, sed ab explèda libidine violento aliquo tanquam catena ferrea arcentur impedimento. Catenam autem dicit curæ ratis amatoriæ, quod in amore multæ sint curæ, sed leues, & quæ impediunt ne amatores ijs quæ veræ sunt bonæ & honestæ fruãtur. Et ideo à Choro Christianorum qui est pudicus, castus & sanctus, procul dicit habitare impudicum amorem, & ebrietatem, & eas animæ affectiones quæ carent ratione. Amori enim ebrietati & rationis expertibus animi perturbationibus non potest conuenire cum Verbo, quod est & ratio & sapientia, & quod, cum noster sit Pædago, vult nos, quoad eius fieri potest, sui esse participes. Adiungit etiam Como Parodiam quam dicit *σικωμῶν παροιδίαν*, id est in como sociam petulantia quæ oritur ex ebrietate ac vinolentia in conuiujs & maledictis. Est autem græcè elegans allusio in *παρωδία* & *παροϊα*, quam latina lingua non potest assequi. Sunt autem in Comis & comessationibus frequentia cantica & conuitia. Est autem *παρωδία* quoddam genus carminis nostris centonibus non ab simile, cuiusmodi est illud:

Δείπνα μοι ἐννεπέ μῦθον πολυέσφα καὶ μέλα πολλὰ.

quæ quidem fiunt ad aliorum carminum imitationem. Est autem hic versus factus ad imitationem primi versus Odyss. sed ad cibos detortus. Qui hæc scribebant carmina, dicebantur *παρωδοί*. De his vide Athenarum lib. 15. cap. 23. Comi etiam sunt comites vigilie quæ in potu excitant ebrietatem: ebrietas autem ad quæuis turpia facienda dat audaciam. Quod si in Como non sola sit parodia, sed etiam musicæ omne genus, instrumenta & plausus Aegyptiorum, quos imitati sunt Israelitæ conflato aureo vitulo, quem adorabant choros ducentes, tunc est in huiusmodi hominibus omnis plane immodestia & insolentia, & ab eis est procul remota omnis disciplina, vt quos cymbala & tympana circumsonent, & circumstrepant organa seu instrumenta fraudis, nempe quæ doloso & fraudulento sono ad vitia incitant & impellunt: & quod esse debebat sanctum & modestum, & Verbo nostro Pædago dignum conuiuium, fit theatrum, id est spectaculum ebrietatis. Hæc omnia fiunt in tenebris, in quibus vix vlla habetur ratio honestatis: & ideo Paulus adhortans vt ea fugiamus, vult nos honestè tanquam in die ambulare depositis operibus tenebrarum. Quænam autem ea sint, ipse exponit dicens, Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs versantes. Quæ sunt ergo honesta, sunt opera lucis: quæ autem turpia & inhonestæ, tenebrarum. Comessationes autem quas hic dicit Paulus græcè est *καμῆς*, nihil differens ab eo quem iam diximus Como. Sed quid hic significat Comos? Et noster interpretæ Diuus Ambrosius *καμῆς*, vertit Comessationes. Eas autem

Cels. lib. 11. antiq. lect. cap. 13.

Rom. 13.

comestationes sic exponit. Comestationes sunt luxuriosa conuiuia, quae aut collatione omnium celebrantur, aut vicibus solent a contubernaliis exhiberi, ut neminem illic pudeat aliquid inhoneste dicere aut facere, quia vnusquisque presumit quod suum sit conuiuium. Haec dicens Ambrosius, videtur Comestationis etymon deducere a Comellalibus quae sunt symbola, quae tamen etymologia locum non habet in Graeco vocabulo κάματος. Ceteri omnes, nempe Origenes, Chrysostomus, & Theodorētus κάματος, seu Comellationes, non aliud esse dicunt quam luxuriosa conuiuia. Sed non omnia luxuriosa conuiuia sunt comestationes, sed dicuntur proprie Comellationes, cibi potusque post cenam haulti ex luxa, ut ostendit Caelius Rhodiginus, ex Liuij libro xli. Accipiuntur, tamen improprie pro quouis conuiuio luxurioso. Est ergo κάματος, & falsus Deus, nempe Diabolus, qui praest omni impudicitiae & lasciuiae, & est illa impudens & impudica actio quam iam diximus. Est etiam Comestatio, siue sumatur pro cibo: & potu post cenam sumptu, siue pro quouis luxurioso conuiuio. *Fistula itaque tribuatur pastoribus.* Cur a Christiano & Verbo digno conuiuio abint oportet instrumenta musica, & maxime fistula & tibia, hanc affert causam, quod ea magis conueniant bestiis & hominibus qui minus habent ratione, quam Verbi & rationis Discipulis quales sunt Christiani. Quod autem bestiis conueniant, probat ex eo quod fistulis demulceantur Cerui, quo fit ut ij cantu deliniti a venatoribus in laqueos deducantur. Tibia autem cantu incitentur equi ad equas ineundas. De ijs vide Plutarchum in quaestionibus Conuiuialibus, qui tamen tantum dicit fistulis demulceri ceruos, non autem a venatoribus deduci in laqueos. Sed nec Caelius Rhodiginus qui hoc affert ex Plutarcho, quod in laqueos incidant, Cerui meminit. Modus autem ille, nempe *ἰππῶρος νόσος*, quo incitati equi equas saluunt, vocatur *ἰππῶρος*, ab equorum impetu in Venerem. I fistulas ergo vult relinqui Pastoribus, ut qui sint agrestes & minus rationis participes. Tibias autem Idololatrias, nam in execrandis Deorum factis frequens erat vsus tibiarum, & nihil fiebat absque Tibicinibus. Deorum autem & idolorum cultoribus nihil est commune cum verbo. Causa autem praecipua cur a Christiano conuiuio velit abesse instrumenta musica, est quod fracti & molles cantus animos effeminat, titillentque & ad libidinem incitent. De musica autem carica, & cur sic dicatur vide Erasmus in Chiliadibus in prouerbio, Carica musica. Quod autem fracta & mollis musica, tanquam quoddam veneficium, hominum mores corrumpat, videre licet apud Platonem in multis locis, & maxime in sexto de Legibus, vbi dicit mores imitari musicam. *Diuinum autem ministerium.* Omnibus aliis musicis instrumentis cessantibus, vnum solum vult esse Verbum quo Deus laudatur a Christianis, quod quidem est instrumentum pacificum. Cetera enim instrumenta, vel ad bellum, vel ad iram, vel ad cupiditates, & ad amores incitant. Verbum ad Deum laudandum & colendum est maxime aptum & accommodatum. Verbum autem intelligit illud quod ore proferitur: neque enim ad Dei laudem Verbum internum, mens, inquam, & ratio sufficit. Nam qui animam fecit & corpus, optimo iure ab utraque est laudandus. Sed quoniam huic rei videbatur obfata, quod Regius Psaltes multa adducit instrumenta, quibus iubet Deum laudari, ea omnia vult Clemens accipi allegoricè, & aliis quidem os significare, aliis linguam, aliis corpus, quod neruis tanquam chordis numerosè & concinne intenditur. Quauis autem dicat Clemens, Verbum vnum ad Deum laudandum esse maxime accommodatum, non est tamen existimandum musicorum instrumentorum sonum omnino excludi ab ecclesiis, sed is esse vendum instrumentis quae ad verbum maxime accedunt, & non alio spectent quam ad Dei laudem. Nam quod de eo cantu intelligat quo vtuntur ecclesiae, innuere videtur quod dicit: Diuinum ministerium separans psallit spiritus. Graece enim est *ψάλλον λειτουργία*, per quam Graeci intelligunt celebrationem sacrosancti Eucharistiae sacrificij, quod a Sacerdote offertur pro omnibus. Diuinum hoc ministerium, seu hoc publicum munus sacrificij, spiritus qui ex ore procedens plectro linguae distinguitur & articulatur, & a prophanis separat ministerijs, ab ijs, inquam, ministerijs quae non administrantur ad Dei laudem. Est ergo diuinum ita celebrandum ministerium, ut laus Dei id separet a prophanis. Sed, proh dolor, corruptis his temporibus adeo regnant in nostris ecclesiis fracti & molles cantus, ut saepe ad quiduis potius incitent quam ad Dei laudem, & sint voces quae sonant, minus graues & honestae quam prophanae. Quod autem iubet Dauid laudare Dominum in voce tubae, id nos admonet resurrectionis futurae in nouissima tuba, quando Dominus in iusu & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de caelo. &c. Quenam autem sint ceterorum quae citat Dauid musicorum instrumentorum allegorie ipse Clemens satis explicat, nec opus est ut in eis diutius immoremur. De ipsis quoque musicis instrumentis quanam sint & apud quas gentes, & ad quid sint vsui, cum apud Athenarum, Plutarchum, Caelium Rhodiginum, Alexandrum ab Alexandro de ijs copiose tractetur, nos lectorem ad eos transmittere, nec quae ab eis dicuntur frustra transcribere, satius esse duximus, maxime cum ad Auctoris nostri sensum intelligendum non multum conferant. *Duplex autem sit nostra in potu.* Solebant olim apud veteres Graecos se inuicem inuitare poculis: ea inuitatio vocabatur *φιλοσομία*, vel *φιλοφροσύνη*, id est, beneuolentia. Sed nec ea inuitatio deest Christiano conuiuio. Ea est autem duplex, nempe & per gratiarum actionem. In proximum autem, per honestam consuetudinem, nempe per graues & honestos sermones. Hoc optime praestabimus si Verbum Domini abundanter habitet in nobis. Fieri enim non potest, ut si Verbum Dei in nobis habitet, non & Deum laudemus qui omnia quaecumque voluit fecit, & pulcherrimam hanc mundi fabricam est architectatus, & non pro summis in nos beneficijs ei gratias agamus, & non proximum pro viribus iuuenis docendo, & ad Deum laudandum nos inuicem adhortando. Laudatur autem Deus psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus. Ad ea autem facienda nos adiuuat ipsum Verbum, quod ad omnia se accommodans, versatur etiam in conuiuio, & ad omnia in nomine Domini facienda nos incitat. Hanc autem nostram dicit esse comestationem, eam conferens cum veteri Graecorum Como, quem superius vituperauit & reiecit. Quoniam autem superius dixerat a conuiuio Christiano abesse debere instrumenta musica, ne quis id male intelligat, seipsum interpretatur, dicens nos vti posse & cythara & psalterio, & decachordo, sed sicut Dauid qui Deum laudabat, & in nomine Domini faciebat omnia. Canebat enim & psallebat in psalterio & decachordo. Psalterium autem decachordum, Verbum Iesum,

Val. lib. 5. c. 5. Liuius 9. Qui. Fast. 6. Plut. in pro. ble.

Plat. de leg. 6.

1. Cor. 15. 1. Tim. 4.

Iesum, Dominum, inquam, nostrum significat. Nomen enim Iesus per Graecam literam Iod, quae decem significat, ostenditur, qua etiam significantur, ut alij exponunt, decem legis praecipua. In decachordo ergo Psalterio psallere, est Deum laudare, in nomine Domini omnia facere, charitatisque & Dei praecipua seruare. Deus autem est laudandus, & priusquam sumatur cibus, & priusquam bibatur. Nam & comedentes & bibentes creaturarum Dei sumus participes, propter quas ei sunt agenda gratiae, nec est sequendus impius ac perniciosus error Encratarum & Marcionistarum. Sed ne ex eo quod permittitur instrumentis musicis in conuiuio psallere, dum id fiat ad laudem Dei, existimet quispiam, non referre quomodo psallatur, ut intelligamus lasciuos, molles & fractos cantus esse vitandos, definit quid sit psalmus. Psalmus, inquit, est numerosa, & modesta laudatio. Ad hoc ergo ut sit Psalmus, non satis est esse numerosam Dei laudationem, sed etiam ut modesta sit oportet, & ab ea abfit omnis lasciuia, & ideo Diuus Paulus ea vocat cantica spiritualia. *Ceterum apud Graecos quoque in conuiujs.* Ne quid omittatur eorum quae ad recreandos in conuiuio animos pertinent, dicit etiam veteres Graecos ad imitationem Hebraeorum, qui psalmos caneant, cecinisse in conuiuio carmina seu cantica quae dicebantur *Χαλιδ*, omnibus praena, id est hymnum in laudem Apollinis simul canentibus, & nonnunquam etiam pocula ad propinationem vicissim canendo circumferentibus. Cuiusmodi autem essent haec scolia, pulchre explicat interpres Aristophanis in comedia cui est titulus Vespa, sic scribens; Mos erat antiquus ut conuiuantes ordine canerent. Et paulo post; Dicæarchus autem in libro de Musicis certaminibus, dicit tria esse cantus genera. Vnum quidem quod sigillatim deinceps caneatur ab omnibus. Alterum, quod a peritissimis & scientissimis ordine non seruato caneatur, quod propter ordinem non seruatur, vocabatur *Χαλιδ*, id est obliquum vel flexuosum. Aristoxenus verò & Phillis Musicus haec scripsere de scolio. Circa vnam mensam multos ponentes lectos, ramos myrteos tenentes, vicissim deinceps caneant sententias & cantica amatoria. Erat autem obliquus circuitus, propter situm lectorum. Et ideo dicebatur *Χαλιδ*. Haec interpres Aristophanis, & cetera quae sequuntur. Non solum autem scolia illa dicebantur alterna voce cantabant, sed nonnunquam etiam caneant ad lyram, quam cum reculasset Themistocles habitus est indoctior. Non prohibet autem Clemens Christianis ne voce cantant, & ne musicis vtantur instrumentis, modo ne amatoria canantur cantica, sed fiant omnia ad Dei laudem & honorem, & ea vitetur musica quae est mollis, fracta & eneruata, & quae psallentium, & Deum laudantium dedecet chorum, sanctorum, inquam, qui Diabolo & mundo renunciantes, se Deo consecraverunt, admittatur autem grauis, modesta & honesta. Cum sint autem tria musicae genera, ut videre licet apud Boetium, Diatonicum, Harmonicum, & Chromaticum, sit autem Chromaticum maxime molle eneruatum & delicatum, id est a Christianorum choro procul amandandum. Sed quid iuuat amandare quidem Chromaticum, retinere autem Diatonicum, quo solo hodie vtimur, si quae in Diatonico genere sunt cantica, non Diatonici, sed ipsorum Musicorum culpa, sint adeo mollia & delicata, ut nihil minus redoleant quam dignitatem & honestatem ecclesiasticam, ut quae magis incitent ad impudicitiam, quam ad pietatem & virtutem? Sed quid agas cum tales sint hodie mores, talia tempora, ut ea sint potius toleranda quam tollenda, ne grauiora accidant.

De risu. Cap. v.

R IDICVLARVM autem vel potius irridendarum affectionum imitatores, exigendi sunt a nostra republica. Cum enim verba omnia emanent a cogitatione & ex moribus, fieri non potest ut verba aliqua emittantur ridicula, quae non procedant a moribus ridiculis. Illud enim: Non est arbor bona quae facit fructus malos, neque arbor mala quae facit fructus bonos, hic quoque est adaptandum. Sermo enim est fructus cogitationis. Si ergo qui risum mouent sunt exterminandi a nostra republica, longe abest ut nobis permittat risum mouere. Absurdum enim esset, quorum auidiores esse prohibitum est, inueniri eorum imitatores. Multo autem est absurdius studere ut ipse sis ridiculus, id est, probris incessendus & irridendus. Si enim ridiculam figuram suscipere, quomodo in pompis videntur nonnulli, in animum minime induxerimus: quomodo internum hominem magis ridiculam sustinere figuram iure passi fuerimus? Si personam nostram non nostra quidem sponte in magis ridiculosam unquam conuerterimus, quomodo studuerimus in verbis esse & videri ridiculi, id quod est omnium quae sunt in homine longe preciosissimum, nempe sermonem ac rationem ludibrio habentes? Ridiculum est ergo haec exercere, quandoquidem nec huiusmodi ridiculorum hominum oratio digna est quae audiatur: per haec nomina ad turpia facta consuefaciens. Urbanè ergo & lepidè loquendum est, non risus mouendus: Quinetiam ipse risus est comprimendus. Nam ipse quoque, si quo modo oportet proferatur, pra se fert decorem & honestatem: sin aliter prodeat, indicat intemperantiam. Nam, ut semel dicam, quaecumque naturalia sunt hominibus, ea ab illis minime sunt tollenda, sed eis potius modus & conueniens tempus est ad-

Matth. 7.

hibendum. Non enim si homo est animal ut ridendi præditum, ideo perpetuò ridendum est, quandoquidem nec equus, cuius est proprius hinnitus, semper hinnit. Tanquam autem animalia ratione prædita, oportet nos temperatè componere, studij nostri acrimoniam & nimium intensam vehementiam moderatè remittentes, non autem inconcinne dissolventes. Quæ enim vultus tanquam alicuius instrumenti sit per harmoniam decora remissio, appellata est *μειδίαμα*, hoc est, subrisio. Ita est appellata diffusio, & exhilaratio, & risus eorum in quorum vultu residet modestia. Immoderata autem & inconcinna vultus dissolutio, si sit quidem in mulieribus, appellatur *κίχλισμος*, hoc est, risus immodestus & lasciuus, is est autem risus meretricius: sin autem in viris, *κακισμος*, hoc est, cachinnatio. Est autem hic procorum risus insolens & proteruus. Stultus autem in risu extollit vocem suam, inquit Scriptura: Vir autem astutus vix sensim subridebit. Astutum autem nunc dicit prudentem, qui contrario modo quam stultus est affectus. Sed neque rursus oportet esse tristem, sed grauem & cogitantem: illum enim magis admitto subridentem, qui seuera facie videtur subridere, quam qui non seuera: minus enim fuerit risus ille irridendus. Oportet autem subrisum quoque erudiri & castigari, & si de rebus quidem fuerit turpibus, erubescere potius videri quam subridere, ne videamur per consensum collatari: sin autem de rebus modestis, conuenit potius tristiores videri, quam letari. Illud enim est considerationis humanæ indicium, hoc autem exhibet crudelitatis existimationem. Neque verò est semper ridendum: est enim immoderatum: neque si adsint seniores, vel aliqui quos æquum est reuereri: nisi fortè ipsi quoque ut nos exhilarent, urbanè aliquid & lepide dixerint. Sed neque apud quoslibet ridendum est, neque in omni loco, sed neque omnibus, neque propter omnia. Maximè enim adolescentulis & mulieribus risus est procliuius ad calumniam. Terribile autem aliquid & rigidum præ se ferre eminuit, eos qui circumstant expellit. Potest enim vel solo aspectu grauitas, petulantia irruptiones frangere ac reprimere.

Omnes autem, ut vno verbo dicam, stultos vinum Et ridere iubet molle, & saltare lubenter,

mores effæminatos conuertens ad mollitiem. Est autem considerandum, quomodo hinc profecta dicendi licentia, turpitudinem vsque adeo auget & amplificat, ut etiam deducat ad turpiloquium.

Edidit, & quod erat melius non dicere, verbum.

Improbiorum itaque hominum mores in vino maximè perspicui contingit, ut qui sint nudati omni simulatione propter illiberalem vini petulantia in dicendo libertatem, per quam sopitur quidem ratio, quæ est in ipsa anima ebrietate oppressa & grauata: agrestes autem & omni urbanitate carentes excitantur affectiones quæ in animi imbecillitatem dominatum occupant.

COMMENTARIUS IN CAP. V.

^a RIDICULARVM autem vel potius irridendarum. Postquam docuit quomodo in conuiuio se recreare, & animos relaxare oporteat: animi autem recreatio & relaxatio vix esse potest absque risu, de risu hic tractandum duxit. Primum ergo statuit *γελωτοποιός*, id est, eos qui risum mouent, qui scurræ vocantur & Moriones, à nostra republica, id est, à Christi ecclesia, esse expellendos. Quod autem vertimus sermonem & rationem, id est Græcè λόγος, λόγος autem vtrumque significat, nempe internam rationem & orationem quæ eam explicat, quam λόγος, dicunt *αεροφοερόν*. Ideo quod Græcè est vnum verbum, nempe λόγος nos id duobus vocabulis ratione scilicet & sermone exponendum duximus. ^b Quinetiam ipse risus est comprimendus. Docuit non esse in nostram Rempublicam seu Ecclesiam admittendos scurras & Moriones qui risum mouent: neque eos à nobis imitandos ut risum moueamus: nunc autem docet quomodo nos in risu gerere oporteat. Atque primum quidem dicit risum non à nobis omnino esse tollendum. Nam quæ nobis à natura sunt insita, non sunt omnino tollenda, sed componenda, temperanda, ac moderanda. Est autem risus à natura ad eò homini ingeneratus, ut meritò dicatur eius proprius, ut qui cuius homini, & soli & semper conueniat. Nullus enim est homo qui non sit *γελωτικός*, id est aptus ad ridendum, etsi non semper rideat, ut

omnis

omnis equus est *γελωτικός*, id est aptus ad hinnendum, licet non semper hinniat. Fuerunt quidem certè nonnulli *αγέλαστοι*, id est qui nunquam, quod est rarissimum, vel rarò riserunt, nullus tamen vnquam fuit non *γελωτικός*, id est aptus ad ridendum. Quo autem est & defecator hominis sanguis, eo est magis *φιλόγελος*, id est risus amantior, quales inducit Homerus procos Penelopes, & quales dicuntur fuisse Tirinthij, qui quod essent ad risum procliuios irridebant à vicinis. Eo autem est purior sanguis, quo suo officio melius fungitur lien qui expurgat sanguinem, recipiens redundantem atram bilem. Non est ergo tollendus risus, sed comprimendus, componendus & moderandus. Nam si talis sit risus qualem esse oportet, gratiam affert & decorem. Sin minus, is arguit hominis intemperantiam & immodestiam. Ut autem melius ostendat quomodo sit ridendum, docet triplicem esse risum, nempe *μειδίαμα*, id est subrisionem & *κίχλισμόν*, & *κακισμόν*, id est cachinnationem. Et *μειδίαμα* quidem ita definit, ut eam subrisionem, quæ est Græcè *μειδίαμα*, ostendat conuenire viro graui, honesto & modesto. Eam enim dicit esse vultus, tanquam alicuius instrumenti, quæ sit per harmoniam decoram remissionem, eamque esse risum eorum, in quorum vultu residet modestia. Apte autem eam comparat relaxationi alicuius instrumenti, quod neque est nimis intesum, nec nimis laxum. In subrisione enim ita componitur vultus, ut neque nimium contrahatur, neque nimium diffundatur & relaxetur. In ea autem mediocritate consistit modestia. Quod pulchrè videns quantumuis cæcus Homerus Iouem exhilaratum scommate, quo à Pallade & Iunone affecta fuerat Venus, non dicit risisse, sed subrisisse, nempe *μειδῶσιν ἐ παθη δὴ δρῶντι θεῶν π.* Quod exponens Eustathius, Iuppiter, inquit de scommate non ridet. Nam risus de eiusmodi rebus est à grauibis & honestis personis alienus, sed subridet, quod est multo grauius & honestius quàm ridere, cum sit subrisio risus lenis & placidus cogitatione contemptatus. Est ergo hoc *μειδίαμα*, seu subrisio, risus honestus, moderatus, & temperatus. Sunt alia quoque duo risus genera, quæ sunt immoderata & harmonia dissimilis vultus dissolutio. Alterum quod est in mulieribus vocatur *κίχλισμος*. Alterum quod in viris, *κακισμος*. Est autem *κίχλισμος*, risus immodestus & lasciuus, & plane meretricius. Dicitur autem *κίχλισμος*, ἀπὸ τῆς κίχλας, id est à turdis quorum vocem ridentes referunt mulieres, ut scribit Eustathius, *κακισμος* verò, qui est latinè cachinnatio, est immodestus & inconcinuus virorum risus. Videtur autem & Græcè & latinè esse dictus ab ipso sono quem edunt ridetes, vocem suam nimis extollentes, qualem risum tribuit Homerus procis Penelopes, nempe insolentem & proteruum, cuiusmodi esse risum stultorum dicit Ecclesiasticus, cum sapiens sensim & submisso rideat, id est subrideat. Cæteras risus circumstantias satis explicat Clemens, nec opus est in eis diutius immorari. Adnotandum est autem quod dicit duobus citatis versibus qui cuiusnam sicut me fateor nescire, vinum & ad molliter & effeminate ridendum, & ad saltandum, & ad turpiter & obscenè loquendū incitare. Neque esse aliquid quod latentes hominum mores magis arguat & prodatur quam vinum. Quod rectè intelliges Plato vult eum quidem Rectorem qui præest conuiuio, esse sobrium, ex conuiuio autem ebriis ea quæ opus est scire exquirere. Est enim, ut est in prouerbio, in vino veritas. De quo vide Erasmus in Chiliadibus.

Eustath. in Odyss.

Homer. 22 Iliad.

Eustath. in Odyss.

Eccl. 21.

Plato de legi. 1.

De turpiloquio. Cap. VI.

TURPILOQUIO autem seu obsceno sermone & nos omnino abstinere oportet, & eis qui illo vtuntur os obstruere, & aspectu seueriore, & vultus auersione, & subsannatione, & saepe etiam asperiori oratione. Quæ enim, inquit, ex homine exeunt, coinquinant hominem. Communem, & ethnicum, & indoctum, intemperantemque & petulantem cum ostendunt: non autem proprium, modestum, & honestum, & temperantem. Cum autem turpia equè in audiendo versentur atque in spectando, diuinus pædagogus eadem ratione pueris luctantibus, ne aures eorum offendantur, pudicos & modestos sermones, veluti quædam aurium munimenta adhibet, ne possit ad frangendam animam peruenire pulsatio fornicationis: oculos autem dirigit ad rerum pulchrarum & honestarum spectaculum, melius esse dicens labi pedibus quam oculis. Hunc turpem & obscenum sermonem propulsans Apostolus: Omnis, inquit, malus sermo ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus. Et rursus: Sicut decet sanctos, non nominetur in vobis turpitudine, & stultiloquium, vel scurrilis urbanitas, quæ ad rem non pertinent: sed potius gratiarum actio. Si autem qui stultum dicit fratrem, est obnoxius iudicio, quid de eo qui stulta loquitur pronunciabimus? An non etiam de eo scriptum est: Qui locutus fuerit verbum ociosum, reddet rationem Domino in die iudicij? Et rursus: Ex sermone tuo iustificaberis, inquit, & ex sermone tuo condemnaberis. Quenam ergo sunt salutare aurium defensionem, & quanam sunt lubricorum oculorum disciplina? Quæ cum iustis sunt conuersationes, quæ aures præoccupant, & prius obstruunt eis, qui volunt abducere à veritate. Bonos mores perdunt prauæ consuetudines, inquit Poëtica. Præclarius autem Apostolus: Estote, inquit, odio habentes malum, adherentes bono. Qui enim cum sanctis versa-

Matth. 15. Coinquinat græcè κολοῖ, id est, communè reddunt.

Ephes. 4. Ibid. 5.

Matth. 5. Ibid. 12.

Ibidem.

Rom. 12.

tur sanctificabitur. Omnino ergo abstinendum est à turpibus auditionibus, & verbis, & spectaculis: sed multò magis à factis turpibus mundos esse oportet: tam in ostendendis & nudandis aliquibus partibus corporis quas non decet: quam in contemlandis secretioribus partibus. Neque enim turpem iusti denudationem in animum induxit aspiciere molestus filius: sed textit modestia, quod nudarat ebrietas, spectandum lapsus inscientia. Mundos autem nò minus esse oportet & à vocum prolationibus, quibus nullum oportet esse aditum ad aures eorum qui in Christum crediderunt. Hac ratione mihi videtur Pædagogus nihil quod sit indecorum & inhonestum nobis loqui permittere, longè antea nos præmunens aduersus incontinentiam. Præclare enim & mira arte solet vitiorum radices excindere: quæ admodum, Non mæchaberis, per illud: non concupisces. Adulterium enim fructus est concupiscentiæ, quæ quidem est mala radix. Similiter ergo hic Pædagogus securam nominum licentiam, tanquam usum reprehendit, securam intemperantiæ congressionem amputans: se enim in nominibus insolenter gerere, facit ut meditemur inhonestè facere. In voce autem esse modestum, est seipsum exercere ad fortiter sustinendam libidinis impressionem. Profundiori autem ratione tractauimus, quod neque in nominibus, sed neque in partibus ad coitum pertinentibus, & nuptiali congressione, in quibus imposita sunt nomina quæ usu minimè sunt trita, eius quod verè est turpe ponitur appellatio. Nam neque genu & tibia, neque huiusmodi membra, & quæ eis imposita sunt nomina, sunt turpia, nec quæ per ea fit actio: membra autem & hominis verenda, verecundia non autem pudore & probro digna sunt habita. Turpis autem res est, quæ sit præter leges eorum operatio, ideòque probro digna est & supplicio. Turpe enim solum reuera est vitium, & quæ per ipsum aguntur. His ergo consequenter iure vocatur turpiloquium, quæ de vitiosis factis habetur oratio, cuiusmodi est, si de adulterio vel de puerorum amore differatur, & quæ sunt huiusmodi. Quanquam ineptæ quoque nugæ sunt silentio prætermittendæ. Ex multiloquio enim, inquit, non effugies peccatum. Luet ergo pœnas linguæ vitium. Est enim tacens qui inuenietur sapiens, & est qui odio habetur propter multam loquacitatem. Quinetiam ipse nugator affert sibi ipsi fastidium ac satietatem. Qui enim multiplicat sermonem, odit animam suam.

COMMENTARIUS IN CAP. VI.

^A TURPILOQUIO autem seu obsceno sermone. A vino & risu immodico sepe deuenitur ad sermones turpes & obscenos, quos D. Paulus vocat turpiloquium. Ab eis dicit esse abstinendum, & os esse obstruendum eis qui illis vtuntur. Rationem autem affert quod quæ ex ore exeunt hominem coinquinant, id est pollunt, & immundum reddunt. Græcè est κοινωσι, quod significat reddere commune, id est immundum, in sacris literis, quod vocabulum existimo ex eo esse deductum, quod quæ sunt pura & munda, sunt ab iis separata quæ commissa poterant ea polluere, nec quidquam habent cum eis commune. Ea, inquit, reddunt hominem communem & ethnicum & c. Communem autem dicit & ethnicum eum qui non est verè Christianus, vt qui non vtatur ea modestia sermonis quæ decet Christianum. Comuni autem opponit proprium. Habet enim fidelis mores proprios, qui nihil habent commune cum moribus gètium, & ideo eum vocat proprium. Porro autem dicit turpitudinem non solum esse in verbis, sed etiam in factis. Sunt autem nec verba turpia audienda, nec facta spectanda. Ea de causa pueris aures obstruit Pædagogus, vt eos non audiant qui à veritate eos volunt abducere. Obstruit autem non cera, quòmodo Vlysses lociorum aures, ne perirent delintri carminibus Syrenum, sed virorum bonorum adhibita còsuetudine qui & bonos sermones doceant, & quæ sunt bona & honesta eis spectanda proponant, & deterreant ab iis videndis quæ non decet videre. Noliter quoque Pædagogus non satis habet prohibere vitia, quod faciebat lex vetus, sed ipsas etiam excindit vitiorum radices. Impudicos enim auferens sermones, auferit adulterium quod est fructus concupiscentiæ. De verbis autem & factis turpibus loquenti visum est admonere, quòd etsi membra & nomina quæ ad coitum pertinent, quandam habeant verecundiam, ea tamen demum sunt turpia, quæ sunt vitiosa, & quæ ex eis præter leges fit operatio, & turpis quæ de eis habetur oratio. Sed nec abstinendum est solum à turpi & obsceno sermone, qui est turpiloquium, sed etiam à multiloquio, in quo non deest peccatum, vt si quis longum protrahat sermonem de inanibus & futilibus nugis.

Quoniam

Quoniam obseruare oporteat eos qui honestè simul viuunt.

Cap. VII.

ABSIT^a autem, absit etiam à nobis irridere, quod dat initium contumeliæ, ex quibus erumpunt lites, pugna, & inimicitia. Diximus autem contumeliæ esse ministram ebrietatis. Non ex solis autem factis, sed etiam ex verbis homo iudicatur. In conuiuio autem, inquit, ne argueris proximum, & ei oportet probri sermonem ne dixeris. Si enim vel maximè cum sanctis conuersari præcipit, sanctum irridere est peccatum. Ex ore enim insipientium, inquit Scriptura, baculus contumeliæ: baculum dicens, fundamentum contumeliæ, cui innititur & super quem requiescit contumelia. Vnde admiror Apostolum, qui hic quoque suadet, neque scurrilia, neque quæ ad rem nihil pertinent, verba effundere. Si enim propter charitatem conuenitur ad conuiuia: conuiuij autem finis est, in eos qui simul sunt beneuolentia: charitatem autem conuiuia sequuntur cibus & potus, quomodo non est congruenter rationi conuiuendum, & nec propter charitatem dubitandum? Si enim conuenimus, vt mutua quæ inter nos est beneuolentiam augeamus, quomodo inimicitias irridendo prouocamus? Satius est tacere quàm contradicere, peccatum peccato adducentes. Beatus reuera vir ille est, qui non est lapsus in ore suo, vel non compunctus est in molestia peccati, vel non est ductus pœnitentia propter ea quæ locutus peccauit: vel ideo quòd locutus neminem molestia affecerit. In summa adolescentes & adolescentulæ ab eiusmodi conuiujs omnino abstineant, ne labantur in iis in quibus non conuenit. Inusitata enim auditiones, & indecora spectacula, dum in eis adhuc fides fluctuat, mentes eorum euentilant: atatis autem instabilitas eos adiuvat, vt ad cupiditates ferantur precipites. Quinetiam nonnunquam aliis causæ sunt offensionum, dum florem ætatis, qui est maximè lubricus & periculosus, ostentant. Rectè enim videtur præcipere scriptura: Cum muliere quæ est viro subiecta, ne omnino sedeas, & ne super cubitum cum ea accubueris: hoc est, ne cum ea frequentius cœnes, neque cum ea comedas. Et ideo subiungit: Neque cum ea in vino symbolum conferas, nequando inclinet cor tuum in ipsam, & sanguini tuo illabatur in interitum. Lubrica enim res est, in vino libertas, quæ potest efflorescere. Viro autem subiectam nominauit, quod maius sit periculum ei qui vitæ societatis vinculum conatur dissoluere. quòd si aliqua euenit necessitas quæ eas iubeat accedere, illa quidem exterius amictu pulchrè tegantur, intus autem pudore. Quæcunque autem non sunt viro subiectæ, iis est extremum probrum interesse conuiuio virorum, idque vinolentorum. Qui in tori autem tabernaculum oculos fixerint, immobiles, innixi cubitis solis adsint auribus. Quòd si etiam sederint, ne pedes sepe permutent, nec alterum fœmur alteri imponant, nec manum mento sustentent. Illiberale enim est & indecorum, seipsum non ferre, idque datur vitio adolescenti. Sæpe autem moueri, habitumque & figuram mutare, signum est leuitatis. Iam verò modesti est & honesti, in cibo & in potu quod minus est eligere, idque tardius & non procliuus, tam in principio quàm etiam in interuallis. Quinetiam priorem desinere, & ab affectione alienum se ostendere: Comede, inquit, vt homo, quæ apponuntur: cessa autem primus disciplina gratia. Et si in medio plurium steteris, ne ante ipsos manum porrigas. Non est ergo vnquam profiliendum ab ingluuie persuasis: sed nec quamuis cupientes non nisi aliquanto post porrigere oportet, tarditate fatentes intemperantiæ. Sed neque interim videri tanquam feras cibo hæere, cumque auidè arripere. Porro autem nec obsonij multum est ingerendum: neque enim vt obsonium deuoret, sed vt frumento vescatur innatum est homini. Ante multos autem surgere, & conuiuio excedere, est valde modesti hominis. Cum

S. ij

est, inquit, tempus surgendi, ne sis postremus, & reuertere in domum tuam. Quinetiam dicebant duodecim, cum euocassent discipulorum multitudinem: Non est bonum nos relicto verbo Dei, ministrare mensis. Quod si hoc diligenter cauerunt, multo magis vitabant ingluuicm. ^a Hi autem ipsi Apostoli scribentes fratribus qui erant Antiochia, & in Syria & Cilicia: Visum est, dixerunt, Spiritui sancto & nobis, nullum vobis maius onus imponere, quam necessitatem abstinendi ab immolatis & suffocatis & fornicatione, à quibus vos ipsos custodientes, recte facietis. Oportet autem in vino petulantiam non secus fugere quam cicutam: ambo enim ad mortem attrahunt. ^c Oportet verò & profusum risum arcere, & immodicas lachrymas: sepe enim temulenti cum maximum cachinnum sustulerint, deinde persuasi nescio qua vini insolentia, descendunt ad lachrymas. A ratione autem est alienum, & esse effœminatum, & esse petulantem. ^d Senes autem adolentes tanquam filios respicientes, rarisimè quidem, sed aliquando tamen cum eis luserint, falsum aliquod dictum in eos torquentes, quod eos decorum doceat. Cum taciturno & verecundo facere & urbanè potest hoc modo agere: *Meus filius* (de eo loquens qui tacet) non cessat loqui. Adolescentis enim verecundiam augebit talis ludificatio, lepidè ostendens quæ in eo insunt bona, per falsam insimulationem malorum quæ ei non insunt. Est enim hæc quadam magistri docentis inuentio, per id quod non adest, id quod adest confirmans. Certè tale quid etiam facere constituit, qui eum qui aquam bibit, & est sobrius & temperans, temulentum dicit esse & petulantem. Quod si sint etiam aliqui qui alios lubenter irrideant, nobis quidem certè tacendum est, & verba superflua tanquam plena pocula sunt à nobis transmittenda. Lubricus enim & periculosus est eiusmodi ludus. ^e Os autem temerarij appropinquat contritioni. Non suscipies autem inanè auditionem: neque cum iniusto consenties ut sis iniquus testis, neque ad calumnias, neque ad maledicta, sed neque ad prauitatem. ^f Atque ego quidem mihi videor modestorum posse voci modum imponere, quibus permittitur, ut qui contra differit loquatur. Silentium enim est virtus mulierum: à periculo autem remotum est munus adolescentum: probata autem iam ætate bona est oratio. Senior loquere in conuiuio, te enim decet: sed citra impedimentum loquere, & in perfecta scientia. ^g Adolescens, tibi quoque permittit Sapientia loquere, si te opus sit, vix cum bis interrogatus fueris. Sermonem autem tuum paucis in summam contrahere. ^h Verque autem qui differit, vocem suam metiatur iusta proportione & commodatione. Elatus enim clamor pronunciationis, est res insanissima: cum proximis autem ita loqui ut nò audiaris, eius est qui est nullo sensu præditus, neque enim audient: & est hoc quidem puffilli & abiecti animi indicium, illud verò arrogantia. Absit etiam vehemens verborum contentio pro inani verborum victoria: nobis enim finis est esse à tumultu & perturbatione alienos: & hoc sibi vult illud: Pax tibi. Priusquam autem audieris, ne verbum respondeas. ⁱ Iam verò vox quoque fracta & enervata est fœminæ: modesti autem est in voce moderatio, à magnitudine simul & prolixitate celeritatèque & multitudine arcentis suam orationem. Neque enim prolixo est unquam sermone utendum, neque multum loquendum, nec nugandum: sed neque volubiliter & præcipitanter colloquendum est. Ipsi enim voci (ut ita dicam) est ius suum tribuendum, importunisque vociferationibus & exclamationibus ora sunt obstruenda. Ea de causa Thersitem plagis castigauit moderatus Vlysses:

Immodicis verbis turbabat nam omnia solus:

Plurima mente sua temerè is confusa tenebat,

Sed certo nihil ordine.

Terribilis enim in interitu suo vir linguosus. Nugatorum certè, non secus atq; veterum calceorum, alia quidem sunt vitio detruta: sola autem lingua restat ad damnum. Ea de causa

sa qua

sa qua vita sunt utilissima præcipit Sapientia dicens: Ne nugeris in multitudine seniorum. Quinetiam nugas nostras radicibus excindens, à Deo incipiens, & ut moderatè nos geramus constituens, dicit: Sermonem ne iteraueris in oratione tua. Poppymata autem, & sibili, & digitis expressi soni, quibus accersuntur famuli, cum sint rationis expertes significationes, ratione præditis hominibus sunt vitandi. Frequenter etiam spuerere, & violentius excreare, & etiam emungere in conuiuio, vitandum est. Conuiuiarum enim habenda est utique ratio, ne præ nausea talem auersentur turpitudinem, quæ arguit intemperantiam. Non enim sicut bobus & asinis simul est præsepe & sterquilinum: multi enim eodem tempore se emungunt, & spuunt, & cœnant. Sternutatio autem si cui euenerit, sicut ructus, non oportebit sono cicere proximos, qui de mala educatione ferant testimonium, sed ructus quidem cum expirato aère est transmittendus, ore decorè composito, nec instar personarum tragicarum diducto & hiante. Sternutationis autem qui conturbat spiritus, respiratione leniter repressa ac retenta leuiter est auferendus. Hæc enim ratione, quam honestissimè fieri poterit, conglobatæ spiritus miræ intus sunt extinguenda, prouidendo ut ita transeat, ut etiam ceteros latere conetur, si vi expressus aër aliquod secum excrementum eduxerit. Arrogantiæ autem & insolentiæ est signum, ipsis velle sonis aliquid addere, non autem detrabere. Iam verò qui dentes scalpunt, & ulcera cruentant, tum sibiipsis sunt molesti, tum inuisi proximis. Porro autem aurium quoque fricationes, & sternutamentorum irritationes, sunt suilli pruritus & confricationes, quæ intemperantem meditantur fornicationem. Fugiendæ quoque turpitudines quæ cadunt sub aspectum, & turpes qui de eis fiunt sermones. Sit autem grauis quoque & compositus aspectus, collique conuersio ac motus honestus & decorus, & manuum quoque in loquendo gestus. In summa enim, quies, pax, & tranquillitas, est Christiani propria.

COMMENTARIVS IN CAP. VII.

^a ABSIT autem, absit etiam à nobis irridere. A turpibus & obscenis sermonibus, & à nimia verborum inanum multiplicatione sæpe oriuntur irrisiones scommata & dicteria, quæ generant contumelias, vnde existunt lites, pugnae, & inimicitia, quæ sunt vitandæ. Nam cum ad mutuam augendam beneuolentiam incantur conuiuia, quod est charitatis, adeo ut potum & cibum præcedat charitas, conuiuendum est conuenienter rationi, & non sunt irrisiones, scommata & dicteria ita iacienda, ut meritò dubitetur, sitne vlla inter cõiuuas beneuolentia. ^b In summa adolescentes & adulescentula. Adolescentes & adulescētulas vult non intereisse conuiuio, propterea quod eorum ætas sit infirma & lubrica, & sit periculum, ne si adhuc in fide fluctuent, ea audiant & videant quæ animos reddant dubios & instabiles, & ne corrumpantur eorum mores, & præcipites ferantur ad libidines. Et puellam quidem quæ non nupsit, vult omnino abesse à conuiuio, extremum enim esse probum, si inter sit conuiuio virorum, maximè temulentorum. Quod quidem quàm esset turpe etiam apud Græcos nondum Christianos, videre licet apud Ciceronem in Verrinis. Mulierem autem viro coniunctam si liceat quidem vult abesse conuiuio: sin autem necesse habeant accedere, & honestus sit eorum ornatus extrinsecus, pudoreque sint velatæ intrinsecus. Alioqui timendum est, ne vel alios offendant, illicientes ad adulterium, quod est crimen maximum, ut quo violetur perpetua humana vitæ societas, vel offendantur, dum videndo vt potunt. Maxima autem pars eorum quæ hic dicuntur sumpra est ex Ecclesiastico, in quo quod dixit Clemens, unde symbolas mihi uer autis et olog, quod nos vertimus; Neque cum ea in vino symbolum conferas, id est, sis à symbolis. De his autem conuiuio quæ symbola appellantur, vide Athenæum Deipnosophistam lib. 8. cap. 14. ^c Qui in tori autem. Docet quomodo se in mensa gerere oporteat. Sciendum est autem olim ita stratas fuisse mensas, ut lectis essent impositæ, quos vocabant *κλινας*. Erant autem ij plurimum tres. Vnde & conuiuij locus dictus est Triclinium, & qui conuiuio præerat, Architrachus. Sullinebantur autem ij lecti tabernaculis veluti quibusdam fulcris. Erant autem ij lecti ita dispositi, vt in eis partim accumberetur, partim federetur, prout videretur conuiuio. Eos ergo qui accumbunt instituit, ne vagos oculos huc & illuc circumferat, sed innixi cubitis immobiles permaneant, & in his quæ dicuntur, audiendis ita se gerant, vt videantur adesse solis auribus. Eos verò qui sedent, vt ita se componant, ne possint argui leuitatis. Quomodo verò hoc fiat satis docet ipse Clemens, nec opus est vlla explicatione, & quæ sequuntur præcepta sunt per se facilia. In quibus hoc est præcipue obseruandum non esse obsonium à nobis tanquam à bestiis deuorandum, sed ita esse comedendum, vt statuamus panem esse proprium cibum hominis. Quod recte intelligens Dominus noster voluit præciosum suum corpus sub symbolo panis à suis comedi. ^d Hi autem ipsi apostoli scribentes. Mundorum quidem & immundorum animalium differentia ab Apostolis fuit omnino sublata. Ab eis autem cautum est, vt abstineretur ab im-

molatis & suffocato. Ab immolatis quidem, ne viderentur Christiani non abhorre ab idolis & Dæmoniis: A suffocato autem quod simul atque permixtum est à Deo homini vesci carnibus, ei quoque est prohibitum carne vesci cum sanguine, & ideo præceptum fuit ut effunderetur. A fornicatione quoque abstinere est præceptum, ne existimarent solum adulterium esse lege prohibitum, cum tamen præter legitimum cum vxore concubitum omnis coitus sit prohibitus. Quod atinet autem ad suffocatum, exoleuit hoc præceptum præterquam apud Græcos, qui adhuc hodie id obseruant. Rectè ne an secus ipsi viderint. Oportet autem in vino petulantiam non minus fugere quàm cicutam, ambo enim ad mortem attrahunt. *Oportet verò & profusum risum arcere.* Quod græcè est *παρρησία*, vertimus in vino petulantia, quæ à temulentis infertur contumelia, ea est æque vitanda atque cicuta. Mortiferum venenum est cicuta. Quæ autem ex vino existit petulantia & contumelia, sæpe est causa mortis. In ebrietate sæpe accedit & risus profusus procedens ex exultante lætitia: & modum excedentes lachrymæ ob illatam in vino contumeliam. Nam risus quidem maxima ex parte oritur ex gaudio, cui causam dat vini potio: lachrymæ autem ex dolore. Sæpe autem contingit ut extrema gaudij lætitia occupet. Sæpe verò vsuuenit, ut vinolentis etiam citra dolorem erumpant lachrymæ, imò verò ipsæ etiam lachrymæ eis sint iucundæ, quòd maximè iuuentur ebrij, si copiosius effundant in cerebro redundantem humoris copiam. Vtrumque autem est vitandum ei qui sequitur rationem, nempe risus & lachrymæ. Nam risus quidem arguit petulantiam, lachrymæ verò mollitiem, & effæmationem. *Senes autem adolescentes.* Senes quidem maxime decet grauis sermo: possunt tamen nonnunquam cum iuuenibus ludere, vtendo dictis falsis & vrbans, per quandam veluti ironiam, significantes contrarium eorum quæ dicunt. Cum iis qui delectantur irrisionibus & scommatibus non est contendendum, sed silendum, & verba superflua tanquam plena pocula sunt transmittenda. Significat autem huiusmodi ludibria & scommata esse nihili faciendæ & prætermittendæ, neque agere ferenda, sed contemnenda. Videtur autem alludere ad quendam ludum qui fiebat in conuiujs, & compositionibus, vt significat id quod sequitur. Lubricus & periculosus est huiusmodi ludus. Sed quisnam esset is ludus non possum statuere, vt qui de eo nihil legerim. Neque enim ad Coronismos & Cottabos, de quibus Athenæus, is potest reduci. Erat quidem is ad quem alludit, ludus lubricus & periculosus, sed multo est periculosior qui in scommatibus & ludibrijs alternatim iaciendis exercetur ludus. Os enim temerarij appropinquat contritioni: id est, vt coniciio; Qui est temerarius, facile impellitur ad damnum aliquod afferendum. Non solum autem peccatur in scommatibus, & disterijs vltro citroque iaciendis, sed etiam in iis audiendis quæ dicuntur à viris iniquis, & iis assentiendo, siue calumnientur, siue alios maledictis insectentur, & de iis detrahant: siue in aliorum perniciem aliquid moliantur. *Atque ego quidem mihi videor.* A modesto in loquendo hic modus est seruandus, vt non perpetuo loquatur, sed loquendi vicem permittit ei qui cum eo differit. Mulieris virtus est silentium. Pulchrè enim Sophocles *σὴν γυναικί, γυναικί κόσμον ἢ σὴν φέρει.* Sile ò mulier, mulieris decus affert silentium. Adolescentem autem non solum decet silere, sed etiam silentium eum remouet à periculis, in quæ eum coniciit lingua nimis effrænata. Eum demum decet loqui cui ætas est matura & probata. Neque tamen eum decebit loqui, si sit lingua effrænata, etsi non sint eius verba sapientia. *Adolescens tibi quoque permittit sapientia.* Adolescenti non est loquendum, nisi sit interrogatus, & eius sermonem oportet esse breuem. Quod autem est in Græco *ἐπιχρῆσθαι*, quod vertimus; Si te opus sit, significantius dicit latina versio: In tua causa. *Vterque autem qui differit, vocem suam metatur.* Docet Clemens qualem loquentis oporteat esse vocem: nempe neque omnino elatam, ne videatur arrogans qui loquitur: neque nimis submissam, ne non audiatur quod dicitur. Pusillum enim arguit animum vox nimis submissa: superbum autem & arrogantem nimis alta. Sed neque de inani vocis victoria est contendendum, cum Christianorum hic vnus debeat esse finis & scopus, vt sint inter eos omnia pacata, quieta & tranquilla. Nam & in salutationibus olim pacem præcabantur Iudæi: & Christus in salutando nullum aliud vsurpauit lubentius vocabulum quam pacis, vt cum dicit. Pax vobis: quo & hic à vitis & animi perturbationibus optat quietem & tranquillitatem: & post excessum æternam quietem & tranquillitatem, quam tum demum assequemur cum summæ Trinitatis fruemur visione, quæ sola est quæ à nobis optatur felicitas. Oportet ergo à nostro sermone abesse contentionem, clamorem, vociferationem & confusionem. Sed neque est nugandum, sed loquendum de rebus serijs, grauibus & honestis: neque eiusdem rei frequenti vtendum est repetitione. Danda est etiam opera, vt cum sumus ratione preediti, ne vtamur iis vocibus quæ sunt alienæ à ratione, vt pote Poppystratibus, sibilis, & alijs sonis, sed eo sermone qui originem ducit à ratione. Appositè autem assimilatur hominem verbosum & loquacem calceis detritis, quibus nihil restat præter linguam quæ etiam dicitur lingua. Nam & rarum est vt qui verbis abundant, bonis vtantur actionibus, & certum est, vt ipsa dicit sapientia, in multiloquio non deesse peccatum. Sola ergo lingua eis restat ad malum.

An vnguentis & coronis sit vtendum. Cap. VIII.

CORONARVM autem & vnguentorum vsus non est nobis necessarius: ad libidines enim & voluptates impellunt, maximè cum nox propè est. Scio quòd cum vnguenti alabastrum ad sanctam cœnam mulier attulisset, vnxit pedes Domini, & eum terserit. Scio etiam veteres Hebræorum reges auro & lapide pretioso ornata gestasse diademata. Sed mulier quidem Verbi nondum fuerat particeps: erat enim adhuc peccatrix. Eo autem quod apud se pulcherrimum existimabat, nempe

nempe vnguento, honorauit Dominum, atque etiam ornamento corporis, nempe capillis suis, absterfit vnguentum quod redundabat, libans Domino lachrymas pœnitentiæ: propterea eius remissa sunt peccata. Potest autem hoc esse symbolum doctrinæ Domini & eius passionis: pedes enim qui vnguntur vnguento odorifero, doctrinam diuinam significant, quæ cum insigni gloria orbem terræ peruadit. Exijt enim sonus eorum in fines terræ; atque adeo, si non nimis videor importunus, pedes Domini sunt Apostoli prophetia delibuti, qui suaueolentis vnguenti, sancti scilicet spiritus sunt participes. Itaque Apostoli, qui vniuersum orbem terræ obierunt, & Euangelium predicarunt, per allegoriam dicuntur pedes Domini, de quibus per Psalmographum quoque prædicit Dominus: Adoremus in loco ubi steterunt pedes eius; hoc est, quò pedes eius peruenerunt, Apostoli, per quos prædicatus venit ad fines terræ. Lachrymæ autem sunt pœnitentiæ: & soluti capilli prædicabāt liberationem à nimio amore superflui ornatus, & quæ cum prædicatione propter Dominum suscipienda erat, afflictionem in tolerantia, veteri illa per nouam fidem soluta vana gloria. Sed & Domini significant passionem: mysticè sic intelligentibus, oleum est ipse Dominus, à quo ad nos peruenit misericordia. Vnguentum autem, adulterinum inquam oleum, est Iudas proditor, quo pedes vnctus est Dominus, dum à conuersatione in mundo liberabatur: vnguntur enim mortui. Lachrymæ autem sumus peccatores, qui in ipsum credidimus, quibus peccata remisit. Et capilli soluti, flens est Hierusalem, quæ inuncta fuerat, propter quam prophetica fuerunt lamentationes. Nos autem docebit ipse Dominus Iudam esse falsum & adulterinum: Qui intinxerit mecum, dicens, in catinum, hic me tradet. Vides conuiuiam dolum. Hic ipse Iudas osculo prodidit Dominum: fuit enim idem hypocrita & simulator, fraudulentumque ac dolum habens osculum, alium veterem imitans hypocritam, & populum illum arguens propter quem dictum est: Hic populus labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Est ergo satis probabile, ipsum significare oleum quidem, vt discipulum qui consecutus fuit misericordiam. Fraudulentum autem vt pote proditorem, oleum venenatum. Hoc ergo erat quod prædicebant pedes oleo delibuti, Iudæ nempe proditorem, cum Dominus pergeret ad passionem. Quinetiam Seruator lauans pedes discipulorum, mittens ipsos ad bonas honestas actiones, eorum ingressum ad beneficia gentium significauit, quæ decora & pura erant propria potestate præparans: ita fragrauit vnguentum, & suaui odoris opus ad omnes perueniens ab ijs est celebratum. Domini enim passio nos quidem bono odore repleuit, Hebræos verò peccato. Hoc apertissimè ostendit Apostolus, dicens: Deo gratia, qui nos facit semper triumphare in Christo, & odorem suæ cognitionis per nos manifestat in omni loco, quoniã Domini bonus odor sumus Deo in ijs qui salui sunt, & in ijs qui pereunt: his quidem odor ex morte in mortem, illis verò odor ex vita in vitam. Porro autem reges Iudæorum auro & gemmis & composita ac varia corona vtentes, Christi, Christum in capite symbolicè gestantes, imprudentes capite Domini ornabantur. Lapis quidem certè preciosus vel margarita, vel Smaragdus, ipsum Verbum significat. Aurum autem rursus est ipsum Verbum ab interitu alienum, quod minimè suscipit rubiginem corruptionis. Atque ipsi quidem nato aurum obtulerunt Magi, quod est regni symbolum; manet autem hæc corona immortalis ad imaginem Domini: non enim veluti flos flaccesit. Iam verò noui etiam quæ dixerit Aristippus Cyrenæus. Molli ac luxuriosa vita erat deditus Aristippus: is eiusmodi sophisticam proponebat orationem: Equus qui vnguento vngitur, in equi virtute non leditur, nec canis vnguento delibutus in virtute canis. Ergo, nec homo, subiunxit: & collegit. Sed equo quidem & cani nulla est vnguenti ratio: quibus autem est sensus ratione magis præditus, ijs vsus est magis vituperandus, vt quibus puellares inferantur odores.

Horum autem unguentorum sunt infinitae differentiae: Brenthium, Megalinum, & Regium, Plangonium, & Psagda Aegyptia. Simonides autem in Iambis non veretur dicere:

Vngebar unguentis atque suffitibus,

Et bacchari: mercator nam quidam aderat.

Porro autem conficiunt etiam unguentum ex liliis, & ligustro, & Nardus apud eos est in maximo precio: unguentum quoque ex rosis, & alia quibus utuntur mulieres, & humida, & sicca, & quae insperguntur unguenta, & quibus fiunt suffitus: ab eis enim in- 10

dies noua excogitantur, ut inexplebilem voluptatis cupiditatem boni odoris insatiabilitate: quamobrem ineptam quandam redolent imperitiam bonique & honesti negligenciam. Atque ea quidem & sua vestimenta, & vestes stragulas, vestesque suas suffumigant & aspergunt, atque adeo vel ipsas propemodum matulas olere cogunt unguenti deliciae. Quamobrem recte mihi videntur nonnulli, cum egrefferent tantum studium in unguenta conferris, ut virilitatem ipsam effeminarerent, & eorum artifices, nempe unguentarios, a ciuitatibus quae bonis legibus & institutis reguntur expellere, atque adeo ipsos etiam lanarum florida- 20

rum infectores. Nefas est enim vestes dolosas & unguenta in ciuitatem veritatis ingredi. Oportet autem viros in primis apud nos non olere unguenta, sed vitae probitatem. Spiret autem femina Christum, qui est regalis unctio, non unguenta & diapasmata: diuina autem semper unguatur pudicitiae unctio, sancto delectata unguento, nempe spiritu. Hanc suavis odoris unctio hominibus notis suis Christus comparat, ex aromatibus caelestibus hoc unguentum componens. Hoc autem unguento ipse quoque Dominus ungitur, sicut per David meminit: Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo letitiae praeparatibus tuis. 30

Myrrha, & stacte, & casia a vestimentis tuis. Caterum ne forte sicut vultures unguenta abhorreamus, aut sicut scarabei: (hos enim rosacco unguento delibutos mori inquit) pauca quaedam ex his unguentis sunt eligenda feminis, quae veterum & torporem non inducant marito. Nam qui modum exuperant, usus unguentorum, iusta redolere potius quae sunt mortuis, quam familiarem vitae consuetudinem. Quanquam ipsum quoque oleum apibus & insectis est inimicum, verum id prodest nonnullis hominibus, nonnullos autem ad pugnam excitat, & qui prius erant amici, id unctos in stadio eò deducit, ut omni contentione omnibusque viribus in certamine depugnent: unguentum autem, cum sit molle oleum, non existimatis generosos mores posse effeminare? Quemadmodum autem delicias a gustu amouimus, ita certe a visu & odoratu sensus titillantem voluptatem amandamus, ne quam fugauimus intemperantiam, per sensus, tanquam per portas quibus desunt custodes, ei imprudenter in animam aditum patefaciamus. Quod si suavis odoris suffitum, potissimum magnum, nempe Dominum dicant Deo offerre, ne id esse sacrificium & suavis odoris suffitum intelligant, sed gratam & acceptam charitatem, spiritualem scilicet odoris suauitatem, Dominum altari offerre accipiant. Sufficit itaque ipsum oleum & ad superficiem cutis pinguefaciendam, nervosque relaxandos, & ad corporis grauiorem reprimendum odorem, si etiam oleo ad hoc opus habeamus. Suavis autem odoris studium, est esca oculi & mollitiei, quae ad libidinosam & intemperantem cupiditatem paulatim attrahit. Qui est enim intemperans, undique ducitur ac trahitur, & a cibo, & a strato, & a conuersatione, & ab oculis, & ab auribus, & a genis, atque adeo etiam a naribus. Et sicut boues annulis & funibus, ita etiam intemperans suffitibus, & unguentis, & suauolentibus coronarum odoribus trahitur. Quoniam autem voluptati nihil loci tribuimus, ut quae ad nullum usum qui vitae conferat sit contexta, age hic quoque distinguamus, eligentes id quod est utile. Sunt enim suaves quidam odores, qui neque veterum & torporem afferunt, neque ad amores impellunt, neque impudicam coniunctionem & meretricium con-

tubernium

tubernium redolent, sed sunt salubres unacum temperantia, & alunt quidem cerebrum quando male fuerit affectum, & ventriculum corroborant. Multum ergo abest ut oporteat refrigerare floribus, quando quis vult nervos leues agilesque reddere. Non est enim eorum usus omnino expellendus, sed unguento tanquam medicamento & auxilio est utendum, & ad vires languentes excitandas, & ad catarrhos, & refrigerationes, & ad fastidium. Quemadmodum alicubi quoque dicit Comicus: Unguentis manus ungitur, quod sanitatis est pars maxima, ut cerebri bonos odores faciat. Quinetiam pedum, per unctio- 10

tionem eorum quae calefaciunt aut refrigerant, exercetur fricatio utilitatis gratia: ut scilicet is qui sunt repleti in capite, fiat quaedam attractio & diuersio ad corporis partes quae sunt minus principales. Voluptas autem, cui nulla accedit utilitas, meretriciorum morum est opprobrium, & medicamentum irritationum. Omnino autem multum differt meretriciorum, hoc est, unguento esse delibutum, ab eo quod est ungi unguento: illud enim est effeminatum: ungi autem unguento nonnunquam est utile. Aristippus itaque Philosophus cum unguento esset unctus, dicebat, Cinados esse malos male perdendos, qui ut un- 20

guenti utilitas male audiret, effecerant. Honora autem medicum propter eius utilitatem, ait Scriptura: ipsum enim creauit Altissimus. A Domino autem est medicina. Deinde subiungit: Et unguentarius faciet mixtionem; videlicet quod data sint unguenta ad utilitatem, non autem ad suauem sensuum titillationem. In unguentorum enim incitamentis nequaquam ponendum est studium, sed est id quod est in eis utile eligendum, cum etiam Deus hominibus oleum nasci permiserit ad leuandos labores. Desipientes autem mulieres, 30

quae canos quidem tingunt, capillos autem unguunt, celerius canescunt propter aromata deficcatoria. Quocirca sunt etiam qui unguuntur sicciore: facit autem siccitas caniores. Siue enim canities est pilorum exsiccatio, siue defectus caloris, siccitate ebibente humorem proprium nutrimentum pilorum, & canos efficiente, quomodo iure unguenta adhuc amauerimus propter quae cani euadimus, qui canos fugimus? Quomodo autem canes qui sunt sagaces naribus, feras odore inuestigant: ita qui sunt moderati & temperantes nimis curiosa odororum fragrantia, venantur intemperantes. Talis quoque effluxit coronarum usus, com- 40

paratus ad comestationem, & ad eam quae est in vino proteruiam & insolentiam. Ne mihi caput corona cinxeris. Ver est. In roscidis pratis & mollibus variisque germinantibus floribus pulchrum est degere, natia & sincera odoris suauitate apum ritu fruente. Ex puro autem prato contextam coronam pro ornamento domi circumferre non est modestorum hominum. Non enim rosarum baccis, vel violis, vel liliis, vel aliquibus alijs eiusmodi selectis floribus, comam quae ad vinolentam petulantiam, conuenit contegere florentem reddentes colorem. Alioqui etiam comam refrigerat circumposita corona, tum propter humiditatem, tum propter frigiditatem. Ea de causa medici cum per diligentem naturae contemplationem cerebrum cognoscunt esse frigidum, pectora esse unguenda sentiunt & supremas nasi partes, ut sensim transiens calida exhalatio, eius frigiditatem recte possit fouere. Logè ergo abest ut id sit refrigerandum floribus. Ad haec accedit, quod florum quoque perdunt delectationem ij qui sunt coronati. Visu enim non fruuntur qui habent coronam reuinctam supra oculos. Sed neque odoris suauitate, cum instrumentis respiratoriis sint eis flores superiores. Cum enim secundum naturam odor sursum emittatur & exhaletur, supra caput respiratio nulla fruitur delectatione, cum suauitas odoris abripiatur. Sicut ergo pulchritudo, ita etiam flos delectat dum videtur, & oportet nos eorum quae sunt pulchra aspectu fruente, laude & gloria afficere opificem. Usus autem eorum est noxius, & celeriter praterit, poenitentiae supplicio affectus. Statim autem probatur eorum vitae breuitas: ambo enim flaccescunt, & flos, & pulchritudo. Caterum eos qui ea contrectant, ille quidem refrigerat,

Ecclesi. 38.

ἀντιποικιλία.

μυρωδότης, indicatum est. Psal. 44.

i. Cor. II.

Poucr. 17. Matth. 23.

Nux καρύνα Græcè ἀμύραντος ἢ καρόδ, hoc est à torpore aut grauedine. αἰπυρρῶς φυλλοβολία.

ῥόδον ἄπο τῆς ῥόδου ἢ ῥοῆς ἰδιωδῆς, hoc est à fluxu odoris. ὀβείας ἀπυρρῶς φυλλοβολία.

2. Cor. 6. ἀμύραντος & amaran- tū florem, & immar- cescibilem significat.

Matth. 27. Ephes. 5. Coloss. 1.

hac verò incendit & inflamat. Vt uno autem verbo absoluam, qui præter aspectum u-
sum eorum persequitur, petulantia est & iniuria, non autem delectatio. Oblectare autem
nos honestè oportet tanquam in paradiso, Scripturam verè sequentes. Mulieris quidem
corona uir est existimandus, uiri autem matrimonium, matrimonij autem flores, ambo-
rum liberi, quos quidem carnalium pratorum diuinus colligit agricola. Senum autem co-
rona sunt filiorum filij: filiis autem corona, inquit, sunt patres. Nobis Pater uniuersorum
& uniuersa Ecclesie corona est Christus. * Quomodo autem radices & herbae, ita etiam
flores proprias habent qualitates: & has quidem utiles, illas verò noxias, alias autem pe-
riculosas. Hedera itaque refrigerat: nux autem emittit spiritum qui torporem immittit
& ueternum, ut vel ipsa nominis ostendit etymologia. Narcissus verò flos est grauis odo-
ris: id autem arguit nominis appellatio, ut qui neruis vapriw, hoc est, torporem afferat.
Rosarum autem & violarum qui emittuntur odores, cum sint modicè frigidi, grauedines
capitis cõprimunt, & coërcent. Nobis autem non solùm simul inebriari, sed ne mero qui-
dem uti permissum est. Quinetiam crocus & flos ligustri in somnum minimè molestum de-
ducunt. Porro autem multi ex ijs cerebrum quod est natura frigidum suis fouent odoribus,
dum excrementa cerebri attenuant & comminuunt. Hinc etiam dicunt rosam ῥόδον fuisse
nominatam, quòd odoris plurimum fluxum emittat, & ideo citò marcescit. Ceterum nec
apud antiquos quidem Græcos fuit ullus adhuc coronarum usus. Neque enim proci, nec
qui luxuriosam vitam agebant Phæaces eis usi sunt. In certaminibus autè primò fuit do-
num Athletarum, secundò autem excitatio, tertiò foliorum sparsio, vltima autem
fuit corona, cum Græcia post tēpora Medica, magna ad delicias facta esset accessio. Qui
à Verbo ita insituuntur, à coronis arcentur, nec existimant rationem esse à se alligandam
quæ sita est in cerebro: non quòd conuiuialis per uinum petulantia corona sit symbolum,
sed quòd ea dedicata sit idolis. Sophocles certè Narcissum antiquam magnorum deorum
coronam appellauit, id dicens de terrestribus: Sappho autem musas coronat rosa. Non es
rosarum Pieriarum particeps. Iunonem autem dicunt delectari lilio, & Dianam myr-
tho. Etsi enim flores quidem maximè facti sunt propter hominem, eos tamen cum stulti ac-
cepissent, non ad proprium usum, quo grato animo uti poterant, sed in ingratum ministe-
rium demonum abusi sunt. Ab eis ergo abstinentum est propter conscientiam. A turba
autem & negotio remota segnicia signum est corona. Qua de causa mortuos quoque coro-
nant, quo nemine re ipsa suo testimonio idola mortua esse asserunt: qui enim bacchantur,
nec absque coronis orgia sua celebrant: postquam autem flores circumposuerint, postremò
mirandum in modum incenduntur. Cum demonibus nullo modo est comunicandum. Sed
nec uia Dei imago mortuorum simulachrorum instar est coronanda. Pulchra enim ama-
ranti corona ei est reposita qui se rectè gesserit. Hunc florem terra ferre non potest: calum
solummodo eum potest producere. Ad hæc accedit quod est alienum à ratione, ut qui au-
dierimus Dominum spinis fuisse coronatum, ipsi uenerabili Domini passioni per ludum
insultantes habeamus capita redimita floribus. Domini enim corona nos propheticè signi-
ficabat, qui fuimus aliquando infrugiferi, qui circa illum positi fuimus per Ecclesiam, cu-
ius ipse est caput. Quinetiam est typus fidei. Vita quidem, propter ligni substantiam: leti-
tia autem, propter coronæ appellationem: periculi verò, propter spinam: neque enim citra
sanguinem licet ad Verbum accedere. Contexta autem corona marcescit, & prauitatis
perplexum sertum dissoluitur, & flos exsiccatur. Marcescit enim gloria eorum qui Do-
mino minimè crediderunt. In altum autem elatum lesum coronauerunt, suam testantes
inscitiam. Hac enim ipsa de causa cum sint duro corde, sapienter prolatam non intelligunt
prophetiam, quam ipsi appellant Domini probrum & contumeliam. Non cognouit Do-
minum

minum populus qui aberrauit: ratione ac consideratione minimè fuit circumcisus: non
fuerunt eius illuminatae tenebrae: non nouit Deum: negauit Dominum: uerum esse Israëllem
perdidit: Deum est persecutus: Verbum sperauit afficere contumelia: & quem tanquā ma-
lificum crucifixit, tanquam regem coronauit. Quapropter in quem hominem non credide-
runt, benignum & hominum amatorem Deum Dominum agnouerunt, & iustum. Quem
ipsi exacerbauerunt ut se Dominum ostenderet, hoc de eo in altum sublato testati sunt,
diadema iustitiæ ei super omne nomen exaltato appendentes, per spinam semper florentem.
Hoc diadema inimicum ijs qui insidiantur eos prohibet: ijs autem qui in Ecclesia simul
uersantur, amicum, eos circumsepit & munit. Hæc corona est flos eorum qui crediderunt
in eum qui fuit glorificatus, cruentat autem & castigat eos qui non crediderunt. Porro
autem hoc quoque signum est rei à Domino bene gesta, cum ipse suo capite & principe parte
corporis omnia mala nostra portarit, per quæ pungebamur. Nam cum ipse ab offensionibus
& peccatis, & eiusmodi spinis, nos propria passione liberauisset, diabolumque infir-
masset & aboleuisset, glorians meritò dixit: Vbi est o mors tuus stimulus? Atque nos
quidem uuas ex spinis colligimus, & ficus ex rubis: illi autem consauciantur ac laniantur,
ad quos manus extēdit, nempe ad populum infidelem & infrugiferum. Possem aliud quo-
que tibi mysticum dicere. Nam cum omnipotens uniuersorum Dominus, quando cœpit
per Verbum legem ferre, & Moyse suam potentiam uoluit manifestare, ei diuina osten-
ditur uisio formata luce in rubo ardente. Est autem rubus planta spinosa. Postquam au-
tem Verbum legem ferre & cum hominibus uersari desit, mystice rursus Dominus coro-
na coronatur, hinc illuc unde descenderat abiens, ueteris descensus initium instaurans, &
deintegro ueluti * in summam redigens, ut quod primum per rubum Verbum uisum fue-
rat, per spinam rursus assumptum ostenderet omnia esse unius potentia, cum sit unus, &
Patris qui unus est, Filius, principium & finis seculi. Sed digressus sum à pædagogico
ad id genus orationis quod uersatur in dogmatibus: rursus ergo reuertor ad propositum.
Quòd ergo loco medicamenti, curationis gratia, & nonnunquam etiam moderate recrea-
tionis, non sit reijcienda quæ ex odoribus sentitur oblectatio, & quæ ex unguentis & suf-
fitibus accipitur utilitas, ostendimus. Quòd si dixerint aliqui, quæ nã est ergo amplius flo-
rum gratia ijs qui eis non utuntur? Sciant ex eis quoque componi unguenta, eaque esse
admodum utilia. Susinum quidem componitur ex lilijs & lirinis. Est autem calefaciens,
aperiens, attrahens, humectans, abstergens, subtilium tenuiumque partium, bilem mouēs,
molliens. Narcissinum autem, quod componitur ex Narcisso, aequè iuuat ac Susinum.
Myrsinum uerò, quod constat ex myrto & myrsine, est constipans: qui autem ex
corpore emittuntur odores, coërcet & continet. Quod autem est ex rosis, est refrigerans.
In summa enim, ea sunt fabricata, ut eis bene utamur. Exaudite me, inquit, & tanquam
rosa plantata in fluētis aquarum germinate. Tanquam Libanus suauem odorem emittite,
& benedicite Dominum in operibus eius. De his autem multa dici possent, cum nos flores
& aromata ad necessarias utilitates, non ad deliciarum insolentiam facta esse dicamus.
Quòd si est etiam aliquid concedendum, odore florum uti sufficit: nequaquam autem co-
ronetur. Hominis enim curam gerit Pater, & ei soli suam præbet artem propriam. Dicit
itaque Scriptura: Aqua & ignis, & ferrum, & lac similia frumenti, & mel, sanguis
uia, & oleum, & uestis, hæc omnia pijs sunt ad bona.

Hebr. 2. 1. Cor. 15.

Exod. 3. Lucis Græcè est φως, quod & lux est & homo.

ἀμύραντος ἢ μίροντος.

καρπῶν.

Ecclesi. 39.

Ibidem.

COMMENTARIUS IN CAP. VIII.

* CORONARVM autem & unguentorum usus. Clementis scopus est in hoc capite ostendere corona- rum & unguentorum usum non esse necessarium. Quod si aliquando iis sit utendum, utendum esse non ad voluptatem sed ad utilitatem. Docet itaque quænam sint eorum commoda & incommoda. Sed quo-

Cantic.

Pfal. 44.

niam vnguentorum & coronarum vsus ex eo maximè videbatur commendandus, quod mulier in sancta cœna, nempe in qua erat Iesus noster Dominus, vnguento Iesu pedes vnxit, & suis capillis terferit, & quod reges Israëlitiici splendidis & magnificis olim redimiti essent coronis, is vtrumque reducit ad sensum mysticum & allegoricum. Atque primum quidem dicit de muliere, non ideo esse magnificandum vnguentum quod ipsa eo vsa sit, eo enim vsa est cū esset adhuc peccatrix, nec verbi fuisset particeps, nec Iesum magnificasse eius vnguentum, sed quod id obtulisset quod apud se erat, vt putabat, optimum & præstantissimum, & quod antea vitæ ducta esset pœnitentia, propter quam peccatorum veniam est allecuta. Deinde ad sensum veniens allegoricum, cum variè tractat. Primum enim dicit, pedes Domini vnguento perfusos, significare Christi doctrinam, per totum orbem terrarum dispersam. Deinde eosdem pedes Domini vnguento delibutos significare Apostolos, qui sancti Spiritus accepta vntione, totum orbem obierunt Euangelium prædicantes, & bonum sanctæ doctrinæ odorem longè latèque dispergentes. Illic enim adoratus est Dominus vbi fuerunt eius pedes qui eum annunciarunt, nempe missi ab eo Apostoli. Porro autem lachrymæ significant penitentiam, & Hierusalem lachrymâtem. Soluti vero capilli veteris inanis gloriæ accepta fide abiectioem. Oleum verò significat ipsum Christum, Oleum enim effusum est nomen eius, & Christi misericordiam, quam etiam adeptus est Iudas, tanquam discipulus: & est oleum quidem purum, vt quod non sit permistum. Vnguentum autem, vt quod sit permistum & venenatum, & ita adulterinum, Iudam significat proditorem, cui similis fuit antiquus ille populus qui labiis tantum Deum non corde honorabat. Significat etiam vnguentum illud Christi passionem, vnguntur enim mortui, & vntus fuit Christus in sepulchro conditus. Fuit autem Christus passus credentibus quidem odor vitæ ad vitam, nõ credentibus autem odor mortis ad mortem. Nam quæ ex passione percipitur utilitatem non consequitur, qui oblatum non cognoscit beneficium: fide autem agnoscitur, quæ efficit vt Christi passionem sentiamus, & intelligamus vitam nobis dare & salutem, qui est odor suauissimus. Qui autem nõ credunt, bonum Christi mortis odorem tanquam Scarabei abhorret & fugiunt, & salutarem & vitalem mortem auerfantes, æternam mortem sibi accersunt, qua nihil est magis retrum, nihil magis abominandum. Et hic est quidem sensus mysticus & allegoricus mulieris peccatricis quæ Christi pedes vnguento vnxit & absterfit. Nunc videamus quid dicat de coronis regum Israëlitiicorum. ^b Porro autem reges Iudæorum. Non ideo magnificendus est coronarum vsus, quod eis magnificis & prætiolis vterentur reges Iudæorum. Sed est magnificendum quod ab eis significatur. Atque Reges quidem vt qui essent vnti, & ideo dicerentur Christi, symbolice significabant ipsum Christum, de quo dicit Psalmographus. Vnxit te Deus tuus oleo latitiæ: vntus autem fuit Christus, vt qui esset & Rex & Sacerdos: vntus autem fuit non oleo quod cadit sub sensum, sed Spiritu sancto qui ipse quoque dicitur, vntio. Quam quidem vntionem dicit Ioannes Christi discipulos habere à sancto & eam illos docere omnia. Suos enim electos non multis laboribus & vigiliis, sed sola spiritus vntione instruxit qua eos impertit. Ij ergo Reges vt qui essent Christi, id est vnti, Christum in capite gestabant symbolice. Christina enim quo erant vnti, Christum significabant, & dum coronam gestabant in capite, non animaduvertebant se ornari Christi capite. Erat enim eorum corona ex iis cõposita quæ ipsius Christi caput significabant. Nam cum in vno & eodem subiecto, seu maui supposito, Christus sit Deus & homo, Verbum, inquam carne reatum, Verbum quod est Christi caput, vt quod sit præcipuū, significatur per coronam. Ipsæ quidem materiæ ex quibus regia constat corona nempe lapides prætioli, margaritæ & Smaragdi Verbum significant. Aurum quoque duabus de causis id significat, & quod in aurum nulla cadat corruptio & interitus, neque id vllam vnquam contrahat rubiginem, neque vllò deteratur vsu, & quod id sit regni symbolum: Vnde, etiam ex tribus muneribus quæ nato Christo Magi obtulerunt, vnum fuit aurum: quo significabant se eum adorare vt Regem. Porro autem ipsa quoque corona quæ constabat ex auro & lapidibus prætiolis, & non facile interibat, vt marcescunt coronæ quæ constant ex floribus, præ se ferebāt quandam imaginem Domini qui est immortalis. Hoc ergo significabat & christma & corona regum Iudæorum, qui erant Christi, & symbolice ipsum Christum, qui verè & per *ἀπονομασία* est Christus, significabant. Sed non ex eo sequitur vnguentorum & coronarum vsum esse complectendum & magni æstimandum. Sicut nec ex eo quod sophistica sua oratione concludebat Aristippus, virtuti hominis non magis nocere vnguentum quam virtuti equi & canis. Ad quod responderet Clemens, equo & cani non adesse rationem, qua vnguenta discernant & diiudicent: sed qui est eo sensu præditus vt possit ratione vnguenta discernere, illum eorum vsum eo magis vituperare quod ad eum puellares odores, id est, qui puellis conueniunt, deferuntur. Neque enim à viris ratione præditis vituperantur vnguenta quæ sunt vtilia, de quibus dicit postea, sed quæ voluptati seruiunt & effeminant, & sunt puellis aptiora quam viris. Quod autem dicit de Aristippo Philosopho molli & delicato, & qui summū bonum constituebat in voluptate, sumpsit ex Diogene Laertio in vita Aristippi, qui de eo sic scribit, eadem quidem sententia, sed verbis parum mutatis. Charondæ autem, vt alij autem dicunt Phædoni, qui dixerat, Quis est vnguentis delibutus? Ego, inquit, infælix, & me infælicior rex Persarum: sed vide ne sicut aliorum animantium nullum ex eo fit aliquid deterius, ita nec homo. Male autem pereant Cincædi qui pulchrum & bonum nobis vnguentum vituperant. Hæc Aristippus. Quænam autem sint hæc voluptaria & effeminantia vnguenta statim subiungit Clemens. ^c Horum autem vnguentorum. Ex multis generibus vnguentorum pauca enumerat, sed quæ fere exoleuerant omnia. De vnguentis autem vide Dioscoridem lib. 10. cap. 5. Plinium lib. 13. cap. 5. & Athenæum lib. xv. cap. xiiij. & xv. qui citat quidem authores qui Brenthij meminerunt. Baccharum autem & vnguentum dicit fuisse, & aliud, nempe vt opinor herbam ipsam ex qua componitur. Megalini autem inuentorem dicit fuisse Megalum, vt nonnulli volūt Siculum, vt alij Atheniensem. Quænam autem fuerit eius compositio docet Dioscorides, licet suo tempore id iam exoleuisset. Plangonium tantum nominatur, sed quale fuerit à nullo quod scia dicitur. De Psagda verò Egyptia citantur authores qui eius meminerunt. Basilici autem seu regalis vnguenti compositio describitur à Plinio lib. 13. cap. 2. Describitur etiam à medicis Basilicum, quod emplastrum vocant retrapharmacum. Ex liliis etiam & rosis conficiuntur vnguenta. Conficitur etiam vnguentum ex ligustro, quod Græcè vocatur

vocatur *λίανος*, eius compositionem vide apud Dioscoridem. Quantus autem esset olim vnguentorum luxus maxime apud mulieres, pulchrè quidem Plinius in 2. cap. lib. 13. sed nemo melius expressit quam noster Clemens, qui ipsas etiam matulas apud eas dicit vnguenta redolere. Hoc tantum vnguentorū studium vocat Clemens *ἀτιροκαλία*, id est, agrestem quandam imperitiam bonique & honesti negligentia: est enim planè rusticum & ineptum eum quem decet non seruare modum. Quænam autem ciuitates vnguenta vnguentorumque artifices, floridarumque lanarum infectores expulerint, non satis memini, sed bene memini eius quod scripsit Plinius in libro quem diximus. Certum est Antiocho rege Asiaq; deuictis, vrbis anno quingentesimo septimo P. Liciniū Crassum, Iulium Cæsarem Censores edixisse, ne quis venderet vnguenta exotica, sic enim appellat. Quod si Romani, cum adhuc essent gentes, & necdū peruenissent ad veritatem, Christianæ fidei è sua ciuitate vnguenta externa expulerunt, quanto magis non est permittendū, vt luxuriosa vnguenta ingrediantur in ciuitatem veritatis, id est, in Christi Ecclesiam, in qua sunt quidem vnguenta, nempe Christmata, sed quæ sancti Spiritus significant vntionem. Quasnam autem dicat Clemens floridas lanas, & dolosas vestes, non satis intelligo, nisi fortè significet varias & versicolores, sicut etiam antheræ dicuntur, id est, floridæ compositiones. ^d Oportet autem viros. In Christi Ecclesia luxuriosa non ingrediantur vnguenta, sed viri redolent vitæ probitatem, fœminæ autem Christum qui est regalis vntio, vt qui sit vntus sancto Spiritu: quaquidem vntione ipse quoque vngit suos, à qua vntione & Christi dicuntur & Christiani, vt qui sint regale sacerdotium. Diuinam quoque pudicitiam semper debet olere fœmina, non exotica vnguenta & diapasmata. Sunt autem diapasmata aspergines alicuius medicamenti sicci & in puluerem redacti, quorū est varius vsus apud medicos. ^e Caterum ne fortè sicut vultures. Luxuriosa & ad voluptatem incitantia vnguenta, & viris & fœminis dixit esse fugienda, amplectendam autem esse sancti Spiritus vntionem, & vngendum quidem esse virum vitæ probitate, fœminam autem pudicitia, quæ quidem à spiritali procedunt vntione: vnde posset quispiam conicere eum esse in hac sententia, vt censet omnia quæ sub sensum cadunt vnguenta esse reiicienda. Ne quis hoc existimet, dicit vnguentorum habendum esse delectum: & ea quæ profunt quidem esse admittenda, repellenda autem quæ vel obfunt vel tantum sunt iucunda. Nos non esse vulturibus nec scarabeis similes, qui vnguenta abhorreamus: constat autem ex iis qui scripserunt de historiis animalium, vultures quidem esse acutissimi visus & odoratus, sed bonis relictis odoribus cadauera solum persequi quæ male oleant. De Scarabeis autem dicit Plutarchus, dicuntur Scarabei vnguenta quidem fugere, quæ sunt autem fœtida & male olentia persequi: quod citat Erasmus in adagio; Nihil cum Amaracino sui. Clemens autem non solum dicit Scarabeos vnguenta fugere, sed etiam mori rosaceo vnguento delibutos. Pierius verò in Hieroglyphicis lib. 60. in tit. Gratia. Rosa, inquit, sordidissimum animal scarabeum, cui res plurimum est cum stercore, odore enecat suo, sed eius rei nullum citat auctorem. Dicit etiam Clemens, fœminis vnguenta illa fugienda, quæ veterum & torporem incutiant maritis, nimium vsum vnguentorū magis conuenire mortuis, qui vnguntur vt sepeliuntur, quam viuus. Quod autem vnguenta partim profunt, partim noceant, ostendit ex eo quod oleum apibus & insectis sit inimicum, hominibus autem partim profit, partim noceat. Non esse mirum quod vnguenta viros reddant molles & effeminatos, quæ componuntur ex molli oleo. Prodest autem hominibus oleum qui vnguntur vt sint eorum nerui laxiores & agiliores: nocet autem iis qui vnguntur, vt luctantes & totis viribus depugnantes, alter alterum prosterнат. ^f Sufficit itaque ipsum oleum. Cum in adhibendis vnguentis non sit spectanda voluptas, sed vtilitas, non est aliud adhibendum quam purum & simplex oleum. Cuius quisnam sit vsus paucis perstringit. Nam cum oleum sit humidum & modice calidum, si sit quidem cutis aspera, eam impinguat, mollit & mitigat, & neruos, si sint rigidiores ac duriores, relaxat & reddit agiles: quod si male oleat corpus, id detergit, & malum odorem reprimat. ^g Quoniam autem voluptati nihil loci tribuimus. Vt intelligamus, quæ nobis profunt vnguenta non esse reiicienda, ostendit autoritate Scripturæ. Vnguentarius quoque medicamentorum facit mixtionem. Est autem *μύρον*, id est vnguentum, medicamentorum liquidius quo vngi possunt externa partes corporis: constat autem ex mixtione diuersorum medicamentorum. Quod autem vnguenta non sint inutilia ex hoc probatur, quod Deus qui nihil frustra facit, ad leuandos labores oleum nasci permiserit, nempe oliuæ succum, leuat autem labores, eo quod sit humidum & modice calidum. ^h Desipientes autem mulieres. Mulierum arguit stultitiam, quæ cum maxime vitent ne canescant, capillos vngunt, & propter hoc ipsum celerius canescunt. Nam cum vnguenta consent ex aromaribus quæ sunt calida & sicca, aromata humorem ebibentia qui est proprium nutrimentum pilorum, eos desiccant: vnde fit canicies, quæ est exsiccatio pilorum & defectus caloris. Nimio enim calore exsiccato pilorum nutrimento, nempe pituita quæ prius erat colorata, simul & per siccitatem frigus inducitur, & color in candorem mutatur: sunt autem aromata omnia maxime calida, vt testatur Galenus in Aphorismum Hippocratis, Suffitu aromatum menses duci. Ipse autem Hippocrates ibidem dicit ea caput tentare, id est, caput grauare, & ei dolorem afferre. Et ideo ipse Clemens antea dixit vnguenta, quæ scilicet sunt Aromatica, esse *καρπονα*, id est, veterum & torporem inducentia: eiusmodi aromata sunt casia, costus, cinamomum, amomum, & cætera. Non est autem mirum quod ea sint calida & sicca, cum ipsæ terræ in quibus oriuntur, sint calidissimæ & aridissimæ. Recte autem dicit Theophrastus, humidorum quadam concoctione bonus odor ingeneratur, vbi exemptum fuerit quod est noxium. Nihil est autem quo facilius cognoscantur intemperantes, quam nimio studio suavis odoris vnguentorum: ea ratione cognitos intemperantes, temperantes non sicut canes persequuntur, sed eos fugiunt. In eo ergo sagacibus canibus sunt similes, quod odore venentur, sed in eo sunt dissimiles, quod intemperantiæ inimici odore agnitos fugiant intemperantes, canes autem foras persequantur. ⁱ Talis quoque effluxit coronarum vsus. Cum satis dixerit de vnguentis, quibus vngebatur conuiuia, nunc accedit ad corollas quibus in conuiuio sua cingebant capita: erant autem eæ coronæ contextæ ex floribus. Quoniam autem existimabant nonnulli eas sapienter & summa ratione in conuiuio fuisse institutas, nempe vt aduersus latentem grassantis ebrietatis impetum caput munirent, multas afferunt rationes cur eæ nõ sint admittendæ, sed potius reiiciendæ. De his autem coronis copiose tractat Athenæus lib. 15. (nescio in quot capitibus) & Cælius Rhodiginus antiquarum

Plutarch. de Stoicorum decretis.

lectionum lib. x x v i i . cap. x x v i . Primum ergo dicit, in pratis quidem spectandos esse flores, & eorum esse fruendum odorum suavitate, coronas autem ex iis contexere & capiti imponere, nec decere, nec esse vitile: eos enim & cerebrum refrigerare, quod potius esse calefaciendum quam refrigerandum docent medici, qui vt id calefaciant, & pectus vngunt & supremas nasi partes. Deinde eos qui sunt coronati, nullam ex floribus capere oblectationem, vt qui cum sint supra caput, nec videantur, & eorum odor parum admodum sentiantur. Aspiciendos esse flores & aspiciendam pulchritudinem, & ideo laudandum esse & glorificandum Creatorem: amborum vitandam esse contrectationem, cum contrectati quidem flores frige-
 fiant, pulchritudo autem incendat & inflammer: quo fit vt amborum sit vsus noxius, qui preterquam quod est noxius, & affert dolorem (nam vt dicit Horatius, nocet empta dolore voluptas) est etiam breuissimus. Flos enim est pulchritudo quæ cito flaccescit, & sibi habet adiunctum penitentia cruciatum: Hunc autem lo-
 cum ita concludit, vt dicat ex iis contrectatis nullam veram & sinceram capi oblectationem. Oblectari nos oportere sicut in paradiso, vbi pulcherrimarum arborum erat iucundissimus aspectus. Quamuis autem Christianorum capiti non conueniant coronæ ex floribus, habent tamen suas ex Scriptura coronas, nec eis desunt sui flores. Mulieris corona est vir, id est, decus & ornamentum: & non dicitur quidem in Scriptura virum esse coronam mulieris, sed caput. Ita enim eum vocat Paulus in epistola ad Corinthios, & in episto-
 la ad Ephesios, sed ex vtroque idem intelligitur. Nam in capite humano, quod inter occiput & sinciput est interuallum, corona dicitur, & id ipsum est caput: ita demum autem vir caput est mulieris, & corona, id est, decus & ornamentum, si vt decet & vt est rationi consentaneum mulieri imperet. Sed nec mulier fraudanda est sua laude, quæ etsi non sit nec dicatur caput, corona tamen viri quandoque dicitur, sed non quæuis mulier, verum ea demum quæ est diligens vt scribit Solomon. Sed nec quæuis mulier diligens est corona viri. Nam quæuis diligens sit pellex & concubina, ea non est viri corona, sed ea demum quæ est coniuncta matrimonio: Nam quantumuis diligens sit concubina ea est viri probrum ac dedecus: quan-
 tum magis autem meretrix? Et ideo admodum exacte & accurate dicit Clemens, matrimonium esse viri coronam, per matrimonium intelligens mulierem matrimonio coniunctam. Matrimonij autem flores sunt liberi ex legitimo matrimonio suscepti: non autem qui sunt ex illegitimo concubitu procreati, qui sunt spurij & adulterini, quantumuis sint naturales. Hos autem liberos ex matrimonio susceptos diuinus carnalium pratorum colligit Agricola. Nam cum matrimonium sit sacramentum, qui ex eo procreantur sunt quodammodo sancti, & ideo eos colligit diuinus Agricola pratorum carnalium, id est, ipse Deus qui est author & princeps causa generationis, eos autem colligit tanquam sanctos & natos ex sanctis, vt qui in eos agnoscit symbolum Matrimonij. Naturales autem licet etiam colligat, non tamen colligit tanquam iam ali-
 quomodo sanctificatos, propter parentes iam sanctificatos ante cõgressum. Ex qua quidẽ per sacramen- tum Matrimonij sanctificatione forte vsu venit, vt si filij ex eo nati prius moriantur, quam fuerint tincti sancto lauacro regenerationis, etsi Dei visionem non assequantur, damnatorum tamen tormentum non sentiant. Quod non conceditur iis qui sunt nati ex illegitimo matrimonio; hoc autem vt non assero, ita satis esse probabile existimo. Nam si filij ex legitimo nati matrimonio, etsi alteruter ex cõiugatis sint infideles, nõ sunt immundi, sed sancti, est verisimile eam sanctitatẽ aliquid eis conferre, nõpe vt si omnino sint salui minor tamen sit eorũ damnatio. Sed hoc sancta Ecclesia Catholica relinquo iudicio, cui omnia mea subiicio. Sunt etiam senum coronæ filij filiorum, de quibus dicit Psalmographus; Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Patres autem sunt filijs corona & gloria. Nihil est enim quod maius decus & ornãmẽtum afferat filijs, quam ex bonis & honestis parentibus esse natos, quales sunt qui sunt legiti-
 mo coniuncti matrimonio. Tales autem non sunt quorum filij sunt testes paternæ iniquitatis. Porro autem Christianorum maximum est decus & ornãmẽtum, & Deũ vniuersorum suum habere patrem, & Christum eius filium, per adoptionis gratiam habere fratrem & cohæredem. Nobis ergo & vniuersa Ecclesie corona est Deus pater & Christus eius filius. *Quomodo autẽ radices & herbæ, ita etiam flores proprias habent qualitates.* Florum ex quibus sunt coronæ recenset aliquot qualitates, partim vitales, partim noxias, partim periculosas. Cuiusmodicumque tamen sint, dicit coronas non esse ex eis texendas, nec capiti imponendas. Primam autem recenset hæderam quam dicit refrigerare. De ea scribit Galenus libro septimo de simplicibus medicamentis; Ex contrariis facultatibus hædera constat, habet enim quiddam astringentis substantiæ, quæ terrea & frigida existit, habetque nonnihil acris, quam calidam esse vel gustus comprobat &c. Scribit Dioscorides nuces iuglandes esse concoctu difficiles, stomacho inutiles, biliosas, capitis dolorem inferentes. Quamobrem dicit Clemens eius etymologiam esse *ἀπὸ τοῦ κάρφου*, quod soporem vel torporem inducat. De Narcisso scribit Plinius lib. x x i . cap. x i x . eum esse neruis inimicum & caput grauare, & à narce dictum narcissum, non à fabuloso puero; eandem ergo dicit Narcissi etymologiam quam Clemens. De fabuloso autem puero, vide apud Ouidium in Metamorphosi. De violis & rosis, & quot sint earum species, & quanam facultates, vide apud Dioscoridem, Galenum, Plinium, & ceteros. Eas autem esse modicè calidas ex hoc arguit Clemens, quod capitis grauedines quæ ex frigidis oriuntur humoribus comprimant & coerceant. Huiusmodi autem capitis grauedines maxime accidunt ebriis: sed cum nobis non modo inebriari, sed ne merum quidem bibere liceat, nec rosæ nec violæ sunt nobis necessaria. Rosam autem ideo *ῥόδον* esse appellatam, *ὅτι πολλὸν ῥέδμα τῆς ὀσμῆς ἀφίπνει*, id est, quod multum odoris fluxum emittat, scribit etiam Plutarchus De quæst. conuiuialibus, in quo etiam abunde tractat cur rosa ceat & comprimat ebrietatem. Eandem autem affert causam quam hic Clemens, nempe quod huiusmodi odores cerebrum frigidum foueant, dum crassa eius excrementa attenuant & comminuunt. De ligustro scribit Galenus de simplic. medic. facult. Huius arboris folia summaque germina habent in se quiddam digerens cum aquæ substantia, modicè calida, habentque & adstrictionem quandam ex terrena substantia frigida, &c. Idem etiam dicit crocũ esse secundi ordinis excalefacientiũ, primi verò exsiccantiũ, proinde cõcoquendi quoq; vim obtinet, adiuuante etiã ad id quadã exigua adstrictione. *Ceterũ nec.* Ostensurus Christianis nõ esse vtẽdũ coronis, dicit ne apud veteres quidẽ Græcos in vsu fuisse coronas. Quod probat ex eo

1. Corin. 11. & Ephes.

Prover. 12.

1. Cor. 7.

Sapient. 4.

quod apud Homerum nec proci Penelopes, nec Pheaces qui erant luxui dediti eis vterentur. Sed nec Athletæ, qui victoria potiti in gymniciis certaminibus coronabantur, ante tempora Medica, id est, priusquam Xerxes rex Persarum, profligato apud Plateas exercitu, Paulania duce è Græcia esset eiecctus. Athletarum enim primo quidem fuit *δόσις*, id est, munus vel donum: sic enim opinor vocare *ἀθλα*, seu præmia, quæ victoribus Athletis erant proposita. Postea successit *ἐπιεργασίς*, id est, excitatio: conicio eum per *ἐπιεργασίον*, intelligere vel plausum, vel *ἄθλησις*, quæ canebantur ad eorum laudem & gloriam vt excitarent ad virtutem. Deinde orta est *φλοβολία*, quam existimo fuisse foliorũ in victores Athletas coniectionẽ ac sparsionem, quæ significabant quandam victoriæ gratulationem. Postrema omnium fuit corona, quæ pro Gymnicorũ certaminum, Olympicorum, inquam, Isthmicorum, Pythiorum, & Nemæorum varietate, victoribus dabatur diuerſa. Tum demum autem dari cõeperunt, cum in magna rerum omnium copia in Græcia maximus esset luxus. Postea affert rationes cur Christianis qui à Verbo Pædagogo sunt instituti, non sint gestandæ coronæ. Prima est quod cerebrum in quo est ratio non sit alligandum. Deinde quod herbæ ex quibus sunt cõtextæ coronæ consecratae sunt Dæmonibus quos Deos appellant. Vitandus est ergo earum vsus, etiam si alioqui non est prohibitus, propter conscientiam, nempe quod non ignoremus eas contexi in honorem Deorum, sicut etiam D. Paulus, qui permittit comedi quid quid in macello venditur, & comedendum apponitur, ab eis iubet abstinere propter conscientiam, ne offendatur proximus si honorẽ videat haberi Dæmonibus. Quæ ex Sophocle autem & Sappho citat testimonia, non inueniuntur hodie, quoniam non extant eorum libri, in quibus hæc scripta sunt. Alia est etiam ratio, cur non vtendum sit coronis, quod eæ sint signum & symbolum vitæ otiosæ, quæ minime conuenit Christiano. Quod autem vitam otiosam significet coronæ, ex hoc arguitur quod coronatur mortui. Eo ipso autẽ planè ostendunt Deos suos, id est Dæmones, cum quibus Christiano nulla debet esse cõmunicatio, esse mortuos. Quam sit autem noxius coronarum vsus, ex hoc est perspicuum, quod qui bacchantur, id est, orgia Bacchi celebrant, cum primum acciperint coronas, incenduntur & furore corripiantur. Homo autem qui est viua Dei imago, factus est enim ad Dei imaginem, non est coronandus more idolorum: ei enim in cælis est reposita Amaranti corona. Alludit autẽ ad illud Petri, Percipietis immarcescibilem gloria coronam, Græcè *ἀμάρταντον*. Significat autem *ἀμάρταντον* & herbam & immarcescibilem. Dicta est autem herba Amarantus quod non marcescat: perceptus enim asseruatur, & cum defecere cuncti flores, madefactus aqua renouiscit, & collectus furnique tepore siccatus reconditur ad coronarios hyemis vsus, nec nitorem gratiamque coloris admittit. Hæc Gorrheus in suis Medicis definitionibus. Ea herba à Galeno dicitur *ἰλιόχρους*, à Dioscoride vero *χρυσόκριν*. Pulchram autem illam Amaranti coronam, quæ nunquam marcescit, non terra sed solum cælum producit, quæ datur iis qui in terris se recte gesserint. *Ad hæc accedit, quod est alienum à ratione.* Hæc est alia causa cur à nobis non sit portanda corona, nempe ne Christo spineam portant coronam, more Iudæorum videamur insultare, habentes ipsi capita redimita floribus. Digrediens autem hic Clemens à suo Pædagogi instituto, & in allegoricum excurrrens sensum, exponit quid sibi velit spinea corona Christi capiti imposta. Corona, inquit, nos propheticè significabat, veluti prædicens quid esset futurũ, nos, inquam, significabat qui eramus infrugiferi & inutiles, vt qui peccatis, tanquam quibusdam spinis obruti, bonarum actionũ nullos fructus ederemus, fuisse per Ecclesiam Christo circumpositos, & eius corpori insitos. Est autem Ecclesia mysticum Christi corpus, cuius membra sunt omnes fideles. Circa Christum autem nos ponit Ecclesia, & eius corpori inserit per Sacramenta: quo fit vt qui prius eramus inutiles & infrugiferi, simus ad omne bonum opus instructi. Est etiam alia coronæ allegoria: est enim corona typus & figura fidei. Tria autẽ sunt in corona, quæ fidei pulchre possunt adaptari. Est ligni substantia quæ viuit, Lignum, inquam, vitæ quod est in paradiso. Lignũ autem vitæ est Dominus Iesus, lignum sapientiæ plantatum in vtero virginis voluntate patris, à quo in perpetuum mansurum plantatur, vt fructum suum daret in tempore suo. Christus, inquam, est lignum vitæ cuius & in cælesti paradiso visione, & in præsentis Ecclesie corpore sancta reficiuntur animæ. Hoc lignum vitæ dum nos corpore & sanguine suo reficit, iam nunc resuscitat animam à morte peccati, & carnem nostram in nouissimo die resuscitabit. Dicitur etiam crux Christi lignum vitæ, per quam vita nostra quæ per lignum perierat, per lignum est reparata, & in integrũ restituta. Nam etsi morte naturali moriamur, quæ est pœna peccati, tamen & hic Deo viuimus, per vniuenti filij mortem ei vniti & reconciliati, quæ est vita animæ, & quæ à nobis recedit vita corporis, in Christo est absconsa qui est vita nostra, qui cum apparuerit, vita nostra nobis reddita, cum eo apparebimus in gloria. Quamuis autem sit author vitæ Christus, atque adeo ipsa vt ipse se vocat vita, & per eius crucem vita sit nobis restituta, ad vitam tamen æternam absque fide in eum qui dat vitam non deducemur. Quomodo enim lignum in paradiso nõ fuisset causa mortis Christus qui est author gratiæ & vitæ, non dat vitam nisi ei qui habuerit fidem sacramentis obſignatam. Habet ergo corona, propter ligni substantiam, typũ vitæ per fidem, habet etiã typũ lætitiæ propter coronæ appellationem. Ipsa certe corona eam solet afferre lætitiã, vt in Scripturis lætitiã & corona sæpe coniungantur & pro eodem propemodum vsurpentur. Timor Domini, inquit sapiens, est gloria & gloriatio, & lætitiã & corona exultationis, & Stulam gloria indue eum, & coronam gratulationis impones tibi. Est autem corona præmium virtutis, nihil autem maiori afficit lætitiã, quam quod ex virtute & ex re bene gesta speratur præmium, id est corona. Cum autem Christus sit, à Deo patre gloria & honore coronatus, non eandem quidem, nec tamen dissimilem sperant coronam quos adoptauit Pater, & quos ipse non est dedignatus vocare fratres: quod quidem eis magnam affert lætitiã. Sed ne de corona, id est, de spe præmij, inanem concipiamus lætitiã, strenuè nobis est certadum: non enim coronatur nisi qui legitime certauerit. Habet enim corona periculum, vt quæ contexta sit ex spinis quæ pungunt, ita autem pungunt vt sæpe sanguinem eliciant: ad verbum enim non datur accedere citra sanguinem. Per multas quidem certe afflictiones oportet in regnum cælorũ ingredi. Est etiam alia coronæ allegoria, si consideretur vt contexta ex spinis & floribus. Significant autem spinæ peccata & pungentes huius vitæ solitudines: flores autem

10

20

30

40

50

60

1. Petri 5.

Ambr. in 1. Psal.

Rupert in lib. 2. cap. 2. Apocalyp.

Eccl. 1. & 6.

Psal. 2.

2. Tim. 8.

A& 14.

inanem gloriam. Huiusmodi corona cito perit. Quidquid enim fit ab hominibus, & vniuersa eorum gloria cito marcescit, si Domino non credatur qui peccata remittit, & pro caduca corona, coronam dat immarcescibilem. Magna fuit olim gloria Iudeorum, qui & de regno & Sacerdotio se iactabant, & quod essent electus Dei populus: sed quia Dominum gloriae non agnouerunt euauit & emarcuit omnis eorum gloria, ut qui Sacerdotium & regnum amiserint, & non sint amplius Dei populus, atque adeo ne sint quidem amplius quod prius fuerant. Qui erant circumcisi, nunc corde & ratione sunt incircumcisi, ut qui vitia & animi motus non circumcidunt. Iudaei non sunt qui Dominum Deum non confitentur: nec Israelitae, ut qui Deum non videant, nec agnoscant. Est etiam alia spineae coronae allegoria, quae significat Dominum rem bene gessisse, & quae nos pungebant peccata suo capite in ligno portasse: Diabolum profligasse, & mortem aboleuisse, adeo ut glorians & ei insultans diceret, eam iam nihil posse. Harum autem spinatum, id est, Christi passionis, diuersos dicit esse effectus. Nam credentes quidem uuas & ficus, id est, bonos fructus inde colligunt. Per eum enim remittuntur peccata, bonaque & ad salutem efficacia redduntur quae ab eis sunt opera. Non creditibus autem male cedunt omnia, & quidquid ab eis fiat semper est paratus interitus & cruciatus, idque iure optimo, cum gratis sibi oblatam salutem repulerint. Ex spineae autem coronae allegoria accepta occasione arcanum ostendit & diligenter consideratum mysterium, quod Verbum legem larurum in rubo quae est arbor spinosa apparuit: & lege lata in calum reuersurum per spinam est assumptum. Omnia in Christo instaurans, & in vnam summam colligens cum finis principio respondeat, & ostendens omnia esse vnius potentiae qui est vnus, & vnius patris filius, & principium & finis, & ut est in Apocalypsi alpha & omega. Ab eo enim omnia incipiunt, & omnia in ipsum desinunt. Quod fit ut non immerito fuerit corona redimitus, cum sit corona figurae circularis. Circulus autem est eiusmodi ut vbiunque incipias & vbiunque desinas, id sit principium & finis. Quod Dei Verbi mirifice explicat potentiam à quo omnia principium ducunt, & in ipsum redeunt. *sed digressus sum à typo Pædagogico.* Relicta coronae allegoria in qua per digressionem versatus erat in dogmatibus, nunc redit ad propositum Pædagogi institutum. Et cum prius dixisset odores & suffitus esse vtilis ad medicamenta & ad moderatam recreationem, nunc respondet obiectioni quae fieri posset ab aliquibus. Quid iuuant flores eos qui eis non vtuntur? Ad quam respondet ex eis componi vnguenta quae sunt valde vtilia, quorum recenset nonnulla. Deinde permitti quidem vti floribus, sed coronas non esse ex eis contendas: sunt enim à Deo facti flores & aromata, non ad hominum delicias, sed ad eorum vtilitates. Homini enim pater, nempe Deus qui eum creauit, curam gerit, & non, ut cæteris animantibus, naturam quae eis medeatur præbet, sed ei soli propriam & peculiarem artem tribuit, per quam flores & aromata colligit quae sibi sunt vsui: propter quae eius opera est laudandus & honore afficiendus, qui effecit, ut quae ab eo sunt producta bonis & piis bono sint, malis autem & impiis ad mala conuertantur. De vnguentis autem quae hic recenset & eorum confectionibus, & eorum vsu, vide apud Dioscoridem lib. 1. & Plinium lib. 13. & cæteros medicos qui hæc tractant ex professo.

Quomodo se in somno gerere oporteat. Cap. IX.

QUOMODO autem deinceps nos ad somnum conferemus modestiae præceptorum memores, iam dicendum est. Postquam enim finito conuiuio Deo benedixerimus, eumque laudauerimus, quod vsui nostro erant necessaria suppeditauerit, & ut eum diem transigeremus concesserit, ad somnum nobis est diuertendum: stratorum magnificentiam, puluinos auro intertextos, auroque variegatos Psilotapetes, puniceasque Xystides, & preciosissimos gaunaces, & Poëtica Rhegea purpurea, vestesque supernè molles ac delicatas, & cubilia vel ipso somno molliora valere iubentibus. Nam præterquam quod est probrosa hæc mollis & sensum titillans voluptas, in lanuginosis plumis dormire est noxium, corporibus tanquam in vastum quendam hiatus cadentibus, propter stratorum molliem. Neque enim eos, qui in eis versantur cubantes, continent, propterea quod ex vtraque parte corporis, cubile aggeris instar assurgat: neque ut cibi concoquantur permittunt sed potius incendunt: quod quidem alimentum corrumpit. In planis autem & equatis cubilibus decubitus, qui sunt somni veluti naturale gymnasium, conferunt ad nutrimenti digestionem. Qui autem possunt in alijs volutari cubilibus, hoc veluti naturale somni habentes gymnasium, alimenta facilius digerunt, & se ad casuum circumstantias aptiores reddunt. Præterea lecticæ quae pedes habent argenteos, magnam arrogantiam arguunt: & ebur quod est in lectulis, cum corpus reliquerit anima, non est vsque adeo licitum sanctis hominibus, ut quod sit inertes & ignauos reddens quietis artificium. Non est ergo studium in eo conferendum: non est enim possessoribus eorum vsus prohibitus, sed quod in eis ponitur studium est prohibitum: non est enim eis sita felicitas.

Rursus.

Rursus autem est vana gloriae Cynica, ad dormiendum quemadmodum Diomedes se exercere, Agrestisque bouis constrepat tergora subtus, nisi forte cogat casus aliquis. *Vlysses autem lecti nymphæ id quod claudicabat, lapide erigebat: tanta frugalitas, & natua, nec extrinsecus petita operis simplicitas, non solum apud priuatos, sed etiam apud veterum Græcorum præfectos exercebatur.* ^b *Quanquam quid de his mihi opus est dicere? Iacob humi dormiebat, & lapis erat puluinus: atque visum quidem videre dignus est habitus, quod captum hominis superabat. Nobis autem ut rationi est consentaneum, simplici & frugali cubili vtendum est, quod habeat id quod nos iuuat commoderatum & conueniens: si sit æstus, quod protegat: si sit frigus, quod foueat. Sit autem lectus non affabre & curiose factus, pedesque habeat planos ac leues: nimis enim curiose & exquisitæ tornaturæ, sunt sepe reptilium semitæ animantium, dum in incisuris artis circumaguntur, & minime dilabuntur. In primis autem cubilis molliem commoderatè & conuenienter oportet esse virilem & masculam: non oportet enim somnum esse perfectam corporis solutionem, sed tantum remissionem. Et ideo dico cum esse assumendum non ad ocium & socordiam, sed ad negotiorum & actionum quietem. Ita est ergo dormitandum, ut facile excitemur. Sint enim, inquit, lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, in manibus vestris, & vos similes hominibus dominum expectantibus, quando redibit à nuptijs, ut cum venerit & pulsauerit, statim illi aperiant. Beati serui illi quos veniens Dominus inuenerit vigilantes: dormientis enim hominis nullus est vsus, quemadmodum nec mortui. Quocirca sepe etiam noctu è lecto surgendum est. Deusque est laudandus: beati enim qui ad ipsum vigilarunt, seipsos assimilantes Angelis, quos nos ægyptiæ, hoc est, vigilantes vocamus.* ^c *Dormiens autem homo nullus vilius est præter, non magis quam qui non viuit. Qui autem lucem habet, vigilat, & tenebræ eum non comprehendunt: nec itaque somnus, quoniam non tenebræ. Ad Deum ergo vigilauit is qui est illuminatus. Qui autem talis est, viuit. Quod enim factum est in ipso, vita erat. Beatus homo, inquit Sapia, qui me audiet & homo qui vias meas custodit, vigilans in foribus meis, interdum obseruans stationem mei ingressus. Ne ergo dormiamus ut ceteri, sed vigilemus, & sobrii simus. Qui enim dormiunt, noctu dormiunt: & qui ebrj sunt, noctu ebrj sunt: hoc est, in tenebris ignorantiae. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus: omnes enim vos estis filij lucis, & filij Dei. Non sumus noctis, nec tenebrarum, sed qui ex nobis ut verè viuat, rectèque ac sincerè sentiat, nostri maximè curam gerit, plurimo tempore vigilat, id solum sibi reseruans quod est hic ad suam sanitatem vtile. Id autem non vsque adeo est vsitatum, sed exercitationis meditatio perpetuas vigilias gignit ex laboribus. Ne cibi ergo nos grauent, sed alleuent, ut quam fieri maximè poterit somno minimè ledamur, ut grauantur natantes quibus appenduntur onera. Rursus autem veluti ex abyssos nos infernè alleuabit sobrietas ad vigiliæ exercitium: est enim somnus qui nos deprimit morti similis, eò deducens per ignorationem ut sensu careamus, & clausis à cilijs oculis lucem abscindit. Hanc ergo lucem, qui sumus filij veræ lucis, ne foras excludamus: intus autem ad nos conuersi, absconsi hominis visum illuminantes, & ipsam veritatem contemplantur, & eius fluxionum effecti participes, vera somnia euidenter prudentèque reuelamus. Eorum autem qui crapula grauantur, ructus, & eorum qui nimio cibo onusti oscitationes, & stertere inuolutum stragulis, ventrumque in arctum compressorum murmura, perspicacem animæ oculum obruunt, impleta cogitatione varijs visionibus. Causa autem est alimentum superuacaneum, quod ratiocinantem animæ facultatem eò trahit, ut sensu priuetur penitus. Immodicus enim somnus, nec corporibus nec animis nostris vllam affert vtilitatem, nec ijs quae versantur circa veritatem omnino conuenit actionibus,*

T ij

*etsi sit secundum naturam. Loth autem iustus (regenerationis enim œconomie in præsen-
 tia mitto expositionem) non ad illum nefarium inductus esset coitum, nisi inebriatus fuis-
 set à filiabus, somnoque oppressus & grauat. Si ergo causas quæ ad multum ac profun-
 dum somnum nos impellunt præciderimus, magis sobriè dormiemus: non enim oportet eos,
 qui inhabitantem & vigilantem intus habent rationem, tota nocte dormire. Noctu au-
 tem maximè est expurgandum quando dies veniunt, & huic quidem danda est opera li-
 teris, illi verò ars sua est inchoanda, fœminas autè oportet ag gredi lamficium. Nobis au-
 tem, ut semel dicam, omnibus aduersus somnum est decertandum, nos paulatim accessione
 facta assuefaciètes, ut maiori parte tēporis per vigiliã simus vitæ participes. Somnus enim,
 non secus ac publicanus, dimidium vitæ tempus nobiscum diuidit. Longè autem abest ut
 permittatur interdum dormire ips, qui maximam partem noctis ad vigiliã rescant. Tadia
 autem & dormitationes, pandiculationes, & oscitationes, sunt instabilia animi fastidia.
 Postremò autem hoc sciendum est, non esse animam quæ somno indiget: ipsa enim est sem-
 per mobilis: sed corpus, quod quieti traditur, resoluitur, dum anima non amplius corpora-
 liter operatur, sed per seipsam mente agit: quo fit ut quæ sunt vera somnia, rectè repu-
 tanti sint sobriæ animæ cogitata, ut quæ ad corporis affectiones per consensum non traha-
 tur, & ipsa sibi ipsi quæ sunt optima consulat; animæ autem est interitus, si ipsa apud se
 omnino quiescat: & ideo Deum mente semper versans, per continuam cum eo consuetu-
 dinem & collocutionem corpori vigiliam inferens, exæquat hominem gratia angelicæ: vi-
 tæ aternitatem ex meditatione vigiliæ suscipiens.*

COMMENTARIUS IN CAP. IX.

30

*Quomodo autem deinceps nos ad somnum conferemus. Peracta cœna, & Deo actis gratiis, restat ut ear-
 tur cubitum. Docet ergo quomodo se in somno gerere oporteat. Et primum quidem ostendit qualem o-
 portet esse lectum, & quales vestes stragulas, à quibus vult abesse luxum & nimiam magnificentiã. Ita au-
 tem esse decumbendum ut bene dormiatur, nec ciborum impediatur concoctio & digestio. Inter magnifi-
 cas autem vestes stragulas recenset psilotapetes, id est, glabros & leues tapetes. Vnde potest intelligi pan-
 nos pilosos & hirsutos non fuisse tunc in prætio. Xystides autem, vestes erant subtiles, quibus in ludis ute-
 bantur Aurigæ, & in pompis equites, & ea forte sunt quæ à nonnullis dicuntur multitia. *βύρα* autem, quò
 vocabulo sæpe vitur Homerus cum agit de conuiuio, ut cum Calypsus, Circes, & Pheacum cœnas descri-
 bit, est indumentum purpureum, est enim *βύρα* tingere, & veluti transmutare. Quod autem *βύρα* diceretur
 tinctoris, & *βύρα* tinctura, ostendit Anacreon. Hæc etymologicon Græcum: hæc autè *βύρα* appellat *πυρκα*,
 id est, poëtica, forte quod iis vterentur Poëtæ, sua recitantes poëmata, vel Histriones comœdias aut tragœ-
 dias agentes: *βύρα* autem quinam sint fateor me nescire, ut qui nusquam id legerim, existimo autem hoc
 sicut & Gazam esse vocabulum Persicum. Porro autem non probat decubitum in mollibus stratis, utpote
 plumcis, duabus de causis, nempe quod probrū in iis cubantibus afferant, eorum enim arguunt millitiem:
 & quod ciborū cōcoctioni ut quæ eos incendat officiant (moderato enim calore opus est ad concoctionē)
 & impediant digestionē. Nam nimis coctum corrumpit nutrimentum. Quo fit ut cōstipetur, & nimis in-
 duratum non digeratur, & nec excrementa faciliè egerantur. Ea de causa in planis & æquatis cubilibus dor-
 mire est satius, quæ somnum conciliant, & concoctionem adiuuant, ut quæ dormientem contineant, &
 ut in alterutram partem inclinent non permittant. Non refert autem sintne humilia an alta, modo ne sint
 mollia, & nimis assurgentiã cubantes non contineant, & digestionem non impediant. Sed qui possunt
 volutari in altis cubilibus hoc etiam habent commodi, quod nec faciliè molestia afficiantur à cymici-
 bus, nec pungantur à scorpiis. Eæ autem sunt quas Græcè dixit *αετάρια*, nos autem vertimus, ca-
 suum circumstantias. Aduersus autem eos casus se muniunt qui lectos habent pensiles. Non solum
 autem in lectis, sed etiam in lecticis luxum dicit esse vitandum, nimiam enim arguere arrogantiam lecti-
 carum pedes argenteos: neque virorum sanctorū nempe Christianorū, qui tunc omnes dicebantur Sancti,
 ebur lecticas decere, quod teste Plinio lib. 8. alij appellat dentes, alij cornua mortui elephantis. Id autem est
 propriè ebur, quamuis, cum iam sit corum dentium seu cornuum magna raritas, eorū quoq; ossa pro ebo-
 re vsurpentur. Cum corpus autem reliquerit animum, ideo dicit, quod Græcè Elephas, & vnum significet
 elephantum, & mortui elephantis dentes seu cornua, nempe ebur. Quamuis aut sit luxus in eis vitandus, iis
 tamen possunt uti qui ea possident, dummodo non nimis in ea conferatur studiū. Laudanda quidem est fru-
 galitas, sed non nimis affectata, cuiusmodi erat Cynicorū Philosophorum, qui inanem captantes gloriam in
 thoris herbaceis cubabant. Hanc autem dormiendi frugalitatem acceperunt Cynici à Diomede, qui in-
 uentus est habēs substratum tergum bouis. Quod autem dicit de Vlyssè qui lapide erigebat id quod clau-
 dicabat lecti Nymphæ, quam Clemens dicit *νυμφιδιον*, nec apud Homerum, nec vsquã alibi memini me lege-
 re. Non dubito autem quin qui id citat legerit. Ex his autem faciliè potest intelligi quanta fuerit veterum
 Græcorum, non solum priuatorum sed etiam principum ac præfectorum frugalitas. Quanto magis autem
 æquum*

Plin. lib. 8. cap. 3.

*æquum est, ut sint frugales, qui sunt Verbi, nempe Iesu, à quo tanquam Pædagogo sunt edocti Discipuli;
 Subiungit itaque. Quamquam quid de his mihi opus est dicere. Apud veteres quidem Græcos magna fuit
 olim in somno frugalitas, sed longe maior inuenitur in scripturis. Dormienti enim Iacob non fuit alius
 puluinus quam lapis. Vidit autem pulcherrimam illam visionem Angelorum ascendentium & descenden-
 tium. Deinde docet quale debeat esse cubile, à quo absint oportet tornaturæ, ne earum incisuris maneant
 Cymices & alia reptilia animalia. Deinde docet qualem oporteat esse somnum, nempe non nimis profun-
 dum, nec eiusmodi ut sit corporis solutio, & videatur morti similis, sed corporis remissio, ut post quietem
 alacriores redeamus ad negotia & actiones. Ita dormiendum ut facile excitemur, & noctu etiam esse sur-
 gendum, ut Deum laudemus: sicut David qui media nocte surgebat, ut Deo confiteretur. Fugiendum esse
 somnum, quod dormiens sit similis mortuo, nec illius maior sit vsus quam mortui. Rectè certè Virgilius
 qui dicit mortis consanguineum esse soporem, & is qui somnum cecinit esse gelida mortis similitudinem.
 Ad Angelorum similitudinem qui *εγρηγόρητες* dicuntur, id est vigilantes, accedere eos qui vigilant. Est autem
 verisimile tempore Clementis Angelos vulgo dictos esse vigilantes, neque enim in scripturis inueniun-
 tur ita appellati. Dormiens autem homo, nullus illius est pretij. Eorum quæ dicit est summa. Iis maximè esse
 vigilandum & immodicum somnum ab eis fugiendum, qui sunt baptizati, qui dicuntur illuminati, ut qui
 amplius non versentur in tenebris ignorantie: & ideo dicuntur filij lucis & filij diei: Ij & viuūt ut qui Chri-
 stum qui est vita habeant inhabitantem, id enim est quod in eis factum est. Non plus esse eis dormiendum
 quam quod sufficiat ad vitæ utilitatem, quod quidem non est adeò multum, vsu, assuefactione & exercita-
 tione, quæ propria est Monachorum qui dicuntur Ascetæ, id est exercitatores, eo perueniri ut sint perpetuè
 propemodum vigilia. Somnum quidem apud alios esse veluti publicanum, qui dimidiam vitæ partem no-
 biscum diuidit, apud Christianos verò minime, qui somnum fugiunt tanquam vitæ inimicum. Nihil esse
 quod omnibus vitæ actionibus magis aduersetur quàm somnus, qui homines tanquam mortuos priuat o-
 mni sensu: ea esse vitanda quæ profundum somnum inducunt, nempe cibos superfluos crapulosos & ebri-
 tatem, ut quæ contemplantis animæ obscurent perspicacitatem, & ad vitia etiam impellant, ut testatur
 Loth, qui nefario concubitu rem habuit cum filiabus qui eum inebriarant. Si sobriè viuatur, animam à
 corporalibus remotam actionibus per se contemplari, & vera proferre somnia, & veras reuelationes; som-
 no non egere animam quæ est in perpetuo motu, sed corpus. Tota nocte non esse dormiendum, sed cum
 dies appropinquat ad opus esse surgendum. Animam, si corpus grauetur crapula, ad se per consensum tra-
 here affectiones corporis, & eam quodammodo interire, ut quæ obruta & oppressa quiescat, cum tamen sit
 eius proprius perpetuus motus. Sin autem eam non opprimat ebrietas & nimia ciborum ingurgitatio,
 perpetuo cum Deo versantem, & cum iugiter contemplantem, hominem Angelis reddere æqualem ex eo
 quod vigiliam perpetuo meditetur. Hæc est summa eorum quæ hic dicuntur. Quod autem de Loth lo-
 quens dicit (Regenerationis enim Oeconomie in præsentia mitto expositionem) ideo dicit quod superius
 locutus fuerat de Baptizatis, quos vocat illuminatos, ne putaretur de Loth loquens ipsum inter eos com-
 prehendere. Quod autem dicit; *ὅτι ἡ πανύχνη ἐσθλὴ ἐστὶν ἐνοικοῦ ἐργαζομένου πᾶν λόγον*. Non oportet eos qui inhabitantem
 intus habent rationem, tota nocte dormire, alludit ad illud Homeri,
 Ὁν ἡ πανύχνη ἐσθλὴ ἐστὶν ἐνοικοῦ ἀδύρατα. id est,
 Non oportet vitrum consultorem tota nocte dormire. Ei autem quod dicit somnum esse morti similem,
 optime conuenit quod citatur tanquam dictum à Menandro Comico;
 Ἵππος θανάτου ὡς παρμηλέτης πέλας,
 id est; Est somnus quædam mortis præmeditatio. Et rursus;
 Ἵππος τὰ μικρὰ τὸ θανάτου μυστήρια. Haçtenus de somno.*

Virg. 6. Æneid. Ouid. amon. eleg. 9.

Plin. lib. 3. cap. 6.

Quænam de filiorum procreatione tractare oporteat. Cap. x.

EMPVS autem coitus iis solis considerandum relictum est, qui iuncti sunt
 matrimonio: qui autem matrimonio sunt coniuncti, iis scopus est & institu-
 tum, liberorum procreatio: finis autem, ut boni sint liberi: quemadmodum
 agricola seminis quidem deiectionis causa est, quod habendi nutrimenti cu-
 ra gerat: ei autè agricultura finis est, fructuum perceptio. Multò autè melior est agricola,
 qui terrâ colit animatam: ille enim ad tempus nutrimentum expetens, hic verò ut uniuersitas
 permaneat curam gerens, agricolæ fungitur officio: hic autem propter Deum plan-
 tat ac seminat. Dixit enim: Crescite & multiplicamini. & est obediendum: Et ea ra-
 tione fit homo Dei imago, quatenus homo cooperatur ad generationem hominis. Non ergo
 omnis terra apta ad suscipienda semina: quod si etiam omnis, non tamen eidem agricolæ.
 Neque verò seminandum est supra petram, neque semen est iniuria afficiendum, quod qui-
 dem dux est & princeps generationis, estque substantia quæ simul habet insitas naturæ ra-
 tiones. Quæ sunt autem secundum naturam rationes, absque ratione præternaturalibus
 mandando meatibus, ignominia & probro afficere, est valde nefarium & impium. Vi-
 dete itaque quomodo sapientissimus Moyses infrugiferam sationem aliquando symbolicè*

Genes. 1.

Leuit. 11.
Deut. 14.

repulit: Non comedes, inquit, leporem, nec hyenam. Non vult homines esse qualitatis eorum participes, neque eis parem degustare libidinem: hæc enim animalia insano quodam stupore feruntur ad explendum coitum venereum. Atque leporem dicunt quotannis multiplicare venerem, pro numero annorum quos vixit habentem foramina: & ea ratione dum leporis esum prohibet, significat se debortari ab amore puerorum. Hyenam autem vicissim singulis annis masculinum sexum mutare in fæmininum: significat autem non esse ad adulteria prorumpendum, ei qui ab hyæna abstinet. Sed non oportere quidem his assimilari animalibus, per propositam prohibitionem sapientissimum Moysen citra ullam dubitationem significare, ego quoque assentior: non tamen eorum quæ symbolicè dicta sunt narrationi assentior: nunquam enim naturæ vis potest afferi ut mutetur: quod autem semel in ipsa effectum est, nefas est affectione in contrarium resingi: affectio enim est, non natura. Eius enim quod est formatum adulterare characterem, non autem ipsam formam potest transformare affectio. Etsi enim multæ aues dicuntur temporum vicibus mutare & vocem & colorem: quemadmodum merula ex nigra quidem flava, ex ea autem quæ suauiter canebat, obstrepera & turbulentum sonum edens fieri dicitur: itidem etiam lusciniæ & colorem & vocem, cum Solis fiunt conuersiones, mutare asseritur: ceterum non mutant ipsam naturam, ut figura mutata mas fiat ex fæmina, sed recens quidem pennarum productio, nouæ vestis instar, quandam pennarum tincturam, tanquam flores emittit: sed ea paulò post minis hybernis exhalatur, sicut flos, dum color flaccescit, ipsa quoque vox similiter frigore male vexata, marcescit. Cum enim exterior cutis ab aère ambiçte densatur, quæ in collo sunt arteriæ compressæ & constipatæ, spiritum quoque comprimunt: is autem in arctum valde contractus, suffocatus & oppressus edit sonum. Rursus itaque ambientem aëri assimilatur, & vere relaxatus ex angustiis liberatur spiritus, qui fertur per dilatatas, quæ tunc clausæ erant, arterias. Non profert itaque amplius cantum flaccidum & languidum, sed iam emittit canorum: etiam vox eorum latius diffunditur: & cantus existit ver vocis auium. Nequaquam ergo est credendum hyenam unquam mutare naturam: idem enim animal non habet simul ambo pudenda sexus masculini & fæminini, sicut nonnulli existimant, Hermaphroditos prodigiose narrantes, & inter masculum & fæminam, hanc ex viro & fæmina constantem naturam innouantes. Valde autem falluntur, ut qui non animaduertent quàm sit filiorum amans omnium mater & genitrix natura. Quoniam enim hoc animal, hyæna inquam, est salacissimum sub cauda ante excrementi meatum, adnatum est ei quoddam carneum tuberculum, fæminino pudendo figura persimile. Nullum autem meatum habet hæc figura carnis in vllum usum desinens, aut in matricem inquam, aut in rectum intestinum: solam autem multam habet cavitatem, quæ inanem excipiat libidinem, quando auersi fuerint meatus, qui in concipiendo fætu sunt occupati. Hoc ipsum autem & masculo & fæminæ hyæna est adnatum, quod sit insigniter pathica: masculus enim vicissim & agit & patitur, unde etiam rarissimè inueniri potest hyæna fæmina. Non enim frequenter concipit hoc animal, cum in eis tutò redundet satio præter naturam. Hac etiam ratione mihi videtur Plato in Phædro, amorem puerorum repellens, eum appellare bestiam, quod frænum mordentes, qui se voluptatibus dedunt, libidinosi, quadrupedum more ingrediuntur, & conantur seminare filios. Impios autem tradidit Deus, ut ait Apostolus, in passiones ignominie: nam & fæminæ eorum mutauerunt naturalem usum, in eum qui est præter naturam: similiter autem & masculi eorum, relicto usu naturali, exarserunt in sui inter se inuicem desiderio, masculini in masculos turpitudinem operâtes, & mercedem quam oportuit erroris sui in se recipientes. Quamquam ne libidinosissimis quidem animalibus concessit natura excrementi meatum superfluum:

Rom. 1.

fluum: vrina enim in vesicam excernitur, humefactum alimentum in ventrem, lachryma vero in oculum, sanguis in venas, sordes in aures, mucus in nares defertur, sedes autem coheret fimi recti intestini, per quam excrementa expuuntur. Sola ergo varia in hyænis natura superfluo coitui superfluam hanc partem excogitauit, & ideo est etiam aliquantisper concaua: ut prurientibus partibus inseruiat, exinde excæcatur concauitas: non fuit enim fabricata ad generationem. Hinc est manifestum atque adeo constat, vitandos esse cum masculis concubitus, & infrugiferas sationes, & Venerem præposteram, & quæ natura coherere non possunt, androginorum, id est, qui viri simul sunt & fæminæ, coniunctiones, ipsam naturam sequentibus, quæ per partium prohibet constitutionem, ut quæ masculum non ad semen suscipiendum, sed ad id effundendum virum fecerit. Hieremias autem quando dicit, hoc est, per ipsum loquens Spiritus: Spelunca hyæna facta est domus mea, quod erat ex mortuis corporibus alimentum abhorrens: sapienti allegoria reprehendit cultum simulachrorum: verè enim oportet ab idolis esse puram domum Dei viuientis. Rursus Moyses lepore quoque vesci prohibet. Omni enim tempore coit lepus, & salit assidente fæmina eam à tergo aggrediens: est enim ex iis quæ retro insiliunt. Concipit autem singulis mensibus, & superfatatur: inquit autem & parit. Postquam autem peperit, statim inquit in quocumque leporario: neque enim uno contenta est matrimonio: & rursus concipit adhuc lactens, habet enim matricem cui sunt duo sinus, & non vnus matricis vacuus sinus, est ei sufficiens sedes ad receptaculum coitus: quicquid enim est vacuum, desiderat repleri. Accidit autem ut cum uterum gerunt, altera pars matricis desiderio teneatur, & libidine furiat, quamobrem fiunt eis superfatationes. A vehementibus ergo appetitionibus, mutisque congressionibus, & cum prægnantibus fæminis coniunctionibus, alternisque inuitibus, puero-rumque stupris, adulteriis, & libidine abstinere, huius nos ænigmatis prohibitio est adhortata. Idcirco apertè & non per ænigmata Moyses adhuc nudo capite prohibuit: Non fornicaberis, non mæchaberis, pueris stuprum non afferes, inquit. Verbi itaque iussus, est omni ratione obseruandus, neque quicquam contra leges ullo modo faciendum est, neque mandata sunt infirmata & abroganda. Male enim cupiditati nomen est, petulans iniuria. & equum cupiditatis petulantem & insolentem vocauit Plato, cum legisset: Facti estis mihi equi furentes in fæminas. Pro probro autem petulantique iniuria supplicium significabunt Angeli, qui Sodomam accesserunt. Ii eos qui probro & ignominia illos afficere voluerunt, vna cum ciuitate combusserunt, euidenti hoc indicio ignem, qui est fructus libidinis, describentes: quæ enim veteribus acciderunt, sicut antè diximus, ad nos admonendos scripta sunt, ne eisdem teneamur vitiiis, & ut caueamus ne in penas similes incidamus. Oportet autem filios quidem existimare, pueros: uxores autem alienas intueri tanquam proprias filias: vincere autem voluptatem, ventrique & iis quæ sunt infra ventrem dominari, est maximi imperij. Si enim ne digitum quidem temerè mouere sapienti permittit ratio, ut consententur Stoici, quomodo non multò magis iis qui persequuntur sapientiam, in eam qua coitur particulam obtinendus est dominatus? Atque hac mihi quidem de causa videtur pudendum esse nominatum, quod hac corporis parte magis quam quauis alia cum pudore sit utendum: natura enim sicut alimentis, ita etiam legitimis nuptiis quatum conuenit, confert & decet, nobis uti permisit: permisit autem appetere liberorum procreationem. Quicumque autem quod modum excedit persequuntur, labuntur in eo quod est secundum naturam, per congressus qui sunt præter leges, seipso ledentes. Omnino enim rectè habet nunquam cum adolescentibus, perinde ac cum fæminis, Venerea uti consuetudine. Et ideo non esse in petris & lapidibus seminandum, dicit qui à Moysè factus est Philosophus, quoniam nunquam actis radicibus suam genitalem suscipiat naturam. Verbum

Cap. 11.

Exod. 20.

Hierem. 5.
Ezech. 23.
Genes. 19.

itaque per Moysen apertissime præcepit: Et cum masculo non dormies famineo concubitu, est enim abominatio. ^b Ad hæc accedit, quod ab omni quoque aruo abstinere feminino, præterquam à proprio, ex diuinis scripturis colligens, præclarus Plato consuluit, lege inde petita: Et uxori proximi tui non dabis concubitum seminis, ut polluaris apud ipsam. Irrita autem sunt & adulterina concubinarum semina. Ne semines, ubi non vis tibi nasci quod est seminatum. Neque ullam omnino tangas mulierem, præterquam tuam ipsius uxorem, ex qua sola tibi licet carnis voluptates percipere ad suscipiendam legitimam successionem. ¹⁰ Hæc enim sola Verbo sunt legitima. Eis quidem certè qui diuini muneris, nempe opificialis sunt participes, semen non est abijciendum, neque iniuria afficiendum, neque quæ in cornu incidunt sunt seminanda. Hic ipse ergo Moyses cum ipsis quoque uxoribus prohibet congregari, si forte eas detineat purgationes menstrua. Non enim purgamento corporis, id quod est maxime genitale seminis, & quod mox homo futurum est, polluere est consentaneum: nec sordido materiae profluuiio, & quæ expurgantur inquinamentis inundare & obruere. Semen autem generationis degenerat ineptumque redditur, si matricis sulcis priuetur. Ne ²⁰ que verò ullum unquam induxit veterum Hebraeorum coeuntem cum sua uxore prægnante. Sola enim voluptas si quis ea etiam utatur in coniugio, est præter leges & iniusta, & à ratione aliena. Rursus autem abducit Moyses viros à prægnantibus, quousque pepererint. Reuera enim matrix sub vesica quidem collocata, super intestinum autem quod relictum appellatur posita, extendit collum inter humeros in vesica: & os colli, in quod admittit semen, impletum occluditur, rursusque inane redditur foetui qui purgatur: fructu autem deposito, deinde semen suscipit. Neque verò nobis turpe est ad auditorum utilitatem nominare partes in quibus fit foetus conceptio, quas quidem Deum fabricari non puduit. Matrix itaque sitiens filiorum procreationem semen suscipit, probrosamque & vituperandum negat coitum, post sationem ore clauso omnino iam libidinem excludens. Eius autem appetitiones, quæ prius in amantibus versabantur complexibus, intro conuersa, in procreatione sobolis occupata, operantur unà cum opifice. Nefas est ergo operantem iam naturam adhuc molestia afficere, superflue prorumpendo ad petulantem iniuriam: petulans autem iniuria, & multa habet nomina, & est multiplex. Postquam autem ad hanc veneream conuersa fuerit immoderationem, Græcè ἀσέλγεια, id est, lasciuia dicitur, quo nomine significatur libidinosus, popularis, & incestus ad coitum propensio: quæ cum creuerint, magna simul morborum conuenit multitudo, videndi desiderium, vini bibendi appetitus, & amor in mulieres, luxus quoque, & simul uniuersum voluptatum desiderium: in quæ omnia tyrannidem obtinet cupiditas. His autem cognata innumerabiles augentur affectiones, à quibus mores intemperantes ad summum prouehuntur. Dicit autem scriptura: ³⁰ Parantur intemperantibus flagella, & supplicia humeris insipientium: vim intemperantia, constantemque & intensam tolerantiam, insipientium vocans humeros. Quamobrem amoue à seruis tuis spes inanes, & indecoras, inquit, cupiditates auerte à me. Ventris appetitio, & coitus ne me apprehendant. Longe ergo sunt arcenda plurima insidiatorum maleficia: non ad solam exim Crætetis peram, sed etiam ad nostram ciuitatem non nauigat stultus parasitus, nec scortator libidinosus clune exultans, non dolosa meretrix nec ulla eiusmodi alia voluptatis belua. Multa ergo nobis per totam vitam seminetur, quæ bona sit & honesta, occupatio. In summa ergo, vel iungi matrimonio, vel omnino à matrimonio purum & immundum esse oportet: in quaestione enim id versatur, & hoc à nobis declaratum est in libro de continentia. ⁴⁰ Quod si hoc ipsum, An ducenda sit uxor, veniat in considerationem: quomodo liberè permittitur, sicut nutrimento, ita etiam coitu semper uti, tanquam necessario? Ex eo ergo videri possunt nerui tanquam stamina differri, ac extendi, & in vehementi

hementi congressus intensione disrumpi. Iam verò offundit etiam caliginem sensibus: robur quoque interrumpit. Patet hoc & in animantibus rationis expertibus, & in iis quæ in exercitatione versantur corporibus: ex quibus hi quidem qui abstinent, in certaminibus superant aduersarios: illa verò à coitu abducuntur, itaque adeo vix circumaguntur & trahuntur, omnibus viribus & omni animi impetu perfectè exinanita. Paruam epilepsiam coitum dicebat Sophista Abderitanus, existimans morbum immedicabilem. An non enim ¹⁰ ex eo consequuntur resolutiones, quæ exinanitioni eiusque quod abscedit ascribuntur magnitudini? homo enim ex homine nascitur & euellitur. Vide damni magnitudinem: totus homo per exinanitionem coitus abstrahitur. Dicit enim: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Homo ergo tantum exinanitur semine, quantus cernitur corpore, est enim generationis initium id quod recedit: quinetiam conturbat ebullitio materiae, & compagem corporis labefactat & commouet. Lepidè ergo dixit ille, qui interroganti, quomodo adhuc rebus uteretur venereis: Bona verba, quæso, ego verò lubenter isthinc, tanquam ab agresti & insano domino profugi. ²⁰ Caterum introducatur quidem & eligatur matrimonium: vult enim Dominus humanum genus replevi: sed non dicit, Estote libidinosi: nec vos tanquam natos ad coitum voluit dedere voluptati. Pudore autem nos afficiat Pædagogus clamans per Ezechielem: Circuncidamini fornicationem vestram. Aliquod tempus opportunum ad seminandum habet etiam rationis expertia animantia. Non coire autem ad liberorum procreationem, est naturæ facere iniuriam, quam quidem oportet asciscentes magistrum, quas prudenter introducit temporis considerationes, diligenter ³⁰ cauere, senectutem inquam, & puerilem aetatem. His enim nondum concessit: illos autem non vult amplius uxores ducere. Sed non vult homines semper operam dare matrimonio. Matrimonium autem est liberorum procreationis appetitio, non nullo ac incerto ordine seminis excretio, quæ est & præter leges, & à ratione aliena. Secundum naturam autem vita nobis uniuersa processerit, si & ab initio cupiditates contineamus, & hominum genus, quod ex diuina nascitur providentia, improbis & malitiosis machinationibus non interficiamus: ea enim ad obtegendam fornicationem, utentes medicamentis quæ omnino ad ⁴⁰ exitium attrahunt, simul cum foetu omnem consumunt humanitatem. Caterum quibus uxores ducere concessum est, iis pædago opus fuerit, ut non interdum naturæ mystica celebrentur orgia, nec ex ecclesia, verbi gratia, aut ex foro mane rediens, galli more coeat, quando orationis, & lectionis, & efficacium quæ interdum sunt operum tempus est: vesperæ autem oportet post conuiuium quiescere, & post gratiarum actionem quæ fit Deo pro bonis quæ accepimus. Non semper autem concedit tempus natura, ut peragatur congressus ⁵⁰ matrimonij: est enim coniunctio eo desiderabilior quo diuturnior. neque verò noctu, tanquam in tenebris se immodestè & intemperanter gerendum est, sed verecundia, tanquam lux rationis, in animo est includenda. Nihil enim à Penelope telam texente differemus, si interdum quidem texamus dogmata temperantia, noctu autem ea retexamus, cum in cubile venerimus. Si enim honestatem oportet exercere, multò magis uxori tuæ ostendenda est honestas, inhonestas vitando coniunctiones: & quod castè verferis cum proximis, fide dignum è domo ad sit testimonium. Non est enim, non est aliquid honestum apud eam reputandum, apud quam non est testata ac probata honestas in acerbis illis voluptatibus. Beneuolentia autem, quæ fatetur se ferri præcipitem ad congressionem, exiguo floret tempore, & cum corpore consenescit: nonnunquam autem etiam præsenescit, flaccescente iam & marcescente libidine, quando matrimonialem moderationem ac temperantiam meretriciæ voluptates iniuria affecerint. Amantium enim corda sunt volucra: amorisque irritamenta extinguuntur sæpe penitentia: amorque sæpe vertitur in odium, quando repreh-

sonem senserit satietas. Impudentium verò verborum, & turpium figurarum, meretriciorumque osculorum, & huiusmodi lasciviarum nomina, ne sunt quidem memoria tenenda, beatum sequentibus Apostolum, qui aperte dicit: Fornicatio autem, & omnis immunditia, vel plura habendi cupiditas, ne nominetur quidem in vobis, sicut decet sanctos. Rectè ergo videtur dixisse quispiam: Nulli quidem profuit coitus, bene autem cum eo agitur si non etiam læserit. Qui enim ex lege est, est periculosus, nisi quatenus in liberorum procreatione versatur. De eo autem qui est præter leges dicit Scriptura: Mulier * meretrix apro comparabitur. Quæ viro autem est subiecta, est turris mortis iis qui ea utuntur. Capro vel apro meretriciam comparat affectionem. Mortem autem quæ quaritur dixit, adulterium quod committitur in meretrice quæ custoditur. Domum autem civitatē, in qua suam exercet intemperantiam. Quinetiam quæ est apud vos Poëtica, quodammodo ea exprobrans, scribit:

Mæchus es, illicitus coitus valdeque nefandus
Fœmineusque virum tecum est, ô maxima pestis.

Rursus autem pudicos & continentis admiratur:

Quos desiderium tenuit nec turpe cubilis
Alterius, nec tetra inuisaque supra tulerunt
Vlla vnquam maribus.

Quoniam has præter naturam delicias quidam sua esse peccata non existimant, qui autem sunt his paulò meliores, esse hæc quidè peccata agnoscunt, vincuntur autè à voluptatibus, & sunt eis tenebræ vitiorum integumentum: suum enim adulterio violat matrimonium, qui in id inducit meretricem, & non audit Pædagogum clamantem: Homo qui ascendit super lectum suum, qui dicit in animo, quis me videt? Circa me sunt tenebræ, & parietes sunt tegumenta mea, & nemo aspicit peccata mea. Quid vereor ne meminerit Altissimi? Is quidem est miserrimus, qui solos veretur hominum oculos, existimat autem fore ut Deum lateant: nescit enim Scripturam dicere, Oculi Domini altissimi, dici non potest quanto sint sole splendidiores. Qui respiciunt omnes vias hominum, & partes occultas intelligunt. Itidem rursus Pædagogus eis minatur per Esaiam, dicens: Væ iis qui in occulto consilium capiunt, & dicunt, Quis nos videt? Sensilem enim lucem latebit fortasse quispiam, sed eam quæ intelligentia apprehenditur minimè potest latere. An ut ait Heraclitus, id quod nunquam occidit, posset latere quidpiam? Tenebris ergo minimè obtegamus, etenim lux in nobis habitat: Et tenebræ, inquit, ipsum non comprehenderunt. Ipsam autem noctem illuminat honesta ac pudica cogitatio. Bonorum autem virorum cogitationes lucernas quæ dormire non possunt appellavit Scriptura. Quamquam ipsum quidem conari latere propter ea quæ facit quispiam, est peccare citra ullam cõtrouersiam. Quicumque autem peccat, statim quoque facit iniuriam, non tam proximo, si mæchetur, quàm sibiipsi, quòd mæchatus fuerit: quin & seipsum omnino reddit deteriorem suæque famæ detrahit. Qui enim peccat, quatenus peccat, est seipso deterior, & ignominiosior: omnino autem iam ei utique adest intemperantia, ut qui vincatur à turpi voluptate. Quamobrem qui fornicatur, Deo est omnino mortuus, & à ratione tanquam à spiritu est veluti cadaver relictus. Quod enim sanctum est, ut est consentaneum, pollui auersatur. Puro autem purum semper fas est tangere. Ne simulatque exuitur tunica, pudorem quoque exuamus: nam iusto temperantiam nunquam fas est exuere. Ecce enim hoc corruptibile induit in corruptionem, quando cupiditas insatiabilis, quæ fluxu quodam fertur in libidinem, castigata à continentia, & à corruptionis amore aliena, æternæ temperantiæ hominem tradiderit. In hoc enim seculo uxores ducunt, & nubunt: abolitis autem carnis operibus, ipsa pura carne induti incorruptionem, id quod est Angelis proportionem conueniens persequimur.

Ephes. 5.

Hoc Epicurus & similia dicit in sententiis, quas vocavit *κυρίως*, id est, principales. Eccl. 24. 25. * *μυρία* mercenaria. Prou. 5. 7. 25

Eccl. 23.

Ibidem.

Cap. 29.

Ioan. 1.

Psal. 17.

Prou. 31.

Αἰὲς ratio & verbum. Herodotus dicit mulieres simul cū tunica pudorem exuere. Matth. 22. Luc. 10.

persequimur. Hac ratione Plato quoque in Philebo, qui fuerat barbaræ discipulus philosophiæ, impios & à Deo alienos eos mysticè vocauit, qui Deum in ipsis habitantem, nempe verbum seu rationem corrumpunt, & quantum in se est vitiorum suorum conjunctione polluant. Non est ergo iis vnquam mortaliter viuendum, qui Deo sanctificantur: neque, ut dicit Paulus, membra Christi facienda sunt membra meretricis: nec Dei templum, faciendum est templum turpium affectionum. Recordamini quatuor & viginti millia fuisse extrusa propter fornicationem. Ea autem quæ euenerunt iis qui sunt fornicati, ut à me dictum est, sunt figuræ quæ nostras libidines corrigunt. Porro autem Pædagogus monet apertissimè: Post tua desideria ne ambules, & arcearis à tuis appetitionibus. Vinum enim & mulieres faciunt deficere sapientes: & qui adheret meretricibus, euadet audacior. Putredo & vermis erunt eius hæredes, & efferetur in maiori ludibrio. Et rursus, non cessat enim iuuare: Qui autem voluptatem aduersis intuetur oculis, coronat vitam suam. Non est ergo iustum vinci à rebus veneris, nec stolidè inhiare libidinibus, nec à ratione alienis moueri appetitionibus, nec desiderare pollui. Ei autem soli qui uxorem duxit, ut qui tunc sit agricola, serere permissum est, quando tempus sementem admittit. Atque aduersus aliam quidem intemperantiam, optimum est medicamentum, ratio. Fert etiam auxilium penuria satietatis, per quam accense libidines, profiliunt ad voluptates. Ergo nec sumptuosa vestis est assumenda, sicut nec cibus varius. Ipse certè Dominus in animam, & corpus, & tertio loco in ea quæ sunt externa diuidens præcepta, propter corpus quidem cõsulit comparare externa: corpus autem administrat per animam, animam autem erudit: Ne solliciti sitis animæ vestræ, inquit, quid comedatis, neque corpori vestro quid induamini. Anima enim plus est quàm cibus, & corpus quàm vestimentum. Et subiungit apertum doctrinæ indicium: Considerate coruos quod neque seminant, neque metunt, quibus non est penus, nec horreum, & Deus nutrit ipsos. Non vos præstatis volucris? Et hæc quidem de nutrimento. Similiter autem de veste quoque præcipit, quæ rerum externarum tertium locum obtinet: Considerate, inquit, lilia quomodo neque nent, neque texunt. Dico autem vobis, quod neque Solomon induebatur ut vnum ex his. De diuitiis autem se multum iactabat rex Solomon. Quid est itaque floribus pulchrius & floridius? Quid autem liliis vel rosis delectabilius? Si autem fenum quod est hodie in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto vos magis, modicæ fidei? Et vos ne queratis, quid comedatis, aut quid bibatis. Hic, hæc particula, Quid, cibi varietatem expulit. Id enim significatur ex Scriptura, Ne solliciti sitis, quænam comedatis, aut quænam bibatis. De his esse sollicitum, est nimia plura habendi cupiditas, & delicias arguit. Sed si comedere per se solum cogitetur, est argumentum necessitatis, & defectus repletio, ut diximus. Quod est autè amplius, est ex superfluo. Quod est autem ex superfluo, esse à Diabolo declarauit Scriptura. Sensus autem planum facit quæ sequitur dictio. Cum enim dixisset: Ne queratis quid comedatis aut quid bibatis, subiunxit: Et nolite in sublime tolli. A veritate autem sublimes tollunt arrogantia & delitiæ: & quæ in rebus superuacaneis versatur delectatio. Quocirca pulcherrimè quoque dicit: Hæc autem omnia gentes mundi querunt. Qui immoderati sunt & insipientes, sunt gentes. Quænam autem hæc dicit? delicias, delectationem, cupedias, obsoniorum voracitatem, & ingluuiem. Hæc sunt illud, Quid? De solo autem nutrimento, sicco scilicet & humido, ut quæ sint necessaria: Scit, inquit, pater vester quid vobis opus sit. Quòd si nobis omnino innatum est ut queramus, ne querendi facultatem perdamus in delitiis, sed eam ad veritatem inquirendam excitemus. Querite enim, inquit, regnum Dei, & quæ ad alimentum pertinent adiicientur vobis. Si ergo de veste & delitiis, rebúsque superua-

Αἰὲς verbū & ratio. 1. Cor. 6.

Num. 25. 1. Cor. 10. Eccl. 18. Luc. 12.

παραδιδυμένων. Gal. 5.

Matth. 6.

Luc. 12.

caneis, tanquam non necessariis omnino curam tollit, quid censendum est cum dicere de nimio ornatus studio, de tinctura lanarum, varietate colorum, superflua cura gemmarum, auri elaboratione, capillis artificiosis & intortis crinibus? Quid de fucata oculorum pictura, quid de vulsionibus, purpuris ac cerussae fucationibus, tinctisque pilorum coloribus, improbisque huiusmodi artificiorum fraudibus? An non hoc quoque recte coniiciendum est, id quod de fœno paulo ante dictum est, de his ornamentorum amatoribus, qui à temperantia & vero animi ornatu alieni sunt, optimè posse dici? Ager enim est mundus, & nos herba, qui sumus Dei gratia irrigati: tonsi autem rursus exorimur, ut pluribus ostèdetur in libro de resurrectione. Fœnum autem turba promiscua allegoricè dicitur, quæ se ad momentaneam letitiam applicat, quæ floret paruo tempore, quæ superflua ornamenta, quæ gloriã, quæ quiduis potius quam veritatem sectatur: quæ non ad aliud est apta, quàm ad ignis incendiũ. Homo quidã, dicit narras Dominus, erat valde diues, qui induebatur purpura & bysso, qui epulabatur quotidie splendide. Ille erat fœnũ. Medicus autẽ quidam nomine Lazarus, abiectus erat in vestibulo diuitis, ulceratus, cupiẽs repleri iis quæ cadebãt de mensa diuitis. Hic est herba. Sed ille diues quidẽ puniebatur apud inferos, ut qui ignis esset particips: hic autẽ rursus germinauit in sinu Patris. Laudo ergo & admiror veterẽ Lacedæmoniorum ciuitatẽ, quæ solis meretricibus floridas vestes & aureũ mundũ gestare permisit, à probis mulieribus mundi studiũ auferẽs, quod solis meretricibus se ornare cõcederet. Cõtrã autẽ Atheniensũ ἀγρτες, id est Andronitidis principes, qui ciuilem vitæ formã expulerãt, obliti aurũ gestabãt, & talaribus tunicis amiciebãtur: Crobylo, quod est cincinnati genus, aureo induebãtur, adiunctis cicadis ornati: ortũ suũ reuera terrestre, Cynedico quodã fastu & arrogãtia monstrãtes. Horũ autẽ Archõton seu principũ emulatio ad alios quoque persuasit Ionas, quos Homerus ostendẽs esse effœminatos, vocat ἐλασσιπέπλοις, hoc est vestimenta trahẽtes. Si ergo qui pulchri simulachrũ, nimium scilicet ornatus studiũ, non autẽ ipsum pulchrum & honestum attẽdunt, specioso nomine simulachrorum cultum rursus inducentes, à veritate sunt longè relegãdi, cum opinione, non scientia, pulchri naturam somniẽt: & est vita quæ ab eis hĩc agitur, profundus somnus ignorãtia. An non oportet nos hĩc excitatos, ad id quod verè est pulchrũ & ornatũ contendere? & id solum assequi desiderare, relinquẽtes quæ hĩc sunt mũdana, ipso mundo, hoc est, vero ornatu gaudentes, priusquã perfectè obdormiamus? Dico ergo hominem non alia de causa opus habere vestimẽtis, quàm ut tegatur corpus, ad maxima frigora & vehementes æstus propulsandos, ne nos lædat ambiẽtis aëris immoderatio. Quod si hic est vestis scopus, vide ne nõ alia quidẽ viris, alia verò fœminis vestis sit tribuẽda: tegi enim vtriusque est cõmune, quemadmodũ & comedere & bibere. Cum vsus itaque sit cõmunis, cõstructionẽ similitẽ cõprobamus. Quemadmodũ enim est vtriusque cõmune ut egeãt iis quæ tegãt, ita ea quibus sunt tegẽdi oportet esse similia, etsi oporteat huiusmodi tegumentũ assumere, quo fœminarum celãdi sunt oculi. Etsi enim fœmina propter imbecillitatẽ longè plura cõcupiscat, id malæ educationis cõsuetudini est tribuẽdũ, per quã sepe numero viri in malis vitæ institutis educati, euaserunt mulieribus magis effœminati: nõ est igitur eis hac in re cedendũ. Quod si se eis aliquantulũ accommodare oporteat, vestibus quidem paulo mollioribus uti est eis concedendum, dummodo nimis subtiliter per summã stultitiã elaborata opera, curiosæque intexturæ plicatura, longissimè amandentur: auri fila, & Indicos Seres, & operosos bombyces valere iubentibus. Est autem bombyx primum vermis, deinde aspera ex eo nascitur eruca, postquam in tertia metamorphosi nascitur papilio, quem nonnulli appellant νεκρόδαλον, ex quo nascitur longum stamen, quemadmodum ex aranea tela aranea. Hæc enim superflua & perspicua, mentem minimè constantem arguunt, quæ exiguo expanso velo, tanquam quodam lenocinio, pro-

Luc. 16.

Sumptum
ex tragedia
Euripidis
Hecuba.

brum corporis illiciunt. Non est enim amplius tegumentum mollis ac delicata vestis, quæ nudam figuram non potest occulere: eiusmodi enim vestis in corpus incidẽs, mollius ipsi corpori imprimitur & applicatur, figuræ carnis instar adhærens: & mulieris typum ita exprimit, ut vel non videnti manifesta sit tota constitutio corporis. Reijciendæ quoque sunt vestimenti tincturæ: ipsa enim ab vsu & à veritate longè sunt remotæ, præter id quod ex eis morum oritur reprehensio: neque enim est earum vsus utilis: nam nec ad frigus propulsandum est aptus, neque ad tegumẽtum habet aliquid amplius quàm alia vestis, nisi solum vituperium: Coloris autem delectans suauitas malè habet auidos, eos ad stultã impellens lipitudinem: atque eos quidem qui sunt candidi, & non intus adulterini, candidis & minimè curiosis ac operosis vestibus uti est conuenientissimum. Apertè certè & purè Daniel Propheta: Positi sunt, inquit, throni, & sedit super ipsos tanquam vetus dierum, & eius vestimentum album sicut nix. Tali veste vrentem Dominum, in se visione vidisse dicit Apocalipsis: Vidi animas eorum qui testes fuerant sub altari, & data est unicuique vestis candida. Quod si oporteat etiam aliquem alium colorem querere, naturalis veritatis per se tinctura sufficit. Vestes autem quæ sunt floribus similes, Bacchicis nugis & initorum mysteriis sunt relinquẽdæ: deinde verò purpura & vasa argentea sunt, ut dicit Comicus, Tragædis & non vitæ utilia vitæ. Vita autem nostra quiduis potius quàm pompa est existimãda: tinctura itaque Sardiniaca, & alia omphacina seu oleagina, & alia viridis, rosacea & coccina, & alia innumerabiles tincturæ fuerunt excogitatae à perniciosis delectationibus, quo fit ut visus iam sit vestis, non autem integumentum. Quæ autem ex auro affabrè facta, & quæ tincta sunt purpura, & hæc animalium quæ vento feruntur delicia, & ille unguentis delibutus Crocotus, & suspiciendarum membranularũ precia ingentia, & variegatæ vestes, quæ in purpura habent animalia, cum ipsa arte valere sunt iubenda. Quid enim prudenter ac præclare fecerint mulieres, quæ, ut ait Comædia, floribus tincta, Crocotum gestantes, atque fucata sedent? Apertè itaque suadet Pædagogus: In amictu vestis ne gloriaris, neque in omni gloria quæ est præter leges efferaris. Eos quidẽ certè irridens qui molibus vestibus induti sunt, dicit in Euangelio: Ecce qui in vestitu glorioso & delitiis degunt, sunt in terrenis regis. Regias dicit in quas cadit corruptio & interitus, in quibus est vana honesti opinio, inanis gloriæ ambitio, error & adulatio. Qui autem aulam obseruant celestem quæ est circa omnium regem, animæ vestem in quem non cadit corruptio, nempe carnem sanctificant, & per eam induunt incorruptionem. Quemadmodum ergo quæ non nubit, soli Deo vacat, & eius cura non diuiditur: pudica autem quæ nupsit, vitam cum Deo & cum marito diuidit: quæ autem aliter fertur, tota est matrimonij, hoc est, animi affectus ac perturbationis: eodem modo, ut puto, mulier pudica, quæ marito quidem vacat, pia est & religiosa citra ullam fictionem: quæ autem immoderato ornatus studio tenetur, & à Deo & à pudico coniugio excidit, ut quæ maritum ornamento permutet. Quemadmodum Argiua illa meretrix, Eryphile inquam, Auri quæ pretium sumpsit pro coniuge charo. Quocirca Caum sophistam iurè approbo, qui virtutis & improbitatis aptas describit imagines: quarum hanc quidem fecit simpliciter stantem, candida veste indutam & puram, nempe virtutem, sola verecundia ornatam: talem esse oportet fidelem mulierem, nempe virtute præditam cum verecundia. Alteram autem, nempe improbitatem, contrã inducit, superflua quidem & varia veste indutam, & alieno colore exultantem: motus eius & habitus describitur, comparatus ad delectationem, non secus atque meretricis. Qui ergo Verbum seu rationem sequitur, nulli turpi voluptati adhærebit. Et ideo quod in veste vsus affert præferendum est: quod si Verbum hoc canit, per Dauidem dicens de Domino: Delectauerunt te filiæ regum in honore. Astitit regina à dextris tuis in

Cap. 7.

Cap. 6.

Ecclef. 11.

Matth. 11.

1. Cor. 7.
78 πῶδες.

1. Psal. 44.

vestitu deaurato, & simbriis aureis circumamicta: non luxuriosas ac delicatas vestes, sed integrum ac incorruptum, ex fide contextum ornatum eorum qui consecuti sunt misericordiam, nempe Ecclesie significavit, in qua Iesus à dolo alienus splendet ut aurum & simbria aurea sunt electi. Quòd si etiam propter feminas sit aliquid relaxandum, texeda quidem est suavis vestis & tactu mollis, sed non, sicut pictura, est ad visus delectationem colorum varieganda floribus. Pictura enim tempore evanescit: ablutiones autem, extersiones, & constipationes, quæ venenatis tinctura succis lanas inficiunt, imbecillas vestium texturas efficiunt: hoc quidem aptum est ad bonam domus administrationem. Est autem maxime ineptum & indecorum, peplos, xystides, ephaptides, lenasque ac tunicas stupere & admirari, & quæ, ut ait Homerus,

Circumquaque suum velantque teguntque pudorem.

Genes. 3. Pudet me, ut verè dicam, cum videam tantum opum effundi ad tegenda pudenda. Vetus enim homo qui erat in paradiso, ramis & foliis circumdimebatur tegumentum pudoris: nunc autem cum nobis fabricate sint oves, ne similiter atque oves simus insipientes. **Verbo autem eruditi, sumptuosas vestes redarguamus, tanquam elogium addentes, estis pili ouium. Etiam si se iacet Miletus, etiam si laudetur Italia, etiam si sub pellibus & membranis pili custodiantur, quorum nonnulli amore tenentur insano, nobis quidem certè nullum est studium in ea conferendum. Beatus autem Ioannes despectis quoque ouium pilis, qui delicias redolent, pilos camelorum elegit, & eis se vestit, simplicem vitam & à dolo alienam representans. Mel enim comedebat & locustas, cibum dulcem & spiritalem à fastu alienas & moderatas vias Domini preparans. An enim purpurea chlamyde se induisset, qui à fastu urbano declinaret, & in solitudinem quietis, tranquillè cum Deo versaturus se receperat, remotus ab omni inani studio, unaque boni specie, sordidoque ac illiberali decore. Ouina autem pelle Helias utebatur indumento, & ouinam pellem stringebat Zona facta ex pilis. Esaias verò alius propheta, nudus erat, & nullis utebatur calceis: sepe autem sacco quoque utebatur, quod est indumentum humilitatis. Quòd si etiam vocas Hieremiã, is cingulum solum habuit lineum. Quomodo autem bene nutrita corpora, si nuda sint, vires ac vigorem apertius indicant: ita etiam pulchritudo morum si ineptis nugis non involuatur, magis indicat animi magnitudinem & magnificentiam. Trabere autem vestes ad summos usque pedes demissas, est valde arrogans & superbum, quòd ambulandi actionem impedit, cum vestis instar verriculi, quæ in soli sunt superficie sordes secum attrahat: ne fractis quidem & enervatis his saltatoribus, qui Cynedicam mutam turpitudinem in scena exercent, vestem cum tanto dedecore diffluentem despiciantibus, quibus exquisitæ vestes, simbriarumque dilatationes, & curiosi figurarum numeri, illiberalem ac sordidam sylvatum mollitiem indicant. Quòd si quis talarem Domini vestem adducit, variegata illa tunica Sapientie ostendit flores, varias & quæ non flaccescunt Scripturas, eloquia Domini, quæ veritatis splendoribus resurgunt. Eiusmodi alia veste spiritus Dominum per David induit, sic psallens: Confessionem & decorem indutus es, amictus lumine, sicut vestimento. Quemadmodum ergo vestium compositionem honestam, & ab eo quod est indecorum mundam esse oportet, ita etiam vitanda est usus immoderatio. Neque enim sicut Lacenas virgines, supra genu vestiri est honestum: nullam enim partem femina nudari est decorum. Quanquam posset quidè honestè dici urbana & faceta vox illa quæ dicta est ei qui dixerat; Pulcher cubitus, at non publicus: & tibi sunt pulchræ tibiæ dixit, sed sunt tibiæ mei mariti: & speciosa facies, sed est eius tantum qui me uxorem duxit. Ego autem nolo pudicas feminas præbere talium laudum causam iis, qui per eiusmodi laudes venantur ut eis probri afferant. Nec verò solum calcaneum nudare est prohibitum, sed etiam**

caput

caput tegere, & vultum adumbrare iussum est: neque enim honestum est corporis pulchritudinem esse hominum aucupium: neque par est ut purpureo utens velo femina velit aspici. Atque utinam posset etiam à veste eximi purpura, ut non in utentium faciem spectatores converteret. Atque illæ quidem admodum parum reliqui amictus texentes, effecerunt quicquid est purpureum, suas inflammantes libidines. Quæ autem his stolidis & molibus purpuris impense delectantur, eas, ut sunt verba Poëtæ, Purpurea arripuit mors. Propter hanc itaque purpuram, & Tyrus, & Sydon, & quæ regio est mari propinqua Laconico, maxime desiderantur: quinetiam earum tinctorum, & purpuræ infectores, & ipsa conchyliæ in magno habentur pretio, propterea quòd eorum sanguis producit purpuram. Sed & avidis pannis fraudulentas dolosâsque tincturas admiscentes dolosæ mulieres, & qui sunt ex viris effeminati, insano quodam amore feruntur ad immoderationem, non amplius lintea ex Ægypto, sed quædam alia ex terra Hebræorum & Cilicum comparantes. Amorgina autem & bysina taceo: eorum iam appellationem supra modum ludificata sunt delicia. Porro autem ut mihi quidem videtur, oportet id quod tegitur, ex tegumento ostendere, se esse eo melius: ut templo imaginem, & corpore animam, & veste corpus: nunc autem contra omnino. Si corpus quidem earum venundetur, nunquam mille drachmas Atticas inuenerit: unam autem vestem mille talentis cmentes, se esse vestibus inutiliores & viliores arguunt. Cur ergo quæ sunt rara & pretiosa, plus quam ea quæ sunt in medio sita & vilia, persequimini? Quoniam quod verè pulchrum, & quod verè bonum est ignoratis, & pro iis quæ sunt, ea quæ esse videntur, à stultis magno studio queruntur, qui perinde ac insani, quæ sunt alba tanquam nigra visione apprehendunt.

COMMENTARIUS IN CAP. X.

*TEMPTVS autem coitus. Cum tractasset de somno, & quomodo se in eo gerere oporteat, noctu autè in lecto in quo dormitur soleat esse concubitus, sequitur ut de eo tractet. Atque primum quidè dicit tempus concubitus non esse considerandum, nisi ab iis qui sunt coniuncti matrimonio. In solo enim matrimonio est licita maris & feminae cõiunctio: eius autè non alijs debet esse scopus quam liberorum procreatio. Et licet matrimonij scopus & institutus sit liberorum procreatio, ea tamen non est finis matrimonij. Nam cum finis sit extremum ad quod referuntur omnia, non satis est dare operam liberis, sed danda est etiam opera uti boni sint, qui sunt procreati filij. Quo fit ut matrimonij finis sit bonos habere filios, ad quod plurimum confert bona educatio. Assimilat autem matrimonium Agriculturæ. Nam causa propter quam Agricola seminat, est ut habeat nutrimentum, sed eius extremum & causa, ut ita dicam, finalis, est perceptio fructuum: ita Matrimonij est extremum atque aded ipse fructus, boni & bene educi liberi. Duplicem itaque statuit esse Agriculturam, nempe inanimam & animatam, sed longe præstantiorè esse animatam. Quod quidè ex fine vtriusque patet, nam inanimata quidem Agriculturæ non est alius finis quam temporale alimentum: Agriculturæ verò animata, nempe Matrimonij quo feruntur homines, finis est, ut successione conferetur humani generis vniuersitas. In hoc quoque præstat matrimonium inanimata Agriculturæ, quod hæc quidem propter se operatur: nam sui tantum curam gerit, nempe ut habeat alimentum vnde viuat. Matrimonium verò propter Deum, nempe ut Deo pareat qui iussit crescere & multiplicari, ut replentur sedes Angelorum, qui sua è caelis deturbati superbia eas vacuas reliquerunt. Ad hæc quoque accedit, quod homo qui factus est à Deo ad suam imaginem & similitudinem, fit rursus Dei imago, dum in matrimonio cum Deo operatur, ut qui sit veluti causa instrumentaria; Deus autem sit causa princeps & efficiens. Non est ergo omnis terra &c. Per terram significat feminam: per Agricolam virum. Significat autem non quamuis mulierem esse aptam ad semen suscipiendum, & ut maxime sit apta, non à quolibet viro esse in eam iaciendum semen, sed ab eo demum qui mulieri legitimo coniunctus est matrimonio. Neque verò seminandum supra petram &c. Supra petram seminat qui non agrum seminat, qui potest semen concipere, sed semen profundit inutiliter. Inutiliter autem profundunt, qui cum eo coeunt, ex quo nihil potest generari. Quod qui facit, iniuriam facit femini quod est principium generationis, & in quo sitæ sunt naturales gignendi rationes. Semen ergo quod secundum naturam aptum est ad generandum, in non naturales meatus emittere, est nefarium & impium, ut quod & legi naturæ repugnet, & Deo aduersetur, qui vult nos iis quæ fecit non in alios uti usus quàm propter quos fecit. Quid est autem magis impium quam Dei creatoris aperte resistere voluntati? Videte itaque quomodo sapientissimus. Autoritate Moysis significat esse vitandam fatiobem infrugiferam, id est feminis deiectionem ex qua nullus factus procreatur. Eam autem dicit ipsum repellere ex eo quod prohibeat esum hyænæ & leporis. Eam dicit repellere symbolice, quod per horum animalium quæ sunt verita symbola, prohibentur mores eis similes. Ea enim animalia insano quodam impetu ferantur in libidines. Quam autem hic vocat Clemens Hyænæ, & quæ Hebraicè dicitur, Septuaginta verterunt

V iij

eo ostendit quod & illos veteres cum vxoribus pręgnantibus cocutes nusquam induxerit, & quod ne post partum prius mundas esse statuit, quam essent purgatę, quo fit vt tunc nō liceret maritis rem habere cum vxoribus. Quantō minus autem cum grauidis, quę cum sint factę plenę, & clausa matrix fœtum respuat, licet ei petulantem per vim afferte iniuriam. Ita enim voco quod Gręci dicunt *ὕβρις*, quod est stuprum flagitiose illatum. Non enim excusat matrimonium quominus eiusmodi flagitiosus coitus dici possit petulās iniuria & stuprū: vxor quidem est, sed vxore sua non licet abuti. Abutitur autem qui grauida vxore vitur quę non est ex concubitu conceptura, aut si concipiat, id est futurum monstri simile. Quod quidem est eo indignius, quod vt ait Plinius, pręter mulierē pauca animalia coitu nouere grauida. Petulās autem iniuria & multa habet nomina, & c.] *ὕβρις*, quam verti petulantē iniuriam, cum & verbo & facto fiat, eiusque sint multę species, multa quoque sunt eius nomina. Quę fit verbo, Latine dicitur contumelia, fit autem per 10
probrum, insultationem, & insolentiam: quę quidem si ortum habet ex temulentia, Gręcē dicitur *παρουσία*, Latine autem dicitur vocabulo à Gręco deriuato debacchatio. Quę fit autem facto, si in ea existat verbera & pulsatio, Gręcē dicitur *αἰκία*. Sin autem ea prorumpat ad immoderatam Venerem, Gręcē dicitur *λαγρία*, quam possumus dicere Latine lasciuia. Dicitur autem *λαγρία*, immoderata ad libidinem propensio, dicta à *λαγρός*, quasi dicas *λαγρός*, à *λα* intensiua particula, & *γρός* semen. Dicitur autem *λαγρός* qui est procliuus & propensus ad effundendum semen, qui etiam dicitur *μαχρός*, id est humidus, vt qui fit, vt loquat cum Propheta, magni fluxus. Ex eo autem sæpe magna existit iniuria dum non refrenatur libido nimium effrenata, quę simul secum aduehit omnes illas affectiones, quas hic recenset Clemens, in quas tyrannidem exercet cupiditas, & ex his omnibus redduntur mores supra modum immodesti & intemperantes. Dicit autem Scriptura; Parantur intemperantibus flagella, & c.] Libidinosis & intemperantibus ex Scriptura 20
proponit supplicia, vt eos deterreat à vita flagitiota. Quod autem primum hic citat sumptum est ex cap. 19. Prouerb. sed multum differt Hieronymi versio à versione Septuaginta. Sic enim vertit Hieronymus; Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. Cuius interpretationem vide in eius Commentariis. Septuaginta autem sic habet; Parantur intemperantibus flagella, & supplicia similiter insipientibus: Clemens autem non sic, sed pro supplicia similiter insipientibus, legit, & supplicia humeris insipientum. Vnde conicio eum non legisse *καὶ πικρὰς ὀμείας ἀφροί*. Et supplicia similiter insipientibus, sed, vt etiam habet eius contextus *καὶ ὑμπελαί ὀμείας ἀφροί*. Quod autem ita legerit, indicat quod sequitur, vim intemperantię, constantemque tolerantiā vocans humeros, in quo interpretatur quidnam significent humeri. Id quoque quod statim subiungit, nempe; quocirca amoue à seruis tuis spes inanes, & indecoras cupiditates auerte à me: ventris appetitio & coitus ne me apprehendant, sumptum quidem est ex 30
Ecclesiastico qui dicitur à Gręcis Sapientia Sirach: sed aliter habet contextus Clementis. Nam quod est in principio, nempe, Amoue à seruis spes inanes, & indecoras cupiditates, id est non in impressa versione Septuaginta: tantum enim illic est, Et cupiditatem auerte à me: ventris appetitio & coitus ne me apprehendant. Latina verò versio habet; Extollentiam oculorum ne dederis mihi, & omne desiderium auerte à me. Aufer à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentię ne apprehendant me. Longè ergo sunt arcenda plurima insidiatorum maleficia. Non ad solam enim Cratetis peram, & c.] Cum, inquit, solus coniugalis concubitus sit nobis permittus, ea, inquit, procul sunt arcenda quę nos prouocant ad scelera & flagitia. Ad nostram enim ciuitatem non magis nauigant parasiti moriones & ganeones, quam ad peram Cratetis. Cuius Diogenes Laërtius, in eius vita, recenset hæc, vt ipse vocat *πυρρία*, id est ludos, seu quędam 40
ludicra,

Πῆρην πρὸς πόλιν ὅτι μέσσω ἐν ὀνοσπὶ τῷ φῶι,
Κλῆν ὁ πένερα, ἀειρήνους, ἄδεν ἔχουσα,
Εἰς τὴν ὅτι πρὸς εἰσπέλει ἀνὴρ μισρὸς ἀδελφίτες,
Ὅτε λῆχος πῶρηνσιν ἐνδηόμενος πῶρηνσιν
Ἀλλὰ ἄμωον ὁ σκόρδα φέρει καὶ σῦκα, ὁ φῶρηνσιν,
Ἐξ ὧν ἂν παρεμβοί πρὸς δὴ ἡλίου ἀδελφίτων,
Ὅτι ὄπλα κέντιωται ἀδελφίτων ἀδελφίτων.

Hos versus nos vt cunq̄ vertimus, quoniam ad eos alludit Clemens,

Nigrantis sumi in medio est vrbs nomine Pera,
Et pulchra, & pinguis, circumflua, & omnium egena,
Ad quam nec stultus parasitus nauigat vnquam:
Salem & thymnum fert, ficus, atque allia, panes.
Nec ganeo insultans meretricis clunibus vllis,
Ex quibus inter sese haud certant, arma que pro ipsis
Non gestant, non lucrum, aut gloria concitat illos.

Quod autem erat in Gręco Diogenis *ἐπαρθελλόμενος*, corrigendum duximus *ἐνδηόμενος*, & vertimus; Insultat, id enim est vel exultat vel insultat, vt utrumque enim significat. Hunc locum ita concludit, vt dicat vel in coniugio tantum, coitu esse vtendum, vel ab eo omnino abstinentum. Hanc enim agitari dicit quęstionem, sit ne ducenda vxor, an cęlebs vita sit agenda & expers omnis Veneris. Quod quidem se dicit declarasse in lib. quem inscripsit De continentia, quem existimo hodie non extare. Quod si hoc ipsum. Ostendit superius non licere vti Venere, pręterquam in matrimonio & ad procreandos liberos. Sed quoniam existimabant nonnulli coitum non minus esse necessarium quam alimentum, hoc probat non esse verum ex eo quod quæritur; Sitne ducenda vxor, an vita cęlebs agenda, & omnino abstinentum à Venere: sed nulla de eo esset quęstio, si coitus esset æquē necessarius atque alimentum, sine quo viui non potest. Tantum autem abest vt sine coitu viui non possit, vt ex eo & animo & corpōri humano oriantur grauissimi morbi & plurima incommoda. Ea autem sunt omnia partim petita à Medicis, partim à Philosophis, maximè à Galeno quę non grauaor breuiter recensere, vt facilius intelligatur Clemens. Hęc sunt ergo verba Galeni; Si voluptate eica malorum, ad congressum, non ductu naturę impellamur, futurum profecto est, vt non corpo- 60
ris modo

Eccles. 23.

Εἰς τὴν ὅτι πρὸς εἰσπέλει ἀνὴρ μισρὸς ἀδελφίτες, Ὅτε λῆχος πῶρηνσιν ἐνδηόμενος πῶρηνσιν, Ἀλλὰ ἄμωον ὁ σκόρδα φέρει καὶ σῦκα, ὁ φῶρηνσιν, Ἐξ ὧν ἂν παρεμβοί πρὸς δὴ ἡλίου ἀδελφίτων, Ὅτι ὄπλα κέντιωται ἀδελφίτων ἀδελφίτων.

Legedū est ἐνδηόμενος.

Gal. lib. 2. de sanitate tuenda.

ris modo sed animi vires frangantur penè omnes, profusque cum vita vnà pereant: frequens enim Venus corporis habitum soluit, senectutem accelerat, canos maturat, neruorū incontinētiā, podagras, arthritides, tremores, sensuū hebetudinē, mentis torporem, malum corporis habitum, succorum cruditatem, ac virium corporis omnium, functionumque ab his manantium infirmitatem facit & c. Iam dicit venere immodicē vtentes reddi imbecilliores, quod plurimum effluat natiui spiritus & caloris. Dicit etiam multam Venerem 10
neruos & cerebrum lædere, & vires elidere atque debilitare. Idem multis in locis dicit Venerem stomachū labefactare, Venereorum vsum podagras parere: Coitum neruosam substantiam promprissimè offendere. Quod autem coitus sit paruus morbus Comitalis, quę Gręcē dicitur *ὀσμύσια*, dixisse Democritum Abderitanum testatur Comm. 1. ad tertium de popul. morbis. Eum cur Sophistam appeller Clemens, cum fuerit magni nominis Philosophus, nō satis video, nisi forte senserit id dixisse Protagorā, qui fuit ipse, quo- 20
que Abderitanus & auditor Democriti. Cum autē disertis verbis dixerit Galenus: Coitū cerebrum & neruos offendere qui sunt instrumenta sensus & motus, non est mirum si ex eo plurimi enascantur morbi iig; perniciosissimi, nempe torpores, tremores, paralyfes, epilepsię, & quę sunt huiusmodi. Cū sit autē perspicuū coitū eneruare vires, non est mirum si deceratur Athletę à Venere abstineant, & qui obesa nitidaque & bonę habitudinis habere velint animalia, ea à coitu abducant. Causa autem imbecillitatis, & viriū enervationis atque adeo tam multorum qui à medicis enumerantur morborum, est quę fit per coitum exinanitio. Nam pręter alias causas cur res suauissima sit concubitus, hanc etiam affert Aristoteles, quod è toto corpore semen profluat. Rursus autem, cum semen quod plurimum ex cerebro concubitu excernitur, & natiui caloris & vitalis spiritus plurimum contineat, efficitur vt repentinam virium defectionem, virę- 30
que tandem periculum afferat. Inde macies, pallorque corporis, articularum dolores, virium omnimodo defectio, pulcherrima sanè efferat libidinis præmia. Venerem, inquit Plinius, damnauit Democritus, vt in qua homo exiliret ex homine. Et hoc est quod dicit Clemens; Per coitum homo ex homine enascitur & euellitur & c. Cui quidem rei, saluo tamen sensu hystorico & allegorico, veluti per quendam naturę sensum id accommodat quod scribitur in Genesi: Hoc nunc os ex ossibus, & caro ex carne mea. Nam quomodo ex Adamo formata est Eua, ita ex femine per coitum excreto ex omnibus partibus formatur homo. Cū ergo tantum detrimenti homini afferat coitus, merito dicebat Sophocles iam senio confectus, se lubenter non amplius vti rebus Veneris. Hoc autem responsum Sophocles citatur etiam à Cicero- 40
ne libro De senectute his verbis; Bene Sophocles, cum ex eo quidam iam confecta ætate quæreret, vt reterne rebus veneris. Dij meliora, inquit, libenter verò isthinc tanquam à Domino agresti ac furioso profugi. Idem de Sophocle refert Plurarchus in lib. De Poëtis. Caterum introducatur quidem & eligatur. Quoniam vituperauit coitum, & ostendit quānam incommoda & quam graues morbi ex eo oriantur, videri autem potuit cum quibusdam antiquis hæreticis damnare matrimonium, vult quidem ad multiplicandum genus humanum ducendam esse vxorem, sed obseruanda esse duo tempora in quibus non licet contrahere matrimonium, pueritiam scilicet & senectutē: natura enim pueris id non concedit, vt qui nondum sint potentes: senibus autem non amplius permittit, vt qui iam non sint apti ad liberorum procreationem. Cui conuenienter lepide fuit responsum ab eo, qui cum adhuc esset puer incitabatur vt duceret vxorem, tempus nondum esse: cum autem senectutem attigisset, respondit tempus præterisse. Vitandas autem dicit fornicationes, circumcidendas, inquam, amputandas & repellendas, vt per Ezechielem iubet nos- 50
ter Pædagogus nos pudore afficiens: nihil est enim turpius quam iniuriam facere naturę, dum voluptatis causa temere effunditur semen, non autem vt legitimi filij procreentur. Recte procedit vita nostra secundum naturam si ab initio comprimantur & coerceantur cupiditates, ne ad supra prorumpat. Quod si contigerit vt prorumpat, caueatur ne ad stuprum tegendum medicamentis procuretur abortus, quod quidem simul & perdit hominem & omnem tollit humanitatem. Quod quidem quam sit timendum ostēdit iusiurandum ab Hippocrate conceptum, in quo inter cętera sancte iurat se medicamentis abortum nō esse prouocaturum. Caterum quibus vxores ducere. Extra matrimonium nullus coitus est licitus: in ipso autem matrimonio etsi licitus, non tamen semper honestus: neque enim interdiu est cum vxore congregiendum, sed tum demum cum diurnis peractis operibus & vespere finito conuiuio, & actis Deo gratiis, inuit cubile. Non esse autem honestum interdiu viri cum vxore congressum, dicit Plurarchus vel æ- 60
cum vidisse Homerum, qui inducit Paridem à prælio redeuntem mox cum Helena concubuisse, quod si- gnum est extremę intemperantię: neque enim ab vllo alio principe aut Heroe id ab eo factum scribitur. Sed neque ardentior nec frequentior, sed cum quadam verecundia debet esse concubitus, ne nimis frequēs coniunctio pariat fatietatem & afferat pœnitentiam. Etiam in lecto oportet meminisse honestatis: interdiu enim temperanter viuere, noctu autem omnem exuere pudorem & verecūdiam, est perinde ac Penelope telam retexere, quod quidem est Adagium, de quo vide Erasmus in Chiliadibus. Significat autem Adagium inanem operam sumere, & quod prius effecerat rursus destrueri. Tam frequentes autem & tam ardentes cum vxoribus cōiunctiones, efficiunt vt sint mariti suarum quodammodo vxorum adulteri. Non diu quidem certe durat huiusmodi coniugum beneuolentia, sed vel simul cum libidine flaccescit & marcescit, vel cum senescente corpore consenescit vel potius præsenescit & interit. Amantium amor nō est semper stabilis, & sæpe post fatieratem vertitur in odium. Congruenter autem nostro Clementi præclare scribit Diuus Hieronymus; Nihil interest quam ex honesta causa quis insaniat. Vnde & Xystus in sententiis, adulter est in suam vxorem amator ardentior. In aliena quippe vxore omnis amor turpis est, in sua nimius. Sapiens vir iudicio debet amare coniugem, non affectu. Reget impetus voluptatis nec præceps feretur in coitum: nihil est fœdus quam vxorem amare quasi adulteram. Hęc Diuus Hieronymus. Quod si maritus debet regere impetus voluptatis, nec præceps ferri in coitum, ea etiam debet cauere quę prouocant ad libidinem, nempe impudica verba, & lasciuia oscula, & cętera quę recenset Paulus in epist. ad Ephēsiōs. Ad moderandum autem coitum nihil magis conducit, quam si quis statuatur cum Epicuro; Nulli prodesse coitum, bene autem cum eo agi si non noceat. Nam etiam legitimus coitus non ad aliud conducit quam

Lib. 1. de fem.

Com. 3. ad 3. de popul. morbis. Ibid. & 6. Aphorif. comm. 18.

Aristot. in Probl.

Plutare. de simp. quest. lib. & quomodo leg. sint Poëtæ.

Eras. Chil. 1. cent. 4.

Hieronym. lib. 1. aduersus Iouin.

ad procreandos filios legitimos. Sitne autem aliquando salubris coitus, ut multis in locis vult Galenus, nunquam, ut vult Epicurus, hoc enim illi tribuit ipse Galenus in lib. de arte medicinali, viderint medici: hoc certe constat immoderatum coitum & morbos gravissimos & plurima corpori & animo afferre incommoda, ut iam ante diximus. Quod si immodicus coitus etiam in matrimonio est vitandus, quanto magis si res venera habeatur, cum meretrice? Quod autem de eo coitu dicit dicere Scripturam; Mulier meretricis apud comparabitur. Quæ est autem viro subiecta &c. Vbinam quidem sit hoc scriptum nescio, neque enim in sacris literis id usquam inveni: conicio autem eum significare, cum meretrice concubitu non minorem vastitatem homini afferre quam aprum sylvæ: adulterium autem quod committitur cum muliere coniugata, quæ à marito custoditur, esse turrim mortis iis qui cum ea habent consuetudinē: adultero enim à marito deprehensio mors præfens imminet, quam quarit is qui cum alterius vxore rem habet, quasi cum meretrice: inuenit autem eam in domo vel in ciuitate in qua suam exercet libidinem & intemperantiam. Opinor autem huc esse sensum, sed arbitror locum esse vel corruptum vel mancum, quod de eo nihil inueniam in Scriptura. *¶ Quinetiam quæ est apud vos poetica.* Non solum sacra Scriptura, sed etiam Poëtæ Græci abhorrent & auersantur adulteria & nefanda masculorum stupra. Cuiusnam autem Poëtæ sint hi versus nescio, ut quos existimem non alibi inueniri. Fuerunt autem etiam alij Poëtæ Græci qui eandem scripserunt sententiam. Phocyllidis quidem certe poemata sic incipit,

Μητε γαυρολοπέην μητ' ἀρρενα κώων οὐκ ἐνδρ.

Quo significat nec adulterium esse committendum, nec in masculū Venerem esse incitandam. Ex iis autem qui tam nefaria admittebant flagitia, alij adeo corrupto & deprauato erant sensu & iudicio, ut quæ erant præter naturam delicias & voluptates, peccata non esse dicerent; Alij autem iique minus mali, qui victi à voluptate, peccata quidem eaque graua esse sciebant, sed Deum, ut quem ea latere putarent, in eos non esse animaduersurum putabant. In quo quidem valde fallerentur cum sint Dei oculi oculis hominum longè perspicaciores, ut qui sit ipsa lux quæ tenebræ non cōprehendunt, & quæ non cadat sub sensum, sed sub solam intelligentiam. Stultum est ergo existimare nos peccantes Deum posse latere. Non solum autem peccant qui hæc admittunt flagitia, sed etiam qui conantur latere. Peccant enim ut qui vel sola volantate, ab ipsa recedunt temperantia. Nam & qui mulierem videns concupiuit, iam mœchatus est in corde suo: qui autem fornicatur, non solum proximum, sed etiam seipsum lædit, imo vero seipsum occidit, ut qui sit mortuus, quod à Verbo seu ratione recesserit. Pudor ergo & temperantia est à nobis perpetuo conseruanda, ut cum purum tangi non possit nisi à puro, hic pura carne, quoad eius fieri poterit, induti incorruptionem, Angelicam vitam quam persequimur assequamur. Quod autem vertimus; Suum enim adulterio violat matrimonium, qui in id inducit meretricem, Græcè est *μοιχὴν πρὸς ἑαυτὸν γάμον ὁ ἐπαυελίζμενος ἐκωπν.* Quod ita potest intelligi, ut etiam suum matrimonium adulterio dicatur violare, qui se nefario cōcubitu prostituit: *ἐπαυελίζω* enim vtrumque significat, nempe & inducere meretricem, & se ad patiendum stuprum offerre. De duobus enim execrandis loquitur flagitiis, nempe de adulterio & concubitu masculino. Quod autem ex contextu Clementis vertimus; Homo qui ascendit super lectum suum, apud Clementem quidem est *ἀναβαίνω*; id est ascendit, apud Septuaginta autem Græcè excusos est *ἀναβαίνω*, id est transgreditur: eligit prudens lector vtrum malit. *¶ Atque aduersus aliam quidem intemperantiam.* In omnibus rebus est modus tenendus, quem quidem nos docet tenere verbum seu ratio noster Pædagogus, qui est optimum medicamentum: ad reprimendas autem inflammatas libidines nihil magis conducit quam vitare nimiam ciborum satietatem. Modum autem in vestibus & in cibis ex eo docet esse seruadum, quod noster Pædagogus in animo & corpore, & externa præcepta diuidens, de iis statuit omnem abiiciendam sollicitudinem, cum Deus qui omnibus prouidet animantibus, longe de eis maiorem habeat sollicitudinem, maximè cum ipsi ut qui sint ratione præditi rationis expertibus animantibus antecellant. *¶ Et hæc quidem de nutrimento.* Postquam dixit de nutrimento quo alitur corpus (alitur autem corpus quod anima viuunt vegetatiua & quæ dat sensum: in eo autem quærendo modum dixit esse tenendum, & nimiam abiiciendam esse sollicitudinem, cum Deus hominis curam gerat & ei prouideat) de eo autem tractans simul egit de anima & corpore, cum sint ambo simul coniuncta: nunc accedit ad externa, nempe ad vestimenta, de quibus vult nos quoque non esse nimis sollicitos, cum Deus sua prouidentia ea etiam magnifice & splendide vestiatur, quæ sensu carent. Quod si ea vestit quæ sensu carent, multo magis qui & sentiunt, & sunt præditi ratione. Est autem considerandum velle quidem Pædagogum ut comedamus & bibamus, sed nolle ut quæramus quid comedamus & quid bibamus, cibo sedatur fames, & potu sitis, cibus est sicca nutrimentum, potus autem humidum: si modo habeamus quo famem & sitim sedemus, id, cum sit necessarium, nobis sufficere. Quæ autem non sunt necessaria, non sunt quærenda, ut quæ sunt superflua. Quæ sunt autem superflua, sunt à Diabolo. Nam cum virtus cōsistat in mediocritate, quod modum excedit est à malo, vitiosa enim sunt extrema: malum autem est ab eo qui est & malus & author mali, & qui cum sua natura esset bonus, libero suo arbitrio à bono declinans, & malus factus est, & homini malum persuasit. Hinc est quod dixit ipse, Christus sermonē nostrum debere esse, est, & non, quod est autem amplius esse à malo. Quæ sunt ergo superflua nempe delicias, cupidias, & voluptates, quærent gentes quæ sunt stultæ & malæ: Verbi autem discipuli, nempe fideles Christiani, necessariis sunt contenti, & dum regnum Dei quærunt, ea non desunt quibus opus habent ad transigendum hoc vitæ curriculum. Quod autem dixit de abiiciendo nimio alimenti studio id ipsum quoque dicit de superfluo vestimento. Subiungit itaque *¶ Si ergo de veste & delictis.* Non solum vult Clemens, tolli vestes & delicias non necessarias, sed etiam quidquid est pictum, fucatum, & nimio aliquo artificio elaboratum. Quod autem antea dixit de fœno quod hodie est in agro, cras autem in clybanum mittitur, id ducit ad allegoriam. Ager enim, inquit, significat mundum. Sicut autem in agro est fœnum & herba, ita etiā in mundo sunt alij superbi, elati, & quos inflat gloria inanis: alij verò sicut herba germinant & fructum ferunt, & qui sunt fœno quidem similes, mittuntur in clybanum, & ab igne vruntur & consumuntur, ut qui sunt apti ad cremandum, & ideo non resurgunt in iudicio, ut dicit Psalmographus; qui autem sunt herba similes,

Psalm.

hæ similes, nempe qui germinant, & fructum ferunt, ij non mittentur in ignem exurendi, sed in sinu patris Abrahamæ collocati, germinant. Hi autem in iudicio resurgunt ad vitam æternam, quæ est vera vita. Qui autem sunt fœno similes, etsi resurgunt, resurgunt tamen in condemnationem, & ad pœnam æternam quæ non vita, sed mors acerbissima potius est censenda. Et fœnum quidem fuit ille diues, qui purpura vestiebatur & bysso cuius finis fuit interitus, herba vero pauper Lazarus, qui diuina irrigatus gratia in sinu Abrahamæ germinauit ad vitam æternam. Atque Clemens quidem, ut solet, si quid inueniat apud Græcos quod ad suum faciat institutum, id adducere, hic quoque laudat Lacedæmonios, qui matronis, suis, inquam, vxoribus non permittebant ut floridas vestes & mundum gestarent aureū, id interim permittentes meretricibus. Athenienses autem vituperat, quod se viros esse obliuiscerentur, & muliebribus quibusdam cincinnis capillos suos ornarent. De hac autem Lacedæmoniorum consuetudine, consuetudine, inquam (moribus enim vtebantur quos *θεσμοὶ* dicunt, non iure scripto) nihil dicit, nec Xenophon, nec Plutarchus, nec vllus, quod sciam, alius: de Atheniensibus autem permulti. Aristophanes in Comædia cui est titulus Nubes, huc habet versum, *ἀρχοντὰ γὰρ δὲ δειπλιώδη καὶ πηλινὴν εὐάμεσα*, quem sic exponit qui in eum edidit Commentarium. Antiquissimi Atheniensium habebant cicadas aureas in cincinnis capillorum, propterea quod Cicadæ, cum sint musicæ dedicatæ sunt Apollini qui erat patronus ciuitati. Diipolia autem festum erat antiquissimum quod etiam Diasia. Cicadas autem acceperunt, quoniam veteres in plexum capillorum aurea vtebantur Cicada, significantes indigenas esse Athenienses, sicut & cicadæ. Idem Erasmus in proverbio. Cicadis plena, & Eustath. in 3. Ili. exponit. illud *ἐδδοὶ παρὶ γαστρίων εὐκρίτες*, & Cælius Rhodiginus antiqu. lect. lib. 12. cap. 5. *ἀνδραγίτων*, autem vocat Clemens quod Iulius Pollux dicit *ἀνδραγίτων*. Definit autem Vitruuius *ἀνδραγίτων*, à Græcis dicens vocari, *οὐκὸς*, vbi virilia conuiuia solent esse, quod eo mulieres non accedant. Atheniensium autem illum capillorum plexum appellabant Crobylum, qui tantum abest ut virum deceret, ut Cinædorum fastui & arrogantia magis conueniret. Qui autem vult videre Cinædos suis nomenclaturis ornatos, videat Iulium Pollucem cap. 30. de Cinædo. *¶ Horum autem Archontum seu principum.* Non solum Athenienses fuere superflui & effæminati cultus & ornamentis studiosi, sed etiam ceteri Iones, inter Iones enim recēset Athenienses. Iones ergo ceteri Atheniensium Archontes sunt æmulati: Archontes autem erant qui aliquot mensibus Athenis principatum tenebāt. Aprissime autem dixit: Peruasit æmulatio, cum ab Attica in Ioniam breuissimus esset maris traiectus, eos ut nimis delicatos & effæminatos arguens Homerus vocauit *ἐλακιστήτων* & *ἐλακιστήτων*. Hic est versus Homericus in 8. Rapf. Iliadis,

ὁ δὲ δὲ βροῖται καὶ ἰάονες ἐλακιστήτων ἐλακιστήτων

30 Quem exponens Eustathius, Vsq̄ ad Periclis, inquit, imperium habebant talares tunicas, gestates etiam cicadas. Dicit autem hic quoque Geographus *ἐλακιστήτων*, eo quod *πέπλοις*, id est vestes traherent, utpote quod inter Græcos quædam esset æmulatio de gestanda veste muliebri. Vnde etiam dicti sunt *κάρητες*, ut qui ornarentur tanquam *κάραι*, hoc est puellæ. Alij autem eos dicunt *ἐλακιστήτων*, ut qui hostium tunicis inferrent *ἐλακ*, id est vulnera. *¶ Quod si se eis aliquantulum.* Quoniam vere mulier est, ut dicit Diuus Petrus Apostolorum corypheus, infirmius vasculum, oportet quidem se ad eam aliquantulum accommodare, & concedere, ut sint quidæ aliquantulum molliores eorum vestes, dum modo non sint nimis tenues & pellicidæ & stulto quodā artificio nimis elaboratæ, neque ex filis aureis contextæ, neque sericæ, quæ corpus quidem quod vestis est proprium non tegant, sed quodam veluti lenocinio ad probrum pelliciant. Hinc accepta occasione describit admirabilem illam Bombycis transformationem, ex cuius solis fiunt vestes sericæ & Bombycinæ. Cuius descriptionem vide etiam apud Plinium lib. 11. hist. nat. cap. 21. *¶ Reicienda quoque sunt vestimenti tinctura.* Dixit esse reiciendā vestiū materiā, quæ non est apta, ut quæ ex ea fit vestis corpus tegat: nunc autē dicit reiciendam etiam esse tincturam, vitis bonis & candidis solum candidum tenendum esse colorem. Quod si non sit omnis color reiciendus, sint autem duo genera colorum ut dicit Plinius, nempe naturalis & factitius, retineatur quidem naturalis, amandetur autem factitius. Naturalis veritati per se sufficit, factitius est adulterinus, & ad vsum non aptus: Vestium autem multa genera: denominatur autem fere omnes vel à nationibus, vel à tincturis & coloribus. Qui de his plura scire volet, legat Cælium Rhodiginum antiqu. lect. lib. 16. cap. 10. & Iulium Pollucem. Florida autem vestes, quæ sunt, inquam, floribus similes, non diuinis Christi factis, sed bacchicis orgijs & mysterijs conueniunt. Argentea vasa, & tinctæ vestes excogitatæ sunt ad inanē atque adeo perniciosam oculorum delectationem, & ad ostentationem, & pompam in theatris, dum aguntur Tragædiæ: à Christianis autem debet abesse omnis pompa & fastus. Sardiniam tincturam Suidas vult esse rubram, à Sardinia insula sic forte appellatam. Inter vestes Pollux recenset Omphacinas, quæ sunt colore Omphacio & oleo similes. Est & viridis & rosacea & coccina tinctura, ab eis autem etiam denominantur vestes. Vnde etiam Martialis,

Coccina fumose donas & ranthina Mæchæ.

40 *ἔμυροβαφῆ* quoque, id est, tinctam purpura, recenset Pollux inter vestes, sicut etiam *κρακωπὴν*. Fortasse ita dictum à tinctura crocea, quod videtur significare Clemens, dum Crocoton vocat *μυροβαφῆ*, id est vnguento tinctum, illitum scilicet croco. Erat autem Crocotum genus vestis rotundæ ac fimbriatæ, qua diuites vtebantur matronæ. Vnde teste Plutarcho, quidam pingebant Herculem Omphalæ seruientem, ut pulchrè adnotauit Erasmus in proverbio, Felli Crocoton. Has omnes floridas, coloratas, vnguentis infectas, mollesque & delicatas vestes vult Clemens Christianas mulieres reicere, ut quæ nec eas deceant, nec eas aliquid prudenter & honeste gerere arguant, maxime cum fucus quo pinguntur, nihil in eis esse sincerum præ se ferat. Quænam autem sint præciosæ illæ quas dicit membranæ non satis intelligo, nec quæ in purpura habent animalia, nisi forte eas intelligat vestes quæ acu texuntur à Phrygionibus. *¶ Aperte itaque iudat Pædagogus.* Quæ omnem suam confert curam in studium ornatus, ea nec Deo vacat, nec marito, à pudico enim excidit coniugio, ut quæ ob nimium amorem vestitus, sæpe rapiatur ad adulterium. Quod accidit Eriphilæ, quæ ob monilis amorem consensit ut maritus in bello Thebano moreretur. De ea hæc narratur vel fabula vel historia. Eriphile vxor Amphiarai, & soror Adrastii, accepto à Polynice aureo monili, ma-

Iulius Pol- lux cap. 6.

Petr. 3.

Plin. lib. 11. cap. 21.

Cælius Rhodig. Poll. 37. 71. 378. 379.

ritum latentem, ne ad bellum mitteretur Thebanum in quo se moriturum praesciuerat, prodidit Adraſto. Quod aegre ferens Amphiarus, filio Alcmaoni mandauit, vt accepto mortis ſuae nuntio matrem interficeret: quod fecit. Huius meminit Pauſanias, in aliquot locis Eliacorum. * *Quocirca Caem ſophiſtam.* Vult Clemens fidelis & Chriſtiana mulieris talem eſſe veſtitum & habitum, qualem fuiſſe virtutis, quae apparuit Herculi pubeſcenti & deliberanti de ſuo vitae inſtituto, deſcribit Xenophon lib. 2. de dictis Socratis, narrante Prodicō Cæo qui vitam ſcripſit Herculis. Huius meminit Cicero lib. 1. de officiis, dicens: Herculem Prodicus dicit, vt eſt apud Xenophontem, cum plurimum pubeſceret (quod tempus à natura ad deligendū, quam quiſque viam viuendi ſit ingreſſurus, datum eſt) exiſſe in ſolitudinem, atque ibi ſedentem diu ſecum multūq; dubitante, cum duas cerneret vias vnā voluptatis, alterā virtutis vtrā ingredi melius eſſet. *¶ Qui ergo Verbum, ſeu rationē ſequitur.* Quoniā dixerat id quod in veſte vſum aſſert eſſe praefereſſum, videbatur autem obſtare quod in Pſalmo quadrageſimo quarto canit Pſalmographus, literam deducit ad allegoriam, ſignificari dicens per eam, Chriſtum & Eccleſiam. *¶ Eſt autem maxime ineptum.* Inter tunicas recenſetur Peplus, qui & ſceminis & viris congruit. Porro autem quod aliis quoque indumentis iniiciebatur Peplus, ex Mineruae pepilis libere licet conicere. Super tunicam etiam geſtabantur Ephaptides, quas nonnulli vocant Zyras. Xiſtis verò eſt veſtis Tragica Chlæna: quæ à nobis dicitur Lana, eſt veſtis quam tunicæ iniiciebant. De his & multis aliis veſtibus vide Iulium Pollucem, & Cælium Rhodiginum lib. 16. cap. 10. & lib. 11. cap. 9. & 16. Stultum autem eſſe dicit Clemens has veſtes & ſtupere & admirari, & tantum pecunie in eas effundere quæ ad pudenda tegenda factæ ſunt, cum primo noſtro parenti ſuſſecerint folia ficus ad faciendā ſubligacula quibus pudenda tegeter. Noſtrae quidem ſunt oues & in vſum noſtrum fabricatæ ſed oportet nos eſſe illis ſapientiores: non ſumus autem, ſi eorum lanas ſtupemus & admiramur. Redarguamus ergo ſumptuoſas veſtes, & ad eas ſermonem conuertentes, dicamus: Eſtis pili ouium, quaſi dicamus: Cur vos magnificamini, quæ eſtis pili ouium. Pilus per ſe eſt contemnendus, ſed multo magis pilus ſulta pecudis. Quātūvis ſint lanæ pratioſæ, & in quantacunq; eſtimatione ſint pili, quos pelles cultodiunt, eſſent enim alioqui mox perituri, non eſt in ea ponendum ſtudium. Lanæ quidem ouium ſiue vellatur ſiue tondantur, diu durant, nec opus habent vt cultodiantur. Pratioſi autem pili ceterorum animalium, cito pereunt niſi à ſua pelle cultodiantur. Quæ ſunt laudatiſſimæ lanæ, vide apud Plinium qui hæc ſcribit. Lana autem laudatiſſima Apula, & quæ in Italia Græci pecoris appellatur, alibi Italica. Tertium locum Mileſiæ oues obtinent, Apulæ breues villo, nec niſi penulis celebres. Circa Tarentum Canuſiumque ſummam nobilitatem habent. In Aſia verò eodem genere Laodiceæ. Alba circumpadanis nulla præfertur, &c. De pilis autem quos cuſtodiebant pelles nihil aliud occurrit quod dicam, niſi priſcos, leonum, vſorum, luporum, &c. pantherarum pellibus fuiſſe indutos, ſed quod horum pilorum inſanum fuerit ſtudium, & magna vnquam fuerit eorum æſtimatio, non memini me vſquam legere. Eufſtathius exponens illud Homeri ter-tiæ Rhapſodiæ Iliadis,

Plin. lib. 8. cap. 48.

Alexand. ab Alex. Geni alium dicitur 5. cap. 19.

Παρδαλέω δ' ἀμοιβὴν ἔχει ὁ κομπύλα πόδα.

Παρδαλέω, id eſt Pardi pellem, inquit, humeris habet Paris, quoniā non erat grauis armaturæ, & ideo ferebat arcus & enſem & duas haſtas. In iis autem quæ ſequuntur alios etiam inuenimus Heroas animalium pellibus indutos, alium quidem *λεονίη*, id eſt pelle leonis, alium verò *λυκίη*, id eſt pelle lupi: eſt autem *πάρδαλις*, id eſt Pardina, pellis Pardi, ſiut *λεονίη* pellis leonis, & *lycea*, id eſt lupina, pellis lupi, & *ἕπραχία* hircina, pellis hirci, per defectū pellis, ſicut etiam apud Herodotum *ἄνθρωπινα*, id eſt humana, eſt pellis hominis, &c. Hæc quidem de pellibus quibus olim induebantur Græci veteres. Sed quod in tanto pratio fuerit olim nonnullæ pelles, vt hodie muſtellinæ quas Martoras Zibellinas vocant, & eiufmodi aliæ nuſquam quidem legi. Id tamen videtur ſignificare hoc in loco Clemens, niſi mea me fallit coniectura. *¶ Beatus autem Ioannes deſpectus quoque ouium pilis.* Prætiōſas pelles non eſſe magnificandas à verbi diſcipulis, probat autoritate Ioannis Chriſti præcurſoris, qui ne ouillis quidem induebatur pilis, nempe pellibus, tanquam nimis delicatis, ſed pilis camelorum: & Eliæ qui pelle induebatur ouina conſtricta zona pellicea: & Eſaiæ, qui nudus & ne calceatus quidem incedebat, & ſape utebatur ſacco cilicino: & Hieremiæ qui cingulum ſolum habebat lineum. A corpore autem ſumpta ſimilitudine, oſtendit bonis & honeſtis moribus magis conuenire modeſtum & frugalem veſtitum, ſicut bene nutrita corpora vires & vigorem magis oſtendunt, ſi ſint nuda. Syrmata, id eſt ad pedes demiſſas veſtes eſſe reiiciendas, vt nimis delicatas, & quæ magis conueniant impudicis ſaltatoribus, & qui Cinædicos geſtus figuras & habitus etiam, tacentes præ ſe ferant. Quoniā autem ei quod de Syrmatibus & ad pedes demiſſis talaribus veſtibus dictum eſt, videbatur obſtare quod veſtis Domini dicatur fuiſſe talaris, reſpondet non tam ſpectandam eſſe literam quæ occidit, quam allegoriam in qua eſt ſpiritus viuificans. Significat enim veſtis illa variam Dei ſapientiam, & refulgentia veritatis eloquia. Indutus eſt etiam Dominus conſeſſione & decore & lumine ſicut veſtimento, id eſt creaturis quæ cum conſitentur & laudant, & eſt Dominus amiſtus lumine, eſt enim illi lux vndique qui lucem habitat inaccessibilem, ad quam nullus per ſe poteſt accedere. Hæ ſunt veſtis Domini allegoriæ & multæ aliæ, quas quaerent qui volent ex interpretibus Pſal. 103. *¶ Quemadmodum ergo veſtium compoſitionem.* Honeſtus & decorus oportet vt ſit veſtitus, & in eo ipſo quoque ſeruandus eſt modus. Ita veſtiri oportet mulierem, vt nulla pars eius nuda appareat, quæ ad probum afferendum hominem poſſit allicere. Lacenæ virgines nudæ erant vſque ad genu, Chriſtianas autem mulieres non ſolum calcaneum, ſed etiam caput decet tegere. Iubet quidem certe Paul. in epiſt. 1. ad Cor. mulierē habere velamen ſuper caput ſuum. Facetam autem vocem illam lacenæ mulieris quam hic refert Clemens, Plutarchus in Apophtegmatibus dicit eſſe Theanus, quæ cum caſu nudaſſet brachium, cuidam dicenti, O pulchrum brachium: At non eſt, inquit, pulchrum. A veſte autem mulieris, ſi fieri poſſit, abſit oportet quidquid ſpectatorum oculos poteſt ad ſe conuertere. Conuertit autem id quod eſt inſigne, vt purpura. *¶ Atque ille quidem admodum parum.* Quantum licet conicere tantus eo tempore in veſtibus erat luxus, vt ſuccus purpureus omnem veſtem illuminaret. Sic enim ſcribit Plinius; Distinguit ab equite Curiam. Diis aduocatur placandis, omnemque veſtem

1. Cor. 11.

Plin. lib. 9. cap. 36.

veſtem illuminat. Hæc Plinius, ex quo licet intelligere ad veſtes ornandas & illuminandas ſolitum eſſe nō nihil ad texti purpuræ. Mulieres autem maximā veſtis partem relinquebant aliis texendam, quidquid autem erat purpuræ, ipſæ ſuis texebāt manibus ſuas inſſamantes libidines. Quo fiebat vt ſtultis & delicatis his coloribus delectatæ ſibi mortē accerferēt æternā. Mortē autem vocat purpuream, alludens ad illud Homeri,

ἔλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

Id eſt,

Purpurea arripuit mors illum duraque parca.

Quod interpretans Eufſtathius ſic ſcribit: Purpuream mortem dicit Homerus, non ſolum eam quæ eſt ex ſanguine, aut nigram, vt etiam fluctum purpureum: ſed etiam eam quæ vno icu inferitur, vt etiā dicit Elianus: narrans purpuræ tinctorum vno manus icu viuam conterere purpuram, vt ſic pulchra ſit purpuræ tinctura. Vnde etiam mors eſt purpurea, qualem paſſa fuerit purpura quæ ipſa quoque vno icu morte afficitur. Quamquam alludit etiam Clemens ad hominem illum diuitem qui veſtebatur purpura & byſſo, mortuus autem eſt & ſepultus in inferno. Notum autem eſſe poteſt ex hiſtoria, quod quidam tinctor purpuræ, cum dolum admiſiſſet in tinctura, dum ex more abduceretur ad mortem, ad vrbānum ſomma citauit illud, ex Homero: Purpurea arripuit mors illum duraque parca. Vergilius verò Homerum imitatus, non mortem ſed animam vocauit purpuream, dicens: Purpuream vomit ille animam. Vbinam optimæ naſcantur purpuræ ſic docet Plinius: Præcipuus hic Aſiæ in Meningæ Aphricæ, & Getulo littore Oceani, in Laconica Europæ. Quantum autem laboretur in capiendis purpuris, earumque ſucco exprimendo & coquendo pulchrè Plinius, vbi inter cætera hoc dicit; Quinis lana porat horis, rurfus mergitur carminata, donec omnem ebibat ſaniem. Ad quod alludens noſter Clemens, pannos purpuræ ſaniem ebibentes vocat auidos. Quamquam nonnulli, vt ait Athenæus, non pannos, nec tincturam, ſed ipſum animal dicunt eſſe *λίγρον* id eſt auidum & vorax. Vnde natum eſt pro-uerbium, Purpura voracior, quod ea, vt ait Plinius, lingua ſua omnia deuoret Conchylia. Erant autem eo tempore mulieres adeo in luxu immoderata, vt & purpuram adulterarent, & lineas veſtes quæ erant alioqui ſubtiliſſimæ & tenuiſſimæ, non amplius ex Ægypto, ſed ex terra Hebræorum, ſeu ex Paleſtina & ex Cilicia ad ſe importari curarent: Amorginas quoque & byſſinas veſtes per ſummum ludibrium ita immutarent, vt eo nomine non amplius appellarentur. Byſſus autem & Amorgina erant genus lini tenuiſſimi & ſubtiliſſimi, vt ſcribit Iulius Pollux cap. 17. De his autem ſcribit copioſiſſimè Cælius Rhodig. antiq. lect. lib. 23. cap. 8. Hoc autē caput ita concludit Clemens, vt reprehentione dignos cenſeat eos qui ita ſe gerunt, vt ſua veſtimenta ſint ſeipſis pretioſiora. Cuius hanc dicit eſſe cauſam, quod quæ ſunt verè bona ignorant, & quæ non ſunt tanquam quæ ſunt falſa viſione apprehendunt.

Homeri.

Lucæ 16.

Plin. lib. 9. cap. 36.

Eodem 38.

Eraſmus cent. 3. chil. 2. 84.

30

De calceatura. Cap. XI.



SIMILITER autem in calceamentis quoque ſuperba arrogantesque fœmina magnam oſtendunt mollitiem. Verè ergo turpia ſunt illa ſandalia, in quibus ſunt aurea veluti donaria: quinetiam circumcirca clauos ſoleis inſigere æquum cenſent. Multæ autem eis quoque amatorias ſalutationes imprimunt, vt vel per terram numeroſè incedentes, meretricioſos ſpiritus in inceſſu inſculpant. Valere ergo ſunt iubenda aureorum & gemmeorum ſandaliorum vana artificia, & crepidæ Atticæ & Sicyoniæ, cothurnique Perſici & Hetruſci. Recto autem ſcopo, vt veritatis noſtræ mos eſt, propoſito, id quod eſt ſecundum naturam eſt eligendum: calceorum enim vſus eſt alius quidem ad regendos pedes: alius autem ad propulſandas offenſiones, & à montanis aſperitatibus plantam pedis conſeruans. Sunt itaque mulieribus albi concedendi calcei, niſi iter ineant: tunc autem eis vnctis eſt vtendum. Neque enim fœminam decet pedem oſtendere: & alioqui mulieri tener eſt ſenſus, vt facilè lædatur. Viro autem pulchrè conuenit nullos habere calceos, præter quàm ſi militet: Calceatū enim eſſe, prope accedit ad id quod eſt, eſſe ligatum. Optimum quidem eſt genus exercitationis nudis vti pedibus, & ad ſanitatē & ad expeditam facilitatem, vbi non prohibeat neceſſitas; quod ſi iter non ingrediamur, nec nudis incedere pedibus pati poſſimus, ſoleis vtendum eſt: eas autem Attici vocabant *χρυσόποδας*, quod pedes, quantum ego conijcio, terræ appropinquarent. Tenuis ac ſimplicis calceaturæ teſtis ſufficit Ioannes, qui dicebat ſe non eſſe dignum ſoluere corrigiam calciamenti Domini. Non enim curioſos aut ſuperfluos habebat calceos, qui veræ philoſophiæ typum oſtendebat Hebræis. Hoc autem numquid aliud myſticè ſignificet, oſtendetur alibi.

40

50

60

νό multum distat ab eo quod est, Lucæ 3.

COMMENTARIVS IN CAP. XI.

SIMILITER autem in calceamentis. Primum oſtendit quantus eſſet luxus & mollicies fœminarum in calceis. Calceorum autem varia erant genera: quædam dicebantur ſandalia vel ſandalā, vtrumque enim dicit, ait Iulius Pollux: quod autem verti donaria, Græcè eſt *αιθημιατα*, ea autem ſunt, quæ ſunt Diis dedica-

ta. Ea in calceis ponere turpe est & indecorum. Ita etiam clauos in eis infigere ad ostentationem, & amatorias salutationes in eis insculpere, quæ meretricios spiritus, fastum, inquam, meretriciū incedendo ostendant: ea autem sunt reicienda. Sed nec calceamenta esse oportet aurea aut gemmea. Sed nec cothurnis nec crepidis est utendum cuiuscunque sint nationis, est enim vitanda superbia & arrogantia. Erat autem cothurnus quadrangulus utriusque pedi conueniens, & congruebat viris. Vnde natum est proverbium; Cothurno verfatior, & ideo dictus est Theramenes cothurnus quod nunc ab his, nunc ab illis stans partibus, incertæ & dubiæ esset fidei. De quo vide Erasmus in proverbii. Crepidæ quæ Græcè dicuntur κρηπίδες, à nonnullis autem Poëtis dicuntur *κρηπίδες*, ut dicit Pollux, erant *κρηπίδες* id est multiplici futura calceamenta: erant autem calceamenta militaria, quæ prius fuerat propria senatorum, deinde equitum, sicut etiam Mullei olim fuere calcei regum Albanorum, deinde Patriciorum, deinde Patriciis adempti traditi sunt mulieribus. Est autem calceorum duplex usus, vnus ad pedes tegendos alius ad prohibendum ne quid pedes offendat. Hic ergo calceorum scopus est nobis proponendus: Mulieribus ergo, ut pedes tegant, albis utendum est calceis, ab eis enim non est vlla pars nuda corporis ostendenda, quod si sit eis iter ingrediendum, cum sint molles & facile lædantur, ad vitandam offensionem vnctis calceis est utendum, nempe coriaceis: viris autem conuenit nudos esse pedibus, nec vti calceis nisi cum vel militant, vel iter ingrediuntur. Sed nec quibusuis calceis est eis utendum, sed tantum soleis: soleæ autem sunt calceamenta quibus plantarum calces in fine teguntur, habentis iuncta, cæteris prope nudis, cæ autem Atticæ appellantur *κρηπίδες*, quod pedes pulueri seu terræ appropinquant, dictæ à *κρηπί*, quod est puluis & *πίς*, quod pedem significat, quæ alio etiam nomine vocantur *βλαύται* & *φαικάσιοι* ut dicit Clemens: Eis vti possunt viri etiam si iter non ingrediuntur, si nudis esse pedibus ferre non possint. Nudis autem esse pedibus melius esse probat Clemens ex *ετυμολογία*. Calceus enim Græcè dicitur *καλκεύς*, quasi dicas subligamētū: est enim calceus velut quoddam vinculum pedis, quod impedit, ne pes suo officio facile & expedite fungi possit. Sicut etiam diadema dicitur pannus quo regibus vincitur caput. Ad ostendendum quoque tenuem & frugalem oportere esse calceaturam, adducit id quod dixit Ioannes præcurator apud Lucam, se non esse dignum qui soluat corrigiam calceamentorum Domini. Nimis enim curiosos & superfluos non fuisse eius calceos, ex eo patet, quod ostenderet Hebræis typū veræ philosophiæ. Vmbra enim & figura fuit per Moysen vsque ad Ioannem, ab Ioanne autem ostensa est ipsa veritas, nempe Christus, vmbri cessantibus & figuris quæ Christū venturū significabant. Huius alium quoque sensum dicit esse mysticum, quem se alibi dicit expositorum. In calceis autem fastum & superbiam adeo non probauit Christus, qui est ipsa veritas, ut suos discipulos instituens ne eos quidem calceamenta possidere voluerit.

Quod non oporteat gemmas & aureum ornatum stupere & admirari. Cap. XII.

EMMAS^a autem fuscas aut virides, & quæ ab externi maris aestu expelluntur, & quæ ex terræ ramentis deteruntur, admirari & stupere est puerile. In pellucidos enim lapillos, propriosque ac peculiare colores, atque vitra varia magno ferri studio, nihil est aliud quam stultorum hominum, qui trahuntur ab his quibus inest pulsans visio. Ita etiam pueri cum ignem aspexerint, splendore adducti ad eum feruntur, cum quam sit eum tangere periculosum, propter ignorationem minime aduertent. Tales stultis mulieribus gemmæ sunt monilibus alligatæ, & inclusæ torquibus, amethysti, & ceraunite, & iaspides, & topazion, & smaragdus Milefia, mercimonium pretiosissimum. Maximi autem pretij Margarita mulierum conclaue mirandum in modum per summam inuasit lasciuiam: ea autem nascitur in quodam ostreo pinnis non absimili: magnitudo autem eius est quantus est permagnus piscis oculus: nec pudet miseris totum suum studium in hoc ostreo ponere, cum eis liceat sancta ornari gemma, nempe Verbo Dei, quod utique Scriptura appellauit Margaritam, qui est pellucidus & purus Iesus, qui est in carne contemplator oculus, qui est ratio, qui perspicuus, per quem caro est pretiosa quæ aqua regeneratur. Illud enim ostreum in aqua natum carnem contegit: ex ea autem margarita concipitur. Ex sanctis autem lapidibus supernam Hierusalem fuisse constructam accepimus: & duodecim portas celestis ciuitatis, lapidibus pretiosis assimilatas, suscipiendam Apostolicæ vocis gratiam significare admittimus. In pretiosis enim lapidibus collocati sunt colores, sunt autem ij pretiosi: alia verò remanent terrestris materia: merito ergo symbolicè sanctorum ex his edificatur ciuitas. Ex inimitabili itaque flore lapidum, florem spiritus, ab interitu scilicet alienam & sanctam substantiam, intellexere. Quæ ergo quid sit in Scripturis symbolicum non intelligunt, totæ lapidibus inhiant, & admirabilem illam defensionem afferunt. Quod Deus ostendit, cur

non ute-

non utemur? Adsumt mihi, cur me eis non oblectabo? & quibusnam ergo facta sunt, si non nobis? Eorū qui Dei vocē planè ignorauerunt, sunt hæc voces. Primum enim quæ sunt necessaria, sicut aquam & aërem, aperte omnibus suppeditat: quæcumque autem non sunt necessaria, terra & aqua abscondit. Et ideo aurum formicæ fodiunt: aurum Gryphes custodiunt: à mari teguntur margaritæ: vos autem curam superuacaneam ponitis in ijs quæ non oportet; ecce totum calum est apertum, & Deum non queritis: absconsum aurum autem & lapides ij apud nos scrutantur, qui sunt damnati capitis. Quinetiam Scripturæ repugnat, cum illa aperte clamet: Querite primum regnum celorum, & hæc omnia adijcientur vobis. Quod si etiam vobis omnia sunt donata, & vobis omnia sunt concessa, & si omnia vobis licent, ut ait Apostolus, sed non omnia expediunt. Produxit autem genus nostrum ipse Deus ad communicationem, cum ipse prior suum filium impertit, & suum Verbum omnibus commune subministravit, & fecit omnia pro omnibus: sunt ergo omnia communia, ne plus quàm alij sibi vendicent diuites. Hoc ergo, Adsumt mihi, & supersunt, cur me ijs non oblectabo? non est humanum, nec ad societatem pertinet. Illud autem magis charitatem arguit, Adsumt mihi, cur non impertiar pauperibus? qui enim talis est, est perfectus, qui hoc impleuit, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Hæc sunt veræ delitiæ, hic est pretiosus thesaurus. Quæ autem impensæ sunt in cupiditates, interitus non sumptus locum tenent. Scio enim Deum potestatem nobis usus dedisse, verum eum vsque ad id quod est necessarium: & usum communem esse statuit. Absurdum autem est & turpe, unum lautè & luxuriosè viuere, cum multi esuriant. Quanto enim est gloriosius multis benefacere, quàm magnifice habitare? quanto autem prudentius, in homines quàm in lapides & in aurū impendere? quanto autem est utilius ornatos habere amicos, quàm ornamenta inanima? cuius autem agri tantū profuerint quantū gratificari? Restat ut illud quoque dissoluamus quod obijcitur. Quinam ergo habebunt quæ sunt sumptuosa & magnifica, si omnes deligunt ea quæ sunt vilia & frugalia? Homines, dixerimus, si absque vlla vehementi affectione & differentia eis utamur: sin autem fieri non potest ut sint omnes frugi & temperantes, at propter usum rerum necessarium, ea quæ sunt paratu facilia, sunt persequenda, multum iubendo valere hæc quæ sunt superuacanea. In summa ergo, mundana tanquam puellarum mundi sunt ad coruos amandanda, à totum etiam ipsum mundum recusantibus: oportet enim eas intus esse honestas & ornatas, & pulchram mulierem internam ostendere. In sola enim anima apparet pulchritudo & turpitudine: & ideo is solus qui est virtute præditus, vere est pulcher, bonus & honestus: & solum quod pulchrum & honestum, bonum esse statuitur. Virtus autem sola etiam per pulchrum corpus apparet, & in carne efflorescit, moderationis speciem amabilem ostendens, quando mores tanquam lux quædam in forma resplenderint. Vniuscuiusque enim plantæ & animalis pulchritudinem, in vniuscuiusque virtute esse euenit. Hominis autem virtus est iustitia, temperantia, animi magnitudo, & pietas: pulcher ergo & honestus homo est qui est iustus & moderatus, & qui ut semel dicam, bonus est, non qui diues. Iam verò milites quoque volunt auro ornari, ut qui nec illud legerint Poëticum:

Quique aurum gestans, in bellum, ut stulta puella, Ibat.

Ceterum ornatus quidem studium, quod virtutis minime curam gerit, sed corpus sibi vendicat, boni & honesti studio conuerso ad vanam gloriam, est penitus expellendum. Quæ enim ea quæ corpori non conueniunt, perinde ac si conuenirent, adiungunt, mendaciæ meditationem, & consuetudinis fraudem ingenerant, non honestatem, simplicitatem, & à simulatione alienationem, & vere pueritiam, sed fastum, arrogantiam, mollitiem &

X ij

Chil. 1. cēt.
prou. 94.

Alexander
ab Alexan.
genialium
dierū lib. 5.

3.

iu.

Lucæ 3.

10

20

30

40

50

60

10

20

30

40

50

60

Matth. 6.

1. Cor. 10.

Rom. 12.
Galat. 5.

Homert.
Iliad.

Apoc. 22.

luxuriam contexunt. Ista verò veram pulchritudinem obscurant, auro eam adumbrates, nec intelligunt quantum in se delicti admittunt, se innumerabilibus vinculis alligantes, quemadmodum dicunt apud barbaros, scelestos & maleficos homines auro vinciri. Hos captiuos victosque amulata esse videntur diuites mulieres. An non enim colli vinculum est torques aureus, moniliaque & quæ κατὰ τῆς vocantur, catenarum locum obtinent? quæ etiam lingua Attica eodem nomine, nempe δῆλοισι, hoc est, catena appellantur. Talarum autem compedes, indecorum in pedibus feminarum ornamentum vocauit Phila-
mon in Synephebo:

Pellucidas vestes, quendamque compedem
Aureum.

Cur ergo hic à vobis tantopere expetitur ornatus, nisi quòd vos velitis, ò femina, videri esse astricta compedibus? Nam si materia probrium cluit, est quidem hoc vitium quod minime interit. Atque mihi quidem videntur sua sponte vinculis alligata, gloriari de suis magnis calamitatibus. Ac fortasse etiam Poëtica fabula adulterium committentem Ve-
nerem dicit fuisse comprehensam eiusmodi vinculis, nihil aliud quàm hæc ornamenta ad-
ulterij esse signa significans. Illa enim aurea quoque vincula fuisse dixit Homerus. ¹ Iam verò non pudet eas apertissimè maligni symbolis indui. Quemadmodum enim Euam serpens decepit, ita etiam alias mulieres mundus aureus, utens esca serpentis figura, in probra furiose impellit, nempe muranulas quasdam aureas & serpentes ad decorem effingens. Dicit itaque Comicus Nicostratus, catenas, monilia, annulos, armillas, serpentes, periscelides, elleborum. Summa autem cum earum ignominia omnem mundum muliebrem
recensens Aristophanes ostendit in Thesmophoriazusis. Adducam autem ipsa verba Comici, quæ importunum vestra insolentia fastum aperte arguunt: Mitras, redimicula, nitrum, & aciculam, pumicem, strophium, reticulum, posterius operculum, fucum, torquem, hypogrammata, triphocalasim, vittam, cingulum, institam, Teyphema, multitiā, cython, baratron, encyclon, tunicam; quæ sunt autem horum non dixi maxima, diopas, dyalithon, plastra, molochion, botruchlidonē, fibulas, amphileas, monilia, pedicas, sigilla, catenas, annulos, cataplasmata, bullas, ligamenta, olisbos, sardia, ventilabra, elicteres. Ego quidem defessus sum, & indignor, dicendo tot eorum ornamentorum multitudinem. Mihi autem venit in mentem admirari, quòd ea non enecentur, dum tantum onus baiulant. O curam valde inanem! O vanam & insanam gloria cupiditatem. Ritu meretricio opes effundunt in probra ac dedecora, suaq; improba & arroganti stoliditate Dei dona corrumpunt & adulterant, artem maligni imitantes. Dominus autem in Euangelio eum diuitē qui in horreis & apothecis recondebat, & apud se dicebat, Habes multa bona in multos annos repofita, comede, bibe, latere, aperte stultū vocauit: hac enim nocte animam
tuam accipiunt: quæ ergo paraſti, cuius erunt? Apelles pictor cum vidisset quendam ex suis discipulis pinxisse Helenam multo auro ornatam: O adolescens, inquit, cum nō posses pingere pulchrā, pinxisti diuitē. Tales sunt Helena, quæ nunc sunt mulieres, nō verè pulchræ, sed multis effictæ & ornata diuitijs. Eis prædicit spiritus per Sophoniam, argentū & aurū ipsarum non posse eas eximere in die ira Domini. Eas autem quæ à pedagogo Christo erudiuntur, non auro, sed ratione & Verbo exornari conuenit, per quod solū apparet aurum. Beati quidem fuissent Hebræi veteres, si mundum mulierū abstulissent & abiēcissent, vel solūmodo fudissent: nūc autem cum aureū bouem cōstassent, & in eo adorando idololatriæ peccatū admisisent, ipsi quidem nec ex arte, nec ex suo instituto commodi quicquam ceperunt; expressissima autem figura nostras mulieres docuerunt, ut ab ornamentis abstineant. Quæ itaque cupiditas in aurum fornicatur, fit idolum quod igne examinatur: cui quidem soli

dem soli reseruantur delicia, ut quæ sint simulachrum, nō veritas. Hinc Verbum per prophetam Hebræos probri infectans: Argentea & aurea, inquit, fecerunt Baal, ornamenta scilicet. Et aperte comminans: Et vindicabo, inquit, super ipsam dies Baalim, in quibus ei sacrificauit, & in aures ei apposuit, & torques suos. Et ornatus causam subiungit, dicens: Et ambulauit post amatores suos, mei autem oblita est, dicit Dominus. Ipsi ergo improbo Sophistæ, diabolo scilicet, nugis dimissis, ne sint huius meretricij ornatus particeps, nec per speciosum prætextum, idololatriæ crimen admittant. Admodum ergo pulchrè dixit beatus Paulus: Mulieres, inquit, similiter non implicaturis, vel auro, vel margaritis, vel veste sumptuosa, sed quæ docet mulieres profitentes pietatem, per bona opera seipsas ornantes. Earum enim ornatum iurè abesse iubet. Si enim sunt pulchræ, sufficit natura: non contendat ars contra naturam: hoc est, fraus minimè litiget cum veritate. Sin autem sunt natura turpes, ex ijs quæ sibi applicant, quod non habent arguunt. Eas ergo quæ Christo seruiunt, conuenit amplecti frugalitatem. Frugalitas enim reuera curam gerit sanctitatis, ut quæ ea quæ redundant, & sunt immoderata, exæquet & perquælibet, qui ex superuacaneis capitur usum percipiat. Quod enim est frugale ac tenue, ut ipsum etiam nomen indicat, non eminet, neque vlla in re in molem assurgit aut intumescit, sed est uniuersum planum, lene, æquale, & minimè superfluū, & ea de causa sufficiens. Est autē sufficientia habitus quidam qui ad suum finem peruenit, ita ut neque quid desit, neque redundet. Eorum autem mater est iustitia: nutritrix autem, virtus ea quæ Græcè dicitur ἀντιπραξία quæ est per quam contenti sumus: ea igitur est habitus ijs quæ oportet contentus, & qui per se ea acquirit quæ ad beatam vitam conferunt. Sit ergo in vestrarū manuum carpis sanctus ornatus, quæ facile impertitur communicatio, & familia administranda opera. Qui enim dat pauperi, fœneratur Deo, & manus fortium ditescunt. Fortes vocat eos qui pecuniam contemnūt, & qui sunt ad communicandum & largiendum faciles. In pedibus autem appareat impigra alacritas ad benefaciendum, & ingressus ad iustitiam. Torques autem & catenæ sunt pudor & modestia: talia Deus fundit monilia. Beatus homo qui inuenit sapientiam, & mortalis qui vidit prudentiam, dicit spiritus per Solomonem. Eius enim est melior mercatura quàm thesauri auri & argenti. Est autem pretiosis gemmis pretiosior: hæc est enim verum ornamentum. Eis autem non perforantur aures præter naturam, ut aureæ ab eis in aures dependeant: neque enim fas est vim afferre naturæ præter id quod voluit. Non alius autem fuerit melior aurium ornatus, descendens ad meatus qui sunt secundum naturam, quàm vera Catechesis, hoc est, quæ per auditum suscipitur institutio. Oculi autem verbo inuncti, & aures ad sensum perforatæ, diuinarum rerum auditorem & sanctarum rerum contemplatorem efficiunt, Verbo verè veram ostendente pulchritudinem, quam oculus non vidit, nec auris prius audiuit.

COMMENTARIUS IN CAP. XII.

¹ GEMMAS autem fuscas aut virides. Gemmæ omnes seu pretiosi quos vocat lapides, aut ex æstu maris expelluntur, aut ex terræ ramentis deteruntur. Eas autem quæ stultū sit admirari, & ad eas magno ferri studio quam sit stultum, ostendit ab infante accepta similitudine. Ardentem ignem videtes infantes, ad eum accedunt, periculū minimè considerantes: ita stulti trahuntur à colore gemmarum in oculos incurrite, dum nō animaduertūt quid inde sit euenturū. Eo autem vitio maximè laborant mulieres. Impotentia enim muliebri eo processum est vesania, ut maximos induta cultus, purpuraq; & auro ac gemmis redimitæ procederent: armillas annulosq; in digitis aureos, colloque monilia, & catenas circa latera margaritis inserta, in auribus vero vniones & cylindros ad ostentationē luxus ferrent. In ijs quas hic enumerat gemmis explicadis, cum & à Plinio sint satis descriptæ, nō est quod immeret. Futurū enim esset περιεργον ἢ ἐργον longius. Hoc tantum dicam de Smaragdo, quem Milesium Clemens dicit esse pretiosissimū mercimoniū. Pliniū, cum alioqui eorum duodecim genera enumeret, & nobilissimū dicat esse Scythicū, Milesij ne meminisse quidē, Margaritas autē esse maximi pretij, est extra omnē controuersiam. Sic enim scribit Plinius: Principiū culmēq; omniū rerū pretij margaritæ tenent. Theophrastus quoque Athenæo sic scribit in lib. de lapillis. Inter lapillos qui maxime sunt in pretio connumerantur etiam Margaritæ, natura pellucidæ, ex quibus pretiosissima con-

sciuntur monilia. Nascuntur in ostreo quodam pinnis similimo, sed minore: quarum magnitudo est quanta oculis piscis satis magni. Dicit deinde paulo post idem Athenaeus ex Androsthene in Indica navigatione. Lapillus in ipsa ostrei carne nascitur, non aliter atque grando solet in suilla. Plinius quoque scribit ex traditione Ines, ipsum vnionem in carne ipsa esse grandini similem. Fortasse autem dicta est Graece *μυροδρις* *μυροδρις*, quod significat splendere, est autem & lingua communi masculini generis, & Attica foeminiini: in nostris autem Euangelis neutri. Idem tamen Plinius, qui dicit vnionem in ipsa carne esse grandini similem, dicit Margaritam apud Romanos solum vocari vnionem: Dos, inquit, omnis est in candore, magnitudine, orbe, lauore, pondere, haud promptis rebus, in tantum ut nulli duo reperiantur indiscreti. Vnde nomen vnionum Romanae scilicet imponere deliciae. Nam apud Graecos non est, nec apud barbaros inuentores eius aliud quam margarita. Ex quo liquet Margaritas dictas esse vniones per antiphrasim, quod omnes sint indiscretae. Cum autem Margarita nascatur in ostreo, pudore, inquit, debet affici mulieres, quod malint totum studium suum ponere in ostreo, quam sancta gemma ornari, nempe Verbo Dei qui est Iesus, qui in Scriptura dicitur Margarita. Christus enim est pretiosa illa margarita, qua quarens Margaritas omnibus venditis emit negotiator, Christo autem ornatur qui Christum induit, Christum autem induit qui in Christo baptizatur. Baptizati autem caro per regenerationem, nempe per Iesum quo vestitur, pretiosa redditur. Ostreum enim, id est corpus, est veluti quoddam vas fictile, dum est in aqua qua abluitur, carnem tegit, ex carne autem nascitur margarita, per Christum enim quo induitur Christianus efficitur margarita, per Margaritam. Merito autem Iesus dicitur Margarita, ut qui sit pellucidus & purus. Quidni enim dicatur pellucidus, qui est ipsa lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum? Purus quoque appellatur, qui peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. Is est etiam in carne contemplator oculus: sicut enim Margarita in ostreo est in carne oculus: ita Verbum caro factum est oculus in carne, est, inquam, Iesus humana contemplans naturam, eiusque motus misericordia, & pretiosa sua carne & sanguine ei dans salutem. Ex his Margaritis & aliis lapidibus pretiosis, qui recensentur in 22. Apocalypsis Iohannis, constat superna illa Hierusalem caelestis, & duodecim illae portae quae significant suscipiendam Apostolicam gratiam. Sunt enim haec omnia symbolice & mystice intelligenda. Sicut enim si a pretiosis lapidibus tollas colores qui sunt pretiosi, quidquid restat plane est terrestris materia: ita superna illius ciuitatis ex pretiosis lapidibus constructio, est intelligenda mystice & symbolice, a qua si spirituales tollas allegoriam, nihil restabit quod vllam spirituale afferat aedificationem. Ex inimitabili enim illo flore lapidum, est intelligendus flos spiritus sanctaeque & ab interitu aliena, nempe immortalis substantia. Quis sit autem mysticus horum sensus, vide apud eos qui in Apocalypsim scripsere commentarios, maxime autem apud Rupertum Abbatem. *Quae ergo quid sit in scripturis.* Quae de gemmis & lapidibus dicuntur in Scriptura, sunt symbolice & allegorice intelligenda, mulieres autem quae soli adherent literae spreto sensu allegorico & mystico, omne suum studium conferunt in gemmas, easque stupent & admirantur, hanc interim pro se afferentes defensionem, quod eis sit vrendum iis quae Deus fecit, fecit autem omnia ad vsum hominum. Ad quae respondet Clemens, quae sunt quidem necessaria, ea esse aperta omnibus: quae autem non necessaria, ea esse absconsa & remota ab oculis hominum. Omnia quidem esse hominibus donata & concessa, non tamen semper expedire ut eis vtantur. Deum produxisse genus humanum aptum ad societatem & communicationem & ad elargiendum pauperibus. Cuius quidem ipse prior dedit exemplum qui verbum suum omnibus suppeditauit: omnia esse communia, ut quae sint per charitatem communicanda: eum esse perfectum qui proximum suum diligit sicut seipsum. Quod autem dicit Clemens de formicis aurum effodientibus, id ipsum his verbis dicit Plinius, loquens de formicis Indicis: Aurum ex cauernis egerunt terrae, in regione septentrionalium Indorum qui Dardae vocantur. Idem sic de Gryphibus; Sed & iuxta eos qui sunt ad Septentrionem versis, haud procul ab ipso Aquilonis exortu, specuque eius dicto, quem locum Gesglitron appellant, produntur Arismapi vno oculo in fronte media insignes, quibus assidue bellum esse circa metalla cum Gryphis, ferarum volucris genere, quale vulgo traditur, eruente ex cuniculis aurum mira celeritate, & feris custodientibus, multi, sed maxime illustres Herodotus & Aristus proconnesius scribunt. Quod autem dicit absconsum aurum & lapides apud nos scrutari qui sunt damnati capitis, id sumptum est ex iure ciuili. Capitalia iudicia dicimus, inquit Iustinianus, quae vltimo supplicio afficiunt homines, veluti aquae & ignis interdictione vel deportatione, vel metallo. Damnabantur autem aliqui ad metalla fodienda, aliqui autem ad fodiendos lapides. Porro autem elemosinam dare pauperibus veras esse dicit delicias, & pretiosum thesaurum. Nihil enim est iucundius quam amicos conciliare beneficiis, neque vllus est pretiosior thesaurus, quam qui in calis est reconditus. Quod autem in libidines profunditur & voluptates, id simul & perit & exitio afficit. *scio enim Deum potestatem nobis vsus dedisse.* Vult quidem Deus nos uti iis quae dedit, sed ita ut non excedamus ea quae sunt necessaria, & statuamus vsum nobis esse communem cum aliis. Melius est sumptum facere in homines quam in res inanimas. Non tantum profunt agri & possessiones, quantum de aliis bene mereri. *Restat ut illud quoque dissoluamus.* Respondet tacite obiectioni. Dicit enim posset, si omnes sectentur ea quae sunt vilia & frugalita, quis vtetur iis quae sunt sumptuosa & magnifica? Respondet ergo iis vsuros esse homines, si iis ita vtantur, ut non sit nimium ipsorum in ea studium, nec tanquam sit in ipsis rebus magna differentia: hoc facile praestant qui sunt frugi & temperantes: si non sint, pauci enim sunt eiusmodi, superuacaneis reiectis persequantur ea quae sunt ad vsum necessaria. Sunt autem ea parata facilia. *In summa ergo mundana.* Concludit superfluum ornamentum a mulieribus procul esse amandandum, & statuendum, sicut plantae & animalis pulchritudine esse ipsius virtute, ita etiam hominis. Iustitia, temperantia, animi magnitudine, & pietatem & cetera esse virtute hominis. Ipsam autem virtutem esse non carnalem, id est quod est pulchrum & honestum. Pulchrum autem & honestum esse internum hominis ornamentum. Eo ornamento ornatas debere esse mulieres, mundana autem procul amandare ornamenta, quae sunt tanquam mundi puellarum, ut quae debeant etiam ipsi mundo renunciare. Mundus autem, sicut etiam Graece *κόσμος*, & ornamentum significat, (vnde etiam apud Iuriconsultos est mundus muliebris) & hac vniuersitatis machinam. Dicitur etiam mundus in scripturis

Eustath. in Homer. Plin. lib. 9. cap. 35. Ioh. 1. 1. Petr. 2. Plin. lib. 11. cap. 3. Idem lib. 7. cap. 2. Instit. de publ. iud.

in scripturis externa illa creati mundi species ac figura, in qua qui mentem defigunt, aeternorum obliti, & in rebus temporalibus immerfi, ad Deum non aspirant. Huic autem mundo renunciant, qui tanquam peregrini per vitam huius seculi transeunt, aeternam inquirunt patriam, & vnum sibi scopum nempe Deum, proponunt. Tales sunt mulieres quae sunt vere honestae, & virtutibus ornatae, quae & mundi ornamenta, & ipsum mundum valere iubentes, ad Deum ipsum toto animo contendunt. Eae autem sunt pulchrae non quae auro & gemmis sunt ornatae, nec eae quae sunt diuites. *Itam vero milites quoque volunt.* Quod *χρυσοφορεῖν*, id est aurum gestare, seu auro ornari non conueniat militi, hinc constat quod omnia fere militis epitheta, non ex auro, sed ex ferro sumpta sunt. Dicuntur enim *ἀχιμῆται*, id est bellatores, *ἀπὸ δ' ἀχιμῆς*, id est à cuspide, & *ἐκκρημίδες*, *ἀπὸ κρημῖδ*, id est à ferreis ocreis, & ab armis *εὐοπλοὶ*, id est bene armati: ut notauit Eustathius in 1. Rhaps. Iliadis. Pulchre certe Antiochum illustrat Annibal. Cum enim eius suum ostendisset exercitum, fulgentibus atque adeo aureis & argenteis armis instructum, rogassetque eum quid putaret eos suffecturos Romanis. Puto, inquit, etsi sint auarissimi. Non est ergo militum aurum gestare, sed ferrum. Martis certe epitheton, non est *χρυσός*, id est aureus, sed *χαλκός*, id est aeneus. Venus autem & Latine aurea, & Graece *χρυσή*, appellatur ab Homero, & Vergilio. Dicta est autem aurea, vel quod sit pulchra, aurum enim pro pulchro saepe ponitur, vel quod aurum gestet: hoc enim est mulierum. Et ideo Homerus irrisit virum qui aurum gestat tanquam puella. Haec Eustathius & multa alia quae ad hanc rem pertinent in v. Rhapsodiam Iliadis. *Ceterum ornatus quidem studium.* Non est corpus ornans, sed animus, animi autem ornamenta sunt virtutes. Ornamenta vero corporis quae sprete virtute conuertuntur ad vanam gloriam, superbiam ingenerant, fastum & arrogantiam, non honestatem, simplicitatem, & Christianam pueritiam. Christianam, inquam, pueritiam. Regnum enim caelorum non intrat Christi discipulus, nisi puero fuerit similis. Mulieres autem, quae ut videantur pulchriores, se aureis ornant ornamentis, tantum abest, ut quod volunt assequantur, ut veram obsecrēt pulchritudinem, & multis alligatae vinculis sint Barbarorum captiuis similes qui auro vincuntur. Ij certe, quantumuis sit pretiosa quibus sunt vinciti materiae, sunt tamen & vinciti & captiui. Ita nec mulierum minus est vitium, nec ex eo eluitur probum quod sint eis torques, monilia, & catenae aureae. Sint quamuis aureae compedes, sunt tamen compedes, & quamuis videatur minus dura seruitus, est tamen seruitus, quae est eo molestior quo diuturnior. Hinc est proverbium Aureae compedes, quod de iis dicitur quibus suae non sunt ingratae miseriae. De eo vide Erasmus in proverbio, Aureae compedes. Apud nonnullos autem barbaros, ut apud Arabes foelices tanta fuit olim auri copia, ut ornamenta aurea non tantum mulieres, sed etiam viri deferrent torquibus collum ornantes, armillis manus, aures more Persarum inauribus. Haec Munsterus ex Strabone. Cum ergo auro ita abundarent, est satis probabile captiuos vilis auro vincitos fuisse quam ferro. Vbinam autem hoc legerit Clemens, non possum diuinare. Quod autem talares compedes vocauit Philaemon id esse puto quod dicit Plinius. At Hercule idem tu Brute mulierum pedibus aurum gestari tacuisti. Inter muliebria autem ornamenta enumerat Polylux, *καθηήμες*, *ἀπὸ τῆς καθήμες*, quod est demitto. Idem autem vult esse Clemens *καθηήμες*, quod *ἀλύστες*, quod catenas significat. Veneris autem cum Marte in adulterio deprehensa fabulam, vide apud Homerum: ex qua colligit Clemens vincula illa aurea, erant enim catenae aureae, fuisse signa adulterij. Eius autem ampliorum mythologiam, vide apud Eustathium ipsius interpretem. *Itam vero non pudet.* Inuehitur in mulieres quod vtentur vestimentis, quae malignum seu Diabolum significabant. Nam ut serpens in Genesi significat Diabolum qui Euam decepit, est enim serpens Diaboli symbolum: ita etiam mundus muliebris vtens serpentis figura tanquam esca, dum inducit marenas & serpentes, ita enim vocabantur quaedam vestes ad ornamentum, eas impellit ad proba & dedecora. De iis autem quae hic enumerantur vestibus, cum nec extet qui citatur Nicostratus Comicus, nec Themophorizusa Aristophanis Comaedia sit integra, quo fit ut in ea pauca inueniantur vestes quarum hic meminit Clemens, satis duxi de iis tacere, quam nihil oportuū dicere, maxime cum quidquid de iis dici potest, quod tamen est parum, id ex Iulio Polluce, & ex Lazaro Bayfio de re vestiaria sit sumendum. Neque vero est mirandum, quod plurima vestium nomina quae olim fuerunt apud Graecos hodie interciderint, cum videamus nostra hac tempestate non solum vestimenta, sed etiam ipsa eorum nomina quotidie mutari. *Admodum ergo pulchre dixit beatus Paulus.* Mulierum ornatum esse decet pietatem & bona opera. Quod autem eas aliis ornamentis uti non oporteat per dilemma sic probat. Aut sunt pulchrae aut turpes. Si sint pulchrae frustra aliquid additur quo videantur pulchrae, nec oportet attem cum natura contendere. Sin autem turpes, tantum abest ut artificiosus ornatus eas reddat pulchras, ut ostendat potius quid eis desit. Porro autem mulieres quae Christo seruiunt oportet vitare luxum, esseque frugales & contentas eo quod sufficit. Id autem quod sufficit, quod Graece dicitur *ικανόν*, ad eum finem quo opus est peruenit, & neque plus habet neque minus, quam satis sit. Habitus autem quo tales sumus dicitur *ἀνταρκεια*, id est sufficientia. Eius mater est iustitia: iustitia enim vnicuique quod suum est tribuit. Nutrix autem eius est *ἀνταρκεια*, per quam a nobis solum pendentes externa praesidia non quaerimus, ut qui ex nobis ipsis contenti sumus, & non plura quaerentes quam opus sit, vitam beatam nobis comparamus. Sed ne videatur penitus omnia tollere ornamenta, enumerat nonnulla quae non sunt reiicienda. Atque primum quidem dicit Carporum manuum sanctum esse ornamentum, in pauperes elargitionem & elemosinam, & in familia administranda prudentiam. Fortium autem manus diuites reddere; Diuites, inquam, in bonis operis. Carpus autem qui est Graece *καρπός*, ab Aristotele dicitur nodus, quo cum brachio manus coniungitur. Sua quoque ornamenta habent pedes ad benefaciendum, alacritatem, & ingressum in viam iustitiae dum non abeunt in concilium impiorum, & non stant in via peccatorum. Sunt etiam alia ornamenta quae minime sunt reiicienda, imo vero amplectenda, pudor, & modestia, & sapientia quae est quibusuis gemmis pretiosior. Habent etiam oculi à Verbo vinciti sua ornamenta, nempe rerum à Deo creatarum contemplationem, & aures, non aureas in aures, neque gemmas ab eis pendentes, sed Catechesim, & diuinam quam audiunt institutionem. Quo fit ut verbum eis veram ostendat pulchritudinem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit.

Plin. lib. 23. cap. 3. Hom. 9. Odyss. Arist. lib. 1. de hist. ani. Ef. 4. 1. Cor. 1.

CLEMENTIS ALEXAN- DRINI PÆDAGOGI LIBER TERTIUS.

CAPITA LIBRI TERTII PÆDAGOGI.

De vera pulchritudine.

Quòd non sit cultu vtendum.

Aduersis viros qui se colunt.

Cum quibusnam sit habenda consuetudo.

Quomodo in balneis se gerere oporteat.

Quòd solus Christianus sit diues.

Quòd pulchrum viaticum Christiano sit frugalitas.

Quòd similitudines & exempla, sint rectæ doctrinæ pars maxima.

Quòd gymnasia quoque sunt eligenda iis qui verbo & rationi vitam agunt consentaneam.

Optimæ vitæ compendiosa pertractatio.

Breuis optimæ vitæ similiter pertractatio.

Hymnus sancti Clementis de Seruatore Christo.

Cap. 1.

Cap. 2.

Cap. 3.

Cap. 4.

Cap. 5.

Cap. 6.


Cap. 7.

Cap. 8.

Cap. 9.

Cap. 10.

De vera pulchritudine. Cap. I.



ST^a ergo, ut videtur, disciplinarum omnium pulcherrima & maxima, seipsum nosse: si quis enim seipsum norit, Deum cognoscit; quòd si Deum cognoscet, ei assimilabitur, non aurum gestans, nec talarem vestem ferens, sed benefaciens, & quàm paucissimis fieri poterit indigens. Solus autem Deus nulla re omnino indiget, & maximè quidem gaudet, quādo videt nos mentis ornatu mundos: deinde & eo, qui castam corporis vestem, nempe moderationem & temperantiam complectitur. Cùm sit itaque anima triplex genere: intelligentia, quæ ratiocinandi facultas appellatur, est homo internus, qui huic homini qui videtur, imperat, eum ipsum autem alioqui Deus agit. Ira autem quæ est fera & immanis, haud ita procul à furore habitat. In varias autem formas se mutans, tertia est cupiditas, quæ plusquam Proteus marinus demon varius, nunc hanc, nunc illam, nunc aliam figuram suscipit, & ad libidines, supra, & adulteria allicit,

Efficiturque leo primum, cui barba decora est.

Cultum & ornatum adhuc ferens. Virum autem esse, barbæ pili ostendunt:

Sed post illa draco, vel pardus, sus quoque magnus.

Prolapsum est nimium cultus studium ad intemperantiam. Valentem itaque feram homo non præ se fert amplius:

Humida lymphæ, arborum ramisque fit alta proceris.

Effunduntur affectiones, obruuntur voluptates, flaccescit pulchritudo, & citius quam folia humi decedit, quando amatoris eius petulantia procellæ expirauerint, & priusquam venerit Autumnus, marcescit & interit. Omnia enim sit cupiditas, & omnia effingit, & vult fucum facere, ut occultet hominem: homo autem ille, cum quo ratio & verbum habitat, non variatur, non fingitur, formam habet rationis, Deo assimilatur, pulcher est, non ut pulcher videatur colitur. Vera est pulchritudo, est enim Deus: Deus autem ille fit homo, quoniam Deus vult. Rectè ergo dixit Heraclitus: Homines dii, dii homines: ratio enim hæc est euidens mysterium. Deus in homine, & homo Deus: & voluntatem Patris intercessor efficit. Intercessor enim est Verbum seu ratio, quæ est communis ambobus. Dei quidem filius, seruator autem hominum: & illius quidem minister, noster autem Pædagogus. Atque cum caro quidem serua sit, quemadmodum testatur Paulus, quomodo quisquam iurè

Homer.
Odyss.

Philipp. 2.

quam iurè ancillam lenonis instar exornauerit? Quòd enim id quod est carneum, sit serui forma, dicit de Domino Apostolus, eum seipsum exinanisse serui forma accepta, exter- num hominem seruum appellans priusquam seruisset, & carnem suscepisset Dominus. Misericors autem Dominus, ipse carnem effecit liberam, cùmque ab interitu acerbæque & latifera seruitute liberasset, incorruptionem ei adiunxit, sanctum hoc & aternitatis ornamentum carni, immortalitatem videlicet, apponens. Est autem alia quoque hominum pulchritudo, charitas: Charitas autem, ut ait Apostolus, est patiens, benigna, non amulatur, non agit perperam, non inflatur. Perperam enim agere dicitur cultus, qui superfluitatem & inutilitatem aperte indicat. Et ideo subiungit: Non indecorè se gerit. Indecora enim est aliena, & quæ non est secundum naturam, figura: quæ autem ficta est, est aliena. Quod quidem aperte explicat, dum dicit: Non quarit quod non est suum. Quod enim proprium est eius, est veritas. Vocat itaque quod suum est. Quod autem est alienum quarit nimium ornatus studium, ut quod sit remotum à Deo, ratione, & charitate. Ipsum autem Dominum fuisse aspectu deformem, testatur Spiritus per Esaiam: Et vidimus ipsum, nec habebat speciem nec pulchritudinem, sed species eius vilis, diminuta præ hominibus. Quis est autem Domino præstantior? Sed non carnis pulchritudinem quæ visione apprehenditur, sed veram animæ & corporis ostendit pulchritudinem: anima quidem, beneficentiam: carnis verò, immortalitatem.

COMMENTARIUS IN CAP. I.

EST ergo, ut videtur, disciplinarum omnium pulcherrima. Plinius naturalis historiae lib. 7. Mortales, inquit, oraculorum societatem dedere Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta eius Delphis consecrando literis aureis, quæ sunt hæc: Nosse se quenquam: & nihil nimium cupere: comitemque aris alieni atque litris esse miseriam. Et hoc quidem præceptum varii variè interpretantur. Clemens autem pulcherrimam hanc esse dicit doctrinam, quod qui se nouit, Deum nouit. Nam cum homo factus sit ad Dei imaginem & similitudinem, si nouit imaginem, nouit etiam id cuius est imago. Quod si Deum nouit & est ei similis in iis quæ sunt eius. Eius autem est nullius egere, omnibus benefacere, & pulchrum esse. Cùm autem fieri non possit ut homo nullius egeat, is certè ad Dei similitudinem maximè accedit, qui paucis contentus minimis indiget. Et Deus quidem benefacit omnibus qui omnia fecit, & Solem suum oriri facit super bonos & malos: Dei autem est similis qui suis beneficiis bene meretur de hominibus, & bona quæ sibi à Deo data sunt, distribuit & impertit pauperibus. Et Deus quidem per se & absque vllius rei admniculo est pulcher: pulcher autem est homo, si mente est honestus & ornatus, & vestem corporis, nempe carnem moderatione ornet & temperantia. Quod quidem & eum, quoad eius fieri potest, reddit Deo similem, & id ipsum est Deo valde gratum. Porro autem cum sit Deus incorporeus, constat autem homo ex anima & corpore, nõ corpore sed anima homo Deo sit similis oportet, cuiusmodiunque ea sit similitudo. Sed neque tota anima potest Deo esse similis. Nam cum anima quamuis vnica, sit triplex facultatibus, nempe mente seu ratione ac intelligentia, vique irascendi, & potestate concupiscendi, sola ratione est anima Deo similis. Nam ut Deus mundum, quem ex diuersis ac discrepantibus constantem Verbo seu ratione constituit, Verbo quoque seu ratione regit: ita iram quoque & cupiditatem quæ ad bestiarum naturam magis accedunt, rationis imperium regit & moderatur. Ea autem quæ regit & imperat ratio dicitur homo internus: externus autem est is qui foris apparet, extrinsecus enim cernitur ira & cupiditas. Ille ipse autem homo internus, qui regit externum, à Deo agitur & regitur. Atque ex duabus quidem illis facultatibus quibus imperat ratio, ira quidem est adeò efferata, ut non multum absit à furore. Cupiditas autem se vertit in omnes formas & figuras. Hoc ita esse constat, si cæ sint sciunctæ à ratione. Sin vero interna in homine dominetur ratio, in eo est vera hominis forma, per quam Deo assimilatur, & fit homo Deus, & est pulcher, cum in eo sit Deus qui est ipsa pulchritudo. Hinc colligit non esse mirum, si & homo fiat Deus, & Deus homo. Quod mysterium non ignorasse dicit Heraclitum. Est enim Verbum seu ratio vtriusque nempe & Dei & hominis intercessor: Dei quidem filius, hominis vero Seruator, Dei minister, hominis autem Pædagogus & magister. Quamquam etiam si Dei est minister, non est tamen ideo, ut volunt Arriani, minor patre, idem enim est etiam filius: neque ministerium quempiam arguit esse minorem. Sunt magistratus ministri populi, non ideo tamè sunt populo minores, sed maiores potius. A Deo iussum, id est à patre, creat Verbum, sed ipsum Verbum est Deus, & vterque simul cum Spiritu est vnus Deus. Non est seruus patris Verbum Dei quod se exinanit & serui formam accepit, id est carnem hominis, quæ libertate donauit, & alienam fecit ab incorruptione. Ea si adhuc sit serua, non est tanquam à lenone ornanda ornata meretricio: sin autem est liberata, pulcherrimum eius ornamentum est immortalitas. Atque in hoc quidem consistit hominis pulchritudo quæ sita est in anima, quod ratio quidem imperat, ira autem & cupiditas obediunt. Est etiam alia quoque pulchritudo hominis, nempe charitas. Qualis autem ea sit exponit Paulus 13. primæ Epistolæ ad Corinthios: Sunt autem quæcunque de ea dicit, vera, non ficta & adfictia pulchritudo hominibus. Sunt enim natua & non

Hebr. 2.

1. Cor. 13.

Cap. 53.

Plin. lib. 7.
cap. 32.

extrinsecus petita ornamenta. Hic autem est aduertendum id quod est apud Paulum; Charitas non querit quæ sua sunt, sed quæ alterius, Clementem, sicut etiam nostra habet versio legere; Charitas querit quæ sua sunt, non quæ alterius. Quod quidem ipsa satis indicat sententia.

Quòd non sit cultu vtendum. Cap. II.

ON^o externi ergo hominis aspectus, sed animus probitatis ornamento est ornandus. Dicitur potest, ornandam quoque esse carnem ornamento continentie. Ista autem non animaduertunt, dum colunt id quod est extrinsecus, quæ intus in profundo sita sunt, esse planè inculta, horrida & sterilia: cuiusmodi sunt etiam ornamenta Aegyptiorum, apud quos templa, & porticus, vestibula ac luci magnificè instructi, eorumque atria multis columnis sunt cincta: parietes autem lapidibus externis & artificiosè depictis resplendent, ita ut nihil desit: aedes autem auro, & argento, & electro collucent, & ex India ac Ethiopia variis fulgentibus lapillis: adyta vero auro intextis obumbrantur peplis. Sed si penetralia templi ambitus subieris, & ad eius quod est præstantius spectaculum properans, imaginem quæ templum habitat quæseris, sacerdos quispian ex iis qui in templo sacrificant graui & venerando vultu aspiciens, & Aegyptiorum lingua Pæanam concinens, cum veli aliquantum contraxerit tanquam Deum ostensurus, abundè nobis suppeditat occasionem irridendi numinis: neque enim intus inuenietur Deus qui quærebatur, ad quem festinabamus, sed felis, vel Crocodilus, vel serpens indigena, vel aliqua alia cuiusmodi belua, quæ templo quidem est indigna, sed antro, spelunca, ac cæno magis congruit. Apparet Deus Aegyptiorum, belua, quæ super vestem stragulam purpuream volutatur. Ita etiam mihi videntur feminae quæ aurum gestant, & in crispandis crinibus exercentur, & in genis unguendis, oculisque pingendis, & pilis tingendis versantur, & aliam mollitiem arte improba persequuntur, carnalem ambitum ornantes, & verè Aegyptios imitantes, infelices amatores attrahere. Sed si quis veli templum aperuerit, vittam inquam, vestem, aurum, fucum, tincturam, & quæ eis sunt intrita & incrustata, hoc est, velamentum quod est ex eis contextum, tanquam illic veram inuenturus pulchritudinem, rectè scio eum esse abominaturum. Neque enim Dei imaginem intus inueniet inhabitantem, quam est consentaneum: sed loco eius adultera & fornicatrix animæ occupauit adytum, & vera esse bestia conuincetur, fucos scilicet intrita & incrustata simia: & seductor ille serpens, mentis exedens intelligentiam, per gloriæ cupiditatem pro spelunca habet animam, & cum exitialibus venenis omnia impleuerit, & erroris sui virus eructauerit, mulieres quæ sunt iunctæ matrimonio in meretrices transformat hic Draco, fungens lenonis officio: non est enim mulieris quæ nupsit, sed meretricis, illud nimium sui ornandi studium. Quæ quidem mulieres, domus apud maritos seruandæ, administrandæque familiæ curam gerunt exiguam, sed soluta mariti crumena, quæ eis suppeditantur, conuertunt in suas cupiditates, ut quòd pulchræ videantur multos testes habeant: & ornandi artificio totos dies assidentes vacant, ere emptis mancipiis. Carnem ergo ut quæ sit visu iniucunda, mollem & suauem reddunt: & interdum quidem in thalamis versantes, arti ornandi affixæ sunt, ne floridis coloribus depictæ deprehendantur: vespere autem tanquam ex antro ad lucernam prorepit hæc adulterina pulchritudo. Nam & ebrietas, & lux exilior & paulò obscurior, incrustationi earum opem ferunt. Atque eam quidem, quæ suos pilos reddebat flauos, Menander Comicus domo arcet:

At nunc recede ab his ædibus: nam fœminam

Pudicam non decet facere flauos pilos,

Sed neque genas fucare, nec oculos depingere.

Non intelligunt autem misera, se propriam perdere pulchritudinem, dum externam inducunt.

ducunt. Summo itaque mane se lacerantes & extendentes, variisque ac confusis mixtionibus effingentes, viuuum quidem cutis colorem refrigerant, carnem autem venenis effodiunt, curiosisque ac superfluis absterisionibus propriū decoris florem corrumpunt, & marcidum efficiunt: quocirca ea cataplasmatibus quidem cernuntur pallida, à morbis autem facillè arripiuntur, ut quæ adumbratam carnem venenis iam liquefactam habeant: hominum opificem contumelia afficientes, tanquam qui pro meritis non fuerit eis largitus pulchritudinem. Iurè ergo quod ad domum seruandam, & administrandam familiam attinet, sunt ociosa, ut quæ sedeant, veluti depictæ ad spectaculum, non nata ad domus custodiam familiæ administrationem. Et ideo apud Comicum dicit considerata mulier:

Quid prouidi fecerimus nos fœminæ
Vel splendidi, quæ tot colorum floribus
Sparsæ sedemus, liberarum mulierum
Typum ac figuram destruentes funditus,
Perniciem domorum, & coniugum exitium,
Et filiorum vendicantes dedecus.

Itidem etiam Antiphanes Comicus in Malthaca irridet meretriciam mulierum consuetudinem: dicens verba omnibus communia, aduersus illam earum fricationem & intritionem. Venit ipsa, transit, accedit, nō transit, venit, adest, abstergitur, accedit, smegmate saponèue purgatur, peclitur, eiicit, teritur, lauatur, se contemplatur, componitur, unguentis perfunditur, ornatur, ungitur, & si quid non habeat, enecatur. Ter enim non semel dignæ sunt quæ pereant, quæ Crocodilorum excrementis vtuntur, & spuma lacertorum unguuntur, & supercilia fuligine illinunt, & cerusa genas terunt. Quæ ergo vel Poëtis ethnicis erant odio propter mores, cur non magis à veritate fuerint eijciendæ? Porro autem alius quoque eas arguit Comicus, nempe Alexis, eius enim verba afferam, quæ curiosa & superuacanea rerum explicatione, propter perpetuam & immutabilem earum impudentiam pudore eum affici ostendunt, neque enim erat quantum par fuisset curiosus, me pudet autem fœminas ita rideri in Comædiis, si eis possem aliquid afferre auxiliij. Deinde verò marito quoque affert exitium: primū quidem in lucro, & in spoliandis proximis: omnia alia opera ab eis sunt obiter. Est aliqua parua, suber insuitur in soleis: longa est aliqua, tenue gestant diabathron, caput in humerum demittens ingreditur, hoc ei detrahitis de longitudine: depressiores alicui sunt coxæ & fœmora, eis aliquid assuit, ut qui ingrediuntur eam pulchræ habere clunes exclament: mollem ac prominentem habet ventrem, ut Comico- rum nutrices, appositis nonnullis eum erigit: depressior est venter, veluti contis quibusdam adhibitis efficit ut antè procedat: supercilia habet flaua, & aliqua depingit fuligine: contigit alicui ut sit nigra, tollit nigrorem cerusa: Est aliqua nimis alba, interitur farina: habet aliquam partem corporis candidam, eam nudam ostendit: bellos habet dentes, rideat necesse est, ut qui adsunt videant quàm sit ei os venustum: & quamuis non sit lata, toto tamen die ridet, in labris tenuem habens myrthi tabellā, ut velit nolit ea tandè cogatur diducere. Hæc ad dehortandum nimium sui ornatus studium ex seculari seu mundana adduxi sapientia, cum velit Verbum nos omni ratione conseruare: mox autem diuinis quoque Scripturis id confirmo. Solet autem qui non latet, propter reprehensionum dedecus abstinere à peccatis. Quemadmodum autem cui impositum est cataplasma, & cui inuncti sunt oculi, vel ipso aspectu præbet morbi suspicionem: ita succi, tincturaque, & colores illiti, animam intrinsecus agrotare significant. Ne ad alienum autem fluuium accedamus, nobis suadet Pædagogus: per alienum fluuium, alienam uxorem libidini deditam allegoricè significās, ut quæ ad omnes dimanet, & per meretriciam intemperantiam omnium voluptati effun-

Prouer. 9.
Ecclef. 25.

datur. Ab aliena, inquit, aqua abstine, & ex fonte alieno ne biberis: titillantis sensum delectationis fluentum nos vitare admonens, ut viuamus longo tempore. Adiecti autem nobis fuerint anni vitæ, siue alienam voluptatem non venantibus, siue etiam hæses declinantibus. Atque ebriosum quidem esse & vinosum, etsi sint magna vitia, non tamen tanta, quantum est nimium sui ornandi studium. Mensa plena, & frequentes calices satis sunt ad implendam ingluuiem: sed qui auri, purpuræ, & gemmarum nimio tenentur studio, iis nec quod est super terram, nec quod sub terra, aurum suffecerit: neque mare Tyrium, nec quæ ab Indis & Ethiopibus deportantur onera: sed nec Pactolus, cuius sunt fluentia aurea: sed nec si quisquam eorum Midas fuerit, is impleri potest, sed est adhuc pauper, alias opes desiderans: unâ autem cum auro vel commori sunt parati. Quod si cæcæ sunt opes, ut reuera sunt cæcæ, quomodo non sunt cæci qui eas stupent, & admirantur, & in eas sunt affecti? Dum ergo cupiditatis limites sibi non constituunt, in impudentiam impingunt. Eis enim opus est & theatro, & pompa, & spectatorum multitudine, & errore in sacris, & diuturna mora in triuiis, ut cæ sint manifesta omnibus. Ornantur enim ut aliis placeant, quæ in facie, non in corde gloriantur. Sicut enim nota inusta fugitiuum, ita etiam floridi colores adulteram indicant: nam etsi coccino induaris, & aureo ornamento orneris, & oculos tuos ungas stibio, frustra est pulchritudo tua, dicit Verbum per Hieremiam. An verò non est absurdum equos quidem, & aues, & alia animantia, ex herba & pratis surgere ac euolare proprio ornamento letantia, iubis & colore naturali, & pennis variis: mulierem verò perinde ac si sit bestiis inferior, se esse adeo deformem existimare, ut externa, empitia & adumbrata pulchritudine egeat? Vittæ certè, & earum permulta differentia, & curiosa ac superuacanea capillorum plicatura, & crinium innumerabiles figura, & pretiosa speculorum structura, quibus se componunt, dum eas venantur, qui puerorum more insipientium formas admirantur, sunt feminarum, quæ omnem pudorem exuerunt: quas qui meretrices vocauerit, is non aberrauerit, quæ ex vultibus suis personas faciunt. Nobis autem suadet verbum, non ea considerare quæ videntur, sed ea quæ non videntur. Quæ enim videntur sunt temporalia: quæ autem non videntur, æterna. Quo autem nihil dici aut fingi potest absurdius, fictæ istius suæ formæ, perinde ac si res ab eis bene gesta vel correctæ sit, specula excogitarunt, cum huic fraudi esset potius admonendum operculum. Neque verò (ut est in Græcorum fabulis) formoso Narcisso rectè successit, quod suæ fuerit cõtemplator imaginis. Quod si Moyses præcipit hominibus nullam facere imaginem, quæ Deum arte representet: quomodo hæc rectè fecerint mulieres, quæ fallaci personæ fictione suas per reuerberationem imitatur imagines? Cæterum propheta quoque Samueli, cum mitteretur ut ungeret in regem unum ex filiis Iesse, & vidisset eius filium natu maximum pulchrum & magnum, quando eo letatus Samuel chrisma protulit, dixit, inquit, ei Dominus: Ne respexeris ad aspectum eius, & ad altitudinem magnitudinis eius, quoniam repuli eum. Homo enim respiciet ad oculos, & Dominus ad cor. Et non unxit eum qui pulcher erat corpore, sed eum qui pulcher erat animo. Si ergo naturalem corporis pulchritudinem minus quam animæ pulchritudinem æstimat Dominus, quid sentit de adulterina, qui quicquid falsum est omnino expulit? Per fidem enim ambulamus, non per speciem. Apertissimè ergo docet Dominus per Abraham, & patriam, & cognatos, & possessiones, & omnes diuitias contemnere eum qui Deum sequitur, cum eum fecit aduenam. Et ideo eum appellauit Amicum, ut qui suas facultates habuisset contemptui: erat enim honesto loco natus, & valde diues. Trecentis itaque & octodecim suis famulis quatuor reges subegit, qui Loth captiuum abduxerant. Solam Hæster iuste inuenimus ornatam: mysticè ornabatur mulier regi suo, sed eius pulchritudo inuenitur pretium, quo liberatus fuit populus qui interficiebatur.

terficiebatur. Quod autem cultus mulieres faciat meretrices, viros autem androgynos seu effæminatos & adulteros, testis est nobis Tragicus, sic narrans:

Venisset aut hic ex Phrygibus cum qui Deas
Dijudicauit, sunt ut Argis fabulæ,
Lacedæmona, superbo ornatu vestium.
Barbarico luxúque & auro splendidus:
Amans amantem vi recessit auferens
Helenam ad Idæ caulas, abesset cum domo
Menelaus.

O ad adulteria incitantem pulchritudinem. Graciam euertit barbarum sui ornandi studium, & effæminatæ delitiæ. Laconicam pudicitiam corrumpit vestis, & luxus, & pulchra species: Barbaricum sui ornandi studium meretricem arguit Iouis filiam. Non erat eis pædagogus qui rescinderet libidines, nec qui diceret; Non mœchaberis: nec qui diceret; Non concupisces, nec ad adulterium ingredieris per concupiscentiam, sed neque appetitiones inflammabis per nimium tui ornandi studium. Sed hæc cuiusmodi consecutus est exitus, & quot mala senserunt qui nimium sui amorem prohibere noluerunt? Propter effrenatas voluptates Græcia & Asia commota sunt. A barbaro adolescentulo omnia agitantur. Tota nauigat Græcia, mare in arctum cogitur terras ferens, longum bellum excitatur, & vehementia erumpunt prælia, campi que implentur cadaueribus, classi insultat Barbarus, dominatum obtinet iniquitas, & ficti illius Iouis oculus Thraces respicit, & fluuiorum fluentia sistuntur mortuis corporibus, pectora pulsantur planctibus, & luctus terram possidet. Idæ autem multis fontibus irrigua omnes concutiuntur pedes & omnia cacumina. Troianorum vrbes & Achiuorum naues. Quo fugiemus, ô Homere, & ubi consistemus? Ostende nobis terram quæ minimè mota sit.

Puer ne habenas tetigeris qui es insciens,
Currumque agendi ignarus, haud ascenderis.

Duobus aurigis cælum letatur, quibus solis ignis agitur. Mens enim à voluptate abducitur, & rationis integritas, quæ Verbo pædagogo non vitur, labitur in libidinem: lapsus autem mercedem recipit, quod excidat. Harum rerum tibi sint indicio Angeli, qui Dei reliquerunt pulchritudinem, propter pulchritudinem quæ flaccesit, atque adeo è cælis in terram ceciderunt. Quinetiam Sicinnitæ puniuntur, qui lapsi sunt, factæ virgini probrum inferentes. Sepulchrum est eis supplicium, & pænæ monumentum nos ducit ad salutem.

COMMENTARIVS IN CAP. II.

*NON externi ergo hominis aspectus. Quomodo in templis Ægyptiorum, quæ sunt magnifica & præclare ac splendide ornata, non inuenitur Deus qui quæritur, sed vel Crocodilus, vel serpens, vel aliqua alia bestia indigna quæ Deus vocetur: ita in muliere sui ornandi nimium studiosa, non inuenitur quæ inueniri deberet Dei imago, sed inuenitur fornicatrix & adultera. In meretricem enim mulierem quæ feminis exornat, transformatur tanquam leno seductor serpens, nempe Cacodæmon, excedens mentem seu intelligentiam quæ est Dei imago, in eius autem locum succedit incrustata Simia, est enim plane bestia meretrix & adultera. ¹Itidem etiam Antiphanes Comicus in Maltacha. Antiphanes Comicus, cuius, quod sciam, hodie nihil extat, in suis comædiis mulierum mire taxat inconstantiam & instabilitatem, & sui ornandi adeo importunum studium, ut nec Crocodilorum excrementa abhorrerent, sed iis ad se fucandas vterentur, lacertorumque spumam, & fuliginem, & cerusam adherent ad illinenda supercilia, & ad genas ut albæ viderentur incrustandas. Hæc autem Crocodilorum excrementa, dicuntur etiam Crocodileæ, quæ sunt fimi seu stercora Crocodilorum, qui à Dioscoride vocatur etiam οὐλκοί, id est Crocodilus terrestris. Plinius verò Crocodileam non dicit esse Crocodilorum stercora, sed intestina iucundo nidore referta. Eam autem Crocodileam dicit oculorum vitis esse vtilissimam cum porri succo inungam, & contra suffusiones vel caligines. Illita quoque ex oleo Cyprino molestias in facie enascentes

Esa. 14.
Ezech. 28.

Genes. 34.

Diosc. lib. 2.
cap. 71.
Plin. 28.
cap. 8.

collit: ex aqua verò morbos omnes, quorum natura serpit in facie, nitorémque reddit. Lentigines tollit ac varos, omnesque maculas: fortasse autem Crocodili intestinorum & excrementorum eadem est virtus. Quod autem verti, spuma lacertorum vnguntur, Græcè est *σμηδαρὸν ἀποὶ τῆς ἑρπίδος*. Ab Æliano autem *σμηδαρ*, dicitur genus lacerti, de cuius tamen spuma nescio an sit qui aliquid scribat: sed fieri potest vt à Clemente non discrepet Dioscorides, qui scribit lacertæ caput intritum & appositum, varos formicantes, & verrucas tollere. Nam si hoc facit eius caput illitum, est verisimile id absque eius spuma non facere. De fucis autem qui sit *φύκος*, id est cerusa, non est opus vt aliquid dicamus, est enim is fucus omnibus notissimus. Nam vt dicit Dioscorides; Cerusa latere non potest propter colorem. Sumpta enim dealbar palatum, gingiuas, linguam, & quod inter dentes intercedit. Sed nec latere potest fuligo, qua vt nigra appareant, illinuntur supercilia. Hunc autem Antiphanis locum ita concludit, argumento sumpto à minori ad maius, quòd si quæ se fucant mulieres, odio sunt etiam Poëtis Ethnicis, qui scribunt fabulas, quanto magis sunt reiiciendæ à Christianis qui sectantur veritatem? Christus enim est veritas. Porro autem alius quoque eas arguit. Alius quoque Comicus, nempe Alexis, cuius etiam nullæ hodie inveniuntur Comædiæ, quàm sint impudentes ostendit mulieres, & quantum sit earum artificium in occultandis sui corporis vitiis, & quàm pulchrè ostendant eas partes quas esse pulchras non ignorant. Hæc ad dehortandum nimium sui ornatus studium. Prophanorum autorum autoritate iam ostendit vitandum esse nimium ornatus studium, quod quidem non abs re se fecisse, cum velit verbum nos etiam aliunde quærere quod nobis proffit & salutem afferat: Id ipsum iam est confirmaturus ex sacris literis. Bonum quidem esse quod mulieres fucatae appareant, vt dum fucatae apparent reprehendantur, & reprehense propter dedecus abstineant à peccatis. Fucos quidem, colores, & tincturas mulierum, significare eas intus esse viciosas, & spectatores allicere ad libidinem, sed dandam esse operam, vt quisque sua vxore contentus ab aliena abstineat. Quod significat prouerbiū dicens allegoricè fluuium alienum esse vitandum, vel alienam vxorem innuens vel hæses. Atque ebriosum quidem esse & vinosum. Ebrietatem & ingluuiem conferens cum nimio sui ornandi studio, ostendit id esse maius vitium quam ebrietatis & ingluuiæ, quod ea impleri possint & satiari, ornandi autem sui studium nunquam satiatur, nec vlli sint ei constituti limites: hinc mulierū summam dicit esse impudentiā, dum ornatur vt omnibus placeant, eas plane esse cæcas quæ cæcas admirantur diuitias. Cæcas autem esse dicit diuitias, quod Plutus, qui est Deus diuitiarum, apud Græcos fingatur esse cæcus. Frustra ab illis quæri externam & adscritiam pulchritudinem quæ eas nihil iuuet. Cætera animantia non aliam quærere pulchritudinem, quam eam quæ eis data est à natura: mulieres autem dum placere student eis qui ipsas venantur, omnem exuunt pudorem, & plane fiunt meretrices. Non est Christianorum contemplari quæ videntur, sed quæ non videntur, cum eorum sit scopus bona consequi æterna, quæ sub aspectu non cadunt. Quod autem verti ex vultibus suis personas faciunt, Græcè quidem est *ὡσαυτὰ μίσηται τὰ ὡσαυτὰ*, in quo est venusta quadam allusio inter *ὡσαυτὰ*, & *ὡσαυτὰ*, quàm lingua Latina minime potest assequi. Est autem elegans Adagium *ὡσαυτὰ ἔχει τὸ ὡσαυτὸν*, de muliere quæ tectoriis & incrustationibus est ita lita facie, vt videatur esse personata, aut laruata. De eo vide Cal. Rhodig. 25. lect. anti. 9. cap. 7. vbi est lepidiſſimum Lucilij Epigramma. Vide etiam Erasmus in prouerb. Fucum facere, Chil. 1. Cent. 15. Quo autem nihil dici aut fingi potest absurdius. Non solum reprehendit Clemens mulieres, quod suum vultum fucant, sed etiam quod fucatam faciem quam potius debebant tegere, in speculo contemplantur. Non bene successit Narcisso quod suam imaginem in limpidiſſimo fonte sit conspicatus, eam enim diu contemplatus & eius amore captus, cum ea frui non posset, nimio desiderio extabuit, & in florem sui nominis est mutatus. Si Deus per Moſen prohibuit nullam sui fieri imaginem, multo magis mulieres non debent per speculi reuerberationem, suam fictam & fucatam representare imaginem. Dauidis exemplo qui fuit vnctus Rex à Samuele, ostendit Deum non ad faciem, sed ad cor respicere. Per fidem, inquit Paulus, ambulamus, non per speciem. In ea, inquam, quæ credimus, quæ sunt æterna, est dirigenda animi nostri acies, non in ea quæ cadunt sub aspectum, quæ quidem sunt temporalia. Qui Deum sequitur, & Dei vult esse amicus, exemplo Abraham debet omnia humana contemere. Porro autem quoniam nimium sui ornandi studium vituperauit Clemens in mulieribus, obſtare autem videbatur quod Hester quæ se ornauerat, Assuero placuit, & populum Israëliticum liberauit, ornatum illum transfert ad sentum mysticum, nempe quod suo Regi, Deo scilicet, se ornauerit, suæ autem pulchritudinis hæc pretium est assecuta, quòd populum cui magnum imminabat periculum, sua virtute & constantia liberauerit. Quod autem cultus mulieres faciat meretrices. Quod elegantior quàm par sit cultus, & nimium sui ornandi studium, mulieres reddat meretrices & viros molles & adulteros, probat exemplo Paradis & raptæ ab ipso Helenæ, cum abesset eius maritus Menelaus, vt vult Herodotus, non autem ab ipso esset hospitio exceptus Paris vt volunt alij. Quantum autem bellum hinc sit excitatum, & quanta ipsum secuta sint incommoda, & quam grauis hominum strages, graphicè depingit Clemens, & veluti quadam hypotyposi subiicit oculis. Huius autem mali hanc dicit fuisse causam, quòd tunc non esset Pædagogus, qui lege lata eorum reprimeret libidines & concupiscentias: Duo autem sunt aurigæ, qui hominis currum recte regunt, si verbo & ratione vtuntur, nempe mens & ratio. Sin verbo & ratione non vtuntur, labuntur in libidinem. Is lapsus est delictum, quod efficit vt *ὡς ὁ ὄσ*, id est, à mente & intelligentia excidant. Hæc fuit causa cur Angeli à Dei pulchritudine auerſi & in se conuerſi in terras descenderint, amissam pulchritudinem nunquam recuperaturi, & Sicinnitæ qui Dinam virginem violauerant, ad luendum peccati sui supplicium sunt occisi. Quod quidem supplicium nos debet admonere, vt nobis caueamus, & libidinem quæ ad exitum nos dat precipites, fugiamus.

Dioſc. lib. 6.

Ouid. Me- tamor. 3.

Aduerſus

Aduerſus viros qui se colunt. Cap. III.

UOSQVE ergo processit luxus, vt non solum fœminæ hoc inani studio laborent, sed etiam viri hoc vitium sequantur. Qui enim à corporis cultu minimè sunt puri, ñ nequaquam sunt sani: ad mollitiem autem declinantes, planè effœminantur, illiberali quidem tonsu ac meretricio se tondentes: subtilibus autem ac perspicuis vestibus induti, glorioſè vnde quaque obeunt, Mastichen rodentes, & unguenta olentes. Quid de iis dixerit quispiam, qui tanquam Metoposcopus, ex figura diuinat, cum eos viderit, adulteros, androgynos atque effœminatos, vtranque Venerem persequentes, pilis infestos, glabros, florem virilem abhorrentes, comas autem non secus atque mulieres ornantes? in nefariis autem & audacibus cœptis improbi ac scelerati viuentes: stolidi admittunt atque improba facta, ait Sibylla. Propter eos plena sunt ciuitates iis, quos effœminatos picant, radunt, & vellunt. Officinæ autem ubique constructæ & apertæ sunt, & huius meretriciæ fornicationis artifices multum pecuniæ lucrantur ab iis qui se ipsos pice oblinunt, & pilos vulſoribus quoquo modo præbent vellendos, quos nec eorum qui vident, nec eorum qui accedunt, nec suipſorum qui sunt viri, pudet. Tales sunt qui turpes & illiberales persequuntur affectiones, & quorum corpus violentis picis vulſionibus totum glabrum est & laue. Nihil est certè quo possit ulterius progredi talis impudentia. Si enim nihil ab eis infectum relinquitur, nec silentio est à me prætereundum. Quendam ex iis qui verè sunt ignaui ac degeneres, Pædagogi ritu increpàs Diogenes, cum venderetur, magno ac forti animo dixit: Veni adolescens, eme tibi virum: ancipiti oratione fornicatorium eius vitæ institutum corrigens. Eos enim qui sunt viri radi ac leuigari, quomodo non est turpe ac planè illiberale? Pilos autem tingere, & canos ungere ac coloribus oblinere, quibus perdit androgyni effœminatique homines vtuntur, muliebrésque pexus sunt omnino dimittendi. Putant enim se, sicut serpens, posse senium capitis exuere, dum se ipsos pingentes transformant ac renouant: sed & si pilos callidè circumſcribant, rugas tamen non effugiant: sed neque mortem latebunt, licet tempus per artem ementientur. Quo magis homo festinat ad finem, eo est venerabilior, vt Deum solum habeat se seniore. Nam ille quoque est æternus senex, qui est iis quæ sunt antiquior. Antiquum dierum illum vocauit propheta. Et capilli capitis eius tanquam lana pura, ait Propheta. Nullus autem alius, inquit Dominus, potest pilum album facere, vel nigrum. Quomodo ergo opus Deo contrarium fabricantur, vel potius ei per vim aduersantur impij, qui pilum transmunt qui ab eo canus factus est? Senum autem Corona, inquit Scriptura, est multa experientia: & vultus eius canities, flos est multæ experientiæ. Illi autem id quod est ætatis honor maximus, nempe ipsum canicie effectorem, dedecore afficiunt. Fieri autem non potest, non potest, inquam, fieri, vt veram ostendat animam, qui caput habet adulterinum. Vos autem non sic, inquit, Christum didicistis, si quidem ipsum audiistis, & in ipso docti estis, sicut est veritas in Iesu, vt vos deponatis secundum priorem conuersationem veterem hominem: non canum, sed eum qui corrumpitur secundum desideria deceptionis. Renouemini autem (non tincturis & cultibus) sed spiritu mentis vestra, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Eum autem qui est vir, pecti & tonderi, crines componentem ad speculum, genasque radi, velli, ac deglabrari, quomodo non est planè muliebre? & certè nisi quis eos nudos viderit, mulieres esse putauerit. Etsi enim eis aurum gestare non sit permissum, per muliebre tamen libidinem, quasdam auri simbrias & quadam fila foliis circumplectentes, vel ex eadem materia sphericas nescio quas figuras facientes, talis appendunt, & erecto collo gestant. Hoc est inuentu fractorum

Daniel. 7. Marth. 5.

Ecclef. 25.

Ephes. 4.

Y ij

hominum, qui trahuntur in gynacium, ancipitis vitæ & ad libidinem propensarum bestiarum. Hæc est fornicatoria & impia insidiarum ratio: Deus enim voluit fœminam quidem esse glabram ac laeuem, sola coma, sicut equum iuba, sponte naturæ exultantem: virum autem cum sicut Leones barba ornasset, virilem etiam fecit hirsuto pectore, quod quidem est roboris & imperij indicium. Ita etiam gallos qui pro gallinis decertant, cristis tanquam galeis ornauit. Hos autem pilos Deus tanti facit, ut eos simul cum prudentia iubeat adesse hominibus: atque adeo honestate delectatus, grauitatem honorauit veneranda canicie. Prudentia autem, & accurata exactaque rationes, canæ intelligentiæ, unâ cum tempore ad summum suum vigorem perueniunt, & intensis multæ experientiæ viribus, senium confirmant ac corroborant, amabilem venerandæ prudentiæ florem ad fidem iurè faciendam proferentes, scilicet caniciem. Hoc viri signum, barba scilicet, per quod vir apparet, est Eua antiquius, & signum melioris naturæ. Eum Deus æquum censuit hirtum esse oportere, & per totum viri corpus pilos disseminauit: quicquid autem eius erat laue ac molle, à latere abstulit, ad seminis susceptionem tractabilem fœminam fabricatus, & ut generationis domus custodiæ esset opitulatrix. Ille autem (quod laue enim erat proiecerat) & vir mansit, & virum ostendit, & ei agere, quemadmodum illi pati, concessum est: sunt enim natura sicciora & calidiora, quæ sunt hirsuta, lenibus. Quocirca & masculina fœminis, & coleata exectis, & perfecta imperfectis, & hirsutiora sunt & calidiora. In eo ergo violando, quod est virilis natura signum, eo scilicet quod est hirsutum, contra legem facere est impium. Laeoris autem aut glabritiei ornamentum (à verbo enim inflammor) si in viro quidem, est muliercula: si in fœmina autem, adulteri: utrunque autem est à nostra republica longissimè relegandum. Quinetiam vestri quoque capitis omnes capilli sunt numerati, ait Dominus. Sunt autem etiam pili in barba numerati, atque adeo etiam qui sunt in toto corpore: non est ergo aliquid vellendum præter Dei institutum, quod in voluntate eius est annumeratum. Nisi utique vos ipsos non agnoscitis, inquit Dominus, quod Christus Iesus est in vobis: quem si inhabitantem sciuissemus, nescio quomodo ipsum probro afficere in animum induxissemus. Picari autem ac velli, vereor dicere quàm sit indecorum ac turpe factu. Auersos, & incuruatos, arcana naturæ apertè denudantes, & mysteria reuelantes, & spina vertebrae in partem anteriorem flectentes, & cum erubescendæ sint eorum figuræ, ipsi non erubescentes, in ipso iuuenum cœtu & in medio gymnasio ubi virtus eorum exercetur, se indecorè gerentes, hoc præter naturam persequi exercitium, quomodo non est extremæ intemperantiæ? Qui enim in aperto hæc faciunt, vix ullos domi fuerint reueriti. Quæ in publico autem est intemperantia, testatur eam quæ est in obscuro in summa licentia libidinem. Qui enim sub Solis radiis virum abnegat, clarum est eum noctu conuinci fœminam. Non erit autem, dixit Verbum per Moysen, meretrix ex filiabus Israël, & non erit scortum ex filiis Israël. At pix iuuat, inquit: imo verò facit ut quis malè audiat. Nemo autem qui sapit, voluerit scortum videri, si eo morbo non laboret, & studere ut pulchra imago vituperetur. Si enim eos qui sunt vocati secundum propositum Deus præsciuit conformes imagini filij sui, propter quos, ut vult Apostolus, præsciuit ac prædestinauit beatitudinem, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: quomodo non sunt impij, qui conforme Domino corpus iniuria probroque afficiunt? Ei autem qui pulcher esse velit, quod est in homine pulcherrimum, ornandum est, nempe mens quam oportet quotidie pulchriorem & magis decoram ostendere. Vellendi autem sunt non pili, sed cupiditates. Ego verò eorum etiam qui ab iis qui vendunt mancipia, veneunt pusionum misereor: qui ad probrum ornantur & contumeliam: Atqui probro & iniuria non afficiuntur à seipsis, sed iussi miseri ad turpem quæstum faciendum ornantur. Qui autè sua sponte lubentesque ac

volentes ea faciunt, quæ iussi capite punirentur, si essent viri, quomodo non execrandi? At nunc quidem vita eo processit intemperantiæ, insultante & lasciuiente iniquitate, & quicquid est impudicum & libidinosum, diffusum sit in ciuitatibus, & iam habetur pro lege. Apud eos stant in fornice mulieres, & carnem suam ad probum voluptatis vendunt: & pueri docti abrogare naturam, mulieres simulant. Omnia immutauit luxus: hominem probro ac dedecore affecit: mollietates ac delicata curiositas superflua querit omnia, omnia ag greditur, vim affert omnibus, naturam coërcet, homines patiuntur muliebria, & fœminæ præter naturam viros agunt, & nubunt uxoresque ducunt fœminæ: nullus est meatus ad quem non pateat aditus impudicitia. Iam verò eis quoque communis publicatur venus, conuiuiorum delitiæ. O miserandum spectaculum, ô infandum studium. Hæc ciuili nostra intemperantiæ ostenduntur trophæa: flagitia arguunt, quæ prostant in fornicibus. O quanta est hæc iniquitas. Sed neque intelligunt miseri quantas sæpe tragedias excitet incertus coitus. Cum meritorio filio & meretricibus filiabus, sæpe patres coeunt, expositorum filiorum minimè recordantes, & viros esse qui genuerunt ostendit nimia libidinis licentia. Hæc sapientes legem permittunt: licet autem eis peccare ex lege, & nefandam voluptatem appellant facilitatem: se esse ab adulterio liberos existimant, qui naturam adulterant. Eos autem consequitur eorum, quæ flagitiosè ab eis sunt perpetrata, vltrix iustitia: & in seipos ineuitabilem attrahentes calamitatem, paruo nummo mortem emunt. Harum mercium miseri mercatores, nauigant, tanquam frumentum, tanquam vinum, fornicationem importantes: alij autem longè miseres, tanquam panem, tanquam obsonium, voluptates comparant. Et nec illud quidem Moysis eis venit in mentem: Non prophanabis filiam tuam, ut eam facias meretricem: & non fornicabitur terra, & terra implebitur iniquitate. Hæc olim propheticè dicta sunt, est autem manifestus exitus. Omnis iam terra & fornicatione & iniquitate est plena. Suspicio autè & admiror veteres Romanorum legislatores: ij muliebri & effœminatum vitæ studium & corporis instar mulieris coniunctionem, ita odio habuerunt ut existimarint dignam quæ infoderetur ex lege iustitia. Non est enim barbâ vellere, quæ est pulchritudo congenita, pulchritudo generosa & ingenua. Primum huic lanugo est, qua fit gratissima pubes. Procedens autem iam inungitur, dum barba delectatur, in quam descendit unguentum Propheticum, dum Aaron honoratur. Oportet autem eum qui à Pædagogo rectè instituitur, super quem pax habitat, etiam cum pilis suis pacem agere. Quid non igitur admiserint fœminæ ad libidinem propensæ, dum videant viros talia audere? Imò verò ij non viri, sed Batali & fœminelli sunt dicendi, quorum voces sunt compressæ & graciles, vestis autem cum tactu tum tinctura ipsa est effœminata. Ex moribus autem externis apertè arguuntur hi homines, ex amictu, calceatu, figura & habitu, tonsu & aspectu. Ex aspectu enim vir cognoscetur, inquit Scriptura, & ex occurso hominis homo agnoscetur. Vestitus viri, & gressus pedis & risus dentium de ipso annunciabit. Ij enim etsi alijs pilis maxime sint cani, eorum qui sunt in capite maxime curam gerunt, vittis, non secus atque fœminæ, comas propemodum alligantes. Atque leones quidem de hirtis suis pilis se iactant, sed in pugna eis armantur. Apri quoque ipsi gloriuntur de suis cristis, sed eos pilis inhorrescentes pertimescunt venatores.

Lanigeræ quoque oues denso sunt vellere onustæ.

Sed earum quoque pilos multiplicauit benignus Pater in tuum, ô homo, usum, dum te vellera tondere docuit. Et ex gentibus quidem Galli & Scythæ comam nutriunt, sed non ornantur, & terribile quid præ se fert densum barbari capillitium, & flauus ille color bellum minatur, ut qui videatur cognationem habere cum sanguine. Ambo hi barbari lu-

xum odio habuere. Apertos testes proferent, Germanus quidē Rhenum, Scythia verò plaustrum: nonnunquam autem euenit, ut Scythia plaustrum quoque contemnat. Dinitia barbaro eius esse videtur magnitudo, & relictis delitiis vitam agit frugalem. Domum sufficientem, & plaustrum agiliorem, equum scilicet acceptum conscendens Scythia, eum ducit quò vult. Fame autem laborans, petit ab equo alimentum: ille verò præbet venas, & quem solum possidet sanguinem domino suppeditat. Porro autem Nomadi quoque equus est & vehiculum & cibus. Arabiorum autem (sunt hi alij Nomades) ad pugnandum apta 10
 atas camelos conscendit: pragnantes hi camelos educunt. Illæ verò simul & pascuntur & currunt. Dominos suscipientes unà quoque cum eis domum ferunt. Quòd si potus barbaris defecerit, lac mulgent: exinanito autem nutrimento ne sanguini quidem parcunt, ut fertur de lupis rabie agitat. Ipsæ verò barbaris mansuetiores, etiam iniuria affectæ, mali accepti non recordantur, sed solitudinem confidentes percurrunt, dominos simul portantes & alentes. Pereant ergo immanes beluæ, quibus est cibus sanguis. Neque enim hominibus fas est tangere sanguinem, quibus corpus nihil est aliud quam caro exculta sanguine. Verbi 20
 particeps fuit humanus sanguis, & gratiæ per spiritum habet communionem. Si quis eum iniuria affecerit, non latebit: licet ei, etiam si sit nudatus figura, ipsum alloqui Dominum. Barbarorum autem probò frugalitatem: expeditam vitæ rationem diligentes barbari, reliquerunt delitias. Tales nos vocat Dominus nudos à fastu & arrogantia, nudos à vana gloria, auulsos à peccatis, solum vitæ lignum ferentes, solam salutem obtinentes.

COMMENTARIVS IN CAP. III.

* Eo usque ergo processit luxus. Nimium sui ornandi studium damnauit in mulieribus. Hoc ipsum damnat etiam in viris, qui ut meretrices, se tondent & comas ornant, mastichen rodunt & olent vnguenta, corporis sui pilos radunt, & se picaturis & vulsionibus lenes & glabros reddunt. Mastiche autem quam eos dicit rodere, est resina quam in Chio fundit lentiscus, quæ est omnium optima & præstantissima. De ea vide Diofcor. lib. 1. cap. 77. & Plin. lib. 12. c. 18. Quæcunque autem medicamenta illita aut affixa pilos demunt & partes deglabrant, φλοπτα dicuntur: quod ita dictum in genere comprehendit etiam Dropacem. Est tamen inter Pfilothrum & Dropacem differentia, si vtrunque accipiatur κατ' εἶδος, seu in specie. Nam ut refert Oribasius ex Menemacho, in hoc differunt quod Pfilothri minor sit actio quam Dropacis, & carnem relinquat delicatam. Dropax verò habiliorem magisque musculoſam. Pfilothri autem ideo minor est actio 40
 quam Dropacis, quod Pfilothron partem ad tempus pilis denudet, cum Dropax pilos euellat radicitus. Euelluntur autem maxime pili picationibus, quibus sunt vulsiones. Quibus autem velluntur pili, ij dicuntur Vulsi. Vulsi autem molles sunt & effæminati, & Androgyni, quod facile diuinarint Metoposcopi, qui ex frontis inspectione diuinant quænam sit hominum natura. Quod autem refert Clemens de Diogene Cynico, qui cum videretur, Inueni, dixit, ut virum emeret, non est apud Diogenē Laertium, cum sit tamen apud eum, quod non est admodū dissimile, nempe, quod cum rogaret præco quidnā sciret facere, dixerit se hominibus posse imperare, & ostēso illi eleganter ornato iuuenē nomine Xeniae, Me, inquit, ei vende, opus enim habet domino. Is verò eum abduxit Corinthum, & suis eum præfecit liberis. ^b Vos autem non sic. Ei quod dixerat canos non esse tingendos & ornandos, videbatur obſtare quod scripsit Paulus, exuendum & deponendum esse veterē hominem, & nouum induendum. Quod quidem sic interpretatur, nec veterem 50
 nec nouum hominem accipi ex tincturis & coloribus, sed per veterem quidem hominē intelligi vitia carnis, libidineſque & prauas affectiones quas dicit exuendas: nouum autem induere hominem, significare puram mentem esse suscipiendam, & vitam spiritualem. Pecti autem, tonderi, radi, velli, deglabrari, ad speculum se componere, auri fimbrias & figuras gestare, & se inde circumſpicere & ostentare, non esse viroſū, sed mulierum. Hæc enim arguunt viros molles & effæminatos & Androgynos, & bestias vitæ ancipitis, id est, quæ se gerant pro maribus & fæminis. ^c Picari autem ac velli vercor dicere. Quam turpe sit & indecorum publice picari & velli, ostendit ex ipsis eorum qui picantur & velluntur figuris. Quod autem verti; Et spinæ vertebrae in partem anteriorem flectentes, Græcè est, καὶ λορδοιμένοις. Est autem λορδοίς, ut vult Galenus in 3. Comment. de articulis, virium spinæ cum eius vertebræ sunt suo loco motæ, & in anteriorem partem conuerſæ. De cæteris spinæ vitæ, vide apud eundem in hoc ipſo commentario. ^d Ei autem qui pulcher 60
 esse velit. Quod est in homine pulcherrimum est ornandum, est autem mens omnium pulcherrima. Ornatur autem mens non vellendo pilos, quod quidem est corporis, sed ex animo euellendo cupiditates. Ostendens autem se puerorum misereri, qui ornantur & venundantur coacti ad libidinem, acerbe in eos inuchitur, qui in seipſos ea agunt, quæ qui iubent, digni sunt morte, masculinam intelligens Venerem morte plectendam tam in eo qui agit, quam in eo qui patitur. Nimius enim virorum ornatus in picando & vellendo, tendit ad illam libidinem naturæ contrariam. Deinde accepta occasione sui temporis summam insectatur luxuriati quæ eo proruperat, ut quouis nefario libidinis genere vterentur, perinde atque si id esset lege permilsum

missum, & essent publica tam puſionum quam meretricum prostibula, & nec eos quidem puderet publicas meretrices in conuiuium admittere. ^e Sed neque intelligunt miseri. Licebat olim recens natos infantes exponere: Contingebat autem ut qui expositi fuerant, cum adoleuissent, ab iis qui ipsos susceperat & aluerant prostituerentur, tam masculi quam fæminæ. Dabat autem hoc aliquando tragædiæ occasionem: nam nescientes patres cuiusnam essent filij, quo fiebat ut incertus esset coitus, aliquando coibant cum suis filiis & filiabus. Inde autem enascebantur aliquando tragædiæ, cum patres agnoscerent filij cum quibus rem habuerat, cuiusmodi fuit Oedipi tragædia, qui à patre expositus & Laium patrem occidit, & matrē locastem vxorem duxit: quod ab Oedipo agnitum fuit toti familiæ causa maximarum calamitatum. Cum eiusmodi autem prostitutis rem habentes, & hanc Venerem existimabant esse licitam, & hac se oratione vitare adulterium, quod semper est habitum crimen grauissimū: nec interim eis veniebat in mentem seipsam adulterare naturam quod est longe grauius. Hanc ergo Venerem existimabant & licitam & facilem. Vnde scribit Plautus,

Nemo ire quemquam prohibet publica via,
 Dum ne per fundum septum facias semitam,
 Dum te abstineas nupta, vidua, virgine,
 Iuuentute, & pueris liberis, ama quod lubet.

Plautus in
 Curgul.

Cum autem hanc cum prostitutis Venerem & licitam & facilem viderent, & eam non magno emi pretio non ignorarent, adoleſcētes exiguo, ut dicit Clemens, nummo, inuitabilem calamitatem, nempe mortem, sæpe sibi accerſebant. Ut autē adoleſcentibus non deesset quo suam explerent Venerem, emebant lenones, præclaras scilicet merces, pueros & puellas quas certa mercede prostituerent. Nec deerant etiam iuuenes 20
 qui ut eis liberius potirentur, emebant à lenonibus: & gentes quidem à prostitutione & lenocinio adeo non abhorrebant, ut etiam nonnunquam filias suas prostituerent: quod Hebræis lege diuina erat prohibitum. Quod autem Septuaginta, id quod est Hebræicè ἡνν verterunt, non prophanabis, & eos securum Targum Chaldaum, vertit Hieronymus, non prostitues, quod idem est. Prophanabatur enim quod publicabatur gentibus, cum esset vetitum, cum alienigenis non solum scortari sed etiam coniugia cōtrahere. Hæc autem lex non solum prohibuit prostitutionem, sed etiam prædixit quid esset futurum, si lex contemneretur: quod verum esse docuit ipse exitus; hinc enim factum est ut tota terra impleteret fornicatione & iniquitate. Tam enim profligatæ & effrenatæ erant eo tempore libidines, ut nulli nec atati, nec sexui, nec vllorum membrorum discrimini parceretur, totusque mundus adeo in maligno erat positus, ut nisi Christus eorum miseris in terras descendisset, & eos à peccati seruitute liberasset, actum planè fuisset de rebus humanis. ^f suspicio autem & admiror veteres. Quod seueri quidem fuerint veteres Romani, in eos qui in pueros stuprum admittebant & eos muliebria pati cogebant, adeo ut etiam eos damnarent capitis, non me fugit esse mandatum literis: sed quod eos infoderent nusquam legi. Solæ quod legi infodiebantur Vestales quæ damnatæ erant incestus: sit tamen huius rei fides penes nostrum Clementem, quem non dubito non confinxisse quod scripsit. Non video autem quomodo quod sequitur cohæreat sequentibus, nisi quod cum loquatur de pueris qui patiuntur muliebria, quibus etiam vellebantur pili, ut eorum corpus diutius aptum esset veneri nec citius essent exoleri, excurrit in laudem barbæ quam & in pubertate gratam esse dicit lanuginem, & paulo post cum creuerit, vngi vnguento non secus atque Aaron. Indignum itaque 30
 esse eam velli, quæ est vultus viri ornamentum. Atque vnguentum quidem illud mysticè significat vnditionem quæ à Christi capite, qui est verus Aaron, nempe noster sacerdos, in totam descendit Ecclesiam. Sed nec ipsa est contemnenda litera, quæ significat barbam honeste ornatam vultui nō paruam afferre dignitatem. Ex quo colligitur eam non esse vellendam, nec radendam, ut ipse Deus prohibet in multis locis Pentateuchi. ^g Oportet autem eum qui à Pedagogo recte instituitur. Ex his concludit, eum qui recte eruditur à Pedagogo, & ab eo donatus est pace, cum qua habitat, oportere cum pilis suis pacem agere, id est, pilos nec vellere nec radere. Non debere viros suo exemplo fæminas ad libidinem & luxuriam prouocare. Qui ita se gerunt, qui ita, inquam, se colunt, ornant & comunt, & vittis non secus atque fæminæ comas ligant, non esse viros, sed batalos & effæminatos. Non posse melius cognosci hominem quam externis moribus, ex externo, inquam, vestitu, habitu, ritu, & aspectu, & cæteris quæ citat ex Ecclesiastico. Batali autem & Gymnides per contumeliam dicti sunt molles & effæminati. Quod cognomen, Batali inquam, Demostheni adhuc puero fuit inditū, & ab inimicis postea obiectum, de eo vide Eras. Chil. 1. cent. 6. adag. 12. Gymnides aut 40
 dicuntur molles & effæminati, quasi dicas fæminellas seu mulierculas. Eustathius autē in Odyſſ. dicit γυναικα non solum significare mollem & effæminatam, sed eum etiam qui est impotens ad coitum. ^h Atque leones quidem de hiris. Hirsuta animalia sunt leones & apri & oues: Nullum autem ex iis suis ornantur pilis, licet de eis glorientur. Hirta autem & leonum & aprorum pellis est eis vsui ad sui defensionem. Pilis enim horrescentes eos peritimescunt venatores: vellus autem ouium est vsui hominibus ad texēdos pannos. Ex quo ostendit à Deo non frustra hirsuta facta esse animalia. Sunt etiam bellicose gentes quæ comam nutriunt Galli & Scythæ: comam autem nutriebant ut terrorem inferrent hostibus. Quod quidem facilius faciunt quod flauæ essent eorum comæ, videtur enim color flauus habere quandam conuenientiam cum sanguine. Quod quidem intelligentes veteres Britanni, glasto vultus suos tingebant, teste Cæsare, ut hostibus essent terribiliores. Sed eæ nationes cum essent hirsutæ & bellicose, à luxu abhorrebant. Quod autem essent frugales & non dediti luxui: quod Germani quidem, in testimonium citat Rhenum eorum fluuium, quod Scythæ autem, eorum Plaustrum. Vbi videre licet Gallos quos Græci vocant κελαι, & κελαι, & Germanos, à Clemente ut à multis aliis Græcis confundi & pro iisdem poni. Scytharum autem frugalitatem testabatur eorū plaustrū, erant enim ἀμαξέσθιοι ut qui plaustris vterentur pro domibus, in quibus vehebant vxores & filios & totam familiam. Quanta autem esset olim Germanorum frugalitas, videre licet & apud Cæsarem in Commentariis, & apud Cornelium Tacitum in sua de Cæsariſus historia. Quanta autem esset Scytharum frugalitas, non solum testabatur plaustrum quod erat eorum domus, sed etiam equus, qui erat eorum altera domus, sed plaustrum agilius & expeditior. Atque equus quidē eos vehebat, vectos autem san-

Ioan. 14.

Pfal. 132.

Eusth. in
 Rhapf.
 Odyſſ.

guine suo pascebat, venæ enim sectione detractum eis sanguinem cum lacte mistum bibebant. Quod dicit Vergilius de Gelonis & Bisaltis Scythiæ populis sic scribens: nam & Gelonos & Bisaltas Scythiæ populos dicit Seruius:

Vergil.
Georg. 3.

*Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam,
Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus
Cum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum:
Et lac concretum cum sanguine potat equino.*

Plin. lib. 18.
cap. 10.

Plinius quoque in historia naturali hæc scribit: Milio Campania gaudet præcipuè, pulstemque candidam ex eo facit, fit & panis prædulcis. Sarmatarum quoque gentes hac maxime pulte aluntur, & cruda etiam farina equi lacte vel sanguine è venis cruris admixto. Cetera de Scythis vide Plin. lib. 4. cap. 11. Strabonem lib. 11. Quod autem dixit de Scythis, idem etiam dicit de Nomadibus populis Arabiæ, qui ab equis & portabantur & alebantur: Arabios quoque, quos alios dicit Nomades, ipsos quoque Arabiæ populos, suspicor autem illos esse prædones, qui iis qui Hierosolyma voti causa proficiscuntur sunt infestissimi: Arabios, inquam, Camelos vehere & pascere, eos enim si potus defecerit, lac mulgere. Quod si lac fuerit exinanitum, eos tanquam lupos rabie agitados ne sanguini quidem parcere, id est sanguinem, quæ bibat aut quo vescantur eis detrudere. Quod quidem dum toleranter ferunt bestiæ, & ne acceptæ quidem recordantur iniuriæ, ostendunt se barbaris esse mitiores, quos & vehunt & alunt quantumvis ipsi se in eas iniquè gerat. In eos itaque inuehitur Clemens, & immanes vocat beluas, quod sanguinem comedant, quem non licet homini comedere: non licere autem, quod corpus hominis sit caro. Caro autem colatur & tanquam ager irrigetur sanguine: est autem sanguis vel ipsa anima, vel saltem sedes animæ. Et ideo, quando post diluuium Deus dedit potestatem omnibus vescendi animantibus, hoc ita demum permisit si à sanguine abstinerent: Excepto, inquit, quod carnem cum sanguine non comedetis. Quæ quidem exceptio, & ante legem, & in ipsa Christi gratia adeo fuit obseruata, ut cum in illo primo Concilio Hierosolymitano mundorum mundorum sublata esset differentia, & cæremonialia præcepta essent abrogata, sancitum tamen sit ut abstineretur à suffocato & sanguine. Et certe si ante legem à sanguine fuit abstinentum, cum Verbum nondum esset caro factum, multo magis & quando Verbo carne factum, sanguis fuit Verbi particeps, ab eo videretur esse abstinentum, maximè cum id decretum nullo œcumenico Concilio sit abrogatum. Sed cum tacito Ecclesiæ consensu quæ à sancto spiritu regitur id exoleuerit, non est quod id amplius reuocetur. Ideo enim exoleuit quod videatur figuris & umbris in tanta luce Euangelij nullum esse relictum locum. Neque tamen sunt reprobandi qui hoc adhuc retinent, quod nusquam est abrogatum. Satius est ergo ut alter alterum non condemnet, & in iis quæ sunt indifferentia vterque in suo sensu abundet. Non est autem mirum, quod cum tempore Clementis, quod primitiæ fuit Ecclesiæ, id nondum venisset in desuetudinem, dicat Clemens cum qui comedit sanguinem, cum iniuria afficere, nec posse latere: ipsum enim sanguinem, etiam si sanguinis careat figura, alloqui Dominum. Hoc autem dicit, respiciens ad id quod in Genesi scriptum est, ad Cain dixisse Dominum: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ipse autem Clemens qui in barbarorum inuehitur feritatem quod sanguinem comedunt, eorum laudat frugalitatem, qui relictis delictis & luxu contempto viuendi sequantur rationem facilem & expeditam, quibus in hoc nos vult esse similes, ut reiecta superbia & vana gloria, & à peccatis remoti, solum vitæ lignum, id est Christi crucem portemus, per quam salutem sumus consecuturi.

Genes. 9.

Genes. 4.

Cum quibusnam habenda sit consuetudo. Cap. IIII.

QUERV MENIM VERO^a spiritu imprudens transilieram consequentiam, ad quam rursus est reuertendum, & est reprehendenda multorum seruorum possessio. Per se enim ministrare, & per se operari fugientes, ad famulos confugiunt, obsonatorum, & eorum qui quæ sunt ad mensam necessaria comparant, eorumque qui carnes in frustra artificiosè dissecant, magnam ementes multitudinem. Sunt autem multifariam eis diuisi mercenarij: atque nonnulli quidem ex ipsis laborant in ijs quæ ad explendam gulæ pertinent ingluuicem, structores, & ciborum conditores, & alij quidem bellariorum, alij verò liborum ac placentarum, & alij pulmentorum ac sorbitionum sunt compositores & architecti. Alij verò ponunt operam in vestibus superfluis: alij autem aurum custodiunt, ut Gryphes: alij argentum seruant, & abstergunt pocula, & conuiuiorum apparatus preparant: alij fricant iumenta, & ab eis exercetur turba pocillatorum, formosorumque adolescentum greges tanquam pecorum, à quibus emulgent pulchritudinem. Ornatores autem & ornatrices mulieribus ornandis deseruiunt: hæc quidem speculis, illæ verò vitis, aliæ autem præsumunt pectinibus. Eunuchi multi iique lenones: propterea quod sit probabile eos libidini non posse dare operam, iis qui volunt vacare voluptati inservientes citra ullam suspicionem. Eunuchus autem verus est, non qui non potest, sed qui non

qui non vult dare operam voluptati. Transgressis quidem certè Iudæis per Samuelem Prophetam Verbum protestans, petenti Regem populo non humanum pollicetur Dominum, sed quendam se insolentem daturum eis minatur Tyrannum, libidini & voluptati deditum: Qui vestras, inquit, filias accipiet in unguentarias, & coquas, & panificas, tanquam qui belli lege eas inuaserit, non qui sequatur pacificam reipublicæ administrationem. Et qui mulierum quidem lecticas in altum tollant, & eas perniciousè ferant, multi sunt Galli: lanificium autem, lanæque texendæ artificium, muliebrique opus ac domus administratio & custodia, nusquam est: sed qui mulieribus quidem falsa narrant, toto die cum eis versantur, amatorias fabulas nugaciter referentes, earumque corpus & animam falsis factis & verbis mendacibus enecantes. Non eris autem, inquit, cum multis propter vitium, nec adijceris cum multitudine: quoniam sapientia in paucis, confusio autem & immoderatio in multis cernitur. Atque illæ quidem non propter honestatem quod noluit aspici, qui lecticas earum portent conducunt. Rectè enim ageretur, si huic affectioni hunc afferrent pretextum: sed per summas delicias vehuntur à famulis, per pompam traduci cupientes. Aperto itaque velo eos qui ipsas respiciunt acrius intuentes, mores suos ostendunt? sæpe autem etiam extrà prospiciunt, quæ est extrinsecus honestatem hac nimis lubrica & superuacanea cura probro afficientes. Ne respicias autem, inquit, in vicis ciuitatis: nec erres in eius solitudinibus: est enim verè solitudo, etiam si sit turba incontinentium, ubi non est homo pudicus. Istæ verò circumferuntur per templa sacrificantes, & diuinantes cum præstigiatoribus & circulatoribus, & cum sceleratis vetulis, quæ domibus exitium afferunt, quotidie unà pompam transmittentes, & aniles susurros ad pocula sustinentes, quadam amatoria & carmina in matrimonij perniciem composita ediscantes à præstigiatoribus: hos quidem habent viros, illis verò adhaerunt: alios autem eis vates pollicentur, se autem falli nesciunt, & seipsas quidem tanquam vas voluptatis, iis tradentes qui volunt explere libidinem: suam autem pudicitiam probro turpissimè permutantes, vituperandum imprimis exitium pro magno lucro ducunt. Multi autem sunt meretriciæ impudicitiae ministri, vnus hinc, alius aliunde subeuntes. Facile enim ad libidinem feruntur intemperates, sicut porci ad eam partem alvei quæ deprimitur. Vnde validissimè admonet Scriptura: Ne introducas quemuis hominem in domum tuam: dolosi enim hominis multæ sunt insidiæ. Alibi autem: Viri iusti, inquit, sint tui conuiuæ, & in timore Domini tua permanebit gloriatio. Abeat in malam rem fornicatio. Hoc enim scitote, inquit Apostolus, quod omnis fornicator vel immundus, vel auarus, qui est cultor idolorum, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Istæ verò effæminatorum virorum delectantur congressibus: intrò autem confluunt cinædorum turbæ lingua effrenatæ, scelerati quidem corpore, & scelerati oratione, ad ministeria impudica viriles, adulterio deseruientes, impudicè ridentes, & susurrantes, & fornicatorium cinædi sonum ad lasciuiam per nares edentes, impudicis verbis & figuris delectare conantes, & ad risum, qui est fornicationis præcursor, prouocantes. Nonnunquam autem etiam quilibet ira incensi, vel ipsi qui scorta sunt, vel qui etiam cinædorum turbam tanquam felix quid ac beatum in suam sectantur perniciem, naribus non secus ac ranæ plausum edunt, ut qui in naso habeant bilem veluti inhabitantem. Quinetiam quæ sunt ex eis paulò ciuiliores, aues Indicas pauonesque Medicos nutriunt, & accumbunt ludentes unà cum iis quibus est caput acutum & fastigiatum, letantes sicinnis & monstris, & vident quidem cum Thersiten audiunt: ipsæ verò Thersitas maximi pretij ementes, non de coniugibus, sed de illis quæ sunt terræ pondus se iactant, & modestam quidem & continentem viduam Melitæo catello longè præstantiorem, despiciunt, & iustum senem negligunt, qui est, ut puto, monstro ære empto magis de-

1. Reg. 8.

Eccles. 7.
Elaiz 17.

Eccles. 5.

Ibid. 11.

Ibid. 9.

Ephes. 5.

60

corus & honestus. Puerum autem orphanum non admittunt, quæ psittacos & graculos enutriunt, sed filios quidem domi natos exponunt, gallinarum autem pullos excipiunt: & quæ sunt expertia rationis, his quæ sunt prædita ratione præferunt: cum oporteret senes alere, qui moderationem profitentur & temperantiam, & sunt, ut ego quidem existimo, simijs formosiores, & loqui possunt melius luscinijs, & illud in medium adducere: Fæneratur Deo qui miseretur pauperis, & hoc: Quatenus autem, inquit, uni horum minimorum fecistis, mihi fecistis. Iste autem contra intemperantiam prætulit temperantiam, ut quæ suas facultates in lapides conuerterint, margaritas scilicet & smaragdos Indicos. Quinetiam in sutilibus & euandis tincturis, & in emptiis mancipijs temerè consumunt, & pecunias abijciunt, non secus atque saturata gallinæ vitæ, stercora fodientes. Paupertas autem, inquit, virum humiliat. Per paupertatem volunt dicere parsimoniã, per quam pauperes sunt ij qui sunt diuites, ut qui bona non communicent.

Prouer. 19.
Matth. 25.

COMMENTARIVS IN CAP. IIII.

VERVUM ENIM VERO spiritu imprudens transilieram consequentiam. Cum superius de luxu multa dixisset & diutius in eo exponendo esset immoratus, non modicus autem sit luxus in nimia & inutili ministrorum possessione, neque de eo aliquid dixisset, nunc de iis dicturus, primum quidem dicit fuisse consequens ut de iis diceret, sed spiritu, tanquam vento quodam abreptum imprudentem transiisse, veluti sumpta à nauì metaphora. Quamobrem ad id ipsum quod prætermiserat esse reuertendum, inutilis autem & superuacaneæ ministrorum possessionis hanc esse causam, quod cum per se nolint operari, necesse sit ut aliena vtantur opera. Deinde eos inutiles & superuacaneos recenset ministros. Postremo inuehitur in mulieres, quæ relicta bonorum & honestorum consuetudine, cum eis versantur qui probrum & dedecus eis afferunt, Sicinnisque, & monstros magis delectentur quam senibus qui eas doceant & instituant, & pauperibus quos propter Christum alant. In exponendis autem horum ministrorum officiis, non video opus esse ut immorer: sunt tamen nonnulla leuiter adnotanda. Obsonator qui Græcè dicitur *ὄσπονδος*, is est qui parat obsonia. Qui autem parat cætera quæ sunt ad mensam necessaria, Græcè dicitur *παρασπονδος*, ut videre licet apud Iulium Pollucem. Cum autem non possem id vocabulo Latino exprimere, mihi vtendum fuit circumlocutione: quod autè verti structores Græcè est *δαιτι*: malui autè vertere structores quam coquos, etiam si *δαιτις* *μαγειρος*, vocet Iulius Pollux, melius certè Eustathius in multis locis Homeri eos esse dicit, qui carnes diuidunt conuiuijs. Nam cæna quoque *δαις*, dicitur *ἀπὸ τοῦ δαίην*, id est diuidere, quod sua cuiuslibet portio ex æquo diuideretur: qui autem diuidebat *δαις* dicebatur. Qui mos carnis in conuiuijs ex æquo diuidendi adhuc hodie manet apud Italos. De eo vide Cælium Rhodig. Quod autem dicit à formosis iuuenibus emulgere pulchritudinem, quid sibi velit fateor me ignorare, suspicor tamen esse aliquid obsceni, quod melius fortasse est ignorare. Quod autem verti ornatores & ornatrices Græcè est *κομμώται* *καὶ κομμώτριαι*. Dicit autem Iulius Pollux, Qui in coma ornanda manuum vtuntur arte *κομμώται* dicuntur, fæminæ autem *κομμώτριαι*. Plato verò in Gorgia *κομμώτικόν* non dicit esse artem sed experientiam, nec versari solum in ornanda coma, sed in aliena, non in sua propria & naturali paranda pulchritudine, figura, colore, leuitate, sensu, eamque aduersari arti Gymnasticæ, id est arti corporis exercendi. Inter ministros enumerat etiam Eunuchos, quos dicit etiam esse lenones quod Græcè est *μασποτίς*, *μασποτίς* autem non idem significat quod *προβοσκάς*, id est qui alit meretrices quas vendat aut certo pretio prostituat, sed is est qui blandis verbis ad Venerem allicit, ita dicitur ut vult Eustathius Homeri interpres, quasi *μασπός*, id est voce materna illiciens. Isti autè Eunuchi, cum minime essent suspecti eo prætextu quod nihil possent, & virorū & mulierum libidini seruiebant. Dicit ergo Clemens eos non esse veros Eunuchos qui non possunt, sed qui nolunt dare operam libidini. Ij autem sunt quos dicit Christus non esse factos ab hominibus, sed seipsos castrasse propter regnum cælorum. Eunuchorum facta mentione, qui cum sint extra suspicionem, quoniam parentur nihil posse, voluptati seruiunt, loquitur etiam de ancillis, quas, etiam si sint liberæ, non veri reges, sed tyranni dati à Deo propter peccata populi, sibi cogunt seruire, eas facientes vnguentarias, coquas, & pistrices. Deinde graphicè depingit corruptos mulierum mores quæ Gallos, vt pote homines proceros & robustos, conducebant qui suas lecticas velociter portarent. Eæ verò veluti per pompam transuectæ se ostentabant, & lecticæ amoto aulæo extra prospiciebant, & se spectandas exhibebant, & reliqua faciebant quæ scribit Clemens, quæ non egent expositione. Quod autem verti, quædam amatoria & carmina, Græcè est *φίλτρα* & *ἐπωδαί*. Sunt autem *φίλτρα*, vel medicamenta vel carmina ad amorem allicientia, *ἐπωδαί* autem sunt incantationes, quæ Latinè dicuntur etiam carmina. Quod autem vertimus, abeat in malam rem fornicatio, Græcè est *εἰς κόσκηας*, id est ad Coruos fornicatio. Quid autem sibi vult hoc adagium, vide apud Erasimum Chil. 2. cent. 1. adagio. 96. Inter eos autem qui cum impudicis & luxuriosis versantur mulieribus, refert viros effeminatos & cinædos, quos graphicè describens, inter cætera de his dicit Græcè, *καὶ τὸ περικτὸν ἀνδρῶν εἰς ἀσέλγειαν ἐξέβηκεν ὁπποῦντος ὀππιναῖ δισμα*, hoc autem vocabulum *ὀππιναῖ δισμα* nusquam legi. Suspicio autem significare impudicum quendam sonum qui à cinædis naribus edebatur prouocantibus ad libidinem; hæc mea est coniectura. Quod si quis inuenit meliorem, rem mihi faciet pergratam si eam in medium protrulerit. Vt ergo esset aliquis sensus, sic verti; fornicatorij cinædi sonum impudenter ad lasciuia per naves edentes

Cæli Rhod. antiqu. lect. lib. 27. cap. 22.

Matth. 19.

edentes. Quod autem Græcè est, *καθ' ἄρ' ἔτοιμον τοῖς μικτοῖσι τῶν χελῶν κακῆμένοι*, quod verti, ut qui in naso habeant bilem veluti inhabitantem, alludit ad illud Theocriti *δρυμῖτα δὲ χελὴ ὀππὶ τῆν κἀθηται*, id est acris in naso sedet bilis. Facile autem ad nares ascendit bilis, est enim flaua bilis calida & ignea, & ideo summa petit. Qui sunt autem bile perciti sape ronchum aut sonum edunt ranæ sonitui non admodum dissimilem. Acriter autem inuehitur in mulieres, quæ monstra & bruta animalia viduis, senibus, orphanis, & pauperibus præferebant, & de eis magis gloriabantur quam de suis coniugibus. Qualis autem fuerit Theristes, qui plane fuit monstrum hominis, videre licet apud Homerum in Iliade. De Sicinnis autem si quid hic diceremus, actum, ut aiunt, ageremus: superius enim satis diximus, nec opus est ut repetamus. Quod autem vertimus, in lapides conuerterint, Græcè est *ἀπολιθοδοσῶν*, id est efficientes, ut suæ facultates sint lapides; sed lingua Latina id non satis exprimit. Est autem lepidum quod dicit, mulieres quæ pecunias consumunt in tincturis & mancipijs, perinde facere atque gallinæ saturæ, quæ stercora fodiunt. Sunt enim ea plane inutilia, nec minime requirenda, quando suppetunt quæ sunt ad vitam necessaria. Et ideo ea vocat vitæ stercora, & veluti quædam excrementa. Vbi nam dicat Scriptura: Paupertas virum humiliat, non satis recorder. Verum est autem parsimoniam seu avaritiam esse paupertatem: nam diues qui suis parcit bonis, & ex eis non plus impertit quam si nihil haberet, is plane est pauper. Is enim est pauper qui nec diuitijs ipse vtitur, nec concedit ut alij eis vtantur.

Quomodo in balneis sit versandum. Cap. v.

VIVS MODI autem sunt eis lauacra? Domus artificiosè compactæ, perspicua, quæque possunt circumferri, teguntur sindone: & cathedræ aureæ, argenteæ, & vasa innumerabilia aurea, argentea: ex quibus alia quidem ad propinadum, alia verò ad vescendum, alia autem ad lauadum circumferuntur: quinetiam carbonum craticulæ. Eò enim veniunt intemperantiæ, ut cœnent & sint ebria dum lauantur, & argenteam supellectilem, cum qua pompam transmittunt, arroganter in balneis proferunt, atque adeo fortasse etiam diuitias, propter immodicam superbiam. Maxime autem voluntariam insolentiam, per quam viros pusilli & effeminati animi arguunt, ut qui victi sint à feminis, ostentant, & aliquo modo seipsas non posse conuenire, nec sine multis vasibus posse sudare, comprobant. Etenim quæ sunt pauperes, cum pompæ non sint participes, ex quo fruuntur lauacris: habent autem sordes diuitiarum magnum amictum maledictorum. Hac veluti esca irretiunt miseros, auri splendorem orbante admirantes. Ea enim ratione eius quod bonum & honestum est ignaros in stuporem adducentes, ut ipsas mirentur amatores eallido commiscuntur artificio, qui eis paulò post nudis insultant. Atque ipsæ quidem suis se maritis non exuerint, simulatum pudorem probabiliter præ se ferentes. Licet autem alijs volentibus, eas quæ domi sunt inclusæ, nudas videre in balneis: hic enim se exuere spectatoribus tanquam corporum cauponibus non erubescunt. Sed Hesiodus quidem,

Corpus fæmineo non exhilarare lauacro

suadet. Viris autem & fæminis communia aperta sunt balnea, & inde exuuntur ad intemperantiam (à visu enim hominibus amor proficiscitur) perinde ac si sit eis pudor in lauacro obrutus. Quæ autem non vsque adeo omnem exuerunt pudorem, externos quidem excludunt: una autem cum suis ministris collauantur, & seruis nudæ exuuntur, & ab eis fricantur, pertimescenti libidini cœdentes, ut securè contrectet. Qui enim nudis dominabus ad lauacra introducuntur, student se exuere, ad cupiditatis audaciam malo more metum circumscribentes. Atque veteres quidem Athletæ virum nudum ostendere erubescerent, dum certamen peragebant accinctis subligaculis seruabant verecundiam: istæ autem dum simul cum tunica pudorem exuerint, volunt quidem videri pulchræ, similiter autem male vel inuita conuincuntur. Etenim per ipsum corpus maxime apparet lasciuia concupiscentia, quemadmodum hydropicis per cutis superficiem humor qui continetur; quod autem in utroque ægrotat, ex visu cognoscitur. Oportet ergo viros sepulchrum veritatis exemplum præbentes fæminis, erubescere unâ cum eis exui, lubricumque ac periculosum aspectum

20

30

40

50

60

Matth. 5. *effugere. Qui enim curiosus, inquit, respexit, iam peccauit. Oportet ergo domi quidem parentum & famulorum pudore affici: in vijs autem, eorum qui sunt obuiam: in laua-*
 Ioan. 1. *cris verò, mulierum: in solitudine autem, suiipsius: ubique autem, Verbi, quòd est ubique, & sine ipso factum est nihil. Hac enim solùm ratione fit ut quis nunquam labatur, si Deum sibi ipsi semper adesse existimat.*

COMMENTARIVS IN CAP. V.

10 **C**VIUS MODI autem sunt eis lauacra? Graphicè depingit luxum mulierum in balneis, ut quæ domos habeat portatiles, sindone quod est subtilissimū linum Ægyptium coopertas, & magnam vasorum & pretiosæ suppellectilis copiam secum ferentes. Existimo autem hæc dici de balneis pensilibus, de quibus Valerius Max. lib. 9. sic scribit; C. Sergius Orata pensilia balnea primus facere instituit, quæ impensa leuibus iniitijs cœpta ad suspensa calidæ aquæ tantum non æquora penetravit. Et Macrobius in Saturnal. lib. 3. cap. 15. Quæ nã autem fuerint balnea pensilia, nusquã legi, neque Vitruuius de balneis scribens aliquid dicit, nisi forte de iis intelligatur quod dicit. Suspensuræ caldarium ita sunt faciendæ, ut sesquipedalibus tegulis, &c. quod mihi non videtur verisimile. Quod autem virorum & mulierum communia balnea dicit esse Clemens, ita forte est intelligendum ex Vitruuio, ea fuisse coniuncta, & in iisdem collocata regionibus, sed fuisse bina ædificia, vnum vbi viri, alterum vbi mulieres lauarentur. Pudor enim non patiebatur vtrumque sexum simul lauari, sed commoditas coniungi desiderabat. Videretur tamen Clemens innuere tantam tunc mulierum fuisse impudentiam, ut simul cum viris lauarentur: Luxum, inquam, depingit & intemperantiam ut quæ cœnent, & sunt ebria dum lauantur, & impudentiam, ut quæ balnea habeant communia cum viris, & quæ apud maritos simulent pudorem, in balneis nudæ viros prouocent ad libidinem, in quibus vero remanet adhuc aliquid pudoris se à famulis suis fricari patiantur. Oportere autem dicit viros suo exemplo ad pudorem inuitare scæminas, vitando conspectum nudarum. Pudorem nunquã abesse oportere, etiamsi sis solus. Nã etsi omnes alij absint, Deus adest qui omnia fecit & omnia aspicit. Quod autem in balneis comedere & inebriari sit periculosum, possumus edicere ex medicis. Pleno enim, inquit, vêtre & plenius intestinis nemo balneo se tuto committat, quod sic facile iecur nœxam contrahat, humorque crudus in totum corpus rapiatur. Hinc est quod reprehendit Iuuenalis eum qui balneum ingreditur antequam cibus fuerit concoctus, dicens: Crudumque pauonem in balnea portas. Quod si est periculosum cibo non concocto ingredi balneum, quanto est periculosius lauandem cibum ingerere quæ non possis cœcoquere? Quod autem suadet viris Hesioidus ne scæminino lauacro exhilarentur, ideo fortasse, dicit, quod olim viri sola frigida lauarentur, ut qui aqua lauari calida mulierum esse ducerent. Et tamen constat ab antiquissimis temporibus aquis calidis foueri solita esse vel atate vel labore defessa corpora. Quod testantur balnea Herculana, de quibus vide Erasmus in adagijs, & apud Platonem γερουσια λουα, senum lauacra. Calidis enim balneis reficiuntur vires, & reuocatur corpus: γερουσιον enim ὁ δὴν μαλακτα, ait Pindarus πύλα γυα. Calida, inquit, aqua molit membra. Non vituperantur autem à Clemente balnea communia, in quibus ex visu incitantur homines ad libidinem, à visu enim amor proficiscitur: prima certe amoris linea est visus. Maxime autem falluntur mulieres quæ nudæ suam ostentant pulchritudinem: nam simul etiam se esse malas ostendunt. Nam sicut hydropici nudi ostendunt malum qui eos male habet humorem, ita etiam nudæ mulieres ostendunt suam nimiam ad libidinem propensionem.

Quòd solus Christianus sit diues. Cap. v i.



10 **S**VNT itaque habendæ diuitiæ, ut est rationi consentaneum: suntque benigne, non autem sordide, nec superbe & insolenter comunicandæ: nec est honesti studium in sui amorem rudique & imperita ratione consumendum, ne forte nobis utique dicat quispiam: Equus eius est pretij quindecim talentorum, vel fundus, vel seruus, vel aurum: ipse verò est minoris pretij quam trium obolorum. Iam enim aufer mundum à scæminis, & seruos à dominis, nihil inuenies dominos differre ab emptitijs mancipijs, non incessu, non aspectu, non sermone, adeo sunt similes mancipijs. Quinetiam in hoc discrepant, quod sint seruis imbecilliores, & ita educti ut sint magis valitudinarij. Hoc ergo dogmatum optimum est perpetuò canendum, quòd vir quidem bonus, qui est moderatus & iustus, in cælo recondit thesaurum pecuniæ. Is qui terrena vendidit, & dedit pauperibus, inuenit thesaurum in quem non cadit interitus, vbi nec est tineæ, nec latro. Is ergo est verè beatus, etiamsi sit paruus, imbecillus, & inglorius: isque reuera magnas possidet diuitias. Quòd si sit vel Mida & Cynira ditior, sit autem iniustus & insolens, quemadmodum qui purpura & bysso luxuriose vestiebatur, Lazarum autem contemnebat,

Matth. 6.
Ibid. 19.

Lucæ 16.

contemnebat, & miser est, & in mœrore viuit, nec viuet. Diuitiæ ergo sunt serpenti similes, quem si quis nescit inoffense eminere accipere, bestiam sine periculo summa cauda apprehendens, ea manu circumplebitur, & mordebit: pulchrè callent serpentum instar repentes diuitiæ, dum peritè vel imperitè apprehenduntur, inherere & mordere. Sed si quis se prabens magnificum rectè & scienter eis utatur, cum Verbi carmine bestiam detraxerit, ipse manserit illæsus. Caterùm, ut videtur, non satis animaduertimus quis sit is solus diues, qui quæ sunt longè preciosissima possidet. Magni autem sunt precij, non gemma, non argentum, non vestis, non corporis pulchritudo, sed virtus. Ea autem est ratio tradita per pædagogum ad exercitationem. Hæc est ratio, quæ abiurat delitias, & eam quæ per se fit operationem euocat in ministerium, laudatque frugalitatem filiam temperantiæ: accipite, inquit, disciplinam, & non argentum, & cognitionem super aurum probatum. Melior est enim sapientia lapidibus preciosis: quicquid autem est preciosum, nequaquam est ea dignum. Et rursus: Colligite me super aurum, & lapidem preciosum, & argentum: germina enim mea meliora sunt argento electo. Quòd si etiam distinguere oporteat, sit quidem diues qui multa possidet, estque auro onustus, ut sordidum marsupium: at in iusto quidem certè inest honestum atque decorum: decorum enim est ordo, qui in administrando, ita ut oportet, largiendoque definitur. Sunt enim qui scminant, & plura colligunt, de quibus scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Quare non qui habet, & seruat, sed qui impertit, est diues: & impertitio ac communicatio, non autem possessio, beatum reddit. Animæ autem fructus est, communicatio. Diuitiæ ergo sunt in anima. Porro autem bona possideri solùm possunt à bonis: boni autem sunt Christiani. Homo autem insipiens vel intemperans neque boni sensum habuerit, nec possessionis. A solis ergo Christianis possunt bona possideri. His autem bonis nihil est diuitius: hi sunt ergo soli diuites. Veræ enim diuitiæ sunt, iustitia, & ratio, quæ est quouis thesauro preciosior. Quæ quidem diuitiæ ex pecoribus & prædijs non augentur, sed à Deo donantur diuitiæ quæ non possunt auferri, cuius thesaurus est sola anima, possessio ei qui illam possidet optima, quæ hominem verè reddit beatum. Cui enim adest, nihil expetere ex ijs quæ non sunt in nostra potestate, ea autem quæ expetit consequi: quinetiam quæ sanctè desiderat, ea petentem à Deo accipere? quomodo non is multa, imo verò omnia possidet, qui thesaurum æternum, nempe Deum habeat: Petenti, inquit, dabitur, & pulsanti aperietur. Si Deus nihil negat, pietate ac religione præditi viri sunt omnia.

COMMENTARIVS IN CAP. VI.

10 **S**VNT itaque habendæ diuitiæ. Cum animaduerteret Clemens auri & argenti, & diuitiarum splendorem ita oculos hominum præstringere, ut eos solos qui ea possiderent, & diuites & beatos esse putarent, falsam hanc opinionem eis voluit detrahere. Dicit ergo veras diuitias non consistere in possessione, sed in bonorum quæ suppetunt iusta administratione, distributione, & in pauperes erogatione, quibus æternus & qui auferri non potest, in cælo paratur thesaurus. Eum demum esse diuitem qui est bonus. Bonum autem esse qui habet bonum. Bonum esse virtutem, quæ est in anima, eam vero consistere in exercitatione & operatione, non in pecuniæ congregatione. Cum ergo Christianus iis quæ à Deo ei sunt donata rectè utatur, & pauperibus ut decet impertiat, idque solus præstet Christianus, is solus est & bonus, & diues, & beatus. Est quidem hoc paradoxum non dissimile paradoxo Ciceronis: Quod solus sapiens diues sit, quod quidem sumptum est à Stoicis. Sed cum apud eos nullus esset sapiens (sapiens enim non est qui non ab ipsa, quæ est Verbum Dei, didicit sapientia) fieri non poterat ut ex eis vllus esset diues. Solus Christianus est diues, qui à suo Pædagogo qui est Dei Verbum & sapientia, didicit sapientiam. Quo fit ut sit sapiens, bonus, diues, & beatus. Est autem lepidum quod dicit Clemens, equum & cetera quæ possidentur esse sæpe maioris pretij quam ipsos dominos, & ipsos seruos esse præstantiores dominis. Quod autem vertimus; Est minoris pretij quam trium obolorum, Græcè est χαλκῶν τριῶν, id est, trium æreolorum. Ita autem verti, quod χαλκοῦ, sit Græcum, æreolum autem non fit in vsu apud Latinos. Continet autem obolus semiobolos duos: Semiobolus tres chalcos, seu æreola tria. Chalcus verò tria λεπτά, seu minuta, quæ remanent insecta. Malui autem vti vocabulo vsitato, licet non nihil differret, cum ad sententiam parum aut

Matth. 7.

Plato de
legibus 2.Chil. 3. cēt.
30.Ouid. 11.
Metamor.

nihil referret. Quod autem dicit Clemens, quod si sit vel Mida & Cinyra ditior, id sumpsit ex Platone de legibus *ἢ μὲν μισθὸς ἀδικῶν ἢ ἄλλοις*, id est, Poetas quidem cogite dicere, quod vir quidem bonus si sit temperans & iustus, est felix & beatus, siue sit magnus & fortis, siue paruus & imbecillus, & siue sit diues aut nō. Sin autem sit & Cinyra & Mida ditior, sit autem iniustus, est & miser, & in mœreore uiuit. Quod autem Cinyra immensa fuerint diuitiæ, testatur Prouerbiū, Cinyræ opes, de quo uide Erasimum in adagiis. De Mida quid attineret dicere, qui vel suo contactu cum quidquid tangeret fieret aureum, Pactoli arenas effecit aureas ut fabulatur Ouidius in Metamorphosi. Quod autem dicit ultra ea quæ dicit Plato, de diuite iniusto, neque uiuet, intelligit de vita æterna quæ est regnum Dei. Auari enim regnum Dei non possidebunt. Terrenas autem diuitias pulchre assimilant serpenti, qui ubi quempiam apprehenderit, nisi excutiat, inhæret, mordet & virus immitit. Ita etiam diuitiæ quæ quempiam apprehenderunt, nisi eis recte uterentur & ut opus est impertiendo & distribuendo excutiantur, noxam afferunt, & sæpe sunt mortifera. Hunc locum ita concludit, ut dicat eum qui est bonus & pius, non solum multa, sed etiam omnia, atque adeo ipsum Deum possidere. Nam qui nihil perit quod non sit in sua potestate, quicquid autem sancte petit à Deo accipit, cuius sunt omnia adeo ut ne seipsum quidem ei Deus denegat, is omnia atque adeo ipsum Deum possidet. Ei autem qui omnia possidet nihil deest. Cui nihil deest is plane est diues, atque adeo beatus.

Quod pulchrum viaticum Christiano sit frugalitas. Cap. VII.

DELITIÆ autem errantes in voluptatibus, graue sunt ac periculosum hominibus naufragium. A uero enim honesti studio, & quæ uero bono conueniunt voluptatibus, aliena est hæc incunda, & gloriæ ac laudis expers uulgi uita. Homo enim est natura excelsum & erectum animal, & quod ueri querendi ac inueniendi tenetur desiderio, ut qui sit unius opus & effectum. A diuina autem uita alienum est libidinis uoluptatisque studium: ut pote, similiter quidem uesci atque passeris, coire autem similiter ut hirci & sues. Voluptatem enim bonum existimare, est planè perfectæ eius quod est bonum & honestum inscientiæ. Porro autem nimia diuitiarum cupiditas hominem à recta uia ratione dimouet, persuadens ut ad res turpes omnem planè pudorem exuat, si modò ei sicut fera liceat quibuslibet uesci, & qualibet similiter bibere, & in rebus ueneris suam quacunque ratione libidinem explere, & ideo rarissime regni Dei fit hæres. Quorsum ergo tot parantur obsonia? an non ut unum ventrem impleant? Quam res immunda sit ingluuius, arguunt sterquilinia, in quæ ventres nostri expuunt reliquias conuiuij. Quorsum autem tot pocillatores cōgregant, cum calice uno possint impleri? quorsum autem arcas uestium? quorsum uasa aurea? & quorsum ornamenta? Compilatoribus & sceleratis hominibus hæc parantur, & oculis qui satiari nequeunt: Eleemosina autem & fides, inquit Scriptura, te non deserant. Ecce Heliam quoque Thebysten habemus pulchrum exemplum frugalitatis, quando sedit sub ramno, & Angelus ei affert alimentum. Erat subcinericius panis ordeaceus, & amphora aqua: cuiusmodi prandium ad eum misit Dominus. Proficiscentes ergo nos ad ueritatem, accinctos esse oportet. Ne portetis, inquit Dominus, crumenam, non peram, neque calceamentum: hoc est, Ne possideatis diuitias quæ solum in crumena reconduntur, ne uestra impleatis horrea, tanquam sementem in pera deponentes, sed ijs etiam qui egent impertite. Ne de iumentis & famulis sitis nimium solliciti, quæ diuitum ingressus calceamenta, cum onera portent, allegoricè dicta sunt. Abijcienda est ergo uasorum multitudo, & pocula aurea & argentea & famulorum turba, cum pulchras & uenerandas pedissequas à pædagogo acceperimus, per seipsum operationem scilicet & frugalitatem. Iam uero ita incedendum est ut conuenienter Verbo ingrediamur: & si cui adsit uxor & filij, domus nequaquam est onus, quæ cum prudenti uiatore migrare didicerit. Uxor quoque quæ uirum diligit, coerenda est & componenda, ut similiter ac maritus iter ingrediat. Pulchrum est viaticum uia quæ ducit ad celum, si frugalitatem cum una moderata grauitate iungamus. Mensura autem sicut pes calcei, ita etiam uniuscuiusque possessionis est corpus. Quod autem superabundat, quæ sunt, inquit, ornamenta & supellex diuitum, non sunt ornatus corporis. Oportet autem eum

Ecclef. 7.
17. & 29.
3. Reg. 19.Math. 10.
Lucæ 9.

tem eum qui ui in celos contendit ascendere, & pulchrum baculum beneficentiam scilicet, circumferre, & ijs qui affliguntur, elargientem ueram quietem percipere. Fatetur enim Scriptura, animæ redemptionis pretium esse proprias diuitias: hoc est, si ditescat, futurum esse ut sit saluus per elargitionem. Quemadmodum enim quicumque putei scaturiunt, exhausti in pristinam mensuram reuertuntur: ita etiam elargitio, quæ est bonus fons benignitatis, potum sitientibus communicans, rursus augetur & repletur, quomodo ad ubera, quæ suguntur uel etiã mulgentur, solet lac confluere. Est enim minime indigēs, qui Deum uerbum habet omnino potentem & nullo eorum quibus opus habet unquam eget: Verbum enim est possessio cui nihil deest, & est causa omnis copiae. Si quis autem dixerit se sæpe uidisse iustum cui panis deerat, hoc quidem rarum est, & id ubi non est alius iustus. Sed tamen illud quoque legat: Non in solo pane uiuet iustus, sed in uerbo Domini, qui est panis uerus, panis celestis. Vir ergo bonus nunquam laborat inopia, quandiu habuerit saluam in Deum confessionem: licet enim ei petere & accipere ea quibus indiget à Patre uniuersorum, & proprijs frui, si filium custodiat. Hoc quoque adest, nullam sentire indigentiam: hoc nostrum Verbum fungens munere Pædagogi, dat nobis diuitias, nec ditescere ulla est inuidia ijs qui per ipsum possident ut nullius egeant: qui has habet diuitias, erit hæres regni Dei.

Prou. 13.

Deut. 8.
Math. 4.

COMMENTARIUS IN CAP. VII.

⁴ DELITIÆ autem errantes in voluptatibus. Frugalem oportet esse Christianum. In hoc autem consistit frugalitas, ut paucis, nempe ijs quæ sunt uitæ necessaria, contentus, delitias uitet & voluptates, & diuitias non concupiscat quæ ad omnia turpia hominem incitant. Mensura nostrarum possessionum sumenda est ex mensura nostri corporis. Quæ mensuram illam excedunt, sunt superflua, nec sunt ornamento corpori. Quæ autem superabundant, sunt eroganda in pauperes. Porro autem frugalitatis pulchrum nobis proponit exemplum Eliam Thebitem, & reuocat in memoriam quæ Christus suis proponit discipulis quos mittit ad prædicandam Euāgelij ueritatem. Quæ quidem ita exponit ut uideatur potius sequendus sensus allegoricus, ut qui calceamenta significare dicat famulos & iumenta.

Quod similitudines & exempla sint rectæ doctrinæ
pars maxima. Cap. VIII.

S I quis autem uestrum delitias perpetuo fugerit, à frugalitate eductus, inuoluntarios labores facilius sustinere meditabitur, uoluntarias afflictiones pro persecutionum perpetuis habens exercitijs: ut cum ad necessarios uenerit labores, & dolores ac metus, ad eos tolerandos non sit inexercitatus. Et ideo patriam non habemus in terra, ut possessiones terrenas contēnamus. Est itaque ditissima frugalitas, quæ exæquatur impēsibus non deficientibus, quas pendi conuenit ad ea quæ oportet & quantum oportet. Expensæ enim sunt pensiones, ac uectigalia. Et quomodo oportet quidem uxorem simul cum marito uiuere, & de domus administratione, & usu famulorum, & quomodo eam per se operari conueniat, & de tempore matrimonij, & de ijs quæ ad mulierem pertinent, differuimus in libro de nuptiis. Quæ autem ad pædagogicam pertinent institutionem, ea nobis addenda sunt loco crassæ cuiusdam descriptionis, Christianam uitam exprimentibus: & plurima quidem iam dicta & in formam institutionis pædagogicæ sunt redacta. Quod autem restat, subiiciemus. Neque enim parui ad salutem momenti sunt exempla.

Vlyssis uxorem uide (ait Tragedia) haud leto dedit
Telemachus, haud marito namque iunxerat
Maritum, ei cubile in ædibus sanctum manet.

Z ij

Flagitiosum probro dans adulterium, temperantiæ pulchram ostendit imaginem, in maritum amorem. ^b Iotas autem (seruorum nomen sunt Iotes) Lacedæmonij cogentes inebriari, sibi sobrijs, ea quæ faciebat ebrietas, correctionis curationisque loco ostendebant. Observantes ergo illorum turpitudinem, docebantur ne in idem quod damnabant vitium inciderent, ex ebriorum probro hoc fructus consequentes, quod ipsi non peccarent. Ex hominibus enim alij quidem docti sunt seruati: alij verò sua sponte virtutem vel amplexi sunt, vel quaesierunt:

Hesiodus. Optimus ille quidem est, qui percipit omnia per se.

Genes. 17. Ipse est Abraham qui Deum quaesivit,

Is bonus est rursus, qui paret recta monenti.

Lucas 6. Hi sunt discipuli, qui Verbo crediderunt, & ideo ille quidē appellatus est amicus, hi autem Apostoli. Vnum & eundē Deum ille quidē magno studio & cura inquirens, hi verò prædicantes: sunt autem ambo populi. Horum autem amborum auditores, alius quidem consecutus est commodum per inquisitionem, alius verò saluus euasit per inuentionem,

Sed qui nec per se apprehendit, nec recta, monente

Hunc alio, reputat, planè est vir inutilis ille.

Populus alius est gentilis, inutilis: hic est populus, qui Christum non sequitur. Multis tamen modis iuuans Pædagogus, qui est clemens & benignus, alia quidem suavit, alia verò etiam exprobrauit. Iam verò alijs quoque peccantibus, eorum nobis ostendit turpitudinem, & quod eam consequitur supplicium, simulque & consolans & admonens, se esse benignum & clementem ostendit, hoc consilio ut nos à vitio auerteret, ea quæ passi sunt ostendens. Per quas imagines & similitudines, ut ij quidem qui malè affecti erant cessarent, effecit: eos verò qui ijs similia audebant, prohibuit: alios ad tolerantiam fundauit: alios à vitio repressit: alios verò etiam curauit, per contemplationem eius quod est simile, traductos ad id quod est melius. Quis enim quempiã in via sequens nõ cauerit, si is qui præcedebat in viam ceciderit, ut deuitet periculum, peccati cauens consequentiam? Quid verò rursus si is qui se exercet, viam quæ ducit ad gloriam didicerit, & videns atletam qui eum præcessit præmium esse consecutum, non contendit ad coronam, ipsum antiquiorem imitans? ^d Multa sunt eiusmodi similitudines diuinæ Sapientiæ. Vnius autem exempli meminero, & paucis exponam quod accidit Sodomitis, & fuit ijs quidem qui scelus admiserant iudicium, pædagogica autem institutio ijs qui audierint. Sodomitæ cum propter multas delitias in libidinis & intemperantiæ vitium incidissent, adulteria quidem securè committentes, puerorum autem insano amore ardentis, respexit eos Verbum quod videt omnia, quod latere non possunt qui nefaria perpetrant. Neque vero eorum libidini acquieuit vigilans custos humanæ naturæ: nos autem ab illorum imitatione auertens, ad suamque moderationem & temperantiæ institutiens, aliquos inuadens peccatores, ne si impunita relinqueretur impudicitia, ea frueretur nimia securitate, iussit comburi Sodoma: prouidi illius ignis aliquid effundens in intemperantiæ, ne si non castigata esset eorum libido, latas aperiret portas ijs qui toto impetu feruntur ad libidinem. Fuit ergo iustum Sodomorum supplicium, salutis bene ab hominibus considerandæ imago. Qui enim non similiter peccarint atque ij qui fuerunt puniti, nunquam peccatoribus similes pœnas dederint, ut qui propterea quod non peccarint ne paterentur cauerint. Volo enim vos scire, inquit Iudas, quod Deus qui semel seruauit populum ex Aegypto, secundo perdidit eos qui non crediderunt, & Angelos qui non seruauerunt suum principatum, sed reliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis aternis sub caligine agrestium angelorum custodij. Et paulo post eorum qui iudicantur imagines ad docendum aptissimè explicat. Væ

Iudas in epistola canonica.

eis quod

eis quod in via Cain ambulauerunt, & in errore Balaam effusi sunt, & in contradictione Core perierunt. Eos enim qui ferre non possunt libertatem adoptionis filiorum Dei, arcet metus, ne se insolèter gerant. Ideo enim sunt minæ ac supplicia, ut timètes pœnas à peccatis abstinemus. Possum tibi narrare pœnas nimie ornatus cupiditatis, & inanis gloriæ, non autem solius intemperantiæ: & præterea maledicta afferre in eos qui gloriantur & sibi placent de diuitijs, in quibus Deus terrendo prohibet à maleficijs. Cæterum parcens prolixitati operis, adducam pædagogi præcepta quæ sequuntur, ut minas caueant.

COMMENTARIVS IN CAP. VIII.

^a SI QVIS autem vestrum delitias perpetuo fugerit. Hoc habet frugalis, quod fugit delitias: qui fugit delitias, se in volutariis exercet laboribus & afflictionibus, ut si quando necessariæ accidant persecutiones, eæ à diuturna meditatione exercitatis facilius toleratur. Eæ autè sunt toleratu eo faciliores, quod cū nõ habeamus hic patriam (neque enim manentè hic habemus ciuitatē, sed futurā inquiremus) terrenas possessiones contemnimus. Huic autè de frugalitate tractationi hunc imponit veluti colophonē, quod sit ditissima frugalitas. Nam si is est diues, qui & quas & quot oportet ad ea quæ opus est habet sufficientes expensas: merito est ditissima frugalitas quæ iis omnibus exæquatur expensis quæ nunquam deficiunt. Et ideo fortasse frugalitas Græcè dicta est εὐπρέπεια, quod frugali non desunt vectigalia, μένος enim est vectigal. Expensæ autem sunt vectigalia. Cum autem iis quæ scripsit Clemens videretur aliquid deesse, nempe ut tractaret de officio vxoris, & de œconomia in genere, ne quis hoc desideraret, dicit se id consulto prætermittere, quod de eo scripserit in libro quem inscripsit de nuptiis, sed eius hic liber ut multi alij desiderantur iniuria temporis. Rediturus autem ad Pædagogicam suam institutionem, dicit se de forma quidem institutionis Pædagogicæ iam dixisse plurima, sed ei quidem esse addenda, nempe imagines, similitudines & exempla quæ ad crassam & vulgo magis conuenientē pertineant descriptionem. Populum certe, magis docent & monent similitudines & exempla quam Philosophicæ demonstrationes, ratiocinationes & enthymemata. Primum autem quod affert exemplum est Penelopes vxoris Vlyssis, quæ tot annos absente Vlyssæ, & tot procis eam ambientibus, nunquam induxit in animum ut alij nuberet. Hinc factum est ut matrem non occideret Telemachus eius filius, cum matrem Clytemnestram occiderit Orestes, quod ea maritum occidisset Agamemnonem. Hoc exemplo populo ostenditur quam sit turpe & probrosum adulterium, rursus autem honestus & laude dignus amor vxoris in maritum. Sed quam & cuiusnam sit hæc tragœdia ex qua hoc sumpsit Clemens, me nescire fatear necesse est, ut quam arbitror non extare. ^b Iotas autem (seruorum nomen sunt Iotes) Iotes erant serui Lacedæmoniorum qui eorum agros colebant. Ipsi enim vnus erat opus ut se bello exercerent. Cum autem eis vtpote seruis quæ vellent imperarent, cogebant ipsos inebriari, ut vel ipsi, vel ut scribit Plutarchus, eorum liberi, discerent quam turpe sit inebriari. ^c Ex hominibus enim alij quidem docti. Ex verbis Hesiodi quos citat Clemens est satis perspicuum, esse aliquos qui omnia per se discunt, qui sunt omnium optimi: & rursus esse alios qui discunt, ab alijs admoniti qui secundum locum tenent: esse etiam alios qui neque per se discunt, neque ea quæ bona & recta sunt cogitant, ab alijs admoniti, quos dicit esse pessimos, & plane inutiles. Primis illis qui per se discunt assimilatur Abrahamum, qui præter legem in corde scriptam, quæ est naturalis, nullam habuit dictatam aut scriptam legem quam sequeretur. Secundis assimilatur discipulos, qui verbum audierunt & ab eo doctrinam & disciplinam acceperunt. Et verbum quidem Abrahamum appellauit amicum, quod per se, & à nullo admonitus Deo crediderit, quod quidem ideo fuit reputatū ei ad iustitiã, quod gratis nullaq; ei proposita mercede & præmio in Deum fuerit pius bonusq; & virtute præditus. Discipulos autem suos appellauit Apostolos quos misit ad annunciandã peccatorū remissionem & proponenda præmia regni cœlorū & vitæ aternæ. Atque Deo quidem iam credebat Abraham quando ab eo iussus est exire de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui. Nisi enim Deū fide apprehendisset, eius verbis non credidisset, nec iussus paruisset. Prius ergo credidit quã vlla proponeretur merces. Quæ autem ei iam Deo credenti proposita est si de domo egrederetur, magna quidē fuit, sed non conferenda cum mercede regni cœlorum & vitæ aternæ promissa in Christum credentibus: non sunt enim conferenda terrena cum cælestibus, quãquam ipsa quoque terra quam dixerat se ei ostensurum, allegoricè significabat patriam cælestem quã peregrinans hic querebat. Porro autem credentium pater fuit Abraham qui nõ solum Deo credidit, sed etiam quæ iusserat sedulo est executus, ut qui ne proprio quidem filio Deo iubente pepercerit. His de causis Dei amicus fuit Abraham, qui etsi in scriptura non sit disertis verbis ita appellatus, tamen cum & se dicat eius esse protectorem, multisque & præclaris eum affecerit beneficijs, pro amico quidem certe est habitus. Inter Abrahamum autem & Apostolos hoc intererat, quod Abraham quidem Deum magno studio querebat, nempe Verbum quod suo aduentu humano generi salutem erat daturum. Apostoli autem Verbum iam inuentum prædicabant, visus enim iam erat Deus in terris & cum hominibus versatus. Ambo autem, nempe & Abraham & Apostoli, significabant duos populos, nempe & Hebræos & Christianos. Et iuuabat quidem Hebræos, quod Christum quidem venturum & se ab eo salutem assecuturos & sperabant & expectabant: Christiani vero Christum cum iam venisset certa fide cõplexi, salui facti sunt. Populus autem qui nec per se Christum inuenit, nec Christum prædicanti credidit, est pessimus & plane inutilis. A via enim aberrat, ut qui Christum non sequatur. Is Christus est nosfer Pædagogus qui multis similitudinibus, exemplis & imaginibus peccatores deterret à vitijs, bonos autè exhortatur ad virtutem, & continet in officio, male affectos curat, & ostendens casum eorum qui ceciderunt, ne alij similiter cadent admonet, & eorum qui vicerunt præmia ostendens, ut fortiter & constanter se gerant qui in virtute se exercent hortatur, & ne in certamine deficiant excitat, & currentibus veluti calcar addit.

Hebr. 3.

Plutarchus de dictis & factis Lacedæmon.

Exod. 12.

Quanam de causa sit lauacrum accipiendum. Cap. IX.

BALNEI² ergo (inde enim digressa est oratio) quatuor sunt causæ, propter quas ad ipsum accedimus. Vel enim causa munditiæ, vel caloris, vel sanitatis, vel postremo voluptatis. Se ergo voluptatis causa lauari reijciendum est: impudens enim voluptas est omnino excindenda. Sumendum est autem lauacrum mulieribus quidem mundationis causa & sanitatis: solius autem sanitatis causa, 10 viris. Caloris autem causa lauari est superfluum, cum quod frigore horridum euaserit, possit aliter reuocari. Porro autem balnei frequens usus vires adimit, naturalemque roboris vehementiam relaxat, sæpe autem dissoluit, & ut quispiam animo linqatur efficit. Quodammodo enim corpora, non secus ac arbores, non solum ore, sed etiam ijs qui sunt in toto corpore meatibus bibunt inter lauandum. Huius autem rei est indicium, quod qui sæpe stierint, deinde in aquas descēderint, siti remedium inueniunt. Si non ergo ad aliquid prosit lauacrum, iam oportet nos eo resolvere. Veteres ea *αὐτοκαθαρία*, hoc est, fullonicas ho- 20 minum, officinas vocarunt, quoniam citius quam par erat pannosa efficiunt corpora, & ante tempus cogunt consenescere, abstergentia, dum non secus atque in ferro, calore caro mollificatur. Hinc frigidi veluti tinctura & temperatura opus habemus. Neque verò semper est lauandum, sed siue paulò fueris inanior, siue rursus paulò repletior, respiciendum est balneum: sed eo certè utendū est habita ratione ætatis, corporis & temporis anni. Non enim omnes, nec semper iuuat, ut fatentur qui sunt earum rerum periti. Nobis autem sufficit symmetria, quam semper ut vitæ nostræ opem ferat accersimus. Neque enim balneo 30 adeo utendum est, ut manus alterius egeamus adminiculo: neque verò assidue & sæpe in die est lauandum, sicut frequenter in forum ventitamus. Iam verò multos quoque habere qui ministrent, est proximos iniuria afficere per delicias: & est eorum qui non intelligunt balneum oportere esse commune eorum qui lauantur. Oportet autem maximè quidem lauare animam purgante ratione, nonnunquam etiam corpus, propter sordes quæ ei adnascuntur. Quinetiam sunt nonnunquam resolucendi labores: Væ enim vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, dicit Dominus, quoniam similes estis sepulchris dealbatis. Sepulchrum 40 pulchrum apparet extrinsecus: intus autem plenum est mortuis ossibus, & omni immunditia. Et rursus dicit eisdem: Væ vobis, quoniam mundatis quod est extrinsecus poculi & patinæ, intus autem plena sunt immunditia: munda primum id quod intus est poculi, ut sit etiam mundum quod est exterius. Optimum ergo lauacrum expurgat sordes animæ, estque spirituale, de quo dicit aperte Prophetia: Abluet Dominus sordes filiorum & filiarum Israël, & mundabit sanguinem ex medio ipsorum, sanguinem iniquitatis, & cædes Prophetarum. Purgationis autem modum subiunxit Dominus dicens: In spiritu iudicij, & in spiritu vstionis. Quod autem est corporis carneum, vel per solam aquam abluatur, ut sit sæpe ruri, ubi non est balneum.

COMMENTARIVS IN CAP. IX.

*BALNEI ergo (inde enim digressa est oratio) quatuor sunt causæ. Quomodo & quando utendum sit balneis, petendum est à medicis, maxime à Galeno in libris de arte medendi, & in libro de Marasmo. Ea nunquam esse ingredienda voluptatis causa, nec à viris, nec à fœminis censet Clemens, sed nec caloris causa, cum frigori alia ratione facile possit afferi remedium. Sanitatis autem causa à viris: à fœminis autem & sanitatis & munditiæ causa. Non enim æquè opus habent viri, ut mudentur atque mulieres, quæ & post fluxus menstruos sæpe sunt purgandæ, & postquam fuerint à partu liberatæ. Neque verò balnea solum purgant, sed etiam sua adstrictione fluentes humores à fluxu prohibent. Neutris autem, balneis est sæpe utendum, cum frequens eorum usus vires eneruet & dissoluat. Neque verò solum balneis dissoluitur facultas, sed etiam qui in balneis diutius versantur exoluuntur, & tandem moriuntur; idque non ob euacuatum ex toto corpore spiritum, sed quod perspiratio tam quæ per vniuersum corpus, quam quæ per os fit, offendantur, calidum

lidum spiritum attrahens. Id autem dicit Clemens fieri per apertos corporis meatus, quibus & aër calidus attrahitur, & totum corpus subito irrigatur, & inde fieri, ut qui stiant desinant sitire. Hoc certe mirum dicit Galenus inesse balneis, quod tam calidis profint quam frigidis siccitatibus: quemadmodum & illud quod eos sticulosos efficiunt qui stiant, à sticulosos verò situm abigant. Neque verò balnea solum exoluunt, sed etiam nimio vsu tanquam fullones corpora abstergunt, & citò faciunt consenescere. Vnde etiam ab antiquis balnea dicta sunt *αὐτοκαθαρία*, quod homines tanquam fullones abstergant & deterant. Sed quisnam ex veteribus balnea ita vocarit, nec dicit Clemens, nec ego vsquam legi. Quoniam autem balnea nec omnia nec omnibus profunt, adhibenda est ea symmetria & moderatio, ut habita ratione ætatis, corporis, & temporis anni, eis vtamur, & ita ut vitæ nostræ profint, & ab eis absit nimius luxus, nec tanta adsit lauantibus ministrantium multitudo, ut videantur eis solis destinata esse balnea exclusis cæteris. Non solum autem abluendæ sunt sordes corporis, & defessum corpus est balneo recreandum, sed lauanda est etiam anima ratione seu verbo purgante, ne nobis obiiciatur quod mūdatis externis immunda relinquamus interna. Mundatur autem à Verbo anima per lauacrum regenerationis, & per secundum veluti baptismum, qui est secunda tabula, nempe per pœnitentiam. Sed quomodo purgatur anima? Per spiritum iudicij & per spiritum vstionis. Baptizat enim Christus non in aqua, ut Ioannes, sed in Spiritu sancto & igne, quo & ostenditur rectitudo gratiæ, & consumptio peccatorum, ut vult Chryostomus. Esaiæ autem locum quem adducit Clemens, sic sanctus exponit Hieronymus. Tunc saluabuntur reliquiæ & Israël, quando in baptis- 10 mato Saluatoris eis fuerint dimissa peccata, & illo sanguis ablutus, quem super se errans populus impræcatus est; Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Vnde supra legimus; Cum extenderitis manus non exaudiam vos, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Et postea eos ad pœnitentiam prouocans in- 20 fert; Lauamini, mundi estote. Et nota quod sordes filiorum Sion lauerit spiritu iudicij: Sanguinem autem Hierusalem, combustionis. Quod enim leue est, lauiatur: quod grauius, exurit. De quo iudicij spiritu, & spiritu combustionis, Ioannes Baptista in Euangelio loquebatur; Ego vos baptizo in aqua, qui autem post me venit, ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igne. Ex quo discimus, quod homo tantum aquam tribuat, 30 Deus autem Spiritum sanctum quo & sordes abluuntur, & sanguinis peccata purgantur. Hæc Hieronymus; Sic ergo purgatur anima in baptisimo qui est lauacrum regenerationis, nempe spiritu & igne, nec ad eam purgandam aqua sufficit, quæ est potius signum quam efficiens causa emundationis, ut quæ sit materia ad quam accedit spiritus sanctificans, & gratiam conferens, & peccata auferens, & instar ignis consumens. Ad sordes ergo animæ tollendas, est spiritus & ignis necessarius: ad purgandas autem sordes corporis non est semper balneum necessarium, sed vel sola aqua sufficit, ut fit ruri, ubi non est balneum. Difficilius enim eluuntur sordes animæ quam corporis.

Quòd exercitia quoque sint eligenda iis qui agunt vitam rationi seu verbo consentaneam. Cap. X.

DOLESCENTIBVS² autem sufficit gymnasium, etiam si adsit balneum: etenim hæc viris quoque longè balneis anteferre, fortè non malum fuerit, ut 40 quæ habeant aliquid quod iuuenibus confert ad sanitatem studiumque afferat & laudis cupiditatem, ut non solum bonæ corporis habitudinis, sed etiam animi magnitudinis curam gerant. Quod si fiat absque eo quod à rebus melioribus abstrahantur, scitum est & non inutile. Neque verò hîc sunt abducendæ mulieres à labore corporis, sed non ad luctam & cursum sunt exhortandæ: sed in lana & tela sunt exercendæ, & ut pistrici adsint si opus sit. Præterea autem ipsas per se uxores oportet ex penu afferre ea 50 quibus opus habemus, & neque eis ad pistrinum aut molendinum accedere turpe est: sed neque in coquendo obsonio versari, modo id sit gratum marito, mulieri domus custodi & auxiliatrici est dedecus. Iam verò & per se vestes stragulas excutere, & stienti marito potum præbere, cibumque apponere honestissimè poterit, seque ad moderatam sanitatem ita exercuerit. Talem mulierem suscipit Pædagogus, quæ cubitos extēdat ad ea quæ sunt utilia, manus suas colo fulciat, easdemque pauperi aperiat, carpum autem mendico extendat, nec Saram imitando, viatoribus ministrandi officio fungi erubescat. Dixit enim ei Abra- 60 ham: Festina & commisce tres mensuras similæ, & fac subcineritios. Rachel autem filia Laban veniebat, inquit, cum ouibus patris sui. Nec ea suffecerunt, sed docens quàm ab omni fastu esset aliena, subiunxit: Ipsa enim pascebat oves patris sui. Alia innumerabilia nobis præbent Scripturæ exempla frugalitatis, laboris, & etiam exercitij. Ex viris autem, alij quidem nudi luctentur: alij autem parua quoque pila ludat eo ludo quem dicunt Phe- 70 nidem, maxime in sole. Aliis verò sufficit deambulatio rus euntibus, vel in urbem descen-

dentibus. Quòd si etiam ligonem tractauerint, non est hæc sordida nec illiberalis mercatura æconomica, ad agricolam pertinentis exercitij. Ceterum propemodum oblitus sum dicere, quòd Pittacus ille rex Mitylenæorum molebat, eo utens operis exercitio. Pulchrum est autem etiam aquam per se haurire, & ligna scindere quibus sit usus. Iacob autem pascebat oves Laban quæ relictæ fuerant, regale habens signum, virgam styracinam, quæ per lignum meditabatur naturam mutare in melius. Multis quoque quæ alta voce fit lectio, est exercitium. Iam verò lucta quoque quam selegimus, non assumatur gratia inutilis contentionis & vanæ gloriæ cupiditatis, sed ut viriles excernantur sudores. Neque verò laborandum est in ostentando ea in re artificio, sed recta lucta certandum est, collis, manibus, & lateribus implicatis. Est enim honestior & virilior, quæ cum decoro robore fit hoc modo exercitatio, quæ utilis & conducibilis sanitatis gratia assumitur. Reliqui alij, gymnastica, non liberalium vitæ studiorum meditationem profitentur. Modus autem est ubique attendendus. Quemadmodum enim est optimum labores cibos præcedere: ita supra modum laborare, est & pessimum & laboriosum, & morborum causa. Neque ergo oportet esse omnino ociosum, neque esse omnino nimis laboriosum. Sicut enim de alimento diximus, ita etiam ubique dicendum est in omnibus. Non ad voluptatem luxuriosamque vitæ rationem vitæ agenda est: nec rursus ad contrariam, & quæ nullum habet temperamentum, sed ad eam quæ inter hæc medium tenet locum, estque temperata & moderata, & pura ab utròque vitio, deliciarum scilicet & parcitatis. Iam verò, sicut etiam antè diximus, virtus ea per quam contenti sumus, est exercitium à fastu alienum, & ipsum sibi ipsi calceos induere, & pedes lauare, & oleo unctum seipsum confricare. Porro autem ei quoque qui fricauit, mutuam dare operam, id quoque est communicatiua iustitiæ exercitium: & dormire iuxta amicum ægotantem, quique non potest ipse sibi ministrare, & quæ sunt necessaria egenti apponere. Et apposuit eis, inquit, tribus Abraham prandium sub arbore, & adstitit eis comedentibus. Piscatio quoque, quemadmodum Petro, si nobis superfuerit à disciplinis ocium. Hæc est autem melior piscatio, quam Dominus donauit discipulo, qui tanquam pisces per aquam homines piscari docuit.

1. Pet. 2.
Genes. 30.
1. Pet. 2.
Ibid. 18.
Ioan. 21.
Matth. 4.

COMMENTARIVS IN CAP. X.

*ADOLESCENTIBVS autem sufficit Gymnasium. Postquam docuit Clemens quænam balnea Christianis conueniant, nunc venit ad Gymnasia. Gymnasium autè accipitur, & pro loco in quo publica olim fiebat exercitatio à iuuenibus, & pro ipsa exercitatione. Publicam autem dixi exercitationem, quoniam erant etiam in priuatis balneis, quædam priuata Gymnasia, quo factum est ut & balnea pro Gymnasis, & Gymnasia pro balneis acciperentur. Sed priuata male audierunt, ut quæ viros molles redderent & effeminentarent. Scribit certè Plutarchus in Commentario Quæstionum Romanorum. Non aliud quidquam, ut dicunt Romani, Græcis feruitutem ac mollitiem attulisse, quàm Gymnasia & palestram, quod iis languescant adolescentium animi ac effeminentur. Non de priuatis ergo, sed de publicis exercitationibus intelligit Clemens, cum eas dicit & ad sanitatem conferre, & afferre studium & cupiditatem laudis, adeò ut & bonæ habitudinis curam gerant, & animi magnitudinis. Gymnasia autem seu exercitationes dicuntur labores vehementiores quibus augetur calor innatus, ut fiat corpus cum robustius tum celerius. Hoc autem fit per motum vehementiorem qui immutat anhelitum. Habent autem suas distinctas exercitationes & viri & mulieres: quas hic recenset Clemens, in quibus cum dicit, Neque ad pistrinum ac molendinum accedere esse turpe, videtur alludere ad illud Hesiodi, ἐργουδέ τε δὲν ὀνειδος, id est, Operis non est dedecus vllum. Quando autem dicit, Carpum mendico extendit, accipit carpum qui est pars manus pro tota manu, quam vult à muliere extendi ad eleemosynā dandam pauperi. Inter cæteras autem virorum exercitationes recenset ludum pilæ, quem quidem tanti fecit Galenus, ut etiam de ea proprium ac separatam librum scripserit. Huius autem pilæ ludi est etiam proprius ludendi modus quem Phænida vocant. De quo vide Athenæum lib. 1. cap. 8. De Pittaco autem qui fuit & Rex Mitylenæorum, & vnus ex septem Sapientibus, quod ipse quidem moluerit nihil legi. Sed de eo scribit Ælianus in lib. de varia historia, quòd molam magnis laudibus extulerit, & hoc eius encomium decantari, quòd in exiguo loco multi se possent exercere, extatque eius cantilena, quæ ob id Epimylios dicitur. In ea est eius iocus, quod pistrinæ veterem ad corrigendos fontes plurimum valere viderentur, re vera tamen mola ipsa vitæ hominum exitit vtilissima. Quod autem dicit Clemens Iacob pascere relictas oves Laban, habentem virgam styracinam, quæ per lignum meditabatur naturam mutare in melius, ingenue fateor me non intelligere, nisi accipiatur allegoricè. Fortasse enim intelligit

Ælia. lib. 4.

intelligit Iacob fuisse figuram Christi. Iacob pascebat oves habebat virgam. Per virgã autem intelligit baculum: per baculum intelligitur Crux quam portabat Christus, qui est princeps Pastorum. Ea est autem signum regale & tanquam sceptrum regis. Idem autem Christus est & Rex & Princeps Pastorum. Baculus ille Iacob per lignum meditatur mutare naturam, cum oves albas mutat in oves varias & diuersi coloris. Christus per sanctã crucem suam, quæ perierat restituit naturam, & omnia instaurauit tam in cælo quàm in terra. Hactenus videtur satis procedere allegoria. Sed cur virgam dicat Styracinam, quam non legitur habuisse Iacob, nec legi, nec possum diuinare. Rectam autem luctam intelligit, qua absque vlllo artificio cõcertatur totis viribus, brachiis, manibus & collo implicatis. Quod autem scribit modum ubique esse seruandum, videtur esse sumptum ex Prouerbio; Ne quid nimis, quod Diogenes Laertius tribuit Pithagoræ, Aristoteles verò Bianti. De eo vide Erasimum in Adagijs μετὲρ πάντων ἄριστον, Mensura est rerum omnium optima ait Phocylides. Et Horatius in Epist. Est modus in rebus sunt certi denique fines, Quos vltra curaque nequit consistere rectum. Illud autem; Optimum esse laborem debere cibum præcedere, sumptum est ex Aphorismis Hippocratis: Dicit enim Hippocrates, labor cibum præcedat. Idem quoque dicit laborem & exercitationem esse debere moderatam, & omnia moderata. Optimum quidem est moderate exerceri: immoderate autem exerceri pessimum. Eleganter etiam dicitur à Clemente αὐτοπραξία, id est virtutem per quam nobis ipsis sumus contenti, nec aliorum desideramus ministerium, esse exercitium à fastu alienum. Fastus enim est vbi est multa ministrantium famulorum turba. Sed qui sibi per se ministrat, neque aliis indiget, & seipsum exercet. Piscatio quoque est honesta exercitatio qua capiuntur pisces, sed piscatio est omnium optima, qua non pisces capiuntur, sed homines. Ea est Verbi Dei prædicatio, qua Christus fecit Petrum piscatorem hominum, ut qui suis prædicationibus homines attraheret in nauem Ecclesiæ.

Compendiosa optimæ vitæ pertractatio. Cap. XI.

VOCIRCA & aurum gestare, & molliori vti veste, non omnino rescindendum est: sed frænandæ sunt rationis expertes appetitiones, ne per nimiam dissolutionem abripietes nos ad mollem ac luxuriosam vitam impellant. Quæ enim in satietatem impingunt delitiæ, mirandum in modum exultant, pilisque horrentes frænum mordent, aurigamque ac pædagogum excutiunt, qui procul habenas tenens ac flectens, equum humanum fert & agit ad salutem: animæ scilicet partem à ratione alienam, quæ in voluptates, & vituperandas appetitiones, & gemmas, & aurum, & vestem variam reliquumque luxum efferatur. Illud autem memoria maximè tenendū est, quod sanctè dictum est: Conuersationem vestram in gentibus habentes honestam, ut in quo de vobis malè loquuntur, tanquam maleficis, ex honestis operibus suspicientes, Deum glorificent. Nobis ergo concedit Pædagogus vti veste simplici ac tenui, albo colore, uti diximus, ut non arti varieganti, sed naturæ generanti, nos accommodantes, quicquid est fallax, & veritatem ementitur repellentes, quod est simplex & vniuersi modi veritatis amplectamur. Nimis luxuriose ac delicatè viuentem reprehendens Sophocles dicit:

Amictæ fœminarum vestibus, quas histriones referunt. Quemadmodum enim militis & nauta, ita etiam pudica fœminæ est propria vestis, quæ minimè est elaborata, & est decora ac munda. Vnde etiam quæ in lege per Moysen de lepra est lata lex, reiicit id quod est varium, & multis maculis notatum, perinde atque nefarium, ut quod sit serpentis variis squamis simile. Eum ergo qui varietate colorum minimè efflorescit, totus autem à vertice capitis vsque ad extremos pedes est candidus, mundum esse statuit, ut quemadmodum in corpore, varia quoque ac versipelli relictæ mentis affectione, qui non est varius, nec anceps, simplicem veritatis colorem diligamus. Qui autem in hoc quoque Moysis est imitator longè optimus Plato, illam texturam admittit, cui non amplius operis est adhibitum, quàm pudica mulier postulet. Albi verò colores honestati conueniunt. Alibi quoque dicit: Et in textura non adhibere tincturas præterquam ad ornamenta belli. Pacificis ergo hominibus & lucidis album conuenit. Quemadmodum ergo signa quæ ad causas proximè accedunt, si adsunt ipsum rei effectum significant, vel potius indicant: quemadmodum fumus quidem ignem, bonus autem color bonusque pulsus sanitatem: ita etiam talis qui est apud nos amictus indicat qualis sit nostrorum morum constitutio. Pura autem est & simplex moderatio & temperantia, quo-

1. Pet. 2.
Leuit. 13.

niam munditia quidem est habitus puram vitæ rationem, & non mixtam turpibus præparans. Simplicitas autem est habitus, qui tollit superflua. Vestis autem solida, & maxime quæ fullonem minimè est experta, intus coerces calorem qui est in corpore, non quod vestis in se habeat calorem, sed quod qui est in corpore exeuntem reuocet, & ei non præbeat exitum. Quod si etiam aliquis in ea fortè insit, ipsum in se comprehensum continet, & ab ipso excalesfactus corpus vicissim calefacit: quapropter hyeme ea maximè est utendum. Ea autem est facilis: facilitas autem est habitus, ab iis quæ sunt superflua alienus, qui ad hoc ut nihil desit, suscipit ea quæ sufficiunt ad numerum eorum quæ pertinent ad sanitatem, & ad beatam vitam. Porro autem utatur etiam femina veste frugali & honesta, magis autem molli quàm viro conueniat, sed non quæ pudorem omnino abiecerit, nec planè mollitie diffuat. Congruant autem vestes ætati, personæ, figuris, naturæ, studiis. Pulcherrimè enim nobis præcipit diuinus Apostolus, ut Iesum Christum induamus, & ne carnis curam geramus, in desideris. Prohibet etiã Verbum, ne vim naturæ afferentes auriculas perforemus. Cur enim non itidem narem? ut illud etiam impleatur quod dictum est: Quemadmodum in-
 10 auris in nare suis, ita mala mulieri pulchritudo. In summa enim, si quis auro ornari existimet, is est auro inferior: qui est autem auro inferior, is non est eius dominus. Se autem Lydioramento minus esse honestum & inferiorem fateri, quomodo non est absurdissimum? Quemadmodum ergo polluitur aurum immunditia suis cænum rostro suo conturbatis, ita quæ sunt paulò magis luxui dedita mulieres, si à nimis copiis inuitentur ad libidinem & impudicitiam, probro ac dedecore veram afficiunt pulchritudinem, eam inquinamentis Veneris polluentes. Dat ergo eis annulum aureum, nec eum quidem ad ornatum, sed ut ea
 20 obsignent quæ domi digna sunt quæ custodiantur, propterea quod seruanda domus cura ad eam pertineat. Si enim rectam Pædagogi institutionem omnes propè sequerentur, nihil opus esset signaculis, cum omnes essent ex æquo iusti & serui & domini. Sed quoniam ignorantia & mala educatio præbet occasionem propensionis ad iniuriam, fuit opus sigillis. Sed nonnunquam etiam de illa seuera & accurata vitæ ratione est aliquid remittendum: nonnunquam enim est illis concedendum, quæ in coniugem minus continentem incidunt, ornari, ut marito suo placeant. Hic autem eis constituatur terminus, ut à solis suis
 40 maritis laudari, & eis placere ambiant. Atque ego quidem nollem eas corporeum exercere decorem, sed eos quibus nupserunt pudico in maritos amore inducere, qui quidem est violentum & iustum medicamentum: sed quoniam infelicis & misera volunt esse anima, permittatur, ut si pudica & casta esse velint, à ratione alienas maritorum cupiditates & appetitiones paulatim leniant ac sedent. Ipsi autem ad frugalitatem sensim sunt inducendi, paulatim assuefaciendo ei quod est moderatius ac temperatius. Honestas enim non eius quod est importunum & immodicum adiectione, sed eius quod est superuacaneum detractione accedit. Ea ergo quæ à feminis ad luxum comparantur, ab eis tanquam pennæ sunt detrahenda, ut quæ instabilem superbiam ac mollitiem inanèsq; voluptates procreent, quibus excitata & quodammodo alata, sæpe resiliunt à matrimoniis. Quocirca feminae honestè ornanda, & pudico pudore sunt astringenda, ne à veritate propter mollitiem diffuant. Atque honestum quidem est ut viri uxoribus suis fidem habentes, eis domus custodiam permittant, ut quæ eis ad id data sunt opitulatrices. Quod si oporteat nos quoque, qui rempublicam gerimus, & in agris etiam alia opera exercemus, & sæpe etiam sumus
 60 sine uxoribus, nonnulla ut sint tutiora obsignare, dat nobis quoque unum ad hoc signaculum: alij autem sunt abiiciendi annuli: nam ut vult Scriptura, Aureus prudenti mundus est disciplina. Quæ aurum autem gestant mulieres, mihi videntur timere, ne si quis aurum ab eis abstulerit, existimentur ancillæ, ut quæ non sint ornata. Nobilitas autem
 veritatis,

Rom. 13.

Prou. 12.

Prou. 8.

veritatis, quæ in eo quod est natura pulchrum ac honestum in anima diiudicatur, non emptione & venditione, sed illiberali mente seruum discernit. Nobis autem non videri, sed liberos esse conuenit, qui à Deo quidem tanquam Pædagogo instituti, à Deo verò adoptati sumus. Et ideo & status, & motus, & incessus, & vestitus, & vniuersa, ut semel dicam, vita est quàm maximè liberalis suscipienda. Sed neque est viris annulus in articulo ferendus: hoc enim est muliebri: sed in paruo digito, atque adeo in extremum eius est
 10 mittendus: ita enim erit manus maximè expedita ad operandum in iis in quibus ea egemus: neque facile excidet sigillum, quod maiore articuli ligamento custoditur. Sint autem nobis signacula, columba, vel piscis, vel nauis quæ cursu celeri à vento fertur, vel lyra musica, quæ vsus est Polycrates, vel anchora nautica quam insculpebat Seleucus: & si sit piscans aliquis, meminerit Apostoli, & puerorum qui ex aqua extrahuntur. Neque enim idolorum sunt imprimendæ facies, quibus vel solum attendere est prohibitum: sed nec ensis, vel arcus, iis qui pacem sectantur: nec pocula, iis qui sunt moderati ac temperantes. Multi
 20 autem libidinosi nudatos eos habent quos amant, vel amicas, ut ne si velint quidem, possint affectionis amoris obliuisci, quod libido & intemperantia eis perpetuò in mentem reuocetur. De pilis autem ita videtur. Virorum quidem sit rasum caput, nisi fortè pilos habeat crispus: mentum autem hirsutum. Intorti autem capilli ne à capite nimium demittantur, in comam muliebrem dilabentes: viris enim barba sufficit. Quod si quis etiam barba non nihil tondeat, ea tamen non est omnino denudanda, est enim turpe spectaculum: barbæque ad cutem vsque tonsus, non videtur multum abesse à vulsione & laeuore. Iam enim
 30 Psalmographus barbæ coma delectatus: Sicut unguentum, inquit, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Is cum barbæ conduplicatione decorem laudasset, vultum exhilarauit unguento Domini. Quoniam autem non decoris gratia tonsus, sed propter circumstantiam accipitur, pili quidem capitis, ne si crescant, descendentes visum impediunt, & fortè qui in superiori parte labri inter comedendum polluantur, sunt tondendi, non nouacula, est enim illiberalis, sed tonsorum forficibus. Barbæ autem pili, qui nihil molestiæ afferunt, non sunt vexandi, ut qui vultui grauitatem afferant, & paternum quendam terrorem incutiant. Porro autem multos quoque docet non peccare figura & habitus, ne facile deprehendantur. Iis autem qui nolunt manifestè peccare, latere figuram & non esse insignè, est gratissimum. Quod veriti ij quibus licet peccare, propterea quod non cognoscantur, multis assimilati ut securè possent peccare sunt consecuti. Non solum autem seuerum vultum facit capillorum raritas, sed etiam efficit ut minus facile ledatur cranium, cum & frigori & æstui ipsum assuefaciat, & incommoda quæ ab eis proficiscuntur repellat, quæ
 50 quidem coma instar spongiæ in se recipiens, perpetuam ex humore noxiam cerebro instigit. Mulieribus autem crines mollire sufficit, & tenui aliqua fibula comam adnectere frugaliter, simplici cultura pudicas comas in veram & germanam pulchritudinem alentibus. Meretricij enim pilorum plexus, & catenarum nexus, cum eas deformes reddunt, tum etiam pilos diserpunt, artificiosis insertis vinculis euellentes: quo fit ut ne sua quidem tangant capita, ne capillos confundant pertimescentes. Quinetiam non sine metu eas inuadit somnus; dum timent ne textura figuram imprudentes spolient. Alienorum autem capillorum appositiones sunt omnino reiicienda, & externas comas capiti adhibere est maximè
 60 impium, quæ mortuis pilis cranium induunt. Cui enim manum imponit presbyter? Cui autem benedicet? Non mulieri quæ est ornata, sed alienis capillis, & per ipsos alij capiti. Si autem mulieris quidem caput est vir: viri autem caput est Christus: quomodo non est impium eas in duplex peccatum incidere? Nam per exuperantem comam viros decipiunt: Dominum autem quantum in ipsis situm est, dedecore afficiunt, dum meretriciè ornan-

Psal. 132.

1. Cor. 11.

tur in fraudem veritatis, & caput quod verè pulchrum est maledictis incessunt. Non sunt ergo pili tingendi, nec cani colorandi. Neque enim vestem variare concessum est: & maxime ætatis senium, & id cui magna fides habetur, non est tegendum. Dei autem decus in lucem est proferendum, ad hoc ut id honorent adolescentes. Cùm enim impudenter se gerentibus apparuerit aliquando Pædagogi instar canicies, eos traduxit ad modestiam, & visus fulgore iuuenilem terret & reprimat cupiditatem: sed neque earum vultibus sunt callidæ sapientiæ illecebræ illinendæ. Pudicum autem eis ornatum ostendemus. Pulchritudo enim optima primùm est pulchritudo animæ, ut saepe significauimus, quando fuerit anima ornata sancto Spiritu, & iis quæ ab eo oriuntur inspirata letitiis, iustitia, prudentia, fortitudine, temperantia, bonorum amore & pudore, quo nullus color nitidior unquam visus est. Postea autem exercetur quoque pulchritudo corporis, commoderatione partium & membrorum cum bono colore. Hic est sanitatis aptus & compositus ornatu, per quem ficti simulachri accedit ad verum transitus, conuenienter figuræ quæ à Deo data est. Ad ornatum autem secundum naturam magno prædita est artificio potus temperatura, & cibi commoderatio. Non solum enim corpus ex his sanitatem obtinet, sed etiam facit ut ex his appareat pulchritudo. Ex eo enim quod est ignitum, fulgor & splendor accedit: ex humido autem, nitor & gratia: ex sicco autem, virtus & stabilitas: ex aère autem, spirandi facilitas, & par æquilibrium: ex quibus concinna hæc & pulchra verbi seu rationis statua est ornata. Sanitatis autem liberalis flos est pulchritudo: sanitas enim intus operatur, exterius autem efflorescens pulchritudo bonum colorem manifestè ostendit. Pulcherrimæ ergo & saluberrimæ vitæ agenda rationes, corpora exercentes, germanam & firmam efficiunt pulchritudinem, calore in se attrahente & omnem succum & frigidum spiritum. Ad se autem trahit caliditas ventilata motibus: postquam autem attraxerit, sensim calefacta & diffusa per ipsas carnes exhalat nutrimenti abundantiam, aliquanta quidem humiditate, sed insigni caliditate: & ideo prius quoque exinanitur nutrimentum. Corpori autem immobili deuoratus cibus minimè adhaerescit, sed excidit: quemadmodum à frigido clibano panis, vel totus, vel solum fundum relinquens. Iurè ergo iis qui per exercitiorum abstersiones non excernunt, & vrina & stercora redundant. Redundant etiam eis alia excrementa, & præterea sudores, cùm alimentum minimè distribuatur corpori, sed effundatur in ea quæ sunt superuacanea. Hinc etiam ad partes genitales excitantur libidines, cùm commoderatis motibus affluat superfluitas. Quocirca liquefacere oportet hanc superfluitatem, & eam effundere in concoctionem, per quam rubescit pulchritudo. Est autem absurdum eos qui facti sunt ad Dei imaginem & similitudinem, tanquam archetypum exemplar contemnentes, externum ornatum inducere, improbum humanum artificio Dei artificio præferentes. Iubet autem pædagogus eas in vestitu honesto cum pudore & modestia se exornare, subiectas viris propriis, ut etsi qui verbo non pareant, per uxorum conuersationem absque verbo lucrifiant. Cùm viderint, inquit, castam vestram quæ est in verbo conuersationem. Quarum sit non qui est extrinsecus plicaturæ vel auri appositionis, vel vestium indumenti ornatus, sed occultus cordis homo in incorruptibilitate mitis & quieti spiritus, qui est coram Deo preciosus. Quæ autem à mulieribus per se fit operatio, eis veram & maxime germanam affert pulchritudinem, ut quæ earum corpora exercent, & ipsas per se ornet: non ab aliis laboratum immundum mundum sordidum ac illiberalem & meretricium afferens, sed mundum vniuscuiusque pudicæ mulieris, qui per manus eius, quando maxime opus fuerit, suppeditatur & textitur. Neque enim unquam conuenit iis quæ ex foro emuntur, sed propriis ac domesticis videri ornatas operibus, quæ ex Dei legibus vitam suam instituunt. Res est enim pulcherrima, mulier domus custos, quæ & se & maritum

maritum proprijs ornamentis induit, per quæ omnes exultant, filij quidè, propter matrem, maritus autem propter uxorem, ipsa autem propter eos, omnes autem propter Deum. Vt paucis igitur dicam, virtutis penus est fortis mulier quæ cibos otiosa non comedit: eleemosynæ autem leges sunt in ore eius, quæ os suum sapienter & legitime aperuit. Quam beatam dixerunt filij surgentes, maritus autem eius laudauit, ut sanctum Verbum dicit per Solomonem. Mulier enim pia benedicitur, ipsa autè laudet timorem Domini. Et rursus: Prouer. 31.
 10 Mulier fortis corona est marito suo. Corrigendæ autè sunt quàm maxime & figuræ & Ibid. 12.
 aspectus & incessus & voces. Non enim eas ita se gerere oportet ut nonnullæ, quæ gestus comædiæ imitantur, & saltatorum fractos motus seruantes, effæminatæ motibus, mollibusq; ingressibus & fictis vocibus veluti in prosceniū prodeunt, scintillantibus oculis intuetes, ad inescadum voluptatè instructæ. Mel enim à labris meretricis distillat, quæ loquens ad gratiã guttur suum impinguat: ceterum id quidem certè postea felle inuenies amarius, & magis acutum quàm gladiū ancipitem. In sapientiæ enim pedes deducunt eos qui illa utuntur post Ibid. 5.
 20 mortè ad inferos. Generosum quidem Sampsonem vicit fornicaria: & virum suum totum Iudic. 14.
 dit amica. Sed non ita conculcauit Ioseph alia mulier, victa est autem Ægyptia fornicatrix; & vincula accipiens temperantiæ potètiore apparet soluta potestate. Optimè autem Ibid. 16.
 habere videtur id quoque quod dictum est. In summa, nescio ego susurrare, neque fractus Genes. 39.
 in obliquumque reflexo collo ingredi, quemadmodum alios hic cinædos multos video in ciuitate, vulfosque ac picatos. Muliebres autem motus, luxus, & delitiæ sunt omnino arcendæ. Mollis enim in incedendo motus, effæminatæque & eneruatè ingredi, ut ait Anacreon, sunt valde meretriciæ. Vt mihi certe videtur, dicit Comædia, meretricia quidem Matth. 5.
 30 vestigia relinquere speciem & delitias. Fornicatoria autem vestigia minimè figuntur in veritate, vias enim vitæ non ingrediuntur: sunt autem lubrica ac periculosa eius orbita, & quæ non sunt cognitu faciles. Porro autem oculis maxime parcendum est, quoniam melius est labi pedibus quàm oculis. Dominus itaque quàm fieri potest compendiosissime medetur huic vitio: Si te tuus, inquit, scandalizat oculus, excinde eum, ex imo euellens cupiditatem: lasciui autem aspectus, & versatilibus ac tanquam coniuuentibus oculis Matth. 5.
 40 tueri, nihil est aliud, quàm oculis mæchari, cùm per eos cupiditas prima inecat pugna præludia. Nam ante totum corpus corrumpuntur oculi. Pulchra autem seu bona contemplas oculus, cor letificat: hoc est, qui rectè contemplari didicit, letitia afficit. Oculo autem Prouer. 10.
 annuens cum dolo, viris congregat molestias. Talem utique effæminatam Sardanapalum, regem Assyriorum, in lecto pedibus sursum sublatis sedentem, purpuram carpentem, & albuginem oculorum versantem, introducunt. Quæ hæc exercent mulieres suo intuitu suis ipsarum lenæ sunt: Lucerna enim corporis tui est oculus, inquit Scriptura, per quem Matth. 6.
 50 parent interna, luce quæ cernitur illustrata. Fornicatio autem mulieris est in eleuatione oculorum. Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, passionem, cupiditatem malam, & auaritiam, quæ est idolorum cultus, propter quæ venit ira Dei super filios inobedientiæ, clamat Apostolus. Nos autem animi perturbationes suscitamus, & non erubescimus: alia quidem ex ijs mastichen deuorantes, obeuntes; diductis labris arident ijs qui ad eas accedunt: alia verò, perinde atque si digitos non haberent, fibulis quas ferunt, capita scalpentes, deliciantur, & ut eas vel ex testudine, vel ex elephate, vel ex aliquo alio animali mortuo factas habeant magno studio procurant: alia autè, tanquàm quæ pullulantes aliquos habeant flores, ut decoræ videantur aspectantibus, illitis ornata coloribus vultus suos commaculant. Stultam & audacem per Solomonem huiusmodi Prouer. 9.
 vocat mulierem, quæ nescit verecundiam: Sedit in foribus domus suæ apertè super selam, vocans eos qui in via prætereunt, eos scilicet qui vias suas dirigunt. Vocat autem

eos per suam speciem & vniuersam vitam, dicens, scilicet: *Quis est vestrum stultissimus? ad me declinet. Iis autē qui egēt prudētia, præcipit dicens: Absconsos panes iucūdē tangite, & dulcem furti aquam: furtiuam hanc dicit venerem: Hinc adiutus Bæotius Pindarus, est dulce, quid inquit? furtiua cura veneris. Miser autē nescit quod serpentes apud eam habitant, & quod vadat ad laqueum inferi. Sed resiliat, inquit Pædagogus, neque in loco diutius habitet, neque in eam tuos defigas oculos: ita enim aquam alienā traicies, & transibis Acherontem. Quamobrem hæc dicit Dominus per Esaiam: Propterea quod ambulauerūt filia Sion erecto collo, & in nutibus oculorū, & simul cum incessu trahentes tunicas, & pedibus ludentes, humiliabit Deus filias Sion, & reuelabit figuram earum, figuram indecorā. Ego quidem cēseo ne ancillas quidem quæ probas sequuntur feminas, oportere turpia dicere aut facere: sed ipsas debere castigari à dominis. Acerrimē itaque & ad reprehendendum appositisimē dicit Comicus Philemon: Cū liceat post mulierem liberam respicientem retro sequi ancillā pulchram, & ex Platæico consequentem quempiam nictare, & eam limis intueri. In dominā enim retorquetur ancilla intemperantia, quæ cōcedit ut qui minora ag-
 10
 grediuntur, non vereantur ad maiora cōscendere, cū eo quod ignoscat turpibus, domina præ se ferat se eam non damnare. Non succensere autem iis qui se dedunt libidini, est indicium animi ad similia propensi. Qualis enim est domina, talis est (ut dicitur in proverbio) catella. A deambulatione autem nobis procul est amandandus furiosus incessus, sed honestus & lentus nobis est eligendus, non autē nimis tardus. Sed neque in via oportet labascere, nec supina ceruice obuios respicere, an ipsum aspiciat, tanquā pompam in scenam traducētem, & annulos ostentantē: nec si in locum decliuorem detrudatur, eos oportet à famulis in pri-
 15
 stinū locum reduci, ut nonnullos videmus deliciores qui videntur esse robusti, sed sunt à mollitie animi effeminati. In fortis autem viri vultu nullum oportet esse signum mollitie, sed neque in vlla parte corporis. Neque ergo in motu neque in habitu inueniatur unquam magni & excelsi animi dedecus. Neque verò tanquam iumentis famulis est utēdum ei, qui fuerit sanæ mentis. Quemadmodū enim illis præcipitur, ut cum omni metu dominis, nō
 20
 solum bonis & clemētibus, sed morosis etiā & prauis, ait Petrus, subiiciatur: ita equis, & patientia, & benignitas dominis pulchrē cōuenit. In summa, estote, inquit, omnes vnanimes, misericordes, fratrum amantes, bonis visceribus præditi, humiles, & quæ sequuntur, ut bonæ cuiusdā & amabilis hæredes sitis benedictionis. Adolescētula imaginē volens describere Zeno Cittæus, eam ita effingit: Sit, inquit, pura facies, superciliū nō demissum, nec oculus sublimis, neque fractus, ceruix minimē supina, nec remissa mēbra corporis, sed erecta, & si-
 25
 milia ei recto tono, qui est in tonis: sit in sermone acumen, & bona eorū quæ dicta fuerint memoria & compræhētio, habituq; & motus qui nullā spē præbeat impudicis. Resideat quidē in vultu pudor, & viraginē aspectu præ se ferat. Procul autē absit caligo myropolariū, aurificū, lanificum, caterarūque officinarū, in quibus ornato meretricio ornata, tāquam sedētes in prostibulo, totū diem transigunt. Sed neque viri in tonstrinis & cauponis versantes, suanibus blandisque verbis nugentur, & assidentes mulieres cessent quandoque venari, qui etiam ut risum moueant non cessant multos maledictis appetere. Iam verò prohibendus quoque est tesserarum ludus: & præterea ex talorum ludo lucri studium, quod nonnulli acriter persequuntur. Talia eis bile vexatis minimē recōditæ inueniuntur delitiæ: causa au-
 30
 tem est ocium. Amat autem quispiā inania quæ sunt à veritate seiuncta: neque enim aliter possunt recreare animum absque damno. Vniuscuiusque autem hominum mentis imitatio est vitæ electio. Caterum, ut est consentaneum, ea demum vitæ prodest consuetudo, quæ intercedit cum viris bonis. Rursus autem vsum vitæ cum improbis hominibus planē suillū, agnoscens sapientissimus per Moysen Pædagogus, seniori populo porcis vesci prohibuit: si-
 35
 gnificans*

Leuit. 11.
Deut. 14.

gnificans non oportere eos qui Deum inuocant, cum impuris versari hominibus, qui porcorum instar corporalibus voluptatibus, obscenisque cibis, & impudicis titillationibus prurientes, damnosa veneris voluptate perfunduntur. Sed neque miluium, raptōque vescentem auem, & aquilam dicit esse comedendam: Non appropinquabis iis, inquit, qui rapina victum sibi comparant. Porro autem alia quoque similiter eandem habent allegoriam. Cum quibusnam autem, nempe iustis, vitæ habenda sit coniunctio: rursus dicit per allegoriam: Quicquid enim bifidam habet ungulam, & ruminat, est mundum. Quod
 10
 bifidam enim habet ungulam, & in equilibrio stantem ostēdit iustitiā: ruminantē, propriū iustitiæ nutrimentum, nempe Verbum, quod extrinsecus quidem ingreditur per catechesin tanquam per nutrimentum: ex cogitatione autem tanquam à ventre ad rationalem reminiscentiam intrinsecus reuocatur. Ruminat autem iustus spirituale nutrimentum, cū Verbum habet in ore. Bifida autem iurē est iustitia, ut quæ & hic sanctificet, & in futurum transmittat seculum. Non ducet ergo nos Pædagogus ad spectacula: nec inconcinne
 20
 stadia & theatra pestilentia cathedram quis vocauerit: nam hic quoque scelestum est consilium, quemadmodū aduersus iustum, & ideo maledictis deuocetur quod aduersus ipsum initur concilium. Magna itaque confusione & iniquitate pleni sunt hicæus, & occasio conuentus causa est turpitudinis, cū viri & femina permixtim conueniunt, alter ad alterius spectaculum. Hic perperam iam agit concilium. Dum enim lasciuunt oculi, calescūt appetitiones, & oculi proximos impudentiū respicere assueti, quod concessum ocium habeant, intendunt cupiditates. Prohibeantur ergo spectacula & acroamata, quæ nequitia,
 30
 verbisque obscenis & vanis temerē profusis plena sunt. Quod enim turpe factum non ostenditur in theatris? quod autem verbum impudens non proferunt qui risum mouēt scurra & histriones? qui autem ex vitio quod in se est delectationem aliquam perceperunt, euidentes domi imagines imprimunt. Contrā autem qui his demulceri & affici nequeunt, in ignauis voluptatibus minimē prolabantur. Nam si dixerint, pro ludo assumi spectacula ad recreandos animos: dicemus non sapere ciuitates, quibus ludus habetur pro re seria. Neque enim ludi sunt inanis gloriæ cupiditates, quæ ad morte afficiendum adeo sunt immiseri-
 40
 cordes. Sed neque vana studia & inconsiderata ambitiones, & præterea suarum facultatum impense. Neque verò quæ his de causis excitatur seditiones amplius sunt ludi. Vano enim studio nunquam emendum est ocium: neque enim qui sapit, id quod est iucundum, ei quod est melius prætulit. At non omnes, inquit, philosophamur. Num ergo & omnes ad vitam accedimus? Quid tu dicis? quomodo ergo credidisti? Quomodo autem iam Deum amas & proximum, si non philosopharis? quomodo autem teipsum amas, si vitam non amas? Literas, inquit, non didici. Sed si non didicisti legere, non est quod de au-
 50
 ditu te possis excusare, quod non possit doceri. Fides autem non sapientum secundum mundum, sed eorum qui secundum Deum sunt sapientes, est possessio. Illa autem etiam absque literis discitur. Eius autem scriptura quæ & ad rudes ignarosque homines pertinet, & est diuina, vocata est charitas, quæ est decretum spirituale. Licet autem diuinam quidem audire sapientiam, & licet in administranda versari republica: quin etiam quæ sunt in mundo honestè ex Dei sententia auferre minimē est prohibitum. Qui
 60
 aliquid vendit aut emit, eorum quæ à se venundantur aut emuntur, nunquam duo dicat pretia. Vnum autem ac simplex dicens, & vera studens dicere, si id non consequatur, dum veritatem assequitur, diues est recta animi affectione. Absit autem omnino reprehendendum iniurandum ab eo quod venditur. Absit autem etiam in aliis iniurandum, & ita philosophentur negotiatores forenses & caupones. Non assumes nomen
 Dei tui in vanum: neque enim eum mundauerit Dominus, qui nomen eius in vanum

Deut. 14.

Exod. 20.

assumit. Eos autem qui prater hæc faciunt, qui sunt auari, mēdaces, hypocrita, qui veritatem cauponantur, ex paterna aula repulit Dominus, nolens sanctam domum Domini esse domum iniuste negociationis, vel verborū, vel possessionum quæ ex terrena sunt materia. ¹⁰ In Ecclesia autem venire oportet virum & mulierem, honestè indutos, nō simulato incessu, silentium amplectentes, charitatē non fictam possidentes, castos corpore, castos corde, ad Deum rogandū aptos. Hoc amplius habeat mulier: semper tecta sit, nisi fuerit domi. Est enim honestus habitus, & ex quo nihil possit offensionis suscipi. Ipsa enim nunquam labetur, si & verecundiam & vestem ante oculos posuerit: nec ad peccati lapsum alium pro-
¹⁰ uocabit, dum vultum suum aperit. Hoc enim Verbum requirit, quandoquidem conuenit eam tectam orare. Dicunt autem Aeneæ uxore propter insignem honestatē, ne cum Troia quidem caperetur perterritam se detexisse: sed etiam dum ab incendio fugeret, mansisse co-
¹⁰ opertam. Oporteret autem tales in tota vita & videri & effingi eos qui Christo inician-
¹⁰ tur, quales se in ecclesiis ad grauitatem & honestatem componunt, & esse, non autem videri esse tales, adeo mites, adeo pios ac religiosos, adeo charitati deditos. Nunc autem, nescio
¹⁰ quomodo, vnā cum locis figuram, habitumque & mores mutant, non secus atque Polypos dicunt petris quibus adhaerescunt assimilatos, videri quoque colore esse tales. Postquam ita excesserunt à congregatione, deposita illa quæ in ea erat diuina inspiratione, multitudini cum qua versantur assimilantur: vel potius deposita falsa ac simulata grauitatis persona, deprehenduntur quales esse ignorabantur: & cum qui de Deo habitus est sermonem venerati fuerint, eum illic relinquunt ubi audierant, foris autem impiis modis & amatoris canticis se oblectant, tibi arum cantu, plausu, temulentia, & quouis cæno ac sorde oppleti.
¹⁰ Hoc autem dum cantant & recantant, ij qui immortalitatem antea celebrabant, tandem perniciosissimam mali malè canunt palinodiam, Comedamus & bibamus, cras enim morimur. Ij autē non cras verè, sed iam Deo mortui sunt, sepelientes suos mortuos, hoc est, seip-
¹⁰ sos in mortem infodiētes. ¹⁰ Eis autem fortiter resistit Apostolus, dicens: Ne erretis, neque adulteri, neque molles, neque masculorū cōcubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, & quæcunque alia his adiungit, regnum Dei possidebunt. Præterea in regnum Dei vocati sumus, dignè regno ambulemus, Deum diligentes & proximum. Dilectio autē non in osculo censetur, sed in beneuolentia. Illi autem nihil aliud osculo quàm ecclesias conturbant, cum ipsam non habeant intus amicitiam. Etenim hoc utique turpē mouit suspicionem & maledicentiam, quod impudenter osculo uterentur, quod esse oportebat mysticum. Id sanctum vocauit Apostolus. Dum dignè gustatur, regnum ore modesto & clauso beneuolentiam animi ostendamus, per quod maximè se exerit mansuetudo morum. ¹⁰ Est autem aliud quoque osculum incestum, veneno plenum, sanctitatem simulans. An nescitis quod etiam phalangia, si ore tantum tangant, graues dolores hominibus afferant? ¹⁰ Oscula autem impudicitia sæpe virus immittunt. ¹⁰ Manifestum itaque nobis euasit, osculum non esse dilectionem: dilectio enim est Dei. Hæc est autem dilectio Dei, inquit Ioannes, ut mandata seruemus: non ut nos inuicem ore demulceamus: & mandata eius graui non sunt. Ceterum eorum quoque qui sunt dilecti in via salutationes, qui volūt per res externas euadere manifesti, ne minimam quidem habēt gratiam. Si enim in adyto mysticè Deū orare cōuenit, consequēs fuerit proximum quoque, quem secūdo loco iubemur diligere, similiter atque Deum, mysticè intus amanter ac benignè alloqui, tempus redimētes: nos enim sumus sal terræ. Qui autem amico mane alta voce benedixit, ab eo qui execratur & maledicit nihil videtur differre. ¹⁰ Videtur autem super omnia esse auersandus mulierum aspectus: non solum enim si tangantur, sed etiam si spectentur, potest peccari: quæ maximè vitare oportet eos qui rectè & sincerè constituuntur. Oculi enim tui recta videant, supercilia autem

Matth. 11.

Cor. 1. 11.

Esa. 22.

1. Cor. 5.

Matth. 8.
Luc. 9.

1. Cor. 6.

1. Theff. 2.

Ioan. 5.

Ephes. 6.
Coloss. 4.
Matth. 5.

cilia autem recta annuant. Et si enim fieri potest ut qui viderit se fortiter gerat, veruntamen cauendum est ne cadat: fieri enim potest, ut qui viderit, labatur: sed fieri non potest, ut qui non viderit, concupiscat. Non solum enim pudicos ac temperantes satis est esse puros, sed etiam danda est opera, ut quod est extrinsecus, sit ab omni reprehensione & vituperatione alienum, omni exclusa suspicionis causa, ut in summam quandam contrahatur castitas, nempe ut non solum simus fideles, sed etiam fide digni. Etenim hoc quoque cauendum est, ut ait Apostolus, ne quis nos reprehendat: Prouidentes enim, inquit, bona non solum coram Domino, sed etiam coram hominibus. Auerte autem oculum à muliere gratiosa, & ne discas alienam pulchritudinem, inquit Scriptura. Et si causam roges, ipse tibi enarrabit: In pulchritudine enim mulieris multi sunt seducti, & ex ea, tanquam ignis, accenditur amicitia, quæ ad ignem nunquam cessaturum deducit propter peccatum: amicitia, inquam, quæ ex igne oritur, quam appellarunt Amorem.

Legitur etiam
iam istiusmodi
habitu fideles.
Rom. 12.
Eccles. 9.

20

COMMENTARIUS IN CAP. XI.

* QUOCIRCA & aurum gestare, & molliori vii veste. Postquam multa singulatim dixit de vita à Christiano agenda conuenienter Verbo & rationi, breuem & compendiosam nunc vult de Optima vita facere tractationem, non pauca repetens ex iis quæ dixit superius. Quoniam autem ex iis plurima non egent vlla explicatione, in iis tantum immorabimur quæ sunt vel minus dilucida, vel aliquam desiderant adnotationem. Atque cum de auro non gestando à mulieribus, & de molliori veste non vtendo satis fuisse antea dixisset, & existimare posset quispiam eum & aurum & vestem omnino molliorem prohibere mulieribus, rem ita temperat, ut mulieribus quidem permittat aurum gestare, & vt molli veste, modo ne rationis expertes appetitiones eas ad vitam impellant lasciuam & luxuriosam. Oportet enim illis appetitionibus dominari rationem tanquam aurigam habenas tenentem, & insolentes illas appetitiones reuocantem ad salutem, quæ alioqui afferrent exitium. Hoc autem sumpsit ex Platone in Phædro, qui Aurigam constituit rationem, duos vero equos expertes rationis, nempe cupiditatem & iram, ex iis autem bonus quidem est equus qui imperanti pareat rationi: qui non pareat autem, sed est proteruus ac effrenatus, malus. Id ipsum quoque repetit quod antea dixerat, non oportere Christianos coloratis vti vestibus, variisque & versicoloribus, sed simplicibus ac tenuibus. Decere enim, se non arti accommodare, sed naturæ. Similiter sicut & nautæ & milites, suas habent vestes proprias, multo magis oportere pudicas mulieres habere vestes sibi cōuenientes. Qui variis vituit vestibus, is se arti accommodat non naturæ. Omnes enim tinctæ & coloratæ vestes tales sunt artificio, albæ autem sunt natura. Quidquid est fucatum & falsum, & adulterinum, variū & à veritate alienum, non conuenire Christiano. Lex autem de lepra quam citat ex Moyse ita est in Leuitico cap. 13. vt vertit Hieronymus. Si autem efflorauerit discurrans lepra in cute, & operuerit omnem carnem à capite vsque ad pedes, quidquid sub aspectum oculorum cadit, considerabit eum Sacerdos, & tene-ri lepra mundissima iudicabit, eo quod omnis in candorem versa sit, & idcirco homo mundus erit. Albus ergo color significat munditiam, puritatem, vitæ innocentiam & honestatem: varius autem, qui est squamis serpentis similis, prauitatem, malitiam, falsitatem, versutiam, nequitiam: albus color bonos mores indicat, varius autem malos. Quod autem dicit de Platone, eum imitari Moysen, est quidem verissimum vt ipse prius dixit: ab Hebræis enim multa didicit cum esset in Ægypto. Sed quæ dicit Platonem dicere de tinctura, ea non inuenio apud Platonem. De textura quidem multa in Politico, sed de iis quæ hic scripta sunt, nihil. Quo fit vt existimem tempore Clementis fuisse aliquod opus Platonis, quod nunc non extet: nam alioqui id non citasset Clemens. Non est autem existimandum album colorem, bonitatem & honestatem in se continere, sed tantum tanquam signum proximum eam significare. Nec mirum cum ille color sit maxime purus, sincerus, & immixtus, & luci simillimus. Hinc est quod filij Dei, ij inquam, qui sunt baptismo regenerati, qui dicitur *φωτισμα* seu illuminatio, dicantur filij lucis, & qui sunt Catechumeni sint candidati, id est, alba veste induti, & lucem quæ à baptismo datur ambiunt. Sed neque apud nos solum filij Dei dicti sunt filij lucis, sed etiam apud veteres, teste Platone, albi dicti sunt filij Dei. Nec mirum si apud nos filij Dei sunt filij lucis, cum ab antiquo illo dierum sint illuminati, cuius vestimētum dicit Daniel fuisse album tanquam niuem, & capillos capitis eius quasi lanam mundam. Sed vt sunt albi & lucidi filij Dei, ita qui non sunt baptismo illuminati, tantum abest vt sint albi & lucidi, vt dicat Paulus eos esse tenebras. Eratis enim, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, nempe postquam baptismo fuerant illuminati. Nullus autem color magis accedit ad lucem quam albus. Albi ergo non erant Iudæi, qui baptisimum non erant assecuti. Eos certe equum nigrum appellat Ioannes in Apocalypsi, super quem qui sedebat habebat stateram in manu sua. Vt est autem albus antiquus ille dierum qui illuminat, ita etiam est niger nigri equi infessor, qui insidentem denigrat & eius menti offundit tenebras. Quæ autem dicuntur de albo & nigro colore accipienda sunt allegoricè. Nullus enim color, imo ne lux quidem, cadit sub intelligentiam, sed maiora & puriora quam vt ea possimus comprehendere, per ea significantur. Deinde ostendit quales mores significet albus vestitus, nempe eas quas recenset virtutes quæ sunt puræ & simplices, & ab omni turpitudine & fastu alienæ, & quæ tollunt omnia superflua. Eæ sunt moderatio seu temperantia, & simplicitas. Porro autem quoniam posset existimare quispiam vestes puras non esse aptas ad arcendam aëris iniuriam, dicit vestem puram & simplicem, & maxime eam de qua fullo suo artificio nihil detraxit, Aa iij

Leuit. 13.

Plato de
Republ.
Daniel. 7.

Apoc. 6.

esse solidam, solida enim est, ut quæ sit densa & conspata, cum eum fullo minime rarefecerit nec meatus aperuerit, & siue vestis non sit calida, sed tantum calorem intus contineat, siue sit calida, & calorem in se comprehendat, & ipse à se calefactus corpus vicissim calefaciat, eam esse aptam ad arcendam iniuriam aeris. Ea ergo pura & simplici veste hyeme maxime est vendendum, quod sit facilis, & non nimium grauis, & ad propulsandum frigus optime fungatur vestis officio. Dicit poterat eam etiam optime conuenire ætati, ut quæ sit leuis, nec suo pondere nimis grauet corpus. ^b Porro autem viatur etiam femina veste frugali. Et viri & mulieris frugalem & honestam oportet esse vestem, sed mulieris molliorem quam viri. Habenda est autem ratio ætatis, personæ, & conditionis in vestibus. Ita autem oportet veste indui, ut interim Christum nos indui meminerimus. Christum autem induit, qui non gerit curam carnis, nec se inuoluit vitiiis & concupiscentiis: Christi non est Discipulus, qui Christi crucem non tollit. Non tollit autem Crucem Christi, qui molliter curat cutem, laborelque arumnas & calamitates non forti & æquo fert animo. Vim naturæ affert qui perforat aurículas, ut ex eis pendeat margaritæ aut aliæ gemmæ: nec enim ad id à Deo data sunt. Hic autem fuit olim maximus luxus apud Romanos, teste Plinio, qui scribit; Aures, inquit, tantum homini immobiles. Ab iis Flaccorum cognomina. Nec in alia parte feminis maius impendium, margaritis dependentibus. In Oriente quidem & viris aurum gestare eo loci decus existimatur. Sed non magis licet, nec magis est honestum aures perforare quam nases. Non potuit autem sapiens melius explicare qualis sit malæ mulieris pulchritudo, quam dicendo eam esse talem qualis est inauris in nare suis. Nam sicut inauris non conuenit nari & maxime porci, ita pulchritudo affert probum & dedecus malæ mulieri, quæ alio qui probæ magnum est dedecus. Pulchritudo certè quæ mulierem incitat ad voluptatem & libidinem, polluit veram, nempe quæ in anima sita est, pulchritudinem. Quod autem homo auro non ornatur sic probat, ita enim potest colligi ex iis quæ dicit; Quod ornatur est maius eo quod ornatur. Sed homo est maior auro: homo ergo ab auro non ornatur. Quod autem homo sit maior auro, ex eo ostenditur, quod sit absurdum fieri se minus esse honestum quam arenas aureas Pactoli Lydiæ fluuij, quas vocat ramentum Lydium: est enim Pactolus vnus ex iis fluuijs qui aurum ferunt. ^d Dat ergo eis annulum aureum &c. Cum ostendit aurum non esse ornamentum hominis, & tamen in vsu sit annulus aureus, ne dici posset, Verbum quod est ipsa sapientia, id temere fecisse, dicit Verbum quidem dedisse annulum & mulieri & viro. Mulieri quidem ad obsequanda quæ sunt custodienda, viro autem, si vel peregre absit, vel sit sine vxore. Ex quo potest intelligi aurum tum demum esse ornamentum si homini sit vsui. Quo fit ut torques & monilia, & quæ sunt ex auro cætera, cum sint comparata ad solam ostentationem, non sint ornamenta ut quæ nulli sint vsui. Obsignandi ergo causa vult vnum tantum esse annulum. Annulo autem obsignabantur, non solum quæ custodiebantur ut tuta essent à furibus, sed & literæ, & testamentorum tabulæ quæ iure ciuili obsignabantur septem testium sigillis. ^e Quæ aurum autem gestant mulieres &c. Ius aureorum annulorum non erat omnium, sed eorum solum qui erant ingenui. Quamobrem nec serui nec liberi aureis annulis uti poterant. Mulieres ergo ideo nolebant aureis carere annulis, ne existimaretur seruilis sua conditio. Sed non sunt diiudicandi serui ex eo quod sunt empti ac venditi, sed ex eo quod non sunt mente liberali. Qui tales sunt, sunt natura serui, et si videantur liberi. Danda autem est opera non ut videamur, sed ut vera simus liberi. Aureorum quidem annulorum gestatio facit ut videamur ingenui, non ut simus. Talem autem oportet vniuersam esse nostram vitam, ut verè nos esse liberos ostendamus, ut qui à Verbo Pædagogo simus educati, & à Deo adoptati, quæ est vera nobilitas. Quæ est enim verior nobilitas quam esse filios Dei? ^f sed neque est à viris annulus in articulo ferendus, hoc enim est muliebre. In gerendis annulis quam varij ac diuersi fuerint mores, sic Plinius. Singulis primo digitis gerere mos fuerat, qui sunt minimis proximi: Sic in Numæ & Serui Tulli status videmus. Postea pollicis proximo induere etiam Deorum simulachris. Deinde iuuat & minimo dare, Galliæ Britanniæ que in medio dicuntur vsæ. Hic nunc solus excipitur, cæteri omnes onerantur, atque etiam priuatim articuli minoribus alijs, sunt qui tres vni minimo congerant: alij verò & huic vnum tantum, quo signanda signant. Hæc Plinius. Clemens autem vult vnum tantum annulum gestari à viris, idque non in articulo, quod dicit esse muliebre, sed in paruo digito, idque in extremo, nempe in inferiori parte. Cuius rei hanc affert causam, ut facilius & expeditior sit operatio, si quid sit agendum. Constricti enim & compressi articuli impediunt, ne expedite operemur. Alteram quoque affert causam, nempe ne facile elaboratur sigillum, quod custoditur à maiori ligamento articuli. ^g Sint autem signacula, columba, vel piscis, vel nauis. Cum annuli præcipuus vsus sit obsignatio, nunc docet Clemens quænam signa debeant esse affixa annulis, ut eis signetur. In hac autem re, teste Plinio, multum olim fuit variatum. Nam alij hæc signa insculpebant gemmis: alij verò in ipso auro. Inter cætera autem signa quæ annulis vult insculpi, meminit Lyræ Musicæ qua in annulo vsus est Polycrates Sami Tyrannus, qui cum eum annulum in mare deiecerit, ut cui res semper prospere succedissent, aliquid sentiret molestiæ, eum postea reperit in ventre piscis, qui ei oblatum fuerat à piscatore, ut scribunt Herodotus & Strabo, qui tamen nihil dicunt quod insculpta in eo fuisset Lyræ musica, et si constet in eo fuisse Sardonychem gemmam pretiosissimam. Quo fit ut existimem hic aliquid deesse, & Clementem non solum scripsisse de annulo Polycratis, sed etiam de gemma Pyrrhi illius, qui aduersus Romanos bellum gessit, qui, ut scribit Plinius, traditur habuisse Achatem, in qua nouem Musæ & Apollo citharam tenens spectaretur, non arte, sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis, ut Musis quoque singulis sua redderentur insignia. Hæc mea est coniectura. Sed quid agas cum vnum solum sit exemplar. De Seleuci autem anchora hæc scribit Iustinus, qui Trogum redegit in compendium: Seleuci mater Laudice, cum nupta esset Antiocho claro inter Philippi duces viro, visa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis concepisse, grauidamque factam munus concubitus annulum à Deo accepisse, in cuius gemma anchora sculpta esset, iussaque id donum filio quem peperisset dare, admirabilem fecit hunc virum, & annulus qui postera die eiusdem sculpturæ in lecto inuentus est, & figura anchoræ quæ in sæmore Seleuci nata cum ipso paruulo fuit. Quamobrem Laudice annulum Seleuco eunti cum Alexandro Magno ad Persicam militiam edocto de origine sua dedit. Sic quidem Iustinus, aliter Appianus, sed Iustinum seu Trogum

Plin. lib. 11.
cap. 37.

Plin. lib. 23.
cap. 1.

Strabo. lib.
14.

Plin. lib. 37.
cap. 1.

Iust. lib. 16.

Trogum magis videtur secutus Clemens. Si insculpatur autem in gemma signum piscæ, meminerit, inquit, qui gestat annulum, Petri quem Christus fecit piscatorem hominum, & puerorum qui baptizati ex aqua lauacro seu piscina extrahuntur. ^h Neque enim idolorum sunt imprimenda facies, &c. Falforum Deorum siue Dæmonum, ut pote Iouis, Neptuni, Veneris, Cupidinis & cæterorum signa non sunt Christianorum annulis imprimenda, ut quæ sint planè abominanda, nec armorum & poculorum, cum sint Christiani pacifici, sobriique & moderati: pax enim modestiæ & sobrietatis est propria Christianorum. Maxime autem cauendum est ne in annulis ea habeant signa quæ ipsos prouocent ad libidinem, cuiusmodi erant mulierum nudarum aut puerorum quos amabant qui annulos gestabant. ⁱ De plus autem ita videtur. Videtur hic locus postulare ut de coma & barba tractemus. Sed cum barbæ vel alendæ vel radendæ apud diuersas nationes fuerint diuersi mores, sed nec apud eandem iidem semper fuerint, nam & qui prius erant intonsi postea adhibuere tonsores, nec solum barbam tonderunt, sed etiam raserunt, nolo hac in re diutius immorari. Hoc autem dicam Græcos maxima ex parte semper fuisse barbatos, & tamen Lacedæmonios barbam rasisse. ^j Plin. 7. Romani diu fuere intonsi, sed anno quadringentesimo quinquagesimo quarto in Italiam ex Sicilia venerunt tonsores adducendo P. Ticinio Menæ, ut author est Varro. Primus omnium radi quotidie instituit Africanus. Sequens Diuus Augustus cultris semper vsus. Hæc cum barbæ radendæ consuetudo multis sæculis perpetuo durasset, primus ex imperatoribus Nerua, ut quam in facie habebat tegeter cicatricem, barbam aluit. De cæteris nihil dicam nationibus apud quas vel radendæ vel alendæ barbæ mos fuit varius. De Hebræis quidem certe hoc constat, eos barbam nunquã rasisse, ut qui non solum hoc haberent à consuetudine, sed quibus etiam hoc lege diuina esset præceptum, nec solum populo, sed ipsis etiam Sacerdotibus, & maximum apud eos semper est habitum dedecus, si barba fuisset abrafa. Hoc testantur legati illi, quibus à Dauide missis Ammonitæ præciderunt dimidiam partem barbæ, qui non prius sunt reuersi quam quæ præcisâ fuerat barba creuisset. Testantur etiam Esaias, Hieremias, & Baruch, & Ezechiel Prophete apud quos summum est probum & ignominia barbam esse rasam. Cum hoc autem esset lege cautum apud Hebræos ne barbam corrumpere, non est dubium quin Christus Dominus noster qui non venerat ut legem solueret sed adimpleret, ipse quoque barbam aluerit. Quem secuti sunt eius quoque Apostoli qui non solum barbam aluerunt, sed etiam ut aleretur, in suis per Clementem editis constitutionibus disertis verbis sanxerunt. Hæc mouerunt Clementem nostrum Alexandrinum, ut Clementem Romanum sequens Pontificem, Verbum induceret Pædagogum eadem præcipientem. Fuit autem Clemens aliquot sæculis ante concilium Carthaginense quartum, in quo est canon 44. qui dicit, Clericus nec comam nutriat nec barbam: qui est adscriptus in Distinctione 42. c. Clericus. Pierius autem vir sane magni iudicij, & multæ lectionis, scripsit se vidisse antiquum exemplar in quo erat scriptum, Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat. Quod quidem eo mihi sit magis verisimile, quod id ipsum videam nunc dici à Clemete. Quem cum & summus Pontifex, & Cardinales, & Episcopi, Sacerdotes & Monachi barbam alentes nunc sequantur, eo ipso ostendunt vel se eum non probare Canonem, vel verum esse quod dicit Pierius, restituendam esse quæ adempta fuerat dictionem, nempe alar. Virorum, inquit Clemens, sit rarum caput, Græcè est ψαλλί κεφαλή, id est caput nudum, glabrum, & tonsum: nisi forte pilos habeant crispas. Crispi enim capilli non sunt tondendi, quoniam decoris aliquid afferunt. Mētum autem hirsutum: Barba enim non est nec tondenda, nec radenda, præter pilos illos qui sunt in superiore labri parte quæ Græcè dicitur μύσταξ, quoniam illi inter cothedendum polluantur: ij autem sunt tondendi non radendi. Causam autem affert cur non sint tondendi barbæ pili qui nullam afferunt molestiam, quoniam barba vultui affert quandam dignitatem, & reuerentiam. Pili autem capitis sunt tondendi, ne si nimium descendant, visum impediatur. Ad hoc quoque iuuat barba hirsuta & promissa, quod venerandus ille oris habitus, dum timorem incutit ne facile deprehendantur, docet non peccare, cum contra lenis & effeminatus oris habitus inuitet ad peccandum. Nam dum vulgo sunt similes, se tuto posse peccare arbitrantur. Sic Clodius sacra bonæ deæ ingressus, ut qui muliebri veste esset indutus, & muliebri facie, non caruit suspitione quod vxoris Cæsaris tentasset pudicitiam. Sicut autem barba hirsuta vultui affert quandam dignitatem & grauitatem: ita etiam coma rara, id est tonsa, cum contra intonsa quandam inferat horrorem. Hoc quoque commodi affert tonsa coma, quod minus lædatur cranium. Nam coma tonsa frigori & æstui alluefacit cranium, & eas quæ ex eis procedunt repellit noxas, quas contra densa & hirsuta coma, tanquam spongia in se recipiens humore in ipsam infuso, perpetuo nocet cerebro. Sunt enim in cranij ossibus, suture & foramina, per quæ in capillis non secus atq; in spongia contentus humor ad ipsam cerebrum distulit. ^k Mulieribus autem crines mollire sufficit. Viris quidem coma non est alenda, nec barbæ radenda. Mulieris autem non est coma tondenda, & cum glaber sit eius vultus, non est quod de barbâ quidquam præcipiatur: comæ autem eius ornatum vult esse modestum & frugalem, nec more meretricio esse plexos, & intortos capillos: & simul exponit, quænam ex eis ad ipsas quæ ornantur redeant incommoda, quæ hodie vix possunt intelligi, cum antiquus ille ornatus penitus exoleuerit, successerit autem alius nec minus vituperandus, & magis forte noxius. Quomodo autem debeant ornari mulieres pulchre Petrus in epistola dicens, Mulierum, inquit, non sit extrinsecus capillatura aut circundatio auri, aut indumentum vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Et Paulus ad Timotheum, Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, & non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Porro autem coma quidem sua est frugaliter & moderate ornanda à mulieribus, sed aliena & extranea est reicienda, nec est cranium mortuis pilis induendum. Hanc autem affert causam, ne dum aliena & mortui hominis imponitur coma, ad eam cui ipsa est imposta, non perueniat Sacerdotalis benedictio, nec manuum impositio. Benedictio, inquam, per quam in eius cui benedicuntur caput bona verba & preces conceptæ proferuntur: manus autem impositio est, per quam in penitentem & confitentem peccatorum pronuntiatur remissio & absolutio. Aliam quoque adfert causam, quod per falsam comam & plus quam par sit abundantem (superfluum enim est quod suum non est) &

Plin. 7.
6. 59.

Leuit. 19.

1. Reg. 10.

Esaiæ 7. 15.
Hic. 41. 48.
Baruch. 6.
Ezech. 5.

1. Petr. 3.

1. Timot. 2.

viri decipiuntur, & Christus qui est caput viri, maledictis appetitur. Maledicto enim appetitur dum falsum pro vero supponitur. Falsum autem pro vero supponitur, dum mulier more meretricio ornatur: & maledicto caput quod pulchrum est incescit, dum falsi imponuntur capilli qui id non esse pulchrum arguant. Ideo enim imponuntur, quod absque illis id non esse pulchrum statuatur. Mulierum ergo capillos non oportet esse plexos, neque catenis nexos. Sed nec tingendi sunt crines, ut fulvi aut flavi appareant, nec cani sunt colorandi, ut celetur & tegatur senectus, quæ cum sit venerabilis, & iuuenum impudentiam & impudicitiam sæpe refrinet ac reprimat apparens canities, nec senium nec canities est tegenda, quæ est Dei donum, & cui fides habetur à iuuenibus, & est ab eis instar Dei colenda. Quod si est reiiciendum quidquid fit in fraudem veritatis, fucus quoque omnis est à mulieribus reiiciendus qui faciei mulierum imprimitur, ut appareant pulchriores. Quare vnus est scopus ut iuuenes ad voluptates illiciant. Eos autem fucos appellat Clemens callidæ sapientiæ illecebras, ut qui astute & ingeniose sunt excogitati. Sæpe enim accipitur sapientia pro astu & calliditate. *Pudicum autem eis ornatum ostendemus.* Dixit fucum & impudicum ornatum esse reiiciendum, nunc autem dicit amplectendum esse pudicum ornatum. Is autem est duplex, nempe pulchritudo animæ, & pulchritudo corporis. Pulchritudo animæ, est qua anima ornatur sancto spiritu & virtutibus quæ ab ipso inspirantur, est enim ea pulchritudo veluti quidam Dei radius. Pulchritudo autem corporis est proportio ac conuenientia partium & membrorum inter se cum bono & colore. Ea autem fit ex moderato cibo & potu, & exercitatione qua ea consumit quæ sunt in corpore superflua. Moderatus enim cibus & potus procreat sanitate, ex sanitate vero existit & apparet pulchritudo. Nam cum corpus hominis, quod tanquam statua à Verbo est formatum, constet ex elementis quæ cibo & potu instaurantur in nobis, ignis quidem dat fulgorem, aqua autem nitorem, terra autem virtutem & firmitatem, aer autem liberam, & ex æquo consistentem respirando facultatem. Hæc autem efficiunt pulchritudinem, quæ ex interna oritur sanitate. Sed si corpus sit immobile ut quod non exerceatur, ei non potest cibus adhærere & agglutinari. Quo fit ut eo excidente multa nascantur excrementa & superfluitates, quæ exercitatione sunt concoquendæ & liquefaciendæ. Per eam autem concoctionem rubescit pulchritudo, id est existit ruber color qui apparet in facie. *Optime autem habere videtur.* Vbinam sit id quod dicit, Optime habere id quod dictum est, nescio. Suspicio autem id sumptum esse ex aliqua vel veteri vel noua Comædia, in qua introducebatur quidam qui abhorrebat mores gælusque cinædicos, quales dicebat se videre permultos. Quorum tanta erat impudentia ut pilos sibi vellent, & pice illita adimerent. Eos alibi vocat *μηδένους* hic autem *μηδένους* utrunque autem idem significat, nempe eos qui pice faciem deglabrant, & pilis nudant. Porro autem mulier delitias & luxus dicit esse vitandos & arcendos, maxime autem molles & fractos motus ac incessus, qui meretricia indicant vestigia. Ea autem nusquam figuratur in veritate. Nihil enim est meretrice vanius, nihil fallacius. Non est autem mirum si non figantur eius vestigia in veritate, quæ Pædagogum non sequuntur, qui est via veritas & vita. Cum aberret autem à veritate, non facile cognosci possunt eius semitæ, & ideo sunt lubricæ & periculosæ. Ad se enim blandis verbis allectos sæpe attrahunt in barathrum & præcipitium. *Porro autem oculis maxime parcendum est.* Docet vel Clemens vel Pædagogus quale debeat esse nostrum in oculis officium. Nam per ipsam oculorum lucem illustrantur libidinosæ cogitationes. Quæ ne in opus erumpant, mortificanda sunt, ut iubet Paulus, membra nostra supra terram. Mortificantur autem in nobis membra, si lex quam sentimus in membris nostris repugnare legi mentis nostræ, ita castigetur, ut vel inuita cogatur cedere arbitrio & imperio mentis. Et hoc est quod dicit Christus, Si oculus scandalizet, id est offendat, eum esse eruendum, non quod eum velit effodi, sed ita effrenatam comprimere eius cupiditatem, ut nec ad vitium aliquod libidinis, nec ad inuidiam aut odium proximi nos impellat. *Nos autem animi perturbationes.* Hic ostendit Clemens stultas mulieres tantum abesse ut suas coerceant & comprimant cupiditates, ut eas etiam suscitent, & iuuenes suis blanditiis ad libidinem pelliciant, quæ non præuisum eis tandem affert exitium. Hortatur autem Pædagogus iuuenes, ut ab eis mulieribus cito resiliant, ne ad inferos ab eis deturbentur. Suadet autem mulieribus, ut non solum ipsæ sint castæ & moderatæ, sed etiam dent operam ut suæ ancillæ nihil faciant quod sit turpe & inhonestum, & eas castigent si non pareant, alioqui fore ut ipsæ earum culpam præstent. Retorquetur enim in Dominas ancillarum intemperantia & immodestia. Est enim tritum Proverbum. Qualis est Domina, talis est Catella: quod vsurpat etiam à Platone in lib. de Rep. Reuera enim, inquit, catellæ ut est in proverbio, tales sunt, quales Dominæ. *A deambulatione autem nobis procul est amandandus.* Hoc ipsum quod de incesso dicit Clemens, eleganter explicat Cicero de officiis. Cauendum est autem, inquit, ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, ut similes pomparum ferculis esse videamur: aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Quæ cum sunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna significatio fit non adesse constantiam. Hanc ex incesso significationem quod non adfit constantia, in Sardo Tigellio sic reprehendit Horatius in sermonibus, *Nihil æquale homini fuit illi: sæpe velut qui Currebat fugiens hostem. Per sæpe velut qui Iunonis sacra ferret.*

Pulchre autem atque adeo graphice depingit eos qui vel gloriosius, vel quam par sit mollius incedunt. Vult autem in viro forti nusquam vllum esse signum mollitiei, & eum ita se gerere, ut magni & excelsi animi virtutem nullo dedecore afficiat. *Neque vero tanquam iumentis famulus est vtendum.* Paulus ad Coloss. scribens, dominis sic præcipit, Domini quod iustum est & æquum seruis præstare, scientes quod & vos Dominum habetis in celo. Et certe cum vbi est nouus homo, nouus, inquam, qui in baptismo veterem exiit hominem, non est masculus & fœmina, gentilis & Iudæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scythæ, seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus, & omnes vnum simus in Christo, æquum est ut domini se mitius in seruos gerant, recordantes quod & serui & domini vnum & eundem habent Dominum. Est quidem infima seruorum conditio, sed quæ longe præstat brutis. Eis ergo ita est vtendum, ut cum eis longe benignius agatur. Nam præter fidem quæ in Christo regeneratos valde inter se conciliat, est ratio quæ homines distin-

Plato 8. de Repub. Cic. lib. 1. de offic.

Horat. Sat. 3.

Coloss. 4.

nes distinguit à brutis, asperius quidem & inhumanius se olim gerebant gentes in seruos, & tamen in eos aliqua seruatur iustitia. Præclare profectò Cicero, Meminerimus autem etiam aduersus infimos iustitiam esse seruandam. Est autem infima conditio & fortuna seruorum, quibus non male præcipiunt, qui ita iubent uti, ut mercenariis, ad operam exigendam, & iusta præbenda. Et antiquissimis quidem temporibus habebant Romani in seruos potestatem vitæ & necis, sed cum ea potestate abuterentur, eo res est redacta ut iusta quidem permitteretur castigatio, occidere autem non liceret nisi forte in adulterio, aut in atroci aliquo crimine deprehendisset, & non minus puniretur Dominus qui seruum proprium quam qui alienum occidisset. Ut clementius autem nos in seruos geramus hoc vel maxime nos debet inuitare, quòd & domini & serui eundem habemus Dominum, & ab eodem eandem benedictionis hæreditatem expectemus. *A adolescentula imaginem volens describere Zeno Cittiæus.* Hæc iuuculæ imaginis descriptio ostendit qualem oporteat esse puellam, quæ vult esse pudica & modesta. Viros quoque statuit non oportere esse otiosos, nec in contritiis versari & cauponis. Nec tesseraum, nec talorum ludo ab eis esse vacandum, quæ sunt delitiæ bilis remedium, quarum causa est otium. Ea autem sunt plane inania, & à veritate remota, quod probat ex eo quod non possint animam recreare sine damno: huiusmodi enim ludi absque damno non possunt exerceri. Vniuscuiusque autem vitæ institutum sumitur ex eo quod ipsa mens imitando sibi proponit. Sunt ergo hæc inania, & plane inutilia. Vitæ autem hominis nihil magis prodest quàm cum viris bonis versari. Quod autem dicitur in descriptione iuenculæ. Erecta & similia recto tono qui est in tonis. Rectus tonus intelligitur, vocis in rectum, nempe in acutum eleuatio, quæ minime deprimitur. Quod autem verti, Viraginem aspectu præ se ferat, Græcè est *ἀπὸ ὀφθαλμοῦ*, id est, aspectus virilis. Significat autem, virginem quatumuis pulchram debere vultum habere virilem, id est in quo nulla sit lasciuia nec illecebra. *Rursus autem usum vitæ cum improbis hominibus.* Quod Pædagogus, id est Verbum, seniori populo, nempe Hebræis iussit ut ab immundis abstinerent, mundis autem vescerentur animalibus, id Clemens ad hanc deducit allegoriam, ut sceleratorum fugiant consuetudinem, cum bonis autem versentur. Deinde veluti in communem theatrorum locum excurrens, dicit nihil esse tam turpe quod non illic & dicatur & fiat & scurris & histrionibus, ex ea quæ ex vitio concipitur delectatione, quasdam euidentes domi imprimi imagines quæ non facile excidunt. Pro re seria non esse habendos ludos à ciuitatibus, nec inanis gloriæ cupiditates, quæ adeo seruiunt, ut mori etiam homines digladiantes agrè non ferant, neque ambitiones: edebantur enim ludi ab iis qui maiores ambibant magistratus, ut Romæ ab Aedilibus, neque quæ propter eos excitantur seditiones veluti olim Constantinopoli à Venetis & Præsinis, neque profusæ rei familiaris impensas, nam non nisi maximis impendiis exhiberi poterant populo ludi & spectacula. Quod si etiam in eis videndis aliqua capiatur voluptas, id tamen quod est bonum & honestum, voluptati est præferendum. *At non omnes, inquit, philosophantur.* Quoniam dixerat bonum & honestum voluptati esse præferendum, occurrit tacita obiectioni quæ fieri posset ab iis qui non lubenter abducuntur à theatris & spectaculis, quæ est huiusmodi. Bonum quidem & honestum est præferendum voluptati. Hoc autem faciunt Philosophi: sed non omnes philosophantur. Ad quod respondet Christianos omnes qui ad vitam volunt ingredi, philosophari: ad vitam enim intrare non posse nisi per fidem. Credi autem non posse nisi per sapientiam, sed sapientiam, non sapientum huius mundi, sed sapientum qui sunt secundum Deum, per quam Deus amatur & proximus. Sed nec ad vitam quis poterit ingredi nisi seipsum amet. Ad fidem non opus est literis, sed solo auditu, qui docetur etiam sine literis. Fidei scripturam esse charitatem quæ est quidem diuina, pertinet autem etiam ad rudes & illiteratos. Scriptura autem dicitur quod ea per sanctum Spiritum scribatur in cordibus nostris, & ideo dicitur etiam spirituale decretum seu spiritualis constitutio ac descriptio. Quamuis autem à nobis diuina audiatur sapientia, nihil tamen ob stare quominus & à Christianis geratur respublica, & incantur contractus qui pertinent ad vitam humanæ societatem, & ad ea paranda quæ sunt ad vitam necessaria. Tatum danda est opera ut in omnibus nostris actionibus sit veritas, sinceritas, simplicitas, & nec eorum quidem quæ vendimus duo dicatur pretia, sed vnum, quomodo cunque res succedat. Non solum in venditione, & emptione, sed & in omni contractu debere abesse iusiurandum, neque Dei nomen in vanum sumendum. Auaros, mendaces, hypocritas, & qui veritatem cauponantur, Christum Dominum & Pædagogum nostrum ex paterna aula eiicere, ut qui sanctam Dei domum nolit esse domum negotiationis sed orationis, & nec in ea tractari terrena & mundana negotia. Hoc enim voluit intelligi per id quod est in Græco *τὰ ἐξ ὧν κερματίζονται*, id est possessiones, quæ sunt ex materia. Nam cum Deus sit spiritus, in templo Dei seu in Ecclesia debent esse omnia spiritualia. *In Ecclesia autem venire oportet virum.* Docet quomodo oporteat & viros & mulieres se gerere in Ecclesiis, in quibus oportet mulieres semper esse velatas. Optat autem eos per totam vitam ad grauitatem & honestatem ita se componere, ut componuntur in Ecclesiis, sed rem dicit aliter habere: eos enim esse Polypis similes. Postquam enim ex Ecclesia abierint, eorum quæ audierunt obliti, fiunt similes illis cum quibus versantur, & cum ad vitam æternam essent incitati & ad eam aspirarent, tanquam canentes palinodiam, quasi cras morituri se dedunt voluptati, & eo ipso iam Deo mortui, ut qui peccato ab ipso qui vera est vita sunt separati, se quasi mortuos sepeliunt, & ad mortem æternam infodiunt, nunquam ex ea suscitandi. Quod autem de Creusa Aenæ vxore dicit, nescio vbinam legerit, ego quidem certe nusquam legi. De ea certe Vergilius non scribit quod velata cum marito Aenæ ex Troiæ incendio fugerit. Quod Polypus autem colore euadat similis iis petris quibus adhæserit, videre licet apud eos qui scripserunt de piscibus. Hinc factum est ut vulgi proverbio Polypi dicantur, qui se in omnem habitum versant omnibus assentantes, dicuntur etiam alia ratione Polypi homines rapaces, nempe quod quidquid brachiorum flagellis comprehenderit, id trahat ac retineat & vix dimittat Polypus. De eo vide Erasmus in proverbis. *Eis autem fortiter resistit Apostolus dicens.* Illi quidem promissam sibi vitam æternam, & quam crediderant immortalitatem recantantes abnegant: sed eis fortiter resistit Paulus, qui eos qui crimina quæ enumerat committunt à regno Dei excludens, eos qui recte & ex virtute viuunt ad regnum admittit quod est vita æterna. Atque sunt quidem Christiani omnes ad regnum vocati, sed ij demum admittuntur qui regno digne ambulant, id est qui vitam

Cic. lib. 1. de offic.

Zon. tomo 3.

Aenid. 2.

Prover. 91. Chil. 2. cent. 3.

suam ita instituunt ut recte factis & bonis operationibus id mereantur assequi. Bonae autem operationes sunt quae proficiuntur a fide per charitatem operante. Charitas autem nihil est aliud quam dilectio Dei & proximi. Charitas autem & dilectio proximi consistit non in osculo, sed in amicitia & benevolentia, quam significat osculum, quod Paulus vocat sanctum. Eo osculo conuenienter ei quod iubet Paulus, vrebantur tunc in Ecclesiis ad significandam fraternam in se inuicem benevolentiam. Id osculum verè erat sanctum quando aderat id quod osculo significabatur, nempe sancta benevolentia & amicitia. Et quod significabatur quidem erat mysterium, nempe amicitia & benevolentia, quod significabat autem, nempe osculum, erat signum & symbolum: à re autem quae significabatur, non solum dicebatur sanctum, sed etiam mysticum, utpote quod sub eo esset arcanum, & quod sub aspectum non cadebat, mysticum. Sed saepe contingebat ut osculum non esset mysticum, cum sub signo benevolentiae latebat simulatum odium, quod saepe prorumpbat in publicum, & conturbabat Ecclesias, quoniam non utebantur osculo ut oportebat. Oportebat enim ore modesto & clauso per osculum ostendere animi benevolentiam, quod quidem ostendit morum mansuetudinem, quae si ablit, non est amplius vllum in eo mysterium. Vbi est enim dolus & simulatio in eo nihil est sanctum nec mysticum. Quod autè dicit, Ore clauso, Graecè est *μεκραινα*, à quo vocabulo deductum est mysterium, quod mysterium non sit detegendum, sed celandum tanquam arcanum. Sequitur autem. *Est autem aliud quoque osculum incestum.* Sanctum dixit non esse osculum, sub quo later odium: nunc autem dicit aliud quoque esse osculum non sanctum, utpote incestum & veneno plenum, licet sanctitatem simulet. Id autem est osculum quod venenum immittit impudicitiae, non secus atque Phalangia, quae ore tantum tangentia & virus immittunt & graues dolores inferunt hominibus. Est autem Phalangium mus areneus, De quo sic scribit Plinius. Araneorum plura sunt genera. Phalangia ex iis appellantur, quorum noxij morfus, corpus exiguum, varium, acuminatum, assultum ingredientium. Altera eorum species, coloris nigri, prioribus cruribus longissimis. Omnia autem internodia tria in cruribus. Vide etiam Xenophontem qui de Phalangii scribit, ea, cum magnitudine ne dimidio quidem obolo conferri possint, vbi ore tantum homines comprehenderint, doloribus eos conficere & à sensu mentis abstrahere: ita etiam à pulchris osculantibus, osculo aliquod quod non videtur virus immitti. Hoc est autem quod Clemens cum imitans venenum appellat impudicitiam. *Manifestum itaque nobis euasit osculum.* Osculum non est dilectio, licet ea per ipsum significetur. Dilectio autem Dei est ut mandata seruemus: dilectio enim Dei & proximi in hoc consistit ut mandata seruemus. Neque enim seruari possunt mandata sine charitate. Omnia autem legis praecepta reducuntur ad dilectionem Dei & proximi. Sed neque quae in foro fiunt salutationes ad ostentationem, nempe ut amici & beneuoli appareant, aliquam habent gratiam. Nam ut Deus in adyto oratur ita proximus intrinsecus est alloquendus. Nam si interna non sit benevolentia, amicos frustra foris salutamus. Perinde enim est ac si execremur & maledicamus, si non ex animo fiat saluatio. Per haec autem neque publice preces vituperantur, neque saluatio externa prohibetur, sed utrumque quale esse oporteat ostenditur, nempe ut neque solis labris Deum oremus & honoremus, sed etiam verba cordi consentiant, & saluatio benevolentiae internae respondeat. Tempus autem redimere hic videtur dicere Clemens, Tempus non temere profundere & amittere, quod fit dum teritur in inanibus salutationibus. Sapit qui ita facit, & qui sapiunt dicuntur esse sal terra. *Videtur autem super omnia esse auersandus mulierum aspectus.* Vitandus est & auersandus aspectus mulieris. Non solum enim eam tangendo, sed etiam aspiciendo peccatur. Nam qui aspiciens mulierem eam concupierit, in corde suo mœchatur. Oportet autem fidelem non solum nulli crimini esse affinem, sed etiam alienum ab omni suspitione. Quod autem in 9. cap. Ecclesiastici, verterunt Septuaginta, Tanquam ignis accenditur amicitia, vertit Hieronymus, Concupiscentia quasi ignis exardescit.

Breuis optimae vitae similiter pertractatio, & quot loca Scripturae sanctae vitam Christianorum describant. Cap. XII.

G O^a verò ijs quoque qui uxorem duxerunt consuluerim, ne unquam uxores suas coram famulis osculentur: nam nec famulis quidem eos unquam arripere permittebat Aristoteles, tantum abest ut in eorum conspectu videri osculari ac complecti uxorem. Melius est autè ut à domo incipiamus ostendere honestatem matrimonij: temperantiae enim maxima est coniugatio, quae puram spirat ac redolet voluptatem. Admodum enim pulchrè dicit tragœdia:

O fœminæ, non hominibus tantas ferunt
Aurum, tyrannis, vlla nec luxuria
Lætitiâs, boni ut mariti & fœminæ
Pia æqua mens fauens mariti commodis.

Hæc praecepta iustitiae, quae ab ijs qui mundanam sequuntur sapientiam dicta sunt, sunt minimè recusanda. Scientes ergo suum cuiusque officium, in timore conuerserimini tempore vestri incolatus, ut qui noueritis, scientes quod non corruptibilibus, auro & argento redempti sumus de vana nostra conuersatione tradita à patribus, sed pretioso sanguine, tanquam

quam agni immaculati, & incontaminati, Christi. Satis ergo fuit praeueritum tempus, ait Petrus, ad faciendam voluntatem Gentium, dum ambulauimus in lasciujs, concupiscentijs, temulentijs, comessationibus, potationibus, & nefarijs idolorum cultibus. *Limited habemus crucem Domini, cui crucifigimur, & à prioribus peccatis reprimimur. Regenerati ergo, in veritate affligamur, respiscamusque atque sanctificemur. Quoniam oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala. Et quis est qui sit nobis malè factururus, si bonum consecuti fuerimus? Optima autem educatio seu institutio, est bona ac recta ordinatio, quae est decorum undiquaque perfectum, & potestas ordinata firmaque ac stabilis, ea quae sunt inter se inuicem coniuncta & coherentia factis rectè distribuens, virtute insuperabilis. Hæc ut asperius dicerem inductus sum, procurans salutem correctionis, à me quidem dicta sunt, inquit pedagogus, quoniam: Qui liberè quidem arguit, est pacificus. Vos autem si me quidem audieritis, salui eritis. Quod si ea quae dicta sunt non attenderitis, non est mihi cura. Et tamen ei quoque hoc modo est cura: peccatoris enim mauult pœnitentiam quam mortem. Sin autem me audieritis, bona terræ comedetis, dicit rursus pedagogus: Bona terræ bona humana nominans, formam, diuitias, sanitatem, vires & alimentum. Verè enim bona sunt ea quae neque auris audiuit, neque unquam in cor ascenderunt. Apud eum qui verè rex est, & verè est, sunt bona quae verè sunt, & nos expectant. Bonorum enim est & donator & custos. Per illorum autem participationem quae hic sunt eodem nomine appellantur, hominum imbecillitatem Verbo in Deo erudiente, & eos deducente à sensibus ad intelligentiam. Quae cunque ergo sunt domi seruanda, & quomodo vita corrigenda, nobis satis disseruit pedagogus. Quae autem solet in via lubenter dicere pueris, donec eos ad magistrum deduxerit, ea à nobis veluti in summa per ipsas Scripturas subiicit & apud nos deponit, nuda adducens praecepta, tempori quidem peregrinationis accommodans, magistro autem relinquens earum interpretationes. Eius enim lex vult timorem soluere, utque liberum animi arbitrium soluerit ad fidem. Audi, inquit, o puer qui rectè institueris, capita salutis: aperiã enim mores meos, & tibi pulchra hæc praecepta suggeram, per quae peruenies ad salutem. Duco autem te per viam salutarem: discede à vijs erroris, quoniam nouit Dominus viam iustorum, & via peccatorum peribit. Sequere ergo, o puer, bonam viam, qua ego te deducam, aures mihi præbens audientes, & dabo tibi thesauros arcanos, occultos, & qui non possunt videri à gentibus, à nobis autem possunt. Sapientiae autem thesauri non possunt deficere, quos admirans Apostolus: O profunditas, inquit, diuitiarum & sapientiae. Thesauri autem multi ab vno Deo suppeditantur: alij quidem per legem, alij verò per prophetas reuelantur: alij verò ore diuino, alius verò concinens septenario spiritus. Cum sit autem vnus Dominus, est idem per hos omnes Pedagogus. Hic est ergo quod omnia summatim complectitur praeceptum, & ad vitam pertinet admonitio: Quemadmodum vultis ut vobis faciant homines, vos quoque eis facite. Possunt etiam per duo omnia praecepta comprehendi, ut dicit Dominus: Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota virtute tua, & proximum tuum sicut te ipsum. Deinde ex his infert: Ex hoc dependent tota Lex & Prophetæ. Iam verò ei qui interrogauit, quid faciam ut vita aeternae possideam hæreditatem? Nosti mandata, respondit. Qui cum affirmasset: Hoc fac, inquit, & saluus eris. Verumtamen est etiam distinctius adducenda Pedagogi benignitas per varia & salutaria praecepta, ut ex copiosa salute & Scripturarum ordinatione, ea promptius inueniamus. Est nobis qui per Moysen datus est Decalogus, simplici & vnius generis elemento significans, salutarem peccatorum appellationem circumscribens. Non mœchaberis. Idola non adorabis. Pueris stuprum non inferes. Non furaberis. Non*

Psal. 33.

Prou. 24.

28.

Ibidem 4.

Esaie 5.

Ezech. 18.

33.

Esaie 1.

1. Cor. 2.

70. c. 10. 107.

Psal. 1.

Rom. 12.

e. 10. 107.

septenario

numero.

Marth. 5.

Ibid. 12.

Ibid. 19.

Exod. 20.

Deut. 5.

dices falsum testimonium. Honora patrem tuum & matrem tuam, & ea quae illa consequuntur, sunt à nobis seruanda, & quaecunque praecipuntur in lectionibus bibliorum.

Cap. 1. Porro autem praecipit etiam per Esaiam: Lauamini, mundi estote, auferte scelera ab animabus vestris coram oculis meis, discite bonum facere, quaerite iudicium, liberate eum qui iniuria afficitur, iudicate orphano, & iustificare viduam, & venite, & disceptemus, dicit Dominus. Multa etiam apud alios praeccepta inuenerimus: quemadmodum, verbi gratia, orationis, circa bona opera: oratio Domino accepta, dicit Scriptura. Et exponitur etiam modus orationis: Si videris, inquit, nudum, operi eum, & necessarios seminis tui non despicies: tunc erumpet mane lumen tuum, & medellae tuae cito exorientur, & ambulabit ante te iustitia tua, & gloria Dei te complectetur. Quis est autem fructus huius orationis? Tunc clamabis, & Deus te exaudiet. Adhuc loquente te, dicit: Ecce ego adsum. De ieiunio autem: Curnam mihi ieiunatis, ait Dominus? Non hoc ieiunium ego elegi, & diem, ut homo humiliet animam suam. Ne si collum quidem tuum flexeris ut circulum, & saccum ac cinerem substraueris, ne sic quidem vocabitis ieiunium acceptum. Quid ergo sibi vult ieiunium? Ecce hoc est, inquit, ieiunium quod elegi, dicit Dominus: solue omne vinculum iniquitatis: dissolue peruersos nexus violentorum contractuum, libera eos qui sunt offensus in acceptilatione, & iniustam omnem Scripturam discerpe. Frange esurienti panem tuum, & pauperes qui tecto carent, introduc in domum tuam. Iam vero de sacrificijs quoque: Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus: Plenus sum holocaustis arietum, & adipem arietum, & sanguinem taurorum nec haedorum nolo, nec veneritis ut à me videamini. Quis enim requisit hęc de manibus vestris? Atrium meum calcare non adijcietis, si simillam offeratis. Mane incensum mihi est abominatio, neomenias vestras & sabbata non fero. Quomodo ergo sacrificabo Domino? Sacrificium, inquit, Domino spiritus contritus. Quomodo igitur coronabo, vel ungam unguento, vel Domino quodnam incensum offeram? Odor, inquit, suauitatis Deo est, cor quod glorificat eum qui ipsum fecit. Hęc sunt coronae, & sacrificia, & aromata, & flores Dei. Præterea de patientia: Si peccauerit, inquit, frater tuus, ipsum argue, & si eum penituerit, ei remitte. Si septies in die in te peccauerit, & septies ad te conuertatur, dicens, me penitet, ei remitte. Et ijs quidem qui militant, per Ioannem praecipit, ut sint solis stipendijs contenti. Publicanis autem, ut non amplius exigant quam sit constitutum. Iudici autem: Non accipies, inquit, personam in iudicio. Dona enim excæcant oculos videntium, & corrumpunt verba iusta ut liberent eos qui faciunt iniuriam. Quinetiam ijs qui student æconomiae & domus administrationi: Possessio quae paratur cum iniquitate, minor redditur. Quinetiam de charitate: Caritas, inquit, operit multitudinem peccatorum. Et de reipublicæ administratione: Reddite quae sunt Caesaris, Caesari: & quae sunt Dei, Deo. De iurciurando & iniuriæ acceptæ recordatione: Nunquid ego mandavi patribus vestris exeuntibus à terra Aegypti, ut offerret mihi holocausta & sacrificia? Sed hoc mandavi vobis: Vnusquisque vestrum aduersus proximum in corde suo acceptæ iniuriæ non recordetur, falsum iurandum non diligit. Quinetiam mendacibus & superbis minatur: illis quidem hoc modo: Vae ijs qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce. His vero sic: Vae prudentes in seipsis, & coram seipsis scientes. Qui enim seipsum humiliat, exaltabitur: & qui seipsum exultat, humiliabitur. Et misericordes quidem beatos pronunciat, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Iram autem infelicem pronunciat sapientia: Quoniam ipsos quoque prudentes perdet. Iam vero iubet quoque inimicos diligere, & ijs qui nos execrantur benedicere, orareque pro ijs qui nobis insultant, & nos iniuria afficiunt. Ei qui te, inquit, percutit in maxillam, praebe illi & alteram. Et si quis abstulerit tibi tunicam, ne prohibeas quò minus tollat etiam pallium. De fide autem:

fide autem: Quaecunque petieritis in oratione credentes, accipietis, inquit: incredulis autem nihil est fide dignum, ait Pindarus: Atque famulis quidem utendum est, tanquam nobis ipsis: sunt enim homines, sicut nos: Deus enim si consideres est omnibus ex aequo seruis & liberis. Oportet autem fratres quoque peccantes non punire, sed reprehendere: Qui suo enim parcat baculo, inquit, suum odit filium. Præterea gloriae quidem expellit cupiditatem, dicens: Vae vobis Pharisei, quoniam amatis primas sedes in synagogis, & salutationes in foro. Peccatoris autem amplectitur penitentiam, quae peccata sequitur penitentiam diligens. Solum enim Verbum est, in quod peccatum non cadit. Est enim peccare omnibus hominibus innatum & commune: post peccatum autem resipiscere, non est cuiusuis hominis, sed eius qui iure est magnificandus. De communicatione: Venite ad me, inquit, omnes benedicti, estote haeredes regni vobis parati à constitutione mundi. Esurij enim, & dedistis mihi ad comedendum: sitiui, & dedistis mihi potum: peregrinus eram, & me collegistis: nudus, & me operuistis, infirmus, & visitastis me: eram in carcere, & ad me venistis. Et quando fecimus aliquid horum Domino? Ipse rursus dicit Dominus, Fratrum benevolentiam beneuolè in seipsum conuertens, & dicens: Quodcunque fecistis his paruis, mihi fecistis. Et ibunt qui tales sunt in vitam aeternam. Tales sunt Verbi leges, verba consolatoria, non in tabulis lapideis, digitis Domini scriptis, sed scripta in cordibus hominum, in quas solum non cadit interitus. Quocirca fractae sunt tabulae eorum qui erant duri cordis, ut fides puerorum imprimeretur in teneris mentibus. Ambae autem leges ambae seruiebant, ad humanam naturae institutionem: illa quidem per Moysen, hæc vero per Apostolos. Cuiusmodi autem tradita sit per Apostolos puerilis institutio, mihi videtur de eo quoque genere necessario differendum. Imo vero sui recordans dicit paedagogus. Atque ipsa quidem eius præcepta exponam rursus veluti in semine: Deposito mædacio loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus alter alterius membra. Sol non occidat super iracundiam vestram, neque locum date diabolo. Qui furabatur, non amplius furetur, sed potius laboret, operans bonum ut possit impertiri egenti. Omnis amaritudo, & ira, & excandescencia, & clamor, & maledictum tollatur à vobis cum omni vitio. Estote alter in alterum benigni, misericordes, vobis inuicem gratificantes, quemadmodum Deus quoque vobis in Christo gratificatus est. Estote ergo prudentes, & Dei imitatores, sicut filij dilecti, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit vos. Mulieres quidem proprijs viris subijciantur tanquam Domino. Mariti autem suas uxores diligant, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Se ergo inuicem diligant qui sunt coniuncti, sicut propria corpora. Filij obedite parentibus vestris. Patres nolite prouocare ad iram filios vestros, sed educate eos in disciplina & correptione Domini. Serui obedite dominis secundum carnem, cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo ex animo cum beneuolentia seruientes. Et Domini benefacite seruis vestris, remittentes minas, scientes quòd & ipsorum & vester Dominus est in caelis, & non est personae acceptio. Si viuimus spiritu, spiritu & ambulemus. Ne simus vanæ gloriae cupidi, alter alterum prouocantes, alter alteri inuidentes. Alter alterius onera portate, & ita implete legem Christi. Ne erretis. Deus non suffragannatur: quod bonum est facientes, ne animo deficiamus, proprio enim tempore metemur. Non dissoluti, pacem in vobis agite. Adhortamur autem vos fratres, admonete insolentes, consolamini pusillanimes, suscite infirmos, patientes estote erga omnes. Videte ne quis malum alicui pro malo reddat. Spiritum ne extinguatis, Prophetiã ne nihili ducatis. Omnia autem probate, & quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete. In oratione perseuerate, vigilantes in ipsa. In gratiarum actione, in sapientia ambulate apud eos qui extrã sunt, tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia, sale sit conditus, ut sciatis quo-

1. Tim. 4. modo oporteat vos unicuique respondere. Enutriamini in sermonibus fidei. Exerceamini
Ibid. 6. ad pietatem: corporalis enim exercitatio ad modicum est utilis. Pietas autem est utilis ad
Rom. 12. omnia habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futura. Qui fideles habent dominos,
ne contemnant, quoniam fratres sunt, sed magis seruiant, quoniam sunt fideles. Qui lar-
gitur, sit in simplicitate: qui præest, in studio: qui miseretur, in hilaritate: charitas non fi-
cta, malum odio habentes, bono adherentes, fraterna dilectione vestri inuicem amantes,
honore vos inuicem præuenientes, studio non pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes, 10
spe gaudentes, afflictionem sustinentes, in oratione perseuerantes, hospitalitatem perse-
quentes, visibus sanctorum communicantes. Hac pauca exempli causa, ex multis Scriptu-
ris percurrrens Pædagogus, suis apponit pueris, per quæ, ut semel dicam, funditus evertitur
vitium, & circumscribitur iniquitas. Plurima autem alia præcepta quæ ad electas perso-
nas pertinent, in sanctis libris scripta sunt: alia quidem presbyteris, alia verò Episcopis, alia
diaconis, alia autem viduis, de quibus fuerit aliud dicendi tempus. Multa autem etiam
per ænigmata, multa verò per parabolas quoque possunt prodesse ijs qui in ea incidunt: sed 10
non est meum, inquit Pædagogus, hæc docere, sed magistro ad sancta verba exponenda o-
pus habemus, ad quem nobis eundem est. Et iam quidem certè tempus est mihi quidem
cessandi à pædagogia, vobis autem audiendi magistrum. Cum is autem vos exceperit in
bonis disciplinis eductos, edocebit eloquia. Rectè autem cecinit Ecclesia & sponsus, qui est
solus magister, boni patris bona voluntas, sapientia germana, sanctificatio cognitionis. Et
1. Ioan. 2. ipse est propitiatio pro peccatis nostris, ut dicit Ioannes, qui medetur & corpori & anima
nostra, proprio nempe homini, Iesus. Non solum autem pro peccatis nostris, sed etiam 20
tius mundi. Et in hoc cognoscimus quòd ipsum cognouimus, si eius mandata seruemus.
Qui dicit, cognoui ipsum, & eius mandata non seruat, mendax est, & in eo veritas non
est. Qui autem seruat eius sermonem, verè perfectæ est in eo Dei dilectio: in hoc cognosci-
mus quòd in eo sumus. Qui dicit in eo se manere, debet sicut ille ambulauit, ipse quoque
ambulare. * O alumni beatæ pædagogia, impleamus pulchrâ Ecclesiæ personam, ad bonâ
matrem infantes accurramus, & si sumus sermonis auditores, beatam glorificemus œcono-
miam, humanæ scilicet carnis susceptæ consilium, per quod tanquam à pædagogo quidem 40
homo instituitur, sanctificatur autem tanquam Dei puellus, & in cælis quidem versatur,
è terra institutus, patrem autem illic sumit, quem discit in terra. Omnia Verbum & facit,
& docet, & instituit. Equus freno ducitur, & taurus iugo, fera laqueo capitur: homo
autem verbo transformatur, quo fera mansuescunt, inescantur natatilia, & attrahuntur
volucres. Hoc Verbum equo frenum reuera construit, tauro iugum, fera laqueum, pisci
arundinem, aui laqueum. Hoc rempublicam gerit, agros colit, impetrat, & est admini- 50
ster, & vniuersa fabricatur,

Hoc cælum, ac terram, maris æquorâque alta creauit,

Astrâque quæ cælum pulchra vndique cuncta coronant.

O diuina opera! O diuina præcepta! Aqua hæc in seipsa fluctuet: hic ignis iram conti-
neat: aer hic vagetur in æthere: terra autem & fixa sit & ferat. Quando ego volo homi-
nem formare, elementa mihi sunt materia, unâ cum meo sigmento habito. Si me cognoue-
ris, ignis tibi seruiet. Tale ac tantum est Verbum. Hic est Pædagogus, mundi & hominis 60
opifex, & propter ipsum iam est mundi quoque Pædagogus, cuius iussu ambo constamus,
expectantes iudicium. Neque enim furtiuum fert hominibus vocale verbum. Erit ver-
bum sapientia, ut ait Bacchylides. Irreprehensibiles autè, & integri, & inculpati Deo,
Philipp. 2. ut dicit Paulus, filij, in medio generationis prauæ & peruersæ tanquam luminaria in
mundo apparente. Quod ergo restat, propter talem Verbi celebrationem Verbum præ-
cabimur.

cabimur. Placare tuis ô Pædagoge pueris, pater auriga, Israël fili, & pater unum ambo,
Domine. Da nobis qui tua sequimur præcepta, ut impleamus similitudinem imaginis, &
pro viribus sentiamus bonum Deum & Iudicem non acerbum: præstaque ut omnes qui in
tua pace versamur, in tuam ciuitatem transferamur, & cum vndas peccati absque flucti-
bus tranauerimus, tranquilli cum sancto Spiritu conueniamus, & ineffabili sapientia no-
ctûq; & interdiu ad perfectum vsq; diem laudantes, gratias agamus, & laudemus unum
10 patrem, & filium: filium inquam pædagogum & magistrum, unâ cum sancto spiritu, qui
unus est omnia, in quo omnia, per quem omnia unum, per quem est quod semper est, cuius
membra omnes, cuius sunt gloria & secula, qui est vndiquaque bonus, vndiquaque pul-
cher, vndiquaque sapiens, vndiquaque iustus: cui gloria nunc & in secula seculorum,
Amen. Quoniam autem Pædagogus nos duxit in Ecclesiam, ipseque sibi ipsi, Verbo in-
quam, quod docet, & omnia considerat, asidet, bene habuerit, si nos cum in hoc loco si-
mus, iuste gratiarum actionis mercedem, pulchræ pædagogia conuenientem laudem Do-
20 mino offeramus.

COMMENTARIVS IN CAP. XII.

* Ego verò ijs quoque qui vxorem duxerunt. In quandam veluti summam redigit reliqua quæ restant ad
optimæ vitæ pertractationem, eorum nonnulla sumens ex doctoribus humanæ sapientiæ, id est ex prophanis
authoribus: maximam autem partem ex sacris Scripturis. Atque primum quidem præceptum quod tradit,
pertinet ad Matrimonium. Dicit enim se consulere ut mariti non osculentur vxores coram famulis, dua-
bus de causis, nempe & quod id sit alienum ab honestate matrimonij, & quod sit vitanda nimia familiari-
tas cum famulis, ne ea abutatur: nam familiaritas nimia parit contemptum. Aristoteles quidem certe cuius
30 non reiiciendam dicit esse auctoritatem, dominos ne arridere quidem permittebat famulis. Atque vbi que
quidem obseruanda est honestas, maxime autem domi, vbi est honesta & moderata coniugatio temperan-
tiæ, puram spirans voluptatem. Nam ut eleganter scribit Catullus, alloquens Hymenæum Deum coniugij
præsidem, Nil potest sine te Venus
Fama quod bona comprobet
Commodi capere, at potest
Te volente. Quis huic Deo
Comparatæ ausit?

Et ideo dicit Clemens temperantiæ coniugationem, id est coniugium, puram spirare voluptatem,
cum extra coniugium impura sit omnis voluptas, sed nec vllum maius capitur gaudium quam ex hon-
40 nestâ coniunctione viri & vxoris quæ virum diligit. Hoc significant versus quos citat ex tragædia:
sed nec authoris, nec tragædiæ meminit: suspicor tamen esse Euripidis. Eos citat Stobæus, in titulo Quod
res optima sit matrimonium. Atque olim quidem libere licuit apud gentes indulgere libidini, comestationi-
bus & comotationibus & cæteris vitiis, cum id permitteret à patribus tradita consuetudo. Sed ea omnia
præterierunt & exoleuerunt, cum Christus suo purissimo sanguine nos redemerit à paterna traditione, & li-
mitem statuerit quo disiungamur à prioribus peccatis, & cruci affixi & in veritate regenerati affligimur &
sanctificamur & ornatur virtutibus. Hinc est quod Deus, cum iusti simus, nos æquis aspicit oculis, & no-
stras audit præces, toruo alioqui vultu aspiciens eos qui mala faciunt, id est irascens peccatoribus: 129. enim
50 apud Hebræos & vultû & irâ significat. Quo fit ut nihil mali nobis possit accidere si bonû sequamur. Bon-
num autem sequitur, qui Dei mandatis obediens vitam agit ex virtute. Hinc existit bona educatio & insti-
tutio, quæ est perfectum decorum, ex quo existit pulcherrima actionum omnium inter se conuenientia.
Hæc dicit Clemens se ideo asperius dixisse, quod malos homines corrigens eorum procurer salutem. Dein-
de inducit pædagogum libere arguentem & bonis terræ propositis ad salutem inuitantem. Hoc faciebat
Pædagogus in veteri testamento, per bona terrena, & quæ sub sensum cadunt, erudiens hominem ad bona
quæ cadunt sub intelligentiam, quæ vere bona sunt, quæ quidem Deus præparauit iis qui ipsum diligunt.
Bona enim terrena non sunt propriè bona, ut quæ per se non sint bona, sed per participationem illius quod
est per se bonum. Solus autem Deus est per se bonus & bonum, ut cuius sit simplex puraque & mera essentia
in se nihil habens admixtum materiæ. Cætera omnia sunt bona per participationem, ut quæ non aliunde
quam ex Deo habent quod bona sint. Ij ergo demum qui boni sunt & iusti, vere bono fruuntur quando
60 Deo, qui per se est bonus & bonum, nulla re terrena permixtum, fruuntur. Magnum est ergo discrimen in-
ter ea quæ bona dicuntur per participationem, & ea quæ verè sunt bona: vtrumque tamen bonum dicitur,
sed proprie est bonum, quod est vere bonum. Ea autem quæ vera bona sunt à nobis expectantur, tanquam
bonarum actionum merces. Quæcumque ergo sunt domi seruanda. Transiturus ad præcepta quæ sumuntur
ex Scripturis, dicit Pædagogum satis exposuisse quæ sunt domi seruanda, & quæ vitia corrigenda: nunc
dicit eum, ut solet Pædagogus dicere quædam pueris quæ discant antequam veniant ad magistrum, nuda
quædâ dare præcepta, quæ postea sunt exponenda à magistro, & se accommodare peregrinationi, nempe vi-
tæ præsentis. Atque idem quidem est Pædagogus & Magister. Sed in via est Pædagogus, Magister autem est
in gloria, vbi iis qui ad ipsum peruenerint, aperit & reuelat omnia diuinæ scientiæ arcana. Pædagogi autem

lex vult timorem solvere. Nam auferens terrorem pœnarum quæ infligebantur à lege, liberum arbitrium, aut si maius libertatem spiritus adducit ad fidem. Nam cum fides sit ex auditu, cum auditum fuerit quod est credendum, libere & citra ullam vim ac necessitatem id fides suscipit. Deinde inducit Pædagogum varios & multiplices ex lege, Prophetis & Psalms thesauros proferentem, omnia tandem præcepta vno & duobus comprehendere, vt videre licet ex contextu qui est satis clarus, nec opus est aliquid addere. *Verumtamen est etiam distinctius adducenda.* Quidquid in lege præcipitur prophetis & psalmis reduci potest ad vnum & duo præcepta. Pædagogus tamen ea in varia & multiplicia distinguit præcepta, vt ea pròptius inueniamus ex copiosa salute & ordinatione scripturarû. Nam quæcunq; scripta sunt, ad nostrâ doctrinâ scripta sunt. Quo sunt autem omnia magis ordinata in scripturis, eo promptius inueniuntur & nobis suppetunt quæ ad nostram pertinent salutem. Prima autem adducit præcepta Decalogi: est autem Decalogus simplicis & vnius generis clementi. Nihil enim aliud significat quam prohibitionem & circumscriptiōnem peccatorû: nam ipsa etiam præcepta affirmatiua in se tacitam continent prohibitionem. Eam autem vocat salutarem peccatorum appellationem. Nam cum ideo appellentur peccata vt vitentur, ea autem vitare sit salutare; ipsa peccatorum appellatio est salutaris quæ tendit ad salutem. Quod autem illud de Idolis præceptum ita refert Clemens, vt dicat Idola non adorabis, satis innuit, non ob aliud à Deo prohibitum fuisse fieri idola, quam ne adorarentur. Quanto magis autem licet Christianis in Ecclesiis habere imagines, quibus si quis habetur honor is torus refertur ad prototypum? Quod autem inter Decalogi præcepta recentet illud *idoloprophias*, id est, pueris stuprum non afferes, hoc fortasse ideo facit, quod cum nomine adulterij comprehendatur omnis illicitus & nefarius concubitus, cum duxit referendum ad Decalogum, qui alibi disertis verbis prohibetur, proposito etiam mortis supplicio, tam ei qui agit quam ei qui patitur. *Porro autem præcipit etiam per Esaiam.* Sequuntur aliquot alia præcepta. Primum est quod simul coniungit orationem & bona opera. Ita etiam coniunguntur ea in actibus Apostolorum. Dicit enim Angelus Cornelio Cæturioni; Orationes tuæ & eleemosinæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Domini. Si autem simul coniungantur orationes & bona opera, vt pote eleemosinæ & reliquæ bonæ & piæ operationes, ex iis hic fructus percipitur quod mox exaudiuntur à Deo preces, vt testatur Esaias. Cuius pulcherrimam expositionem vide apud Diuum Hieronymum in commentario in Esaiam. *Curnam mihi ieiunatus, ait Dominus.* Postquam reulit præceptum de oratione & bonis operibus ex eodem Esaiâ affert præceptum de ieiunio. Ne quisquam autem existimet à Deo per Esaiam reprobati ieiunium, videat quid dicat Hieronymus in huius loci interpretatione. Non querit Deus afflictionem solam, & humilitatem animæ per iniuriam corporis: vt instar circuli torqueat corpus, & colla submittat ac tristis incedat, iuxta illud quod in psalmis dicitur. Afflictus & conturbatus sum vsque ad finem: tota die contristatus incedebam. Nec vt sacco quis vestiatur, & in cinere dormiat, quod de Dauid & Achab legimus: sed vt cum istis hæc faciat quæ sequuntur. Alioquin & Apostolus frequenter ieiunare se dicit: & Dominus, cum sponsus à discipulis suis fuerit ablati, docet eos ieiunatuos, & in psalmis pœnitens loquitur; Manducaui sicut cinerem panem meum, & porum meum cum fletu miscebam: & cum mihi molesti essent induere cilicio. Ex quo discimus, hæc primum faciendâ esse quæ dicit Dominus, & nō alia præterenda. *Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum.* D. Hieronymus exponens hunc locum sic scribit; Hostiæ & immolatio victimarum non principaliter à Deo quaesita sunt, sed ne idolis offerrentur, & vt de carnalibus victimis quasi per typum & imaginem ad spirituales hostias transiremus. Dicendo autem se hostias non quaesuisse, ostendit quod lex spiritualis sit: & omnia quæ Iudæi carnaliter faciunt, à nobis impleri spiritualiter. Hæc Hieronymus. Deus ergo non requirebat sacrificia tanquam eis sibi opus esset: sed eos auertens à cultu idolorum, ea malebat sibi offerri quam falsis Diis & Dæmonibus, maxime cum illa significarent illam vnicam corporis Christi hostiam, quæ abrogatis omnibus veteris legis sacrificiis Deo quotidie offertur, de qua dicit Dominus apud Malachiam Prophetam, Ab ortu Solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Quod de Eucharistico nostro sacrificio necessariò intelligitur. Sacrificia autem quæ non proprie sed metaphorice sunt sacrificia, cuiusmodi sunt oratio quæ & dicitur hostia laudis fructusque laboriosum & beneficentia ac communio, si cum veteris legis conferantur sacrificiis, sunt munda: sin cum vnicò nostro Christi sacrificio, non plus habent munditiæ quam quantum ab eo mundantur. Purus enim ille & immaculatus Christi sanguis mundat omnes bonas nostras operationes & recta facta. *Præterea de patientia.* De multis multa congerit præcepta quæ sumpta sunt ex scriptura. Ex eius autem expositoribus sumenda est eorum interpretatio, ne simus proluxiores. Quod autem citat ex Pindaro, in iis quæ habemus Pindari non inueniuntur. Eius autem videtur hic esse sensus, Dicit quidem scriptura: Quæcunque in oratione credentes petierint, accipient. Quod ita est intelligendû si in nomine Domini petierint: hoc est si & ea quæ petierint digna sint quæ à Deo dêtur, & vtilia iis qui petierint. Pindarus autem dicit incredulis nihil esse fide dignum, id est nihil credibile quod merito possint credere sibi esse euenturum. *Cuiusmodi autem tradita sit per Apostolos puerilis institutio.* Hæc omnia sumpsit Clemens ex Epistolis, quæ quidem dicit Pædagogum apponere suis pueris ad vitæ institutionem. Ea autem præcepta dicit se exponere veluti in semine, quod ea primum tradita sint ab Apostolo, ab Ecclesiasticis Doctoribus postea fusius declarata. Est autem semen ipsum rerum principium. Eorum autem expositio est petenda ab iis qui ipsa explicantur. *Cum is autem vos exceperit.* Puerum qui à Pædagogo didicit bonos mores, & bonas disciplinas, docet Magister excellentiora dogmata. Est autem idem Pædagogus & Magister: sed quatenus quidem in bonis instituit moribus & disciplinis, est Pædagogus: quatenus autem perfectiorem docet Philosophiam est Magister. Et est quidem Christus solus Magister, sed sponsam habet Ecclesiam, quæ ab ipso acceptum canit pulchrum & numerosum canticum. Et ideo recte dicitur canere, nō recte cantatura si canticum ab alio acceperit. Sed quis est hic sponsus? Est Deus Verbum, Deus inquam, Dei filius, cuius eadem est voluntas & eadem sapientia quæ patris: nec mirum cum sit vna & eadem vtriusque essentia, hypostasi tamen distincta, vt pote quod pater sit pater & non filius, & filius sit filius, non pater. Est etiam sanctificatio cognitionis. Omnis

Rom. 15.

Leu. 18. 20.

Actu 10.

Esaia 58.

Psal. 37.

2. Reg. 9.
3. Reg. 21.
2. Cor. 6.
& 11.
Matth. 6.
Psal. 101.

Malach. 1.

Hebr. 13.

Omnis enim scientia & cognitio est prophana quæ est à Christo aliena, qui in se habet abscondos omnes scientiæ thesauros. Et certe & cum non sit scientia nisi eius quod verè est, quod id est ens dicitur, Christus autem verè est id quod est, non est vera scientia nisi quæ est in Christo. Ipse quoque est propitiatio pro peccatis non solum nostris, sed etiam totius mundi. Ideo enim se exinanit, & serui formam accepit homo factus, vt pretiosissimo fuso sanguine offensum Deum placaret. Non placatur autem nisi cum cognoscamus. Non cognoscitur autem nisi diligamus. Non diligimus autem nisi eius mandata seruemus. *O alumni beatæ pedagogiæ.* Conuertit sermonem ad pueros à pædagogo institutos, quos hortatur vt impleant personam ecclesiæ, id est, sint ex numero filiorum ecclesiæ, & ita eam reddant omni ex parte perfectam & absolutam, cum ab ea non deficiant, sed tanquam pueri ad matrem accedat, & cum sint Verbi auditores, carnis à Verbo susceptæ glorificent dispensationem per quam tanquam à pædagogo homo instituitur, & in sancto baptisimi lauacro & venerandi corporis Domini esu sanctificatur, & dum in terris eruditur, sursum cor erigens in cælis versatur: illic patrem accipiens quem discit in terra dum docetur orare. Deinde excutitur in laudes Verbi, quod facit docet & instituit omnia, & cui cuncta quæ faciunt accepta debent ferre nō solum homines, sed etiam bestiæ. Postremo exclamando admirans diuina eius opera, inducit ipsum Verbum solo iussu creans elemēta suis qualitibus & proprietatibus prædita, & ex elementis, quibus vitur tanquam materia, formans hominem. Deinde dicit se habitare cum suo figmento, id est cum homine quem finxit: Eius enim delitiæ sunt esse cum filiis hominum. Deinde veluti extremum colophonem imponens verbi laudibus, concludit eum esse & hominis & mundi propter ipsum opificem & pædagogum: cumque per ipsum, nempe eius iussu vterque constet, fore vt & homo & mūdus ab ipso iudicetur. Est enim iudicaturus viuos & mortuos, & cum per ignem dissoluta fuerit mundi huius machina, cælum nouum & terra noua est ab ipso reformanda. Porro autem ne quis existimet eius iussu esse verbum vocale, id est sonum quocumque factum ex percussione aëris, dicit Bacchilidem congruenter sacre Scripturæ dicere verbum esse sapientiam, quam constat esse incorpoream. Cum autem tale sit nostrum Verbum, atque adeo sit ipsa lux mundi, dicit dandâ esse operam, vt nos tanquam filij immaculati luceamus tanquā luminaria in medio malorum, nempe infidelium. *Quod ergo restat propter talem Verbi celebrationem.* Postquam verbum celebravit laudibus, confert se ad orationem, precaturque pædagogum vt suis pueris sit propitiis, concedatque vt impleant similitudinem imaginis, id est in vita se ita gerant, vt ostendant se non frustra esse factos ad Dei imaginem, cum eam factis expriment, & vita præsentē tranquillè peracta, peccatorum non obruti fluctibus, ad portum beatitudinis, id est ad vitam æternam perueniant, & ad supernam translati Hierusalem quæ est ciuitas pacis, gratias agentes laudent patrem & filium cum sancto Spiritu, qui est vnus Deus, & in quo omnia vnũ sunt, & per quem sunt omnia. Nihil enim est in corporibus quod non sit ipse Deus, vt dicit Parmenides, & Mercurius Trimegistus, & Orpheus in suis carminibus. In eo quoque omnia sunt vnũ, & per eum sunt omnia, vt qui omnia creauerit, & creata omnia sua prouidentia regat & administret. Per eum quoque est quod semper est. Solus enim Deus est æternus, & quæcunque orta occidunt, ab eo habent quod per successionem semper sunt. Nam quidquid est, non aliunde habet quod sit, quam ab eo quod semper est. Id autem est Deus, qui est mera essentia & purus actus. Eius membra sunt omnes. Nam cum sit ipse & omnia & totum quo fit vt ab eius essentia omnes pendant, non abs re dici possunt omnes quodammodo eius membra. Dei quoque est gloria & secula. Nam si gloria dicitur is honor qui datur pro virtutibus rebusque; bene gestis, omnes autem virtutes à Deo emanant, & absque Deo nihil recte & ex virtute geritur: eius certe est quod ab ipso datur. Nemo enim dedit quod non habet. Dei quoque sunt secula quod Græcè est *αιώνες*, quod quidem vocabulum non exprimit seculum. Nam quantumuis magnum sit seculum, siue id sit centum siue etiam mille annorum, id est certi temporis spatio constitutum: Deus autem cum & sit ante tempus, & nec sit nec vnquam fuerit in tempore, quod à Dei depēdet æternitate, quam dici potest esse, fuisse autem aut futuram esse minime, si spectetur accurata & exacta ratio vocabuli, vere *αἰών* est, id est semper, *αιών* dicitur, quod æuum potius dicendum est quam seculum. Si ergo Deus spectetur, quæcūque & ante tempus fuerunt spatia, si spatia dici possunt in quæ non cadit dimensio temporis, & quæ post tempus sunt futura, ea sunt *αιώνες*, non secula, vt quæ sint æternitatis, non temporis, & quæ essent nihilo secius, etiam si nō esset tempus, quod *αιών* quidem, seu æuum imitatur non est autem *αιών*. Porro autem si gloria est honor qui datur pro virtutibus & meritis, beatis autem qui ex virtute vixerunt danda est æterna gloria, quæ nō est aliud quam semper frui Dei visione & contemplatione quod est summum bonum & perfecta felicitas, an nō verè dicitur eos id assequi quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit? Hic magnoperè videtur esse expetendum, esse bonum, esse pulchrum, esse sapiētem, esse iustum. Cum verò sit Deus ipsum per se bonum, ipsum per se pulchrum, ipsum per se sapiēs, ipsum per se iustū, id est ipsa bonitatis, pulchritudinis, sapientiæ, & iustitiæ idæa & exemplar archetypum, quam non felicitatem & beatitudinem superat eius ita frui contemplatione & visione, & ei ita adhærere, vt eius participatione ineffabili quodammodo dij efficiamur, & cum ipse sit omnia in omnibus, nos quoque re vera in eo simus? Hæc est omnium bonorum summa & nobis solus propositus scopus, ad quem sunt dirigendæ omnes nostræ cogitationes, omnia consilia, omnes actiones & opera. Eo si peruenerimus, nihil erit amplius quod ne si velimus quidem amplius, desiderare possimus. In eo enim est absolutissimus & accumulatissimus omnium bonorum thesaurus: quem nobis detur consequi, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & sancto Spiritu sit gloria in secula seculorum. Amen.

10

20

30

40

50

60

Prou. 18.

Bb. iij. *Dei gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & sancto Spiritu sit gloria in secula seculorum. Amen.*

HYMNVS CHRISTI SERVATO- RIS A SANCTO CLEMENTE COMPOSITVS, è Græco de verbo ad verbum versus.

F Rænum pullorum indocilium, Penna volucrum non errantium, Verè clauē infantium, Pastor agnorum regalium, Tuos simplices Pueros congrega, Ad sanctè laudandum, Syncerè canendum Ore innoxio Christum puerorum ducem. Rex sanctorum, Sermo, qui domas omnia, Patris altissimi, Sapientiæ rector, Laborum sustentaculum, Æuo gaudens, Humani generis Seruator Iesu, Pastor, arator, Clauē, frænum, Penna celestis Sanctissimi gregis. Piscator hominum, Qui salui fiunt. Pelagi vitij Pisces castos Vnda ex infesta Dulci vita inescans. Sis dux ouium Rationalium pastor Sanctè, sis dux, Rex puerorum intactorum.	Christi vestigia, Vita celestis, Verbum perenne, Æuum infinitum, Lux æterna, Fons misericordiæ, Operator virtutis, Honestæ vitæ, Deum laudantium, Christe Iesu. Lac celeste Dulcibus vberibus Sponsæ Gratiarum Sapientiæ tuæ expressum, Infantuli Ore tenero Enutriti, Mammæ rationalis Roscido spiritu Impleti, Laudes simplices. Hymnos veraces, Regi Christo, Mercedes sanctas Vitæ doctrinæ, Canamus simul. Canamus simpliciter Puerum valentem, Chorus pacis, Christo geniti, Populus modestus. Psallamus simul Deum pacis.	10 20 30 40 50
---	--	----------------------------

FINITA oratione, & simul cum ea toto Pædagogi libro finito, quisuis quæ vidimus præceptis pueros deduxit in Ecclesiam, ipse autem sibi, id est Verbo allidet, idem enim est & Pædagogus & magister & Verbum: Clemens hic Deum cenfer laudandum & pro bona pædagogia ac disciplina ei agendas gratias. Hunc itaque hymnum composuit, in quo rogat Pædagogum, ipsum scilicet Verbum, ut pueri congregati, quasi bonæ doctrinæ mercedem hymnum Deo canant, & ei agant gratias. In hoc autem hymno ubi ipsum alloquitur Verbum, sunt multa vocabula metaphorica, vel potius allegorica, ut cum eum vocat frænum, pennam, clauum, aratorem, piscatorem, & aliquot eiusmodi alia, quæ cum à diligentioribus & attentioribus lectoribus satis facile possint intelligi, non est quod in iis explicandis diutius immoremur. Hic ergo erit finis nostri in Pædagogum Commentarij, pro quo, si non Pædagogo, id est ipsi Christo Præceptori & redemptori nostro, non quam possum maximas egero gratias, quod eius ope, & oratio exhortatoria ad gentes, & tres libri Pædagogi sint multo dilucidiores, merito sim censendus omnium ingratiſſimus. Tibi ergo Christe quam maximas ago gratias, rogoque ut ad interpretandum multiplex & varium opus Stromatum, ad quod nunc accingor, tui sancti Spiritus auxilium non deneges, efficiasque ut pio lectori mea opera non sit ingrata nec inutilis. Amen

CLEMENTIS

CLEMENTIS ALEXAN- DRINI STROMATVM LIBER PRIMVS. DEEST PRINCIPIVM.

10 * * * * *

10 **V**T ea sub manu legas, & ea seruare possis. ^a Vtrum autem ne omnino quidem, an est aliquibus permittendum scribere? & si prius quidem, quis est vsus literarum? sin autem alterum, aut viris bonis, aut iis qui non sunt eiusmodi. Ridiculum quidem certè fuerit, eorum qui sunt boni ac studiosi scriptis repudiatis, eos qui tales non sunt componentes admittere. Sed Theopompo quidem & Timæo, qui fabulas & maledicta componunt, præterea autem Epicuro quoque qui est princeps & author impietatis, quinetiam Hipponacti & Archilocho tam turpiter scribere concedendum est, ei autem qui veritatem prædicat, prohibendum est posteris utilitatem relinquere? ^b Pulchrum autem & honestum esse existimo, iis etiam qui postea sunt futuri, bonos filios relinquere. Atque filij quidem corporum, animæ autem factus sunt orationes. Iam Patres eos dicimus qui nos catechesi instituerunt. ^c Philosophia autem, est humana, & se lubenter communicat. Dicit itaque Solomon: Fili, si susceptam præcepti mei dictionem apud te absconderis, exaudiet sapientiam auris tua. ^d Sermonem qui seminatur, in eius qui discit anima abscondi dicit, tãquam in terra: & hæc ^e est plantatio spiritualis. Vnde etiam infert: & applicabis cor tuum ad intelligentiam, applicabis autem ipsam ad admonitionem filio tuo. Anima enim animæ, & spiritus spiritui copulatus, per sermonis seminationem id quod deiectum est auget & viuificant: filius autem est, quisquis eruditur, ex eo quod ei qui eum erudit, obediat. Fili, inquit, præscriptorum meorum ne obliuiscaris. ^f Quod si non omnium est cognitio, a sinus ad lyram, ut ij dicunt qui prouerbis vtuntur, multis sunt quæ scripta sunt. Sues quidem certè magis delectantur luto, quàm aqua munda. Propterea, inquit Dominus, loquor eis in parabolis, quod vident ^g res non vident, & audientes non audiunt, & non intelligunt: non quod eis Dominus præbeat ignorationem, sic enim sentire est nefarium, sed quod eam quæ inerat, Prophetice arguerit, & ea quæ dicebatur, non esse intellecturos indicarit. ^h Iam autem cernitur ipse Seruator, qui ex redundanti copia, pro eius qui accipit viribus, quæ ex exercitatione seruis augetur, facultates distribuerat, reuersus cum eis rationem ponere, quando iis quidem qui eius pecuniam auxerant, qui in modico fuerant fideles, exceptis, eos supra multa cõstituturum pollicitus, in Domini gaudium iussit ingredi: ei autem qui pecuniam ad fœnerandum creditam occultauerat, & eam ipsam quam acceperat absque ullo emolumento reddebat, Serue, inquit, nequam & piger, oportebat te pecuniam meam dare numularijs, & ego veniens meam recepissim. Propter hæc seruus inutilis iniicitur in tenebras exteriores. Tu ergo fortis esto, ait quoque Apostolus, in gratia quæ est in Christo Iesu, & quæ audiisti à me per multos testes, ea committe fidelibus hominibus, qui quidem idonei erunt alios quoque docere. Et rursus: Stude teipsum Deo probum exhibere operarium, inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis. ⁱ Si ergo ambo verbum prædicat, hic quidem scripto, ille verò voce, quomodo non sunt ambo admittendi, qui efficiunt ut fides operetur per dilectionem? ^k A culpa autem eius qui quod est optimum non elegit, Deus est prorsus alienus, & minimè eius causa. Iam verò illorum quidem munus est verbum fœnerari: horum autem, probare, & aut accipere, aut non. Iudicium autem in ipsis iudicatur. ^l Sed prædicandi quidem scientia quodammodo est Angelica, utrovis modo iuuans, seu per manum, seu per

Bb. iij

linguam operetur: quoniam qui seminat in spiritum, de spiritu metet vitam aeternam. Quod autem bonum est facientes, ne simus pusillo & abiecto animo. In cum quidem certe qui diuina prouidentia in eam inciderit, confert ea quae sunt maxima, principium fidei, uita recte instituenda promptum & alacre desiderium, ueritatis appetitionem & ad eam incitationem, motum inquisitionis, uestigium cognitionis, & ut rem in pauca conferam, dat materiam & occasionem salutis. Qui autem in uerbis ueritatis germane & sincere sunt educati accepto uita aeternae uatico, sublimes in caelum feruntur. Valde itaque mirabiliter dicit Apostolus: Semper uos exhibentes ut Dei ministros, ut pauperes, multos autem ditantes: ut nihil habentes, & omnia possidentes. Os nostrum apertum est ad uos. Testificor autem, inquit scribens ad Timotheum, coram Deo & Christo Iesu, & electis Angelis, ut haec custodias absque praediuicio, nihil faciens in alteram partem declinando. ^h Neceffe est ergo utrosque probare seipsos: illum quidem an dignus sit qui dicat & monimenta relinquat: hunc uero, an iure possit audire & legere. Etiam Eucharistiam cum quidam ut mos est diuiserint, permittunt unicuique ex populo eius partem sumere. Ad accuratè enim, perfecteque eligendum ac fugiendum, optima est conscientia. Firmum autem eius fundamentum, est recta uita, cum ea quae conuenit doctrina: & sequi alios iam probatos & qui se recte gesserunt, optimum est, & ad ueritatem intelligendam, & ad exequenda mandata. Quamobrem qui comederit panem & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem homo seipsum, & sic de pane edat & de calice bibat. Consequens est ergo, ut qui ut proximis profit curam suscipit, consideret, nunquid audacter ac temerè, & aliqua in aliquos ductus emulatione, ad docendum profuerit: num gloriam aucupetur eius uerbi communicatio: num hanc solam accipit mercedem, eorum qui audiunt salutem: num loquendi ad gratiam, sordiumque acceptorum munerum criminationem effugerit, qui per literarum monimenta loquitur. Nunquam enim in sermone adulationis fuimus, sicut nouistis, inquit Apostolus, neque in praetextu auaritia, Deus testis, neque quarentes gloriam ab hominibus, neque à uobis, neque ab aliis, cum possemus esse oneri ut Christi Apostoli: sed fuimus mansueti in medio uestri, sicut nutrix fouet filios suos. Eadem autem ratione eis quoque qui sunt diuinorum uerborum participes, obseruandum est, num nimium curiosi animi uitio inducti, tanquam urbium aedificia uisuri, ad id accedat, num ueniant ut sint rerum secularium participes, cum audierint eos qui sunt Christo consecrati, ea quae sunt ad uictum necessaria lubenter communicare. Sed sunt ij quidem hypocrite, & ideo mittantur. Si quis autem non uideri iustus, sed esse uelit, oportet ut optima is sit conscientia. Si est ergo messis quidem multa, operarij uero pauci, reuera orare oportet ut maxime sit plurimum operariorum copia. ¹ Est autem duplex agricultura: una quidem quae scriptis non continetur, altera uero quae continetur. Vtrouis autem modo Domini operarij praeclearum frumentum seminauerit, & spicas auxerit & messuerit, uerè diuinus apparuerit agricola. Operamini, inquit Dominus, non cibum qui perit, sed qui manet in uita aeternam. Sumitur autem nutrimentum & per cibos & per uerba: & reuera beati sunt pacifici, qui eos qui in hac uita & errore ab ignorantia oppugnantur, contraria docendo transmouent, & ducunt ad pacem quae est in Verbo & uita quae est ex Deo, & eos qui esuriunt iustitiam, panis distributione nutriunt. ^k Sunt enim etiam animae propria habentes nutrimenta, & alia quidem augentur per agnitionem & scientiam, alia uero per Graecam pascuntur philosophiam, cuius quomodo nucum, non est quiduis esculentum. Qui autem plantat & irrigat, cum uisus qui auget sint ministri, in ministerio unum sunt. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum proprium laborem. Dei enim sumus cooperatores, Dei agricultura:

Dei edi-

Dei aedificatio estis, ut ait Apostolus. ¹ Neque uero permittendum est auditoribus ut ex comparatione faciant probationem: neque uerbum tradendum est examinandum iis qui sunt educati in artibus omnis doctrinae generis, & inflatorum argumentorum uiribus animam iam habent praecoccupatam, & nondum exinanitam. Qui autem ex fide conuiuari instituerit, is ad diuinorum uerborum susceptionem firmus est & stabilis, ut qui iudicium quod bona nititur ratione habeat, nempe fidem. Eum autem hinc ex redundanti copia sequitur persuasio. Hoc itaque erat illud propheticum: Nisi credideritis, non intelligetis. Dum ergo tempus habemus, operemur bonum, maximè autè apud domesticos fidei. Vnusquisque autem eorum ex beati Dauidis sententia psallat gratias agens: Asperges me Domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealabor. Auditam mihi facies letitiam, & exultatione exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum inuua in uisceribus meis. Ne proicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi letitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. ^m Atque qui ad praesentes quidem dicit, & tempore probat, & iudicio iudicat, & discernit ab aliis eum qui potest audire, obseruans uerba, mores, consuetudines, uita, motus, habitus, aspectum, sermonem, triuuium, petram, uiam quae conculcatur, terram fertilem, & syluascensentem, & regionem bonam ac feracem, & quae colitur, & quae potest multiplicare sementem. Qui autem per literarum monimenta loquitur, apud Deum ⁿ sacramenti religione obstringitur, haec in scriptis uociferans: Nec lucri gratia, nec inanis gloriae causa, non uinci ab affectione, non quaestui seruire, non efferrì uoluptate, sed eorum qui legunt sola frui salute, cuius nec est in praesentia particeps, sed spe expectat eam quae omnino reddenda est retributionem ab eo, qui operarij est pollicitus se redditurum mercedem pro meritis. ⁿ Sed nec eum qui in uirorum numerum est adscriptus, oportet desiderare remunerationem. Non enim qui sua beneficia iaculauit, propter gloriationem accepit retributionem. Qui autem eorum quae oportet aliquid facit propter remunerationem, aut ut rectè operans studens recipere, aut ut maleficus poenam uitans, an non mundana tenetur consuetudine? Oportet autem Dominum, quoad eius fieri potest, imitari. Is autem fuerit qui Dei uoluntati inseruit, qui cum gratis acceperit, dat gratis, satis magnam recipiens mercedem, ipsam uita institutionem. Non ingreditur autem, inquit, in sancta merces meretricis. Porro autem prohibitum est offerre altari pretium canis. Cui autem mala educatione & doctrina obtusus est animae oculus, uadat ad propriam lucem, ad ueritatem, quae in scriptis ea quae non sunt scripta indicat. Qui sititis, ite ad aquam dicit Esaias. Et bibite aquam de uasis uestris, monet Solomon. ^o Plato itaque qui est ex Hebraeis philosophus, iubet agricolas non irrigare, neque aquam ab aliis sumere, nisi cum prius apud se foderint usque ad terram, quae uirginalis dicitur, terram aridam & aquae expertem inuenerint. Inopia enim non succurrere, non iustum est: ocio autem ac socordia uaticum suppeditare, minimè est honestum: etiam si onus quidem simul imponere rationi esse consentaneum, simul autem portare non conuenire dicebat Pythagoras. Simul autem accendit scriptura igniculum animae, & conuenientem oculum dirigit ad contemplationem, fortasse quidem aliquid etiam immittens, ut is qui inserit agricola, id autem quod inest excitans. Multi enim in nobis, ex diuina Apostoli sententia, sunt infirmi & imbecilli, & dormiunt multi. Si autem nos ipsos diuidicaremus, non diuidicaremur.

GENTIANI HERVETI AVRELII, RHE-
MENSIS CANONICI, IN CLEMENTIS ALEXAN-
drini Librum I. Stromatum,

COMMENTARIUS.

Euseb. lib.
5. cap. 11.
Niceph. li.
4. cap. 32.



VIVS operis titulus est, Clementis Alexandrini Stromata. Quisnam autem fuerit hic Clemens, licet videre, & apud Eusebium Casariensem in historia Ecclesiastica, & apud Nicephorum Callisti. Inscriptum autem hoc opus *στώματα*, id est stragula, à varietate rerum quæ in eo scribuntur, sicut etiam contextuntur stragule vestes ex pãnis diversorum & variorum colorum. Vocantur etiam à Græcis quidem *στώματα*, à Latinis verò Centones, vestes confarctinatæ ex variis panniculis, & nonnunquam etiam ex multiplicibus & diversis coloribus. Hinc denominata sunt Centrones vel Centones, carmina ex variis vel versibus, vel versuum fragmentis contexta. Cuiusmodi sunt *ὀμπροκέντρωνες*, & Vergiliocotes Probae mulieris, & Centon nuptialis Ausonij. Cur autem hoc opus vocarit *στώματα*, pulchrè docet Nicephorus, paucis totum argumentum exponens. In Contextorum inquit libris (ita enim vocat *στώματα*), non solum pleraque ex diuinis literis sternit & contextit, verum etiam si quid apud Græcos est scitu dignum affert. Et simul Græcorum atque barbarorum dogmata, nec non falso nominatæ scientiæ, Hæresarcharum & Philosophorum opiniones explicans, multiuagam omnis generis doctrinæ exhibet institutionem. Quapropter ex varietate materiæ merito illi talem sortiti sunt inscriptionem, & cætera. Hi ergo libri appellati sunt *στώματα*, & ipse quoque ex his libris appellatus est *στώματος*. Ex quo facile intelligitur quanta sit horum librorum excellentia. Nam cum tam multa eaque præclara scripserit, ex nullo alio cognomentum est adeptus. Dolendum est autem huic operi deesse principium: quod si non deesset, facilius intelligi posset vniuersus contextus, & qua institutum persequitur methodus. Sed quoniam id periit iniuria temporis, danda est opera ut quæ sequuntur quam fieri poterit facillime & clarissime explicentur. Ad id quidem quod primum occurrit, nempe ut eas sub manu legas & eas seruare possis, cum quid precesserit ignoretur, quid sibi velit non potest diuinari.

VTRUM autem ne omnino quidem. Scripturus Clemens Stromata, ne temere videatur scribere, hanc primum proponit quaestionem: An non sit omnino scribendum, an verò sit aliquibus permittendum scribere. Et primum quidem scribendum esse statuit, alioqui futurum ut literæ sint inutiles. Quod si est scribendum, & est aliquibus permittendum scribere: eis potius est permittendum qui veritatem prædicantes sunt vtilitatem relicturni posteris, quam historicis fabulosis & maledicis, Philosophis impiis, & Poetis obscenis. Fabulosus autem historicus fuit Theopompus & maledicus, eum quidem certe & in mendacio & in maledicentia comparat Plutarchus cum Herodoto, præfert tamen Herodotum. Fuit etiam Timæus, de quo hic loquitur, historicus adeò contumeliosus, vt conuiciatoris & obrectatoris cognomen ex eo sit adeptus. Porro autem impium fuisse Epicurum, atque adeò autorè impietatis nemo est qui nesciat, qui sciat eum & Deos hominibus adeò similes statuere, vt omnem tollat diuinitatem. Hipponax autem & Archilocus non solum fuerunt in Iambicis versibus scribendis truces & sæui, sed etiam in maledicendo turpes & obsceni. Pulchrum autem & honestum esse existimo. Pulchrum esse & honestum scribere ex hoc probat, quod scripta sint veluti quidam filij & fœtus animæ. Nam vt ex corporibus gignuntur filij, ita ex anima ea quæ scriptis mandantur, quæ quidem vocat orationes: Græcè autem est *λόγος*. Cum sit autem duplex *λόγος*, nempe & internus, quem vocant *ἰσθμὸς λόγος*, qui Latine dicitur ratio, & externus qui dicitur *ῥηθμὸς λόγος*, id est qui profertur, is *ῥηθμὸς*, Latine dicitur oratio: Dicitur autem oratio, & quæ dicitur, & quæ scriptis mandatur. *Iam patres eos dicimus, qui nos catechesi instituerunt.* Ne videatur nouum & alienum aliquid dicere, quod quæ scriptis mandantur filij & fœtus appellentur, dicit non solum scripta appellari filios & fœtus animæ, sed nos quoque ipsos dici filios eorum qui nos instituerunt, nempe eos à quibus fidem quæ est ex auditu accepimus, cum essemus Cathecumeni, à voce enim resonante dicuntur Cathecumeni. Patres autem nostri dicuntur, qui nos catechesi, id est quæ per vocem fit, institutione Christi genuerunt. Ita loquitur Apostolus dicens, Per Euangelium ego vos genui, & Obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis Onesimo, eum enim in vinculis in fide instituerat. Neque verò solum gignendi vtitur vocabulo in iis quos recens in fide instituit, sed etiam in iis qui prius instituti quæ didicerant dederant & rursus erant instituendi, vsurpat verbum parturiendi. Ita enim scribit ad Galatas; Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. *Philosophia autem est humana.* Quoniam dixit eos qui nos catechesi instituerunt esse patres nostros, vt qui nos Christo gignant, nunc docet, quomodo fiat hæc generatio. Sapientia, inquit, est humana & facile communicatur. Sapientiam appellat bonam eius qui docet doctrinam. Ea est veluti semen quoddam absconsum in anima eius qui discit, vt quod sit per sermonem deiectum in animam, anima animæ copulata, & spiritus spiritui, non secus atque semine deiecto in matricem per rationes feminales, augetur & viuificatur fœtus. Hæc est autem spiritalis seminatio & plâtatio, ex qua qui per sermonem à Doctore generatur, sit eius qui seminat, nempe Doctore, filius. Filius autem est ex eo quod ei qui ipsum docet obedit. Nisi enim obediat, cor suum non applicat ad intelligentiam, & cum eorum quæ audiuit obliuiscatur, fit vt vel semen quod per sermonem seminatur, non concipiatur, aut non multo post fiat abortus. Semen enim non semper concipitur, & conceptum non semper retinetur. Ex conceptione autem & retentione seminis fit spiritalis generatio, quæ est cognitio. Non est autem omnium cognitio. Neque enim omnes semen concipiunt & retinent. Ex eo ergo infert Clemens. *Quod si non omnium est cognitio.* Duo sunt apud Græcos prouerbia, *ὄνος λέγει*, & *ὄνος πῶρος ἀλών*, id est, Asinus ad lyram, & asinus ad tibiam, quo significantur indociles & qui minime sunt apti ad ea intelligenda quæ docentur: Eorum expositionem vide apud Erasimum in Prouerbiis. Dicit ergo Clemens multos esse qui non sunt apti ad cognitionem sicut nec Asinus ad

Cælius
Rhodig. x.
cap. 18.

1. Cor. 4.
Philém. 1.

Galat. 4.

Chil. 1. cēt.
35. & Chil.
4. Prouerb.
47.

Asinus ad lyram, & qui ea non magis delectantur quàm porci aqua munda, quibus est innatum vt in cæno lubenter volentur. Iis qui erant huiusmodi, loquebatur Dominus in parabolis, quoniam sciebat eos sublimiora dogmata non posse percipere: & ita eorum arguebat & indicabat ignorantiam, non autem eius erat autor & causa efficiens. Nam qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, vt nec eorum damnationis: ita nec ignorantiam causam præbet, sed eis & peccatum ostendit, vt eius ducantur pœnitentia, & procurat vt suam agnoscentes ignorantiam ad veritatis dirigantur agnitionem, quam si diligenter quæsierint inueniunt. *Iam autem cernitur ipse seruator.* Hæc Christi parabola, quod attinet ad institutum Clementis (nam reliqua vt non necessaria pretermittimus) quandam similitudinem significat, vt pecunia ab iis qui eam possident, non est relinquenda otiosa, sed vt augetur fœnori danda nummulariis, ita quæ vel verbi prædicatione, vel scripto accepta est, doctrinam esse alios docendo augendam & multiplicandam: ita etiam accepta charismata, gratificando, & de aliis bene merendo crescere oportere, vt rediens Christus pleniorum & accumulatiorem fidem inueniat & opera. Cui quidem sententiæ conueniunt ea quæ ex Paulo citantur testimonia, quibus vult doctrinam iis committi, qui alios possunt docere, & hortatur Timotheum vt rectè tractet verbum veritatis. Rectè autem tractatur, si non otiosum relinquatur, sed exerceatur dum iis traditur qui aliis prosint & verbo & opere, vel saltem alterutro. *Si ergo ambo verbum prædicant.* Quoniam Clementis est institutum ostendere esse scribendum, ei congruenter sic dicit; Rectè tractatur Verbum veritatis prædicando, vt dicit Paulus. Qui ergo verbum veritatis prædicat, est admittendus. Sed qui prædicat, vel scripto, vel voce prædicat. Qui ergo vel scripto vel voce prædicat, est vterque admittendus. Deinde affert rationem, cur qui prædicat sit admittendus. Qui efficit vt fides operetur per dilectionem, est admittendus. Hoc efficit & qui scripto & qui voce prædicat. Vterque ergo est admittendus. Protinus autem occurrit tacita obiectioni, quæ potest esse huiusmodi. Si sunt admittendi qui & voce & scripto prædicant, non efficiunt autem quod volunt, cum tamen possent si Deus veller, quomodo non est culpa in Deum conferenda, quod id non efficiant? Respondet Clemens, Deum auditoribus dedisse potestatem eligendi, quod est optimum. Quod si non elegerint, non in Deum, sed in ipsos culpa est conferenda: Deus enim non est causa sed ipsi. Prædicatorum est quidem tanquam fœneratorum verbi doctrinam dare tanquam pecuniam: auditorum autem, eam sit ne probare & accipere. Iudicatur ergo eorum iudicium. Laudantur enim si probam approbauerint: damnantur autem si probam reprobaauerint. *sed prædicandi quidem scientia.* Excurrit in laudem prædicationis. Dicit autem eam esse quodammodo Angelicam. Nam cum Angelus dicatur nuncius, sit autem prædicatio Verbi quod carnem suscepit internuncia, & optimum afferat nuncium peccatorum remissionis, & nostræ redemptionis & salutis: quod quidem est Euangelium, id est bonus nuncius, ea est quodammodo Angelica, vt quæ nobis eundem afferat nuncium quem Angelus Gabriel virgini Mariæ: Rectè autem dicit eam principium fidei. Nam fides est ex auditu prædicationis, vitæ quoque recte instituendæ desiderium. Nam cum sine fide Deo nemo possit placere, is demum vitam rectè instituit, qui Deo ferens acceptam suam iustificationem, ab eo suas auspiciatur actiones, & eas in ipsum terminat. Veritatem quoque appetit, qui per prædicationem res huius mundi caducas, & fallaces, & quæ nihil habent certi agnoscentes, in Deum qui solus vere est, omnes suas cogitationes defigit. Per prædicationem mouetur ad inquisitionem, qui intelligens se hic patriam non habere permanentem, futuram inquirat. Dat etiam prædicatio vestigium cognitionis. Nam cum fides sit ex auditu, cognoscatur autem Deus ex fide, per prædicationem infigitur vestigium cognitionis. Vestigium autem dicitur cognitionis, quoniam non perfecta sit hic cognitio, sed veluti in ænigmate, perfecte autem tunc demum cognoscemus, quando ab his liberati tenebris Deum faciem ad faciem videbimus. Ex his omnibus existit materia & occasio salutis, cuius causa quidè efficiens est Deus, sed eius fundamentum est fides, quæ ea omnia continet quæ hic enumerantur. Ne quisquam autem existimet nostram salutem consistere in iis quæ sunt huius mundi, subiūgit, quod qui sunt verè & germane educatione ingestus & reconditus) ij non amplius humi repunt, sed tanquam alati sursum corda erigunt, accepto vitæ aternæ viatico, nempe diuino corporis & sanguinis sacramento, quod & nos hic nutrit ad resurrectionem & vitam aternam, & tanquam arra nos reddit securos, quod absque villo symbolorum inuolucro Christo qui est vita nostra fruamur in aeternum. Qui tales sunt se gerunt tanquam Dei ministros, & quales vult eos esse Paulus, nempe videri quidem pauperes, vt qui mundanis non abundant diuitiis, alios autem locupletent spiritalibus bonis quæ verè bona sunt: & videri quidem nihil habere, vt qui mundi non habeant possessiones, cum tamen omnia possideant, vt qui & iis quæ ad victum & vestitum sufficiant, contenti non amplius appetant, & Deum habeant qui solus est omnia, & qualem Timotheum vult esse Paulus, nempe vt quæ sunt recta & aqua custodiat, præiudicati nihil domo afferat, & à medio in quo consistit virtus non recedens, neque in hanc neque in illam partem inclinet. Hæc faciunt ij quorum cogitationes sursum ascendunt, res autem humanas & mundanas despiciunt, nisi quantum opus sit, vt inter homines conseruetur æquitas, & alter alterum sua non opprimat iniustitia. *Necesse est ergo virosque probare seipos.* Hactenus ostendit esse scribendum & prædicandum, & prædicationem consistere & in scripture, & in voce. Sed cum non sit cuiuslibet scribere & prædicare, nec cuiuslibet legere & audire, nunc docet quomodo prædicent & audiant. Et prædicationem quidem dicit debere fieri conuenienter ei, quæ sit ab iis qui sumunt Eucharistiam. Diuisa enim Eucharistia ab iis quorum est munus eam frangere, ij permittit cuiuslibet particula totus est Christus, qui nec frangi potest nec diuidi, vt qui fracto Sacramento manet integer. Sed non prius permittitur sumere, quam qui est sumpturus, seipsum probet, sit ne bona eius conscientia. Bonæ autem conscientie fundamentum, est recta vita cum conuenienti doctrina. Recta, inquam, vita, vt qui vel sceleribus & vitiis se non contaminarit, vel pœnitentia ea expiauerit. Conueniens autem doctrina est, si & quæ de

1. Tim. 2.

Deo sentienda sunt sentiat, & ab Ecclesiæ Catholicæ decretis non recedat. Docens autem quomodo se sit probaturus, qui ut aliis profit vel scribendo vel prædicando curam gerit, nempe examinaturus, sine scopus & institutū tale quale esse debet, nempe ut nulla ducatur æmulatione, nec inanem gloriā aucupetur, nec munerum sordibus corruptatur, sed sibi proponat solum eorum quos docet salutem. Eorum autem qui docentur, hic debet esse scopus & institutum, non ut ad audiendum curiosi animi vitio inducantur, ut qui cupiant noua quædam audire & inaudita, nec ut suis priuatis consulant commodis, ut multi olim ex gentibus qui ad audiendam conueniebant Verbi prædicationem, ut se in Ecclesiâ græmum insinuantes, ex eius beneficentia ac liberalitate aliquid ad victum necessarium acciperent, in quo se planè arguebant Hypocritas: ut qui se iustos videri vellent cum non essent. Oportet autem eorum qui audiunt bonam esse conscientiam, ut in quibus nihil sit fictum nec simulatum, nec propter aliud audire quam ut suæ salutis, quam promittit prædicatio, prospiciant. Si est ergo messis quidem multa operarij verò pauci, reuera orare oportet, ut maxime sit plurimum operariorum copia. Sunt nonnulli quidem auditores hypocritæ, in quibus frustra laborant operarij, qui sunt prædicatores. Sed nonnunquam contingit, ut sint multi qui verbum lubenter essent audituri, & in horreum Domini facile possent adduci, si essent operarij qui meterent, nempe prædicatores, tunc est orandus Dominus, ut in messem mittantur operarij. *Est autem duplex agricultura. Duobus modis colitur ager Domini qui est Ecclesiâ, nempe scripto & voce. Vtraque est bona atque ad eò diuina agricultura, si bonum seminetur frumentum, si crescant segetes, & tandem messis in horreum recondatur, id est si ad vitam æternam perducantur, qui Verbum Domini quod fuit seminum audiuertunt. Hoc verbum Domini à prædicatoribus seminum, non fit temporale frumentum, ex quo fit cibus qui perit, sed fit cibus qui permanet in vitam æternam. Nam & ipsum Dei Verbum dum ritè auditur, per fidem, spem & charitatem quæ ex eo accipitur, nos nutrit ad vitam æternam: Verbum, inquam, quod profertur à prædicatoribus, & ideo est cibus qui permanet nec corrumpitur. Ipsum quoque *verbum*, id est essenziale verbum, quod in mysterio hic comeditur postquam hinc excesserimus, omni ablato integumento à nobis comeditur, dum eo qui est panis Angelorum, eo modo qui sub humanam non cadit intelligentiam, fruimur. Eum ergo cibum operantur operarij, id est prædicatores qui nobis persuadēt, ut eius certissimam credamus veritatem, quia ipse quoque est duplex nutrimentum, nempe corporale & spirituale. Corporali nutritur corpus, spirituali anima. Hinc est quod dicit Christus tentatorē repellens diabolus; Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei: Verbum autem Dei & verba dicuntur sacra doctrina à Deo inspirata, per quam sancti prædicatores auditores traducunt ab ignorantia ad cognitionem, per quam est pax cum verbo Dei filio, & ideo dicuntur pacifici, & per quam acquiritur vita. Nam & à Christo procedit omnis vita, ut qui sit, ut ipse est testis, via, veritas & vita, & cum in eo viuant omnia, & sine eo nihil possit viuere, merito dicit Paulus nostram vitam in eo esse absconditam. Per quam etiam nutriuntur qui esuriunt iustitiam, id est qui virtutum omnium tenentur desiderio: per iustitiam enim in sacris literis intelliguntur omnes virtutes. Nutriuntur autem distributione panis. Panem autem dicit doctrinam, quæ cuiuslibet, ut conuenit & ut ferre possunt vires, distribuitur. *Sunt enim etiam animæ propria habentes nutrimenta. Duplex est Philosophia, nempe diuina quæ est Christiana, in quam nulla cadit reprehensio, & vocatur cognitio & scientia, & Græca, in qua sunt multa quidem laudanda, sunt autem etiam multa vitiosa & reprehendenda, sicut etiam in nuce non sunt omnia esculenta, est tamen aliquid esculentum. Omnes autem qui docent, Dei sunt ministri, qui eis que plantantur & irrigantur, dat incrementum. Danda autem est eis opera ut suo rite fungantur officio: vnusquisque enim suo labori conuenientem accipiet mercedem, Deus enim verbi sui prædicatores remuneratur pro meritis. *Neque verò permittendam est auditoribus. Dixit antea non esse aptum ad audiendum, & ideo probandum esse eum qui sit auditoris. Nunc autem dicit eum non esse aptum ad audiendum, qui diuina conferens cum prophanis, nempe Græcis, venit instructus omni genere artium & disciplinarum, & à validis argumētis habet præoccupatum animum. Eum qui Dei Verbum est auditoris, debere omnes alias artes exuere, syllogismosque & argumenta relinquire, solam autem habere fidem, qua nixus verba diuina facile est suscepturus, cum sit firmum & stabile eius iudicium, nempe fides. Inde autem sequetur persuasio. Nunquam autem persuadetur si solis humanis nitatur rationibus: verè enim dicit Esaias; Nisi credideritis, non intelligetis. Quæcunque autem & ex Psalmis hic adducit, ab eo dicuntur qui fide fretus peccatorum expectat remissionem, insque expiatis, cordis munditiam, rectæ vitæ per Spiritum sanctum confirmationem, & quæ ex bona ac tranquilla conscientia, & ex salute accepta existit lætitiâ. *Atque qui ad præsentem quidem dicit. Is qui præsentibus voce prædicat, facilius probat digni ne sint auditores, quam qui scribit & monumenta sua literis mandat posteris. Quo fit ut quæ per scriptorē facilius expiatur Deus. Nam prædicator potest eū qui potest audire, discernere ab aliis, quia præsentem videt, & longo tempore cum eo versans diiudicat, obseruat verba motus, mores sermonem & consuetudinem, & ex triuio, petra & regione quam videt, examinat & perpendit, sine terra futura fertilis an non, & sit ne quam iacit sementis bonas productura segetes quæ de messe recondantur in horreo. Sed qui scribit posteris, nihil horum videt, quo fit ut non possit suum adhibere iudicium ad discernendos lectores: Scribens tamen clamat ac protestatur se nec ob lucrum, nec ob inanem gloriâ, nec ob vllam qua fit incitatus animi perturbationem, sed solam lectorum sibi proponere salutem, qua fruitur & delectatur, sperans interim fore, ut Deus his expiatus, suam quam pollicetur operariis minimè denegat remunerationem. *sed nec eum qui in virorum numerum est adscriptus. Qui aliquid facit propter remunerationem, is est adhuc puer, id est imperfectus. Qui autem relatus est in viros, id est qui est perfectus, is propter Deum gratis facit omnia, & nec bene facit propter remunerationem, contentus sua sola in Christo bona operatione, nec cauet peccare propter intentatas peccatori minas. Remunerationem sibi proponit mundus, qui est à nobis fugiendus, Christus autem gratis & propter se & propter nomen suum omnia bona facit, qui est nobis sequendus. Non assequuntur remunerationem, qui sua benefacta gloriosè prædicant. Publicanus iustior à Deo est reputatus sua agnoscens & confitens peccata, quam Pharisæus qui magnificè extollebat que gesserat.*****

Marth. 9. Luc. 10.

Marth. 4. Luc. 4.

Esa. 8.

Luc. 18.

gesserat. A Deo autem sperni id quod fit propter remunerationem ex eo probat ænigmaticè, quod scriptum est in Deuteronomio à Deo repelli, nec in sancta admitti mercedem meretricis, nec prætium canis, id est quod est acceptum ex permutatione canis: res est etenim vilis meretrix, & quæ pro prostitutione ab ea accipitur merces: ita etiam canis, & quod pro eo datur prætium. Vile quoque & sordidum est id opus, quod quasi à mercenario fit ob expectationem mercedis. Nam vita æterna quæ datur pro meritis & tanquam merces, est gratia quæ procedit à mera liberalitate donatoris, cum nulla merces tanto dono possit æquiparari. Quod si Deus donat gratis, nobis quoque gratis est operandum quasi nulla sit merces proposita. Nam ipsa quoque merces est gratia. *Plato itaque qui est Hebræis Philosophus. Fuisse quidem in Ægypto Platonem, vbi magnam suæ Philosophiæ partem habuit ex Hebræis superius diximus. Ideo Clemens eum vocat Philosophum ex Hebræis. Is sic scribit viij. de legibus; Αὐτρία ὁ εἶδος πόσις ἀμφοῦς ἐκ γῆς. τὰ ἐκ τοῦ ἰόντος ἀποστρέφει νόμισμα, καὶ ἐκλείπει τὸν ἀνακρίσαν ποταμῶν, ἀποστρέφει μὲν ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ γαίω μέρει, ὁ κερμαίνων γῆς ἐστὶν ἐν τῷ τῷ ἐσθλῷ ἡμετέρας ὕδατος ἀποστρέφει τὸν γαίω τὸν ὑπερέσθω μέρει τὸ ἀνακρίσαν ποταμῶς ἐκαστος τῶν οἰκιστῶν, id est, Si aliquibus locis simul congeneratus aquæ defectus à terra arceat fluenta quæ à Ioue veniunt, & potus desit necessarius: Fodiat quidem in suo predio vsque ad terram quæ κερμαίνων dicitur seu creta. Sin autem in hoc profundo nō incidat in aquam, à vicinis aquetur vsque ad necessarium potum singulis famulis. Quod est autem in nostris exemplaribus excusis μέρει κερμαίνων γῆς, Clemens legit παρθενικός, id est virginalis. An locus sit corruptus dubito, sed de terra virginali me nihil vsquam legisse scio. Hunc locum Platonis ad sensum allegoricum trahens Clemens, cum ita videtur interpretari, nostras scripturas tandiu esse scrutandas donec inueniatur quod quæritur. Quod si non inueniatur, id à scripturis externis est petendum. Quod desit quidem, est quærendum, sed vnde oportet. Otium autem non est alendum: alitur autem dum quod à nostris habere possumus, ab alienis perimus. Eis quidem qui laborant opem esse ferendam, non eis qui se tradunt otio. Hoc enim significat illud Pythagoræ symbolum φρόνων μὲν σωμάτων ἔσθαι, μὴ σωμάτων ἔσθαι, id est ad onus imponendum dandum auxilium, non autem ad deponendum. Scriptura autem est legenda, ut & quæ in nostra anima sunt virtutis scintillæ accendantur, & mens quæ est oculus animæ, ea in contemplationem dirigatur, vel documenta & præcepta quæ non inerant, tanquam ab Agricola in ea inserantur. Ab ea nobis est petendum auxilium, cum multi ex nobis sint infirmi, ut corroboremur & confirmemur: & multi dormiant, ut quasi mortui ex vitis excitentur. Si ita faciamus, & nos ipsos diiudicemus, id est, nos vel infirmos vel dormientes esse statuamus, & ita à Christo, nos admonente scriptura auxilium petamus, non iudicabimur, id est non condemnabimur. Ita etiam quando est à nobis corpus Christi sumendum, si nos ipsos probemus & nos grauius peccasse animaduertentes de peccatis agamus penitentiam, cum nos ipsos diiudicauerimus, non condemnabimur.*

*NON est autem hoc opus scriptura artificiosè comparata ad ostentationem, sed mihi ad senectutem reconduntur monumenta, obliuionis medicamentum, verè imago & adumbratio euidentiū & animatarum illarum orationum quas dignus habitus sum qui audirem, & virorum beatorum, quique reuera erant maximi pretij & æstimationis. Eorum vnus quidem in Græcia, Ionicus, alius verò in magna Græcia. Alter eorum erat ex Calesyria, alter ex Ægypto, alij autem ex Oriente, & eius alter quidem Assyrius, alter verò ex Palæstina Hebræus ex alto ducta origine. Cum autem in eum vltimum incidissem, erat autem primus potestate, conqueui in Ægypto, venans ea quæ latuerant. Sicula reuera apis, Prophetici & Apostolici prati flores decerpens, synceram quandam & incorruptam cognitionem ingenerauit eorum qui audiebant animis. Sed qui veram quidem beatæ doctrinæ seruabant traditionem, statim à Petro & Iacobo & Ioanne & Paulo, sanctis Apostolis, filius à Patre accipiens, pauci autem sunt similes patribus, ad nos quoque Deo volente peruenerunt, illa à maioribus data & apostolica deposituri semina. *Rectè autem scio fore ut exultent, non hac dico letati expositione, sed sola ea obseruatione quæ est in subsignatione. Est enim hæc, ut opinor, descriptio animi desiderantis beatam ita conseruare traditionem ut non possit effugere. Filio autem amante sapientiam, pater lætitiâ afficietur. *Putei qui exhauriuntur, emittunt aquam magis limpida ac perspicuam: corrumpuntur autem ij quorum nullus est particeps. Ferrum quoque vsus seruat purius, vsus autem defectus ei generat rubiginem. Ut semel enim dicam, exercitatio salubrem habitum ingenerat & spiritibus & corporibus. Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui accepti fuerint conuiuio. Quid enim iuuat sapientia, quæ non sapientem efficit eum qui potest audire? *Præterea autem semper quoque seruat Seruator, & semper operatur ut videt Patrem. *Docens aliquis plus discit, & dicens sepe vnà audit cum iis qui ipsum audiunt.*****

Marth. 1.

Unus est enim magister & eius qui discit, & eius qui audit, qui & mentem irrigat & rationem. ⁸ Nunquid autem prohibuit Dominus à bono feriari & sabbatum agere? ⁹ Diuinis autem mysteriis & sancta illa luce impertiri illos concessit qui ea possunt capere. Iam verò non reuelauit multis ea quæ non erant multorum, sed paucis quibus sciebat conuenire, qui & ea possent accipere, & ex eis informari. Arcana autem, sicut ¹⁰ Deus, verbo creduntur, non scripto. Quòd si quis dicat scriptum esse, Nihil occultum quod non manifestabitur: nihil opertum quod non reuelabitur: à nobis quoque audiat, ei qui occultè audit, occultum manifestatum iri: & ei qui secretè ea quæ traduntur potest seruare, apertum iri quod opertum est, ut veritas, & id quod est multis occultum, fiat paucis manifestum. Nam cur omnes nesciunt veritatem? Cur autem non est ab omnibus amata iustitia, si est omnium iustitia? Sed enim traduntur mysticè mysteria, ut sit etiam in ore loquentis id quod loquitur, potius autem in voce, sed in intelligentia. Dedit autem ¹¹ Deus Ecclesiæ alios quidem Apostolos, alios verò Prophetas, alios verò Euangelistas, alios verò pastores & doctores ad perfectionem sanctorum, ad opus ministerij, ad ¹² edificationem corporis Christi. Horum itaque meorum commentariorum scriptura, scio quam sit imbecilla, si conferatur cum illo spiritu gratia pleno, quem ut audiremus digni sumus habiti: fuerit autem imago archetypum in memoriam reuocans, ei qui in thyrso ictus fuerit. Sipienti enim, inquit, loquere, & erit sapientior. Quinetiam habenti adiuuetur. Profitetur autem, non arcana satis posse interpretari, multum abest, sed tantum in memoriam reuocare, siue aliquando obliuiscimus, siue ne obliuiscamur. Multa autem scio rectè effluxisse propter longitudinem temporis, ut quæ absque scriptis effugerint. ¹³ Vnde memoria mea imbecillitatem subleuans, expositionem capita constituentem, salutare memoriae monumentum mihi comparans, hac necessariò usus sum descriptione. Sunt ergo quædam, quorum ne recordati quidem sumus: erat enim apud viros beatos magna quædam vis. Sunt etiam quædam non annotata, quæ cum tempore mansissent, nunc effugerunt: aliqua autem quæ extinguebantur, ut quæ flaccescerent in ipsa cogitatione. Quoniam autem iis qui non sunt probati, non facile potest exhiberi eiusmodi ministerium: hæc monumentis suscitans, nonnulla quidem consultò prætermitto, timens ¹⁴ scribere quæ etiam caui dicere, non utique inuidens, neque enim fas, sed iis timens in ea incidere, ne in aliam fortè partem accipientes laberentur, & puero gladium, ut dicunt qui prouerbis utuntur, præbere inueniremur. Neque enim fieri potest ut quæ scripta sunt non elabantur, etiam si à me non edita manserint. Reuoluta autem, & una ¹⁵ semper voce, nempe ea quæ scripta est, utentia, interroganti nihil amplius præter ea quæ scripta sunt, respondent. Necessary enim semper auxilio indigent, aut eius qui scripsit, aut alterius, qui eisdem insistit vestigiis. Sunt autem quædam, etiam quæ mihi tacite significabit scriptura, & in aliis quidem insistet, alia verò tantum dicet, conabitur autem & celans dicere, & occultas aperire, & tacens ostendere, & quæ ab insignibus hæresibus decreta & sancita sunt adducet, & aduersus ea dicet quæcunque ante propheticae ¹⁶ contemplationem prius dispensata esse oportet, quæ nobis procedet ex gloriosa & veneranda traditionis regula, ab ortu mundi progredientibus, ea quæ ex naturali contemplatione necessariò prius tractanda sunt prius adducens, præpurcata prius terra & à spinis & ab ¹⁷ omni herba agricolæ ritu, ad plantandam vineam. Certamen enim est etiam præludium certaminis, & mysteria sunt ea quæ præcedunt mysteria. Neque verò verebuntur nostri commentarij uti iis quæ sunt pulcherrima ex philosophia, & iis quæ præcedunt disciplinis. Non enim solum propter Hebræos, & eos qui sunt sub lege, par est fieri Iudæum, sed etiam propter Græcos Græcum, ut omnes lucrifaciamus. Et in Epistola ad Colossenses:

Coloss. 1. ¹⁸ lossenses: admonentes, inquit, omnem hominem, & docentes in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo. Quamquam alioqui commentariorum descriptioni conuenit splendor contemplationis. Iam verò ipsa quoque bonarum disciplinarum copia est veluti quoddam condimentum Athletæ cibo permixtum, non delicias quidem captantis, sed bonum appetitum sumentis, laudis amorem. Passallentes quidem certè, nimis intensum grauitatis sonum modulatè remittimus. Quemadmodum autem ¹⁹ tem qui volunt alloqui populum, hoc sæpenumerò faciunt per præconem, ut ea quæ dicuntur magis exaudiantur: ita hic quoque cum ad multos habenda sit à nobis oratio quæ præcedit traditionem, adducenda sunt opiniones & voces quæ eis in singulis resonant, per quas ij magis conuertentur qui audient. Et, ut paucis dicam, in multis quidem margaritis una est. In multa autem piscium piscatione unus est Callionymus, tempore autem & labore elucescet veritas, si bonus obtigerit adiutor. Per homines enim diuinitus plurima beneficia suppeditantur. Atque omnes quidem qui visu utimur, ea quæ cadunt in ²⁰ ipsum contemplamur, sed alij aliorum gratia. Iam non similiter ouem contemplatur coquus & pastor. Ille quidem an sit pinguis diligenter scrutatur: hic verò lac ouis an sit generosum obseruat. Mulgeat quidem aliquis, si cibo egeat: vellus tondeat, si ei tegumento opus sit. Sic mihi etiam procedat fructus bonæ Græcorum doctrinæ. Nullam enim existimo scripturam aliquam ita fortunatam procedere, cui nullus omnino contradicat: sed illam existimandum est esse rationi consentaneam, cui nemo iurè contradicit. Et actio simul & institutum est admittendum, non quod est à reprehensione alienum, ²¹ sed quod nullus iure reprehendit. Non statim autem, si quis non principaliter efficit, hoc facit quòd id deuinet: sed id agit diuinam quandam sapienter adhibens dispensationem, & se rebus accommodans, & in omnem partem versans. Neque enim qui habet virtutem, via ad virtutem amplius opus habet: neque qui valet viribus, eget instauratione. Quemadmodum enim terram prius rigant agricolæ: ita etiam nos, eo quod ebibi potest ex Græcorum orationibus, id quod est in eis terrestre prius irrigamus, ut suscipiat spiritale semen quod deiicitur, & id facile possit alere. Continebunt autem hi libri, qui ²² dicuntur *στωματῆς*, id est, straguli variæque contexti, admixtam veritatem philosophia decretis, vel potius coopertam & absconsam, sicut testa operitur id quod est in nucce esculentum. Fidei enim semina, solis, ut existimo, conuenit seruari fidci agricolis.

COMMENTARIVS.

²³ NON est autem hoc opus scriptura. Postquam ostendit esse scribendum, quid scribendum, à quibus scribendum, & quodnam esse debeat scriptoris institutum & scopus, & quid sit ab eo cauendum, nunc dicit cur hoc opus scripserit, nempe ne mandaret obliuioni quæ à viris beatis & Apostolorum temporibus vicinis audierat. Eorum autem quæ dixerunt imaginem & adumbrationem dicit esse in his libris. Atque illorū quidam dicit patriam, nomina autem reticet præterquam Panteni cui successit in schola Alexandrina, de quo iam satis diximus. Qui autem volet scire quinam eius tempore fuerint veri insignes Ecclesiastici, quos est verisimile audiisse Clementem, legat historiam Ecclesiasticam Eusebij & Nicephori. Ex iis omnibus postremum audiuit Pantenum, quem dicit venatum esse latentè, ut qui forte delectaretur solitudine, qua frui tamen non licuit cum præfesset catechesi. Eum autem vocauit apem Siculam. Et cur apem quidem vocarit satis ostendit, cum dicit eum legisse flores ex scriptis Prophetarum & Apostolorum quæ vocat pratrum. Cur autem Sicula vocet non possum aliud conicere, quam eum habitasse quidem Alexandriæ in Ægypto, fuisse autem Siculum natione. Sed videtur obflare quod dicit eum in Palestina Hebræum ex alto ducta origine. Fieri autem potuit ut esset quidem ex Palestina oriundus & Hebræus, natus tamen in Sicilia. Sinceram autem & incorruptam eius dicit fuisse doctrinam, & in qua nulla resideret labes hæresis aut erroris. Eam quidem pulchrè ingenerauit in suo auditore Clemente. Sed non iridem Clemens in discipulo suo Origene, cuius damnati sunt aliquot errores. Recte autem scio fore ut exultent. Dicit se scire fore ut lectores delectentur hoc opere, non quod elegans & ornata sit sua expositio, sed quod sint obseruaturi eum subscriptisse ei quæ per manus ipsi fuit tradita traditioni. Suam enim descriptionem non alio tendere, quam ut Apostolica traditio ita conseruetur, ut non intercidat nec pereat. ²⁴ Putet qui exhauriuntur. Duo adducit quibus ostendat suum opus, non solum iis quibus scribit, sed sibi quoque profuturum. Quo magis, inquit, hauriuntur ²⁵ Cc ij

purei, eo fit aqua limpior & clarior, & quo magis teritur ferrum, eo fit purius, quod si non teratur, inficitur rubigine: ita dum me scribendo exercuero, sunt, inquit, quæ mado literis clariora & magis perspicua. Deinde id quod dicit concludit pulcherrima, & quæ vniuersæ & in genere profertur sententia. Exercitationem salubrem habitum ingenerare, & spiritibus & corporibus. Nihil certè est quod magis tueatur sanitate corporis quam exercitium. Nihil est quod ingenium acrius reddat & vegetius, quam si otio non torpescat, sed legendo, meditando, disputando & scribendo se exercent. *Præterea autem semper quoque seruat feruor.* Ad scribendum etiam se dicit incitari exemplo Christi, qui cum sit feruator, semper dat salutem, iis scilicet qui eam volunt & merentur accipere: & semper operatur, ut videt patrem. Nam cum Pater & Filius sit vnus Deus, eorum semper consistit operatio, vel creando, vel in res creatas conseruando. Filius autem semper videt Patrem, ut qui sit vnus & eiusdem cum eo essentia, licet ab eo distinguatur hypostasi seu persona. *Docens aliquis plus discit.* Aliam affert rationem cur scribar. Nam qui scribit, docet: is autem qui docet, plus discit. Docens enim, quæ docet melius percipit, & docens sepe simul discit & audit. Nam docentem quoque docet magister qui est vnus, nempe Christus: Doctorisque & auditoris irrigat mentem & rationem. *Nunquid autem prohibuit Dominus.* Alio etiam probat argumento iustam esse causam cur scribar. Nam si etiam diebus festis quibus præcipitur otium, non vult Deus nos cessare à bonis operibus & piis: cur non licebit scribere, si bona sunt quæ scribuntur? Quod autem vertimus feriari & sabbatum agere, id est Græcè *σαββατισμός*, quod est deductum à verbo Hebræo quod significat quiescere. Die enim septimo qui est dies sabbati, Deus iussit quiescere ab omnibus scilicet seruilibus. Seruilia enim sunt peccati opera. *Dominus autem mysteriis.* Scribendum quidem est, sed non sunt omnia scribenda. Ea enim demum sunt scribenda quæ populo conueniunt. Mysteria enim & arcana iis demum voluit Christus reuelari, qui ea possent capere. Hinc est illud toties in Euangeliis ab ipso vsurpatum; *Qui potest capere capiat.* Nam nec iis quidem qui ad Christum aspirabant quoad essent Catechumeni, reuelabantur prima & præcipua mysteria, baptisimi scilicet & corporis Christi sacramenta: nec apud Hebræos, aliis quam sapientibus, vel diuina scilicet sapientia illustratis, vel in legis cõtemplatione diu versatis aperiebatur Deus, Dei, inquam, nomen tetragrammaton, quod Dei, quoad eius fieri potest, explicat essentiam. Credebantur autem arcana illa & Deus verbo non scripto. Neque enim fas erat ea scriptis mandare. *Quod si quis dicat scriptum esse.* Respondet obiectioni quæ posset fieri. Dicit enim posset: Si sunt arcana & mysteria quæ reuelantur paucis, quomodo verum erit quod scriptum est: Nihil esse occultum quod non manifestetur, & nihil opertum quod non reueletur? Ad quod respondet, non sequi quod si occultum manifestetur & opertum reueletur, manifestetur & reueletur omnibus. Imò verò quod multis est occultum & opertum, reuelatur paucis qui eius sunt capaces. Quod autè non omnibus manifestetur ex hoc patet quod non omnibus nota sit veritas. Nota autem esset, si quod est occultum reuelaretur omnibus, & omnes amarent iustitiã, si omnibus nota esset iustitia fidei, & per eam iustificaretur. Non iustificantur autem, quoniam fides est opus Dei, quod non est omnibus reuelatum, nec datur omnibus. Nam quamuis Deus velit omnes homines saluos fieri, non tamen dat salutem iis qui sua culpa eã reiiciant, ut qui Deo volenti & vocanti non obsequantur. *Horum itaque meorum Commentariorum.* Quæ scripsit Clemens, dicit se audiisse à Panteno, sed sua scripta cum illo diuino spiritu minime esse cõferenda, sed esse tantum imaginem, exemplar, nempe Pantenum vtcunque representans, & eum in memoriã reuocans ei qui à Deo fuerit inspiratus. Hoc enim mihi videtur significare illud; *Ei qui thyrsus ictus fuerit.* Alludit autem ad thyrsum quem gestabant, qui Bacchi orgia celebrabant, erat autem hasta intexta frondibus, quem describit Vergilius dicens;

1. Tim. 2.

Vergil. Eglog. 1.

Instituit Daphnus thyasos inducere Baccho Et foliis lentas intexere mollibus hastas.

Eras. Chil. 1. cent. 7. Prouerb. 6.

Qui thyrsus autem feriebantur, qui dicebantur *θυρσοπληγες*, Bacchico furore magis incitabatur. Videtur autè velle dicere, quod qui à Sancto spiritu fuerit inspiratus, magis incitabitur si audierit quæ olim dixit Pantenus. Sapiens enim audiendo erit sapientior, & ei qui gratiam habet spiritualem charisma augebitur. Ex hoc autem thyrsus ortum est prouerbiū: Thyrsigeri multi, pauci verò Bacchi: quo significatur plures gestare insignia doctrinæ & virtutis, qui alii sunt, quam quod præ se ferunt. De eo vide Erasmus in Chiliadibus. *Sunt autem quædam etiam quæ mihi tacite significabit.* Pergit referre suum in scribendo institutum. Dicit autem in iis quæ scribit multa esse quæ non sint legentibus aperta, sed quæ ænigmaticè & allegoricè significant, & aliquando quidem in iis quæ scribit se diutius immoraturum & fusius explicaturum, aliquando autem tantum dicturum, ut quæ non egeant expositione, aliquando autem se ita scribere ut cum celare velle videatur, maxime dicat, & occultans aperiat, & tacens ostendat. His mihi videtur significare in hoc opere multa esse allegorica & figurata, & cum multa sint quæ minus apertè dicat propter gentes quæ mysteriorum nõdum sunt capaces, se tamen ita dicere, ut permulta intelligant. Se etiam insignium Hæreticorum dogmata adducturum & aduersus ea disputaturum, & omnia denique tractaturum quæ sunt tractanda & administranda tanquam præparatoria, priusquam accedatur ad mysticam cõtemplationem, quæ versatur in cõtemplandis fidei mysteriis, quam quidem Epopticam, id est spectatricem vocat cõtemplationem, alludens ad Græcorum mysteria. Nam, ut ait Fauorinus in suo lexico, in hoc differt, *μυστικὸν δὲ ἐπὶ τῆς*, quod qui mysteria assument primū dicuntur *μυστικὸν*, post annum verò, cum scilicet de iis quæ ad mysteria pertinet edocti sunt, dicuntur *ἐπὶ τῆς*, id est inspectores, ut quibus mysteria tunc liceat aspicere. Vnde etiam deriuatur *ἐπὶ τῆς*, quæ est sacra dictio, significans sacra aspicere mysteria. Ita etiam nec iis qui Christi volebant mysteriis initiari, prius licebat ad sacra accedere mysteria, quam longa Catechesi in Christi religione fuissent instituti. Ab *ἐπὶ τῆς*, etiam deriuatur vocabulum *ἐπὶ τῆς*, quo utitur Plato in Symposio, vbi Diotimia docet Socrate, quibus gradibus ascendatur ad τὸ καλὸν, quod est summum bonum, nempe Deus, cõtemplationem dicens; *ταῦτα μὲν ἐν τῇ ἐρωτικῇ τῆς ὡς Σώκρατες καὶ οὐ μωραῖος. τὰ δὲ τέλεια καὶ ἐπὶ τῆς ὡς ἐνεκα ταῦτα ὅτιν ἐπιθυμῶν ὁρθῶς μετῆν ἐν οἷσιν ἀνὸς τὸ ἀμείνως, id est, atque in his quidem amatoris, fortasse tu quoque, ὁ Socrates, initiaris. In perfectis autem & epopticis, id est, speculatoriis, propter quæ hæc quoque sunt, si quis recte persequatur, nescio an*

Plato in Symposio.

scio an potuerit. Viderur autem Plato quoque alludere ad *ἐπιθεωρίαν*, seu inspectionem & speculationem mysteriorum. Malui autem ipsum Græcum relinquere vocabulum, nempe epopticum, cum latinum non satis id exprimeret. Male autem antea veterem (errorem enim meum lubens agnosco) Propheticam, cum potius esset dicendum inspectiuam seu speculatiuam. Epopticam autem illam cõtemplationem dicit processuram à regula traditionis, quæ per Apostolos & eorum successores tradita est per manus, progrediendo ab ortu mundi, & ita tractando naturalia, ut deinde perueniat ad ea quæ sunt supra naturam, nempe ad Dei & spiritualium rerum cõtemplationem. Ita tractatis naturalibus quæ sunt præparatoria ad ea quæ sunt supra naturam, terra purgata à spinis & tribulis, tanquam ab Agricola, nempe à Deo, plantabitur vinea, Christus scilicet, qui est vitis vera, cuius sumus palmites, cuius etiam cum sit caput, sumus membra. Plantatur autem Christus quando in nobis vera & viuua inseritur fides quæ operatur per dilectionem. Tum demum sumus veri Christi, qui est vera vitis, palmites, quando bona opera, qui boni sunt vitis fructus, facimus. Ne quis autem existimet hanc frustra ab eo factam esse præparationem, ut quæ non sit necessaria, respondens tacitæ obiectioni, dicit non esse inutile præludium quod fit ante certamen: & mysteria ea etiam esse quæ præcedunt mysteria. Aciores certè & paratiores sunt ad pugnam, qui se ante pugnam *συναμαχίαν*, id est, vmbra pugnæ exercuerunt, & ad cõtemplanda mysteria sunt attentiores & ardentiores, quorum animos præoccupauit longa in catechetica institutione meditatio. *Neque verò verebuntur nostri.* Quoniam in hoc opere Stromatum sepe citat Philosophorum dogmata, & adducit quædam ex disciplinis quæ vocantur mathemata, quæ ideo dicuntur præcedere Philosophiam, quoniam eæ sunt veluti ministræ, & in earum medio stat Philosophia tanquam domina, & appellantur *ἐκκολλημένα*, id est orbis disciplinarum, videri posset autem nonnullis id esse superuacaneum, ne id temere videatur fecisse, adducit aliquot rationes. Prima est quam sumpsit ex Diuo Paulo, qui & Iudæus Iudæus, & Græcis Græcis factus est, ut eos lucrificeret. Facilius certè ad Christi fidem adducuntur Græci ab iis qui eorum non ignorant dogmata, quam ab iis qui ignorant. Alteram quoque affert rationem, nempe quod cum eleganter & splendide scribendi sint commentarij, splendor & elegantia inuenitur in scriptis Græcorum quæ est ab eis petenda, & ad nos transferenda, & ut præclare dicit Origenes, spolianda est Ægyptus. Iam verò multis similitudinibus ostendit non esse reiiciendam bonarum disciplinarum copiam. Primum Athletæ qui suis cibis adhibet condimentum, non quod sectetur delicias, sed ut excitet appetitum, quo fit cibus gratior & salubrior: ita etiam facilius admittitur doctrina Christiana, quæ habet orationis quosdam veluti illecebras & iucunditates. Deinde eius qui psallit, qui cum intelligit non ita auribus esse gratum nimis intentum grauitatis sonum, de eo aliquid remittit, ut dum sit paulo acutior magis delectet. Ita grauem quidem decet esse doctrinam Christianam, & tamen lubentius audietur, si de dictionis seueritate nõ nihil detrahatur. Alia est etiam similitudo Præconis; *Qui vult alloqui populum, veretur autem ne vel non audiatur, vel non intelligatur, adhibet Præconem cuius vox est populo nota & familiaris & facile auditur: ita etiam gentes facilius conuertentur, si eas audiant voces & opiniones quæ sunt eis notæ & familiares.* Sic enim eis paulatim minori negotio insinuabitur fides, dum quæ dicuntur aures minime respuunt. Alia quoque est similitudo, nempe margaritæ & piscis excellentissimi qui Græcè dicitur Callionymus. Vna est margarita in multis quam quarunt mercatores, sed non omnes inueniunt. In multis piscibus vnus est Callionymus quem quarunt piscatores, non omnes tamen eum piscantur. Quamuis autem nec mercatores omnes inueniant vnã illam pretiosissimam margaritam, nec omnes piscatores Callionymum, quarendo tamen ad inueniendum adiuuant. Ita vna quidem est vera doctrina quam habent Christiani: ceteri autem quarunt quidem, sed non inueniunt, & tamen dum quarunt, eis qui inueniunt opem ferunt, multa enim ab eis suppeditantur argumenta quæ faciunt ad rem quæ quaerita inuenitur. Non statim inuenitur veritas, quæ est margarita quæ quaeritur, sed non nisi longo tempore & labore, etsi non desit qui adiuuet. Alludit autem Clemens ad negotiatorem illum quarentem margaritas, cui Christus apud Mattheum dicit simile esse regnum cœlorum. Piscis autè Callionymi qui etiam dicitur *καλλιχέλιος* & *ἰερὸς ἰχθύς*, meminuit & Athenæus lib. 7. cap. 5. & Plinius lib. 32. cap. 7. *Nullam enim existimo scripturam.* Meorum, inquit, scriptorum non censeo tantam esse felicitatem, ut nihil in iis reprehendatur: bene cum iis agatur & rationi crunt consentanea, si iure eis non contradicatur. Non est actio nec institutum reiiciendum quod reprehenditur, si modo non iure reprehendatur. Meum, inquit, princeps institutum non est Græcam tractare Philosophiam, nec tamen ideo sum censendus hoc temere & casu, sed diuina quadam id facere dispensatione, ut me rebus accommodans, & in omnem partem versans, Græcis prosum, qui sunt quidem in via virtutis, sed ad eam nõ perueniunt, ut ex eorum fontibus irrigata & præparata terra spirituale semen, quod in eam iaciendum est, suscipiat & alat. *Continebunt autem hi libri.* Erit, inquit, in his Stromatum libris veritas admixta philosophiæ, sed non aperta, sed potius absconsa ut in nuce latet nucleus. Causam autem hanc affert, cur non apertè dicat veritatem, quod femina fidei, in qua sola est veritas, sunt seruanda non ijs qui adhuc sunt Græci, sed iis qui iam sunt Agricola fidei, id est qui fidei donum affecuti iam laborant in vinea Domini. Iis fides & veritas omnibus ablatis integumentis est aperte explicanda.

Ioan. 11. Ephes. 1. & 4. Coloss. 1. & 2.

Matth. 13.

NON me latent autem, ea etiam quæ ab aliquibus imperitè tumultuantibus iactantur, qui dicunt oportere in iis versari quæ sunt maxime necessaria, & quæ fidem continent: externa autem & quæ sunt superuacanea transilire, quæ nos frustra conterunt, & detinent in iis quæ ad fidem nihil conferunt. Alij autem etiam philosophiam ex malo ad hominum perniciem dicunt ad vitam esse ingressam, ut quæ profecta sit à maligno aliquo inuentore. Ego autem quod vitium quidem malam habeat naturam, nec alicuius boni

Cc ij

esse agricola unquam sustinuerit, in his totis ostendam orationibus quæ dicuntur *ἑρμῆος*, tacite significans aliqua ratione diuinæ quoque prouidentia opus esse Philosophiæ. De commentariis autem, qui in temporibus necessariis, Græcorum complexi sunt opinionem, tantum dico iis qui reprehendendi studio delectantur. Primum quidem, etsi sit inutilis philosophia, si eam esse inutilem confirmare utile est, est utilis. Deinde nec fieri potest, ut ij Græcos condemnent, qui nuda de eorum decretis dictione utuntur, si non unâ sigillatim ad ea aperienda descendant usque ad cognitionem. Est enim vobis maxime fide digna probatio quæ est cum experientia, quoniam vel perfectissima inuenitur demonstratio, eorum quæ sunt damnata, cognitio. Multa itaque licet ad finem non conferant, artifici tamen ornamentum afferunt. Et alioqui varia ac multiplex doctrina, & variè probat id quod adducitur, & Catechumenis admirationem afferens, ea quæ sunt præcipua dogmata, ad eorum qui audiunt persuasionem deducit, & ad veritatem. Est autem *ψυχωγία* fide digna eiusmodi animum permouens persuasio, per quam qui sunt doctrinæ studiosi, quæ male exagitur, suscipiunt veritatem, ad hoc ut neque ipsa Philosophia vitæ perniciem afferat, cum sit rerum falsarum & malorum operum artifex, quam nonnulli falso affirmarunt esse euidenter veritatis imaginem, donum Græcis datum diuinitus: neque nos à fide auellamur, à fraudulentæ artis veluti quibusdam decepti præstigiis, sed ut semel dicam, maiori integumento utentes, exercitationem aliquam fidei demonstratiuam utcunque comparemus. Quinetiam ipsorum quoque dogmatum conflictus, dum inter se conferuntur, veritatem conciliat, unde consequitur cognitio, non quòd per principalem rationem ingressa sit Philosophia, sed quòd per eum fructum qui capitur ex cognitione, veræ comprehensionis firmam ac stabilem suscipiamus persuasionem, propter eorum quæ subintelliguntur scientiam. Taceo quòd hæ orationes multiplici ac varia doctrina in unum corpus coagmentatæ, volunt ex arte celare semina cognitionis. Quemadmodum ergo qui studio tenetur venationis, postquam quæsit, inuestigauit, indagauit, canes qui cursu persequerentur emisit, feram capit: ita etiam apparet verum dulcedine quæsitum, & labore paratum. *ἡσυχασταδου* Quanam ergo de causa tuos commentarios sic tibi ordinare visum est? Quoniam magnum est periculum, verè arcanam veræ Philosophiæ rationem, iis propalare, qui profuse quidem ac petulanter, sed non iurè volunt contra omnes dicere, omnia autem nomina ac verba turpiter & indecorè eiuculantur, & seipos fallentes, & eorum qui sibi adherent oculos præstringentes. Hebræi enim signa querunt, ut ait Apostolus, Græci autem sapientiam querunt. Magna est autem turba eiusmodi: ac eorum quidem aliqui voluptatibus mancipati, cum velint non credere, omni veneratione dignam irrident veritatem, barbariem habentes ludibrio. Aliqui autem alij seipos erigentes, calumnias verbis inuenire contendunt, contentiosas comparantes quæstiones, dictiuncularum venatores, pusillarum quarundam artium æmulatores, litigatores, & iurgiorum consarcinatores, ut ait ille *Abderitanus*:

Lingua volubilis est hominum, est & fabula multa:

Dictorum omnimodum hinc atque hinc diuisio multa est:

Quod verbum edideris, te tale audire necesse est.

Ob hanc ergo artem se efferentes Sophistæ infelices, canoris quibusdam suis nugis garrientes, cum in nominum delectu & certa dictionum compositione & connexionione tota vita laborant, cicadis apparent loquaciores, eos quibus pruriunt aures, non satis, ut mihi videtur, viriliter demulcentes & titillantes.

Verborum non stilla cadens, sed flumen inertum:

Et certè quomodo veterum calceorū, imbecilla quidem sunt eis alia & diffluunt, sola autem eis restat

eis restat lingua. Pulchrè autem eos insectans, scribit Solon Atheniensis:

Ad linguam aspicitis, & dulcia verba loquentis.

Quilibet aut vestrū vulpis vestigia figit.

Cunctis est vobis petulans mens.

Hoc utique significat vox illa salutaris: *Vulpes foveas habent, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Soli enim ei, ut arbitror, qui credit, perfectè distincto ab ijs be-* Matth. 8. Lucæ 9.

stis quæ dictæ sunt à Scriptura, eorum quæ sunt caput conquiescit, nempe benignum & mansuetum verbum, qui comprehendit sapientes in astutia ipsorum: Dominus enim solus cognoscit disceptationes sapientum, quod vana sunt: sapientes utique Scriptura vocante Sophistas, qui in dictionibus versantur & artibus superfluis. Vnde ipsi quoque Græci, eos qui in re aliqua curiose versantur, sapientes simul & Sophistas denominatiuè appellarunt. Cratinus namque cum in Archilochijs Poetas recensisset, ait:

Vobis Sophistarum examen quod prodiit?

Et similiter Iophon Comicus in Aulædis Satyris, dicit de Rapsodis & aliquibus alijs,

Namque introiit

Vnâ Sophistarum caterua plurima.

De ijs & similibus qui se inani dicendi genere exercuerunt, pulcherrimè dicit diuina Scriptura, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum abolebo. Homerus autem & fabrum vocat sapientem, & de Margite, si is utique est, sic scribit: 1. Cor. 1.

Hunc nec aratorem Dij fossorémve crearunt,

Vllo aliòve modo sapientem, arsque abfuit omnis.

Hesiodus autem cum Linum Citharædum dixisset esse cuiusvis sapientiæ peritum, nautam etiam non veretur dicere sapientem, scribens:

Nautica in arte aliquid qui nec sapit.

Daniel autem Propheta, *Mysterium*, inquit, quod rex rogat, non est sapientum, magorum, incantatorum, Gazarenorum potestas ut regi annuncient, sed est Deus in celo reuelans. Quinetiam appellat sapientes Babylonis. Quòd autem Scriptura sapientiam appellet

æquiuocè omnem mundanam siue sapientiam siue artem, alia autem sunt quæ per additionem & compositionem humana sint ratione excogitata, & quòd à Deo sit quæ arte fit & est sapiens excogitatio, manifestum erit, si hanc dictionem adiecerimus. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Ecce vocavi Beseleel filium Uri, filij Or de tribu Iuda, & impleui eum diuino spiritu sapientiæ, ut in omni opere excogitet & architæctetur, operetur

aurum & argentum, & æs, & hyacinthum, & purpuram, & coccinum, & ut operetur

opera lapidea, & fabrilem artem lignorum, usque ad illud, & omnia opera. Deinde vero generalem infert orationem: Et cuiuslibet intelligenti corde dedi intelligentiam, hoc est, ei

qui potest suscipere labore & exercitatione. Rursus autem aperte scriptum est ex nomine Domini: Et tu loquere omnibus sapientibus cogitatione, quos impleui spiritu sensus. Habent quidem aliquam peculiarem naturæ proprietatem, qui sunt sapientes cogitatione. Duplicem autem sensus spiritum accipiunt ab ea quæ est princeps sapientia, ij qui seipos idoneos exhibuerunt. Qui persequuntur enim artes sordidas & illiberales, eo quod circa sensus excellit fruuntur. Auditum quidem, qui dicitur communiter musicus: tactu vero, figulus: & voce, cantor: olfactu, unguentarius: visu, qui ea quæ in sigillis exprimuntur est

tornandi facultate præditus. Qui autem in doctrina versantur, suppeditatam habent consensionem, per quam Poætæ modos, dictionem Rhetores, & syllogismos Dialectici, & Philosophi apprehendunt eam quæ ad se pertinet cõtemplationem. Ad inueniendum enim

& excogitandum res est apta consensio, quæ etiam probabiliter animum applicare persua-

dit. Et cetera. Exod. 31.

60

Et cetera.

Et cetera.

Et cetera.

Et cetera.

det: animi autem auget applicationem unā ad scientiam quoque exercitatio. Merito ergo Apostolus variam ac multiplicem dixit Dei sapientiam, ut quæ multifariam multisque modis, per artem, per scientiam, per fidem, per Prophetiam, suam ostendat potentiam ad nostrum beneficium. Quoniam omnis sapientia à Domino, & cum ipso est in secula, ut dicit Iesu sapientia. Si enim prudentiam & sensum magna voce inuocaueris, & eam quaeris sicut argenti thesauros, & prompto & alacri animo inuestigaris, intelliges Dei cultum, & sensum diuinum inuenies. Ad differentiam sensus qui versatur in philosophia, dixit Propheta, quem præclare ac magnificè docet scrutari ad profectum in Dei cultu & pietate in Deum. Ei autem opposuit sensum qui est in Dei cultu, cognitionem significans, & hæc dicens: Deus enim dat sapientiam ex ore suo, & sensum simul & prudentiam, & iustis in star thesauri recondit auxilium. Iis enim qui à philosophia fuere iustificati, auxilium tanquam thesaurus reconditur: ea quoque consensio quæ ducit ad Dei cultum & pietatem in Deum. Atque erat quidem ante Domini aduentum Philosophia Græcis necessaria ad iustitiam: nunc autem est utilis ad Dei cultum & pietatem ipsi qui fidem colligunt per demonstrationem. Quoniam pes tuus, inquit, non offenderit, si quæ bona sunt ad Dei prouidentiam referas, siue sint Græca, siue nostra. Omnium enim bonorum Deus est causa: sed aliorum quidem principaliter, ut testamenti veteris & noui: aliorum autem per consequentiam sicut Philosophia. Fortè autem principaliter tunc etiam Græcis data fuit, priusquam Dominus Græcos quoque vocasset. Nam ipsa quoque Græcos pædagogum more docebat, sicut lex Hebræos ad Christum. Preparat ergo philosophia, ei viam muniens qui à Christo perficitur. Iam sapientiam, inquit Solomon, vallo circunda, & te exaltabit, corona autem voluptatis te proteget. Nam cum tu eam per Philosophiam & multam relectam eruditionem lorica munieris, Sophistis inaccessam seruaueris. Atque est quidem una via veritatis, sed in eam tanquam in fluuium perennem alia aliunde fluenta influunt. Diuine ergo dictum est: Audi fili mi, & mea verba suscipe, ut sint tibi multe viæ vitæ: vias enim sapientie doceo te, ne te deficiant fontes qui ex ipsa terra scaturiunt. Quo quidem in loco unius cuiusdam iusti vias plures salutare recensuit. Infert autem alias multorum multas iustorum vias, hoc modo id indicans: Viæ autem iustorum splendent sicut lux. Fuerint autem madata quoque, & quæ prius audiuntur disciplina, viæ & admimicula vitæ. Hierusalem Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos. Hierusalem autem exponitur visio pacis. Significat ergo propheticè, eos qui pacificè res sacras inspexerint, ad vocationem multis modis institui. Quid ergo? voluit quidem, non autem potuit? Quot autem modis? aut ubi? Bis, per Prophetas, & aduentum. Multiplicem ergo sapientiam ostendit dictio. Quoties: & unoquoque modo qualitatis & quantitatis omnino seruat aliquos & in tempore & in seculo. Quoniam Spiritus Domini repleuit orbem terræ. Quod si quis vim afferens, dicat: Ne animum adhibeas mulieri male, mel enim distillat à labijs mulieris meretricis, Græcam esse eruditionem, audiat quæ deinceps sequuntur: Quæ ad tempus ungit guttur suum. Philosophia autem non adulatur: quamnam ergo significet, eam quæ est fornicata dilucidè infert. Stultitiæ enim pedes deducunt eos qui ea utuntur post mortem ad inferos: eius autem vestigia sunt minimè stabilia. Fac ergo ut via tua longè absit à stulta voluptate. Ne steteris ad fores domus eius, ut non tradat alijs vitam tuam. Et protestatur: Deinde te pœnitebit in senectute, quando contrita fuerint carnes tui corporis. Hic est enim finis stultæ voluptatis. Et hæc quidem ita se habent. Cum autem dixerit: Nefis multum apud alienam, uti quidem, sed non immorari & permanere in doctrinâ seculari admonet. Verbo enim Domini præparant ac prius instituunt, quæ temporibus conuenientibus unicuique generationi utiliter data sunt. Iam enim

enim quidam ancillarum inescati amatorijs, contempserunt dominam Philosophiam, & ex ipsis alij quidem consenuerunt in Musica, alij verò in Geometria, alij autem in Grammatica, plurimi autè in Rhetorica. Sed quemadmodum liberales quæ stant in circulo disciplina, conferunt ad Philosophiam quæ est ipsorum domina: ita etiam ipsa Philosophia cõducit ad parandam sapientiam. Est enim Philosophia quidem exercitatio, Sapientia verò scientia rerum diuinarum & humanarum, & causarum ipsarum. Est enim sapientia domina Philosophiæ, sicut illa eius quæ prius auditur disciplina. Si enim Philosophia proficitur continentiam & linguæ & ventris, & eorum quæ sunt sub ventrem, & est propter se eligenda: multò videbitur venerabilior & præstantior, si exerceatur propter Dei honorem & cognitionem. Eorum autem quæ dicta sunt, per hæc præbebit Scriptura testimonium. Sara erat olim sterilis. Abrahæ autem vxor, cum non pareret, Sara ancillam suam nomine Agar Ægyptiam permittit Abrahæ ad liberorum susceptionem. Sapientia autem quæ cum fidei cohabitât (fidelis autem & iustus reputatus est Abraham) erat adhuc sterilis & sine liberis in illa generatione, ut quæ nihil adhuc Abrahæ quod esset ex virtute peperisset: merito autem volebat, ut qui proficiendi adhuc tempus haberet, cum mundi seu seculi disciplina (per Ægyptum autem allegoricè significatur mundus) prius congregaretur, postea autem ad eam quoque accedens diuina prouidentia gigneret Isaac. Interpretatur autem Philo Agar quidem incolatum: hic enim dictum est, Ne multum sis apud alienam: Saram autem, meum principatum. Licet ergo ei qui disciplinis prius est institutus, venire ad sapientiam, quæ vel maximè principatum obtinet, à qua augetur genus Israëliticum. Ex quibus ostenditur sapientiam esse docendi potestate præditam, ad quam peruenit Abraham, ex contemplatione caelestium transiens ad eam quæ ex Deo est fides & iustitiam. Per Isaac autem id quod per se didicit indicatur. Quare etiam Christi typus inuenitur. Is fuit vir unius vxoris, nempe Rebecca, quam transferant tolerantiam. Dicitur autè Iacob congregari cum pluribus, ut qui exponatur exercitator: sunt autè exercitationes per plura & differètia dogmata. Vnde hic etiã nominatur Israël, qui reuera est vi perspicendi præditus, ut qui sit multarum rerum peritus, & ad exercendum accommodatus. Fuerit etiam aliquid aliud quod significatur per tres illos priores patres, nempe esse firmum ac validum cognitionis signaculum, quod constat ex natura, & doctrina, & exercitatione. Habueris autem etiam aliam eorum quæ dicta sunt similitudinem, Thamar quæ sedit in triuio, & visa est esse meretrix, quam studiosus Iudas (exponitur autem potens, qui nihil relinquit quod non consideret ac scrutetur) considerauit, & ad eam declinauit, seruans eam quam habuit in Deum confessionem. Vnde etiam Abraham, cum Sara æmularetur Agar, quæ erat in maiori quam ipsa existimatione, ut qui secularis Philosophiæ solum id quod est utile elegisset, Ecce, inquit, ancilla in manibus tuis, utere ea ut lubet. Quasi diceret: Secularem quidem amplector doctrinam, & ut iuniorem, & ut conseruam: scientiam autem tuam, ut perfectam dominam, honoro & colo. Et afflixit eam Sara, quod perinde est ac correxit & admonuit. Rectè itaque dictum est: Noli negligere disciplinam Domini, neque defatigeris cum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. Atque prædicta quidem Scripturæ in alijs locis examinata, alia mysteria adesse significant.

COMMENTARIVS.

* NON me latent autem ea etiam. Responder ad ea quæ dicebantur ab aliquibus, relinquendam esse Philosophiam ut & quæ minime sit necessaria, & à malo profecta, & ad hominum perniciem comparata; & quod non sit à malo quidem profecta, sed sit opus diuinæ prouidentie dicit se postea ostensurum. Aduersus id autem quod dicebant eam non esse necessariam primò opponit caput vtilitatis. Nam etsi verum esset inutilem esse philosophiam, quod tamen non concedit, esset tamen vtilis ad probandum eam esse inutilem.

Eccles. 1.
Prouerb. 1.

Prouerb. 4.

αφορμαί.
Luce 13.αφορμαί.
Luce 13.

Sapient. 1.

Prouerb. 7.

Φιλοσοφία
Græcè habetur, sed legendum puto σοφία.Genes. 11.
& 17.Genes. 31.
Ibidem.

Ibid. 38.

Genes. 16.
& 21.
Prou. 3.
Hebr. 12.

Quod autem ad probandum sit utilis, ex eo probat quod fide digna sit probatio quæ fit cum experientia, & optima ac perfectissima demonstratio est eorum quæ sunt damnata cognitio. Cum ergo Philosophia norit quæ sit per rationem & experientiam, & optime cognoscat ea quæ sunt damnata, id est, ea quæ sunt confutata ac reprobata, ea cognitio erit optima & perfectissima demonstratio. Nihil enim magis demonstratur quam quod necessarius, & evidentibus rationibus malum esse ostenditur, & ita damnatur. Non sunt autem nudè dicenda Græcorum dogmata ut ea confutentur, sed sunt singula ita aperienda ut ea simul agnoscat tam qui disputat, quam is cum quo disputatur. Ita enim intelligo illud *μέγιστον εὐχρηστικόν*, id est, usque ad eam quæ est simul cognitionem, quando scilicet uterque cõsentit ea esse dogmata de quibus agitur. Ita ergo probat esse utilem, & ea ratione esse admittendam. Porro autem alia quoque ratione dicit admittendam, nempe quod etsi non conferat ad finem, nempe ad fidem quæ est scopus quo tenditur, philosophicis enim non probatur argumentis, ad hoc tamen confert quod sit ornamentum orationis quæ inducit ad fidem. Ad hoc quoque confert quod varia & multiplex doctrina Catechumenis est admirabilis, dum vident præcipua Græcorum dogmata confutari. Quo fit ut neque Philosophia illecebræ eis afferat perniciem, dum vident non esse verum quod de ea dicitur, & hac inducti persuasione acquiescunt dogmatibus quæ docentur, & qui iam crediderunt in fide cõfirmantur nec ab ea auellantur, & aliquam sibi comparent exercitationem qua fidem quæ Philosophicis demonstrationibus demonstrari non potest, utcumque demõstrent, ut qui sint optime recti, nec ab aduersariorum telis possint lauciari. Ad hoc quoque prodest Philosophia, quod conflictus dogmatum aliquam parat cognitionem, quæ existit ex veritate dogmatum quæ inter se conferuntur. Quamuis enim Philosophia non ingrediatur per principem rationem, quæ est ratio seu verbum fidei, accipitur tamen aliqua firma & stabilis persuasio ex scientia eorum quæ utcumque intelliguntur. Porro autem dicit se in his libris Stromatum consulto eclare semina cognitionis veritatis scilicet fidei, ut verum latens diu quæsitum sit iucundius, similitudine sumpta à venatoribus quibus præda est iucundissima, quæ diu quæsitæ tandem ab eis capitur. *Quam ergo de causa tuos commentarios.* Afferit causam cur in his Stromatum libris externam inseruerit Philosophiam. Dicit enim esse periculum, ne si arcana veræ philosophiæ ratio nempe doctrina Christiana, palam enuncietur iis qui futili delectentur sapientia, & ad fallendum & præstringendos oculos accommodata eloquentia, cum nolint credere, ut qui verba fidei aures obstruant, venerandam irrideant veritatem, barbariem habentes ludibrio, & nonnulli etiam eam calumniantur. Ideo ergo externam admiscuit philosophiam, ut eos imprudentes & non animaduertentes paulatim ad veram ac diuinã adducat philosophiam, nempe ad verbum fidei. Futilem autem eorum eloquentiam graphicè depingit Clemens, ad id etiam citatis Democriti Abderitani & Solonis Atheniensis verbis. Eos certe dicit dictiuncularum esse venatores, litigatores, & verborum confarcinatores. Ita enim verti quod Græcè est *ἐρισηγῆτες & ἱμαρπηκῆτες*, quæ sunt verba Democriti. Quorum primum quidem quid significet satis est apertum. Non ita autem secundum: *ἱμαρπηκῆτες*, apud Iulium Pollucem est quidam ludus, quem ira describit, duplicis lori labyrintho similis circumactio, & c. Eustathius verò in *ῥησιν* Rhaphodiam Iliadis sic dicit; *ἱμαρπηκῆτες*, erat quoddam ludi genus, nempe duplicis lori, obliqua circumactio. Et est quidè hæc propria eius significatio, metaphoricè autè seu allegoricè sic rectè cõiicio, significat eos qui linguam habent volubilem & verba verbis instar lori inuoluunt: talis erat de quo dicit Deus in libro Iob. Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? Sic ergo mihi videtur intelligendum, ut *ἐρισηγῆτες & ἱμαρπηκῆτες* referantur, non ad λόγους, id est, sermones, ut vult Cælius Rhodiginus, sed ad eos qui loquuntur. Censeo ergo potius ita vertendum; Contentiosos & verba verbis inuoluentes, quos etiam dicit Cicadis loquaciores, lego enim nō *ἱμαρπηκῆτες*, sed *ἱμαρπηκῆτες*, sed *ἱμαρπηκῆτες*, aures non viriliter sed lasciuæ & effœminatæ demulcentes & titillantes. Sunt enim eorum verba mollia & delicata & ad delectandum comparata. Ab eis si linguam auferas nihil relinques. Sunt enim nullius ponderis & momenti omnes eorum sententiæ. Quo fit ut pulchre eis conueniant prouerbialis illa sententia, eos veteribus calcæis esse similes, quibus cæteris detritis sola valet lingua. Eos etiam vocat Sophistas, quasi sapientum simias, qui & futili inanique loquacitate imitantur Oratores, & falsis & fallacibus argumentis, philosophiam. Eos dicit Solon figere vestigia vulpis, aut ut Græcum melius exprimitur, vulpis ingredi vestigiis, id est esse dolosos, fraudulentos & captiosos, quantumuis videatur in eis inesse oratio difera & sapientia. Ad quod alludens tacite significat Christus, se non habere vbi caput reclinet. Nam cum Christus sit ipsa sapiëntia, quæ est omnium quæ sunt, id est, quæ vera sunt & æterna, caput, is demum reclinat caput in eos qui distincti sunt à cæteris animantibus, id est in eos qui sunt eius membra & foueas non habent, ut in quibus sint omnia plana & aperta. Is comprehendit sapiëntes, id est, eos qui sibi videntur sapientes, in foueis, nempe in astutia ipsorum. Dominus enim solus scit cogitationes sapientum esse vanas. Vocat autem Scriptura sapientes, non eos solos qui diuinarum & humanarum rerum habent cognitionem, sed etiam Sophistas, id est, eos qui quomodo possunt imitantur sapientes, ut & qui versentur in dictionibus quas venantur, ut ornent orationem, ut videantur Oratores, & qui in superfluis artibus: non enim rerum quærunt veritatem, sed speciem tantum & imaginem, & non ipsam scientiam, sed vanam quæ demonstrari non potest opinionem. *Vnde ipsi quoque Græci.* Et Græcos citat Poëtas, & ipsam sacram Scripturam, ut utrobique ostendat dici & sapientes & Sophistas qui artes aliquas exercent, & in eis curiose versentur. Cratinus & Iophon Comici, Poëtas & Rhaphodos, id est qui carmina confarcinant, vocant Sophistas. Hesiodus Linum omnis sapientiæ dicit fuisse peritum, & Nautam appellat sapientem. Homerus autem fabrum vocat sapientem. Est certe hoc apud Græcos vstitutissimum, ut qui in arte aliqua excellat, sapientem eum vocet artificem. De Margite aut quos tanquã Homeri citat versus, merito dubitat an sint eius. In iis dicitur eum nulla in re fuisse sapiëntem, id est nullã sciuisse artẽ. Quid de insigni autẽ eius stultitia narret Eustathius operæ prætiũ est legere. Qui, inquit, fecit Margiten qui inscribitur Homeri, scribit eum fuisse natũ parentibus admodũ diuitibus. Cũ autẽ vxorẽ duxisset, eum ea nõ esse cõgressum, donec illa persuasa finxerit se in inferioribus partibus fuisse sauciã, nec vulneri vllũ posse adhiberi remediũ, nisi membrũ virile illuc esset applicatũ, & ita ut ei medereretur illi appropinquare. Multos illic alios narrat qui fuerunt insignis stultitiæ, quos apud eum legat qui volent,

Iob. 38.

Cælius Rhod. lib. 26. cap. 25.

Eustathius in Rhaph. Odyss.

qui volent, aut si Græcè non intelligat, legat Thesaurum Lycosthenis. Ex Scriptura autem sacra citat Danielem & Exodum, ex quibus intelligitur omnem mundanam sapientiam & artem dici sapiëntiam, & quæ humana ratione sunt excogitatæ per additionem & compositionem. Ex autem sunt artes quæ cum versentur in materia, ad earum perfectionem est aliquid addendum & componendum: cuiusmodi sunt artes mechanicae. *Rursus autem aperte scriptum est ex nomine Domini.* Illud quidem; Et tu loquere omnibus sapiëntibus cogitatione quos impleui spiritu sensus, nec in Hebræo inuenio, nec in Chaldæo, nec in Septuaginta, nec tamen dubito quin in suo exemplari id habuerit Clemens, maxime cum id exponat. Sapientes autem cogitatione, nisi fallor, eos vocat qui valent ingenio & intelligentia, & notiones rerum habent in mente. Sunt alij qui habent spiritum sensus, qui eas artes exercent quæ cadunt sub sensum. Eæ sunt autẽ artes fordidæ & illiberales, ut qui est cõmuniter Musicus, & Musicæ nõ didicit disciplinam versatur in auditu, in tactu figulus, in voce cantor, in olfactu vnguentarius, in visu tornator. Nam etsi nulla sit ars cui non accedat aliqua vis & ingenij & cogitationis, in eis tamen maximam partem obtinet sensus. In eis autem ipsis artibus in quibus maxime dominatur sensus, duplicem spiritum sensus accipiunt ab ipsa principe sapiëntia, quæ est in intelligentia, ij qui seipos dignos exhibent, ut qui omnem sapientiam Dei esse donum agnoscentes, eam ab ipso petant, & ei acceptam ferant. Tales ergo sunt artes illiberales. Artes autem liberales quæ dicuntur disciplinæ, non tam habent sensum quam consensionem. Consensionem autem vocat cum sensu cõiunctam rationem, sed in qua principatum obtinet ratio, cui seruit sensus. Eæ artes sunt Poëtica, Rhetorica, Dialectica, Philosophia, & quæ sunt huiusmodi, quæ oriuntur quidem ex cogitatione & intelligentia, versantur autem in sensibus. Nam Poëtica subiectum sunt modi, nempe metra; Oratoria autem seu Sophistica, dictiones: Dialectica, syllogismi: Philosophia autem contemplatio, quæ sunt omnia sensilia. Inueniuntur autem & excogitantur artes, & scientiæ, cõsensione, id est ratione simul & consensu. Nam vbi simul est ratio & sensus, & ratio quidem affert rei causam & eius intelligentiam, sensus autem dat experientiam: ad inueniendum & excogitandum scientiam facile applicatur animus, & ita inuenitur & excogitatur ars & scientia, sed non satis est applicare animum ad artem & scientiam nisi in ea perseueres. Nam applicationem animi auget exercitatio: sine exercitatione autem perit applicatio. *Merito ergo Apostolus.* Postquam ostendit quid sit sapiëntia, & quidnam sub sapiëntiæ nomine comprehendatur, nempe quod sit & diuina & humana, & quod artes etiam significet & scientias, & tam liberales quam illiberales, & quomodo parentur, ex his infert, Apostolum merito dixisse variam & multiplicem Dei sapiëntiam, quæ ut nobis proficit suam ostendit potentiam, per artem, per scientiam, per fidem, per prophetiam. Sunt enim hæc omnia Dei sapiëntia. Omnis autem sapiëntia est à Domino Deo. Hic autẽ incipit ostendere à Domino Deo esse Philosophiam, & nobis esse utilem. Hoc enim in huic locum referauerat. Cum autem sapiëntia sit à Deo, eam dicit à Deo esse petendam, ut inueniatur vera religio & verus Dei cultus, & diuinus sensus. Per diuinum autem sensum intelligit Dei cognitionem, quem opponit sensui Philosophiæ. Quem tamen sensum Philosophiæ dicit Prophetia, scilicet Solomon, diligenter esse scrutandum ut proficiamus in Dei cultu & pietate. In ea enim sapiëntia, tanquam thesaurum reconditum Deus iustus dat auxilium. Sapiëntia enim prudentia & sensus ex ore Dei proficitur, ut quæ non sit quidem ipsa Dei essentia, sed ab eo sit creata & producta & nobis indita, ut Deum rerum creatorem ex eius operibus agnoscentes, ipsum colamus. Hic est sensus philosophiæ quem vocat consensionem. Nam cum sensu, nempe visu mundum & quæ in eo sunt aspexerimus, creatorem contemplantis & ratiocinantes Deum esse cognoscimus, & colendum esse censemus. Hic est Philosophiæ sensus. Sensus autem diuinus, in quem nullus cadit sensus corporeus, est qui diuino lumine illuminatis & Dei gratia inspiratis persuadet ut Deo & in Deum credant, & in eum spem suam defigant, illumque & quæ eius sunt propter eum diligant, & in eam actionum suarum finem tanquam scopum dirigant. Hi per fidem sacramentis obsignatam, ut loquitur Tertullianus, peccatis dimissis iustificantur. Nihil enim est quod eis amplius imputetur, maxime si eorum fides operetur per charitatem. Per philosophiam autem iustificari dicuntur qui aliqua quidem ex parte iusti reputantur, nempe quod quæ sunt de moribus præcepta seruantes, nec se sceleribus contaminant, & præ se ferunt quandam virtutis similitudinem. Iusti autem non sunt, quod neque eorum peccata expiuntur, nec virtutis solum scopum Deum habent propositum, licet ex Dei operibus Deum utcumque agnoscant. *Atque erat quidem ante Domini aduentum.* Tantum abest ut Philosophia sit reiicienda, ut Græcis fuerit necessaria ante aduentum Domini: docebat enim quomodo esset vita rationi congruenter agenda, & ea dabat præcepta quæ pertinebant ad ciuilem vitæ societatem, etsi non habebat eam quam verbum requirit perfectionem. Quinetiã nunc quoque postquã aduenit verbũ est utilis ad Deum cultum & pietatem, si fides quæ est diuinitus infusa sit demonstranda, quod sæpe est faciendum si disputetur vel cum Græcis, ut olim disputarunt Theologi maiores nostri, vel cum hæreticis, cum quibus est disceptandum, non solum sacrarum Scripturarum autoritate, sed Philosophicis etiam rationibus. Non offendet pes tuus, id est, non errabis, si quæ bona sunt, siue ea à Græcis, siue à nostris nempe sacris libris, acciperis, ea referas ad Dei prouidentiam. Alludit autem ad illud Solomonis: Viam sapiëntiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas aequitatis: quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Cur autem sint omnia ad diuinam referenda prouidentiam, hanc reddit rationem, quod Deus sit omnium bonorum causa. Hæc cum dixisset, ne videretur Græcam philosophiam ex æquare sacris Scripturis, bonorum quæ à Deo dantur hanc constituit differentiam, quod alia dantur principaliter, alia per consequentiam. Libri quidem sacri tam veteris quam noui testameti dati sunt principaliter, Philosophia autem non principaliter, sed per consequentiam, nempe ut sacris inseruieret, & eis esset adminiculo. Hoc cum dixisset, venit illi in mætrem subdubitare, num philosophia quam dixit esse datam per consequentiam, fuerit data principaliter, priusquam Græci vocati essent ad fidem. Nam verus quidem testamentum sicut & nouum datum est principaliter, & tamen lex quæ est pars veteris testamenti fuit pædagogus ad Christum, ut ait Paulus ad Galatas. Certe sicut pædagogus à vitio arceat adolescentem, illum reddens idoneum omni studio percipiendis iis quæ tradit præceptor: ita lex pædogogi officio functa est. Nam & à pri-

Prouterb. 4.

Galat. 3. Chrysof. in 3. ad Gal.

Theodor.
in 3. ad Gal.

Ioan. 14.

ori impietate liberavit, & cum Dei docuisset cognitionem, veluti ad quandam doctum Doctorem ac magistrum nos deduxit, Christum Dominum: vt perfectas disciplinas ab eo discamus. Lex ergo erat veluti quaedam preparatio ad Christum, vt quæ mandatis, cæremoniis ac iustificationibus Hebræos in officio continens, eos tandem perducebat ad summam & perfectam Christi philosophiam. Hoc ipsum videtur etiam dici posse de philosophia, quæ ante Christi aduentum Græcos bonis formabat moribus & institutis quibus summam veluti colophonem impositurus erat Christus. Boni quidem erant mores & instituta, sed non bonus erat eorum finis & scopus. Nam sibi proponebant vel gloriam, vel voluptatem, vel qui erant omnium optimi, ipsam per se virtutem, sed viro bono, qualis informat Christus, solus scopus debet esse Deus, qui est ipse quoque eius merces & præmium. Porro autem cum animaduertisset Clemens posse sibi obiici, quod frustra multæ quærentur viæ cum esset vna via & veritas, obiectioni respondet, verum quidem esse vnam esse viam, sed sicut multa flucta deducuntur ad vnum flumen, ita etiam multas vias deduci ad vnam viam, nempe ad Christum, in qua qui inlitterit aberrare non poterit. Vnius & eiusdem iusti, & multorum etiam iustorum sunt multæ viæ, nempe variæ & diuersæ viuendi rationes & instituta, quæ sunt omnia præclara & laudanda, si omnes ad vnam tendant viam, nempe ad Christum. Porro autem Christus est & via & vita. Via autem ducit ad vitam, id est, Christus ad Christum. Sed tendentibus etiam ad Christum dantur quædam mandata seu præcepta quæ ducunt ad vitam, nempe Christum, & sunt etiam quædam disciplinæ quæ Christianam præcedunt institutionem, quæ sunt adminicula ad vitam, nempe ad Iesum Christum, quomodo etiam apud Græcos sunt disciplinæ quæ præcedunt philosophiam: disciplinæ autem quæ præcedunt, existimo esse non scriptas Ecclesiæ traditiones, vt pote cruce signari, & orare ad Orientem, & per multas alias quas inuenies apud Diuum Basilium in libro de Spiritu sancto ad Amphilochoium, & apud Tertullianum in libello de corona militis, & in Distinct. 11. can. Ecclesiasticarum. ⁵ Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos. Illud quod dixit Christus apud Lucam; Hierusalem, Hierusalem, accommodat Clemens suo instituto, nempe vt ostendat se multiplicem Dei sapientiam, & multis modis esse factam vocationem, & non semel tantum sed bis, eiusque esse multos gradus, nec solum in hoc tempore, sed etiam in futuro, quod erit æternum cum nulla sit amplius habenda ratio currentis temporis. Hierusalem, inquit, vocatur visio pacis. Significat autem, inquit, quod qui Scripturas non contentioso animo sed quieto & pacifico legerint, intelligent se multis modis vocari ad institutionem, id est ad Verbi doctrinam. Ideo enim eos congregauit Verbum vt discerent. Non solum enim voluit congregare, sed quod voluit effecit, non fuit enim eius voluntas irrita. Sæpius autem id effecit, vt qui bis id fecerit, nempe & per Prophetas qui eius aduentum prænunderunt, & per suum aduentum quando attulit bonum nuncium salutis. Multiplex autem & varia fuit eius sapientia, vt qui dederit varias vitæ rationes & instituta, ad vnum tamen Christum tendentia, & in vnoquoque eorum institutorum datur salus, licet eorum qui salutem assequuntur sint varij gradus. Sunt autem eorum varij gradus, non solum in hoc tempore, sed etiam in futuro quod est æternum. Nam in domo patris dicit Christus esse multas mansiones, vt sunt etiam varij gradus eorum quibus datur salus. Nam pro varietate meritum in hac vita, sunt etiam in æterna varia præmia. Quod sit autem multiplex Dei sapientia, non est mirum. Nam spiritus Domini repleuit orbem terræ, qui variè sua disperit munera & charismata. ⁶ Quod si quis vim afferens dicat. Erant qui à Christianis reiiciendam esse Philosophiam ideo censebant, quod meretrix quam vitare iubet Solomon significet philosophiam. Quod quidem esse falsum ex hoc probat, quod neque aduleter Philosophia, quod est proprium meretricis & ipsa verba plane describat meretricem. Sed sunt alia verba, nempe hæc. Ne sis multum apud alienam, quæ significant non aspernandum esse vsum philosophiæ, sed non esse in ea nimis immorandum: ea est enim quam vocat secularem philosophiam. Ita etiam fuerunt olim qui dicerent esse quidem philosophandum, sed non nimis. Dicit etiam omni ætate & tempore fuisse quædam quæ prepararent ad Verbum. Quomodo autem quo tempore principatum tenebat apud Græcos philosophia, nempe ante Christi aduentum, ea multas habebat ancillas, illas scilicet disciplinas quas vocant *ἐπιμαθητικά*, quarum amore capti nonnulli, aspernati sunt ipsam dominam nempe philosophiam. Ita cum post Christi aduentum philosophia non iam sit domina, sed sapientiæ ancilla, quæ est diuinarum & humanarum scientia, & eius causarum, nõ defunt qui ancillam philosophiam magis ament quam dominam sapientiam. Quod autem sapientia sit philosophia longe præstantior ex hoc licet videre, quod cum vtraque profiteatur virtutis actionem, nõ est tamen vtriusque vnus & idem scopus. Nam philosophia quidem in actione virtutis non alium sibi proponit scopum & finem quam ipsam per se virtutem. Sapientia autem quæ est Christiana philosophia, & cui ancillari debet mundana seu secularis Philosophia omnium suarum actionum quæ sunt ex virtute, nõ alium scopum & finem habet sibi propositum quam Deum. Quo est ergo Deus omnibus quæ dici & excogitari possunt præstantior, eo est sapientia philosophia excellentior: exercetur enim virtus à sapientia propter Dei honorem & cognitionem. ⁷ Eorum autem que dicta sunt. Ad institutum suum omnia adaptans Clemens, Abrahamæ & Saræ & Agar historiam interpretatur, allegoricè docens Saram, id est sapientiam quæ obtinet principatum, priusquam pariar, permittere Abrahamo, id est homini iusto & fideli, aliquandiu habitare cum Agar, id est cum externa philosophia seu mundana & seculari, vt ab ea paulo post discedens & ad diuinam se conuertens sapientiam, id est ad fidem & ad iustitiam, prolem suscipiat. Eius autem proles fuit Isaac, per quem indicatur id quod per se didicit. Nam cælestium quidem rerum cõtèplatio, quæ est Astronomia in qua versatus est Abraham, & cæteræ mathematicæ disciplinæ præparant quidem ad sapientiam, sed ipsæ per se nihil fructus afferunt. Per se autem fructum afferit fides, quæ Deum sibi scopum proponens, & per charitatem operans, eos edit fructus, id est ea facit opera, quæ per Dei gratiam producta vitam merentur æternam. ⁸ Habueris autem etiam aliam eorum. Alia similitudine ostendit secularem eruditionem non esse despiciendam; Thamar sedebat in triuiuo & videbatur esse meretrix: significat autem secularem eruditionem quæ quodcunque vitæ iter sequaris, se offert & communicat omnibus. Iudas autem qui est potes, vt qui teneat firmam ac validam Dei confessionem, non abhorret Thamar, id est mundanam philosophiam, sed ad eam accedit vt qui omnia

scrutaretur,

sciutaretur, sed nihilo secius retinet firmam ac solidam Dei cõfessionem. ¹ Atque prædixit quidem Scripturæ. Quoniam suo instituto accommodauerat quas diximus Scripturas allegoricè expositas, ne quis existimaret eas non aliter posse exponi, dicit eas in aliis locis examinatas alia significare mysteria, nihil enim vetat quominus eadem Scriptura sensus habeat varios & diuersos.

² HINC ergo dicimus philosophiam nuda ratione habere inquisitionem veritatis & naturæ eorum quæ sunt. Hæc est autem veritas de qua ipse dixit Dominus, Ego sum veritas; & rursus, Disciplinam quæ præcedit eam quæ est in Christo quietem, exercere mentem & excitare intelligentiam, generando ingenij acumen aptum ad inquirendum per veram philosophiam, quam inuentam vel potius acceptam Mystæ habent ab ipsa veritate. Multum autem confert promptitudo, ad videndum ea quæ oportet per exercitationem: mentis autem fuerint exercitatio ea quæ mente possunt percipi. ³ Triplex est, inquit, eorum natura quæ in quantis continuis, & quantis discretis, & ijs quæ sunt dicenda, cõsideratur. Quæ enim ex demonstrationibus cõficitur oratio, perfectam animæ fidem facit eius quod consequitur, vt non putet id quod demonstratum est aliter se habere: nec sinit vt ijs succumbat quæ nobis per fraudem incurrunt. In his ergo disciplinis à sensibus expurgatur & excitatur anima, vt possit veritatem perspicere. ⁴ Educatio enim, & bona quæ seruat eruditio, bonas efficit naturas: & bonæ naturæ talem suscipientes disciplinam, fiunt adhuc prioribus meliores, cum ad alia, tum ad gignendum, quemadmodum in alijs animalibus. Vnde etiam dicit: Vade ad formicam o piger, & efficere illa sapientior, quæ multum & omnis generis nutrimentum recondit tempore messis aduersus minas hyemis; aut: Vade ad apem, & discite eam esse opificem. Ipsa enim omne pratium depascens, vnum fauum generat. ⁵ Si autem oras in cella penuaria, sicut docuit Dominus adorare spiritu, non vti que in sola domo versabitur æconomia, sed etiam in anima, quænam sint ei tribuenda, & quemadmodum, & quantum, & quænam sint reponenda, & in ipsam recondenda, & quando ea afferenda, & apud quos. ⁶ Non enim natura, sed disciplina viri boni & honesti fiunt, quemadmodum medici & gubernatores. Omnes itaque communiter videmus vitæ & equum, sed sciet quidem agricola, vitæne ad ferendum fructum bona sit an mala: & qui equorum habet cognitionem, facile discernit ignauum vel celerem. Alios autem esse alijs natura ad virtutem aptiores, ostendunt quidæ quædam studia eorum qui sunt alijs natura aptiores: nullam autem ex virtute perfectionem arguunt eorum qui sunt meliori natura, cum etiã qui natura minimè apti sunt ad virtutem, eam quam par est assecuti disciplinam, vel ad omne genus probitatis & honestatis peruenerint: & contra, qui natura apti erant ad virtutem, euaserint mali negligentia & incuria. Nos rursus natura ad societatem & cõmunicationem aptos iustosque; Deus fabricatus est. Vnde nec iustum ex sola impositione oriri dicendum est: ex præcepto autem bonum opificij excitari intelligendum est, cum ex disciplina didicerit anima velle bonum eligere. ⁷ Sed quemadmodum vel sine literis fidelem posse esse dicimus, ita quæ in fide dicuntur non posse intelligere eum qui non didicit confitemur. Quæ enim bene dicuntur admittere, aliena autem nõ admittere, non absoluta fides, sed quæ circa disciplinam versatur, fides efficit. ⁸ Quod si ignorantia, imperitia simul & inscitia, rerum diuinarum atque humanarum scientiam æquè affert atque doctrina: at quemadmodum in vitæ paupertate licet rectè viuere, ita etiam licet in abundantia: & facilius simul & celerius cum præcedentibus disciplinis liberalibus posse aliquè virtutem venari confitemur, quæ tamen nõ est eiusmodi vt sine ijs capi nõ possit, sed tunc quoque ab ijs qui didicerunt, & sensus habent exercitatos. Odium enim, inquit Solomon, excitat contentio. Vias autem vitæ custodit disciplina, vt nõ decipiamur, neque circumueniamur ab ijs qui ad auditorum perniciem improbam artem exercuerunt. Disciplina vagatur, inquit, incõsuetabilis. Oportet autem arguedi & refellendi genus persequi, vt Sophistarum fallaces repellantur opiniones. Rectè profectò

I I I I.

Ioan. 14.

Prouer. 6.

Ecclef. 11.
ἔμπειρα.
Ioan. 4.

ἀπὸ δὲ.

ἀεὶ παύσει.

Prouer. 11.

ac diuinè. ⁵ Anaxarchus autem Eudemonicus scribit in libro de Regno: Multa ac varia doctrina multum quidem iuuat, multum autem etiam lædit eum qui illam possidet. Iuuat eum qui dignus est, lædit autem eum qui quiduis dicit vel in uniuerso populo. Oportet autem scire mensuram temporis. Hic est autem finis sapientia. Quicumque autem canunt pro foribus, etiamsi quid doctū cecinerint, non reputati sapientes opinionē subeunt stultitiæ. Et Hesiodus: Musarum, reddunt hominem quæ multa loquentem

Diuinum, vocalem.

In verbis enim copiosum dicit multa loquentem, acrem autem ac vehementem, vocalem, ¹⁰ & diuinum, eum qui est peritus, & Philosophus, & sciens veritatis. Apparet itaque priores illas liberales Græcorum disciplinas unā cum ipsa philosophia venire diuinitus ad homines, non principaliter, sed quemadmodum imbres erumpunt in terram bonam, & in firmum, & supra domos. Similiter autem germinat & herba & frumentum, & nascitur etiam ficus in monimentis, & si qua est arbor impudentior. Et quæ nascuntur, emergunt in figura eorum quæ vera sunt, quoniam eandem pluuiæ virtutem sunt affecta, sed non eandem habuere gratiam quam ea quæ in solo pingui nata sunt, ut quæ vel arefacta vel euulsa fuerint. ²⁰ Porro autem hic quoque utilis est parabola sementis, quam Dominus est interpretatus. Vnus enim est agricola terræ quæ est in hominibus, qui ex alto seminat a constitutione mundi alentia semina, qui unoquoque tempore verbum principale impluit, tempora autem & loca quæ susceperunt, genuere differentiam. Et alioqui agricola non solum frumentum, et si eius quoque sunt plures differentia, sed etiam alia semina seminat, hordeum, fabas, pisa, cicer, & semina quæ olera in hortis producant, & flores. Eiusdem ³⁰ est autem agricultura, & plātandi officium, & operādi, quæcunque pertinent ad ipsa plātaria, hortos, & pomaria, & in summa, ad omnis generis arbores producendas & alendas. Similiter autem nō sola ars pascedarum ouium, sed & bouum equorumque & canum alendorum & curandarum apum artes omnes, & ut semel dicam, quæ in curādis gregibus animalibusque nutriendis versantur, inter se quidē differunt eo quod est magis & minus: sed sunt omnes vitæ utiles. Philosophiam autem non dico Stoicam, nec Platoniam, aut Epicuream, & Aristotelicam, sed quæcunque ab his sectis rectè dicta sunt, quæ docent iustitiam cum pia scientia, hoc totum selectum, dico philosophiam: quæcunque autem ex humanis amputata cogitatis adulterarunt, ea nunquam diuina dixerim. ⁴⁰ Iam verò illud quoque consideremus, quod si quando rectè viuunt qui nesciunt benefacere, accidit enim ut benefaciant: nonnulli autem per intelligentiam ad veritatis verbum feruntur tanquam ad scopum: Abraham autem non ex operibus iustificatus est, sed ex fide: nihil ergo eis post vitæ finem proderit, etiam si nunc rectè operentur, nisi fidem habeant. Propterea enim Græca voce expositæ sunt scripturæ, ut nullum unquam ignoratiæ possint prætextum afferre, cum possint quæ sunt apud nos audire, si tantum voluerint. ⁵⁰ Aliter quispiam dicit de veritate, aliter veritas seipsam interpretatur. Aliud est veritatis coniectura, & aliud veritas, aliud similitudo, aliud id ipsum quod est. Et altera quidem accedit disciplina & exercitatione, altera verò potestate & fide. Est enim donū doctrina pietatis, gratia verò fides. Faciētes enim Dei voluntatē cognoscimus. Aperite ergo, inquit Scriptura, portas iustitiæ, ut in eas ingressus confitear Domino. Sed viæ quidem ad iustitiam, cum Deus seruet multis modis, est enim bonus, sunt multæ & variæ, & ferētes ad viā Dominicam & portam. ⁶⁰ Quod si viam regiā & ingressū quæris valida auctoritate munitū, audies: Hæc est porta Domini, iusti intrabunt in eam. Cum ergo multæ apertæ sint portæ in iustitia, hæc fuit in Christo, in quā beati omnes qui intrarunt, & iter suum direxerunt in sanctitate cognoscēdi potestate prædita. Iam Clemens in epistola ad Corinthios, his verbis inquit, exponens differentiam

differentiam eorum qui sunt probati in ecclesia: Sit aliquis fidelis, sit potens in explicanda cognitione, sit sapiens in discretionem sermonum, sit stupendus in operibus. Ars autem Sophistica, quam sectati sunt Græci tanquam rem præclaram & magni faciendam, est potestas phantastica, seu quæ visione percipit, verbis falsas opiniones tanquam veras ingeneras. ¹⁰ Præbet enim ad persuadendum quidem dicendi artem, ad contendendum verò, litigandi. Artes ergo, si non fuerint cum philosophia, fuerint cuilibet exitiales. Apertè itaque Platonius ¹⁰ to malam artem appellauit Sophisticam, & eum sequens Aristoteles, eam quandam furandi artem pronunciat, ut quæ totum sapientiæ officium probabiliter auferat, & profiteatur sapientiam in qua non est versata, nec in eam studium posuit. Ut paucis autem dicam: quemadmodum artis quidem dicendi principium, est id quod est probabile: officium verò, argumentum: & finis, persuasio: ita litigandi ac concertandi artis principium est id quod visum fuerit: officium verò, contentio: & finis, victoria. Eodem enim modo Sophistica quoque artis principium quidem est id quod apparet, officium verò duplex, unum ²⁰ quidem ex arte dicendi, quod cernitur perpetua oratione rem persequens: alterum verò ex Dialectica, interrogans: eius verò finis est obstupescitio & deductio ad admirationē. Et quæ rursus in scholis vulgò iactatur Dialectica, ostenditur Philosophi esse exercitatio in eo quod est opinabile, contradicendi facultatis gratia. Meritò ergo egregius Apostolus superuacaneas has artes dictionum vilipendens: Si quis non accedit, inquit, ad sanos sermones, doctrina autem aliqua est inflatus, nihil sciens, sed laborans circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus fit lis, inuidia, maledictum, suspiciones male, concertationes hominum mente corruptorum, & priuatorum veritate. ³⁰ Vides quomodo in eos inuectus sit, Logisticam, id est, quæ in sermone versatur, eorum artem morbum appellans, propter quam se efferunt, & magnificè circumspectiunt quibus cordi est hæc ars garrula & improba, siue sint Græci, siue etiam barbari Sophistæ. Pulcherrimè ergo dicit Tragicus Euripides in Phæmis: Iniqua verò oratio

In se ægra, pharmacis eget sapientibus.

Sanus enim dictus est sermo salutaris, cum ipse sit veritas: & id quod sanum est semper, ⁴⁰ manet immortale. Quæ est autem ab eo quod est sanum & diuinum secretio, est impietas & letalis affectio. Hi sunt lupi rapaces tecti pellibus ouium, plagiarij, & disertum animarum abigei, qui clam quidem furantur: sed fures esse conuincuntur, qui & dolo & vi nos conantur superare, qui non delectamur superuacaneis, utpote quod minus eis in dicendo valeamus: Vir impeditus sæpe linguæ infantia,

Cum iusta dixit, at diserto habet minus.

Quin ore quod bellè fluit, verissima

⁵⁰ Surripiunt, appareant ut quæ haud decet, inquit Tragædia. Tales autem sunt litigiosi isti, siue sectas sectentur, siue artes nescio quas exercent dialecticas. Isti sunt qui funiculos trahunt, inquit Scriptura, & nihil texunt, inanem laborem plurimi facientes, quem imposturam & astutiam ipse vocauit Apostolus, aptam ad erroris insidias. Sunt enim, inquit, multi inobedientes, vaniloqui, mentem decipientes. Non omnibus ergo dictum est, Vos estis sal terra. Sunt enim aliqui etiam ex iis ⁶⁰ qui verbum audiunt, marinis piscibus similes, qui cum ab ipso ortu in falso nutriantur, salibus tamen ad cōdiendum indigent. Ego itaque vel lubentissimè admitto tragædiam quæ dicit: O fili, benè etiam dici possunt falsæ orationes, specie autem verborum verum vice-rint. Sed non est hoc perfectissimum sed natura & factum. Quisquis autē linguæ quidem exercet facundiam sapiens: res tamen semper existimo esse verbis præstantiores. Multis ergo placere minimè est expetendum. Quæ enim sunt illis iucunda, nos non exercemus.

D d ij

Galat. 5.

Quæ nos autem scimus, procul sunt ab illorum affectione. Ne simus inquit Apostolus, inanis gloriæ cupidi, nos inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Sic itaque veri amator Plato, veluti à Deo incitatus dicit: Ego, inquit, sum eiusmodi ut nulli alij credam nisi rationi, quæ mihi consideranti optima visa fuerit. Eos ergo reprehendit qui absque mente & scientia credunt opinionibus, utpote quod non oporteat relicta recta & sana ratione, ei credere quæ est falsi particeps. A veritate enim aberrasse malum est. Vera autem dicere, & ea quæ sunt opinari, bonum. Bonis autem inuiti quidem priuantur homines: priuantur tamen, vel circumuenti, vel præstigijs decepti, vel coacti, & cum non crediderint. Atque qui credidit quidem, sua sponte capitur: circumuenitur autem qui in contrariam persuasionem traducitur, oblitus quod alia quidem tempus, alia verò ratio aufert imprudenti. Cogit autem sæpe dolor, & angor, & rursus contetio, & ira postquam suscepta fuerit opinio. Postremo autem præstigijs decipiuntur, qui vel à voluptate sunt inducti, vel timore perterriti. Sunt autem mutationes omnes voluntariæ. Atque nihil quidem eorum unquam acceperit scientia. Nonnulli autem qui se putant esse ingeniosos, nec philosophiam volūt attingere, nec Dialecticam, sed nec contemplationem discere naturalem, sed solam & nudam fidem requirunt, perinde ac si cum nullam vitis curam gesserint, velint ab initio statim botrum accipere. Dicitur autem Dominus vitis allegoricè, à quo cum diligentia & agri colendi arte, quæ sit ratione ac sermone, fructus est vindemiandus. Putare oportet, fodere, ligare, & reliqua facere. Falce, ut sentio, & ligone, & alijs rusticis instrumentis ad vitis curam opus est, ut nobis fructum producat esculentum. Quemadmodum autem in agricultura, ita etiam in medicina, ille utiliter didicit qui varias attigit disciplinas, ut possit melius colere & curare. Ita hic etiam eum bene & utiliter eruditum existimo, qui omnia refert ad veritatem, adeo ut ex Geometria & ex Musica & ex Grammatica & ipsa philosophia colligens quod est utile, nullis insidijs intercepta seruet fidem. Porro autem athleta, ut prius dictum est contemnitur, qui se non prius instruxit ad certamen. Iam verò gubernatorem quoque laudamus qui multarum rerum habet experientiam, qui mores nouit multorum hominum, & medicum qui multa est expertus, qua ratione effingunt etiam empiricum. Qui autem singula refert ad rectam vitam, exempla afferens ex Græcis & ex barbaris, is valde peritus veritatis inuestigator, & multi reuera consilij, instar lapidis Indicis (is est autem Lydius) creditur posse discernere aurum adulterinum à probo, & aptus esse ad separandum is qui ex nobis habet multam rerum experientiam & cognitionem, Sophisticam quidem à philosophia, ornatricem autem à gymnastica, & culinaria à medicina, & dicendi artem à Dialectica, quinetiam alias hæreses quæ sunt in barbara philosophia ab ipsa veritate. Quomodo autem non necesse est ut de ijs quæ intelligentia percipiuntur, tractet philosophando, qui Dei velit potentiam attingere? Quomodo autem non est etiam utile diuidere voces quæ sunt anticipites, & quæ in testamentis efferuntur æquiuocè? Ex amphibolia enim Dominus sapienter eludit diabolus in tempore tentationis. Nec ego hic utique video, quo modo philosophia & Dialecticæ inuentor, ut quidam existimant, inducitur deceptus tropo amphibolia. Si autem Prophetæ & Apostoli artes non norant, per quas ostenduntur exercitationes quæ sunt in philosophia: at mens prophetici & docentis spiritus occultè loquens, propterea quod non sint aures omnium intelligentes, artificiosas doctrinas exigit ad explicationem. Secure enim nouerunt illarum sensum Prophetæ & spiritus discipuli. Ex fide enim & quam dici non potest facile, dixit spiritus, sed non tam facile percipere possunt ij qui non didicerunt. Præcepta autem, inquit, scribe dupliciter, nempe voluntate & cognitione respondendi verba veritatis ijs qui tibi proponunt. Quenam est autem respondendi, vel quæ etiam interrogandi scientia? Fuerit autem hæc Dialectica. Quid verò, an non dicere quoque

quoque opus est? & facere fit ex verbo seu ratione? Si enim non verbo seu ratione agamus, siue verbo seu ratione fecerimus. Opus autem rationale ex Deo efficitur. Et nihil sine ipso factum est: Verbo, inquam, Deo seu ratione. An non etiam Dominus omnia fecit verbo? Operantur autem etiam iumenta acta cogente metu. Num etiam qui vocantur Orthodoxi, bona opera aggrediuntur, nescientes quid faciunt? Propterea ergo Seruator cum panem accepisset, primum locutus est, & egit gratias: deinde cum panem fregisset apposuit, ut comedamus ex ratione, & cum scripturas agnouerimus, vitam instituemus per obedientiam. Quemadmodum autem qui mala utuntur oratione nihil differunt ab ijs qui malo facto utuntur: calumnia enim est ministra gladij, & dolorem affert maledictum: ex quibus est vitæ euersio, hæc autem fuerint opera improbæ orationis: ita etiam qui bona utuntur oratione, propè accedunt ad eos qui bonis factis utuntur. Recreat itaque animam oratio, & adhortatur ad honestatem. Beatus est autem qui pro dextra utraque manu utitur. Neque ergo qui bene potest facere, est maledictis incessendus ab eo qui bene potest dicere: neque est vituperandus qui bene potest dicere, ab eo qui bene facere potest. Faciat autem uterque id quod ei à natura est insitum. Quod autem alter factum ostendit, hoc alter loquitur, beneficentia veluti viam præparans, & deducens auditores ut bene operentur. Est enim etiam salutaris oratio, sicut opus salutare. Atque iustitia quidem certè non consistit absque oratione. Quemadmodum autem beneficio affici tollitur, si auferamus bene facere: ita tollitur obedientia & fides, si nec præceptum, nec qui est ipsum explicaturus simul assumuntur. Nunc autem altero alterius gratia, & verbis & factis abundamus. Ars autem contentiosa & Sophistica est penitus repudianda, quandoquidem ipsa Sophistarum dictiones non solum multorum oculos præstringunt & eos seducunt, sed nonnunquam etiam vim afferentes, Cadmeam referunt victoriam. Est enim longè verissimus ille Psalmus: Iustus uiuet in finem, quoniam non videbit interitum, quando uiderit sapientes morientes. Quosnam autem dicit sapientes, audi ex Iesu sapientia: Non est sapientia improbitatis scientia. Eam autem dicit quam excogitarunt artes quæ in dicendo & disserendo versantur. Quæres ergo apud malos sapientiam, & non inuenies. Et si rursus roges quanam ea est: Os iusti, inquit, distillabit tibi sapientiam. Dicitur autem ars Sophistica æquiuocè cum veritate sapientia. Meum autem est probabile, ut existimo, institutum, rationi conuenienter uiuere, ea autem quæ significantur intelligere: eloquentiam autem nunquam magnificentem, contentum esse si significetur id quod intelligitur. Quo autem nomine significetur id quod uolo exponere, nihil mihi curæ est. Opem enim ferre ut seruentur ij qui seruari cupiunt, puto esse optimum, non autè dictiunculas tanquam quedam ornamenta componere. Et si caueris, inquit Pythagoreus in Platonis Politico, ne sis de nominibus nimium sollicitus, prudentia locupletior apparebis in senectute. Et rursus inuenies in Theæteto: Nominum autem & uerborum facilitas, & non nimis accurata examinatio, ut plurimum non est sordida & illiberalis, sed eius potius contrarium: est autem nonnunquam etiam necessaria. Hac quàm fieri potest breuissimè scriptura enunciauit, dicens: Ne sis prolixus in sermone. Dictio enim est tanquam uestis in corpore: res autem sunt carnes & nerui. Non oportet ergo maiorem uestis quàm salutis corporis curam gerere. Non solum enim frugalis uita ratio, sed etiam à superuacaneo cultu ornatuque aliena oratio, exercenda est ei qui ueram vitam elegit: siquidem delicias ut dolosas & luxuriosas repudiamus, sicut unguetum & purpuram ueteres Lacedæmonij, dolosas quidem uestes, & dolosas uentiones rectè reputantes & nominantes, quoniam nec honestus est ille cibi apparatus qui plura habet condimenta quàm ea quæ nutriunt: nec est bellus urbanusue orationis usus, qui auditores magis potest delectare quàm iuuare. Musas Sirenibus existimare incundiores admonet Pytha-

goras, docens non cum voluptate exercere sapiētias, arguens autem deceptricem aliam ani-
mi oblectationem. Qui nauigando prateruectus est Sirenas, vnus sufficit: & qui Sphingi
respondit, vnus alius, atque adeo si vultis, nullus. ¹ Non oportet ergo vnquam dilatare
phylacteriam vanam ambiendo & magnificiendo gloriam. Sufficit autem ei qui est co-
gnoscendi potestate præditus, si vel vnus inuentus sit auditor. Potest itaque audiri Pinda-
rus scribens Bæotius: Non licet apud omnes veterem perumpere orationem, præterquam
fidelissimis silentij vijs. Stimulus autem pugnae est dominans oratio. ^m Admodum ergo re-
ctè nos vehementer admonet beatus Apostolus, ne verbis contendamus propter nihil utile
ad euersionem auditorum: prophanas autem vocum nonitates vitemus, ad plurimum enim
proficiunt impietatis, & sermo eorum serpit vt cancer. Hæc ergo sapientia mundi, stultitia
est apud Deum. Et horum sapiētum cognoscit Deus cogitationes quod vanæ sunt. Nemo
ergo gloriatur humana præcellens cogitatione. Rectè enim scriptum est in Hieremia: Ne
gloriatur sapiens in sapientia sua, & ne gloriatur fortis in fortitudine sua, & ne gloriatur
diues in diuitijs suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, quod intelligat & cognoscat, quod
ego sum Deus faciens misericordiam & iudicium & iustitiam super terram: quoniam in
his est voluntas mea, dicit Dominus. Ne confidamus in nobis ipsis, sed in Deo qui suscitatur
mortuos, inquit Apostolus: qui ex tanta morte nos eripuit, vt fides nostra non sit in sapien-
tia hominum, sed in virtute Dei. Spiritalis enim diiudicat omnia, ipse autem à nullo dii-
dicatur. Illa quoque eius audio: Hæc autè dico ne quis vos decipiat in probabilitate sermo-
nis, neque subingrediatur qui deprædatur. Et rursus: Videte ne quis sit qui vos seducat
per philosophiam & inanem deceptionem, secundum traditionem hominum, secundum e-
lementa mundi, & non secundum Christum. Philosophiam quidam non omnem, sed Epi-
cuream, cuius etiam meminit Paulus in Actibus Apostolorum, reprehendens, quæ tollit
prouidentiam, & in Deorum numerum refert voluptatem, & si qua alia honore affecit
elementa, quæ eis non constituens causam efficientem, ne visione quidem apprehendit opi-
ficem. Quinetiam Stoici, quorum ipse quoque meminit, non rectè dicunt, Deum, cum sit
corpus, vilissimam peruasisse materiam. Traditionem autem humanam, canoras dicit nu-
gas quæ versantur in oratione. Quamobrem illa quoque scribit: Iuniores fugite quæstio-
nes: sunt enim pueriles huiusmodi contentiones. Virtus autem non tenetur amore iuuenum,
inquit Plato philosophus: ⁿ & certamen nostrum, vt vult Gorgias Leontinus, duabus opus
habet virtutibus, audacia & sapientia: audacia quidem, vt adeat pericula: sapientia au-
tè, vt discernat enigma. ^o Verbum enim quemadmodum in Olympia præconiū, vocat qui-
dem eum qui vult, sed coronat eum qui potest esse inuictus, quoniam reuera Verbum nõ vult
esse ociosum eum qui credidit. ^p Quærite enim, inquit Christus, & inuenietis: sed inquisitio-
nem terminat inuentione, recentibus nugis exterminatis, inserta autem contèplatione quæ
nostrâ fidem confirmat. Hoc autem dico ne quis vos decipiat in probabilitate sermonis, ait
Apostolus, vt qui, quæ ab eis dicuntur, discernere scilicet didiceritis, & ijs quæ obijciun-
tur occurrere docti sitis. Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominum, in eo ambulate
radicati & superædificati in ipso, & confirmati in fide. Est autem persuasio fidei confir-
matio. ^q Videte ne quis sit qui vos seducat à fide in Christum per philosophiam & inanem
deceptionem, quæ tollit prouidentiam secundum traditionem hominum. Quæ est enim se-
cundum traditionem diuinam philosophia, constituit & confirmat prouidentiam, qua sub-
lata videtur fabula Seruatoris æconomia, cum nos secundum elementa huius mundi, &
non secundum Christum feramur. Quæ est enim Christo consentanea doctrina, & opifi-
cem Deum esse asserit, & deducit prouidentiam vsq; ad singularia, & talem elementorum
nouit esse naturam, vt in eam cadat ortus & mutatio, eaq; docet à Deo regi ad hoc vt vim
assimilantem

assimilantem ac dispensantem habeant, adè vt mens principalis omnem præcedat do-
ctrinam. ^r Elementa autem colunt, Diogenes quidem aërem, Thales verò aquam, Hip-
pasus verò ignem & qui principia ponunt indiuidua, philosophiæ nomen suscipientes, im-
pū quidam homunculi & voluptati dediti. ^s Propterea oro, inquit, vt dilectio vestra ad-
huc magis & magis abundet in agnitione & omni sensu, ad hoc vt vos probetis quæ sunt
potiora. Nam quando eramus, inquit Apostolus, paruuli, sub elementis huius mundi
eramus seruietes. Paruulus autem etiam si sit hæres, nihil differt à seruo vsque ad præsi-
nitum tempus patris. Paruuli ergo sunt etiam Philosophi, nisi à Christo viri fiant. Si enim
nõ futurus sit hæres cum filio libera, at est quidè certè semen Abrahæ, quod non ex promif-
sione donum suscepit proprium. Perfectorum autem est solidus cibus, qui propter habitum
habent sensus exercitatos ad discretionem boni & mali. Quisquis enim est lactis parti-
ceps, non est peritus sermonis iustitiæ, cum sit paruulus, & nondum sciat verbum per
quod credidit & operatur, nec possit in ipso reddere rationem. Omnia autem probate,
inquit Apostolus, & quod bonum est tenete. Spiritualibus dicens, qui omnia quæ di-
cuntur ex veritate diiudicant, vtrum videantur, an veritati cohæreant. Inconfutabilis
autem vagatur disciplina, & plagæ & reprehensiones dant disciplinam sapientiæ, re-
prehensiones scilicet quæ sunt cum dilectione. ^t Cor enim rectum exquirat cognitionem,
quoniam qui Deum quærit, cognitionem inuenit cum iustitia. Qui ipsam autem rectè
quæserunt, pacem inuenerunt. ^u Et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed
virtutem: eos qui sunt opinione sapientes, & se quidem esse putant, non sunt autem sa-
pientes, impetens hæc scribit: Non est enim in sermone regnum Dei. Non inquam in eo
qui non est verus, sed opinione probabilis. In virtute autem dixit, seu potentia: sola est
enim potens veritas. Et rursus: Si quis putat se nosse aliquid, nondum nouit sicut nosse o-
portet. Nunquam est enim veritas opinio. Sed cognitionis quidem opinio inflat & fastu
implet, charitas autem ædificat, quæ non in opinione versatur, sed in veritate. Vnde si
quis diligit, is cognitus est, inquit. ^x Quoniam autem non sola est traditio publica ei qui
sensit sermonis magnificentiam, occultanda est sapientia quæ dicta est in mysterio, quam
docuit Dei filius. Iam enim Esaias quoque Propheta igne linguam purgatur, vt possit di-
cere visionem: & nec linguam solum, sed etiam aures castas habere conuenit, si con-
mur fieri veritatis participes.

C O M M E N T A R I V S .

^a HINC ergo dicimus Philosophiam. Hic dicit quis sit vsus Philosophiæ, Philosophia, inquit, nuda ratione
abstracta scilicet à sensibus, quærit veritatem & eorum quæ sunt naturam, ipsum scilicet Christum quam
veritatem se dicit esse ipse Christus. Arcana certè Christi mysteria disci non possunt per sensus: sed nec hu-
mana ratio ea didicerit, nisi mens se separet à sensibus, per philosophiam spiritualiter inquirentem spiritua-
lia. Ad hoc autem vt ad Christum perueniatur, & in eo quiescat multum iuuat mentis exercitatio per
disciplinas, quæ dicuntur *παιδεία*, id est, doctrinæ præcedentes, veritatem generantes, acumen ingenij
aprum ad inquirendum per veram philosophiam, Christianam scilicet doctrinam, quam acceperit mystæ,
ij scilicet qui Christi mysterijs sunt initiati, ab ipsa veritate, Christo scilicet, vera autem Philosophia, quæ
est doctrina Christiana nempe fides, longè superat omnes humanas rationes: per mentis autem exercita-
tionem animi paratur alacritas ad ea quæ oportet inuenienda. Mentis autem exercitatio, sunt quæ pos-
sunt mente percipi, seu quæ cadunt sub intelligentiam. Quænam sunt autem ea quæ mens percipit, & quæ
cadunt sub intelligentiam? Dicit ipse Clemens. ^b Triplex est, inquit, eorum natura. Natura, inquit, eorum
quæ mens percipit & quæ cadunt sub intelligentiam, & præparant ad diuinam sapientiam, est triplex. Con-
sideratur enim in quantis continuis, & in quantis discretis, & in iis quæ sunt dicenda. Quanta continua di-
cuntur *πληκτα*. Discreta verò *πρωτα*, vtrumque tamen confunditur, vt vnum pro altero ponitur. Quæ sunt ve-
rò dicenda Græcè est *λεκτα*. *λεκτα* autem vt vult Fauorinus, dicitur; *πρωτα* *επειτα* *παροπιστα* *μενον*, *η* *απειτα* *η*
πρωτα *επειτα* *παροπιστα* *μενον*. *λεκτα*, inquit, est, quod consistit in cogitatione, vel res quæ simul genera-
tur cum dicendi visione. Dicitur ergo *λεκτα*, quod cogitatione apprehendimus dicendum, vel verbis enun-
ciandum. Hæc autem tria verba significant septem artes liberales, quarum quatuor quidem, quæ dicuntur
Arithmetica seu disciplinæ, considerantur in quantis discretis & continuis. In quantis quidem discretis
Arithmetica & Musica. In quantis autem continuis, Geometria & Astronomia. In dicendis autem seu in

dicendorum notione consideratur Grammatica, Rhetorica & Dialectica. Atque acunt hæ omnes artes ingenium, & præparant ad veram Philosophiam, sed oratio quæ conficitur ex demonstratione, ea autem oritur ex Dialectica, efficit ut animus credat iis quæ ex ea sequuntur, & ita assentiatur, ut ab iis quæ credit non possit dimoueri: putat enim non posse esse aliter. Quod si quis cauillis & fallis Sophismatibus nos velit in errorem inducere, ea non sinit id fieri. Certis enim & necessariis, & quæ falli non possunt rationibus nos munit ne conuincamur. *Educatio enim & bona quæ seruantur eruditio.* Reddit causam cur disciplinæ & artes liberales acuant ingenia. Nam qui has disciplinas & artes didicerunt, dicuntur bene educati & eruditi. Bona autem educatio & eruditio bonas efficit naturas. Quantumuis enim tardo & obtuso sit quispiam ingenio, si his erudiat artibus & disciplinis, corrigitur ingenium, & bona fit eius natura. Sin verò bona sit natura, earum disciplinarum & artium adminiculo longe fit melior quam antea, non solum ad discendam & intelligendam philosophiam, propter quam eæ discuntur, sed etiam ad generandum, id est ad alios docendos. Nam qui alios docent & in eis suam formant doctrinam, eos dicuntur gignere, & eorum esse patres. Ita loquitur Paulus per Euangelium; Ego genui vos. Et rursus: Onesimo filio quem genui in vinculis. Et ideo se dicit eorum Patrem, ut qui eos doceret. Neque verò mirum si qui sunt in disciplinis educati & docti alios doceant, cum etiam apes & formicæ eos qui ad ipsas accedunt, doceant laborem, industriam, diligentiam, & æconomiam. Ea autem æconomia, non solum versatur in domo administranda, & iis dispendandis quæ pertinent ad familiam, sed etiam in iis quæ pertinent ad animæ dispensationem, ut sciat quænam sint tribuenda, reponenda & recondenda, quantumque & quo tempore, & quænam rursus sint proferenda & expromenda. Nam ut bonus Oeconomus suo tempore reponit & recondit in cella penuria, quæ expromat quando opus fuerit: Ita anima veluti quendam penum cõgerit eorum quæ bona sunt, sed non sunt omnia semper expromenda, sed sunt singula suo tempore dicenda & facienda. Hæc autem dicendi accepit occasionem ex loco Euangelij quem citat. Si autem oras in cubiculo, ubi est Græcè *τρυπη*, quod cellam significat penuriam. *Non enim natura, sed disciplina viri boni.* Ex eo quod anima, veluti bonus Oeconomus, ea & recondit & expromit quæ opus est, & quando opus est, ex quo sequitur eam didicisse, infert viros bonos & honestos fieri, non natura, sed disciplina. Disciplina quidem certe est ad eam necessaria, ut licet omnes norint vitem & equum, qualis tamen sit vitis, & qualis sit equus, nemo nouit qui non didicerit, nempe Agricola qui in vite colenda est versatus, & qui vsu & experientia didicit bonos equos à malis discernere. Atque quod non sufficiat quidem natura ad virtutem, nempe ut quispiam vir bonus & honestus euadat, ex hoc licet perspicere, quod præclara ingenia sæpe deficiant si non excolantur, & sua negligentia pereant: contra autem quæ minus sunt bona, & ad virtutem minus apta, si adepta sint doctrinam & disciplinam, ad virtutem perueniunt & honestatem. Habemus quidem virtutum semina à natura nobis ingenerata, sed pereunt & plane suffocantur nisi excolantur. Natura quidem apti sumus ad iustitiam & humanam societatem: sed præceptis & bonis institutis est excolenda natura. Iustum enim non est ex sola impositione, sed etiam ex disciplina & eruditione, quando scilicet didicit anima velle bonum eligere. Nam est virtus quidem habitus qui consistit ex electione. Sed non eligit nisi qui didicit eligere: discit autem & ex diuina inspiratione, & ex diuturno more & assuefactione. *sed quemadmodum vel sine literis.* Moris quidem, seu morales, ut dicunt, virtutes & doceri & disci est satis perspicuum. Sed quæritur num doceatur & discatur fides. Et constat quid ex auditu esse fidem. Quo fit ut sine literis possit quispiam esse fidelis. Sed quamuis quæ sunt credenda audiantur, ab eo qui fidem prædicat, non tamen prius existit fides quam Deo inspirante infundatur. Pulchrè enim dicit Paulus; Prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Hanc autem quæstionem ita soluit, ut dicat fidem quidem non disci, nec ad credendum opus esse literis, sed ut intelligantur quæ sunt credenda, ea enim sunt quæ sunt in fide, opus esse doctrinam & eruditionem. Nam licet fides efficiat ut credamus, absolūtè tamen, id est per se & sola, non efficit ut admittantur quæ bene dicuntur, quæ autem secus, reiciantur: sed ea demum fides quæ adiunctas habet disciplinas, & in eis versatur. *Quod si ignorantia, imperitia.* Sine disciplinis quidem potest esse fides, & ex ea potest recte viuere, sicut etiam in paupertate potest bene viuere: sed sicut si paupertati accesserint diuitiæ & rerum abundantia, melius viuatur, ita etiam bene viuere potest absque disciplinis: sed cum iis longè facilius & expeditius parari potest virtus, quæ licet possit haberi etiam ab iis qui in illis non sunt versati, melius tamen percipitur ab eis qui in illis sensus habent exercitatos. Ad hæc accedit quod iuuant disciplinæ, non solum ad virtutem melius comparandum, sed etiam ad hoc, ut in vera cõfirmemur religione, nec decipiamur ab iis qui verbis dolosis, & ex arte ad fraudem & perniciem comparatis nos volunt circumuenire. Et ideo discendum est, quomodo oporteat arguere & refellere, ut Sophistarum qui à veritate nos volunt abducere falsas & fallaces reiciamus opiniones. *Anaxarchus autem Eudemonicus scribit.* Dixit quid prosint disciplinæ & artes liberales, sed præterea est etiam multa & varia doctrina, quæ prodest quidem, si quis ea recte utatur, sin minus, lædit. Rectè autem vitur qui ea vtendo habet rationem loci & temporis. Non rectè autem vitur, qui ea indiscriminatim vitur, nec obseruat quid locus & tempus postulet, quod quidem loquentis arguit stultitiam. Aristarchi autem vitam, cuius librum de regno citat Clemens, scripsit Diogenes Laertius, sed operum quæ scripsit non meminit. *Eudæmonius autem dicit fuisse cognominatum propter obedientiam & vitæ facilitatem.* Lego enim *εὐδαμονίας*, non *ἀναρχίας*. Hesiodi autem quos citat versus, non inuenio in operibus eius quæ extant hodie. *Apparet itaque priores illas liberales Græcorum disciplinas.* Ex his quæ superius dicta sunt concludit, & disciplinas & artes liberales, & ipsam philosophiam à Deo venire, sed non principaliter. Eæ enim non sunt principes, sed principis est sapientia & diuina philosophia, cui seruiunt & sunt adminiculo artes illæ & disciplinæ, & externa seu secularis philosophia. Ita etiam pluuiæ quidem in terram descensus princeps causa est, ut terram bonam irriget, & tamen irrigat etiam fimum & domorum tecta. Eodem quoque pluuiæ efficit ut germinet & herba & frumeta, & ita est princeps causa: efficit etiam ut germinet & nascatur ficus, & si qua est alia arbor impudentior, quæ nulla pudoris habita ratione nascitur in locis fœtidis

locis fœtidis & obscenis, ea autem, licet non sint veræ arbores, ut quæ non nascantur in loco in quo nasci conuenit, crescunt tamen tanquam veræ arbores, vtrarumque autem causa est pluuiæ, sed in veris arboribus pluuiæ est princeps causa, in aliis non est princeps. Nam licet vtræque eandem pluuiæ virtutem assequantur, quæ tamen non sunt veræ, non eandem habent gratiam, quam quæ in pingui solo nata sunt, arefactæ enim & euulsæ fructum non ferunt. *Porro autem hic quoque vitilis est parabola.* Christi parabola de patrefamilias qui feminat, ad suum institutum accommodat, nihil enim verat quominus eadem parabola variè exponatur. Ita ergo exponit; In hominibus est vna terra, huius autem terræ vnus est agricola. Is est Deus pater qui ex alto à constitutione mundi demittit semina quæ alant homines. Ad producenda autem semina, semper opus fuit pluuiæ. Ea pluuiæ est Verbum quod omni tempore impluit. Verbum, inquam, princeps à quo omnia bona procedunt. Et semper quidem fuit vnum & idem verbum, ut quod nunquam mutetur, eiusdem tamen verbi pro varietate temporum, & eorum qui susceperunt, variæ fuerunt differentia: hinc factum est ut essent variæ artes & disciplinæ ab vno & eodem verbo profectæ quæ mundo sunt vitiles. Recenset etiam Agricola multas artes quarum sunt varia officia & opera, & eas artes quæ versantur in alendis & curandis animalibus, quæque sunt omnes vitæ vitiles, & in hoc tantum inter se differunt quod sunt magis vel minus vitiles. Ex quibus infert artes & disciplinas non esse reiciendas, multo minus autem philosophiam cui artes seruiunt & disciplinæ. Sed quoniam Græcorum Philosophiæ multæ erant hæreses, & dubitari posset, quænam esset potissimum sequenda, hanc soluit dubitationem. *Iam verò illud quoque consideremus.* Melius est propositum scopum attingere, quam ad aliquid ferri temere. Sed qui nescit bene facere, id est qui non tenet artem bene faciendi, si quando quid benefaciat, casu benefacit. Qui autem scit bene facere, id est qui tenet artem benefaciendi, non casu benefacit, sed ex prudentia & intelligentia: est ergo melius ex arte bene facere quam casu: est ergo melior ars benefaciendi quæ est ad mores pertinens philosophia, quam benefaciendi nullam scire artem, ex quo fit ut vel nihil benefaciat, aut si quid bene fit, casu fiat. *Abraham autem non ex operibus iustificatus est.* Cùm dixisset longè melius esse ex arte benefacere quam casu, ex quo videbatur sequi, ut preclare secum agi putarent philosophi, quod conuenienter præceptis Philosophiæ bene facerent: Ut hanc eis falsam auferret opinionem, dixit Abraham fuisse iustificatum ex fide, non ex operibus, non quod Abraham nulla fecerit opera, qui certè fecit pulcherrima & plane diuina, sed quod eius opera in fide fuerint fundata, alioqui citra fidem ad vitam æternam plane inutilia. Opera enim moralia, quæ proficiuntur vel à natura, vel ab institutis Philosophiæ, ad ciuilem quidem profunt societatem, & ad hominum inter se officia ac commercia, ad regnum autem cælorum & ad supernam fœlicitatem non conducunt. Nam ea demum conducunt quæ sunt diuina. Diuina autem non sunt nisi quorum Deus est autor. Non est autem autor, nisi ius quæ à fide in ipsum profecta diuina sua munit gratia. Cùm ergo ad vitam æternam non sola requirantur opera, sed fides etiam sit necessaria, ne causari possent Græci se ignorare, in linguam Græcam versæ sunt scripturæ, ut possint ea ipsa audire quæ nos audimus, si velint, & ita sint inexcusabiles. *Aliter quispiam dicit de veritate.* Ut lubentius accedant Græci ad sacras scripturas quæ propter eos versæ sunt in linguam Græcam, ostendit multum interessè inter eas & artes & disciplinas. Artes quidem & disciplinæ non sunt ipsa veritas, etiam si aliquid dicant de veritate: sed diuinæ scripturæ sunt ipsa veritas, est enim in eis verbum Dei. Et in artibus quidem & disciplinis de vero aliquid dicitur: in sacris autem scripturis ipsa veritas, quæ est verbum, seipsam interpretatur. Porro autem in artibus & disciplinis de veritate sumitur tantum coniectura, quo fit ut ex iis non comprehendatur, certa, firma, ac stabilis veri cognitio: in artibus & disciplinis non est ipsa veritas, sed tantum veri similitudo: versantur enim in iis in quæ cadit ortus & interitus. Quæ autem oriuntur & intereunt, referunt quidem aliquam veri similitudinem, sed re vera non sunt, ea enim demum vera sunt quæ sunt firma, stabilia & æterna. In scripturis autem sanctis est ipsa veritas: Veritas enim est *θεός*, id est, si dici latinè possit, *Ens*, seu id quod est, quod quidem est Deus, qui dicit in Exodo; *Quis est, misit me ad vos.* Et nomen illud Tetragrammaton *יהוה*. Quod fuit ineffabile, priusquam Iesus in vno subiecto humana natura diuinitati coniuncta, effecisset, ut Deus videretur ab hominibus, & cum eis versaretur: & veri quidem similitudo quæ est in artibus & disciplinis, accedit doctrina & exercitatione, ad eam enim assequendam opus est labore & diligentia: veritas autem accedit diuina inspirata virtute & fide. Pietas enim ac religio seu verus Dei cultus à Deo donatur, & ideo dicitur donum, quod inspirat sanctus Spiritus. Fides verò gratia dicitur, ut quæ detur nullis nostris præcedentibus operibus & meritis, & ea gratis accepta, & lauacri sigillo ob signata nos iustificat, Deoque gratos reddit & acceptos. Nam per eam Dei voluntatem facientes, Dei voluntatem cognoscimus. *Ars autem sophistica.* Disciplinæ quidem & artes liberales dixit superius esse vitiles ad Philosophiam: nunc autem dicit artem Sophisticam esse reiciendam, quantumuis Græci eam magnificiant. Hoc autem probat ab ipsa eius definitione. Dicit enim eam esse potestatem phantasticam, seu quæ visione & imaginatione apprehendit. Phantasia autem seu visio & imaginatio non certo vitur iudicio, sed ea tantum quæ videntur & apparent, absque ratione persequitur. Quo fit ut ea sit tantum opinabilem, non eorum in quæ cadit scientia, quæ quidem consistit ex veris & certis principiis. Eius autem finis & scopus non est verum inuenire, sed falsas opiniones tanquam veras indere auditoribus. Sed cum quæ falsa sunt, vera esse velit, persuadere oportet, ut in se habeat aliquid verisimile. Præbet ergo quandam verisimilitudinem, sed cum eam in se non habeat, aliunde mutuatur, nempe ab arte oratoria quandam probabilitatem: à litigandi verò arte argumenta quibus litiget & contendat. Sunt autem ea captiosa, ut quæ cum verisimilitudinem quandam præ se ferant, in se veri nihil habeant. Nihil autem veri in se continent, quoniam non est cum eis Philosophia: non solum enim Sophistica, sed & omnes artes cuiuslibet exitium afferunt, si non fuerint cum philosophia: Nam cum omnium disciplinarum & artium scopus sit philosophia, is plane perit qui non solum à scopo aberrat, sed etiam ne scopum quidem quærit. *Aperte itaque Plato.* Quam acer insectator Sophistiæ sit Plato, videret licet in aliquot eius Dialogis, nempe in Theæteto, Sophista, Menone & aliis. Eam autem ubique vocet *κατασκευασμένη* (nam ubi vocet non satis meminimus) ideo vocat quod Sophista se omnia scire iactent cum ni-

Exod. 1.

Plato in Euthydemo. Idem in Menone.

hil sciunt, est enim Sophistica simulata sapientia, & quod ij sint aperta perniciēs eorum, qui cum eis versantur, Aristoteles autem eam pronunciat quandam artem furandi. Nam si fur est qui alienum inuito contrahat Domino, merito dicitur fur Sophistica, quæ quod est alienum tanquam suum sibi vendicat & occupat, & sapientiam in qua nunquam est versata, nec in ea vllum vnquam posuit studium, proficitur: & simul est fur quæ alienum surripit, fallaxque & mendax, quæ se scire iactans quod nescit, verum non docet, sed decipit. Est enim vt dicit Aristoteles in Elenchis, Sophistica quæ videtur esse, & non est sapientia: & Sophista est is qui rem facit ex ea quæ videtur & non est sapientia. Quod satis arguit eam esse furem, cum loqupleretur ex eo quod non est suum. Nam quæ apparet, & non est sapientia, tantum abest, vt sit sua, vt ne sit quidem. *¶ Vt paucus autem dicam.* Superius dixerat artem Sophisticam suam accipere verisimilitudinem ex arte Rhetorica, & ex arte litigandi. Earum autem, sicut & Sophisticæ, tale esse dicit principium, & tale officium, & talem finem, vt ex eis verum non possit elici: quo fit vt nec veræ sint artes. Et principium quidem vocat, id ex quo consistunt, & in quo versantur. Officium vero ipsam eas tractandi rationem. Finis verò est id extremum, ad quod tanquam ad scopum dirigitur actio. Artis dicendi principium est, id quod est probabile, ea enim constat ex probabilibus. Probantur autem probabilia argumentis. Argumentum autem est oratio rei dubiæ faciens fidem. Non alio autem spectat ars dicendi quam vt persuadeat, eius enim finis est persuadere, nec curat sit ne verum an falsum quod persuadet. Cum ergo ex probabili constet ars dicendi: & probabilibus tantum tractetur argumentis, non demonstrationibus, nec sibi proponat verum quod persuadeat, sed satis habeat si quodcumque id sit persuadeat, non est vera ars quæ non querit veritatem: multo minus ars litigandi, quæ non constat ex alio principio, quam ex eo quod disputanti visum fuerit, quodcumque id sit quod ab eo phantasia præceptum defendendum susceperit. Tractatur autem non tam probabilibus argumentis quam captiosis, nec contendit vt ad verum perueniat, sed tantum vt vincat. Artis verò Sophisticæ principium est id quod apparet, eius enim subiectum est quidquid phantasia apprehendit & visio, nec in ea rationi vllus relinquitur locus. Duobus autem modis tractatur, nempe & oratoriis argumentis, si causæ aguntur (nam Sophistæ etiam dicuntur Rhetores, idque fit perpetua oratione) & more Dialectico, quando interrogando & respondendo disputatur. Non aliud autem sibi proponit, siue agat more oratorio, siue disputer more Dialectico, quam vt obstupescant auditores, & rapiantur in admirationem. Cum ergo nec ex certis nec ex indubitabilibus sit principis, nec tractetur demonstrationibus, sed partim probabilibus, partim captiosis argumentis: nec sibi extremum finem proponat veritatem, sed inanem gloriam, ea vera ars non est dicenda: sed neque vera ars est Dialectica, qua se exercent Philosophi in eo quod est opinabile. Id enim demum est vera ars quod cadit sub scientiam. Ea autem verè cadit sub scientiam, quæ vel certa demonstratione sciri potest, vel per quam nuda mentis applicatione ad ea quæ sunt merè *νοητά*, id est si dici possit, intelligibilia, comprehenduntur intelligentiæ, quæ est prima philosophia, & quæ Platoni aliquot in locis est Dialectica: Aristoteli autem *πρὸς μὲν τὰ φυσικά*: Christianis autem est Theologia. Merito ergo egregius Apostolus superuacaneas has artes dictionum vilipendens; Si quis non accedit, inquit, ad factos sermones &c. Has omnes artes quæ laborant circa quæstiones & pugnas verborum vult. Apostolus reiciit, accedit autem ad sanos sermones, id est ad veritatem, quam continet Christi doctrina. Sanos autem cum dicit, intelligit, semper sanos & salutes. Quod si semper sunt sani & salutes, sunt immortales. Nec mirum si Christi doctrina est immortalis, est enim doctrina Christi doctrina verbi: Verbum autem Domini manet in æternum. Hæc ergo Verbi doctrina sana est & immortalis. Cæteræ autem logicæ artes, & quæ in verbis consistunt, sunt ægrotæ, laborant enim graui & letali affectione, nempe impietate, & opus habent medico, nempe Christo, qui venit vt curaret ægrotos. Ab iniqua autem oratione tollit impietatem, qui hominum animis indit puram Dei cognitionem, simulachrorum & Dæmonum expulso cultu & adoratione. Sapientia autem adhibet medicamenta, quæ est ipsa Dei sapientia. *¶ Hi sunt lupi rapaces tecti pellibus ouium.* Eos qui has artes sectantur in quibus nihil est pietatis, dicit esse lupos rapaces tectos pellibus ouium, vt qui suauis sua eloquentia pelloctos homines trahunt ad suam impietatem plagiariorum, vt qui liberos in Christo homines vendicent in seruitutem Dæmoniorum; & Abigeos, vt qui à Christi ouili, id est ab Ecclesia, Christi gregem abducunt: Impostores quoque eos vocat & seductores. Quos quidem eo dicit facilius seducere, siue ij sint Græci, siue hæretici, quod ipsi dicendo multum valeant: Christiani autem sint minus disertis, & ideo hac in re sint eis superiores. Quamuis autem magno conatu decipere, & à Christo nitantur abducere, est tamen sæpe irritus eorum conatus. Nam etsi non de omnibus Christianis dictum sit; Vos estis sal terræ, non enim omnes præditi sunt ea qua par est sapientia, sed sunt mutis similes piscibus qui in mari nati putrescunt nisi condiantur. Sunt tamen plurimi qui sua doctrina & sapientia Græcis resistunt & hæreticis, & eos qui ipsos tentabant decipere, ad se pertrahunt, & sale sapientiæ condiant. *¶ Ego itaque vel lubentissime admitto Tragediam.* Ex antiqua aliqua tragœdia hæc sumpsit Clemens, sed quæ nescio an extet. Eorum autem hæc est sententia; Bene & facunde dici possunt falsa, verborumque splendore & elegantia verum vicerint: sed linguæ facundiæ præferenda est rerum natura, & bonæ actiones, & præclara facta. Non est studendum vt vulgo placeamus: Boni enim & pij non iisdem tenentur studiis quibus vulgus. Quæ omnia ideo dicit, ne Græcorum, seu gentium & hæreticorum eloquentia decipiamur, & in fraudem impellamur. *¶ sic itaque veri amator Plato.* Autoritate Platonis ostendit quidem esse credendum, sed non opinionibus falsis, nulla adhibita consideratione eius quod mente percipitur, & quod cadit sub intelligentiam, credendum verò esse rationi quæ visa fuerit optima. Optima autem est quæ est sana, & quæ falsi non est particeps. Talis est Verbi Dei doctrina. Nam ipsum verbum nec fallit nec fallitur, vt quod sit & maneat in æternum. Qui falsis autem credit opinionibus, aberrat à veritate, quod quid est malum: Bonum enim est veritas. Nemo autem lubens priuatur bono: Boni autem priuatio fit multis modis, aut enim circumueniuntur qui priuantur, aut decipiuntur, aut coguntur, aut non credunt. Sunt omnes hæc mutationes inuoluntariæ, nemo enim volens priuatur veritate. In scientiam autem nulla cadit mutatio, vt quæ sit certa, firma, & stabilis. Qui ergo vult nunquam priuari veritate, is scientiam sibi parat oportet, in quam nulla cadit

1. Tim. 6.

Psal. 2.

50

60

nulla cadit mutatio. Quod autem est in Græco contextu *πῶς ἐκ τῶν ἑσπέρων*, lego etiam reclamante exemplari quod vnum tantum habemus *ἀκρίβως ἔσπέρων*, vt inde elici possit conueniēs sensus. Omnes enim hæc quas enumerat mutationes quibus veritate priuantur, sunt inuoluntariæ. Nam & qui circumuenitur contraria indūctus persuasione, non lubens priuatur ea quam habuit vt puta veritate, & nemo est qui non falli ac decipi turpe putet, & qui id non abhorreat, etiam si non displiceat illæ quibus illicetur & verborum & voluptatis præstigia. Cogi autem quis non videt esse violentam & inuoluntariam mutationem? Credere est voluntarium, nemo enim inuitus credit, & non ab alio quam à seipso capitur, etiam si aliunde incitatur sit primus fidei motus, nempe vel ex Dei inspiratione ac præuentione, vel ex verbi auditione. Non credere autem est inuoluntarium, nemo enim est qui non ægè ferat, se id non credere quod est credendum, & non optet sibi bonam adesse persuasionem. Ex his facile colligitur omnes has mutationes esse inuoluntarias. *¶ Nonnulli autem qui se putant esse ingeniosos.* Dixit antea, vt vidimus, artes & disciplinas, & Philosophiam professe ad verbi doctrinam seu Christianam Philosophiam, nunc respōdet iis qui sprete omni eruditione solam requirunt fidem. Eleganti autem similitudine eos dicit esse similes iis qui cum vitis nullam curam gesserint, vuas volunt colligere: significat autem fidem quidem esse ad salutem necessariam, sine qua Deo nemo potest placere, sed fructum salutis ex ea non colligi, nisi bonis actionibus & factis honestis, & quæ sunt ex virtute excolatur. Hanc autem similitudinem ex eo sumpsit quod Christus se vitem vocauit. Est quidem Christus vitis, sed ex Christo non vindemiatur quæ ex eo speratur salutis vindemia, nisi Christus colatur. Coli autem in hoc loco Christus dicitur, quando fides nostra non est otiosa, sed bonis operibus excolitur. Ad vitem enim colendam opus est diligentia & colendi arte, est ergo puranda, fodienda, liganda. Puranda quidem omnibus amputatis superfluis & inutilibus: fodienda autem, nempe in perpetuo opere exercenda ne fiat sterilis: liganda autem, vt charitate constricta firma reddatur & stabilis. Omnibus denique instrumentis rusticis est vtendum, falce, ligone, & cæteris: sed ea sunt ad spiritualem trahenda allegoriam, ars autem colendi Christi, cum sit Verbum, ratione quoque & sermone fiat oportet. Quo fit vt doctrina sit præter fidem necessaria. *¶ Quæ admodum autem in Agricultura.* Multarum artium & disciplinarum opus est vt habeat cognitionem, qui vult bonus esse Agricola, medicus, & Gubernator, ab ipsa certe multarum rerum experientia Empiricus dicitur medicus. Nec bonus est Athleta qui se non prius diligenter instruxit ad certamen. Ita etiam Christiano multas & varias artes ac disciplinas didicisse est utile, modo omnia referat ad ipsam quam sibi proposuit veritatem, & ita se comparet vt suam fidem seruet illesam, dum resistit omnium Sophistarum fallaciis & captiosis argumentis. Prodest etiam varia & multiplex eruditio non solum ad tuendam fidem aduersus Græcos, sed etiam ad bonos mores cōseruandos, & ad refellendas hæreses quæ in barbaria, id est Christianis, existunt philosophia, vt quæ possit vera à falsis discernere, & adulterina à puris & sinceris, non secus atque Lydius lapis, qui magnes etiam dicitur, Heraclius & index, aurum probum discernit ab adulterino. De quo vide Erasmus in prouerbio, Lydius lapis. Quod autem hic scribit Clemens, videtur non nihil redolere id quod est apud Galenum in opusculo; Quod optimus medicus est etiam Philosophus; qui ita habet in initio. Quod multis accidit Athleticis cupientibus vincere in Olympicis certaminibus, nihil autem agere vt hoc assequantur, hoc etiam multis accidit medicis. Nam laudant quidem Hippocratem, & existimant eum esse optimum & præstantissimum: vt autem ei euadant similes, quiduis potius quam hoc agunt. Nam ille quidem non parum dicit ad medicinam conferre Astronomiam, & quæ eam præcedit necessario Geometriam: hi vero non solum neutram eorum affectantur, sed etiam affectantes vituperant. Quinetiam naturam corporis &c. In his autem dicit Galenus Hippocratem secutus, disciplinas omnes & artes liberales Medico esse vtilis, sicut noster Clemens, ei qui sectatur veritatem, Christianam scilicet philosophiam. Quas autè distinguui & separari dicit, artem Sophisticam scilicet à philosophia, ornatricem à Gymnastica & cæteras, earum distinctionem accepit à Platone in Gorgia. *¶ Quomodo autem non necesse est.* Pergit ostendere quomodo præter fidem sit Christiano utilis Philosophia & Dialectica. A Christiano sæpe tractandum est de Dei potentia, sed Dei potentia attingi non potest, nisi per ea quæ percipiuntur intelligentia: sed quæ percipiuntur intelligentia, tractantur per Philosophiam: ad Dei ergo attingendam potentiam est utilis Philosophia. Præterea sæpe occurrunt in scripturis voces ancipites quæ sunt declarandæ, & in vtroque testamento tam veteri quam nouo sunt voces æquiuocæ, id est, quæ vno nomine diuersa significant, reducenda autem est significatorum diuersitas ad vnum, vt res de qua agitur intelligatur. Hoc facit Dialectica, & ambigua declarans per diuisionem, & quod est homonymum ad vnum significatum reducens per cæterorum separationem. Est ergo & in scripturis, & tam in nouo quam in veteri testamento utilis Dialectica. *¶ Ex amphibolia enim Dominus sapienter eludit.* Diabolum sapienter ludificatus est Dominus per amphiboliam. Nam cum Diabolum cum tentaret ei proponens alimentum corporale, panes scilicet quibus corpus alitur, Dominus in ipsum retorfit id quod proponebat, opponēs Verbum Dei quod est alimentum spirituale, & tētationem qua eum prouocabat Diabolum vt se daret præcipitem, quod Deus mandasset Angelis vt eius curam gererent, eludit dum contra obiicit; Deum non esse tentandum, quo factum est vt esset ambiguum quod proponebatur, dum ostenditur esse cauendum ne si se daret præcipitem, argueretur tanquam qui Deum tentaret. Et ex hoc subtiliter arguit non esse verum quod nonnulli dicebant, Diabolum fuisse inuentorem Philosophiæ & Dialecticæ. Nam si ita esset, non fuisset se suo confundi gladio, vt qui sit deceptus tropo seu figura amphiboliæ. Est autem Dialectica, amphibolia, id est ambigua, distinguere & declarare. *¶ Si autem Propheta & Apostoli artes non norant.* Respondet obiectioni quæ posset fieri. Possent enim dicere qui solam fidem requirunt; Si Propheta & Apostoli artes & disciplinas non nouerunt, quibus apparet exercitatio Philosophiæ, quid opus est vt eas discant qui fidem profiterentur? Ad quod responderet, Prophetis quidem & Apostolis diuinitus in spiritum fuisse doctrinam quam alius prædicarent, sed cum aures eorum qui audiunt non tam facile intelligunt quam qui fuerūt inspirati, ipse spiritus eorū qui sunt inspirati, exigit artes & disciplinas quibus explicetur fides & doctrina quæ est eis tradita. Tuto & facile eam discunt doctrinam Prophetæ, & Discipuli spiritus, id est Apostoli, qui à sancto Spiritu

Ioan. 15.

Erast. chil. 1. cent. 5.

Matth. 4.

fuerunt inspirati, quo fit ut nec explicacione aliqua opus habeant ut instituantur, nec possint aberrare nec falli, sed qui doctrinam fidei ex auditu acceperunt ad eam percipiendam longiori egent explicacione, & ad omni poscenti reddendam fidei rationem, & ad cauendas insidias eorum qui captionibus & fallaciis volunt circumuenire, & à suscepto instituto abducere. ^b *Præcepta autem, inquit, scribe dupliciter.* Quod scriptum, Præceptum scribe dupliciter, ita interpretatur, ut duobus modis scribi dicat præceptum, nempe voluntate, ut scilicet voluntario animi instituto, quam *προαιρετικόν* dicunt, exequamur quod est præceptum, & cognitione respondendi verba veritatis iis qui tibi proponunt, id est scientia vere respondendi ad ea quæ proponuntur, quam dicit esse Dialecticam. Si autem non satis est præcepta credere, & quod præceptum est lubenter facere, sed etiam opus est ad rogatum respondere de iis quæ proponuntur, quod est Dialectica, non sufficit sola fides, sed Dialectica quoque opus est. Quod autem Dialectica sit interrogandi, & vere respondendi scientia, ex hoc est perspicuum, quod cum per Dialecticam disputatio fit per interrogationem & responsionem. Quæ quidem vera sit oportet, alioqui non erit Dialectica, sed sophistica & litigiosa. ^c *Quid verò, an non dicere quoque opus est?* Non sola sufficit fides Verbi Discipulis, nempe Christianis, sed disciplinis opus est, & inter eas Dialectica quæ docet interrogare & verè respondere. Sed quoniam qui solam fidem requirunt, dicere poterant, se de ea loqui fide quæ operatur per charitatem: quo fit ut etiam si solam fidem requirant, tamen opera non excludant. Ad id respondet Clemens, quod si opera non reiciunt, neque ipsas debeant disciplinas reicere. Nam ipsum dicere, ex quo logica dicuntur disciplinæ, est opus. Hoc ut melius intelligamus, videndum est quid sit *λόγος*, quod latine est dicere, & quid sit *λόγος*, quod significat rationem, verbum & sermonem. Est autem duplex *λόγος*, nempe *εἰς τὴν εὐσέβειαν*, quæ est interna ratio, & *προσηγορία*, quæ extrinsecus profertur quæ latine dicitur sermo, verbum & ratio. Et interna quidem ratio, quando solum cogitat, reputat & ratiocinatur, id nondum est opus. Tum demum autem est opus quando *ἔλεγχος λέγει*, id est loquitur ratio, & fit opus quod est *λέγειν*, id est dicere & oratio. Non solum autem rationis opus est oratio, sed etiam cuncta quæ ab homine fiunt ex ratione, sunt opera rationis. Nam cum sit homo animal particeps rationis, si quod facit non facit ex ratione, non id facit ut homo, sed ut brutum carens ratione. Quod autem ex ratione facit homo, & est opus rationale, fit ex Deo, nempe ex verbo quod *λόγος* Græcè dicitur: Deus autem verbum seu ratio, est enim utrumque *λόγος*, & fecit omnia, & sine ipso factum est nihil. Operatur ergo seu facit homo per Dei verbum seu rationem, non quod eo utatur tanquam instrumento, nec quod ipse sit eiusdem cuius verbum essentia, sed quod rationem habeat per participationem, quæ ratio in Deo quidem est ipsa Dei essentia, in homine autem qui est eius particeps, non est ratio Dei essentia, sed essentialis forma hominis. Atque in Dei quidem verbo seu ratione sunt omnium rerum exemplaria & formæ quas vocant Ideas, quæ ad eò verè sunt ut non sint aliud quam Deus, Dei enim nihil est quod non sit Deus. Qui cum in seipso rerum omnium essentialia habeat exemplaria, ideo fit ut ipse extra se nihil requirat: in ipso enim est totus mundus qui cadit sub intelligentiam, nec quod ad se attinet opus habet ut operetur cum in eo sint omnia. Operatus tamen est & adhuc operatur, ut qui mundum condiderit & eum conseruet sua prouidentia, suam ostendens bonitatem, ut quæcunque orta sunt, suæ cuiusmodicumque sit essentia Deum agnoscant autorem. Quæ autem in hominis, qui ad Dei imaginem factus est & similitudinem, ratione sunt ideae, minime sunt essentialia, sed rerum tantum similitudines, quas sequitur homo qui aliquid facit. Eas autem sequens dicitur facere ex ratione. In hoc autem imitatur Dominum Deum qui omnia Verbo fecit, nempe ratione, & sine qua nihil factum est. Cum autem homines qui sunt rationis particeps, faciant ex ratione, ut qui non temerè faciant, ut in hoc differant à brutis, sed scièntes quid faciant, & cuius possint causam reddere & rationem, hoc tamen maximè faciunt Orthodoxi bona aggredientes opera. Omnium autem operum optimum & præstantissimum est Eucharistiæ Sacramentum ab ipso Christo institutum. Dicit itaque Clemens. ^d *Propterea ergo seruitor cum panem accepisset.* Ex eo quod fecit Christus, ostendit quomodo dicere sit opus: Opus, inquam, non sola ore prolata oratio, sed diuinum plane opus verbo confectum, nempe corporis eius & sanguinis mysterium. Id autem fecit & loquens, & gratias agens, vel potius ut significantius græcè dicitur, cum esset locutus & gratias egisset, vel, ut alij habent Euangelistæ, benedixisset. Non prius enim confectum fuit Eucharistiæ Sacramentum, quam omnia consecrationis verba quæ coniuncta sunt gratiarum actioni & benedictioni fuerint prolata. Vnde etiam dicitur Eucharistia, & panis benedictionis. Hic autem panis consecratus, & Christi corpus effectus, frangitur, ut tanquam diuisum, quod tamen est integrum, ab omnibus rationale sumatur sacrificium, nempe spirituale, & quod sub sensum non cadit. Ideo autem nobis comedendum apposuit ex ratione seu rationabiliter, id est quod est ex verbo confectum spiritualiter, & non carnaliter comedendum, nempe tanquam verum quidem & essentialia corpus, sed in quo nihil est crassum, compactum, sensibile, & materialium, ut cum id fuisse futurum ex scripturis agnouerimus, ipsum adoremus, & ita vitam instituamus ut Christi, cuius est mysticum corpus, præceptis obediendum esse intelligamus. ^e *Quæmadmodum autem qui mala vitantur oratione.* Postquam ostendit Christum simul & benedixisse & benefecisse, seu bonum opus fecisse, nunc subiungit sicut mala oratio & mala operatio, seu malum factum magnam habent inter se affinitatem & convenientiam, ad eò ut alterum ab altero procedat, nam ex calumnia & maledicto existit iniuria noxæque & damni illatio, est enim calumnia ministra gladij: puniuntur enim calumniatores, & qui alium maledictis inceserit, non fert impunè: ita etiam bene loqui, & benefacere, bonam, inquam, orationem, & bonam operationem, bonum scilicet factum esse admodum vicina, nec facile alterum ab altero separari. Et beatum quidem esse qui utrunque potest præstare, nempe bene loqui & benefacere sicut dicitur, beatus qui dextera pro utraque manu utitur: non esse autem vituperandum qui alterutro bene utitur, nempe qui vel valet dicendo, vel qui bene agit bonæque & honesta edit opera. Utrunque inter se amicè conspirare, & alterum alteri seruire. Nam & bona oratio hortatur, & incitat ad virtutè & honestatem: virtus autem & honestas bona & præclara facta ostendunt quæ laudentur. Est itaque & oratio salutaris quæ incitat ad virtutem, est etiam opus salutare, ut quod & salutem affert ei qui operatur, & alios exemplo prouocat ad bene agendum.

Iustitia

Iustitia quidem certe non potest consistere absque oratione. Nam ut iustitia exerceatur opus est legibus & præceptis, quæ si ignorentur, non exercetur iustitia. Tollitur beneficium, si tollatur qui est benefactor. Ita etiam tollitur obedientia & fides, si nec doceatur fides quæ ex auditu, neque sint præcepta nec explicentur. Ex his autem concludit & verbis opus esse & factis. Quod si opus est verbis, iis quoque opus est artibus & disciplinis quæ docent bene dicere, eæ autem sunt Logica, Grammatica scilicet, Rhetorica, & Dialectica. ^f *Ars autem contentiosa & sophistica.* Dicendi quidem artes & disciplinæ sunt vtilis, quæ veritatem docent & explicant. Sed ars litigandi & Sophistica est penitus reicienda, quæ hominum præstringit oculos, fallitque & decipit, & aliquando quidem acriter vrgens & vim afferens, vincit: sed ea ipsa victoria est, ut est in proverbio, Cadmea, id est, & ei ipsi qui vicit inutilis. Quænam sit autem origo huius prouerbij, vide apud Erasmmum in Chiliadibus, qui id disertè & copiosè explicat. ^g *Est enim longè verissimus ille psalmus.* Hoc videtur significare, iustos qui sunt etiam sapientes, ut qui sectentur veritatem, perpetuo victuros, cum sapientes, nempe Sophistæ (nam & veritas & Sophistica æquiuocè dicitur sapientia,) acri & vehementi sua disputatione, simul & victores euadant, & sibi afferant interitum. Et quæ verè quidem est sapientia, est apud bonos & iustos. Sophistica autem quæ non est vera sapientia, apud malos. Fuit autem excogitata ab iis artibus quæ versantur in dicendo & disserendo, nempe à Rhetorica & Dialectica, dum eius sectatores malunt videri quam esse sapientes, & sibi victoriam magis proponunt, quam veritatem, futurè alio qui viles, si in veritate exquirenda versentur. ^h *Meum autem est probabile.* Exponit Clemens quidnam sit suum in oratione institutum, nempe ut de nominibus, & de dictionum compositione minimè sollicitus explicet ea quæ sunt intelligenda ab iis qui cupiunt esse salui, quibus opem ferre existimat esse optimum. Quod quidem se dicit facere congruè sententiæ Platonis in Politico & in Theæteto. Et sæpe quidem decet in verbis non esse affectatum: nonnunquam verò simplicibus & non nimis accuratis: uti verbis non solum decet, sed etiam est necessarium, quando res de qua agitur, est eiusmodi ut non admittat ornamentum eloquentiæ. ⁱ *Hæc quam fieri potest breuissime.* Non contentus autoritate Platonis, adducit scripturam sacram idem sentientem, quæ disertis verbis dicit; In multiloquio non deesse peccatum. Sententiam autem pluris faciendam quam verba probat aliquot similitudinibus. Nam sententiam assimilat corpori, verba autem vestis, maior autem cura est habenda corporis quam vestis. Assimilat etiam res & sententias: cibus: Verba autem condimentis: pluris autem faciendi sunt cibi quam condimenta. Ita nec bona nec magnificianda est oratio, quæ magis delectat quam iuuat. De Lacedæmoniorum autem, de qua hic loquitur Clemens, in vestitu frugalitate, vide Xenophontem de Repub. Lacedæm. & Plutarchum de vita Lycurgi, & Alexandrum lib. 5. cap. 18. qui cætera quidem dicunt quæ noster Clemens, sed quod purpuram reicerent nihil dicunt, licet dicant eos aduersus æstum & frigora vno tantum vestimèto fuisse munitos. ^k *Musas Sirenibus existimare iucundiores admonet.* Musæ dicuntur *ἁπὸ τῆς μουσῆς*, quod est quæro, quod præsent inquisitioni sapientiæ & cognitionis. Eæ cum Sirenibus congressæ cum de cæntu ageretur illas vicerunt. Sirenibus autem à Musis superatis effluerunt pennæ, de quibus singulis Musis contextæ sunt corona. Admonet autem Pythagoras existimare Musas Sirenibus esse iucundiores, docens voluptatum illecebris esse præferendam eruditionem, & reprehendens animi oblectationem quæ decipit, sicut Sirenes quæ præternavigantes cantus dulcedine illectos apud se retinebant, & eis exitium afferebant, fugiendas esse Sirenas, sed hoc paucis esse concessum. Solum quidem certe Vlysses cera obturatis auribus esse præteruectum. Sicut etiam Sphingi ænigma proponenti solus respondit Oedipus, si tamen verum est ipsum ei respondisse, & non est conficta fabula. De Sirenibus vide Homerū 12. Odyss. & Verg. 5. Æneid. & Ouid. 5. Metamorph. De Oedippo autem & Sphinge, vide Hyginum fab. poetiarum cap. 151. Hanc autem fabulam variè interpretatur Diodorus Siculus lib. 4. & Palephatus, qui eam natam putat ex Cadmi historia, quam narrat. ^l *Non oportet ergo unquam dilatare Philacteria vanam.* Significat non esse affectandam & ostentandam eloquentiam propter inanem gloriam, sufficere debere ei qui Christi habet cognitionem, si vnum habeat auditorem quem doceat, lubenter plures docturus si accedant. Quod autem dicit dilatare Philacteria, id dicit alludens ad illud Matthæi loquentis de Phariseis; Omnia opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. Dilatant enim Philacteria sua & magnificant fimbrias. Pharisei enim male interpretantes id quod scriptum est in Deuteronomio; Præcepta mea sint in manu tua ut opere compleatur: sint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis, scribentur in membranis Decalogum Mosis, id est decem verba legis, complicantes ea & ligantes in fronte, & quasi coronam capiti facientes, ut semper ante oculos mouerentur. Hæc Hieronymus in illud caput Matthæi, ubi etiam paulo post ostendit quid sit magnificare fimbrias. Nam quas iusserat Moses, ut in quatuor angulis palliorum hyacinthinas facerent fimbrias ad discernendum populum Iudaicum, superstitiosi magistri, auram captantes popularem, grandes faciebant. &c. Quod autem citat ex Pindaro, nec hodie extat in eius operibus, nec satis intelligitur, ut quod sit mæcum ac mutilum, nec quid æsit possit diuinari. ^m *Admodum ergo recte nos vehementer admonet beatus Apostolus.* Docet autoritate Apostoli verborum contentionem esse fugiendam, ut quæ sit inutilis, imo verò proficiat ad impietatem. In dicendi facultate & eloquentia humanam consistere sapientiam quæ est stultitia apud Deum, in qua non esse gloriandum, nec in fortitudine sua, nec in diuitiis suis cenet Hieremias, sed in Dei cognitione, qui facit misericordiam, iudicium & iustitiam super terram. Videri quidem Philosophiam esse sapientiam, sed cauendum esse ne nos decipiat. Ea enim decipit quæ tollit prouidentiam. Talis est Epicurea, quæ mundum casu regi statuit, & quæ mundi elementa Deos esse cenet, nempe principia, & causam tollit efficietem, nempe Deum rerum omnium opificem. Sed nec Stoicorum veram esse sententiam, qui Deum dicunt tanquam corpus peruadere materiam. Ex quo est perspicuum, eum Platoniam non reicere Philosophiam, quæ & Deum constituit mundi causam efficientem, & omnia cenet administrari à Dei prouidentia, quod quidem cum diuina congruit Philosophia. Canoras autem nugas ideo dicit humanam traditionem, quod sacræ scripturæ sermo sit simplex, nec sectetur dicendi venustatem & leporem. Quod autem dicit: Iuueniles fuge quæstiones, videtur quidem sumpsisse ex secunda ad Timotheum epistola. Sed quod est apud Clementem Iuueniles, apud Paulum

E c

est: Scultas & sine disciplina quaestiones, Graece scilicet τὰς ἀμαρτίας καὶ ἀπαίδευτους ζητήσεις, Sed dixerat paulo ante Paulus τὰς ἀναπεικλὰς ἐπιθυμίας φέυγε. Fieri autem potest ut imprudēs vnum pro altero sumpserit. Quod autem dicit Clemens Platonem dicere veritatem non teneri amore iuuenum, vbinam hoc disertis verbis dicat, non memini. Dicit tamen alicubi in legibus ἀποδιδῶν ἢ φέρων τὰς νέων ψυχὰς, id est studium non ferre iuuenum animos. Quod quidem eo minus est mirandum quod eis innatae sint ἀκολασίας καὶ ὕβρεις, id est intemperantiae & contumeliae. Hinc est quod Aristoteles alicubi dicit in Ethicis iuuenes non esse aptos ad morum discendam Philosophiam, quod eos à studiis arceant voluptates. Et certamen nostrum, ut vult Gorgias Leontinus. Quod dixit Gorgias Leontinus id Clemens appositè nostrae accommodat Philosophiae. Dixit enim duabus opus esse virtutibus audacia scilicet & sapiētia. Audacia scilicet ut pericula pro Christo fortiter adcamus, laboresque suscipiamus, & aduersus spiritualia nequitiae & vitia depugnemus: Sapiētia autem ut

Plato 2. de legibus. Idem 10. de legibus.

Matth. 20.

enigma discernamus, id est ut sensus mysticos & allegoricos à litera distinguamus. Verbum enim quemadmodum in Olympia Praeconium. Multi sunt vocati, pauci verò electi, inquit Christus, sicut ad Olympicum certamen omnes quidem qui volunt vocantur, sed ij demum coronantur, qui cum legitime certauerint ad epti sunt victoriam. Ita etiam à verbo omnes qui volūt, vocantur ad fidem, nemo enim cogitur inuitus credere, sed non oportet eum qui credidit esse otiosum, est enim ei pugnandum cum aduerlariis potestatibus & vitiis, & bona opera sunt ab eo exercenda. Nam sine operibus fides est mortua, & nemo coronatur nisi qui legitime certauerit. Quae ueritate inquit Christus, inuenietis. Qui quærit non est otiosus, non cessat autem quærere priusquam inuenierit: nam inuentione terminatur inquisitio. Non inuenit autem qui non abiectis nugis recentibus, nempe negotiis huius mundi rectà tendit ad scopum, & quæ Dei sunt, & futuram

contemplatur gloriam. Quæ quidem contemplatio nostram confirmat fidem, id est, firmam reddit ac stabilem. Non potest enim non vacillare eius fides qui mētem figit in rebus terrenis & caducis, non autem in cœlestibus & æternis. Videte ne quis sit qui vos seducat à fide. Ea demum doctrina est Christi Philosophiae consentanea, quæ & Deum statuit esse rerum omnium opificem, & eius prouidentiam deducit vsque ad singularia, ut quæ etiam rerum minimarum curam gerat, & ut habeat in numerato etiam capillos nostri capitis: elementa autem tantum, abest ut rerum principia, & deos esse statuat, ut in eis cadat ortus, interitus & mutatio, & à Deo ita regantur, ut assimilentur cui ipse velit, & administrantur pro arbitrio eius voluntatis. Mens enim principalis (ita enim vocat Deum) omnem precedit doctrinam. Quæcunque enim sit doctrina, ea plane est falsa & impia, si non statuatur esse Deum rerum causam efficientem. Approbat ergo Clemens doctrinam Platoniam, ut quæ rerum Deum statuatur autorem, & ab eius prouidentia omnia administrari: non autem Aristotelicam qui negat Dei prouidentiam transire orbem Lunæ. Elementa autem

colunt. Recenset aliquot Philosophos qui elementa tanquam Deos colebant, ut qui ea dicerent esse principia. Per eos autem quos dicit principia ponere indiuidua, intelligit Democritum & Epicurū, qui summum bonum constituit in voluptate. Per principia autem indiuidua intelligit atomos, ex quibus omnia gigni sensit Democritus & Epicurus. Propterea oro, inquit. Qui elementa rerum statuebant principia, ea tanquam Deos colebant & illis seruebant, & aliquam quidem habebant cognitionem, nempe rerum naturalium, quæ est imperfecta, & qui ei dant operam sunt imperfecti, nec prius sunt perfecti quam peruenerint ad veram Dei cognitionem, quæ datur à Christo. Illam naturæ contemplationem non omnino reiicit Paulus, sed vult quidem Christi Discipulos abundare in omni sensu & agnitione, sed ita ut probent quæ sunt potiora. Sunt autē supernaturalia & æterna potiora naturalibus, & iis in quæ cadit ortus & interitus. Sunt autem paruuli qui versantur in naturæ consideratione. Viri autem sunt Theologi qui diuina contemplan-

tur. Paruuli ergo sunt Philosophi naturales, sed eos fide accepta, & æternæ veritatis intelligentia viros efficit Christus. Simulque & viri fiunt & hæredes, ut qui sint ex promissione à Deo facta Abrahæ, quod antea non erant. Nam etsi Abrahæ essent filij, ut qui essent ex eius semine & qui eandem, quas ipse, haberent artes & disciplinas, non erant tamen hæredes æternæ quæ per fidem data est Abrahæ hæreditatis. Neque mirum si non essent hæredes, nam cum elementis seruirent & Deum non adorarent, paruuli erant & tanquam serui non poterant esse hæredes. Paruulus certe est qui ad Dei veram & certam non peruenit notitiā. Paruulus autē est particeps lactis, non autem cibi solidi. Ij demum autem capiūt cibum solidū qui sunt perfecti, & qui bonum à malo possunt discernere. Tales autem sunt qui ad diuinā bonitatis & sapiētiae contemplandam assurgentes magnitudinem, possunt omni poscenti suæ fidei reddere rationem. Cor enim re-

ctum. Ne quis existimet sapiētiam qua bonum & malum discernitur, & bonum tenetur paratu esse facilem, dicit vagari disciplinam inconfutabilem, id est quæ non potest refelli. Per disciplinā autem intelligit vel cruditionem qua peruenitur ad scientiam quæ non potest refelli, quando tendit ad finem. Vagatur autē ut quæ per varias excurrit artes & disciplinas, vel correctionē & castigationē quæ à diligēte Domino infligitur. Ea autē castigatio dat disciplinā sapiētiae. Castigatio autē moderatū & tēperantem efficit animum. Vnde etiā modestia Graecè dicitur σωφροσύνη, cuius etymologia est, ut Plato vult in Cratylō σωφροσύνη, id est cōseruans prudentiā. Eius autē qui est moderatus & tēperans cor est rectū, ut qui quæ sunt praua & peruersa nō appetit nec sectatur. Qui est autē huiusmodi, Deū quærit. Qui Deū quærit, cognitionē inuenit cū iustitia: Dei enim habēs cognitionē, ut qui sanctè & innocēter viuat, neminē iniuria afficit, sed Deū imitās, quoad eius fieri potest, prodest omnibus. Qui autē Dei habet cognitionē & iustitiā, is pacē inuenit, cū sit pura eius conscientia, & nulli flagitio & sceleri affinis, nullisque agitata animi perturbationibus & vitiis. Et cognoscam. Quoniā locutus est Clemēs de Dei cognitione, fieri autē poterat ut quispiā se eā habere putaret, si multis, & vanis quidē, sed probabilibus de Deo abūdaret sermonibus, & se eo nomine putaret esse sapiētem, Pauli autoritate ostēdit, in Christi Discipulo non esse requirendū tantū sermonē probabile, sed sermonem qui est verus: quiquidem verus sermo est veritas. Ea autem ipsa veritas est virtus seu potentia. Veritate enim nihil est fortius, ac potentius, cui non solum argumenta omnia quantumuis probabilia, sed & arma & regna omnia velint nolint coguntur cedere. Christo certe qui est ipsa veritas, nihil potuit resistere quominus omnia sibi subiiceret. Porrò autem veritas non est opinio, sed rei quæ verè est firma

ac stabilis

3. Esdræ. 3.

ac stabilis

ac stabilis scientia, quæ cū sit cum charitate coniuncta, non inflat, sed ædificat. Nam opinio quidem facit, ut quis de se vana motus persuasione, se putet sapientem, cum non sit sapiens: Sapiētia autem quæ vera scit id quod verè est, non tumet veluti quodam vento inanis gloriae. Non enim se putat scire quod quidem est gloriosum, sed scit se scire quod quidem intelligit non esse suum, sed aliunde profectum. Quo fit ut sapiētia non inflat. De eo enim quod non est suum, nemo gloriandum sibi esse dixerit. Quæ veritati autem coniuncta est charitas, ædificat. Nam & fundamento fidei, quod veritatis cognitione nititur, bona opera quæ ad salutem ei profunt superædificat, & bonæ vitæ exemplo prodest aliis. Qui ergo habet charitatem cum cognitione, & Deum cognoscit, & à Deo cognoscitur. Quod autem alibi dicit Paulus; Scientia inflat, charitas ædificat, non est intelligendum de vera scientia, sed de vana scientiæ opinione. Vera enim scientia qua Deus verè cognoscitur, nunquam est sine charitate. Quoniam autem non sola est traditio publica. Existimo huic contextui aliquid deesse, & ei qui sensit sermonis magnificentiam, addendum esse, sed etiam mystica. Significat autem Clemens duplicem esse traditionem, & publicam quæ vniuerso populo datur, & mysticam quæ non omnibus aperitur, sed iis demum qui igne, id est ardenti spiritus virtute & linguam & aures habent purgatas, sicut etiam Esaiæ à Seraphino à Deo misso igne purgata sunt labia, ut quam viderat narraret visionem, habitabat enim in populo qui erat pollutus & labiis & auribus. Ipse quoque Christus non omnibus narrabat omnia, sed populo quidem loquebatur in parabolis: Discipulis autem quorum erant purgatæ linguæ & aures explicabat arcana & mytheria.

Hæc mihi erant impedimento quominus scriberem, & nunc adhuc vereor, ut ait, ante porcos iacere margaritas, ne eas conculcēt pedibus, & conuersi nos frangant. Est enim difficile de vero lumine verè puros & perspicuos ostendere sermones suillis & indoctis auditoribus. His enim vix possunt apud vulgus vlla magis audiri ridicula: rursus autem apud ingeniosos magis admirabilia & Deum magis inspirantia. Animalis autem homo non suscipit ea quæ sunt spiritus Dei: sunt enim ei stultitia. Sapientes autem ore non proferunt quæ in confesso cogitant. Sed quod auditis, inquit Dominus, in aurem, predicare super te-

sta, arcanas traditiones veræ cognitionis, quæ excelsæ & excellenter explicantur, iubens suscipere, & sicut in aurem audiuiimus, ita etiam tradere quibus oportet, non autem omnibus passim tradere quæ eis in parabolis dicta erant, præcipiens. Sed reuera commentariorum monumentorum ve descriptio est, quæcunque sparsim habent seminatam hinc & illic veritatem, ut eos lateat qui more graculorum passim ac temerè semina colligunt. Postquam autem agricolam bonum nacti fuerint, producet unumquodque ex iis, & edet frumentū. Cū una itaque sit veritas (habet enim innumerabilia falsum diuerticula, quem-

admodū Bacchæ quæ Penthei membra diuellerūt ac distulerunt) Philosophia tam Græca quàm barbara hæreses, unaquæque id quod sortita est, tanquam totam iactat veritatem. Lucis autem exortu, ut opinor, omnia illuminatur. Vniuersi ergo Græci ac barbari quicūque veritatem desiderarunt, alij quidem non paucas, alij verò partem aliquam, si modò vllam, veritates Verbi habere ostendi possunt. Atque æuum quidem, temporis futurum & præsens, quinetiam præteritum, instar momenti constituit. Sed æuo multo est potentior veritas ad propria colligenda semina, etiam si in terram alienam ceciderint. Per multa enim inuenimus ex his quæ opinamur & sentimus, apud hæreses, quæ non sunt omnino amputata, nec excisam habent naturalem consequentiam, ut quæ tanquam virū faminae Christum exciderint, etiam si certum sit & extra controuersiam eas esse dissimiles genere & tota veritate. Aut enim ut membrum, aut ut species, aut ut genus in unum colliguntur. Iam enim hypate quoque cū sit Nete contraria, est tamen una harmonia, & numerus par differt ab impari: in Arithmetica tamen ambo conueniunt, quemadmodum figura

circulus, & triangulus, & quadratus, & quæcunque aliæ figura inter se differunt. Quinetiam in mundo vniuerso partes omnes, etiam si inter se differant, seruant eam quæ est cum toto coniunctionem & conuenientiam. Sic ergo & barbara & Græca Philosophia, æternæ veritatis auulsam quandam particulam, non è Bacchi mythologia, sed ex verbi quod semper est Theologia decerpit. Qui autem diuisa rursus composuerit, & perfectum verbum unum fecerit, scias futurum ut veritatem citra periculum contempletur.

E e ij

Eccl. 1.

Scriptum est itaque in Ecclesiaste: Et adieci sapientiam super omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem, & cor meum vidit multa, sapientiam & cognitionem, parabolas & scientiam noui praterca. Et hoc quidem est electio spiritus, quoniam in multitudine sapientie est multitudo cognitionis. Qui est autem omnis generis sapientia præditus, is proprie fuerit virtutem cognoscendi affecutus. Iam verò scriptum est: Abundantia cognitionis sapientia, viuificabit eum qui est ex ipsa. Et rursus apertius confirmat ea quæ dicta sunt hoc dictum: Sunt omnia in conspectu eorum qui intelligunt. Omnia autem, sunt Græca & 10 barbara. Alterutra autem non sunt utique omnia. In conspectu autem sunt iis qui sensum volunt accipere. Eligite disciplinam, & non argentum, & cognitionem super aurum probatum. Eligite autem sensum quoque plus quam aurum purum: melior est enim sapientia lapidibus preciosis. Quicquid autem est preciosum, non est precio cum ea conferendum.

πρωτογενεως. 705105.

διότι.

Prou. 7. 8992 habet exemplar Græcū, sed puto legendū εὐπρωτα.

COMMENTARIVS.

Prou. 11.

4 Hæc mihi erant impedimenta quominus scriberem. Porcus, inquit Diuus Hieronymus in hunc locum, non recipit ornatum, qui versatur in volutabris luti, & iuxta prouerbia Solomonis: Si habuerit circulum aureum, fœdior inuenitur. Quidam canes eos intelligi volunt, qui post fidem Christi reuertuntur ad vomitum peccatorum suorum, Porcos autem eos qui necdum Euangelio crediderunt, & in luto incredulitatis vitiiisque versantur. Non conuenit igitur huiusmodi hominibus cito Euāgelicam credere margaritam, ne conculcent illud & conuersi nos incipiant dissipare. Hæc Hieronymus, cui cōuenienter Clemens quod hic dicitur intelligit de gentibus quibus plane videbantur stultissima Christianorum arcana & mysteria. Ridiculum eis videbatur & tanquā stultum irridebatur, Christū Deum & hominem è virgine esse natum: eum qui natus erat aqua tinctum renasci: è pane & vino Christi corpus & sanguinem idque solo verbo fieri: hominis cadauer suscitari, & eundem hominem vitæ pristinae restitui, & cætera Christianæ religionis arcana & mysteria, quæ tantum aberat vt crederent, vt id credere stultum esse putarent, erant enim anima- 30 les. Spirituales autem homines non solum ea credunt, sed etiam quod res est, sentiūt id credere esse sapientia. Quod autem omnibus non sint aperienda arcana & mysteria, ex hoc intelligitur, quod sapientes ore non proferunt qua in consensu cogitant. Neque verò existimandum est Christum esse sibi contrarium, quod qui dixit margaritas non esse mittendas ante porcos idem dicat; Quod in aure auditis prædicare super tecta. Nam vult quidem quod auditum est in mysterio apertius prædicari, vt dicit Hieronymus, sed non omnibus passim, vt hic dicit Clemens, sed iis quibus oportet. Mysteria quidē certè tantū aberat vt olim omnibus aperirentur, vt clausis ianuis celebraretur, ne qui non intelligebant ea irrideret & despicerent. 6 sed reuera commentariorum monumentorum de descriptio est. Ostendit quodnam sit suum institutum in his cōmentariis, nempe hic & illic sparsam in eis inferere veritatem, vt quoniam sunt permulti qui varia delectantur lectione, & ex diuersis scriptoribus varia colligunt semina, ab eis imprudentibus & non animaduertentibus collecta veritas à bono aliquo agricola, nempe vel ab Ecclesiaste vel à Catechista exculca fructum ferat & frumentum producat. Quod autem verti, Qui semina colligunt, Græcè est ἀσπυρολόγοι, quo vocabulo vtitur Lucas in Actis Apostolorum. Ita enim habet literæ contextus, ἢ αὐτὴν ὁ ἀσπυρολόγος ἔσθ. Quod noster vetus interpres vertit Seminiuerbius, id est verborum seminator, cum potius esset vertendum, Seminum collector: Graculi enim non seminant verba, sed colligunt grana scilicet frumētū. Dicitur autem auis quædam ἀσπυρολόγος, quod rostro refossa semina colligat, quam Gaza interpres Aristotelis vertit frugilegam. Hinc dicti sunt ἀσπυρολόγοι, qui semina è fœccis in foro effusa colligunt, vt inde viuant. In hanc quidem certè sententia scribit Eustathius in Odyssæ secundum; ἀσπυρολόγος, inquit, καὶ ἀσπυρολόγος, est proprie auis genus quod femina perdit. Vnde Attici eos vocabant ἀσπυρολόγους, qui versantur in foris & emporiis, vt colligant semina quæ effluebant è fœccis, vt inde viuerent. Vnde etiam vocati sunt ἀσπυρολόγοι, homines viles & nullius pretij. 50 Idem quoque Eustathius dicit ibidem, dici ἀσπυρολόγους, qui de male auditis & intellectis disciplinis, gloriose & insolenter se iactant. ἀσπυρολόγοι ergo Paulum vocabant Athenienses, vel quod vilis esset & abiectus, vel quod nouam doctrinā gloriose & insolenter prædicaret. 6 Cum vna itaque sit veritas. Ea lux, nempe Christus, ostendit tam in Græcis quam in Barbaris Philosophis esse aliquam veritatis partem, si modo vlla sit. Ex hac quidem certe verbi luce perspectum est, & apud Mercurium trimegistum, apud Orpheum, Pythagoram, Platonem & Stoicos, & apud Persarum Magos & Indorum Philosophos fuisse nonnulla quæ à verbi doctrina non admodum dissentirent, imò verò in quibus eadem cum sit, vna esset veritas, non tamen tota, sed eius pars aliqua vel partes. Non quod veritas diuidi possit in partes, sed quod de ea ab aliis plura, ab alio pauciora dicantur, & alius quidem de ea loquatur clarius, alius obscurius. Id autem dicitur diuidi in partes: non enim ipsum verbum, sed quæ de eo dicuntur verba diuiduntur. Penthei autem à matre & mat- 60 terteris bacchantibus discerpi fabulam, non est quod hic narremus, cum eam liceat videre apud Ouidium in Metamorphosi. 4 Atque æuum quidem temporis futurum & præsens. Quomodo ex puncto seu signo, quod est vnum, constituuntur linea, figuræ superficies & corpora mathematica, ex vno enim profluunt omnia, ita etiam ex momento quod est vnum, constituitur tempus præsens, præteritum, & futurum. Et est quidem hoc inmomentum sempiternum, vt quod semper dicit, nec vnquam finiat, neque sub vllam cadat dimensionem, nec in eo consideretur vllus numerus motus, ex eo quod sit, aliquid prius & posterius, stat enim firmum, stabile & immobile, & cum ex eo quidem profluat tempus, quod ipsum, quoad eius fieri potest

Chrysoft. in 7. Matth. hom. 2. 4.

Act. 17.

Quid. lib. 3. Metamor.

potest tanquam exemplar imitatur, vt scribit Plato in Timæo, ipsum quidem tempus ita mouetur vt nunquam consistat, & cum semper fiat nunquam tamen sit, & idem simul oriatur & occidat, nec eius restat aliquid, nisi quod ad ipsum momentum tanquam ad æternum reducitur principium. Et hoc quidem momentum est illud quod Hebraicè dicitur עוֹלָם, Græcè verò αἰών, id est ex eo quod semper sit, Latinè verò & seculum & conuenientius æuum, quæ licet aliquando, sed improprie significant longum aliquod tempus certo temporis curriculo definitum, proprie tamen significat illam quam nullum tempus dimittit æternitatem. De his videre licet apud Diuum Augustinum in Commentario in Psalmos, & in libris De ciuitate in multis locis. Hunc autem αἰών, nempe seculum seu æuum, non abs re vt mihi videor, appellauit momentum quod dicit Clemens ab eo constitui præsens, præteritum, & futurum, instar momenti quod stet 10 quidem momentum fixum & stabile, & sit æternum, fluat autem quod ab eo procedit tempus, nec stet nisi quatenus procedit à momento, in quo consistit æternitas quæ semper manet, etsi nullum sit tempus. De veritate quoque ita est statuendum vnam quidem esse veritatem, à qua profluxit, & profluit quicquid est veri, & ad quam tanquam ad primum principium reducuntur quæcunque sunt vera. Verba ista cum sint in multis dispersa, redeunt tamen ad ipsam veritatem à qua primam duxerunt originem. Hæc vera vocat Clemens veritatis semina. Dicit autem eam esse potentiorē ad sua colligenda semina, nempe vera à se producta, quæ sunt apud varias sectas tam Græcas quam Barbaras, etiamsi ceciderint in alienam terram, vt quæ fuerint mandata literis ab iis qui veram non agnoscebant fidem, & sint ea sectæ inter se & genere & veritate dissimiles, est enim in omnium Philosophorum sectis maxima differentia. Inueniuntur enim apud eas nonnulla à nostris, nempe Orthodoxorum sententiis minimè discrepantia, nisi forte sint eiusmodi hæreses 20 quæ sunt à nobis resectæ, vt quæ tanquam virum feminae Christum exciderint, id est quæ Christum ita describunt, vt quæ cum decet virtus minime agnoscat. Quantumuis enim inter se discrepent, in aliquo tamen conueniunt, nempe vel in membris, vel in genere, vel in specie. Quæ autem Christum exciderunt hæreses, mihi videtur dicere illas veteres, Ascodrupetarum, Colobartiarum, Barbeliotarum, Sethianorum, Cainorum, Antitactorum & cæterorum, qui Christi dogmata ita excruciant, vt Christi nihil relinquunt præter nomen. Dicens autem eas Christum excruciasse, alludit ad fabulam Penthei, qui fuit in partes dissectus à Bacchis seu Menadibus. 6 Iam enim Hypate quoque cum sit. Vt ostendat hæreses, quæ sunt alioqui inter se dissimiles & differentes, in aliquo conuenire, adducit Hypaten, & Neten, quæ sunt cordæ, quarum vna quæ est suprema, nempe Nete, est acutissima, altera verò, nempe infima, quæ est hypate, est grauissima. Et cum sint contrariæ, conueniunt tamen in harmonia, & consonantia. Adducit etiam numerum parem & im- 30 parem, qui inter se differunt, in hoc tamen conueniunt, quod vterque sit numerus. Adducit etiam circulum, triangulum, & quadratum, quæ inter se quidem differunt, in hoc tamen conueniunt quod sint eiusdem generis, nempe figuræ. Adducit etiam totius mundi partes, quæ inter se quidem differunt, in hoc tamen conueniunt, quod cum vniuersitate coniunctionem habeant & conuenientiam. Sic ergo à Barbara & Græca Philosophia æternæ veritatis, &c.] Quomodo, inquit, Bacchantes Menades Pentheum discerpere, & ex eo particulas auulsere: ita etiam hæreses ex æterni verbi Theologia particulas auulsere, quas licet ab eis repetere, & ex eis dispersis vnum veluti corpus Verbi facere. Quod qui fecerit, non est periculum ne aberret in contēplanda veritate. Non enim falso assentitur, qui verū surreptum reducit ad veritatem quæ est Christus.

* DICUNT autē Græci post Orpheū & Linum, & poetas qui apud eos fuerunt antiquissimi, in admiratione fuisse habitos propter sapientiā, primos septem qui cognominati sunt sapientes, quorū quatuor quidem fuerunt ex Asia, Thales Milesius, & Bias Prieneus, & Pittacus Mitylenæus, & Cleobulus Lindius: duo autem ex Europa, Solon Atheniēsis, & Chilo Lacedæmonius: septimum autē alij quidem dicunt esse Periandrum Corinthium, alij verò Anacharsim Scytham, alij verò Epimenidem Cretensem, quem Græcum Prophetam nouit Paulus, cuius etiam meminit in epistola ad Titum sic dicens: Dixit 40 quidam ex ipsis proprius Propheta, Cretenses semper mendaces, mala bestia, ventres pigri. Et testimonium hoc verum est. Vides quomodo etiam in Græcorum prophetis dat aliquid veritatis. Nec erubescit, & ad ædificationem, & ad aliquorum quam gerit curam differens, vti Græcis poëmatibus. Itaque ad Corinthios (non enim hic solum) differens de resurrectione mortuorum, tragico iambo vsus est, dicens: Quid mihi prodest si mortui non resurgunt? Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci, corrumpunt bonos mores colloquia praua. Alij autem Acusilaum Argiuum in septem sapientum numerum retulerunt: alij autem Pherecydem Syrum. Plato autem pro Perian- 60 dro vt sapientia indigno, propterea quod fuerit tyrannus, ponit Mysonem Cheneum. Et quod longè quidē infra Mosis ætatem fuerint Græcorum sapientes, ostendetur paulò post. 6 Quod autem modus eius quæ fuit apud eos Philosophia fuerit Hebraicus & ænigmaticus, iam considerandum est. Breuitatem itaque amplectabantur quæ est admonitoria, & quæ utilissima. Iam Plato hunc modum dicit diligenter ac studiosè fuisse consecratos, Dd ij

VI.

Cap. 1.

1. Cor. 15.

communiter quidem omnes Græcos, præcipuè autem Lacedæmonios & Cretēses, qui optimis legibus utebantur. Atque illud quidem, Nosce teipsum, alijs quidē existimarunt Chilonis: Chamæleo autem in libro de Diis, Thaletis: Aristoteles autem Pythiæ. Poteſt autem id iubere persequi cognitionem. Nam sine substãtia uniuersorum non possunt nosci partes. Oportet autem ortum mundi diligenter inquirere, per quem poterit quoque disci natura hominis. Chiloni autem Lacedæmonio rursus tribuunt, Ne quid nimis. Strato autem in opere de inuentis, ascribit hoc dictum Stratodemo Tegeatæ: Didymus autem id censet esse Solonis, sicut etiam Cleobuli, Modus optimus. Illud autem Spondæ noxa præstò est, Cleomenes quidem in libro de Hesiodo, dicit prius dictum fuisse ab Homero his uerbis,

Odyll. e.

Δειλάροι δειλῶν τε καὶ ἔγδα ἐγυάααθαι. id est,

Infœlix, infœlicisque est sponſio vadis.

Aristotelici autem existimant id fuisse Chilonis: Didymus autem dicit id fuisse admonitionem Thaletis. Et deinde illud: Omnes homines mali, vel plurimi hominum mali (hoc enim dictum duobus modis effertur) Sotades Byzantinus dicit esse Biatis. & illud: Omnia vincit diligens meditatio, uolunt esse Periandri. Similiter autem admonitionem quæ dicit: Nosce occasionem, fuisse Pittaci. Solon autē leges tulit Atheniensibus, Pittacus uerò Miletensis. Tādē autem Pythagoras Pherecydis familiaris, seipsum primus appellauit Philosophum. Philosophiã itaque, post uiros qui prius dicti sunt, tres fuere successiones, quæ nomina sumpserunt à locis in quibus uersatæ sunt. Italica quidē, quæ deriuata est à Pythagora. Ionica uerò, quæ à Thalete. Eleatica autem, quæ à Xenophane. Porro autem Mnesarchi filius, Samius quidem erat, ut dicit Hippobotus: ut autem dicit Aristoxenus in uita Pythagoræ, & Aristarchus & Theopompus, erat Tuscius: ut autem Neanthes, Syrius, uel Tyrius, adeò ut ex plurimorum sententiã Pythagoras esset genere barbarus. Quinetiã Thales, ut referunt Leander & Herodotus, erat Phœnix: ut autem nonnulli existimarunt, Milesius. Hic solus uidetur esse congressus cum Prophetis Ægyptiorum. Eius autem nullus scribitur præceptor, quemadmodum nec Pherecydis Syri, cuius fuit discipulus Pythagoras. Sed Pythagoræ quidem, quæ Italica dicta est Philosophia, consenuit in Metaponto oppido Italia. Anaximander autem Praxidami filius, Milesius, succedit Thaleti. Ei Anaximenes Eurystrati Milesius. Post quem Anaxagoras Hegesibuli Clazomenius. Hic ex Ionia scholam traduxit Athenas, Ei succedit Archelaus, quem audiuit Socrates.

Ex his æquiloquus declinauit lapidica.

Gratiū incantator, ait Timon in Sillis, propterea quòd à Physicis declinarit ad ea quæ ad mores pertinent. Socratem autem cum audiisset, Antisthenes quidem sectam introduxit Cynicam. Plato autem secessit in Academiam. Apud Platonem philosophatus Aristoteles, cum transisset in Lyceum, hæresim creat Peripateticam. Ei succedit Theophrastus, cui Strato, cui Lycò, deinde Critolaus, deinde Diodorus. Platoni successit Speusippus, ei Xenocrates, cui Polemon: Polemonis autem auditores fuere Crates & Crantor, in quos desuit uetus Academia. Crantoris autem fuit particeps Arcefilaus, à quo usque ad Hegesilaum media floruit Academia. Deinde Carneades succedit Hegesilao, & qui deinceps sequuntur. Eleatica autem disciplina princeps fuit Zenophanes Colophonius, quem dicit Timæus fuisse tempore Hieronis qui in Sicilia obtinuit dominatum, & Epicharmi Poætæ. Apollodorus autē eum cum natus esset quadragesima Olympiade, peruenisse usque ad tempora Darij & Cyri. Xenophanis ergo fuit auditor Parmenides, eius Zeno, deinde Leucippus, deinde Democritus: Democriti autem auditores, Protagoras Abderitanus & Metrodorus Chius, cuius Diogenes Smyrneus, cuius Anaxarchus, eius autem Pyrrhon, cuius Nausiphanes: eius dicunt nonnulli discipulum fuisse Epi-

fuisse Epicurum. Et hæc est quidem successio eorum qui fuerunt apud Græcos philosophorum, tanquã in Epitome. Tempora autem eorum qui fuerunt principes & authores ipsorum philosophiã, sunt dicenda consequenter, ut in conferendo ostendamus Hebræorum philosophiam fuisse generationibus multis antiquiorem. Et de Xenophane quidem dictum est, qui fuit Eleatica princeps philosophiã. Thaletem autem Eudemus in historijs astrologicis dicit prædixisse defectum Solis qui fuit eo tempore quo inter se manus conseruere Medij & Lydi, regante quidem Cyaxare patre Astyagis in Media, Alyatte autem Cræsi, in Lydia. Ei autem congruit Herodotus quoque in primo. Sunt autem ea tempora circa quinquagesimam Olympiadem. Pythagoras autem inuenitur tempore Polycratis tyranni circa sexagesimam secundam Olympiadem. Solonis autem fuisse æmulator scribitur Mnesiphilus, cum quo uersatus est Themistocles. Floruit autem Solon quadragesima sexta Olympiade. Heraclitus autem Bausonis filius persuasit Melanconia tyranno ut deponeret tyrannidem. Hic despexit Darium regem adhortantē ut ueniret ad Persas. Hæc sunt quidem tempora eorum qui apud Græcos fuere antiquissimi sapientum & philosophorum. Quod autem eorum plurimi fuerint & genere barbari, & à barbaris eruditi, quid opus est dicere? Siquidem Tuscum fuisse Pythagoram ostensum est. Phryx autem erat Antisthenes: & Orpheus, Odrysius uel Thrax. Homerum enim plurimi ostendunt Ægyptium. Thales autem cum esset Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum prophetis congressus esse dicitur: sicut etiam Pythagoras cum ijs ipsis propter quos etiã fuit circumcisus, ut adyta ingrediens, Ægyptiorum mysticam disceret philosophiam: & cum Chaldeorum & Magorum uersatus est præstantissimis: & eam quæ nunc uocatur Ecclesiam, significat id quod apud ipsum est ομαξέρον. Plato autem nō it inficias, se ea quæ sunt præstantissima in philosophia mercatum esse ex barbaris, & se fatetur uenisse in Ægyptum: in Phædone scribens, undiquaque posse iuuari Philosophum. Magna quidem est, inquit, Græcia ò Cebes, ait ille, in qua sunt uiri omni ex parte boni, multa sunt autem etiam genera barbarorum. Sic existimat Plato ex barbaris quoque esse aliquos Philosophos. Epicurus autem contra existimat solos Græcos posse philosophari. Et in conuiuio Plato laudās barbaros, ut qui philosophiam insigniter exercuerint, uerè dicit: Et in multis alijs, & apud Græcos & apud barbaros, quorū etiam sacra iam multa facta sunt, propter eiusmodi filios. Clarū est autē barbaros eximie semper honorasse suos legulatores & præceptores, eos Deos appellātes. Bonas enim animas, ut dicit Plato, supercaelesti loco relicto, sustinuisse uenire in hunc tartarum, & corpore suscepto, malorum omnium quæ sunt in generatione fuisse participes existimant, humani generis curam gerentes, quæ & leges tulerunt, & philosophiam prædicarunt, quo maius bonum ad hominum genus nunquam uenit, nec ueniet. Atque mihi quidem uidentur cum sensissent magna quæ per sapientes conferbantur beneficia, & eos coluisse, & publicè esse philosophati, & Bracmanes uniuersi, & Odrysi, & Getæ. Quinetiam genus Ægyptium diligentissimè illos in Deos retulit, & Chaldæi, & Arabes qui dicti sunt Fœlices, & quicumque habitauerunt Palestinam, & non minimam Persici generis partem, & alia præter hæc genera innumerabilia. Clarum est autem inueniri semper Platonem magnificare barbaros, ut qui meminisset se & Pythagoram plurima eaque præstantissima & nobilissima dogmata didicisse apud barbaros. Et ideo dixit etiam, genera barbarorum, genera philosophorum barbarorum hominum cognoscens. Et in Phædro regem Ægyptium, & Thoyth nobis ostendit sapientiosem: quem quidem nouit esse Mercurium. Quinetiam in Charmide uidetur quosdam scire Thraces, qui dicuntur animam facere immortalem. Narratur autem Pythagoras quidem fuisse discipulus Sonchedis archiprophetæ Ægyptij: Plato autem Sechnuphidis Heliopolitani: Eudoxus

Plato in Phædone.

autem Cnidius Conuphidis, qui ipse quoque fuit Ægyptius. In Dialogo autem de anima, rursus videtur Plato agnoscere Prophetiam, introducens Prophetam Lachesis orationem enunciantem, apud eas quæ sortiuntur animas prædicere: & in Timæo sapientissimum Platonem introducit discentem à barbaro. Ita autem se habet dictio: O Solon Solon, vos Græci semper estis pueri, senex autem nullus est Græcus, disciplinam enim nullam habetis canam. Democritus autem morales libros scripsit Babylonicos: dicitur enim Acicari, quam est interpretatus columnam suis scriptis adiunxisse: & possunt hæc ex ipso ob-
 10 seruari. Hæc autem dicit Democritus, cum de seipso quidem certe scriberet, & de magna sua se iactaret doctrina: Ego ex ijs qui meo tempore fuerunt, plures terras peragravi, ea quæ procul erant remota inquirens, & æris & terræ vidi regiones plurimas, & homines doctos audiui plurimos, & in componendis cum demonstratione lineis nemo me adhuc superavit, nec qui Ægyptiorum quidem vocantur Arpedonapta. Cum his autem postremo octoginta annis fui in terra aliena. Adijt enim Babylonem, Persidem & Ægyptum, Magorum & Sacerdotum se præbens discipulum. Zoroastrem autem Magum Persam
 20 Pythagoras ostendit. Qui Prodicum hæresim sectantur, gloriantur se arcanos libros huius viri possidere. Alexander autem in libro de Symbolis Pythagoricis, refert Pythagoram fuisse discipulum Nazareti Assyrj. Quidam eum existimant Ezechielem, sed non est, ut ostendetur postea: & vult præterea Pythagoræ Gallos audisse & Brachmanas. Clearchus autem Peripateticus dicit se quendam nosse Iudæum cum quo versatus est Aristoteles. Heraclitus autem non humanitus, sed diuinitus potius dicit apparuisse Sibyllam. Aiunt itaque Delphis in curia ostendi petram quandam, super quam dicitur sedisse
 30 prima Sibylla, quæ ex Helicone venerat educata à Musis, cum esset filia Lamia Sidonia. Serapion autem in versibus dicit ne mortuam quidem à diuinandi arte cessasse Sibyllam: & id quidem quod ex ea in ærem recessit post obitum, id esse quod in sortibus diuinat & augurijs: ex eo autem quod in terram mutatū est corpore, exorta, ut consentaneum est, herba, quacunque eam bestia comedissent, cum in eo loco essent, scribit perfectam futuri cognitionem per exta hominibus significasse. Eius autem animam existimat eam esse
 40 faciem quæ apparet in Luna. Et hæc quidem de Sibylla. Numa autem Romanorum erat quidem Pythagoreus, ex ijs autem quæ à Moyse tradita sunt adiutus, prohibuit Romanis ne homini aut animali similem Dei facerent imaginem. Cum itaque centum & septuaginta primis annis templa ædificarent, nullā imaginem nec affictam nec depictam fecere. Occultè enim eis indicarat Numa, quòd id quod est optimum, non alia ratione quam sola mente ulli licet attingere.

COMMENTARIUS.

* DICUNT autem Græci post Orpheum & Linum & Poetas. Apud Græcos septem fuisse sapiētes constat apud omnes, sed non apud omnes sunt iidem: sunt enim qui alios pro alijs numerat ut patet ex litera contextu. Quod autem Plato Periandrum nō numeret inter sapientes, sed eius loco ponat Mysonem Chænum, constat ex eo quod scripsit in Protagora, eius enim sunt verba, ut nos vertimus; Ex his & Thales erat Milesius, & Pittacus Mitylenæus, & Bias Prienæus, & Solon nostras, & Cleobulus Lindius, & Myson Chænus, & in eis septimus dicebatur Lacedæmonius Chylon. Quod autem Periandrum inter eos non recensuerit, suspicatur Clemens fuisse causam quòd is esset Tyrannus, Athenienses autem ut qui sectaretur popularem
 50 recip. administrationem infesti essent tyrannis: exercebat autem Periander Corinthi tyrannidem. Quod autem vetustissima Græcorum Theologia fuerit Poetarum, Lini scilicet, Orphei & Hesiodi, videre licet apud Eusebium de præparatione. Qui cum citetur etiam à Diuo Paulo in epistolis, hoc satis arguit in eorum scriptis esse aliquid veritatis. Quod autem modus eius. Sic autem scripsit Plato in Protagora, Est enim philosophia & antiquissima, & inter Græcos plurima in Creta & Lacedæmone, & sunt illius terræ Sophistæ plurimi, sed negant, & præ se ferunt se esse indoctos, ne sit manifestum quod sapientia Græcos superent, &c. Et paulo post loquens de septem illis quorum prius meminuit sapiētib; dicit, Hic erat modus veterum philosophiæ, breuitas quædam Læconica: hunc loquendi modum vocat Clemens Hebraicum & ænigmaticum: in sacris enim literis sunt multe parabole allegoriæ & ænigmata, quæ aliud significant quam quod præ se ferunt. Chiloni autem Lacedæmonio rursus tribuunt. Hoc quoque prouerbiū, Ne quid nimis, tam copiose

piose exponit Erasimus, ut nihil sit quod possis amplius desiderare. Illud autem, sponde, noxa præsto est. De hoc quoque prouerbio vide Erasimum in eodem loco. Quem autem vertimus versus Homeri, sic interpretatur Eustathius, ut dicat pro malis non esse spondendum, malas enim & malorum esse spondiones. Alij autem dicunt miseras & infelices esse spondiones, quo fit ut pro nullo sit spondendum, quod soluit magnam humanæ vitæ societatem, esse certe plane inhumanum si ne pro patre quidem aut pro aliquo nobis necessitudine coniuncto spondere liceat. Aristotelici autem existimant. Aliquot sapientum apophthegmata, alios alijs attribuisse scribit Diogenes Laertius lib. 1. De vitis Philosophorū. Quod & hoc, Sponde, noxa præsto est, & in illo Nosce occasionem, quod ipse dicit, Nosce tempus, adnotauit Erasimus, quod quidem apophthegma cum ipse pulcherrime interpretetur cum potius adendum, quam in eo explicando immorandum esse cæseo. Duo quoque illa, nempe & Omnes homines mali, vel plurimi homines mali, & illud Omnia vincit diligens meditatio, cum per se sint facilia, nec expositione indigeant, & nullus, quod sciam, præter Clementem eorum faciat mentionem, nā quos ipse citat temporis iniuria ad nos non peruenierunt, non est quod curiose scrutemur. Quod autem Solon quidem Atheniensibus, Pittacus verò Mitylencis leges tulerint, cum id sit notissimum, ostendere fuerit superuacuum. Philosophia itaque post viros. Hic est breuis enumeratio sectarum Philosophorum, quæ fuerunt post Pythagoram. Si quis vult de ijs plura videre, legat Plutarchum de placitis, & Laertium de vitis Philosoph. Quoniam autem nō defuerunt qui Pythagoram quem multi dicunt fuisse Samium, non fuisse Græcum dixerint, id ad suum institutum barbaram laudantis philosophiam, traxit Clemens. Quod ipsum fecit de Thalete, quem etiam solum fuisse dicit congressum cum prophetis Ægyptiorum, cum tamen idem Laertius id ipsum dicat de Pythagora. Mirum est autem quod Diogenes Laertius qui ceterorum Philosophorū vitam diligenter scripsit, Socratis, à quo quæ ad mores pertinet instituta est philosophia, non meminerit: & discipulos quidem celebrarit, præceptorem autem silentio præterierit. Qui autem à Clemente citantur versus de Socrate, sunt Timonis, non illius quidem qui ob inhumanitatem dictus est *μωροειδής*, sed Philosophi, cuius vitam scribēs Laertius, dicit eum scripsisse tres libros Sillorum (sunt autē Silli sales & vrbana dicta) in quibus, cum esset septicus, omnes dogmaticos insectatur & maledictis tāquam per ludum impetit. In ijs ita vituperat Socratem vt etiam maledicens maximè laudet, eum enim vocat *ἐνοχότατος*, id est qui de rebus iustis & honestis confabulando disputat. Sunt enim omnes eius disputationes in Dialogis, quos literarum monumentis mandarunt eius discipuli, Plato scilicet & Xenophon: Græcorum quoque vocat incantatorem, quod verbis tanquam carminibus persuasos eos in suam traheret sententiam. Ab eo tanquam à perenni quodam fonte deducta est vniuersa Philosophorum schola. Inter quos fuit Antisthenes. Quod Xenophanes autem Colophonius fuit longeuus, ex hoc potest intelligi quod dicit Apollodorus eum fuisse natum Olympiade quadragésima, peruenisse autem ad tempora Cyri, regnavit autem Cyrus Olympiade 95. eum itaque dicit Laertius fuisse *μακροβιότατος*, id est, vitæ longissimæ. Tempora autem eorum qui fuerunt. Quod astrologia peritus fuerit Thales, vide apud Laertium in eius vita. Quod Solis defectum prædixit qui fuit eo tempore quo prælium est commissum inter Medos & Lydos, regnante Cyaxare in Media, Alyatte autem in Lydia, vide apud Herodotum lib. 1. Quando autem & quandiu vixerit sic scribit Laertius. Dicit autem Apollodorus in Chronicis eum fuisse natum anno primo tricesimæ quintæ Olympiadis. Mortuus est autem natus annos septuaginta octo, aut, vt dicit Socrates, nonaginta. E vita autē excessit quinquagesima octaua Olympiade cum esset tempore Cræsi, cui etiam promiserat eum Halim traiecturum absq; pōte diuerso flumio. Ea autem tempora fuisse circa quinquagesimam Olympiadem restatur Eusebius in Chronicis. Pythagoras autem inuenitur tempore Polycratis tyranni. Eusebius in Chronicis scribit Pythagorā claruisse Olympiade sexagesima quarta, mortuum esse anno quarto Olympiadis septuagesimæ, A Solone autem Draconis leges fuisse antiquatas præter eas quæ ad sanguinem pertinebant, & alias ab ipso latas scribit Eusebius in Chronicis. Quis autem fuerit eius amulor Meneciphilus, non memini me legere. De Melanconia tyranno, cui persuasit Heraclitus vt tyrannidem deponeret, ne verbum quidem Laertius. Darij autem epistolam eum inuitantis vt veniret in Persidem, & Heracliti recusantis, habes apud eum in eius vita: floruit autem, vt ipse scribit sexagesimā nonā Olympiade. Hæc sunt quidem tempora eorum. Postquam ostendit quibusnam fuerint temporibus veteres Græcorum sapientes & Philosophi: ostensurus comparando multo antiquiorem esse vtriusque philosophiam, prius dicit eos sapientes & philosophos fuisse vel barbaros, vel à barbaris eruditos. Sunt qui Pythagoram dicant fuisse Ethruscum vt scribit Laertius. Idem dicit Antisthenem non fuisse oriundum Athenis, sed à Thracia. Quod autem Pythagoras fuerit circucisus, nō dicit quidem Laertius, sed cum dicit eum cum esset iuuenis exiisse à patria, & fuisse initiatum omnibus & Græcis & barbaris rebetis seu mysterijs, est verisimile sub eis comprehendisse etiam circuncisionem. Nisi enim fuisset circuncisus, in Ægyptiorum adyta non esset ingressus, nec didicisset quæ de Dijs sunt in arcanis. Ab Ægyptijs autem accepit id quod vsurpabat vocabulum, nempe *ομακρίτης*, id est, auditorium, ita dictum à simul audiendo: eo autem dicit Clemens significari ecclesiam, in quā conueniens populus docebatur. Plato autē non it inficias. Citat Platōtem, quem nonnulli dicunt Deum Philosophorum, in multis locis, in quibus ostendit se à barbaris didicisse philosophiam, cum tamen Epicurus qui nulla ex parte est cum eo conferendus contrā existimet solos Græcos esse Philosophos. Quod autem Plato in Phardone dicit bonas animas supercælesti loco relicto in terras descendisse, videtur Origeni erroris dedisse occasionem, vt sentiret animas prius fuisse quam infunderentur in corpus. Atque mihi quidem videntur. Enumerat aliquot barbaras nationes apud quas in honore habitæ est philosophia, & quæ sunt philosophare. De his vide Diogenem Laertium in proœmio libri sui de vitis Philosophorū. Philosophia, inquit, munus nonnulli dicunt cæpsisse à barbaris. Fuisse enim apud Persas quidem Magos: apud Babylonios autē aut Assyrios Chaldæos, & Gymnosophistas apud Indos, & apud Gallos eos qui appellantur Druidæ & Somnothei vt dicit Aristoteles in Magico, & Sotion in vicesimo tertio successione, & Phœnicem fuisse Ochum, & Thracem Xamolxin, & Lybicum Atlanrem, &c. Præter eos enumerat Clemens Brachmanes Odrysos & Getas. De Brachmanibus autem Indorū philosophis

Chiliad. 1. cent. 6.

Laertius lib. 1. de vitis phil. Eras. Chil. 1. cent. 8.

Laertius in vita Heracliti.

Laertius in vita Pyth. & Antisthenis.

vide Strabonem lib. 14. Geographiæ. Odyssi autem sunt Thracû populi, apud quos viguisse philosophiam testis est Orpheus. Getæ autem sunt finitimi Scythi, apud eos autem Philosophus fuit qui dictus est eorum Deus, ut vult Strabo lib. 15. Geograph. sicut apud Scythas fuit Anacharsis. ^{Clarum est autem inueniri semper Platone.} Reddit rationem cur Plato magni fecerit Barbaros, nempe quod plurima eaque præstantissima dogmata acceperit à barbaris, sicut & Pythagoras. Quenam autem dogmata acceperit Plato à barbaris, nempe ab Hebræis, vide Eusebium in præparat. Euangelica lib. 11. Atque quod Pythagoras quidē, Plato & Eudoxus fuerint in Ægypto, & Prophetas audierint, narrat Laertius, sed non dicit quanam fuerint nomina eorum præceptorum. Democritus autē morales libros scripsit Babylonicos: dicitur enim Acicari quam est interpretatus columnam, & possunt hæc ex ipso observari. Hæc autem dicit Democritus, &c.] Morales quidem libros scripsisse Democritum constat ex Laertio, qui citat Trafillum eius libros in ordinem redigentem per numerum quaternarium. De moralibus eius libris sic dicit: Sunt quidem hi eius libri morales. Pythagoras, De affectione sapientis. De iis qui sunt apud inferos, Tritogeneia, hoc autem est quod tria fiant ex ipsa, quæ humana omnia continent: fieri autē potest ut hos libros inscripserit Babylonicos, eo quod scripti sint Babylone, vel quod in iis introducat aliquis Babylonicus. De Acicari autē columna quam est interpretatus suis libris adiunxit, nihil legi, & quid sibi velit ingenue fateor me nescire, ut nec eos Ægypti populos qui vocantur Harpedonactæ à quibus ne superari quidem se dicit in Geometria. Constat autem ab Ægyptiis primum inuentam fuisse Geometriam, utpote necessariam, propterea quod Nili inundatione sapius confunderentur & mouerentur eorum termini. ^{Zoroastrem autem Magum Persam.} Zoroaster Rex fuit Bactrianorum qui primus dicitur artes Magicas inuenisse, & mundi principia syderumque motus diligenter spectasse. Porro autem in Perside ortam Magicam à Zoroastre scribit Plinius. Merito ergo dicit Clemens Pythagoram Zoroastrem ostendisse Persam. Quisnam autem fuerit Prodicus cuius qui hæresim sectabantur, iactabant se habere libros arcanos Zoroastri, vide apud Theodoretum, lib. 1. Hæreticarum fabularum. Is certe fuit adeo impudens & impudicus, ut aperte & palam scortari adederit decretis Carpocratis, & constituerit mulieres debere esse communes. De eodem plura videbimus in libro tertio Stromatum, quem citat idem Theodoretus. Cum autem de Nazareo Assyrio sit alibi dicturus, ut hic dicit, ad eum vsq; locū dicere differemus. ^{Clearchus autē Peripateticus.} De hoc Iudæo sic narrat Aristoteles apud Clearchum, ut scribit Eusebius: Ille Iudæus erat qui sunt calami ex India. Iudæi autem à loco quem habitant, appellati sunt, vrbs eorum asperrimo quodam nomine Hierusalem nominatur. Hic ab altioribus Asiæ locis ad maritimas ciuitates descendens, & lingua & animo Græcus fuit. Cumque accidisset vt eo tempore nos quoque in maritimis Asiæ locis versaremur, philosophiæ amore ad nos venit, qui multo plura nobis attulit quam accepit. ^{Heraclitus autem non humanus.} Cum fuerint multæ Sibyllæ (Varro enim numerat decem, de quibus vide apud Lactantium, & apud D. Augustinum de ciuitate, & qui in eum scripsit Ludouicum Viuem) vix sciri potest de quana loquatur Heraclitus: nam à Varrone prima enumeratur Persica. Heraclitus autem primam dicit fuisse filiam Lamie Sidoniæ. Quæ de ea autem dicit Serapion, sunt omnia commentitia, & maxime de eius anima quam dicit esse faciem quæ apparet in Luna: Quidnam sit autem ea facies qui scire volet, legat Plutarchi librum de ea re inscriptum, & sunt de ea re variæ Philosophorum sententiæ. Sunt qui eam Lunæ faciem existimant esse maculas quæ existunt ex vaporibus quibus aluntur astra, in qua sententia videtur esse Plinius: ab ea autem opinione omnino dissentiunt Peripatetici. ^{Et hæc quidem de sibylla.} De Numa Pompilio Eusebius dicit Clemētem nostrum asserere, id quod hic asserit, Numam fuisse Pythagoreum. Clemens noster, inquit, Numam Romanorum Regem Pythagoricum fuisse asserit, & Mosaicam nixum doctrinam dedisse Romanis, nullam imaginem Deo attribuere, vnde annis centum atque septuaginta, nullam imaginem, nec fictam nec pictam in templis Romanorum respici potuisse. Ita Numa occulte significauit, nullo modo nisi mente ad similitudinem Dei hominem peruenire posse. Hæc Eusebius, cum tamen constet eum aliter de Numa sensisse. Nam in suis Chronicis Pythagoram Numam longe fuisse tempore posteriorem, & inter eos plurimas intercessisse Olympiades ostendit. Idem sentit etiam Liuius qui lib. 1. ab vrbe condita sic scribit, Incluta iustitia religioque ea tempore est Numæ. Pompiliij erat. Curibus Sabinis habitabar consultissimus vir, vt in illa quisquam atate esse poterat omnis diuinij atq; humani iuris. Authorem doctrinæ eius, quia non extat alius, falso Samium Pythagoræ edunt, quem Seruio Tullo regnante centum amplius post annos, in vltima Italiæ ora circa Metapontum, Heracleæque & Crotonam, iuuenum æmulantium studia cætus habuisse constat, &c. Hoc Liuius, ex quibus est perspicuum Numam non potuisse esse Pythagoreum vt qui longo tempore præcesserit Pythagoræ, vnde cumque autem ex Moysæ accepit Numa nullam in templis aut fictam aut pictam habere imaginem, constat Moysæ non aliam ob causam prohibuisse imaginem, quam ne ea pro Deo coleretur, vt qui prohibitioni statim subiunxerit, Non adorabis neque seruias.

VII.

^{PHILOSOPHIA} ergo, res quedam valde utilis, olim quidem floruit apud barbaros, pergentes resplendens: postea autem venit etiam ad Græcos. Ei autem præfuerunt & Ægyptiorum Prophetæ, & Assyriorum Chaldæi, & Gallorum Druidæ, & Sarmatæ Bactrorum, & Celtarum ij qui philosophati sunt, & Persarum Magi, qui quidem Seruatoris quoque nostri ortum significauerunt, stella eos præcedente venientes in Iudæam, & Indorum Gymnosophistæ, & alij philosophi barbari. Est autem duplex eorum genus: alij enim ex ijs vocantur Sarmatæ, alij verò Brachmanes. Et ex Sarmatis quidem, ij qui appellantur Allobij, neque vrbes habitant, nec domos aut tecta habent: arborum autem induuntur

Iust. lib. 1. cap. 1.

Plin. lib. 30. cap. 1.

Euseb. lib. 9. de præp. cap. 3.

August. de ciuitat. Dei lib. 5. 18. cap. 23. & Viuem ib.

Plin. lib. 2. cap. 26. Euseb. lib. 9. de præp. cap. 3.

induuntur corticibus, & glandes arborumque baccas comedunt, & aquam bibunt manibus: non nuptias, non liberorum norunt procreationem, quemadmodum ij qui nunc vocantur Encratitæ, id est, continentes. Sunt autem etiam ex Indis, qui Butta parēt præceptis, quem propter insignem virtutem vt Deum honorarunt. Scythia autem erat etiam Anacharsis, qui scribitur Græcorum multis antecelluisse philosophis. Hellenicus autem scribit Hyperboreos habitasse ultra Riphæos montes, doceri autem ipsos iustitiam, non vescentes carnibus, sed arborum fructibus. Ij sexagenarios extra portas ducentes, tollunt de medio. Sunt autem etiam apud Germanos sacræ quæ vocantur mulieres, quæ fluuiorum vortices prospicientes, fluentorumque sonitus ac circumuolutiones, futura conijciunt & predicunt. Eæ nō permiserunt vt ipsi cum Cesare pugnarent ante quàm noua Luna illuxisset. ^{His omnibus Iudæum genus est longè antiquius, & eam quæ apud ipsos scriptis mandata est philosophiam, cæpisse ante Græcam, multis verbis ostendit Philo Pythagoreus.} Quinetiam Aristobulus quoque Peripateticus, & alij complures, ne in eis nominatim persequendis immorer. Apertissimè autem scriptor Megasthenes, qui vixit cum Seleuco Nicator, scribit in tertio rerū Indicarum, omnia quidem quæ de natura dicta sunt à veteribus, dicuntur etiam ab ijs qui extra Græciam philosophantur, partim quidem apud Indos à Brachmanis, partim verò in Syria ab ijs qui vocantur Iudæi. Quidam autem fabulosius ex ijs qui Idæi appellantur Dactyli, sapientes quosdā primos exortos esse dicunt, ad quos & Ephesiarum quæ dicuntur literarum, & eorum qui sunt in Musica numerorum refertur inuentio. Propter quam causam sunt appellati qui sunt apud musicos Dactyli. Phryges autem erant & barbari Idæi Dactyli. ^{Herodotus autem refert Herculem, cum esset vates & Physicus, ab Athlæte Barbaro Phryge mundi suscepisse columnas.} Hermippus autem Berytius vocat Chironem Centaurum sapientem. De quo etiam dicit qui scripsit Titanomachiam, quod is primus

Ad iustum duxit mortalia secula, monstrans

Iusiurandum, & Sacra Deum, cælique figuras.

Ab eo instituitur Achilles qui ducitur ad Ilium. Hippo autem filia Centauri, cum Æolo habitans, docuit eum naturæ contemplationem, patriam scientiam. De Hippone autem sic testatur Euripides:

Diuina quæ primum quidem præfagiit

Oraculis atque per ortus syderum.

Apud hunc Æolum, Vlysses post Troiam captam hospitio excipitur. ^{Obserua mihi tempora ad comparationem ætatis Moysis, & antiquissimæ quæ eius tempore fuit philosophiæ.} Non solius autem philosophiæ, sed etiam omnium ferè artium fuerunt inuentores barbari. Primi itaque Ægyptij Astrologiam ad homines deduxere. Similiter etiā Chaldæi. ^{Ægyptij rursus & lucernas primi accendere docuerunt, & annum in menses duodecim diuiserunt, & in templis cum mulieribus coire prohibuerunt, neque ad sacra ab uxore illotis adeundum esse lege sanxerunt.} Et rursus inuentores fuere Geometriæ. Sunt autem qui dicunt Cares, eam quæ ex astris colligitur inuenisse præscientiam. Autem autem volatus primi Phryges obseruarunt. Aruspicinam autem seu extispicinam perfectè tenuerunt qui fuere vicini Italiæ. Isauri autē & Arabes auguriis studuere, sicut Telmisenfes ei quæ per somnia fit diuinationi. Hetrusci tubam, & Phryges tibiam excogitauerunt. Phryges enim erant Olympus & Marsias. Cadmus autem erat Phœnix, qui fuit Græcis literarum inuentor, vt ait Euphorus. Vnde etiam scribit Herodotus literas appellatas fuisse Phœnicias. Alij autem dicunt Phœnices & Syros primos excogitasse literas. Medicinam autem Apim Ægyptium indigenam, priusquam Io veniret in Ægyptum: postea autem

Æsculapium dicunt artem amplificasse. Atlas autem Libs, primus nauem est fabricatus, & mare nauigauit. Et rursus Celmis & Damnanus Idæis Dactylis ferrum primi inuenerunt in Cypro. Alius autem Idæus ferri inuenit temperaturam, ut autem Hesiodus, Scythæ. Ac Thracæ quidem primi eam quæ πάρμη vocatur inuenerunt, est autem incuruus gladius, & peltis primi vsi sunt in equis. Similiter autem Illirij quoque peltam inuenerunt. Præterea Canos figulinam excogitasse & calcem dicit Sanites: is fuit qui primus excogitauit clypeum. Cadmus autem Phœnix primus inuenit lapicidinam: in monte Pangeo excogitauit auri metalla. Iam verò aliud quoque genus, Cappadoces primi inuenerunt id quod Nablium appellatur, quem admodum Assyrij quoque Dichordon: Carthaginenses autem primi construxerunt quadrirenam. Eam autem ex tempore, & absque ulla præmeditatione, fabricatus est Bosphorus. Medæa autem Ætæ filia, Colchis, prima pilos tingere excogitauit. Quinetiam Noropes (est autem gens Pæonia, nunc autem appellatur Norica) æs elaborarunt, & primi ferrum purgarunt: & Amycus Rex Bebrycium, lora pugilum, id est, cestus, primus excogitauit. & Olympus Mysius in musica harmoniam Lydiam artificiosè inuenit: & qui vocantur Troglodytæ, Sambucam instrumentum inuenere musicum. Aiunt autem obliquam quoque fistulam Satyrum inuenisse Phrygem: κρέμαται autem seu modos Olympum; similiter Phrygem, quemadmodum Phrygiam harmoniam & mixophrygiam & mixolydiam Marsyam, qui erat eiusdem regionis cum ijs qui antè dicti sunt, & Doricam Thamyrim Thracem excogitasse. Persas quoque primos audiuiimus currum & lectum & pedum scabellum effecisse, & Sidonios triremem nauē adificasse. Siculi quoque qui sunt in Italia primi inuenere Phormingem, quæ non multum differt à cithara: & inuenere crepitacula quæ dicuntur Crotala. Quinetiam tempore Semiramidis regis Ægyptiorum, narrant inuentas fuisse vestes byssinas. Et primam scripsisse epistolas Atossam Persarum reginam dicit Hellanicus. Scamon quidem Mitylenæus & Theophrastus Erebius, & Cydippus Mantinæus, & præterea Antiphanes, & Aristodemus, & Aristoteles, quinetiam Philostephanus, & Strato quoque Peripateticus, in libris suis de ijs quæ sunt inuēta hæc narrarunt. Ex his autem pauca adieci ad confirmandam inuentricem & vitæ utilem naturam, quæ fuit apud barbaros, à quibus, in studijs rebusque exercendis, Græci magnam acceperunt utilitatem. Si quis autem vocem reprehendat barbaram, Mihi autem, inquit Anacharsis, omnes Græci Scythæ sunt. Is autem erat qui apud Græcos in admiratione est habitus, qui dixit: Mihi indumentum est lana: cæna, lac & caseus. Vides barbaram philosophiam, quæ facta, non verba profitetur. Apostolus autem sic dicit: Et vos per linguam, si non rectè significantem vocem dederit, quomodo cognoscetur quod dicitur? eritis enim in aërem loquentes. Tot, verbi gratia, genera linguarum sunt in mundo, & nihil est vocis expers. Si ergo non nouero vim vocis, ero loquenti barbarus, & loquens mihi barbarus: & qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Vix certè tandem accessit ad Græcos componendarum orationum doctrina, & scriptura. Et Alcmaeon quidem Perithoi filius, Crotoniata, primus librum scripsit de natura. Alij autem Anaxagoram Hegesibuli filium Clazomenium primum librum scriptum edidisse referunt. Modos autem poematibus primus adiecit, & Lacedæmoniorum leges numerosis versibus scripsit Terpæder Antissæus. Dithyrambum autem excogitauit Lassus Hermionæus, Hymnum Stesichorus Imeræus, Choream Alcman Lacedæmonius, Amatoria Anacreon Teius: ἄσπορχον, id est, canticum ad saltandum accommodatum Pindarus Thebanus. Et νόμοις quos vocant, primos cecinit in choro & cithara Timotheus Melesius. Iam verò Iambum quidem excogitauit Archilochus Parius. Claudum autem iambum Hipponax Ephesius. Et tragædiā quidem Thespis Atheniēsis, Comædiā

Comædiā autem Sifarion Icarieus. Tempora horum tradunt Grammatici. Longum autem fuerit ea accuratè tradere, cum ipse mox ostendatur Dionysius, nempe Bacchus, propter quem celebrantur & Dionysia & spectacula, esse Moysè posterior. Aiunt autem & quæ in schola fiunt orationes, & rhetoricas proprietates, inuenisse, & mercede primum iudicialem orationem alteri tradendam conscripsisse Antiphontem tribu Rhamnusiū, ut dixit Diodorus. Apollodorus autem Cumanus primus Critici nomen suscepit, & appellatus est Grammaticus. Nonnulli autem dicunt Eratothenem Cyrenaum. Is quoniam duos edidit libros quos inscripsit Grammaticos, nominatus est Grammaticus, sicut nunc nominamus. Primus Praxiphanes Dionysiphani filius Mitylenæus, & Zaleucus Locrus primus scribitur leges tulisse. Alij autem dicunt Menotum filium Diosepi Lyncei, is fuit post Danaum, decima generatione ab Inachō & Moysè, ut paulò inferiùs ostendemus. Lycurgus autem multis annis post Troiam captam, qui fuit centum & quinquaginta annis ante Olympiades, tulit leges Lacedæmonijs. Solonis verò tempus prius diximus. Dracon autem, qui ipse quoque fuit legislator, inuenitur fuisse circa tricesimam nonam Olympiadem. Antilocheus autem qui scripsit de omnibus viris doctis à Pythagoræ ætate vsque ad mortem Epicuri, quæ fuit decimo mensis Octobris, complectitur omnes annos trecentos duodecim. Præterea aiunt Phanotheam Icarij uxorem inuenisse Heroicum hexametrum, alijs verò Themis, unam ex Titanidibus. Didymus autem in libro de philosophia Pythagorica, refert Theano Crotoniatidem, primam ex mulieribus esse philosophatam, & scripsisse poemata. Græca itaque philosophia, ut aliqui quidem, casu utcunque & exiliter veritatem, sed non omnem, assequitur: ut alijs autem volunt, mota est à diabolo. Nonnulli autem uniuersam philosophiam inferiores quasdam potestates inspirasse existimant. Sed si non comprehendit quidem Græca philosophia veritatis magnitudinem, & est adhuc imbecilla ad mandata Domini exequenda, at maximè regali quidem certe doctrinæ viam præparat, utcunque castigans, & mores prius formans, & ad suscipiendam veritatem confirmans eum qui opinatur prouidentiam.

COMMENTARIVS.

* PHILOSOPHIA ergo res quadam valde utilis. Philosophia à barbaris venit ad Græcos. Recenset autem Clemens eos qui philosophiæ præfuerunt apud barbaros, nempe apud Ægyptios prophetæ, de quibus vide apud Diodorum Siculum, apud Assyrios Chaldæi, de ijs vide Strabonem lib. 16. Erant autem ut ibi dicit Astrologi & Mathematici, apud Gallos Druidæ & Samanæi. De Druidibus multa scribit Strabo lib. 4. Geograph. qui Samanæorum ne meminit quidem, sed tria refert hominum genera, quæ apud omnes in magno habentur honore, Bardis, Vates, & Druidæ. De Druidibus quoque Cæsar copiose in Commentarijs, sed nihil de Samanæis. Plinius quoque multis in locis Druidum meminit, sed nusquam Samanæorum. Fieri autè potest ut Samanæi sint ij qui à Diogene Laertio in præmio dicti sunt Semnothei, vel ut nonnulli dicunt Samothei à Samothe Gallorū patre qui à Græcis & Dijs & Sumanus & Orcus dicitur, de quibus multa Berofus quem hodie habemus, qui an sit antiquus ille Berofus à nostro Clemente totus citatus, nolo temere meam proferre sententiam. Non est autem improbabile eos qui dicti Samothei vel Semnothei, dictos etiam esse Sumanæos à Sumano, & mutata litera Samanæos. De Magis & Magica vide Plinium lib. 30. cap. 1. De Brachmanibus multa scribit Strabo lib. 15. Eorum autem duo dicit esse genera, Brachmanas scilicet & Germanas. Germanas autem puto dici quos vocat Clemens Sarmanas, G litera in S transmutata. De Allobiis autem sicut nec de Butra ne verbum quidè legi. Encratitæ autem quibus à Clemente cõparantur Allobij, fuerunt hæretici de quibus scribit Epiphanius lib. 1. tomo 3. in 46. hæresis contra Tatianos. Ita ergo scribit de Tatiano, Continentiâ hic prædicat, nuptias autem scortatione & corruptione putat, asserens nihil differre matrimonium à scortatione, sed idem esse &c. Porro autem Anacharsis in tanta fuit apud Græcos existimatione, ut eum inter philosophos præcipuos merito annumerarit Laertius. De Hyperboreis autem qui scribit, & quem citat Clemens, Hellanicum, hodie non habemus. De ijs scribit Strabo libro decimo quinto. Quod autem ad vitæ agendæ rationem & instituta attinet, videret eos confundere cum Brachmanibus. Quod autè dicit eos sexagenarios extra portas ducetes de medio tollere, Græcè quidè est ἀφαιρῆσαι, sed an intelligat eos ab ipsis interimi non ausim affirmare. Potest enim per ἀφαιρῆσαι

Cõment. 6.

significari & de medio tollere, quod est occidere, vel ab aliis remouere vt non amplius appareant. De mulieribus autem apud Germanos fortibus futura prædicentibus, & quæ Ariouisto & eius exercitui non permiserunt vt pugnant cum Cæsare, vide apud Cæsarem in Commentariis, & apud Plutarchum in vita Cæsaris. ⁶ *His omnibus Iudæum genus est longe antiquius.* Fueritne hic Philo quem dicit Pythagoreum, is quem hodie habemus, qui fuit certe vir doctissimus, & qui Platonem adeo est imitatus vt dici soleat, ⁷ *φιλον πλατωνίζης, ή πλατων φιλονίζης*, non ausim asserere. Eum tanti fecit D. Hieronymus vt inter scriptores Ecclesiasticos eum annumerauerit, sed non memini me aliquid eius videre de antiquitate Iudæorum. De Aristobulo quoque nihil hodie extat quod sciam. Extat autem Iosephi liber de antiquitate Iudæorum, quem non nominat, sed inter alios complures recenset Clemens. De Megasthene autem qui res scripsit Indicas hæc scribit Plinius, Patrefacta est, scilicet India, non modo Alexandri magni armis, Regumque qui ei successere, circumuectis etiam in Hircanum mare & Caspium Seleuco & Antiocho, præfectoque classis eorum Patroclo: verum & aliis auditoribus Græcis, qui cum regibus Indicis morati sunt: sicut Megasthenes & Dionysius, à Philadelpho missus, ex ea causa vires quoque gentium prodidere. De Idæis Dactylis vide Strabonem qui existimat eos etiam esse dictos Curetes & Corybantes, vide etiam Cælium Rhodiginum lib. 17. Et Polydorum Vergilium de inuentione rerum qui cum aliis quidem consentit quod ferrum inuenerint. Quod autem Ephesias literas inuenerint & Musicos numeros & pedes in Musica dactylos, nec ipse dicit nec vllus alius quem legerim. Quamnam autem essent Ephesias literæ, & quam vim haberent, vide apud Erasum in adagiis. ⁸ *Herodotus autem refert Herculem.* Fingitur à Poëtis Hercules ab Atlante suis humeris impositas sustinuisse cæli columnas, quod Herodotus ideo dicit fuisse fictum à Poëtis, quod Hercules esset vates & Physicus, id est naturæ contemplator. Chiron autem filius Saturni & Phillira fuit vnus ex Centauris inuentor medicinæ & artis Lyricæ, Magister Æsculapij. Ab eo dicta sunt vlcera Chronia curatu difficilia, quæ quomodo curarentur docuit Chiron, vt dicit Eustathius in quartum Iliadis. Ei datus est à Peleo & Tethide Achilles erudiendus priusquam mitteretur ad Ilium, vt testatur Statius, in Achilleide. Merito ergo ab Hermippo dictus fuit sapiens. Hippo quoque fuit eius filia, de cuius sapientia testimonium fert Euripides, sed nec Tragœdiam citat Clemens, nec eam arbitror extare. Atque quod post capram quidem Troiam ab Æolo hospitio exceptus Vlysses sit, locuplex testis est Homerus, sed quod Hippo Centauri filia habitavit apud Æolum, nec scribit Homerus, sed nec vllus alius quod legerim. ⁹ *Obserua mihi tempora ad comparationem ætatis Moysis.* Eadem scribit Eusebius de præparatione lib. 10. Maximam quidem certe partem eorum quæ in toto libro scribit accepit à nostro Clemente, vt qui in eodem versaretur argumento. ¹⁰ *Non solius autem Philosophiæ sed etiam omnium fere artium.* Quis inuenerit Astrologiam vide Polydor. Vergil. lib. 1. qui idem sentit quod noster Clemens, Ægyptios & Chaldaeos inuenisse Astrologiam. ¹¹ *Ægyptij rursus & lucernas primi accendere docuerunt.* Quinam lucernas primi accendere docuerint, nusquam alibi legi. Herodotus scribit Ægyptios annum in duodecim menses diuisisse, sicut hic Clemens, Diodorus id tribuit Thebis, qui ipsi quoque fuerunt Ægyptij, Geometriam autem ab Ægyptiis fuisse inuentam iam ante diximus. De Auguriis, & Aruspicina copiose scripsit Polydorus Vergilius. Maximam autem eorum quæ scripsit partem accepit à Cicerone de diuinatione. De tibia quoque & tuba vide eundem lib. 1. cap. 4. De literis quoque & earum inuentoribus abunde scribit lib. 1. cap. 6. De medicina vero lib. 1. cap. 20. De nauis verò & nauigatione lib. 3. cap. 15. De ferro & ære & eorum temperatura lib. 2. cap. 19. *πάρριος* vocabulum nusquam alibi legi, nec scirem quid esset nisi ipse exponeret, dicens esse gladium incuruum ex quo conicio cum esse enssem falcatum qui est instar falcis. Dicit autem eum inuentum esse à Thracibus, sed suum non citat authorem. Pelta autem est scutum breue habens formam Lunæ semiplenæ, quo vtentes inducit Vergilius Amazones dicens:

Pentefilæa furens Lunatis agmina pelis.

Quinam populi sint ij Caini quos dicit Clemens inuenisse artem figulinam, non possum coniecere, cum de iis nihil legatur apud Cosmographos, nisi quod Plinius aliquot recenset oppida, quæ nonnihil videntur ad eos accedere. Idem autem Plinius dicit, Cherebum Atheniensem inuenisse figulinas, & à Cadmo inuentas lapicidinas, Cui suffragatur Polydorus Vergilius qui id ab ipso accepit. De Musica autem modisque & instrumentis musicis, & de cæteris fere omnibus quæ hic dicit Clemens, eadem fere dici inuenies & à Plinio lib. 7. cap. 55. & à Polydoro Vergilio lib. 1. cap. xv. De his ergo non plura dicemus, sed lectorem ad eos mittemus, maxime cum quos citat Clemens authores iniuria temporum omnes fere perierint & quæ narrantur facile intelligantur. ¹² *Ex his autem pauca adieci ad confirmandam inuentricem.* Hæc omnia quæ superius dicta sunt tam de philosophia quam de multis quæ inuenta sunt à barbaris, Clemens dicit se ex multis accepisse ab iis quos citauit authoribus, vt intelligatur quantum Græcis profuerint barbari, & in studiis literarum & in rebus agendis & negotiis. ¹³ *Si quis autem vocem reprehendat barbaram.* Respondet obiectioni quæ posset fieri. Posset enim quispiam dicere. Quantumuis laudentur barbari, cedant tamen Græcis necesse est, quod sit eorum sermo rudis & inelegans. Ad quod respondet id quod dixit Anacharsis. Mihi, inquit, omnes Græci sunt Scythæ, quasi diceret, Græcis Scythæ non minus sunt barbari, quam Græci Scythis. Cuilibet enim sua lingua pulchra videretur & elegans. Græcè autem est *συσθίζης*, id est, Scytham agere & imitari. Laudanda est autem barbara philosophia, quæ proficetur potius benefacere quam bene loqui. Quanta autem Anacharsis esset frugalitas testatur id quod ei tribuit Clemens, quod miror fuisse prætermisum à Laertio. ¹⁴ *Apostolus autem sic dicit.* Significat Apostolus non esse spectandum sicut pulcher & concinnus vocis sonus, sed an recte possit intelligi. Si is ergo qui loquitur non intelligatur, orare debet vt possit interpretari. ¹⁵ *Vix certe tandem accessit ad Græcos.* Quoniam Græci se iactabāt de sua doctrina & eloquentia, vtramque ostendit non ab antiquis temporibus, sed haud ita pridem ad eos accessisse. Multa autē multorum adducit inuēta, sed de quibus magna ex parte penes eum sit fides oportet, cū ceteri de iis nihil scribāt. De Alcmeone quidē Grottoniata quod de natura scripserit nusquā legitur. Sed quod Anaxagoras

Plin. lib. 6. cap. 17.

Strab. lib. 10. cap. 12. Polyd. Vergil. lib. 2. cap. 19. Chil. 2. cēt. 8. in prou. Ephesias literæ.

lib. 10. cap. 3.

Polydor. Vergil. lib. 1. cap. 17. Herodotus lib. 2. De inuent. rer. lib. 1. cap. 24.

Verg. 1. Æncid.

Plin. lib. 7. cap. 56.

3.

60

xagoras Clazomenius primum ascriptum librum ediderit, testis est Laertius, sed nec quod Terpander Antissæus Lacedæmoniorum leges versibus scripserit vsquam legi, à Plutarcho tamen in libro de Musica dicitur fuisse insignis musicus & Citharædus. De Dithirambo copiose scribit Cælius Rhodiginus, sed non dicit primum inuentorem fuisse Lassum Hermioneum, sed Dithirambum primum inuēctum apud Thebas, in Olympiis etiam Corinthi, Arione Methymneo statuente initio, mox & Lasso Hermioneo. Primum autem esse Corinthi concinnatum & nominatum Dithirambum author est Herodotus. Idem autem Cælius de hymnis, quos dicit cantus accommodatos diuinis laudibus, & dici etiam Pæanes per multa scribit, sed quod Stesichorus Poëta Lyricus, qui cum vituperata Helena visum amisisset, admonitus est vt eam laudaret, quod cum fecisset, depulsa cecitate visum recepit. Ab eo autem ortum est proverbium Palinodiam canere. Quod autem choream instituerit Almam Lacedæmonius, nō memini me alibi legere. Polidorus Vergilius dicit choreas ducendi morem ab Etruscis profectum ad Romanos, lib. 5. cap. 2. Atque quod amatoria quidem scripserit Anacreon Teius satis constat: sunt enim omnia eius carmina amatoria. Sed an ea primum inuenerit, non constat. Illud quoque constat viros bonos & honestos ea esse derestatos. Timotheus autem Musicus, primo quidem populo minus gratus, postea euasit excellentissimus. Quod autem primos qui dicuntur *νόμοις*, id est, modos seu modulos, in choro & cithara cecinerit, non opinor extare qui dicat; Quinam autem dicantur *νόμοις*, id est, modi, consulendus est Boetius & ceteri musicæ scriptores. *σαρπηχιστής*, id est, saltationem quæ tibiæ & citharæ & cæteris musicis sonantibus instrumentis accommodatur, tribuit Clemens Pindaro Thebano. Sed Cælius Rhodiginus id alius reperit vt qui eam *σαρπηχιστίαν* tribuat Lino & Orpheo, vt qui initiarentur cum rythmo & saltatione. Dicit tamen Hyporchematicem apud Pindarum saltare Lacones. Quod autem Iambum excogitarit Archilocus Parius Clementi ad stipulatur Horatius in arte Poëtica sic dicens:

Archilochum proprio rabies armauit Iambo.

Is Iamborum suorum vehementia Lycambem qui filiam sibi sponsam alteri in matrimonium dederat, ad laqueum compulit. De Hipponacte autem sic scribit Plinius, Hipponactis notabilis fœditas vultus erat. Quamobrem imaginem eius lasciuia iocorum Babolus & Anthermus Chij propofuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distinxit in tantum, vt credatur aliquos ex iis ad laqueum compulisse: quod falsum est, complura enim in finitimis insulis simulachra postea fecere, sicut in Delo quibus subiecerunt, non vitibus tantum censerit Chium, sed & operibus Anthermi filiorum. Ab Hipponacte autem denominatum est metrum Hipponacticum, quod constat ex Iambis claudicantibus quos Scazontes appellant aut Choliambos, de quibus sic dicit Rufinus de metris Comiciis. Genera Iambi metri sunt duo: nam ex iis alia sunt integra, alia clauda quæ *σαρπηχιστίαν*, seu Choliamba vocant, quorum differētiam penultima versus syllaba demonstrabit. Nam si breuis cōtigerit, erit rectum & integrum Iambicum. Sin vero longa, delumbe & claudum. Huius repertor Hipponax. Nam pro Iambo inductis Trocheis, cōtra legem trimetri Iambici metrum innouauit, quod adaque ex spondeo contingit. Hæc Rufinus. Fuit ergo Archilochus quidem Iambi, Hipponax verò Choliambi inuentor. Quod autem Thespiis tragœdiam inuenerit, his versibus in arte Poëtica testatur Horatius,

*Ignotum Tragica genus inuenisse Camænx
Dicitur, & plausivis vexisse poemata Thespiis
Quæ canerent, agerentque peruncti fœcibus ora.*

Quis autem fuerit inuentor Comœdiæ neminem legi qui diceret: Horatius solum dicit Tragœdiæ successisse comœdiæ. Sifariionis autem Icariei nec ipse nec vllus ex scriptoribus, qui extat quod sciam meminit. ¹⁶ *Tempora horum tradunt Grammatici.* Hi omnes quos superius recensuit fuerunt Dionysio seu Baccho posteriores: Dionysia enim in Bacchi honorem sunt instituta, in quibus agebantur Tragœdiæ & Comœdiæ & publica exhibebantur spectacula, & ab eo sunt denominati Dionysiaci artifices, qui ea faciebāt in honorem Bacchi, sed frustra eorum tempora supputantur à Grammaticis ad ostendendam eorum antiquitatem, cum Moyse fuerit Baccho prior multis seculis, vt pulchrè ostendit Eusebius lib. 10. de præpar. cap. 3. in quo agit de antiquitate Moysis. Quod autem de Antiphonte dicit Diodorus vt refert Clemens, hoc ipsum de eo tradit Plutarchus in libro de vita decem Oratorum. ¹⁷ *Apollodorus autem Cumanus primus Critici nomen suscepit.* Hic est vt opinor quem Plinius excellentem dicit in Grammatica, sicut Berosum in Astrologia, quod de omnibus scriptoribus iudicaret. Hunc autem Apollodorum Criticum seu maui Grammaticum reprehendit Strabo, quod Cares non dixerit *βαρβαρος*, id est barbaros, sed *βαρβαροφωνος*, id est loquentes voce barbara. ¹⁸ *Nonnulli autem dicunt Eratoſthenem Cyrenæum.* Idemne sit Eratoſthenes Philosophus, cuius sententiam refert Plutarchus de distantia Solis vsque ad Lunam, & cuius eandem dicit esse sententiam quam Platonis de descensu potus ad pulmones, & Geographus, cuius sententiam expendit Strabo in sua Geographia, & is quem dicit Clemens primum Grammaticum sicut nunc nominamus, ingenue fateor me ignorare. Sicut nunc nominamus autem dixit, quoniam qui nunc sunt Grammatici olim vocabantur Critici. ¹⁹ *Primus Praxiphanes Dionisiphani filius Mytilenæus.* De Praxiphane & Menoto quos dicit legislatoribus nihil vsquam alibi legi. De Zeleuco autem Locro, Lycurgo Lacedæmonio, Solone & Dracone Atheniensibus videre licet apud Aristotelem in Politicis, & apud Plutarchum & alios in multis locis. Quos omnes cum multis seculis præcesserit Moyses, qui legem tulit à Deo datam, perspicuum est falsum esse eos primos leges tulisse. Et quid Menotus quidem quicunque is sit, fuerit Moyse posterior, ex hoc ostenditur quod is fuerit post Danaum, qui fuit decem generationibus post Inachum, quo tempore fuit Moyses. Describit etiam tempora Lycurgi, Solonis, & Draconis quæ quidem fuerunt longè posteriora, vt patet ex Chronicis Eusebij. Antilochi autem qui scripsit de viris doctis à Pythagora vsque ad mortem Epicuri nihil extat hodie quod sciam. Quod autem mense quidem Octobri qui apud Athenienses di-

Herodotus lib. 1.

Plutarch. lib. 7. quæstion. conuiuial. Plutarc. an homo ætate prouectus debeat gerere temp. Cælius Rhod. lib. 5. cap. 3. Plin. lib. 36. cap. 5.

Plin. lib. 7. cap. 37.

Strab. lib. 14. Plut. 2. lib. cap. 3. de placit. phil. De quæst. Plat. Strab. lib. 1.

cebat *καμμίον*, ut vult Gaza de mensibus, mortuus sit Epicurus, idem sentit Laertius quod Antiochus, sed in die disseniunt. Septimo enim *καμμίονος*, eum esse mortuum dicit Laertius, Antiochus verò decimo. Quod autem Planorhea vel Themis una ex Titanidibus Heroicum carmen inuenerit nusquam alibi legi. Quid autem alij de eo sentiant vide Polydorū Vergilium. Sed nec alibi legitur, quod Theano mulier Crotoniatis prima sit philosophata, & poemata scripserit. Quod autem cum esset Crotoniatis, sit philosophata, eo minus est mirum, quod à Pythagora potuerit discere Philosophiā quæ illic docebatur à Pythagora. *Ἡ ἑλληνικὴ φιλοσοφία*. Hic est sensus huius loci. De philosophia quidem variæ sunt opiniones. Alij enim existimant eam casu esse introductam, & utcumque quidem & exiliter, sed non omnem consequi veritatem, alij autem opinantur eam à diabolo esse profectam, alij verò ab inferioribus potestatibus, ab angelis scilicet esse inspiratam. Sed ea vndecumque sit profecta, de eo enim nihil affirmat nec statuit, veritatis quidem non comprehendit magnitudinem, id enim sola potest diuina verbi sapientia: nec est adeo fortis & valida ut diuina possit exequi mandata: ut exempli causa, Deum ex toto corde & tota anima diligere, & non solum amicos diligere, sed etiam inimicos, viam tamen munit, & præparat ad regalem doctrinam nempe Christianam. Multa enim sunt in philosophia quæ pertinent ad mores componendos & ad castiganda vitia, & quæ ad veritatem suscipiendam confirmant, sed non quemlibet, verum eum demum qui opinatur prouidentiam, id est qui Deum esse credit, & humanarum rerum curam gerere. Quo fit ut Platonici quidem Philosophi sint ad Christianam suscipiendam veritatem aptiores, ut qui rerum mortalium Deum sentiant curam gerere, quam Epicurei, qui casu omnia dicunt fieri, & è mundo diuinam tollunt prouidentiam.

VIII.
Ioan. 10.

Proverb. 1.

αὐτοῦ ἔργον.

AT, INQUIVNT, scriptum est, omnes qui fuerunt ante aduentum Domini sunt fures & latrones. Omnes autem vniuersè intelliguntur, qui in eloquentia & doctrina sunt versati ante susceptam à Verbo carnem. Sed propheta quidem, ut qui à Domino fuerunt missi & inspirati, non fures sunt, sed ministri. Dicit itaque scriptura: Misit sapientia seruos suos conuocans cum alto præconio ad craterem vini. Philosophia autem non missa est à Domino, sed venit, inquit, furto surrepta, vel à fure donata. Sed siue potestas, aut angelus qui veritatis aliquid didicit, & in ea non mansit, hæc inspirauit, & furto surrepta docuit: hoc fecit, non quòd nescierit Dominus, qui fines eorum quæ futura sunt nouit ante constitutionem vniuscuiusque essentia, sed quòd non prohibuerit. Tunc enim aliquam habuit utilitatem furtum quòd redibat ad homines, non quòd is qui surripuit vile sibi proponeret, sed prouidentia ad utile dirigeret audacis cæpti euentum. Scio multos in nos assidue insurgere, & id quod non prohibet, causam esse dicere. Furti enim causam esse dicunt eum qui non custodit, vel eum qui non prohibuit: quemadmodum incendij, eum qui ignem non extinxit incipientem: & naufragij, gubernatorem, qui rudentem non contraxerit. Iam verò puniuntur à lege qui horum causa sunt: nam in cuius potestate situm erat prohibere, in eum quod eius accidit culpa confertur. Ad eos autem dicimus, in faciendo, operando, & agendo, causam intelligi. Id autem quod non prohibet, hoc ipso remotum est ab operatione. Præterea causa quidem versatur in operatione, quemadmodum nauis edificator in eo quòd fiat scapha. Domus autem edificator, in eo quòd aedes construatur. Id autem quod non prohibet, ab eo quod fit, separatum est. Propterea ergo perficitur, quòd id quod potest prohibere, non operatur nec prohibet. Quid enim operatur qui non prohibet? Iam verò ad absurdum quoque redit id quod ab eis dicitur: si quidem sauciationis causam esse dicent, non telum, sed clypeum, qui non prohibuit quo minus telum peruaderet. Neque enim furem, sed eum qui furtum non prohibuit, reprehendent. Ergo Græcorum quoque naues non Hectorem dicant combussisse, sed Achillem: quoniam cum prohibere posset Hectorem, non prohibuit. Sed ille quidem propter iram (in eius autem potestate non erat irasci vel non irasci) & ignem non prohibuit, & fortè adiuuans causa fuit. Diabolus autem cum liberum haberet arbitrium, & duci posset pœnitentia & furari, ipse quoque furti causa est, non autem Dominus qui non prohibuit. Sed nec noxium erat donum, ut accederet prohibitio. Et si accuratè & subtiliter aduersus eos agendum est, sciant id quidem quod non prohibet, quod in furto factum esse dicimus, nullo modo esse causam: in id autem quod prohibet,

prohibet, causam culpamque conferrī. Qui enim clypeo protegit, ei qui protegitur causa est ne saucietur, prohibens ipsum sauciari. Et Socrati demonium causa erat, non prohibens, sed adhortans, etsi non adhortaretur. Sed nec laudes, nec vituperationes, nec honores nec supplicia iusta sunt, si anima non habeat liberam potestatem & appetendi & aggreddendi, sed sit vitium inuoluntarium: unde qui prohibuit quidem causa est, qui autem non prohibuit animi electionem, iuste iudicat, ut vel maximè quidem Deus non sit nobis causa vitij. Quoniam autem libera electio & appetitio peccata primùm inchoat, falsa autem nonnunquam dominatur opinio, à qua, cum sit ignorantia & inscitia, recedere negligimus, iure infliguntur supplicia. Febre enim est inuoluntarium, sed cum per se & propter suam intemperantiam febrerit, eum reprehendimus, utpote quòd vitium sit voluntarium. Nemo enim malum eligit, quatenus malum: sed abductus ab ea quæ inest in ipso voluptate, id bonum ratus, suscipiendum existimat. Quæ cum ita se habeant, & liberari ab ignorantia, & à mala & delectabili electione, & ante omnia non assentiri fallacibus illis phantasiis & visis, situm est in nostra potestate. Latro autem & fur dicitur diabolus, qui Prophetis pseudopphetas admiscuit, tanquam frumento zizania. Omnes ergo qui fuerunt ante Dominum, fures & latrones, non absolute autem omnes homines, sed omnes pseudoppheta, & omnes qui non propriè ab eo missi sunt. Habuerunt autem pseudoppheta quoque furtum propheta nomen, cum Prophetæ quidem essent, sed eius qui est mendax. Dicit enim Dominus: Vos ex patre vestro diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quoniam non est in ipso veritas. Cum locutus fuerit falsum, ex proprijs loquitur, quoniam mendax est & pater eius. In falsis autem vera quoque aliqua dicebant pseudoppheta. Et ij reuera prophetabant in ecclasi, ut Apostata, eius, inquam, qui defecerat, ministri. Dicit autem Pastor quoque Angelus pœnitentia, ad Hermetem, de pseudoppheta: Quædam enim verba vera dicit: diabolus enim eum implet suo spiritu, si quem possit ex iustis frangere. Omnia ergo à superis in bonum dispensantur, ut per Ecclesiam cognoscatur multiplex ac varia Dei sapientia, ex seculorum præsentia, quam fecit in Christo. Deo autem nihil aduersatur, nec est quicquam ei contrarium, ut qui sit Dominus & omnipotens. Quinetiam eorum qui defecerunt consilia & operationes, cum sint singulares, fiunt quidem ex mala affectione, sicut morbi corporis: ab vniuersa autem ac generali prouidentia administrantur ad finem salubrem, etiamsi causa sit morbi efficiens. Est itaque maximum diuinæ prouidentia argumentum, non sinere ut vitium quod ex voluntaria defectio ortum est, inconducibile maneat & inutile, sed nec sit omnino noxium. Diuinæ enim sapientia & virtutis & potentia est officium, non solum bona facere (hæc est enim, ut semel dicam, Dei natura, ut ignis calefacere, & lucis illuminare) sed illud quoque maximè, ut id quod per malos aliquos excitatum est, ad bonum aliquem finem & utilem deducat, & utiliter ipsæ quæ videntur mala utatur, sicut eo quod ex tentatione processit testimonio. Est ergo in philosophia, veluti à Prometheo furto surrepta, parum ignis ad lucem apte utiliter excitatum, & vestigium aliquod sapientia, & motus à Deo. In his autem latrones & fures fuerint, qui sunt apud Græcos Philosophi, qui ante Domini aduentum, à Prophetis Hebrais partes veritatis id minimè agnoscentes sumpserunt, sed sibi tanquam propria dogmata attribuerunt, & alia quidem adulterarunt, alia autem, superuacanea quadam diligentia, indoctè tanquam sapientes pronunciarunt, alia autem etiam inuenerunt. Fortè enim sensus quoque spiritum habuerunt. Assentitur autem Scripturæ quoque Aristoteles, qui dixit Sophisticam esse furem sapientia, sicut antè ostendimus. Apostolus autem: Quæ etiam loquimur, inquit, non in verbis quæ docentur ab humana sapientia, sed quæ docentur à spiritu.

De prophetis enim: Omnes, inquit, de plenitudine eius accepimus, Christi scilicet. Quare non sunt fures prophetæ. Et doctrina mea, non est mea, inquit Dominus, sed eius qui misit me Patris. Et de furibus: Qui autem ex seipso, inquit, loquitur, gloriam propriam quaerit. Tales autem sunt qui sibi placent Græci, & sunt arrogantes. Sapientes autem eos dicens scriptura, non reprehendit eos qui sunt verè sapientes, sed eos qui sibi videntur sapientes. De his autem dicit: Perdā sapientiam sapientum, & prudentiā prudentum abolebo. Infert itaq; Apostolus: Vbi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitores huius seculi? ut à scribis distingueret, huius seculi inquisitores ponens Philosophos ex gentibus. Nonne infatuauit Deus mundi sapientiam, quod perinde est atq; stultam ostendit, & non veram, ut putabant? Et si roges causam cur sibi viderentur sapientes: propter cordis sui cecitatem, inquiet: quoniam in sapientia Dei, hoc est, quæ per Prophetas est annunciata, non cognouit mundus, nempe per sapientia quæ loquitur per Prophetas, ipsum scilicet Deum, ipsi Deo visum est per prædicationem stultitiæ, quæ Græcis scilicet, videtur esse stultitia, saluos facere credentes. Quoniam Iudæi, inquit, signa petunt ad fidem, Græci autem quaerunt sapientiā, nempe orationes quæ vocantur ἀνακρίσεις, hoc est, necessariò concludentes, & alios scilicet syllogismos. Nos autem prædicamus Iesum Christum crucifixum, Iudæis quidem scādalum, quòd cum sciant prophetiam, non credant euentui: Græcis autē stultitiā: fabulosum enim esse existimant qui sibi videntur sapientes, & per hominē filium Dei loqui, & Deum habere filium, & eum esse passum: quo fit ut sua opinionis anticipatio eis persuadeat ut non credant. Seruatoris enim aduentus, non stultos fecit & duos corde & infideles, sed prudentes, & aptos quibus persuadeatur & præterea fideles. Ostensi sunt autem, ab eorum qui obedierunt voluntaria inclinatione separati, ij qui noluerunt parere, & imprudētes & infideles & stulti. Ipsi autem vocatis Iudæis & Græcis Christus est Dei virtus, & Dei sapiētia. Num ergo, quod est etiā melius, existimandum est esse enūtiatiuum illud: Non infatuauit Deus sapiētiā mundi, perinde ac non stultam fecit, ne causa duritiei cordis à Deo eis facta videatur qui stultam fecit sapiētiā? Omnino enim etsi sapientes essent, maiori culpæ fuere obnoxij, qui prædicationi non crediderunt. Voluntaria enim est electio & delectus veritatis. Quinetiā illud: Perdam sapiētiā sapientum, eius quæ cōtemnitur ac despicitur barbaræ philosophiæ oppositione dicit illustrasse, sicut etiā lucerna quæ à Sole illustratur dicitur perijisse; eo quòd non æqualem edat operationem. Cum ergo omnes homines sint vocati, qui voluerunt obedire, nominati sunt vocati. Non est enim apud Deum iniustitia. Iam verò qui ex utroque populo crediderunt, ij sunt populus peculiaris. Et in Actis Apostolorum hoc his verbis inuenis: Qui itaque verbum eius susceperunt, baptizati sunt. Qui autem noluerunt parere, seipso scilicet abduxerunt. Ad eos dicit Prophetia: Et si velitis, & me audieritis, bona terra comedetis: in nobis situm esse arguēs & eligere & declinare. Dei autē sapiētiā dixit Apostolus doctrinā quæ est ex Domino, ut verā philosophiā ostēdat tradi per Dominum. Quinetiā qui sibi videtur sapiens, habet quasdam admonitiones, quæ iubent apud Apostolum induere nouum hominem, qui secundū Deū creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Quamobrē deponentes mendaciū, loquimini veritatem. Ne detis locū diabolo. Qui furabatur, non amplius furetur, sed potius laboret operās bonū. Operari autem est adlaborare quaerendo veritatē, nempe cum ea quæ sermone sit beneficentia, ut impertiri possitis ei qui opus habet, & seculares copias & diuinam sapientiam. Vult enim verbum doceri, & argētum mensis dari perfectē examinatum, ut detur sc̄nori. Vnde infert: Turpe Verbum ex ore vestro non exeat. Id autem turpe est, quod procedit ex opinione quam de se quis concipit: sed si quod est bonum ad ædificationem vilitatis, ut det gratiam audientibus. Boni autem Dei, bonum sit verbum necesse est. Quomodo autem non est bonū quod saluū facit?

COMME N-

COMMENTARIVS.

* A T, inquit, scriptum est. Adducit obiectionem quæ fit ab iis qui reiiciūt Philosophiam, & eam statim soluit. Scriptura, inquit, eos vocat fures & latrones, qui eloquentiæ & Philosophiæ studiis dederunt operam ante carnem à verbo susceptam: Fures autem dicti sunt & latrones, ut qui non sunt missi à Domino, sed in aliena inuaserint. Prophetæ autem, etsi fuerunt ante dominum, non sunt fures & latrones, eos enim misit Dominus. Quod autem sapientia mittat seruos suos alta voce vocans ad craterem vini, id est ad diuina eloquia, vel ad pretiosum Christi corpus mysticè comedendum & sanguinem bibendum, ostendit ex eo quod adducit ex prouerbis. Philosophia ergo, inquit, est reiicienda, ut quæ non sit à Domino missa, sed vel furto sit surrepta, vel à fure donata. Nam quidquid boni est in Philosophia, id vel surreptum est ex sacris literis vel donatum est à latrone & raptore, nempe Cacodæmone qui alienam inuasit hereditatem, nempe mundum qui est à Deo creatus, & est eius proprius. Hanc autem obiectionē ita soluit, ut dicat Philosophiam, à quocunq; sit profecta, & à quocunq; surrepta, esse vtilem, non quod qui surripuit eam velit prodesse, sed quod Deus id quod à malo est surreptum, sua prouidentia ad bonum vltimū conuerterit. Scio multos in nos astidue insurgere. Quoniam dixit paulo ante Deum aliquādo permittere & non prohibere quo minus malum fiat, hinc arripiebant nonnulli occasionem ut dicerent Deum esse causam mali: quod falsum esse ostendit. In agendo enim & operando causa existit, non in non agendo & non operando, cuius quidem rei multa adducit exempla: qui autem non prohibet, permittit quidem, sed non facit nec agit: qui autem agit & facit is est causa, & culpa in eum confertur, non in eum qui non agit. Quamuis autem is qui non prohibet non sit causa, est tamen *συναίτιος*, id est causa adiuuans, & ut vocant, causa sine qua non. Porro autem multa adducit absurda quæ sequuntur, si quis dicat eum qui non prohibet esse causam: Deus ergo non est mali causa qui non prohibet, sed Dæmon, qui cum sit libero arbitrio præditus, & duci possit pœnitentia si furetur, & furatur, nec vlla ducitur furti pœnitentia, & ad furādum incitat. Est ergo mali causa, non ut qui non prohibeat ut Deus, sed ut qui agat, incitet & impellat ad malum: sed nec causa erat ut Deus furtum Philosophiæ prohiberet, cum philosophiæ donum sit bonum. Non prohibens ergo, mali non fuit causa, & si prohibuisset, fuisset causa mali. Nam qui prohibet agit & operatur, causa autem consistit in agendo & faciendo. Ut qui prohibet obiecto clypeo ne faucietur is qui alioqui erat faucianus, causa est ne faucietur. De Dæmonio autem Socratis vide apud Platonem & Xenophontem. Id Dæmonium Socrati nihil prohibebat, sed futurū exhibebat quādam significationem quæ cum hortabatur ut aliquid faceret, etsi nihil diceret. Hinc est quod dicit Clemens ipsum adhortari, etsi non hortaretur. Sed nec laudes, nec vituperationes. Si Deus esset mali causa, non esset iustus iudex. Est autem iustus iudex qui iustè iudicat: iustè autem iudicat qui pro meritis laudat & honorat, vituperatque & punit. Iustè autem non laudaret & honoraret vituperaretque & puniret, etsi non esset voluntaria virtus & vitium voluntarium. Sed nec iustè iudicaret, si ipse esset causa mali: mali autem esset causa, si in eum culpa posset conferri. Conferri autem non potest culpa, cum nec prohibeat quominus libere ex virtute viuatur, & vitium suscipiatur. Non est ergo Deus causa peccati, qui non impedit quominus nostro libero vtamur arbitrio, licet ipse à peccato nos auocet & abducatur. Quoniam autem libera electio. Dubitari posset quomodo Deus iustè irrogat supplicia, cum in nostra situm sit potestate, vel ex virtute viuere, vel peccare. Ad quod respondet, à libero quidem nostro arbitrio procedere peccata, per id enim inchoantur, sed sæpe in nobis falsam dominari opinionem, quæ quidem oritur ex incitia & ignorantia, à qua cum sedulo eniti deberemus ut recederemus, negligimus. Propter nostram ergo negligentiam & socordiam merito punimur. Quod negligem probat adducto exemplo febris, quæ quidem est inuoluntaria cum peccatum sit voluntarium, & tamen si quis sua intemperantia incidit in febrim, iure vituperatur, est enim febris malum voluntarium. Ipsum quoque peccatum, etsi sit voluntarium, ut à libero arbitrio profectum, est tamen inuoluntarium quatenus malum, nemo enim malum eligit quatenus est malum, sed quatenus voluptatis tanquam boni blanda specie deceptus, id bonum existimat. Est ergo in nostra potestate, & ab ignoratione & à blanda voluptate liberari, & falsis visis non assentiri. Quod si non fecerimus, Deus est iustus iudex, qui nos iustis afficit suppliciis. Latro autem & fur dicitur Diabolus. Digressus erat ab instituto, sed nunc ad id reuertitur. Dicit autem Diabolus esse latronem & furem, qui veris Prophetis falsos admiscuit, tanquam frumento zizania. Nam & in veteri & in nouo testamento fuerunt veri Prophetæ à Deo missi, & falsi à Diabolo. Non est autem intelligendum omnes homines qui fuerunt ante Dominū esse fures & latrones, sed eos Prophetas qui non missi sunt à Deo, sed à Diabolo, quem dicebat Christus esse patrem Iudæorum, quoniam ipsi cum imitabatur. Homicida autem fuit Diabolus ab initio: ad peccatum enim cum primum creatus esset hominem pellexit, quod mors statim est consecuta. In veritate autem non stetit, qui statim à Deo qui est ipsa veritas auersus, declinauit ad mendaciū, cuius ipse est pater, ab eo enim ortū est falsum & mendaciū, nec in eo potest esse veritas, qui ab ipsa recessit. Quo fit ut si quid veri dicat, ex seipso non loquatur, proprium est enim eius mentiri. Et ideo Pseudoprophetæ qui sunt prophetæ Diaboli, & in ipso Prophetæ nomine surantur quod à veris Dei Prophetis accipiunt, & mentiuntur, & falsa dicunt sicut is cuius sunt Prophetæ, nempe Diaboli qui est mēdax, & qui mendaces sunt homines, ab eo habent quod mentiantur. Dicunt autem Pseudoprophetæ nonnunquam in falsis vera, ut verisimilia videantur quæ sunt falsa, sed quæ vera sunt ex se non dicunt, sed ex eo qui est ipsa veritas. In hoc autem differunt Pseudoprophetæ à veris, quod veri quidem Prophetæ aperte quæ dicunt vident & proferunt: Pseudoprophetæ autem furore correpti proferunt quæ dicunt, & sunt in extasi, neque quæ dicunt intelligunt. Quod ipsum quoque etiam veris Prophetis tribuebāt Montanus & Priscilla, quod esse falsum ostendit Hieronymus sic scribens; Neque verò ut Mōtanus cum insanis sc̄minis somniat, Prophetæ in extasi sunt locuti, ut nescirent quid loquerentur, & cum alios erudirent, ipsi ignorarent quid dicerent, de quibus Apostolus ait; Nescientes quæ loquantur, neque de quibus affirmant, sed iuxta Solomonē,

Ff iij

Hieron. in Proœmio Comment. in Esaiam. 1. Tim. 1.

qui loquitur in prouerbis: Sapiens intelligit quæ profert de ore suo, & in labiis portabit scientiam, etiam ipsi sciebant quid dicerent. Si enim sapientes erant Prophetæ quod negare non possumus. Et Moses &c. *Dicit autem pastor quoque Angelus.* Hic quidē liber Pastoris enumeratur inter Apocryphos. Sæpe tamen citatur & à nostro Clemente, & à discipulo eius Origene. Sed quæ ex eo citantur, non inueniuntur in eo qui nuper est editus in Bibliotheca sacra. Significat autē falsum Prophetam quædam verba vera dicere à Diabolo inspiratum, ut ex bonis & iustis aliquem possit decipere & expugnare. *Omnia ergo à superis in bonis dispensantur.* Hic est sensus, Diabolus & Apostata qui cum eo à Deo defecerunt maligni spiritus, sigillatim mala capiunt cōsilia & praua faciunt opera, in inueneritatis & maxime hominum perniciem. Sed Deus qui in Christo, nempe in suo verbo, omnium seculorum & quæcunque sunt futura habet præscientiam, & est Dominus & omnipotens, nec eius voluntati quidquam potest resistere, ita omnia administrat & dispensat, ut etiam quæ mala sunt bene cedant, ut cognoscat Ecclesia quam à mūdi constitutione præficerat in Christo, variam & multiplicem eius sapientiam. Ita fit ut quod malitiosè mali excogitat Dæmones humani generis molientes perniciem, non modo sit eis noxium, sed etiam vile. Dei enim est proprium non solum benefacere, ut ignis calefacere & lucis illuminare, sed etiam quod malum est ad bonum finem & exitum deducere. Sic martyriorum tentationes & bonorum persecutiones Deus ad suam conuertit gloriam, & ad eorum qui per ea coronantur utilitatem. Sic etiam qui tentantur à Diabolo, dum ei resistunt, victores euadunt, & æterna gloriæ præmium consequuntur. *Est ergo in Philosophia.* Philosophia quidem à Philosophis fuit furto surrepta ex prophetis Hebræorum, & sunt in ea veluti partes ignis apti ad illuminandum, & utiliter excitati. Prodest enim Philosophia & ad mores componendos, & ad parandam aliquam Dei cognitionem iis qui eius agnoscunt prouidentiam. A Philosophis autem dicit Philosophiam surreptam sicut à Prometheus ignem. Fingunt enim Poëta Prometheus ignem à Sole ferula esse surruratum: Philosophi autem ab Hebræis surreptam Philosophiam, tanquam suam sibi vendicauerunt, nec surripuisse contenti, eam adulterauerunt & immutauerunt, & noua quædam & plane aliena ei adiecerunt, & cum inanis & superuacanea esset eorum diligentia, se sapientes pronunciarunt, cum non essent sua sed aliena dogmata. *Assentitur autem scriptura quoque Aristoteles &c.* Ipsi etiam Aristotelis testimonio ostendit fures & latrones esse Philosophos. Dicit enim Sophisticam esse furem sapientiæ, id est, Philosophiam sua dogmata esse surruratum à sapientia, quæ est in sacris scripturis. Id ipsum autem iam dixerat. *Apostolus autem, Quæ etiam loquimur.* Non legitur in editis Græcis exemplaribus ita ut legit Clementis. Legitur enim, *ἐκ τῆς πνεύματος σοφίας λόγους, οὗ ἐκ θεοῦ δίδωμι πνεύματος καὶ διδασκαλίας, id est, non in ad persuadendum aptis humanæ sapientiæ verbis, sed in demonstratione spiritus & virtutis.* Clemens autem legit *ἐκ τῆς διδασκαλίας αἰσθητικῆς σοφίας λόγους, οὗ ἐκ θεοῦ δίδωμι πνεύματος, id est;* Non in verbis quæ docentur ab humana sapientia, sed quæ docentur à spiritu. Significat autem Paulus, si sequamur lectionem Clementis, suam doctrinam & prædicationem non esse in verbis quæ docentur à Philosophis, quæ humanam vocat sapientiam, quæ humanis scilicet probant rationibus, nempe syllogismis, & argumentis, sed in verbis quæ docentur à spiritu, nempe quæ diuinitus inspirantur, spiritualement esse suam doctrinam. Tales erant Prophetæ, qui non ita aliunde furabatur, sed à sancto Spiritu inspirati loquebantur. Acceperant enim à plenitudine Christi, nempe verbi, quod carne suscepta fuit Christus, & nunc est, & erit semper: in eo enim sunt omnes thesauri sapientiæ. Idem autem est à spiritu & à verbo inspirari: nam & Patris & Verbi vnus est & idem spiritus, qui ab utroque procedit. Prophetæ ergo non sunt fures qui à spiritu sunt inspirati, sicut nec Christus fur dici potest, cuius doctrina & sua erat & patris. Nam cum eam à patre accepisset, ipse autem esset in patre, erat vna & eadem doctrina, nec hypostasione seu personarum differentia doctrinæ inducebat diuersitatem. Verbi enim doctrina, & Patris & Spiritus, id est Dei, erat doctrina, cuius quærebat gloriam, cum suam doctrinam prædicans, suæ personæ non haberet rationem, nisi quatenus ipse quoque est Deus. Tales autem non erant Philosophi, sed furabatur quidem aliunde suam doctrinam, cum à Deo non essent inspirati, & de fortuna tanquam sua se iactabant, & in ea docenda, non Dei, sed propriam sibi proponebant gloriam, erant enim superbi & arrogantes. *Asapientem autem eos dicens scriptura.* Reprehendit eos qui cum non sint sapientes, sapientes tamen sibi videntur. Idem autem dicit Hieronymus in hunc locum Esaiæ; De hoc, inquit, loco Apostolus Paulus scribens ad Corinthios, posuit testimonium. Perdam sapientiam sapientum, & intellectum prudentium reprobabo. Non quod Deus sit inimicus sapientiæ cuius pater est, & per quem omnis est in hominibus sapientia, sed cum additamento posuit ut in Hebraico est, sapientum populi, & prudentium illius, id est, populi Iudæorum. Hæc Hieronymus. Sed quod hoc sit intelligendum, non solum de Iudæorum, sed etiam de gentium sapientibus, statim ostendit Paulus. *Nonne infatuauit Deus mundi sapientiam.* Duobus modis legit Clementis illud: Nonne infatuauit, nempe interrogatiuè & enunciatiuè. Et si legatur quidem interrogatiuè, Infatuauit, significat fatuam & stultam ostendit, cum ipse exitus ostenderit crucis prædicationem, quam stultam & fabulosam existimabant Philosophi, maximam se habere virtutem, ut quæ saluos faceret credentes, fabulosam autem existimabāt quidquid humanæ rationis captum superat, & quod syllogismis necessariisque demonstrationibus in quibus eorum consistit sapientia, probari non potest. Quo fit ut non credant quæ sunt supra naturam, ut pote per hominem loqui Dei filium, & Deum habere filium, & eum esse passum. Ostendebatur autem Iudæi crucis prædicatione, quod cum lex execrandum pronunciarit eum qui pendet in ligno, crucifixus prædicaretur Christus, & tanta erat eorum cæcitas, ut cum euenisse cernerent quæ legerant in scripturis, ea tamen nec intelligerent nec crederent. Non ergo infatuauit Deus mundi sapientiam, sed fatuam & stultam esse ostendit. Melior est ergo lectio quæ legitur enūtiatiuè, non infatuauit, non enim fatuos reddidit, sed prudentes & aptos ad credendum. Neque enim eorum cordis durities, Deo est imputanda, sed illis ipsis: nam cum essent sapientes, magis debebant credere: vult enim Deus ut voluntariè & liberè suscipiatur veritas: homini enim liberum dedit arbitrium, quod auferret, si Iudæos & gentes infatuaret. Neque verò id quod Deus dicit; Perdam sapientiam sapientum, significat infatuare, sed potius maiorem reddere sapientiam. Nam sicut maiori ex oriente lumine, videretur quidem minus perire, cum non pereat, sed magis illustretur.

illustretur. Ita adueniente Dei sapientia, non perit mundi quæ perire videtur sapientia, sed redditur maior & perfectior. *Cum ergo omnes homines sint vocati.* Quod Deus mundi sapientiam non infatuat, ex hoc probat quod omnes vocet ad salutem, vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. Sed si eos vocaret quos infatuasset, esset iniustus, eos enim vocaret quos sciret non parituros. Sed Deus non est iniustus, quare quos vocat non infatuat. Quamuis autem omnes vocat, non tamen omnes nominantur vocati, sed ij demum qui obediunt. In iis autem situm est ut obediant & credant. Volentes enim credunt, non coacti: nam licet fides sit donum Dei, ea ab eo non confertur in inuitum, vnde dicit Apostolus; Quos prædestinauit, hos & vocauit: quos autem vocauit, hos & iustificauit: Ij ergo propriè dicuntur vocati, qui à Deo vocati obediunt, non qui non obediunt: Qui obediunt autem credunt, credunt autem & ex gentibus multi, & ex Iudæis aliqui. Ij autem sunt qui verbo suscepto baptizantur, & appellantur quidem in veteri Testamento λαὸς θεοῦ, id est populus Dei proprius & peculiaris: In nouo autem, Populus acquisitionis, id est populus acquisitus, quem scilicet Christus puro & immaculato suo sanguine acquisiuit, ut qui eum à Dæmone & mortis tyrannide liberauerit, & à peccatorum sordibus ablutum in baptismi salutari lauacro in Dei familiam asseruerit & adoptarit. Qui ergo Deo paruerunt, in eius populum sunt adsciti, qui non paruerunt, seipfos abduxerunt, id est ipsi defecerunt. Quo fit ut non Deus, sed ipsi sint causa suæ damnationis & reprobationis. *Ad eos dicit propheta, Et si velis & me audieritis.* Esaiæ testimonio probat in nobis esse situm, ut vel nostram salutem eligamus, vel ab ea declinemus. Deus enim semper liberum nobis relinquit arbitrium, sed ab eo adiutum. Dei autem sapientiam dixit Apostolus Dei doctrinam, nempe doctrinam quæ est à Domino, non autem quæ traditur ab hominibus.

CVM itaque testimonio comprobetur Græcos vera quædam habere dogmata, id hinc quoque licet considerare. Scribitur in Actis Apo. Paulum hæc dicere ad Areopagitas: Superstitiosiores vos video. Præteritis enim & videns simulachra vestra, inueni & aram in qua scriptum erat, Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, eum vobis annūcio. Deus enim qui fecit mundum & omnia quæ in ipso sunt, hic cali & terræ cum sit Dominus, nõ in manufactis templis habitat, nec à manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam & inspirationem & omnia, fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ, desinens statuta tempora & terminos habitationis eorum, quærere Deum si fortè atrectent aut inueniant, quamuis non longè sit ab unoquoque nostrum. In ipso enim viuimus & mouemur & sumus, sicut & quidam vestrorum poëtarum dixerunt. Ipsi enim & genus sumus. Ex quibus clarum est quod etiam poëticis utēs exēplis, ex Arati Phænomenis approbat quæ apud Græcos rectè dicta sunt, & per ignotum Deum, honorari quidem per circumlocutionem à Græcis opificem Deum significauit, ex agnitione autem oportere per filium accipere & discere. Misi ergo propterea te ad gentes, aperire, inquit, oculos eorum, ut conuertantur à tenebris ad lucem, & à potestate Satanae ad Deum, ut ipsi accipiant remissionem peccatorum & hereditatem in iis qui sunt fide sanctificati in me. Ij ergo sunt qui aperiuntur oculi cæcorum. Patris per filium agnitio, est circumlocutionis Græcæ comprehensio: & conuerti à potestate Satanae, est mutari à peccato, per quod introducta erat seruitus. Nec tamen absolute omnem suscepimus Philosophiam, sed illam de qua apud Platonem quoque dicit Socrates. Sunt enim, ut aiunt, in mysteriis, multi quidem qui gestant ferulam, pauci verò Bacchi: multos quidem esse vocatos, paucos verò electos tacitè significans. Apertè itaque subiungit: Ij autem ea quidem sententia non sunt alij, quàm qui rectè sunt philosophati, à quibus ego quidem, quoad eius à me fieri potuit, in vita nunquam absui, sed ut ex eis essem omnino ratione omnem adhibui diligentiam. An autem rectè adhibuerim, & quid perfecimus, cum illuc venerimus apertè sciemus, si Deus velit, paulò post. An non tibi videtur fidei ex scripturis Hebraicis eam quæ est post mortem iusti spem declarare? Et in Demodoco, si modo est opus Platonis: Nec existimes me dicere philosophari, in artes incumbentem viuere, nec multa discere appetentem: nam ego quidem hoc probrum esse ducebam. Sciebat enim, ut existimo, eum multarum rerum scientem mentem iam habere, qui docet, ut est Heracliti sententia. Et in quinto de republica: Hos ergo, inquit, omnes, & alios quarundam eiusmodi rerum, & nescio quarum artium Mathematicos, ponemus Philosophos?

Nequaquam, inquit, sed similes Philosophis. Veros autem, inquit, quosnam dicis? Eos, inquam ego, qui veritatis delectantur contemplatione. Non enim in Geometria, quae postulata habet & positiones, est Philosophia. Neque in Musica, quae quidem est coniecturalis: neque in Astronomia, quae naturalibus & fluentibus & verisimilibus est referta rationibus: sed est ipsius boni per scientiam & veritatem, cum aliae quidem sint boni viae, sed tanquam ad bonum. Quare nec ipse doctrinae orbem, quem vocant encyclopediam, dat ad bonum conferre, sed opem ferre ad excitandam & exercendam animam ad ea quae percipiuntur intelligentia. Sive ergo dicunt Graecos diuinæ Philosophiæ esse casu aliquid elocutos: casus est diuinæ œconomiae. Non enim propter eam quae nobiscum intercedit contentionem, casum quispiam in Deos referet. Sive fortuna, ea fortuna non est expers diuinæ providentiæ. Sive rursus dicat quispiam Graecos naturalem habuisse notionem, unum naturæ cognoscimus opificem, qua ratione esse quoque naturalem diximus iustitiam. Sive mentem habuisse communem: quisnam sit eius pater, & quæ sit ex mentis distributione iustitia consideremus. Nam siue quis dixerit ἀεθρα φωνήν, hoc est, prelocutionem seu predictionem, & causetur συνεκφώνησις, id est, coniunctam explicationem, dicit species prophetiæ. Per veritatis quidem certè apparentem speciem alij dicunt quaedam dicta esse à Philosophis. De nobis autem dicit diuinus Apostolus: Videmus enim nunc tanquam per speculum, per eam quae est in ipso reflexionem nos ipsos cognoscentes, & ex ea quae est in nobis diuinitate efficientem causam, quoad eius fieri potest, unà contemplantes. Vidisti enim, inquit, fratrem tuum, vidisti Deum tuum, Seruatorem puto Deum nunc nobis dictum esse. Post carnem autem depositam, facie ad faciem, tunc definitè & comprehense, quando cor purum fuerit. Et per apparentem quidem speciem & pellucentem Deum vident, qui apud Graecos exactè sunt philosophati. Tales enim sunt quae ex imbecillitate cernuntur phantasia & visiones, quemadmodum visio cernitur in aquis, & videmus per pellucida & perspicua corpora. Rectè ergo Solomon: Qui seminat, inquit, iustitiam, operatur fidem. Sunt autem qui plura seminant, qui plura faciunt. Sunt & qui aliena colligunt, & damno afficiuntur: Et rursus: Curam gere eorum quae sunt in campo viridia, & tondebis herbam, & collige fœnum maturum, ut habeas oves ad vestimentum. Vides quemadmodum externi quoque integumentis & custodia sit cura gerenda. Scienter autem agnoscas animas gregis tui. Quando enim gentes quae legem non habent, natura quae sunt legis faciunt, non habentes legem sibiipsis sunt lex, præputio seruante Legis iustificatio- nes ut est sententia Apostoli, & ante Legem & ante Aduentum. Tanquam comparationem autem faciens Philosophorum cum iis qui vocantur Hæretici, admodum dilucidè: Melior est, inquit Verbum, amicus propè, quam frater longè habitans. Qui autem falsis innititur, is pascit ventos, & persequitur aues pennatas. Non existimo Verbum nunc dicere Philosophiam, cum in multis probabiliter argumentetur, & probabiliter loquatur philosophia, sed infectatur hæreses. Infert itaque: Reliquit enim vias suae vineæ, in semitis autem propriae agriculturæ aberravit. Eæ autem sunt quae ecclesiam relinquunt ab initio. Iam verò qui cecidit in hæresim, transit per solitudinem sine aqua, eo qui verè Deus est relicto, à Deo desertus, aquam quærens sine aqua, inhabitabilem & sitibundam terram peruadens, colligens manibus sterilitatem fructuum. Et iis qui carent prudentia: Iubeo, inquit Sapientia, iis qui versantur in hæresibus, scilicet dicens: Panes abscondos lubèter tangite, & aquam furti dulcem, panem & vinum, non in aliquibus aliis, quam in iis qui pane & aqua, in oblatione, non ex regula Ecclesiæ, utuntur hæresibus, apertè ponente Scriptura. Sunt enim qui sola aqua utuntur in Eucharistia. Sed resiliat, ne diu moreris in loco eius: locum Synagogam, non autem ecclesiam, æquiocè appellauit. Deinde acclamat: Ita enim

ἔγκυκλιον.

κατὰ πρῶτον.

κατὰ συντηχέν.

σωσεφώνησις. ἔμφασις. 1. Cor. 13.

ἔμφασις καὶ διάφρασις.

Prouerb. 11.

Prouer. 27. ἔριμον.

Rom. 1.

Prou. 27. Prouer. 10.

Prouerb. 8.

Ita enim traicies aquam alienam: baptisma hæreticum, non conuenientem & germanam aquam reputans. Et transmeabis fluiuium alienum, qui in mare defert & detrahit, in quod emittitur qui diuertit ab ea stabilitate quae est in veritate, rursus confluens ad gentiles & inordinatos vitæ fluctus. Quemadmodum autem multi homines qui nauem trahunt, non dici possunt multæ causæ, sed una causa ex multis: non est enim unusquisque causa ut nauis trahatur, sed cum aliis: ita etiam Philosophia confert ad comprehendendam veritatem, cum sit inquisitio veritatis, non quod sit causa comprehensionis, sed causa cum aliis, & cooperans, & fortasè etiam causa adiuuans. Quomodo autem cum beatum esse unum sit, eius causæ sunt virtutes quae sunt plures: & quemadmodum eius quod est calefieri, & Sol & ignis & balneum & vestis, ita cum sit una veritas, multa sunt quae conferunt ad eius inquisitionem, inuentio autem est per filium. Et siquidem rectè consideremus, potestate una est virtus, accidit autem ut ea cum in his quidem insit rebus, dicatur prudentia, in illis autem temperantia, in aliis verò animi magnitudo vel iustitia. Eadem autem ratione cum sit una quoque veritas, in Geometria, Geometriae veritas, in Musica autem, Musica, & in recta philosophia fuerit Græca veritas. Sola autè hæc est præcipua veritas quae manibus tradi non potest, quam docemur à Dei filio. Hoc modo dicimus de una & eadem drachma, si data quidem fuerit nauæ, naulum: si Publicano, vectigal: & ei qui domum locat, merces conductæ domus: præceptoris, opera merces: & ei qui vendit, arrha. Vnaqueque autem siue virtus, siue etiam veritas uniuocè vocetur, causa est eius qui ex seipsa est effectus. Per coniunctum autem earum usum fit beatè viuere. Non enim ex nominibus beati fuerimus, cum rectam vitam dicamus beatitudinem, & beatum cui virtute exornata est anima. Quod si etiam Philosophia opem fert eminens inuentioni veritatis, variis notationibus tendens ad nostram cognitionem quae proximè attingit veritatem: at ei opem fert qui ex Verbo seu ratione studuerit conari apprehendere cognitionem. Et à nostra separatur Græca veritas, etiam si sit idem nomen sortita, & propter magnitudinem cognitionis, & demonstrationem magis principem, & diuinam virtutem, & quae sunt similia. A Deo enim docti sumus, qui literas verè sacras à filio Dei docemur: unde nec similiter mouent animos, sed diuersa docendi ratione. Quod si propter eos qui lubenter reprehendunt, oportebit nos distinguere, cum dicamus, Philosophiam adiuuantem causam & cooperatricem veræ comprehensionis, cum sit inquisitio veritatis, fatebimur eam esse disciplinam quae præcedit cognitionem, non causam statuentes eam quae est causa adiuuans, neque id quod adiuuat & cooperatur esse id quod continet, nec perinde atque si non sit veritas absque philosophia. Nam omnes ferè absque disciplinarum orbe & Græca philosophia, alij autem etiam absque literis, diuina & barbara moti philosophia, potestate eum qui de Deo est per fidem accepimus sermonem, eruditi sapietia quae per se operatur. Quod autem facit cum alio, cum sit imperfectum ut per se operetur, cooperantem & adiuuantem causam dicimus, ut quod sit nominatum causa eò quod unà venerit cum alio, per se autem non possit præbere verum effectum. Quanquam per se quoque aliquando Græcos iustificabat Philosophia, sed non ad uniuersam ac generalem iustitiam, ad quam cooperatrix & adiutrix inuenitur, sicut primus & secundus gradus ei qui ascendit in cœnaculum, & Grammaticus ei qui est philosophaturus. Nò quod per eius ablationem, uniuerso & generali verbo desit aliquid, vel perimatur veritas. Nam & visus & auditus & vox confert ad veritatem. Mens autem est quae eam appositè & naturaliter cognoscit. Sed ex iis quidem quae adiuuant & cooperantur, alia quidem maiorem, alia verò minorem vim afferunt. Perspicuitas itaque fert opem ad tradendam veritatem: & dialectica, ne prosternamur ab hæresibus quae faciunt incursionem. Et est quidem per se perfecta, & nullius indiga Seruatoris

ἀπειρηχίητος.

σύγκρισιν.

ἐπιβολή. λόγους.

ἰγωστικός.

γραμματικός.

πρῶτος.

σπερμική.

doctrina, cum sit Dei virtus & sapientia. Accedens autem Græca philosophia, non veritatem facit potentior, sed debilem aduersus eam efficit Sophisticam argumentationem, & propulsans dolosas aduersus veritatem insidias, dicta est vinea apta sepes & val-lus. Et quæ est quidem ex fide veritas tanquam panis necessaria est ad viuendum. Quæ autem præcedit disciplina, est obsonio similis & bellariis. Desinente cæna suaui est placen-tula, ut ait Pindarus Thebanus. Apertè autem dicit scriptura: Astutior erit simplex intelligens. Sapiens autem suscipiet cognitionem, Et: Qui à se ipso quidem accepit, glo-riam propriam quærit, inquit Dominus. Qui autem quærit gloriam eius qui misit ipsum, verax est, & iniustitia non est in ipso. Contrà igitur se iniuste gerit qui sibi usurpauit ea quæ sunt Barbarorum, & tanquam propriam iactans, suam agens gloriam, & ementiens veritatem: is fur dictus est à scriptura. Dicit itaque, Fili ne sis mendax, deducit enim mē-dacium ad furtum. Iam autem fur, id quod habet surreptum, verè habet, etiam si sit au-rum, etiam si argentum, etiam si oratio, etiam si decretum. Ex parte ergo ea quæ suffurati sunt, vera quidem sunt, sciunt autem per coniecturam, & rationum moti necessitatibus. Si itaque didicerint, agnoscent comprehendendo.

COMMENTARIUS.

CVM itaque testimonio comprobetur Græcos. Diui Pauli testimonio ostendit ipsos Græcos quædam vera habere dogmata. Quamquam quod esset quidem ara ignoto Deo apud Athenienses non legitur: sed apud Pausaniam legitur Ara ignotis Diis. Ex hoc autè conatur Paulus inducere Athenienses, ne mirentur quod Deum sibi ignotum, nempe Christum prædicet. Citatur etiam ibidem Arati versus ex Phænomenis, quo ostenditur ipsam etiam scripturam citare quædam rectè dicta ex Poëtis Græcorum. Per ignotum autem Deum dicit per Periphrasim à Græcis significati Deum rerum opificem & creatorem, qui etsi vtrunque cognoscatur ex operibus, quod sit tamen tantum cognoscitur. Quid sit autem, nempe eius essentia minime cognoscitur, nam cum Dei cognitio sit ipsa Dei visio: Deum autem nemo vnquam viderit, sequitur quod Deus non cognoscitur. Quamuis autem nec cadat sub aspectum, nec cognosci possit, ignotus tamen, & non visus colitur. Gentium autem Dij cognoscuntur, cum vel hominum vel Dæmonum sint simulacra. Quamuis autem ignoratur Deus opifex, quem per ignotum Græci circumloquuntur, eius tamen accipitur cognitio per filium. Illa autem agnitio patris per filium, est Græcè Periphrasis, seu ignoti Dei circumlocutionis comprehensio. Per hanc Dei agnitionem aperiuntur oculi cæcorum. Deus enim per filium cognoscitur, à potestate autem Satanæ conuertuntur, id est, per Dei gratiam liberantur à peccato, quod eos rede-gerat in seruitutem. Nec tamen absoluit omnem suscepimus Philosophiam. Iam multis ostendit Philosophiam non esse reiiciendam, ut quæ ad Verbi sapientiam minime sit inutilis. Nunc autem dicit quænam ab ipso suscipiatur Philosophia, non enim quæuis est admittenda, cum nō omnis quæ discitur sit vera Philosophia. Et iam quidem dixerat se eam suscipere Philosophiam quæ diuinam admittit prouidentiam, ea reiecta quæ mundum casu regi existimat. Hic autem se dicit suscipere Platoniam, nempe quæ dicit Socrates in Phædo-ne, nempe eam quæ versatur in contemplatione eius quod verum est, ipsius inquam veritatis, ipsius boni-tatis, & eius quod verè est, id est quod semper est, & nunquam oritur, nec vnquam interit. Id autem non est aliud quam ipse Deus. Afferit autem Plato pulcherrimam esse disciplinam ipsius boni ideam, sine qua etiam si omnia alia sciās, nihil nobis proderit ei se dedere cōtemplationi, que vera est Philosophia, reliquæ artes & disciplina sunt Philosophiæ quidem similes, sed non sunt Philosophia. Et ideo vocat eas Plato cō-ferens cum prima Philosophia, περιηρησια, id est pusillas quasdam & abiectas artes. In disciplinis enim quas vocat mathemata, non est Philosophia, neque est in eis boni scientia, nec veritatis, nec eius quod est, sed est in ipso bono scientia boni & veritatis. Sunt autem hæc disciplina non ipsum bonum quod est Deus, sed viæ boni, ut quæ ducant ad bonum, non sit autem id ad quod ducunt. Nec ipsa ergo mathemata, nec orbem di-sciplinæ concedit Plato conferre ad bonum, adiuuat tamen ad ea intelligenda quæ percipiuntur intel-ligentiā. Quod autem mathemata non versantur in boni contemplatione, probat ex ipsis eorum princi-piis & subiectis. Geometriæ principia & subiecta sunt petitiones & communes sententiæ seu positiones, in quibus de bono nihil agitur. Musicam cur vocet coniecturalè non satis intelligo, conicio tamen eam ideo dici coniecturalè, quod harmonia & consonantia quæ est finis musicæ, non ex scientia petitis rationibus & demonstrationibus sit constituta, sed coniectura quæ iudicio aurium capitur ex sonis: sed nec in ea de bono agitur. Astronomiæ subiectum sunt astra quæ fluunt & sunt in perpetuo motu, nec ea firmis & stabili-bus constituitur rationibus, sed verisimilibus & minime necessariis, & maxima ex parte naturalibus, quæ non sunt solida, probationibus. Quæ cum sit huiusmodi, nec in ea de Deo agatur, non est dicenda philoso-phia. Illic ergo demum est philosophia, ubi de bono agitur per scientiam & veritatem, per certam, inquam, rectitudinem quæ omnibus amandatis sensilibus per solam mentem percipitur. Prouerbum autem quo dicitur non omnes qui portant ferulam esse Bacchos, quod idem est quod id quod vulgo iactatur, Multi thyrigeri, pauci verò Bacchi, innuit non omnes id esse quod præ se ferunt, de quo vide Erasmus in Chi-liadibus: Quod autè citat Clemens ex Demodoco, qui falso tribuitur Platoni, non est in eo quem excusum habemus

habemus Demodoco: hoc autem est; Ne existimes me dicere Philosophari, in artes incumbentem viue-re, nec multa discere appetentem, sed aliquid aliud. Nam ego quidem hoc probrum esse ducebam. Scie-bat enim, vt existimo, eum qui docet iam habere mentem quæ multa didicit. Hic autem videtur esse sensus quisquis sit qui hoc dicat; Philosophari non est incumbere & dare operam artibus, & cupere multas di-scere disciplinas, quæ dicuntur Mathemata, sed aliquid aliud; Quidnam ergo est illud aliud quod vocat Philosophari? Existimo eum intelligere Philosophari esse, versari in veritatis & bonitatis & eius quod est contemplatione. Nam ego quidem, inquit, hoc probrum esse ducebam, multas scilicet appetere artes & disciplinas, ea interim contempta quæ est omnium pulcherrima & præstantissima, prima scilicet philoso-phia, quæ est veri & boni, & eius quod est, nempe Dei contemplatio. Is quidem qui docet iam mentem habet quæ multa didicit. Nisi enim instructus esset multis disciplinis eas docere non posset. Sed qui in summi boni versatur contemplatione, is illis disciplinis non amplius indiget. sine ergo dicunt Græcos. De diuina Philosophia multa dixisse Græcos superius ostendit. Nunc autem dicit quod quomodocunque ea dicant, id est diuinæ administrationis & prouidentia. Potest enim & casu contingere & fortuna, & quod naturalem habeant notionem, & quod mentem habeant communem. Casu autem & fortuna contingere differunt. Casu contingit quando aliquid aliud contigit, quam quod fuerat præmeditatum & cogitatum. Sed siue casu contingat, siue forte fortuna, non est ab eo excludenda diuina prouidentia. Nam nec casus nec fortuna in Deum cadunt, & quomodocunque res fiant, omnia sunt præsentia diuinæ prouidentia & præ-scientia, & licet Deus res videat contingentes vt contingentes, est tamen contingetia illa, quod attinet ad homines, quod autem ad Deum attinet, nulla est. Sunt enim in Deo omnia certa, fixa, firma & immobilia. Quod ergo Græci casu aliquid dixerint de diuina Philosophia, etsi quod ad ipsos attinet casu factum est, non tamen sine diuina factum est administratione & prouidentia, à qua totus mundus regitur, & licet Epi-cūrei casum rerum principium constituat, non est tamen propter nostram ab eis diuisionem casus in Deos referendus. Quod si dicatur, Græcos naturalem habere notionem, sicut etiam naturalem iustitiam, natura-lis notio & naturalis iustitia à Deo procedit qui est rerum omnium opifex. Quod si etiam dicatur eos men-tem habere communem, ea quoque tribuenda est ipsi patri mentis & intelligentiæ. Quidquid ergo à Græ-cis rectè dicitur de Dei verbi Philosophia, id totum statuendum est à Deo proficisci, & considerandum est quænam sit iustitia in distributione mentis quæ à Deo datur. Iustitia autem illa quæ mentem communem omnibus distribuit est ipse Deus. Plato in Cratylo τὸ δίκαιον, id est iusti exponens etymologiam, dicit δίκαιον, dici quasi δίκαιον, id est omnia peruadens. Id autem non esse Solem, nec ignem, sed ex sententia Anaxagoræ esse mētem, quæ per se dominatum obtinet, & nulli mixta omnia regit, ornat & administrat omnia peruadēs. Hac iustitia quæ plane Deus est, nam quidquid est Dei est Deus, plena est Dei dextera, vt noster scribit Pfalmographus. Quæ autem dextera eam dicit esse plenam, quod cum iustitia & corrigit & distribuat, in di-stribuendo maxime consistit Dei iustitia. Distribuit autem gratuita dona quæ vocantur charismata, in qui-bus non minimum locum habet Prophetia. Eius autè duo sunt genera. Quorum vnum quidem consistit in futurorum prædictione quod vocauit Clemens προφητεία, quales erant Prophetæ veteres qui Christi aduentum prædixerunt, & quæ pro salute humani generis gessit & passus est. Alterum verò in rerum præ-ferentium narratione & explicatione, quod appellat διδασκαλία, quod præsentia simul narret & explicet, vt Samuel Saulo & Dauidi quæ tunc eis euenerunt exposuit, nempe eorum ad Regni Israelitici administratio-nem à Deo electionem. Tales etiam fuerunt in nouo testamento Prophetæ, qui diuina eloquia explicabant & interpretabantur. Quamquam nec in eo defuerunt qui futura prædicerent, qualis fuit Agabus in Actis, & Philippi filia donū Prophetiæ consecuta. Per vernatis quidem. Emphasis & Diaphasis appellatur à Cle-mente rei quæ per perspicua & diaphana, vt vocat, corpora apparet visio. In ea non videtur res ipsa, sed tan-tum species, & quoddam simulacrum. Talis est ea visio quæ fit per speculum. Per speculum enim res ipsa non cernitur, sed quæ in speculū cadit species per reflexionē in nostros oculos reuertitur. Talē beatus Paulus no-stram dicit esse Dei visionē dum hic sumus. Deum enim vtrunque cognoscimus per ipsius in nos reflexio-nem, & per ipsius diuinitatis quæ est in nobis in Deum reflexionē nos ipsos cognoscimus. Sanctissime quid-em certe trinitatis in nobis imaginem vt possumus contemplantes, Deum vtrunque videmus, & ipsius in Deo speciem considerantes, nos agnoscimus, sed non est hæc perfecta visio. Non enim perfectè vider, qui non res sed species tantum videt & simulacra. Tum demum visio erit perfecta, quando hac mortali carne exuta qui puro sunt corde Deum videbunt, & eum videntes, non eum solum ipsum, sed & seipos & om-nia quæ sunt, vt reuera sunt in eo videbunt. Deum ergo vtrunque videt qui hominem videt, qui frater iure dicitur, quod eundē habeant omnes creatorē & opificem. Sed multo magis qui Christum videt qui est & Deus & homo, & qui carne suscepta non indignatur nos vocare fratres. Quod ergo hic citat Clemens, vn-decunque hoc sumpserit, vidisti fratrem tuū, vidisti Deum tuū, & de quouis homine potest intelligi, & ma-xime de Christo. Quod si ipsi verbi Discipuli Christum fratrem suum vidētes, Deum vidēt tantum per speciē, tum demum vere visuri quando mortale hoc corpus exuerint: quāto magis Philosophi gentiū, de veritate, non euidenter & vt res ipsa est, sed per quandā veritatis speciē & apparitionē dixerunt quæ dixerūt. Re-ctè ergo Solomon. Quomodo hæc cum præcedētibz coherere non facile potest colligi, & tamen Clemens hæc infert ex superioribus. Dicit enim; Rectè ergo Solomon: Qui seminat iustitiam &c. Sed & ipsa literæ contextus est diuersus apud Clementem & in Septuaginta, & in nostra versione; Sic habet quidem con-textus Clementis. Qui seminat iustitiam operatur fidem. Nostra verò versio congruenter Hebræo. Semi-nanti autem iustitiam merces fidelis. Septuaginta verò. Qui autè seminat iustitiam, mercedē accipiet fidelē. Sed quomodocunque legatur, quomodo hæc cohererebaat cum prioribus. Dixerat Philosophos Græcos non apertè & euidenter dixisse de veritate, sed per quandam speciē & veri apparitionem, nec nos quidē hic Deum qualis sit videre, sed tantū in specie, eos demum illum visuros, & quoad eis fieri poterit comprehen-suros, quorum deposita carne cor fuerit purum & mundū. Illa autem Dei visio est merces beatorum, quo-rum cor est mundū, vt qui se auaritiæ sordibus minime cōtaminauerint, sed miserētes pauperū suis elemosi-nis illos impertierint. Mercedē autem vocat fidelem, quod Deus qui in promissis suis est verus, mercedem à

se promissam exoluat. Promiserat enim dicēs, Merces vestra copiosa est in cælis. Hæc copiosa merces à Deo promissa & exoluta, eos reddidit diuites & beatos qui sua disperferunt & dederunt pauperibus, cum immiseri- cordes, & qui sua non diuidunt, sed aliena rapiunt ad summam redigantur inopiam, ut qui & propria amit- tant, & pro sua crudelitate & auaritia æternas pœnas luanr. Hanc eorum ægestatē melius exprimit nostra versio quæ sic habet; Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: Alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Hæc quidē cum præcedentibus satis apte connectuntur. Sed quomodo cōueniunt quæ sequuntur? Sic for- tasse satis appositè poterunt adaptari. Græcorum Philosophiā Christianæ doctrinæ non esse inutilem iam satis ostendit. Confert autē, & quod ornet orationē, quod efficiūt tropi & figuræ, & quod defendat, quod præstant argumenta. Græcā itaque Philosophiam comparat lanis, ex quibus fiunt vestes quæ humanū cor- pus & ornant, & ab aëris iniuria defendunt, sed ut lanas habeamus, oues oportet alamus, aluntur autē her- bis & fœno, quæ forte dici possunt disciplinæ & scripta veterum. ¹⁰ *Infert itaque, Reliquit enim vias.* Vineæ Domini est Ecclesia. Qui est orthodoxus, ingreditur in viis vineæ suæ, id est, ea sequitur dogmata quæ tra- dit ecclesia, quæ quidem cum sit Catholica, id est vniuersorum, est & omnium & singulorum. Potest enim qui- libet Catholicus ecclesiam Catholicam dicere suam, quæ tamen non magis est sua, quam cæterorum quo- rum est mater. Hæreticus autē matris suæ relinquit vias, id est dogmata, & aberrat in viis suis, id est, in dog- matibus à se recens inuentis. Cur autem in viis suis aberrat, causa est quod ab initio relinquant ecclesiam. Cum primū enim eam relinquant aberrat, errare autem non potest qui sequitur ecclesiam. Errant autē hæ- retici, ut qui sint in deserto & solitudine: Soli enim sunt, nec ingrediuntur per viam tritam. Ecclesiæ enim via est ipse Christus. Vbi autem non est via, id est Christus, ibi nō est aqua, id est fons ille viuus, nempe spi- ritus qui salit ad vitam æternam. Vbi autem non est Spiritus, nec est Deus. Vbi non est Deus, frustra quæri- tur aqua viua. A Deo ergo defertus Hæreticus, aquam quidem quærit, sed eam solam inuenit aquam, quæ non est aqua, ut quæ sit cœnosa & turbida, nec apud eum est terra habitabilis. Vbi enim non est aqua viua, ibi non est terra viuendum. Vbi autem non est aqua viua, nec bonæ illic sunt actiones, nec bona opera, quæ cum desint, desunt quoque fructus operum. Quo fit ut hæreticus, non aliud colligat quam sterilitatem. ²⁰ *Et is qui caret prudentia, inquit sapientia.* Non satis cohærent hæc cum præcedentibus. Non enim sapiē- tia, quæ hæc dicit, sed vecors fœmina, ut habet contextus in prouerbis. Vecors autem fœmina illic signi- ficat vel libidinem vel hæresim. Sed fortasse ita potest intelligi quod hæc dicat sapientia, introducens lo- quentem mulierem vecordem, nempe hæresim. Per ea autem quæ citat ex prouerbis, dicit significari hære- sim hydroparastatiarum quæ contra regulam Ecclesiasticam, nō in pane & vino, sed in pane & aqua facie- bat factofanctæ Eucharistiæ oblationem. Huius scētæ autorem fuisse Tatianum dicunt, & Epiphanius lib. ³⁰ 1. contra hæreses hæresi xlvj. & Theodoretus lib. 1. hæretic. fab. cap. De Tatiano & hydroparastatis. Ab eis resillire, & in eorum loco diu non morari, id est in eorum synagoga & congregatione iubet Clemens, ut vi- retur aqua aliena, id est baptismus qui datur ab hæreticis. Is demum enim verus & germanus est baptismus, qui vel in Ecclesia datur Catholica, vel si mystica verba prolata fuerint ab hæreticis baptizatibus, in Eccle- sia rursus eis manus fuerit imposita. Quæ autem hic citantur à Clemente, facile quidem intelliguntur, sed vnde sint sumpta non facile inuenitur. Per aquam enim alienam & fluuium alienum intelligit baptismum hæreticorum, cuius est alius effectus quam baptismi Catholici. Baptismus enim Catholicus reddit firmos & stabiles in veritate, Baptismus autem hereticorum à veritate abducit, & traducit ad instabilem & multis vi- riorum fluctibus agitatā gentium vitam. ⁴⁰ *Quamquam per se quoque aliquando.* Respondet obiectioni quæ posset fieri. Posset enim dici quod post Christi aduentum iuuat quidem Philosophia, sed tanquam causa adiuuans & cooperans, non autem tanquam princeps causa. Quid verò, ante Christi aduentum eratne in- utilis? Nequaquam. Nam tunc quoque Græci ab ea iustificabantur, sed non plena & generali iustificatio- ne qua lex gratiæ iustificat per fidem, gratis remissis peccatis, & collato dono gratiæ quo Deus nos habet gratos & acceptos, & in suos adoptat filios. Philosophia autem Græcos iustificabat, ut & quæ mores doce- ret ciuiles, & ad seruandam humanam institueret societate, pœnis & premiis ad iustitias inuitans. Nunc au- tem non est per se causa iustificationis: sed sicut ad cœnaculum non accēditur nisi per gradus, sic ad Philo- sophiam non venit, nisi prius didicerint qui sunt futuri Philosophi, & Grammaticam & disciplinas quas appellant *αεγραμμάτια*. ⁵⁰ *Apertè autem dicit scriptura.* Vbinam hoc dicat scriptura mihi non venit in mentem. Videtur autē hic esse sensus. Si simplicitati Christianæ (sunt enim viri Christiani simplices & innocētes qua- si pueri) accesserit philosophia, quæ præstat ut multa intelligat, erit astutior & cautior. Ita fiet ut cū ipse ne- mini noceat, quod est Christianæ simplicitatis, sibi quoque caueat ab aliorū dolis & imposturis. Eā cogni- tionem non repudiat sapiētia. Christus enim qui nos iubet esse simplices sicut columbas, ne male agamus, idē iubet nos esse prudētes sicut serpentes, ne improbi & scelerati homines suis dolis & imposturis nos cir- cumscribant. ⁶⁰ *Et qui à seipso.* Philosophia quidē prodest & confert ad tradendam Christi doctrinam, ut quæ & hæreticorū fallacia repellat argumenta, & orationem reddat iucundiorē: in quo est laudanda. Sed in hoc est vituperanda, quod quæ à diuinis literis est suffurata, ea sibi tanquam propria tribuat, & suā quæ- rat gloriam, aliter se gerēs quam Christus, qui cum suam doctrinam iure posset esse suam dicere, eam tamē dixit esse Patris doctrinam, Patris non suam quærens gloriam. Christus ergo est verax & iustus. Verax qui- dem, ut qui quod res est dicat suam doctrinam esse patris: sua enim est & patris doctrina: iustus autem ut qui non suffuratur aliena. Philosophi autem sunt mendaces & iniusti. Mendaces quidem, ut qui suam dicāt esse doctrinam quæ est verbi. Iniusti autem, ut qui sint fures, nam cum in aliena inuaserint, ea tanquam sua contrectant, & de aliena doctrina tanquam de sua iactant, & ementiuntur veritatem. Nam etsi in hoc non mentiantur quod vera dicant, mentiuntur tamen in eo quod sua esse dicunt quæ sunt alterius, & idē sunt & mendaces & fures. Merito ergo admonet scriptura cauendum esse mendacium, quod menda- cium deducat ad furtum. Ex eo autem quod aliquid sit furtum, non sequitur quod non sit verum. Furto enim surripitur aurum & argentum, & cætera, ea autem licet furto surrepta sunt vera. Multa etiam à Barbaris, nempe ab Hebræis, surripuerunt Philosophi, quæ licet furtiua, sunt tamen vera dogmata. ⁷⁰ *Sæpe autem*

Sæpe autem vsuuenit, ut quæ ab eis dicuntur, partim sint vera, partim falsa, vera quidem quæ sumpserunt ex scripturis, falsa autem quæ ab eis sunt inuenta. Et Hebræi quidem & verbi discipuli, quæ vera dicunt di- dicerunt vel à Dei inspiratione vel reuelatione. Quæ autem vera dicunt Græci, ea didicerunt, vel coniectu- ris, vel humanis argumentis & rationibus.

⁸⁰ *Et quod philosophorum quidem dogmata ex Hebræis surrepta fuerint, tractabimus* ⁹⁰ *paulò post. Prius autem, quod erat consequens, iam dicendum est de temporibus Mosis, per quæ ostendetur citra ullam controuersiam, Hebræorum philosophiam esse quauis Phi-
10* *losophia longè antiquiorem. Atque de iis quidem accuratè dictum est à Tatiano in ora-
tione aduersus Græcos. Dictum est autem etiam à Casiano in primo Exegeticōn: postulat
tamen commētarius, ut nos quoque ea percurramus quæ in loco dicta sunt.* ²⁰ *Apion itaque
Grammaticus, qui πρῶτος, id est sapiēsimè victor est cognominatus, in quarto historia-
rum Ægypti, etsi esset infensus Hebræis utpote genere Ægyptius, adeo ut etiā aduersus
Iudeos librum scripserit, Amosis Ægypti Regis mentionem faciens, eius rerum gestarum
testem adducit Ptolemaum Mædesium. Eius autem verba sic habent: Effodit autē Amo-
20* *sis Athyriam, qui fuit tempore Inachi Argiui, ut scribit in temporibus Mendesium Ptole-
maus. Hic autem Ptolemaus, fuit quidem sacerdos. Regnū autem Ægypti res gestas tri-
bus libris exponens, dicit tempore Amosis Ægypti Regis Mose duce Iudeos exiisse ex
Ægypto. Ex quibus cernitur Mosen floruisse tempore Inachi. Ex rebus autē Græcis, sunt
antiquiores Argolica, ea inquam, quæ ducunt originem ab Inacho, ut docet Dionysius
Halicarnassens in Temporibus. His autem, quatuor quidē generationibus sunt res Atti-
ca recentiores, quæ ducunt originem à Cecrope, qui duplici fuit natura, & indigena, ut iis-
30* *dem verbis dicit Tatianus. Nouem verò, res Arcadica à Pelasgo. Dicitur autem hic quo-
que indigena. His autem sunt alia, quindecim recētiores, nempe Phitiotica quæ à Deuca-
lione. Ad tempus autem rerum Troianarum, ab Inacho generationes quidem viginti vel
plures numerantur. Sunt autem anni, ut semel dicam, quadringenti & ultra. Iam verò
res quoque Assyriorum videbuntur rebus Græcis multis annis antiquiores, ex iis quæ dicit
Ctesias. Tricesimo secundo mouit Moses ex Ægypto, tempore Amosis Ægyptij & Ina-
chi Argiui. Fuit autem in Græcia, tempore quidem Phoronei, qui fuit post Inachum, in-
40* *undatio, quæ fuit tempore Og ygis, & regnum quod fuit Sicyone, primi quidem Ægialei,
deinde Europis, deinde Telchinis, & regnum Cretis in Creta. Acusilaus enim dicit Pho-
roneum fuisse primum hominum. Vnde etiam Poëta Phoronidis, dixit eum fuisse patrem
mortalium hominum. Hinc Plato in Timæo secutus Acusilaum, scribit: Et cum vellet eos
aliquando inducere ut dicerent de rebus antiquis huius ciuitatis, aggreditur dicere quæ
sunt antiquissima, de Phoroneo, qui dictus est primus, & de Neobe, & quæ fuerunt post
diluuium. Tempore autem Phorbantis fuit Actæus, à quo Actæa Attica. Tempore au-
50* *tem Triope, Prometheus & Atlas & Epimetheus, & qui duplicem naturam habebat Ce-
crops, & Ino. Tempore autem Crotopi, quæ Phaëthontis tempore fuit inflāmatio, & quæ
tempore Deucalionis fuit inundatio. Tempore autem Stheneli, & regnum Amphictyo-
nis, & Danai in Peloponnesum aduentus, & Dardaniæ à Dardano edificatio. A Ioue
qui genitus, inquit Homerus, nouit qui cogere nubes: & ex Creta in Phœniciam deductio.
Tempore autem Lyncei, Proserpine raptus, & extructio templi quod est in Eleusine, &
60* *Triptolemi agricultura, & Cadmi Thebas aduentus, & regnum Minois. Tempore autē
Præti, bellum Eumolphi aduersus Athenienses. Tempore autem Acrisij, Pelopis ex Phry-
gia transitus, & Iouis Athenas aduentus, & secundus Cecrops, & Persei & Bacchi res
gestæ, & Orphæus & Musæus. Octauodecimo autem anno regni Agamemnonis captum
est Ilium regnantis Demophontis Thesei filij anno primo, duodecimo mensis Thargelionis,
ut ait Dionysius Argiuius. Ægias autem & Dercylus in tertio, octauo mēsis Panemi de-*

Θερμάλωνος
Ληστου.

sinētis. Hellenicus enim dicit duodecimo mense Thargelionis, & nonnulli eorū qui Attica scripserunt, octavo desinentis, postremo anno regnante Menestheo, in plenilunio. Noctis quidem erat medium, inquit is qui paruam fecit Iliadem, & splendebat lucida Luna. Alij autem eodem die Scirrophorionis. Theseus autem qui erat amulatur Hercules, est Troianis una generatione antiquior. Tlepolemi itaque qui fuit filius Hercules, meminit Homerus, quod in Ilium militauerit. Ostēditur ergo Mosen fuisse antequam Bacchus referretur in Deos, annis sexcentis quatuor: siquidem in Deos refertur tricesimo secundo anno regni Persei, ut ait Apollodorus in Chronicis. A Baccho autem ad Herculem, & viros illos fortes qui cum Iasone in Argo nauigarunt colliguntur anni sexaginta tres. Et Aesculapius & Dioscuri, id est Castor & Pollux, cum eis nauigarunt ut testatur Apollonius Rhodius in Argonauticis. A regno autem Hercules quod fuit Argis, usque ad ipsius Hercules & Aesculapij in Deos relationem, colliguntur anni triginta, ut vult Apollodorus chronographus. Hinc autē usque ad relationem in deos Castoris & Pollucis, sunt anni quinquaginta tres. Hoc utique tempore Troia quoque capta fuit. Quod si Hesiodo quoque poetæ oportet credere, eum audiamus:

Editus estque Ioui pulchra ex Atlantide Maia
 Preco Deūm, fuerat cum sacrum ingressa cubile.
 Præclarum at peperit natum Cadmæa, coisset
 Cum furtim Semele, Bacchum valde exhilarantem.

Cadmus quidem pater Semeles tempore Lyncei venit Thebas, & fuit inuentor Græcarum literarum. Triopas autem eodem fuit tempore cum Iside, generatione septima ab Inacho. Isidem autem dicunt eandem fuisse quæ Io, propterea quod oberrans obierit totam terram. Ister autem in libro de Colonia Aegyptiorum, dicit eam fuisse filiam Promethei. Prometheus autem fuit tempore Triopæ, septima generatione post Mosen. Quare vel ante eam quæ ex Græcorum sententia fuit hominis generationem, Moses videtur floruisse. Leo autem qui tractauit de Diis qui sunt in Aegypto, dicit Isidem à Græcis vocari Cererem, quæ fuit tempore Lyncei, undecima generatione post Mosen. Apis autem Rex Argorum, ædificat Memphim, ut dicit Aristippus in primo Arcadicorū. Aristæas verò Argiuis dicit eum nominatū esse Sarapim, & eum esse quem colunt Aegyptij. Nymphodorus autē Amphipolitanus in tertio de legibus Asia, dicit Apim taurum mortuum & conditum loculo qui Coeūs Græcè dicitur, fuisse repositū in templo demonis qui colebatur, & hinc appellatum fuisse Soroapim, & postea quadam eorum qui illic habitabant consuetudine Sarapim. Est autem Apis tertius ab Inacho. Iam verò Latona fuit tempore Tiryi. Nanque à Latona clara est Iouis incita coniux. Tiryus autē fuit eodē tempore cum Tantalo. Merito ergo scribit etiā Pindarus Bæotius: In tempore autē Apollo fuit genitus. Nec mirum, cum etiam Admeto unā cum Hercule inueniatur seruisse mercede in magnū annum. Zethus autem & Amphion inuentores Musicæ, fuerunt circa Cadmi ætatē. Quod si quis dicat Phemonoem primam Acrisio responsa cecinisse, sciat quod viginti & septē annis post Phemonoem fuit Orpheus, & Musæus, & Linus præceptor Hercules. Homerus autem & Hesiodus fuere Iliacis multò recentiores, post quos logè fuere recentiores Græcorū legislatores Lycurgus, & Solon, & septem sapientes, & Syrius Pherecydes, & magnus Pythagoras qui longè fuerunt inferius circa Olympiadas, ut prius ostendimus. Plurimis ergo qui apud Græcos coluntur Diis, non solum iis qui dicuntur Sapientes & Poetæ, ostensum est nobis Mosen esse antiquiorem. Neque verò is solus, sed etiam Sibylla dicitur Orphæo antiquior. De eius enim cognomine, & de iis quæ ab ea prolata sunt respōsis multa dicuntur, & cum esset Phrygia, appellatam esse Dianam, & cum ea ad Delphos accessisset, cecinisse: O Delphi,

Χρησθη-
σαν.

O Delphi, Phœbi ferientis qui eminus estis
 Serui, veni ad vos Iouis expositura potentis
 Mentem, in germanum cum sim bile percita Phœbum.

Est autem alia quoque quæ vocatur Herophile Erythraea. Harum meminit Heraclides Ponticus in libro de Oraculis. Mitto Aegyptiam, & Italicā quæ Romæ habitauit Carmentale, cuius fuit filius Euander, qui Romæ templum Panis, quod Lupercal appellatur, condidit.

COMMENTARIVS.

ET quod philosophorum quidem dogmata. Cum esset ostensurus quæ ab Hebræis suffurati sint Græci, prius ei fuit ostendendum Hebræorum scriptores esse Græcis antiquiores. Tatiani autem cuius hic meminit in hodiernum vsque diem extat oratio aduersus gentes. Casiani autem Exegetica adhuc extant nescio. Apion itaque Grammaticus. Carerit omni suspitione quod ab ipsis inimicis fertur testimoniū. Cum ergo Apio qui Iudæis aded erat infensus ut aduersus eos scripserit, eorum testetur antiquitatem, merito ei fides est habenda. Hic est autem Apion aduersus quem Iosephus scripsit librum De antiquitate Iudæorum. De Ptolomeo autem Mendefio sic scribit Tatianus; Extant etiam Annales Aegyptiorum diligēter concinnati, & rerum in eis contentarum interpres est Ptolomæus, non quidem Rex, sed Mendefius Sacerdos. Is vbi regum gesta narrat, sub Amosi Aegyptiorum Rege Iudæos ex Aegypto migrasse testatur in suam regionē Mosē ducem sequutos. Amosis autem fuit tēpore Regis Inachi. Quod autem refert Clemēs ex Ptolomæo Amosim effodisse Athyriam, non ita dicit Tatianus, sed Mariam. Is autem lacus dicitur etiam Mareotis, de quo vide Strabonem lib. xvij. De Argiuorū autem Regibus sic scribit Tatianus, Argiuorum Reges hi fuerunt, Inachus, Phoroneus, Apis, Criasis, Triopas, Argius, Phoibas, Crotopas, Sthenclaus, Danaus, Lynceus, Prærus, Abas, Acrisius, Perseus, Sthenelus, Euristheus, Atreus, Thyesta, Agamemnon cuius imperij anno decimo capta est Troia. Cur Cecrops dictus sit *διγενής*, hanc causam tradit Eusebius in Chronicis. Diphyes, inquit, dicebatur, id est à duabus naturis, siue ob longitudinem corporis, siue idcirco, quod cum esset Aegyptius, vtramque linguam sciebat, Græcam & Aegyptiam. Indigena autem quod Græcè est *αὐτόχθων*, quod Athenis esset ortus, & non aliunde oriundus, sicut & ipsi Athenienses se dicunt, *αὐτόχθωνες*, quod non aliunde venerint in Atticam. Sunt qui dicunt eos dici *αὐτόχθωνες*, quod primi terram coluerint: Cecropem verò dictum *διφύην*, quod matrimonium instituerit, quo factum est ut qui nascebantur, cum prius essent *μοροφύεις*, quod solum matrem agnoscerent, effecti sint *διφύεις*, ut qui agnoscerent patrem & matrem. Quoniam autem dicit Clemens res Atticæ Argolicis esse recentiores quatuor generationibus, res verò Arcadicas nouem, Phriticas autem quindecim, sciendum est generationem Græcè dici *γενεά*. *γενεά* autem, ut vult Eustathius in Homero est spatium triginta annorum, nec solum dicitur de hominibus, sed etiam de brutis & arboribus. Si autem generatio continet triginta annos, numerantur autem ab Inacho vsque ad tempus Troianum viginti generationes & plures, est perspicuum ex supputatione, non esse legendum, quadringenti anni, sed sexcenti, si de iis consulantur qui scripserunt Chronica. Fuit autem in Græcia. Multa paucis hic colligit que gesta sunt à tempore Inachi vsque ad Troiæ excidium, quæ quærenda sunt partim ab historiographis, partim à Chronicis. Quod autem præter illam primam tempore Noachi inundationem, duo alia fuerunt diluuiam, maius tempore Ogygis, & minus tempore Deucalionis, vide ut alios omitam Diuum Augustinum de ciuitate Dei, & Lud. Viuis in eum Commentarium. Quo autem mense & die capta fuerit Troia, in tanta autorum diuersitate, non est facile statuere. Computandorum autem dierum hæc fuit ratio apud Athenienses. Diuidunt mensem in tres decadas: Prima est *ισμηνίαι*, secunda *μεσσηνίαι*, id est mediantis, tertia *εσθηνίαι* seu *φθινοίαι*, id est desinētis. Cum autem ad vicesimum lunæ diem peruentum fuerit, retrogradæ dies computantur sicut apud nos Calendæ ad tricesimum vsque diem qui est primus & vltimus, & dicitur, *ἔμμεναι*. Sunt autem hi quos hic dicit, menses Atheniensium, *πρυτανίαι* quidem, qui magna ex parte respondet mensi Aprilis, *σκιρροφωρίαι* autem qui Maio, *παιέμας* autem est Græcus mensis, qui cui Latinorum mensium respondeat non satis constat. Porro autem de regno Cretæ in Creta sic Eusebius: Apud Cretam regnauit Cretes primus indigena, à quo dicta est Creta quem aiunt fuisse vnum Curetum, à quibus Iupiter fuit abscosus & nutritus. De Cretensium vero in Phœniciam deductione non memini me legere, legi tantum Mysiam terram obtinentibus Caribus, primos ex Græcis Cretenses in eam transisse, duce Racio & reliqua adiuncta multitudine quæ Racionem sequebatur: loca itaque maritima nauibus occuparunt, & potentia ibi valuerunt. Quæ autem citantur ex Platone in Timæo de Phoronæo & Niobe, sunt verba Solonis, quæ rogatus ab Aegypcio Sacerdote, ut de Græcorum diceret antiquitate, cum intelligeret grandæuus Sacerdos, hæc esse recentia si conferantur cum Aegyptiis, hæc dixit; O Solon Solon, Græci semper estis pueri, senex autem nullus est Græcus &c. Atque hæc quidem Plato, sed de Aesculapio quem Platonem esse secutum dicit Clemens, hodie quod sciam nihil habemus. De bello autem Eumolpi aduersus Athenienses sic scribit Paulanias: Facta inter Eleusinos & Athenienses pugna Erechtheus cecidit Rex Atheniensium, & Immaradus item Eumolpi filius. Bellum hæc conditionibus est confectum, ut Eleusini alijs in rebus obtemperarent Atheniensibus, initia verò Cereris seorsum administrarent, Deæ autem vtrique sacra Eumolpus & Celei filia peragerent. Quod autem de Iouis Athenas aduentu scribit Clemens, id intelligi poterit ex eodem Paulania, Mortuo, inquit, Hellene Rege reliqui Hellenis liberi Xuthum Thessalia expulerunt, crimine hoc intentato, quasi pecuniæ nonnihil paternis bonis subtractum in rem suam conuertisset. Hic Athenas cum profugisset, accepta in matrimonium Erechthei filia,

Cel. antiq.
lect. 18. cap.
25.

Lib. 1. & lib.
5. Iliad.

Lib. 18. c. 8.

Paulan.
Att. 7.

Paulan. lib.
7. Achai.

Achæum, & Ionem filios ex ea suscepit. Mortuo autem Erechtheo, de regni successione arbiter à filiis eius Xuthus est electus. Cùmque Cecropi natu maximo regni successione adiudicasset, reliqui Erechthei filij è regione eum eiecerunt. Profectus itaque in Ægialum, cùm aliquandiu ibi habitasset, diem obiit extremum. Ex liberis autem Achæus auxiliis collectis ex Ægialo & Athenis, Thesaliam inuasit, & regnum paternum recuperavit. Contra Ægialenses porro & Selinuntem eorum Regem cùm exercitum conscriberet Ion, missis legatis Selinus, vnica quam habebat filia Helina nuptias ei osterebant, regni que hæredem ipsum Ionem designabāt. Hæc quia Ioni non displicebant, imperium Ægialensium suscepit. Post Selinuntis mortem, Helicem item oppidum ab vxoris nomine in Ægialo condidit, & Ionas à suo nomine incolas appellauit. Id non mutatio nominis, sed additio fuit, Ægialenses enim Iones appellabantur. Hæc Pausanias. De iis quæ sequuntur, cum nihil aliud contineant quam meram temporum supputationem, & multa iam de iis dixerimus in oratione ad gentes, utpote de Sybillis & de Sarapi, & multis aliis, prætermisissis cæteris veniamus ad chronographiam Prophetarum qui fuerunt post Mosem. Sic ergo habet contextus.

XI. ^a OPERÆ PRECIUM est autem, cùm in hunc locum deuenimus, aliorum quoque Prophetarum, qui post Mosem fuerunt apud Hebræos, tempora exquirere. Postquam è vita excessit Moses, dux populi succedit Iesus, qui bellum quidem gessit lxxvj. annis: in terra autem illa bona quieuit xxvj. annis. Vt autem continet liber Iesu, Mosi successit vir prædictus annis xxvj. Deinde cùm peccassent Hebræi, traduntur Mesopotamiæ Regi Chusachar octo annis, ut refert liber Iudicum. Quum autem postea Deum orassent, ducem accipiunt Gothoniel, fratrem Chaleu iuniorum ex tribu Iuda, qui cùm interfecisset Regem Mesopotamiæ, præfuit populo annis deinceps quinquaginta. Et cùm rursus peccassent, traditi sunt Æglom Regi Moabitarum annis xxvij. Cùm autem rursus rediissent, eorum dux fuit Aod annis octoginta, vir qui ambabus manibus pro dextra utebatur, ex tribu Ephraim: Is est qui Æglom de medio sustulit. Mortuo autem Aod cùm rursus peccassent, traditi sunt Iabim Regi Chanaam xx. annis. Eius tempore fuit Prophetissa Debbora vxor Labidoth ex tribu Ephraim. erat autē Pontifex Ozias filius Riesu. Cùm per eam exercitum ductasset Barac filius Benner ex tribu Nephtalim, acie cōgressus cum Sisara principe exercitus Iabim, potitus est victoria. Atque hinc quidem populo præfuit Debbora, eum iudicans. Ea autem mortua cum rursus peccasset populus, Madianitis traditur annis vij. Post hæc Gedeon ex tribu Manasse, filius Ioæ, cùm ccc. in aciem produxisset, & centum & viginti eorum millia cecidisset, præfuit annis xl. Post quem eius filius Achimelech tribus annis. Ei successit Boleas filius Bedan filij Charran, ex tribu Ephraim. xxij. annis magistratum obtinens. Post quem cùm rursus peccasset populus, octodecim annis traditur Ammanitis. Cùm autem ducti fuissent pœnitentia, eis præest Iephthe Galaadites ex tribu Manasse, & præfuit vij. annis, Post quem dux fuit Abatthan, qui erat ex Bethleem, de tribu Iuda, annis vij. Deinde Ebron Zabulonites octo annis. Deinde Æglon ex Ephraim octo annis. Nonnulli autem septem annis Abatthan coniungunt quatuor annos Ebrom. Et cùm post eum rursus peccasset populus, alienigenis Philistæis subiicitur quadraginta annis. His autem reuersis, præest Sampson ex tribu Dan, cùm in bello vicisset alienigenas. Is fuit dux xx. annis. Et post eum, cùm nullus esset qui præesset, populum iudicauit Eli sacerdos quadraginta annis. Ei succedit Samuel Propheta, cum quo regnauit Saul, qui viginti septem annis regnum obtinuit. Is etiam Dauidem vnxit Regem. Mortuus est autem Samuel duobus annis ante Saulem, cùm esset Pontifex Abimelech. Is Saulem vnxit in Regem, qui primus post Iudices regnauit in Israël. Quorum vniersus numerus vsque ad Samuelem, anni sunt quadringenti sexaginta tres, menses septem. Deinde, ut habetur Regum primo, regnauit renouatus Saul xx. annis. Post mortem autem Saulis, regnat Dauid secundò in Chebron, filius Iesse, ex tribu Iuda, quadraginta annis, ut continet secundus Regum. Erat autem Pontifex Abiathar, filius Abimelech, ex cognatione Eli. Fuerunt autem Gad & Nathan propheta eius tempore. Fiunt ergo à Iesu Naue vsque ad tempus quo Dauid regnum accepit, ut nonnulli quidem volunt, anni

Græcè est
παραρῶν
τα λέγο
σαρα.
ἀναρχίας
ἔσσι.

ἐπινακλι-
ῶσι.

lunt, anni quadringenti quinquaginta: ut autem proposita ostendit chronographia, colliguntur anni quingenti viginti tres menses septem, vsque ad mortem Dauidis. Postea regnauit Solomon filius Dauid annis quadraginta. Eius tempore fuit perpetuò propheta Nathan, qui etiam eum adhortatus est ut templū extrueret. Similiter autem Athias quoque prophetauit in Silo. Erant autem ambo quoque reges, Dauid & Solomon propheta. Sadoc autem primus Pontifex sacrificauit in templo quod edificauit Solomon qui erat octauus ab Aaron primo Pontifice. Sunt ergo à Moysse vsque ad aetatem Solomonis, ut dicunt quidem aliqui, anni quingenti nonaginta quinque: ut alij autem, quingenti septuaginta sex. Si quis autem, ijs qui sunt à Iesu vsque ad Dauid, quadringentis quinquaginta annis, quadraginta annos quibus dux fuit Moyses connumerauerit, & alios octoginta annos quod natus erat Moyses, priusquam exirent ex Ægypto Hebræi, & his adiecerit quadraginta annos regni Dauid, colliget omnes annos sexcentos decem. Accuratius autem ac perfectius procedet nostra chronographia, si quingentis & viginti tribus annis & septem mensibus vsque ad mortem Dauidis, adiecerit quis centum & viginti annos Moysis, & Solomonis quadraginta. Colliget enim omnes vsque ad mortem Solomonis, annos sexcentos octoginta tres septem menses. Hiramus dat suam filiam Solomoni, quo tempore post Troiam captam venit Menelaus in Phœniciam, ut ait Menander Pergamenus, & Letus in Phœniciis. Post Solomonem autem regnat Roboam, filius eius, annis septendecim. Erat autem Pontifex Abimelech filius Sadoc. Eius tempore diuiso regno in Samaria, regnat Hieroboam ex tribu Ephraim, seruus Solomonis. Prophetauit autem Athias quoque Silonites, & Sameas filius Amame, qui etiam ex Iuda abiit ad Roboam, & prophetauit super altare. Post eum regnauit Abiu filius eius, annis viginti tribus, & similiter eius filius Athaman. Is in senectute laborauit podagra. Prophetauit autem eius tempore Iehu filius Anania. Post eum regnauit Iosaphat eius filius, annis quinque. Eius tempore prophetarunt Helias Thesbites, & Micheas filius Ieble, & Abdias filius Anania. Tempore autem Michea erat pseudopropheta Sedecias filius Chanaan. Post eos sequitur regnum Ioram filij Iosaphat ad octo annos, cuius tempore prophetauit Helias, & post Heliam Helisæus filius Saphat. Eius tempore, ij qui erant in Samaria, comederunt sterces columbae, & suos liberos. Tempus autem Iosaphat extenditur ab vltima parte tertij Regum vsque ad quartum. Tempore autem Ioram assumptus est Helias. Cœpit autem prophetae Helisæus filius Saphat sex annis, cùm esset natus annos quadraginta. Deinde Ochozias regnauit anno vno. Eius tempore adhuc prophetabat Helisæus, & cum eo Abdadonæus. Post eum mater Ozia Gotholia regnat octo annis, interfectis filijs sui fratris: erat enim ex genere Achab. Soror autem Ozia Iesabæa suffurata est filium Ozia, Ioas, & ei postea regnum tribuit. Tempore huius Gotholiam adhuc prophetabat Helisæus, postquam regnauit, ut dixi antea, Ioas, qui fuit seruatus à Iesabæa vxore Iodæ Pontificis. Fiunt autem omnes anni quadraginta. Colliguntur ergo à Solomone vsque ad mortem Helisæi prophetae, ut nonnulli quidem dicunt centum & quinque: ut alij autem, centum & duo: ut quæ est autem proposita ostendit chronographia, à regno Solomonis anni centum octoginta vnus. A temporibus autem Troianis vsque ad ortum Homerij, ex Philochori quidem sententia, fiunt centum & octoginta anni post Ioniam deductam coloniam. Aristarchus autem in commentarijs Archilochiis, dicit eum fuisse tempore deductionis coloniam Ionicam, quæ fuit centum & quadraginta annis post Troiana tempora. Apollodorus autem ceterum annis post deductam coloniam Ionicam, cùm Agesilaus Dorysæus esset rex Lacedæmoniorum, adeo ut ad eum peruenerit Lycurgus legislator, cum esset adhuc iuuenis. Euthymenes autem in Chronicis dicit eum floruisse cum

ἀπὸ τῆς
ἀπορίας.

Hesiodo, tempore Acasti, & natum fuisse in Chio circiter annum ducentefimum, post Troiam captam. In hac autem sententia est etiam Archemachus in tertio Eubæicorum. Quo fit, ut ipse & Hesiodus sint Heliseo propheta recentiores. Quod si quis velit sequi Grammaticum Cratetem, & dicat fuisse Homerum circa reditum Heraclidarum, octoginta annis post captam Troiam, inuenietur rursus Solomone posterior, cuius tempore fuit Menelai aduentus in Phœniciam, ut antè dictum est. Eratosthenes autem centesimo anno post captam Troiam, refert Homeri ætatem. Quinetiam Theopompus in quadragesimo tertio rerum Philippicarum, refert Homerum fuisse quingentis annis post eos qui in Ilio militarunt. Euphorion autem in opere de Aliadibus, dicit cum fuisse tempore Gygis, qui cœpit regnare octauadecima Olympiade, quem etiam dicit primum nominatum esse tyrannum. Sosibius autem Lacon in descriptione temporum, redigit Homerum in octauum annum regni Charilli Polydecti. Ac regnavit quidè Charillus annis sexaginta quatuor, post quem filius Nicander annis triginta nouem. In trigesimo quarto eius anno dicunt fuisse positam primam Olympiadem, adeo ut esset utique Homerus nonaginta annis ante quam posita essent Olympia. Post Ioam regnum excipit Amasias eius filius annis triginta nouem. Ei similiter succedit Ozias eius filius annis quinquaginta duobus. Is autem mortuus est leprosus. Eius autem tempore prophetarunt Amos & Esaias eius filius, & Osee filius Beeri, & Ionas filius Amathi, qui erat ex Geth Chober, qui predicauit Nininitis, qui ex ventre ceti excessit. Deinde regnat Ioathan filius Ozia annis sedecim. Eius tempore adhuc prophetabat Esaias & Osee, & Michæas Moaraithites, & Ioël filius Bathuël. Ei succedit eius filius Achaz annis sedecim. Eius tempore decimo quinto anno abductus est Israël Babylonem, & Salmanasar rex Assyriorum transmigrare fecit eos qui habitabant in Samaria, ad Medos & Babylonem. Achaz rursus succedit Osee annis octo. Deinde Ezechias annis viginti nouem. Ei propter sanctitatem, cum ad finem vitæ peruenisset, largitur Deus per Esaiam, ut uiueret alios quindecim annos, per regressum Solis. Ad eum usque peruenierant prophetantes Esaias, & Osee, & Michæas. Hi autem dicuntur fuisse post ætatem Lycurgi legislatoris Lacedæmoniorum. Diuchidas enim in quarto Megaricorum, circa ducentefimum nonagesimum annum ex quo Troia fuit secundo capta, dicit floruisse Lycurgum. Esaias autem à regno Solomonis, cuius tempore ostensum est Menelaum venisse in Phœniciam, ducentesimo anno adhuc prophetasse cernitur, & cum eo Michæas & Osee & Ioël filius Bathuël. Post Ezechiam autem, filius eius Manasses regnat annis quinquaginta quinque. Deinde eius filius Amos duobus annis. Post quem eius filius Iostas iusti & æqui obseruantissimus, annis triginta & uno. Is imposuit membra hominum supra membra idolorum, quemadmodum scriptum est in Leuitico. Eius tempore anno decimo octauo pascha actum est, quod à Samuele, neque in eo quod intercesserat tempore fuerat celebratum. Tunc etiam Chelcias sacerdos, pater Hieremias Propheta, cum in librum legis incidisset in templo reconditum, eo tecto vitam finit. Eius tempore prophetauit Olda, & Sophonias, & Hieremias. Tempore autem Hieremias fuit pseudopropheta Ananias filius Iosia. Is cum non audisset Hieremiam prophetam, interemptus est à Nechao rege Egypti in fluuio Euphrate, cum ei occurrisset proficiscenti aduersus Egyptios. Iosia succedit Ieconias, & Ioachas eius filius, mensibus tribus & decem diebus. Eum Nechao rex Egypti uinctum abduxit in Egyptum, cum pro eo constituisset Regem fratrem eius Ioachim, tributarium regionis, annis undecim. Post eum Ioachim eiusdem cum eo nominis, regnavit tribus mensibus. Deinde Sedechias annis undecim, & ad eum usque peruenit prophetans Hieremias. Prophetarunt autem & Buzi & Vrias filius Samei, & cum eo Abacum. Hic accipiunt finem Hebræi Reges. Fiunt ergo à Moysis

Moysis quidem ortu usque ad hanc transmigrationem, ut nonnulli quidem dicunt, anni noningenti septuaginta duo: ex accurata autem & exacta chronographia, mille octoginta quinque, sex menses, decem dies. A regno autem Dauidis usque ad captiuitatem quæ facta est à Chaldæis, anni quadringenti quinquaginta duo, menses sex: ut autem colligit nostra accurata temporum supputatio, quadringenti anni octoginta duo, menses sex, decem dies. In duodecimo autem anno regni Sedechia, Nabuchodonosor septuaginta annis ante principatum Persarum, aduersus Phœnices & Iudæos bellum gessit, ut dicit Berosus in historijs Chaldaicis. Ioabas autem scribens de Assyrijs, fatetur se à Berofo sumpsisse historiam, vera esse quæ ab eo dicuntur testificans. Nabuchodonosor ergo excacatum Sedechiam abducit Babylonem, & totum facit populum transmigrare. Fuit autem hæc captiuitas septuaginta annis, paucis exceptis, qui confugerunt in Egyptum. Prophetarunt autem etiam tempore Sedechia Hieremias adhuc & Abacum. Quinto autem anno eius regni Babylone prophetauit Ezechiel. Post quem Naum Propheta. Deinde Daniel. Rursus uero post eum prophetarunt Aggeus & Zacharias, primi Darij tempore, duobus annis. Post quem qui fuit in duodecim, Angelus. Post Aggeum autem & Zachariam Neemias, qui fuit princeps pocillatorum Artaxerxis, filius autem Acheli Israëlita, ædificauit ciuitatem Hierusalem, & templum extruxit. In hac captiuitate fuit Esther & Mardocheus, cuius habetur liber, sicut etiam Machabaorum. In hac captiuitate cum statuat adorare nolissent Misaël, Ananias & Azarias, iniecti in fornacem ignis, seruari sunt apparente Angelo. Tunc per Draconem iniectus Daniel in lacum leonum, ab Abacuc diuina prouidentia nutritur, septimo die seruatur. Hic etiã factum est signum Ionæ, & Tobias per Raphaelẽ Angelum Saram ducit uxorem, cum demon septem primos eius procos sustulisset: & post nuptias Tobia, pater eius Tobet visum recipit. Hic Zorobabel cum aduersarios uicisset sapientia, emit à Dario renouationẽ Hierusalem, & cum Esdra rediit in patriam, per quem facta populi redemptio, & diuinitus inspiratorum eloquiorum recensio & renouatio, & pascha salutare celebratum est, & soluta est affinitas quæ Hebræis intercesserat cum alienigenis. Publico autem præconio proclamauerat Darius Hebræorum restitutionem. Cum autem Darij tempore effectum esset quod promiserat, celebratum festum Encaniorum, sicut etiam Tabernaculorum. Fiunt autem anni omnes cum annis captiuitatis usque ad populi restitutionem, ab ortu quidem Moysis, anni mille centum quinquaginta quinque, menses sex, decem dies. A regno autem Dauid, anni, ut nonnulli quidem, trecenti quinquaginta duo: ut autem dicam accuratius, quingenti septuaginta duo, menses sex, decem dies.

Malachias
ab Hebræis
uocatur
Angelus.

COMMENTARIVS.

OPERÆPRETIUM est autem cum in hunc locum deuenimus. Moysi primo Iudæorum duci, & datis à Deo tabulis legislatori successerunt Iudices, quorum alij electi sunt à senioribus, alij autem, & ad regendum populum, & à captiuitate, qua ab alienigenis propter eorum peccata, Deo ita permittente opprimabantur, liberandum, à Deo sunt inspirati & incitati. Eos omnes sicut & Moysen, uocat Clemens Prophetas, quod quæ ab eis fiebant futurorum aliquam significarent prædictionem. Quæ autem hic scripta sunt, non sunt aliud quam eorum quæ à Iudicibus gesta sunt succincta historia, quæ quidem sumpta est non ex Hebræo, sed ex editione Septuaginta. Quæ quidem licet, quod ad rei ueritatem attinet ab Hebræo minime discrepet, sæpe tamen in ea non nihil mutata sunt nomina propter linguæ Hebrææ & Græcæ uariarum sonum & diuersam prononciationem, & nonnunquam non est eadem ratio temporum. Vtrobique enim non constat idem numerus, cum & temporis iniuria & scriptorum nimia negligentia, in Septuaginta uersione multa sint mutata quæ in ueritate Hebraica eadem semper sunt & integra. Hinc accidit quod in Hebræorum & Græcorum qui Septuaginta sequuntur cronologia magna sæpe sit differentia. Primus Iudex fuit quæ Hebræi dicunt Iosuas, Græci autem leniore, & aptiore linguæ suæ sono in *iosuā*, id est Iesum appellat. Is populum rexit ut Septuaginta quidem habet uersio 67. annis, ut autem Hebraica ueritas 68. Primus Iudex ex tribu Iuda fuit ut Septuaginta habet uersio, Gothoniel, ut Hebraica autem ueritas, Othoniel. Is interfecto rege Mesopotamiæ Chusauratham, ut habent Hebræi, ut Septuaginta autem, Chusacar cui pro peccatis 8. annis traditus fuerat populus, populo præfuit, ut est in uersione Septuaginta, quinquaginta an-

nis, ut autem in veritate Hebraica quadraginta. Aod autem qui occiso Eglom rege Moabitarum liberavit populum, praefuit Iudaeis octoginta annis, in quo consentit & septuaginta versio, & Hebraica veritas. Ceterorum Iudicum & eorum interregnum chronologiam vide apud Eusebium in Eusebij Caesariensis chronica, à D. Hieronymo, versu & in G. Genebrardi Theologi Parisiensis & literarum Hebraicarum professoris chronographia, & Nicolai beguini Rhemenfis civis & Canonici in suo Apostolico Calendario exactam temporis supputationem usque ad Christum. Quod autem legitur in litera Clementis, Abimeleci successisse Boleam filium Bedam, & ex Hebraeo & ex versione Septuaginta est perspicuum esse legendum, non Boleam, sed Tholam filium Phua filij Dodo, vel patruus eius scilicet Abimelec. Iair autem ne meminit quidem Clemens. Hebraei autem dicunt eum praefuisse 22. annis. Quos autem Iudices deinceps sequentes appellat Clemens, Aratham, Ebrom, Eglon, ex veritate Hebraica sunt vocandi, Abellam, Ahialom, Abdon. 10 Abellam autem Eusebius vocat Ilebom, Achialon, Laddon. Ex iis autem quae scribunt & Clemens & Eusebius, constat non satis expeditam esse temporis horum Iudicum supputationem. Post Laddon, inquit Eusebius, Hebraeos in ditionem redegerunt alienigenae annis 40. qui computantur temporibus Iudicum posteriorum secundum Iudaeorum traditiones. Clemens autem dicit, Nonnulli autem septem annis Abatan coniungunt quatuor annos Ebrom. Genebrardus autem, ut hanc solvat dubitationem sic scribit: Iair Iudex fuit annis 22. Inde nullum ducem habuerunt usque ad Iephten annis 18. Sed haec relinquo examinanda iis quibus vacat haec inquirere. In iis autem quae sequuntur, cum nihil aliud contineat quam chronologiam, non est quod magnopere immoremur. Poterit enim lector per se eorum inire supputationem, imo tantum recognoscere ut quae iam facta sit à Clemente. Qua omissa videndum est si praeter eam aliquid occurrat quod sit dignum quod notetur. ^a A temporibus autem Troianis usque ad ortum Homeri. De Homero sic scribit Eusebius in Chronicis, Homerus secundum quorundam opinionem his fuisse temporibus iudicatur, nempe Melanthij 15. regis Atheniensium. Quanta autem de eo apud veteres fuerit dissonantia, manifestum esse poterit ex sequentibus. Quidam eum ex quibus Crates, ante descensum Heraclidarum ponunt, Eratothenes post centesimum annum Troianae captivitatis, Aristarchus Ionica emigratione, siue post annum centesimum, Philochorus emigrationis Ionicae tempore sub Archippo Atheniensium magistratu & post captam Troiam annis 180. Apollodorus Atheniensis post 240. annum euerfionis Ilij. Exiterunt alij qui modico tempore antequam Olympiades inciperent 400. retro annis Troianae captivitatis eum fuisse putent, licet Archilochus 23. Olympiades, & quintum Troianae euerfionis annum supputet. His si adiungas quae scribit Clemens, perspicuum erit non minorem esse controuersiam quando natus, quam in qua urbe natus sit Homerus. ^e Euphorion autem in opere de Aladibus. Sic scribit Herodotus lib. 1. Gygem regem Lydiae Candaulem interfecisse, & stuprata eius vxore regno esse potitum. Hac fortasse de causa primus fuit appellatus tyrannus, ut scribit Euphorion, Gygis autem sceleris luit postea poenas Cræsus eius abnepos. Rem autem ita esse gestam nec Plato secundo de repub. nec Cicero tertio de officiis existimant. ^d Post quem eius filius Iosias. Quam pius fuerit Iosias, & verae religionis zelator, & quanto odio habuerit idololatram, licet videre in libris Regum. Excelsa enim polluit, & contriuit statuas, & succidit lucos, repleuitque loca eorum ossibus mortuorum. Eius autem pietas & zelus in Leuitico fuit praedictus à Deo. Destruam, inquit, excelsa vestra, & simulachra vestra. Caderis inter ruinas idolorum vestrorum, & abominabitur vos anima mea &c. Quod autem nostra versio habet; Cader inter ruinas idolorum vestrorum, Septuaginta habent: *ἡνικήσω τὰ κῶλα τῶν εἰδωλῶν ὅτι τὰ κῶλα τῶν εἰδωλῶν*, id est, imponam membra hominum super membra idolorum: Targum verò Chaldaicum, Dabo cadauera vestra super cadauera idolorum vestrorum. Quod ergo Deus praedixerat in Leuitico, id à Iosia fuit impletum. Post quem qui fuit in duodecim Angelus] Quo tempore prophetarint Propheta pulchre ostendit Clemens, cuiuslibet Regi suos assignans Prophetas. Hi pro certo habent 12. Prophetarum, vltimum prophetasse Malachiam. De eo autem quid beatus dicat Hieronymus videre licet in prooemio Commentarij in eundem Malachiam. Malachi, inquit nomen Septuaginta transtulerunt *τὸ ἄγγελος αὐτοῦ*, id est Angeli eius, dicentes, assumptio Verbi Domini super Israël in manu Angeli eius, pro quo in Hebraico legitur Malachi, quod rectius & expressius dicitur Angelus, id est nuncius meus. Nec putandum est iuxta quorundam opinionem Angelum venisse de caelo, & assumpsisse corpus humanum, ut Israël, quae à Domino mandata sunt loqueretur, &c. Hic ergo Malachias est Angelus diceretur, non erat tamen Angelus qui à caelo descenderat, sed dictus est Angelus, id est nuncius, ut qui mandata Dei nunciaret. ^f In duodecimo anno regni Sedechiae. De Berofo diximus in oratione exhortatoria ad gentes. ^g Tunc per Draconem iniectus Daniel in lacum leonum. Existimo etiam refragetur vnicum quod habemus exemplar, non per Draconem, sed per Darium esse legendum. Nam iniici quidem iussit Darius, etiam id aegre ferret. Quod si legatur per Draconem, intelligendum id fuisse factum instigatione Diaboli qui metaphorice Draco dicitur.

XII.

Daniel. 9.

^a IMPLETA sunt ergo à captiuitate qua tempore Hieremiae prophetae fuit Babylone, ea quae à propheta Daniele dicta sunt, quae sic habent: Septuaginta hebdomades abbreviate sunt super populum tuum, & super civitatem sanctam tuam, ut consumatur peccatum, & ut obsignet peccata & deleat iniquitates, & ut expiet, & ut agat iustitiam sempiternam, & obsignet visionem & prophetam, & unget sanctum sanctorum: & cognosces & intelliges ab exitu sermonis, ut respondeas, & aedifices Hierusalem. Usque ad Christum Ducem hebdomades septem & hebdomades septuaginta duae erunt, & conuertetur & aedificabitur platea & murus, & inaniuntur tempora, & post sexaginta duas

duas hebdomadas exterminabitur Chrisma, & iudicium non est ipsi, & civitatem & sanctum destruet cum Duce veniente. Excidentur in inundatione, & usque ad finem belli abbreviati deletionibus. Et confirmabit testamentum multum hebdomade una, & in dimidio hebdomadis tolletur sacrificium meum & libamen, & in templo abominatio desolationum, & usque ad consumationem temporis, consumatio dabitur in desolationem. Et dimidium hebdomadis cessare faciet thymiama sacrificij: & expansio destructionis usque ad consumationem & instar destructionis libaminis. Quod itaque in septem hebdomadibus aedificatum sit templum, hoc clarum est. In Esdra enim scriptum est: Et sic fuit Christus rex dux Iudaeorum, cum impletae essent septem hebdomades in Hierusalem, & in sexaginta duabus hebdomadibus quieuit uniuersa Iudaea, & fuit absque bellis, & Dominus noster Christus sanctus sanctorum cum venisset, & visionem impleisset & prophetam, in carne unctus est patris sui spiritu. In his sexaginta duabus hebdomadibus, quemadmodum dixit Propheta, & in una hebdomade, Dominus dimidium hebdomadis tenuit Nero regnans, & in sancta civitate Hierusalem statuit abominationem: & in dimidio hebdomadis, & ipse sublatus est, & Otho & Galba & Vitellius. Vespasianus autem & imperium obtinuit, & Hierusalem diruit, & sanctum desolatum reddidit. Et quod haec ita se habeant, ei qui potest quidem intelligere, clarum est, sicut dixit Propheta. Cum itaque impleretur undecimus annus, in principio sequentis, regnante Ioachim, facta est captiuitas Babylonica à rege Nabuchodonosor, cum septimo iam anno rex esset Assyriorum, Vafreus autem secundo anno esset rex Aegyptiorum, Philippus autem magistratum summum gereret Athenis, primo anno quadragesimae octavae Olympiadis. Māsit autem captiuitas annis septuaginta; ut quae cessarit anno secundo Darij Hystaspis filij, qui fuit rex Persarum, Assyriorum & Aegyptiorum, cuius tempore, ut prius dixi, Aggaeus & Zacharias, & qui fuit ex duodecim Angelus, prophetauerunt. Erat autem Pontifex Iesus Iosedec filius. In secundo autem anno regni Darij, quem dicit Herodotus Magorum dissoluisse imperium, mittitur Zorobabel filius Salathiel, ut excitet & exornet templum quod erat Hierosolymis. Colliguntur autem sic quoque Persarum tempora. Cyrus annis triginta: Cambyses nouemdecim: Darius quadraginta sex: Xerxes viginti sex: Artaxerxes quadraginta & unum: Darius octo, Artaxerxes quadraginta duos: Ochus vel Arses, tres. Colliguntur autem simul anni regum Persarum ducenti triginta quinque. Cum hunc itaque Darium sustulisset Alexander Macedo, ijs annis qui sunt adiecti regnare incipit. Similiter ergo Macedonum quoque Regum tempora sic colliguntur. Alexander annis decem & octo: Ptolemaeus Lagi filius, annis quadraginta: Ptolemaeus Philadelphus annis viginti septem: deinde Euergetes, annis viginti quinque: deinde Philopater, annis septem decem: post quem Epiphanes, annis viginti quatuor: ei succedit Philomater, & regnat annis triginta quinque: post quem Fuscon, annis viginti nouem: deinde Lathurus, annis triginta sex: deinde qui fuit cognominatus Dionysius, annis viginti nouem: postrema regnavit Cleopatra viginti duobus annis. Postquam fuit regnum Cappadocum octo decem dierum. Fiunt ergo simul coniuncta Macedonum tempora, anni trecenti duodecim, dies octodecim. ^b Ostenditur ergo eos qui tempore Darij Hystaspis filij secundo anno eius regni prophetauerunt, nempe Aggaeus & Zachariam, & Angelum qui fuit ex duodecim, cum in primo anno quadragesimae octavae Olympiadis prophetarint, esse Pythagora antiquiores, qui fertur fuisse sexagesima secunda Olympiade: & Thalete, qui ex Graecorum sapientibus fuit antiquissimus, qui fuit circa quinquagesimam Olympiadem. Qui autem cum Thalete connumerati sunt sapientes, fuerunt eodem tempore, ut ait Androm in Tripode. Heraclitus enim cum esset Pythagora posterior, eius in suis scriptis meminit: unde

Strom.
testamen-
tum pactū.

citra controversiam, etate eorum qui prius dicti sunt Prophetarum simul cum ijs etiam qui septem dicuntur sapientes, antiquior fuerit prima Olympias, quae etiam ostenditur fuisse Iliacis posterior, quadringentis septem annis. Facile ergo potest perspicui, Solomonem qui fuit tempore Menelai (is autem fuit temporibus Troianis) fuisse Graecorum sapientibus multis annis antiquiorem. Eo autem rursus quot sit annis prior Moyses, in ijs quae ante dicta sunt à nobis declaratum est. Alexander autem qui Polyhistor, hoc est, Multiscius est cognominatus, in suo opere de Iudaeis, aliquas scripsit epistolas, Solomonis quidem & ad 10 Vafrem regem Aegypti, & ad regem Phoeniciae Tyrionum, & eorum ad Solomonem, in quibus ostenditur quidem Vafrem octoginta millia virorum Aegyptiorum ei misisse ad templi adificationem: alterum autem totidem cum architecto Tyrio, ex matre Iudaea, ex tribu David, ut illic scriptum est, cui nomen Hyperon. Quinetiam Onomacritus Atheniensis, cuius dicuntur esse poemata quae Orpheo adscribuntur tempore principatus Pisistratidarum, circa quinquagesimam Olympiadem inuenitur. Et Orpheus Musai discipulus qui una cum Hercule nauigauit. Amphion autem duabus generationibus praecedit 20 Iliaca. Demodocus verò & Phemius, post Troiam captam: ille quidem apud Phaeacas, hic verò apud Procos, propter artem pulsandi citharam in magna erat existimatione. Iam verò quae Musai feruntur esse responsa, aiunt esse Onomacriti. Cratetem verò Orphei, Zopyri Heracliotae, & descensum ad inferos esse Prodicum Chij. Ion autem Chius in trigrammis refert Pythagoram hac quoque Orpheo tribuere. Epigenes autem in ijs quae scripsit de poesi quae refertur ad Orpheum, dicit esse Cercopis Pythagorei descensum ad inferos, & sacram orationem: pepulum & autem & Physica, Brontim. Porro autem nonnulli 30 quoque Terpandrum inter priscos referunt. Hellanicus certe cum refert fuisse tempore Medae. Phanius autem ponens Leschen Lesbium ante Terpandrum, refert Terpandrum esse Archilochi recentiorem, Leschen autem concertasse cum Arctino & vicisse. Xanthus autem Lydius circa octauamdecimam Olympiadem. Ut autem Dionysius, circa quintamdecimam Olympiadem Thasum fuisse conditam, ut sit consentaneum iam cognitum fuisse Archilochum post vicesimam Olympiadem. Meminit certè & Magnetum exitij, quod paulò ante fuerat. At fertur quidem Simonides fuisse tempore Archilochi: Callinus 40 autem non multò antiquior. Magnetum enim qui perierant meminit Archilochus. Hic verò, ut quorum essent res secundae, meminit. Eumelus autem Corinthius cum esset antiquior, dicitur peruenisse usque ad Archiam qui condidit Syracusas. Et hac quidem inductus sum ut dicerem, quòd maximè quidem inter vetustissimos Poetas ponant Cyclicos. Iam verò inter Graecos quoque dicuntur fuisse multi qui responsa dederunt, sicut Bacides: unus quidem Beotius, alter verò Arcas, qui multa multis praedixerunt. Atheniensis autem Amphileti consilio Pisistratus quoque confirmavit tyrannidem, cum ei inuadendi tempus significasset. Taceatur enim Cometa Cretensis, Cyniras Cyprius, Admetus Thessalus, Aristaeus Cyrenaeus, Amphiaras Atheniensis, Timotheus Corcyreus, Demenetus Phocensis, Epigenes Thespiensis, Nicias Carystius, Aristoteles Thessalus, Dionysius Carthagenensis, Chleophon Corinthius. Hippo filia Chironis, & Bæo, & Nanto, & Sibyllarum turba, Samia, Colophonia, Cumana, Erythraea, Phyto, Taraxandra, Macetis, Thessala, Thesprotis: & rursus Chalcas & Mopsus qui fuerunt Troianis temporibus: antiquior autem Mopsus, ut qui nauigaret una cum Argonautis. Aiunt autem Battum Cyrenaeum composuisse eam quae Mopsi dicitur diuinationem. Et Dorotheus in primo libro qui inscribitur Pandecta, refert Mopsi adijisse Alcyonem & Coronem. Praescientia autem Pythagoras quoque Magnus semper mentem adhibuit, & Abaris Hyperboreus, & Aristaeus Proconnesius, & Epimenides Cretensis qui venit Spartam, & Zoroaster

& Zoroaster Medus & Empedocles Agrigentinus, & Phormio Lacon. Quinetiam Polyaratus Thasius, & Empedotimus Syracusanus, & post hos maximè Socrates Atheniensis. Est enim mihi, inquit in Theage, quod ab ineunte aetate diuina sorte accidit, signum demonis. Id autem est vox, quae ubi fuerit edita, retinet ne faciam quod sum facturus; hortatur autem nunquam. Et Excestus Phocensium tyrannus duos gestans * incantatos 20 annulos, qui inter se inuicem ab eis edebatur sonitu, sciebat tempus rerum gerendarum, mortuus tamen est dolo interfectus, etiamsi id ei prius significasset sonitus, ut dicit Aristoteles in opere de Repub. Phocensium. Quinetiam ex ijs qui aliquando fuere homines in Aegypto, opinione autem hominum Diu fuerunt, Hermes Thebanus, & Aesculapius Memphitanus, & rursus Tiresias & Manto Thebis, ut dicit Euripides. Iam Helenus & Laocoon & Oenone & Brenus in Ilio. Crenus enim vnus Heraclidarum dicitur insignis vates, & Iacus alius in Elide, à quo Iacida, & Polyidus Argis & Megaris, cuius meminit Tragedia. Quid opus est recensere Telemum, qui cum esset vates Cyclopi, praedixit Polyphemo ea quae in errore Ulyssis euenerunt: aut eum qui erat Athenis Onomacritum: aut Amphiarum, qui cum septem qui aduersus Thebas bellum gesserunt, fertur Troia capti 30 vna generatione fuisse posterior: aut Theoclymenum in Cephalenia, aut Telmessum in Caria, aut Galeum in Sicilia? Praeter hos autem fuerint etiam alij, Idmon: qui fuit cum Argonautis, Phemonoë Delphis, Mopsus Apollinis filius, & Manteus in Pamphylia, & Amphilocheus Amphiarai filius in Cilicia, Alcmeon apud Acarnanes, Anias in Delo, Aristander Telmessensis, qui fuit cum Alexandro. Iam verò Philochorus, in primo de diuinatione, refert Orpheum fuisse Vatem. Theopompus autem & Ephorus & Timaeus Orthagoram quendam Vatem fuisse scribunt, quemadmodum Pythocles Samius in quarto rerum Italicarum Caium Iulium Nepotem.

COMMENTARIVS.

* IMPLETA sunt ergo. Nihil est quod Iudaeorum magis conuincat pernicitiam quam haec Danielis septuaginta hebdomades, quae eo tempore Christum veterum qui venit significarunt. Quod quidem fuit adeo perspicuum, ut ipsi Iudaei omnia quae rentes subterfugia nullum inuenerint per quod id possent inficiari. Harum hebdomadam supputationem & interpretationem quaere apud D. Hieronymum in 9. caput Danielis, ubi multos citat earum interpretes, & inter ceteros nostrum Clementem. Eius autem haec sunt verba, Clemens 40 vir eruditissimus Presbyter Alexandrinae Ecclesiae, paruipendens annorum numerum à Cyro rege Persarum vsque ad Vespasianum & Titum Imperatores Romanos, septuaginta annorum hebdomadas dicit esse completas, id est annos quadringentos nonaginta, additis in ipso numero duobus millibus trecentis diebus, de quibus supra diximus: Persarumque & Macedonum, & Caesarum tempora in his hebdomadibus enumerare conatur, cum iuxta diligentissimam supputationem, à primo anno Cyri regis Persarum & Medorum in quo imperauit & Darius, vsque ad Vespasianum & euerstionem templi, supputentur anni sexcenti triginta sex. Haec Hieronymus qui existimat non fuisse exactam Clementis supputationem, qui tamen sedule egit ut perfectam afferret temporis rationem, sed fieri potuit ut non satis esset correctum exemplar Clementis quod habuit Hieronymus; suspicor quidem certe non carere mendo quod Graecè legitur, ἐξήκοντα ἑβδομαδοὶ καὶ δώδεκα εἴκοσι ἡμέραι, καὶ ὅτι τὴν μίαν ἑβδομάδα κλέος ἑβδομάδες τὴν ἡμισυ κατέχει Νέρον βασιλέα. Quod sic verti. In his sexaginta duabus hebdomadibus, quemadmodum dixit Propheta & in vna hebdomada Dominus, dimidium hebdomadis tenuit Nero &c. Haec quidem sic verti non satis intelligens, quid sibi vellet, & cupiens hunc locum in integrum restitui. Quod autem Danielis hebdomadarum numerus vel abundare videatur vel deficere, causae possunt esse variae. Earum enim principium sumunt aliqui à Cyro primo Hebraeorum libertatis assertore: alij à Dario Longimano, quo secundo auctore & assertore templi quod fuerat quidem ceptum sed perfici prohiberetur, fuit omni ex parte perfectum. Alia quoque fuit causa, dierum intercalatio quae annis addebatur lunaribus, ut cum annis solaribus congruerent, quos dicit Hieronymus ex sententia Clementis fuisse mille & trecentos dies. De his vide Theodoretum in hoc caput 9. Atque Persarum quidem tempora diligenter enumerat, sed non tam exactè, quam Genebrardus in suis Chronicis, & Nicolaus Beguinius Remensis & Cuius & Canonicus in suo Calendario Apostolico. Ad eos ego lectorem remitto. Regum quoque Aegypti & seriem & tempora diligenter recenset, sed regni Cappadocum quod Cleopatra subiicit dicitque fuisse tantum 18. dierum non memini me alibi factam legere mentionem. Caesarum autem vsque ad Vespasianum & Titum quod nomina sola recenset, tempora autem non supputet, hanc puto esse causam, quod Christo passio imperante Tiberio, impletæ erant hebdomades, sed nondum executioni erant mandata quae mox erant futura. A Deo iam erat vnctus Christus sanctus sanctorum, eius sacrificium iam erat institutum: abrogatæ legi veteri iam successerat noua. In Iudæa quidem iam praedicatum erat Euangelium, testabat ut per vniuersum orbem terræ hac promulgarentur. A Iudæis in seipfos la-

ra, qua Christi sanguinem in se & in suos filios conuertendum sunt imprecati, sententia à Deo erat appro-
 bata, sed capris demum Hierosolymis in ipsos erat exequenda, quod euenit Vespasiano & Tito impe-
 rantibus. Hæc mea est coniectura cur Clemens prætermisiss Imperatorum temporibus, eorum tantum se-
 riem & nomina scripserit: vera ne sit, aliorum esto iudicium, magnas habiturus gratias ei qui aliam attule-
 rit meliorem, Ego quidem certe in hac sum sententia vt existimè Christo iam passò & è mortuis excitato
 impletas esse Danielis hebdomadas, licet nondum impleta quæ postea eis accesserunt, & sunt accessura.
⁶ Ostenduntur ergo eos qui tempore Darij. Quæ de Danielis hebdomadibus dixit Clemens, non ob aliud dixit,
 quam vt ostenderet Hebræorum Prophetas Græcorum sapientibus & scriptoribus esse multo antiquiores.
 Memor ergo sui instituti, Aggeum & Zachariam & Malachiam quem vocat Angelum, dicit Pythagora &
 Thalere, qui omnium sapientum Græcorum fuit antiquissimus, longè fuisse antiquiorem. De Vatre Rege
 Ægypti & Hypero rege Phœnicia qui ad Solomonem scripserunt epistolâ nihil alibi legi. Oenomacriti
 Atheniensis meminit Pausanias in Atticis, in duobus aut tribus locis, sed quod eius aliqua opera tribuatur
 Orpheo ne verbum quidè, nec quod quæ teruntur Musæi respòsa, sint Oenomacriti. De Demodoco autem
 & Phémio cantoribus, quorû ille quidè, nempe Demodocus, canebat apud Phæucas hic verò apud procos
 Penelopes, vide apud Homerû in Odyssæa, & apud Eustathiû in Cômmentario in tertiu librum Odyss vbi o-
 stendit quârum iuuent boni Poætæ ad componendos mores hominû, maximè autem mulierû. Multorum
 autem de quibus hic loquitur Clemens, penes authorem fides sit oportet. Nam vt eorum opera, ita etiam
 nomina penitus interissent, nisi Clemens suis scriptis ea vin ficasset ab interitu: nihil enim de us alibi scri-
 ptum inuenitur. Terpander quidem fuit insignis Musicus, de quo antea satis diximus. Eum in vicelima sep-
 tima Olympiade statuit Eusebius in Chronicis. Eum Clemens Archilochus dicit fuisse recentiorem, ante-
 riorem autem Leschen. Fuit autem clarissimus Iambographus Archilochus, sed Lescheris qui cum Archino
 concertauit & vicit. sicut nec Brontini, nec Archini, nec eorum quæ scripserunt, nemo quod sciam meminit.
 Eorû tempora petenda essent à Chronographis, sed ea ab Eusebio qui solus fere restat ex antiquis Chrono-
 graphis sunt prætermisiss, & quæ habet Eusebius ea ipsa accepit à Clemète. De exitio autem Magnetum
 de quo scripsit & Archilochus & Simonides hæc narrat Suidas, nempe Magnetum Smyræum puerum
 formosissimum, eundemque Poætam egregium, obiisse ciuitates, & ab omnibus fuisse dilectum, maxime
 autem à Gyge Lydorum rege. Quod cum parentes agrè ferrent, eius comam totondisse, vestesque quæ erant
 alioqui molliores & deliciores lacerasse. Indignatus Gyges in eos bellum mouit, urbem expugnauit, &
 Sardes reuertus panegyricum celebravit magnificèntissimum. Porro autem de Eumelo Corinthio, qui et
 Archilochus & Simonide fuit antiquior, nihil vsquam legi. De Aschia autem Corinthio qui Syracusis condidit,
 & Corinthiorum eo deduxit Coloniam sic scribit Strabo. Regionis Corinthæ Teneus est vicus in
 quo est templum Teneatis Apollinis. Dicitur autem Archiam Syracusas Coloniam ducentem maximum
 Colonorum numerum eum inde secutum, & hæc coloniam maxime omnium postea floruisse & c. Horum
 autem Poëtarum ideo meminit, quod Poætæ Cyclici, qui dicuntur etiam Dithyrambici fuerunt vetustissimi,
 vide Cælium Rhodiginum. ⁶ *tam verò inter Græcos quoque dicuntur.* Cum hoc sit Clementis institutum vt
 Hebræos scriptores ostendat esse Græcis antiquiores, de Hebræorum autè Prophetis multa dixerit, nunc
 adducit aliquot ex Græcis qui vates fuerunt & futura prædixerunt, vt eos ostendat fuisse fures & latrones,
 vt qui ex Hebræis qui eos præcellerunt sint suffurati. Primos autem adducit Bacides, quorum vnus fuit
 Bætus, alter vero Arcas: Cælius autè Rhodiginus suo tamen non citato authore tres dicit fuisse Bacchides
 ex quibus vnus tradatur Hellen, id est Græcum odo vel ex Bœotia Eleone, alius Atheniësis, tertius Arcas.
 De Bacchide autem Bæotio sic scribit Pausanias in Phocicis. Viros autem fatidicos cômmentorât, Cyprium
 Eucloum, Atheniensem Musæû Antiphemi filium, & Lycum Pádionis. Ex Bœotia item Bacchidè Mularum
 numine afflatum fuisse aiunt. Horum omnium præter Lycum oracula ipsè legi. Idem quoque aliquot eius
 responsa recitat, Ad ædificationem, inquit, Bacchidis oracula potissimum Epaminondam perpulerant.
 Bacchis enim ex afflatu Nympharum furore percitus, tum alius de Græcis, tum de Messeniis reditu est
 vaticinatus. Idè rursus sic scribit in Phocicis. Quam verò aduersus Græcos suscepit barbarus expeditionem
 videre est Bacchidis oraculis esse prædictam. Hæc quidem Pausanias de Bacchide, sed de quonam Bacchide
 hæc dicat non satis constat. Quod autem Pisistratus Athenis tyrannidem inuaserit, cum ostentatis quæ
 ipse sibi inflixerat vulneribus, à populo custodes impetrasset, satis constat, sed quod Amphileti Athenien-
 sis consilio hoc fecerit, non memini me alibi legere. De Cometa Cretensi, Cinyra Cyprio, Admeto Thessa-
 lo, cum quod futura prædixerint & responsa dederint nusquam legi, ij mihi sunt, vt ipse iubet Clemens, ta-
 cendi. Aristeus Cyrenæus Apollinis & Cyrenes filius, à Nymphis didicit lac coagulare, mel atque oleum
 conficere, & ea traduxisse in vsus hominum, & apes ex visceribus bubulis reparandi rationem docuisse.
 Amphiarum Oiclei filium fuisse Augurem & vatem scribit Statius in Thebaide, qui cum lateret, ne ab
 Adrasto rege Argiuorum Thebas ad bellum duceretur, in quo sibi esse moriendum præcuerat, ab vxore
 proditus & inuitus ad bellû tractus, in eo Bœotia loco q postea Harma dictus est hiatu terræ est absorptus.
 Cælius autem Rhodiginus dicit Pindaricos ininterpretes scribere, Argonautas tribus vfos esse vates, Me-
 plo Ampycis, Idmone Abantis, & Amphiarao Oiclei filio. De eo vt arbitror, intelligit Clemens, sed cur eum
 dicat fuisse Atheniensem nescio, nisi forte ideo dicat fuisse Atheniensem quod fuerit Salaminus: Salami-
 nem enim esse suæ ditionis asserabant Athenienses Homericò versu mori in Catalago nauium. Porro au-
 tem ex Thimotheis qui permulti inueniuntur in historiis, nullum inuenio qui vates fuerit aut futura prædi-
 xerit: fuit tamen inter eos Thimotheus insignis musicus. Sed neque vllus legitur Demenerus fatidicus: sed
 nec vllum vatem inuenio Epigenem, licet legatur Epigenes Sicyonius Tragicus, sicut etiam Aristot. Sed
 nec vllus vates legitur Dionysius Carthagenensis, nec Cleophon Corinthius. Inter fatidicas autem mulie-
 res à Clemente prima recensetur Hippo, quam Chironis dicit filiam, sed eius nulla vsquam fit mentio.
 Deæ Hipponæ meminit Plutarchus in Parallelis quæ forasse eadè est quæ Hippo, & Tertullianus in Apo-
 logetico. Dicta est autem esse dea equorû & stabuli. Sed neuter dicit cuius fuerit filia. Inter cæteras quoque
 nymphas

Homerus Odyll. 8.

Cæli. lib. 7. cap. 5.

Cæli. lib. 21. cap. 37.

Paus. in Phoc.

Pausan. in Messeniis.

Diod. Sic. Plinius 15. Iustinus. Vergil. lib. 4. Georg. Cæli lib. 2. cap. 15.

nymphas Oceaninas ab Hesiodo recensetur Hippo in his versibus quos vertit Lilius Giralduus in suo de
 Diis syntagmate,

*Pythoque Admateque, Lanetheque Electraque
 Dorisque, primoque, atque vrania caelestis
 Hippoque Clymeneque, Rhodeaque Callirhoeque, etc.*

Cuiuscunque autem fuerit filia, (nam etiam ex Equæ concubitu natam non desunt qui dicant) quod fuerit
 fatidica nemo dicit. De Boco quoque fatidica mirum est vbiq; silentium, eius certe nomen solum nobis
 est relictum, periturum penitus nisi Clemens id in suis scriptis seruasset. Manto autem Tiresiæ Thebani
 fuit filia. Fuit autem & pater eius vates, & ipsa quoque fatidica quæ post patris mortem Creontis fugiens
 tyrannidem, primum venit in Asiam, vbi templum condidit Clarij Apollinis: deinde in Italiam delata, ex
 Tiberini concubitu Ocnus peperit, qui ad Eridani fluminis ripas urbem in hodiernum vsque diem insig-
 nam condidit, eamque à nomine matris Mantuan appellauit. De Sibyllis non est quod amplius loqua-
 mur, de eis iam satis diximus. Qui plura volet quærat apud Lactantium, & beatorum Augustinum de ciuitate
 Dei. Eas autem fuisse multas vno verbo ostendit Clemens, dicès Sibyllarum turbam. De mulieribus autem
 quas Clemens subiungit Sibyllis, nempe Phyto, Taraxandra, Maceride, Thessala, Thesprotide, hoc tantum
 dicam, me cum diligenter quæstuissem, nihil inuenisse. Fuerunt autem iisdem temporibus nempe Troianis
 duæ insignes vates, nempe Mopsus & Calchas. Mopso certe certior olim dictus est qui futura certissime
 præciebat & prædicebat. De Calchante autem sic scribit Eustathius. In diuinandi scientia celebris fuit Cal-
 chas, etsi infelix fuerit eius exitus, qui cum incidisset in Mopsam Tiresiæ nepotem circa Colophonem, &
 diuinandi arte fuisse superatus, dolore est mortuus, nempe qui caprifici ficuum numerum non esset assecu-
 tus, qui numero quidem erant decies mille, mensura autem modius, superesset autem vna ficus: & fallus et-
 iam fuisse in quæstione de sue, quæ tres habebat porculos, quorum vna erat femina. Rem satis ex-
 plicat Cælius ad quem remitto lectorem. Quenam autem sit Alcione è Corone quas Clemens dicit Mo-
 psam audisse nusquam scriptum me legere memini. ⁴ *Præscientie autem Pythagoras quoque magnus.* Recen-
 suit aliquot viros & mulieres qui olim diuinant & futura prædixerunt, nunc autem ne quis existimet
 prædixisse solum plebeios, enuenerat etiam aliquot Philosophos qui futura præcuerunt & prædixerunt.
 Primum autem nominat Pythagoram, quem futura prædixisse ipsum nominis erymon arguit. Dicitur est
 enim Pythagoras quod non minus vera diceret quam Pythia. Secundum Abarim Scythiam Hyperboreum:
 Ipse ab Apolline acceperat sagittam in quam cum iaculabatur, ipse simul cum ea ferebatur, & populos citif-
 sime peruadens per eam responsa dabat. Ab Hyperboreis Athenas missus legatus, & ad eos reuersus, toto
 itinere nihil comedit, quod tamen fabulosum existimat Herodorus. Apollonius autem in admirabilibus
 narrationibus dicit eum prædixisse & terræ motus & pestem, & cum venisset Lacedæmonem eum quæ-
 dam sacra præscripsisse Lacedæmoniis quibus peractis cessasse pestem. De Aristeia autem Proconnesio &
 Epimenide Cretensi mira sunt quæ sunt mandata literis, virumque quando vellent corpus relinque-
 re solitos, & animo per orbem libere vagari, deinde ad corpus reuerti. Epimenidem verò cum meridia-
 no æstu in antrum secessisse, & 77. annos, aut vt alij volunt, 50. dormis-
 se, & vt ait Plutarchus, cum iuue-
 nis iussisset cubitum senem fuisse experrectum. Is autem est quem beatus citat Paulus, de quibus dicit qui-
 dam eorum propheta *christus dei vultus est, & cum iherosolima prædixisset dicitur*, id est, Cretenses semper mendaces, malæ bestia,
 venter otiosus: quod autem Spartam venerit non legi. Zoroaster Medus qui quarto loco recensetur sta-
 tim natus fertur fuisse, & artis Magicæ disciplinam tradidisse. Sed cum duo fuerint Zoroastri, dubium est
 de quonam intelligat, constat tamen vtrumque artem magicam docuisse, & vsum esse diuinatione. Empe-
 docles autem ipse apud Laëtrium qui vitam eius scripsit, dicit se esse & medicum & vatem & Magum.
 Hæc quidem habui quæ dicerem de aliquot Philosophis quos refert Clemens, de quibus aliquid extat &
 apud Laëtrium & apud alios. Sed de Phormione Lacone, & Polyarato Thasio, & Empedorimo Syracusio,
 cum perierint quæ de eis scripta sunt nihil occurrit quod dicam. De Socrate autem quod ab ineunte ætate
 haberit Dæmonium, quod ei significabat aut sibi aut suis aliquid mali euenturum nisi cauerent, & quod
 solum dehortabatur, nunquam autem hortabatur, videre licet apud Platonem in Theage. Quæ autem hic
 ponit Clemens sunt verba Socratis, qui deinde aliquot subiicit exempla suorum familiarium, quibus male
 cessit quod à Dæmonio admoniti referente Socrate ne aliquid facerent, non paruerint. De Execesto au-
 tem Phocensium tyranno qui duos habuit incantatos annulos, quorum collisorum sonitu admoneretur
 de tempore rei gerendæ, cum perierit liber Aristotelis de rep. Phocensium, oportet nos esse contentos re-
 stimonio Clementis. Incantatos autem annulos dici puro, qui etiam vocantur Magici: de quibus vide Cæ-
 lium Rhodiginum lib. 6. cap. 12. ⁶ *Quinetiam ex iis qui aliquando fuere homines in Ægypto.* Alios recenset qui
 fuerunt vt diuinandi & futura prædicendi potestate præditi. Qui ab hominibus in honore habitus, ab eis-
 dem in Deos sunt relati, nempe ab Ægyptiis. Primum nominat Hermen Thebanum, quem existimo illum
 esse Trismegistram, quo de Deo nemo ex gentibus melius & sacris literis congruentius est locutus: Secun-
 dum dicit Æsculapium filium Apollinis ex Coronide Nimpha quæ fuit Larissia. De Tiresia & Mâto nescio
 quid statuam, fuerintne Theban: ex Thebis Bœotii, an ex Thebis Ægyptiis. Sed si fuerint Bœotij, fuit Ti-
 resias Augur & Vates & mas & femina. De quo vide Ouidium in Metamorph. De Manto autem iam dixi-
 mus. Sin Ægyptij, de iis nihil vsquam legi. Quod autem Helenus Priami filius fuerit vates optimus, satis
 restatur Homerus hoc versu,

πριαμίδης ἕλενος αἰωνότατος ὄχι δῆριος, id est,

Priamides Helenus vates est qui optimus. De eo multa scribit Verg. in Æneid. De Laocoonte filio Priami
 ex Hecuba, sacerdote Tymbræi Apollinis, qui ex equo Durio primus Troianis prædixit exitium, vide
 Vergilium secundo Æneidos. Oenone vero fuit Nympha Idea quæ capra erat amore Paridis, ei autem na-
 uiganti prædixit fore vt reuertens secum patriæ afferret incendium. De Breno, Creno, Iacho, Polyido &
 multis aliis quos hic recenset Clemens, quantumuis quæras vix alibi quidquam inuenieris. Quod autem

Cel. lib. 29. cap. 15. Eustath. in 1. Iliad.

Herodot. lib. 4.

Plin. lib. 7. cap. 52.

Titum 1.

Plin. 7. 16. lib. 3. cap.

Hom. Ili. 3.

Telemus vates Cyclopum Poliphemo prædixerit futurū vt vno quem habebat oculo orbaretur ab Vlyffe, testatur Quidius his versibus,

Metam. 13.

Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
terribilem Polyphemum adit, lumenque, quod vnum
Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, vlyffes.

Herod. cap. 5. lib. 6.

Onomacritus autem, teste Herodoto fuit Atheniensis χρηστικός & Musæi diuinationum & sortium socius, qui ab Hipparcho Pisistrati filio deprehensus & Athenis eiectus cum Asclepiadis & Pisistratidis Xerxi consuluit vt aduersus Græcos bellum gereret, si quid prosperi erat futurum proferens, aduersa autem Regem celans. De Amphiarao iam diximus, nec opus est vt sepius repetamus. De Theoclymeno in Cephaleia nihil inuenio. Sed neque de Telmessio vate in Caria. Sed Telmessum oppidum Lyciæ, aut vt alij volunt puerorum & mulierum vaticinia ibi fuisse clarissima. De Galeo nihil alibi legi. Idmon autem qui fuit cum Argonautis, erat filius Apollinis & Asteriæ, vaticinio clarus vt testatur Pherecydes apud Volaterranum. Ex Idmone autem & Testhia natus est Testor, ex Testore Chalcas. Phenemoen verò virginem dicit Pausanias in Phocæis fuisse primam vatem Delphici Apollinis, & carmen inuenisse heroicum. Eius meminit Plinius, lib. 10. & Lucanus in 5. de Mopso Apollinis filio. Quæ diximus, nõ est quod repetamus. De Manteo non memini me aliquid legere. Quod Amphilocho fuit Amphiarai filius, scriptum est apud Pausaniam in Corinthiacis, sed quod in Cilicia fuerit Vates non legi, est tamen verisimile eum ab Amphiarao veluti hæreditariam habuisse diuinationem. Id ipsum quoque dici potest de Alcæone filio Amphiarai & Eriphiles qui matrem occidit, quod ea latetrem patrem ne moriturus iret in bellum, Adrasto reuelasset, & pius quidem fuit in patrem, in matrem autem impius. Is non refertur in vates nisi propterea quod eius pater Amphiarao erat Vates. Clemens tamen dicit eum fuisse vatem apud Acarnanes. Porro autem quod Anias fuerit vates in Delo nusquam legi. Sed quod Anius fuerit in Delo & Rex & Sacerdos Apollinis, testatur Vergilius inducens Æneam sic loquentem,

Rex Anius, rex idem hominum Phæbique sacerdos,
Vittis & sacra redimitus tempora lauro.

occurrit. Quod Aristander quoque vates fuerit cum Alexandro, testatur Plutarchus in vita Alexandri. Clemens autem dicit eum fuisse Telmessensem. Quod si ita est, non est mirum si esset Vates, cum ex eo esset oppido in quo puerorum & mulierum certissima essent vaticinia, vt scribit Arrianus. Atque quod Orpheus quidem Poëta fuerit insignis consentiunt omnes qui de eo scripserunt, quod verò etiam Vates seu diuinator hic discimus ex Clemente qui suum authorem citat Philochorum. De Orthogora verò vate, & C. Iulio Nepote quos Clemens citat authores, non extant, nec sunt alij qui de iis scripserunt. Quo fit vt in iis alibi quærendis non sit frustra laborandum.

† Φουσιονα-
μοιωντες.

* Græcè, ὁ
της συμο-
μης, sed le-
γο ὁ ἐπι λο-
μυμης, qui
præerat ra-
tionibus.

Vel forsitan
stare etiam
poterit, ὁ
της συμο-
μης, q̄ syl-
logismos
supple facie
bat, quoniã
cum Magis
& sapienti-
bus dispu-
tans inuidiã
discesserit.

† Græcum
exēplar ha-
bet πὸ της
σωθιακης πε-
ριου. id est,
ante Sothia-
cam reuolu-
tionem. De
ea autē me-
minit Plu-
tarchus in
questioni-
bus conui-
ualibus.

Existimo
autem scri-
psisse Cle-
mētem πὸ
της Ιλιακης
ἐλάσως, id
est, ante ca-
ptã Troiã.
Ab Inacho
enim ad ca-
ptã Troiam
intēcessere
plus quam
quadringen-
ti anni, vt
ipse prius
dixit.

* Græcū ha-
bet πρὸς τὴν
νοτιαν, sed le-
γο τὴν νοτιαν.

S E D illi quidem fures omnes & latrones, vt dicit scriptura, vt qui plurima ex obseruatione & ex verisimilibus prædixerint, sicut medici & Vates † qui coniectant ex diligenti & accurata inspectione naturæ, alij autem vt qui sint à demonibus incitati, vel per aquas, & suffitus, & ærem aliqua qualitate præditum, perturbati. Apud Hebræos autem Dei virtute & inspiratione, ante legem quidem Adam, qui in muliere & animantum nominatione futura prædixit: & Noë, qui prædicauit pœnitentiam. Abraham, Isaac & Jacob, qui apertè non pauca ex futuris & ijs quæ iam instabant præsignificabant. Cum lege autem Moyses & Aaron, post quos prophetauerunt Iesus filius Naue, Samuël, Gad, Achias, Amæas, Iehu, Helias, Michæas, Abdiu, Eliscus, Abdadone, Amos, Esaias, Osee, Ionas, Ioel, Hieremias, Sophonias, Buzi, Ezechiel, Vrias, Abacū, Naum, Daniel, Misael* qui præerat rationibus, Aggeus, Zacharias, & qui erat ex duodecim Angelus. Sunt autem omnes Prophetæ xxxv. Ex mulieribus autem (nam eæ quoque prophetabant) Sara, & Rebecca, & Maria, Debhora, & Olda. Deinde circa eadem tempora prophetauit Ioannes vsq; ad baptismum salutarem. Post Christi autem ortū, Anna & Symeon, Zacharias enim pater Ioanis, ante filiū quoque in Euangelijs dicitur prophetasse. Ab alto ergo à Moyse colligamus Græcorum chronographiam. Ab ortu Moysis vsq; ad Iudæorum ex Ægypto exitum, anni octoginta: & qui fuerunt vsque ad eius mortem alij quadraginta. Fuit Hebræorum exitus tempore Inachi † ante Sothiacam reuelationem, egresso ex Ægypto Moysæ annis prius quadringentis quadragintaquinque. A Moysis autem principatu, & Inachio vsque ad inundationem Deucalionis, secundum, inquam, diluuium, & incendium Phaëtontis, quæ quidem tempore Crotopi acciderūt, enumerātur* quatuor generationes. Ad centum autem annorum numerum reducuntur tres generationes. Ab inundatione autem ad

sem ad Ida incendium, & ferri inuentionem, & Idæos Dactylos, anni septuaginta tres, & ab Ida incendio vsque ad raptum Ganymedis, anni sexaginta quinque. Hinc autem ad Persei expeditionem, quando etiam Glaucus Isthmia statuit propter Melicertã, anni quindecim. A Persei autem expeditione ad Troiam cõditam, anni trigintaquatuor. Hinc ad Nauis quæ Argo dicta est navigationē, anni sexagintaquatuor. Ab eo ad Theseum & Minotaurū anni xxxij. Deinde ad eos septem qui Thebas oppugnauerunt, anni decem. Ad Olympicum autē certamen quod instituit Hercules propter Pelopem, anni tres: & Amazonum Athenas expeditionem, & Helenæ raptū à Theseo, anni nouem. Hinc ad Herculis relationem in Deos, anni undecim. Deinde ad Helenæ raptum ab Alexandro, anni quatuor. A Troia autem capta ad Æneæ descēsum, & conditum Lauinium, anni decem, & ad Ascanij imperium anni octo: & ad Heraclidarum descensum, anni sexaginta vnus: & ad Iphiti Olympiadem, anni treceti triginta octo. Eratosthenes autē tempora sic describit. A capta quidem Troia ad Heraclidarum descensum, anni octoginta. Hinc autem ad cõditam Ioniam anni sexaginta. Quæ autem deinceps consequuntur, ad Lycurgi quidem tutelam, anni cētum quinquaginta nouem. Ad annum autem qui prima præcedit Olympiade, anni centum octo. A qua Olympiade ad transitum Xerxis anni duceti nonaginta septem: à quo ad principium Peloponesiaci, anni quadraginta octo: & ad cladem quam à Lacedæmonis accepere Athenienses, anni viginti septem: & ad pugnam Leucetricam anni xxx. Post quam ad Philippi mortem, anni xxxv. Post hæc autem ad Alexandri obitum, anni duodecim. Rursus à prima Olympiade nonnulli dicunt ad Romam cõditam colligi annos 30 xxiiij. Hinc ad Babylonis à Dario euersionem anni circiter ducenti quadraginta tres. A capta autem Babylone ad mortem Alexandri, anni centum octoginta sex. Hinc ad victoriam Augusti, quando Antonius sibi ipsi mortem consciiuit Alexandria, anni ducenti nonaginta quatuor, cum tunc esset Augustus iij. Consul. A quo tempore ad certamen quod Romæ exhibuit Domitianus, anni centum quatuordecim. A primo autem certamine, vsq; ad mortem Commodi, anni cētum undecim. Sunt autem qui à Cecrope quidem vsque ad Alexandrum Macedonem, colligunt annos mille octingentos viginti octo. A Demophonte autem, mille ducentos quinquaginta: & à Troia capta ad descensum Heraclidarum, annos centum viginti, vel clxxx. Ab eo vsque ad Euænetum Athenis summum gerentem magistratum, cuius tempore dicunt Alexandrum traiecisse in Asiam, vt Phanius quidem, anni septingenti quindecim: vt Euphorus autem, septingenti trigintaquinque: vt autem Timæus & Clitarchus, octingenti viginti: vt autem Eratosthenes, septingenti septuaginta tres: vt autē Duris, à Troia capta ad Alexandri in Asiam aduētum, anni mille. Hinc ad Euænetum qui Athenis summum gerebat magistratū, cuius tempore obiit Alexander, 50 anni xj. Hinc ad imperium Germanici Claudij Cesaris, anni trecenti lxxv. A quo tempore manifesti sunt anni, qui colliguntur vsque ad mortem Commodi. Post Græca autem sunt etiam ex barbarorum supputatione, maxima tradenda temporum spatia. Ab Adam quidem vsque ad diluuiū colliguntur anni bis mille centū quadraginta octo, dies quatuor. A Sem autem vsque ad Abraam anni mille ducenti l. Ab Isaac autem vsque ad terræ diuisionem, anni sexcenti sedecim. Deinde à Iudicibus vsque ad Samuelem, anni quadringenti sexaginta tres, menses vij. Et post iudices anni regnorum quingenti septuaginta duo, menses sex, dies x. Post quæ tempora, Persici regni anni ducenti xxxv. Deinde Macedonici vsque ad mortem Antonij, anni trecenti duodecim, dies decem & octo. Post quod tempus regnum Romanorum vsque ad mortem Commodi, anni ducenti viginti duo. Et rursus à captiuitate septuagenaria, & populi in patriam terram restitutione, ad captiuitatem quæ fuit tempore Vespasiani, colliguntur anni ccccxx. Postremo autem à Vespasiano

κλιροδοσια

usque ad mortem Commodi inueniuntur anni centum viginti unus, menses sex, dies vigintiquatuor. Demetrius autem dicit in libro de regibus Iudae, tribum Iuda, & Beniamin, & Leui, non fuisse abductam in captiuitate à Senacherib, sed esse ab hac captiuitate usque ad ultimam, quam Nabuchodonosor fecit ex Hierosolymis, annos cxxvij. menses sex. Ex quo autem decem tribus abductae fuerunt captivae ex Samaria, usque ad Ptolemaum quartum, anni quingenti septuaginta tres, nouem menses. Philo autem scripsit ipse quoque reges Iudaeorum aliter quam Demetrius. Praeterea autem Eupolemus quoque in simili opere dicit omnes annos ab Adam usque ad quintum annum Demetrii, xij. anno Ptolemai in Aegypto regnantis, colligi annos quinquies M. cxlix. A quo autem tempore Moyses Iudaeos eduxit ex Aegypto usque ad praedictum tempus, colligi annos bis mille quingentos octoginta. Ab hoc autem tempore usque ad Consules Romae Caium Domitianum & Casianum, colliguntur anni cxx. Euphorus autem & alij multi Historici, & gentes & linguas dicunt septuaginta quinque, cum audissent vocem Moysis dicentis: Erant autem omnes animae ex Iacob septuaginta quinque, quae descenderunt in Aegyptum. Videntur autem ex vera ratione, linguae seu dialecti, ut vocant, & sermones generales esse septuaginta duae, ut nostrae tradunt scripturae. Fiunt autem aliae per communionem duarum vel trium, vel etiam plurium dialectorum. Est autem dialectus dictio, quae loci proprium ostendit characterem: vel dictio, quae proprium vel communem gentis characterem ostendit. Dicunt autem Graeci esse quinque apud se dialectos, Atticam, Ionicam, Doricam, Aelicam, & quintam comunem: quae autem comprehendere nequeunt voces Barbarorum, non dici dialectos, sed linguas. Plato autem dijs quoque quandam dialectum attribuit, maxime quidem id coniiciens ex somnijs & oraculis: alias autem etiam ex demoniacis, qui nec sua voce nec dialecto loquuntur, sed demonum qui ingrediuntur. Existimat autem rationis quoque expertium esse animantium dialectos, quas exaudiunt quae sunt eiusdem generis. Cum itaque in caenum ceciderit Elephas, & clamauerit, praesens aliquis alius id contemplatus, reuertitur paulo post, & secum ducit gregem Elephantum, & cum seruat qui ceciderat. Aiunt autem Scorpionum quoque in Libya, si non ei succedat ut hominem feriat, abeuntem reuerti cum pluribus, alterum autem ab altero instar catena dependentem, ita molliri insidias, non obscuro nutu bestijs utentibus, sed nec figura sibi significantibus, sed propria, ut puto, dialecto. Dicunt autem aliqui quoque alij, quod si quis piscis qui euellitur, rupto laqueo euaserit, non amplius inuenietur eo die piscis eius generis. Prima autem & generales dialecti barbare quidem, nomina autem habent natura: nam preces quoque fatentur homines esse potentiores quae dicuntur voce barbara. Porro autem Plato in Cratilo, cum πῦρ, quod ignem significat, vellet interpretari, dicit esse nomen barbaricum. Testatur itaque Phrygas sic vocantes, paululum quid ab eo declinare. Nihil autem, ut existimo, post haec offecerit Romanorum quoque Imperatorum tempora adducere, ad ortum Seruatoris ostendendum. Augustus annis quadraginta tribus, Tiberius annis xxij. Caius annis iij. Claudius annis xiiij. Nero annis xiiij. Galba anno vno. Vespasianus annis x. Titus annis ij. Domitianus annis xv. Nerua anno vno, Traianus annis xix. Adrianus annis xxj. Antoninus annis xxj. similiter rursus Antoninus & Commodus annis xxxij. Fiunt ab Augusto usque ad Commodum anni omnes ccxxij. & anni ab Adam usque ad mortem Commodi M M M M. D C C L X X I I I I. duo menses, duodecim dies. Quidam Romanorum Imperatorum tempora sic describunt. C. Iulius Caesar annis tribus, quatuor mensibus, quinque diebus. Post quem regnauit Augustus annis xlvi. mensibus quatuor, die vno. Deinde Tiberius annis xxxvj. mensibus vj. diebus xix. Cui succedit C. Caesar annis tribus, decem mensibus, octo diebus. Ei Claudius xiiij. annis, octo mensibus, xxvij. diebus. Nero

Nero annis xiiij. viij. mensibus, xxvij. diebus. Galba mensibus septem, vj. diebus. Ottho v. mensibus, die vno. Vitellius viij. mensibus, die vno. Vespasianus annis xj. mensibus xj. diebus xxij. Titus ij. annis, mensibus duobus. Domitianus annis xv. mensibus viij. diebus quinque. Nerua anno vno, mensibus iij. diebus x. Traianus xix. annis, viij. mensibus, xv. diebus. Adrianus annis xx. mensibus decem, diebus xxvij. Antoninus annis xxij. mensibus iij. viij. diebus. Marcus Aurelius Antoninus annis xix. diebus undecim. Commodus annis xij. mensibus nouem, diebus xiiij. A Iulio ergo Casare usque ad mortem Commodi, sunt anni ccxxxvj, menses vj. Colliguntur autem omnes anni à Romulo qui urbem condidit, usque ad mortem Commodi, anni Dcclij. menses sex. Natus est autem Dominus noster xxxvij. anno, cum primum iusserunt censum descriptionem ue fieri, tempore Augusti. Quod autem hoc verum sit, sic scriptum est in Euangelio secundum Lucam: Anno autem quintodecimo Tiberij Caesaris, factum est verbum Domini super Ioannem Zachariae filium. Et rursus in eodem: Erat Iesus veniens ad baptisma, quasi triginta annorum. Et quod anno solo oporteret cum praedicare, hoc quoque sic scriptum est: Annum acceptabilem Domini praedicatum misit me. Hoc & Propheta dixit & Euangelium. Quintodecimo ergo anno Tiberij, & quintodecimo Augusti, sic implentur triginta anni usque ad tempus quo passus est. Ex quo autem passus est, usque ad euersionem Hierusalem, fiunt anni xlij. menses tres. Et ab euersione Hierusalem, usque ad mortem Commodi, anni cxxvij. menses decem, dies tres. Fiunt autem ex quo natus est Dominus usque ad mortem Commodi, anni omnes clxxxiiij. mensis vnus. Sunt autem qui curiosius natali Domini non solum annum, sed etiam diem addunt, quem dicunt xxvij. anni Augusti, in xxxv. πᾶσαν. Basilidis autem sectatores, eius quoque baptismi diem celebrant, totam praecedentem noctem in lectionibus transigentes. Dicunt autem cum esse quintumdecimum annum Tiberij, quintumdecimum mensis Tubi. Aliqui autem cum esse undecimum eiusdem mensis. Et de eius passione subtilius differentes, aliqui quidem sextodecimo anno Tiberij Caesaris xxv. Phamenoth, alij vero xxv. Pharmuti, alij autem Phatmuthi xix. dicunt passum esse Dominum. Quinetiam dicunt ex iis aliqui, eum natum esse xxiiij. vel xxv. Pharmuthi. Praeterea autem illa quoque sunt referenda ad chronographiam, dies inquam, quos significat Daniel à desolatione Hierusalem. Vespasiani anni viij. menses viij. Duo etiam anni adiunguntur Otthonis & Galba & Vitellij, xvij. mensibus, viij. diebus, & sic fiunt anni tres & menses vj. quod est dimidium hebdomadis, quemadmodum dixit Daniel propheta. Dixit enim bis mille trecentos dies fuisse ex quo stetit abominatio à Nerone in ciuitatem sanctam usque ad eius euersionem. Sic enim ostendit dictum quod subiicitur: Quousque stabit visio sacrificium sublatum peccatum desolationis quod datum est. & potestas & sanctum conculcabitur. Et dixit ei: Usque ad vesperam, dies bis mille trecenti, & tolletur sanctum. Hi ergo bis mille trecenti dies fiunt anni sex, menses quatuor: quorum dimidium tenuit Nero Imperium obtinens, & fuit dimidium hebdomadis: dimidium autem Vespasianus cum Otthone, Galba & Vitellio. Et ideo dicit Daniel: Beatus qui peruenerit ad dies mille trecentos trigintaquinque. Ad eos enim usque dies fuit bellum, post haec autem cessauit. Ostenditur autem hic quoque numerus ex subiecto capite, quod sic habet: Et à tempore immutationis perennitatis, & quo data fuerit abominatio desolationis, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui sustinuerit & peruenerit ad dies mille trecentos triginta quinque. Flavius autem Iosephus Iudaeus, qui Iudaicas composuit historias, colligens tempora, ait à Moyse usque ad Dauid esse annos D. LXXXV. A Dauid usque ad secundum annum Vespasiani M. CLXXIX. Deinde ab eo usque ad decimum annum Antonini anni LXXVII. ita ut à Moyse usque ad decimum annum Antonini sint omnes anni

MD ccccxxxij. Alij autem numerantes ab Inacho & Mose usque ad mortem Comodi, dixerunt esse annos MMD ccccxlj. Alij vero MMD cccxxi. In Evangelio autem secundum Mattheum, quæ ab Abraham deducitur genealogia, usque ad Mariam matrem Domini terminatur. Sunt enim, inquit, ab Abraham usque ad David xiiij. generationes, & à David usque ad transmigracionem Babylonis generationes xiiij. & à transmigracione Babylonis usque ad Christum similiter alie generationes xiiij. tria mystica intervalla, quæ sex complentur hebdomadibus. Et quæ de temporibus quidem variè à multis scripta, & à nobis exposita fuerunt, sic habeant. Versus autem fuisse scripturas & leges & Prophetarum ex Hebræo sermone in linguam Græcam aiunt, tempore Ptolemæi Lagi filij: aut ut dicunt nonnulli, tempore eius qui fuit cognominatus Philadelphus, cum maximam ad eam rem contulisset diligentiam Demetrius Phalereus, & ut verterentur vehementer procurasset. Nam cum adhuc Asiam obtinerent Macedones, Rex magno studio contendens eam, quæ Alexandria in eius potestate erat, bibliothecam omnibus scripturis exornare, voluit ut Hierosolymitani quoque eas quæ apud se erant Prophetias in sermonem Græcum interpretarentur. Illi autem, ut qui adhuc obedirent Macedonibus, ex iis qui apud se erant probatissimi, & maximæ existimationis, Scripturarum peritos, & Græcæ linguæ scientes Septuaginta seniores delectos ad eum miserunt cum libris diuinis. Cum autem unusquisque sigillatim ex sua propria interpretatus esset prophetia, conspirarunt omnes simul collate interpretationes & sententiis & dictionibus. Dei enim erat voluntas, quæ id ad Græcorum aures consultò comparauerat. Neque verò ab inspiratione Dei erat alienum qui prophetiam dederat, ut interpretationem quoque tanquam Græcam efficeret prophetiam. Nam etiam in captiuitate Regis Nabuchodonosor, cum interissent Scripturæ tempore Artaxerxis Persarum regis, inspiratus Esdras Leuites, qui factus fuerat sacerdos, prophetauit, omnes veteres rursus scripturas renouans. Aristobulus autem in primo libro ad Philomatrem scribit his verbis: Secutus est autem nostras quoque leges Plato, & satis apertè ostendit se eorum quæ in eis dicuntur fuisse admodum studiosum. Ante Demetrium autem, priusquam rerum potirentur Alexander & Persæ, versa fuerant, & quæ ab Hebræis nostris gesta fuerant in exitu ex Aegypto, & quæcunque eis insignia & facta erant & apparuerant, & regionis per vim quasita possessio, & omnium quæ lata sunt legum descriptio, adeò ut clarum sit antedictum Philosophum multa ex eis sumpsisse. Fuit enim multa doctrina præditus, sicut etiam Pythagoras multa ex nostris transfudit in suorum dogmatum traditionem. Numenius autem Philosophus Pythagoreus apertè scribit: Quid enim est Plato, nisi Moses qui loquitur Atticè? Hic Moses erat Theologus & Propheta, ut autem nonnulli, sacrarum legum interpret. Genus eius & res gestas & vitam, ipsæ scripturæ quæ sunt fide dignæ prædicant: & tamen à nobis quoque dicendum est, quòd Moses cum ex alto petita origine genere esset Chaldaeus, natus est in Aegypto, cum maiores eius propter diuturnam famem ex Babylone migrassent in Aegyptum. Septima generatione genitus, & regaliter educatus, tali fortunæ casu usus est. Cum Hebræi in Aegypto creuissent in magnam multitudinem, veritus Rex regionis, ne eorum qui ex Hebræis nascebantur multitudo, ei pararet insidias, iubet ipsos alere quidem feminas (est enim res ad bellum imbecilla mulier) masculos autem interimere, suspectam habens validam iuuentutem. Cum nobili autem loco esset natus puer, tribus deinceps mensibus celantes, eum parentes alebant, naturali amore vincente tyrannicam crudelitatem. Postea autem veriti ne unà cum puero perirent, cum ex papyro quæ in iis locis nascitur vas construxissent, ad palustris stagnantisque fluuij ripas puerum impositum exponunt. Observabat autem soror quid esset euenturum, procul stans à puero. Regis filia, quæ longo tempore

non con-

non concipiebat, filium autem desiderabat, illo die eò venit ad fluuium ut se lauaret & aspergeret. Cum flentem autem puerum audisset, iussit ad se adduci, eiusque misera quærebatur nutricem. Tunc accurrens soror pueri, dixit se habere Hebræam sceminam quæ non multò antè peperisset, eamque adducturam, si velit: quæ cum assensa esset & rogasset, adduxit ipsius pueri matrem, tanquam aliquam aliam, mercede constituta nutricem eius futuram. Deinde puero imponit nomen Regina, Moses, apta etymologia, eo quòd eum ex aqua sustulisset. Aquam enim Moy vocant Aegyptij, in qua moriturus fuerat expositus. Exod. 2. Moysen enim vocant eum qui ex aqua emersus respirationem. Clarum est ergo quòd prius circumciso puero, parentes aliquod nomen imposuerunt. Vocabatur autem Ioachim. Habuit autem tertium quoque nomen in cælo postquam assumptus est, ut dicunt Mystæ nempe Melchi. Cum autem etate esset grandior, Arithmeticam & Geometriam, Rhythmicam & Harmonicam, & præterea Medicinam simul & Musicam doctus est ab iis qui erant insignes inter Aegyptios, & præterea eam quæ traditur per symbola seu signa philosophiam, quam in literis ostendunt Hieroglyphicis. Alium autem doctrinæ orbem, tanquam puerum regium, Græci cum docuere in Aegypto, ut dicit Philo in vita Mosis. Didicit autem literas Aegyptiorum, & rerum cælestium scientiam à Chaldaeis & ab Aegyptiis. Vnde in eius rebus gestis dicitur doctus fuisse in omni sapientia Aegyptiorum. Eupolemus autem in libro de Iudæa regibus, dicit Mosen primum fuisse sapientem, & grammaticam primum tradidisse Iudæis, & Phœnices accepisse à Iudæis, Græcos autem à Phœnicibus. Ad eorum autem deductus naturam, auxit prudentiam eam, quæ erat sui generis & maiorum suorum æmulatus doctrinam, adeò ut etiam Aegyptium, qui Hebræum iniuste inuaserat, percuciens interfecerit. Aiunt autem mystæ eum solo verbo occidisse Aegyptum, sicut certè postea Petrus in Actibus fertur eos qui precium agri sibi usurpauerat, & mentiti erant, verbo interfecisse. Artapanus certè in opere de Iudæis, refert Mosen in custodia inclusum à Nechephre rege Aegyptiorum, eò quòd peteret ut populus liberaretur ex Aegypto: noctu aperto carcere Dei voluntate egressum, cum in regiam accessisset, dormienti regi adstitisse, & eum excitasse: eum autem eo quòd factum fuerat stupefactum, iussisse Mose ut diceret nomen eius qui miserat, & illum quidem cum ad aurem se inclinasset, dixisse. Regem autem, cum audisset, mutum cecidisse: cum eum autem Moses tenuisset, rursus reuixisse. De Mosis autem educatione nobiscum quoque consentiet Ezechielus Iudaicarum tragediarum Poëta in Actu qui inscribitur ἐξαγωγή, id est, Eductio, sic scribens ex persona Mosis:

50 Nostrum videret nam genus cum crescere,
Est machinatus in nos plus fatis doli
Rex Pharaon, laterum acribus laboribus,
Ædificiorumque opprimens nos molibus,
In vrbibusque turrium ob se miseros:
Dein publico Hebræis iubet præconio,
Proijcere masculos profundum in fluuium.
Quæ pepererat me abscondit ast parens
60 Mensibus, ut aiebat, tribus, prodita videns
Exposuit, ornatu mihi circumdato,
Ad fluuij ripas, hispida vbi erat palus.
Maria soror sed nostra spectabat propè.
Dein nata regis quæ carebat liberis,
Venit aquis ut limpida corpus suum

Recreat, videns statim me sustulit.

Cognouit Hebræum esse, verbâque hæc ait
 Maria soror celerem ad eam mouens pedem,
 Tibi ex Hebræis visne nutricem parem
 Puero: puellæ nata regis annuit:
 Profecta matri dixit, illâque aduenit
 Mox mater, vlnis filiûmque amplectitur.
 At nata regis dixit: Hunc ô scæmina
 Alas, tibi merces tua haud negabitur.
 Nomen dedit Moses mihi, quòd ab humida
 Ripa repertum sustulit fluminea.
 Infantia at tempus mihi vbi transit,
 Ad regiam me mater adduxit domum,
 Cùm cuncta dixisset prius mihi ordine,
 Genûsque patrium, Deique munera.
 Dum puerilis nobis itaque ætas fuit,
 Et victus amplius, & doctrina regia,
 Æquè dabantur ac si essem eius filius.
 Plenus dierum, sed vbi affuit sinus,
 Egressus ædes regias.

Deinde cum narrasset pugnam Hebræi & Ægyptij, & sepulchrum in arena Ægyptij, de alia pugna sic dicit:

Feris cur quite est imbecillior?
 Nobis is autem dixit: Et quis Iudicem
 Te huc misit, aut magistratum? Num occidere
 Me vis, heri sicut cæcidisti virum?
 Timens ego dixi: Quî apertum istud fuit?

Deinde autem ex Ægypto fugit, & oues pascit, ut qui ad pastorem principatum prius erudiretur. Ei enim qui mansuetissimo hominum gregi est præfaturus, est præexercitatio ouium pascendarum scientia: sicut iis qui sunt natura bellicosi, venatura. Ab ea autem eum ducit Deus, ut esset dux Hebræorum exercitus. Deinde saepe quidem admonentur Ægyptij, qui saepe fuerunt insipientes. Fuerunt autem Hebræi spectatores malorum quæ patiebantur alij, Dei potentiam citra vllum discentes periculum. Quoniam autem Ægyptij potentia effecta auditione non accipiebant, propter insipientiam stolidi non credentes, tunc, ut est in proverbio, factum stulti cognouerunt, & postea exeuntes Hebræi magna Ægyptiorum præda exportata recesserunt. Non propter auaritiam, ut dicunt accusatores: (neque enim Deus eis aliena persuasit concupiscere) sed primùm quidem, earum, quas omni tempore Ægyptiis præbuerunt operarum ac seruitiorum necessariam mercedem referentes: deinde etiam se quodammodo vlti sunt, Ægyptiis ut auaris par pari referentes prædæ exportatione, sicut illi Hebræis prius molestiam attulerant, redigendo eos in seruitutem. Siue ergo ut in bello quis hoc factum esse dixerit: res hostium victoria iure auferre volebant, ut potentiores inferiorum: belli autem iusta erat causa. Supplices propter famem Hebræi venerunt ad Ægyptios: illi autem hospites redactos in seruitutem, instar mancipiorum seruire coegerunt, ne mercedem quidem eis soluentes. Siue ut in pace: mercedem prædam ab inuitis acceperunt, qui longo tempore non soluebant, sed ipsos ea priuabant. Est itaque noster Moses propheticus, legum ferendarum peritus, ordinandæ & instruendæ

Defunt verba filij Pharaonis.

instruendæ aciei gnarus, exercitus ducendi artem tenens, politicus ac philosophus. Ac quomodo quidem fuerit propheticus, posthac dicitur quando de Prophetia tractabimus. Ordinandæ autem aciei peritia, fuerit pars artis imperatorie seu ducendi exercitus. Ars autem ducendi exercitus, est pars regnandi scientiæ. Et rursus legum ferendarum peritia, regnandi scientiæ pars fuerit, sicut etiam iudicandi facultas. Regnandi autem scientiæ una quidem pars fuerit diuina, cuiusmodi est quæ est ex Deo & sancto eius filio, à quibus & quæ ex terra bona sunt, & quæ externa & perfecta suppeditatur felicitas. Petite enim, inquit, magna & parua vobis adiicientur. Secunda est autem regni species post eam administrationem quæ rationalis purè est ac diuina: ea inquam, quæ animosa seu iracunda anima parte solum in regnando vitur, per quam speciem Hercules quidem Argiuorum, Alexander verò rex fuit Macedonum. Tertia est, quæ vnum solum concupiscit, nempe ut vincat & euertat. ut malo autem vel bono sit victoria curam gerere, ei minimè inest: quo quidem vsi sunt Persæ cum bellum gererent in Græciam. Ira enim, una quidem pars est solum contentiosa, quæ quarit potentiam ut dominatum obtineat: altera verò boni & honesti studiosa, ira utente anima ad id quod bonum est & honestum. Quarta autem regnandi species est omnium pessima, quæ statuitur ex cupiditatibus, ut regnum Sardanapali, & eorum qui hunc finem sibi proponunt, ut plurimum indulgeant suis cupiditatibus. Regnandi autem scientiæ, tam quæ virtute vincit, quam quæ ut instrumentum est, aciei ordinandæ scientia. Alia autem in alia natura & materia. In armis quidem & pugnacibus animalibus, per animata & inanimata, anima & mens est id quod ordinat. In anima autem perturbationibus, in quas virtute dominatum obtinemus, ratiocinatio est id quod est ordinandi potestate præditum, ut quæ continentiam, & temperantiam cum sanctitate, & bonam cognitionem cum veritate obsignet, finem ad pietatem Deique cultum referens: sic enim virtute utentibus prudentia est quæ ordinat: diuina autem, sapientia: humana verò, politica, seu regendarum ciuitatum scientia. Omnia autem, scientia regnandi. Rex itaque is est qui imperat ex legibus, qui est præditus scientia imperandi volentibus, cuiusmodi est Dominus, qui eos qui in ipsum & per ipsum credunt admittit. Omnia enim tradidit Deus, & omnia Christo subiecit, regi nostro, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur quòd Dominus Iesus Christus, in gloriam Dei Patris. Strategema autem, seu ratio ducendi exercitus, tribus continetur speciebus, cautione, audacia, & quæ ex utrisque mixta est. Vnaquæque autem earum componitur ex tribus, aut per orationem, aut per facta, aut per vtrumque simul. Hæc autem omnia licebit efficere, vel persuadendo, vel cogendo, vel iniuriam faciendo in iis vlciscendis quibus expedit, vel faciendo id quod iustum est, vel mentiendo, vel vera dicendo, vel etiam simul utendo aliquibus eorum in eodem tempore. Hæc autem omnia, & quomodo oporteat uti vnoquoque eorum, cum Græci accepissent à Mose, non paruum accepere utilitatem. Verbi gratia, vnius aut alterius imperatorij exempli meminerò. Moses cum populum eduxisset, suspicatus fore ut eum persequerentur Ægyptij, breui & compendiosa via relicta, conuersus est in solitudinem, & maxima ex parte noctu iter faciebat. Alia enim erat œconomia qua docebantur Hebræi, per multam solitudinem & longum tempus credere vnum solum Deum esse, per moderatam assuefacti tolerantiam. Moses ergo docet strategema, oportere ante pericula prouidere ea quæ sunt utilia, & sic aggredi. Et certè euenit id quod suspicatus est. In equis enim & curribus persecuti sunt Ægyptij: sed citò perierunt, cum mare disruptum esset, & ipsos cum equis & curribus obruisset, adeò ut eorum nullæ remanserint reliquæ. Post hæc autem sequens columna ignis (eos enim præcedebat) duxit Hebræos per regionem inaccessam, laboribus & iuueribus ad robur & forti-

rudinem eos exercens ac inducens, ut postquam eorum quæ videbantur grania periculum fecissent, quàm bona esset apparet regio, ad quam eos ex via inuia transmittabat. Iam verò hostes quoque qui prius regionem infidebant, in fugam versos occidit, cum eos ex solitudine & via aspera (talis enim est virtus imperatoria) in eos inuasisset. Hoc enim erat peritiæ & ducendi exercitus scientiæ, hostium regionem occupasse. Hoc cum animaduertisset Miltiades imperator exercitus Atheniensium, qui ea quæ in Marathone fuit pugna vicit Persas, hoc modo est imitatus. Noctu duxit Athenienses, per loca inuia iter faciens, & eos qui ipsum obseruabant barbaros decipiens. Hippas enim qui defecerat ab Atheniensibus, barbaros in Atticam induxerat, & opportuna quæ præoccupauerat loca seruabat, propterea quòd erat peritus regionis. Ac difficile quidē erat latere Hippiam: unde merito Miltiades & locis inuiis & nocte usus, ag gressus Persas quibus præerat Datis, in certamine cum iis quorum ipse dux erat, superior euasit, & rem bene ac feliciter gessit. Quinetiam Thrasybulo, qui exules ex Phyla reducebat, & latere volebat, dux sit columna, & Thrasybulo noctu per loca non trita ingredienti, cum nec luceret Luna, hybernūmque cælum esset & caliginosum, videbatur ignis præcedens, qui cum eos citra vllam deduxisset offensionem, defecit ubi nunc est ara & Φωσφόρος, id est, Luciferæ. Vel ex hoc ergo euadant nostra Græcis credibilia, nempe quòd facere potest Deus omnipotens ut columna ignis Hebræos noctu præcedat, quæ etiam dux sit eorum itineris. Porro autem dicitur etiam in quodam responso:

Exhilarans Bacchus Thebanis éstque columna.

Ex ea quæ est apud Hebræos historia. Quinetiam Euripides dicit in Antiopa:

Intus Bubulcum ast in thalamis

Hedera comantem columnam Euij Dei.

Significat autem columna, Dei non posse effingi imaginem. Illuminata autem columna, præter hoc quod significat non posse effingi imaginem, Dei quoque stabilitatem significat ac firmitatem, & immutabilem eius lucem, quæque non potest figurari. Prius itaque quàm accuratè perfectèque tenerentur imaginum habitus, veteres columnas erigentes, eas colebant tanquam statuas. Atque idcirco sic scribit qui fecit Phoronidem:

Callithoe clauem reginæ gestat Olympi,

Argiux Iunonis, sertis atque corollis

Reginæ primūm est à qua exornata columna.

Quinetiam qui fecit Europiam, significat eam quæ est in Delphis Apollinis imaginem, esse columnam, per hæc:

Vt decimamque Deo primos fructūsque dicemus,

Sedibus ex sacro sanctis cellæque columna.

Apollo quidem certè, qui mysticè ex priuatione multorum intelligitur, est vnus Deus.

Quinetiam ignis ille qui columnæ erat similis, & ignis qui ingrediebatur per loca inuia, & ad quæ non patebat aditus, est symbolum ac signum sanctæ Lucis quæ transit per terram, & in cælum rursus recurrit per lignum, per quam etiam datum est nobis videre per intelligentiam.

COMMENTARIVS.

* SED illi quidem fures omnes & latrones. Postquam multos recensuit ex Græcis qui olim vates fuerunt, & futura prædixerunt, memor sui instituti, Græcos confert cum Hebræis ut appareat quanta sit eorum differentia. Atque Græcos quidem dicit vel fuisse fures & latrones, ut qui ab Hebræis qui eos multis seculis præcesserunt sunt suffurati, vel sola vsi sunt coniectura, vel ex naturæ inspectione, vel ex probabilium verisimilitudine, vel ex Dæmonum incitatione, vel ex aëris & aquæ vaporibus & exhalatione, vel ex ipsa cœli facie, & quæ eos ad coniciendum commouebat tempestate. Hebræi autem futura prædixerūt non aliunde, quam à diuina virtute & à Dei spiritu inspirati. Deinde enumerat ipsos Prophetas Hebræorum, quos statuit esse

statuit esse tringinta quinque numero: fuisse autem & ante legem, & in lege, & post legem, nempe post Christi aduentum. Quàm fuerint autem antiqui ex hoc ostendit, quod idem fuerit & primus homo & primus Propheta. Futura autem prædixit & in muliere & in animantium nominatione, hæc enim verba; Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea, prædixerunt mysticam futuram Christi cum sponsa ecclesia vnionem. Quid autem prædixerint cæteri Prophetæ, & ex sacris scripturis, & ex ipsorum Prophetarum interpretibus discendum est. Ex his autem Prophetis cur de Misacle dicat Clemens ὁ ὄντι τις συλλογισμὸς, ingenue, neq; quod in disputatione primas partes tenuerit, ut legitur συλλογισμὸς, fateor me ignorare: nam neque quod rationibus præfuerit inuenio, ut legatur ὄντι τις λογισμὸς. Ab alto ergo à Mose colligamus Græcorum chronographiam. Ab ortu Mosis vsque ad Iudæorum ex Ægypto exitum, anni octoginta: & qui fuerunt vsque ad eius mortem alij quadraginta & c.] Numeratis Græcorum vatibus & Hebræorum Prophetis, rursus colligit Græcorum chronographiam, deducens à tempore Mosis. Nam ante Inachum cuius tempore exiit Moyses ex Ægypto, ignota fuerunt res Græcorum. Quod autem verti ante Sothiacam reuolutionem id feci secutus literam Clementis quæ Græce habet πρὸ τῆς σωθιακῆς περιόδου, sed existimo esse legendū, πρὸ τῆς ἰλιακῆς ἀλώσεως, id est ante captam Troiam, constat enim ex iis quæ antea dixit Clemens Troiam fuisse captam quadringentis & nescio quotannis, postquam Moses egressus est ex Ægypto. Regnante autem Argis Crotopo, quem inter Reges Argiūs enumerat Eusebius in Chronicis, & Pausanias libro secundo Corinthiacorum, fuit & Phaetonis incendium & diluuium Deucalionis, quod secundum vocat Clemens, nec immerito. Nam ut taceatur quod Noemi tempore fuit diluuium, Deucalionis diluuium quod fuit anno mundi 3660, fuit posterius diluuium Ogygis, quod fuit anno mundi 3420, ut supputat Eusebius in Chronicis. De Idæ incendio nec in Chronicis, nec in historiis quidquam legi. De Idæis Dactylis antea satis diximus. Ij autem sunt qui ferrum dicuntur inuenisse, quanquam de eo varia sunt sententiæ, ut videre est apud Polydorum Vergilium De inuentoribus rerum. Isthmia, id est Iudi Isthmiaci in honorem Melicertæ seu Praxionidis siue Hæmanis primus eam instituerit, fuit annis trecentis triginta octo post captam Troiam, ut scribit Clemens. Post Græca autem & c. Nihil est aliud quam mera chronographia ex supputatione Græcorum, quæ est petenda ab historicis & Chronographis. Ad eos ergo remittemus lectorem, cum alioqui nihil sit quod eum possit remorari. Cum sit autem apud autores varia temporum supputatio, & quod est certum & indubitatum non facile possit elici, erit in lectoris arbitrio quos mallet sequi. Quod autem vertimus vsque ad Euænerum qui Athenis summum gerebat magistratum, Græcè est ἀρχὸν, id est Archontè. Archontes enim summum vocabant magistratum, ut olim Romæ Consules. Quod autem esset munus Archontis Athenis quærendum est ex Repub. Atheniensium, neque enim opus est ut hic recitemus. Post Græca autè. Barbarorum supputationem vocat supputationem Hebræorum. Nam ut Hebræi ceteras gentes à se distinctas vocabant Goim, ita Græci omnes alios populos vocabant Barbaros, in quibus erant etiam Hebræi. Quoniam autem non eadem est supputatio, & Hebræorum in ipso bibliorum archetypo, & in eorum à septuaginta versione quam secutus est noster Clemens, ad eam autem ostendendam transcribenda esset ipsa Hebræorum chronographia ex bibliis accepta, quod iam fecit doctissimus Genebrardus qui ipsam linguam profiteretur Hebræam, satis duxi iudicare, vnde eam haberes supputationem, quam in transcribendo frustra tempus terere. Vide ergo eius chronographiā ex veritate Hebraica. Nam in septuaginta tum propter longi temporis iniuriam, tum propter librariorum incuriam, in ratione temporis multa sunt inuenta quæ ex exemplari Hebræo sunt corrigenda. In Regum quoque Persarum Chronographia varia est supputatio, quam facile & accuratè tradit Nicolaus Beguinus noster haud ita pridem Collega in Ecclesia Rhenensi, in suo breui quidem, sed accurato & admodum elaborato Calendario Apostolico, ad quod te remitto, ne in transcribendo labor sit inutilis. In Macedonico autem regno in Ægypto hæc quoque est differentia, quod Clemens eius constituat annos trecentos duodecim, dies decem & octo: Eusebius autem in Chronicis dicit Lagidas, nempe Ptolomeos regnasse annos ducentos nonaginta quinque. Constaret idem fere numerus si vsquam inueniretur numerus 18. dierum regni Cappadocum. Sed ego eos nusquam inuenio. Demetrius autem dicit. Diuersos citat scriptores qui variam scripserunt chronographiam, Demetriū, Philonem, & Eupilemum: & qui cum Hebræi sapius abducti sint captiui, significant quo tempore facta fuerit quæque captiuitas à Sennacherib & à Nabugodonosor. Prima autem captiuitas, qua decem tribus Iudææ quæ vocabantur Israhel & erant in Samaria, à Salmanassar seu Sennacherib abductæ sunt in Assyriam, & translata in montes Medorum. Secunda autem, qua à Nabugodonosor victus est Ioachim, qui & Iechonias dictus est, & plurimi Iudæi sunt in eius ditionem redacti. Factus est tributarius, & post eum Rex Sedechias captiuus ductus est Babylonem, eique eruti sunt oculi, & abducta est captiua tribus Iuda. Euphorus autem & alij multi historici. Quidnam mouerit Euphorum ut diceret esse septuaginta quinque gentes & linguas, non ausim asserere. Fieri quidem potuit ut eum moueret aliquis locus scripturæ sacræ quam legerat. Sed mihi videtur eum non tam debuisse moueri ex eo, quod legerit septuaginta quinque animas fuisse ex Iacob quæ descenderunt in Ægyptum, quod nemo ita intellexit, quam ex eo quod legerit omnes primogenitos de tribus filiis Noe esse septuaginta tres. Dicit enim deinceps scriptura. Hæ tribus filiorum Noe secundum generationes eorum, & secundum gentes eorum. Ab his dispersæ sunt insulæ gentium super terram post diluuium. Vnde, ut ait Augustinus, colligitur septuaginta tres, vel potius septuaginta duas gentes tunc fuisse, non homines & c. Er paulo post; Ex illis igitur tribus hominibus Noe filiis, septuaginta tres, vel potius, ut ratio declarata est, septuaginta duæ gentes, totidemque linguæ per terras esse cœperunt, quæ crescendo & insulas impleuerunt. Hæ sunt

Genes. 9.

August. De ciuit. lib. 16. cap. 3. Ibid. cap. 5.

ergo forte scripturæ quas cum legisset Euphorus, statuit esse septuaginta duas linguas. Præterhas autem septuaginta duas sunt etiam alia, ut dicit Clemens quæ sunt per coniunctionem duarum, vel trium, vel etiam plurium dialectorum. Habent enim singula nationes propriam quandam & peculiarem vocis linguæ articulandæ formam. Quæ Dialecti, si vel earum singula, vel plures ex iis coniungantur cum generalibus, euadunt longè plures quam septuaginta duæ linguæ. Dialectum autem cum definiisset Clemens, propriam vel communem loci, vel gentis loquendi formam, Græcorum exemplo id exposuit, qui cum quinque habeant dialectos inter se differentes, eas tamen, & permiscet & à se inuicem distinguunt. Ita fit ut lingua Græca quæ est vna ex septuaginta duabus, quinque distinctas habens dialectos, dum eas inter se coniungit, per multas habeat linguas quas dicunt Dialectos. Voces autem barbaras quæ nec comprehendendi possunt nec distingui, non vocant Dialectos, sed linguas. *Plato autem dicit quoque.* Vbinam tribuat Plato, Diis quandam Dialecton, non memini me legere. Sed sicubi tribuit, per Dialectum intelligit, non linguam, qua ad significandum & enuncians non egent Diis nec Dæmones, sed quandam hominibus ignotam, & inter se conueniendi, & sua sensu hominibus communicandi rationem. Est autem eorum propria, quoniam præter eos nulli ea videntur. Quod autem propriam quandam habeant dialecton, dicit Clemens Platonem ex eo coniecere, quod & in somniis quandam hominibus significent, ac perinde, ac si essent locuti: & ex oraculis quandam audiuntur responsa quasi diuina voce prolata. Hoc quoque coniecit ex Dæmoniis, qui agitante quidem eos Dæmone, & vocis instrumenta mouente, sed non sua voce, nec suo sermone loquuntur, aded ut nec quæ dicant quidem intelligant. Cuius illustre haud ita pridem Laudini vidimus exemplum in Dæmoniacæ, à qua sanctæ Hostiæ ope qui eam agitabat, & in ea loquebatur, expulsus est Dæmon. Propriam quoque dialecton, qua conceptiones suas exprimunt & aliis imprimunt, habent bruta. Hoc probat exemplo Elephantorum, qui ad opem ferendam ei qui ceciderat, ab eo qui cadentem viderat conuocati conueniunt, & eum seruant qui è cæno se eripere non poterat. Scribit quidem certè Plutarchus, Elephantos terram effodere, & ex ea veluti aggerem conferere, ut Elephanti ascendant qui in fossam ceciderat. Porro autem mirum quidem est quod de scorpione in Lybia scribit Clemens, qui sua dialecto, sua inquam, quæcunque ea sit, suum sensum enunciandi ratione alios euocat scorpiones ad parandum homini insidias. Sed minus mirum sit, facit Strabo qui scribit, in Mauritania esse magnam Scorpionum tam pennatorum quam non pennatorum multitudinem, & maturis quidem frugibus propter serpentum multitudinem operarios ibi ocreas gerere, cæteras verò corporis partes pellibus regere, dormituros autem lecti pedes alio illinere, & scorpionum gratia paliuris circumligare. Mirum quoque est quod piscis qui rupto laqueo euaserit, cæteris piscibus significet eis periculum imminere, & eo magis mirum quod qui sunt alioqui muti, ad significandum tamen & enuntiandum suam habeant dialectum. *Prima autem ex generalibus dialecti.* Primas linguas & generales dicit eas quæ statim fuerunt ab initio, & erant generales & omnibus communes, nec proprium & peculiarem habebat loquendi characterem. Eæ autem erant quidem barbare, ut quæ procul abessent à Græcorum loquendi venustate & elegantia, sed habent nomina natura, id est, non ex more & instituto hominum imposita, sed ab ipsa natura, ut quæ ita ei congruant, ut ab ipsa facta videantur & formata. Atque imposuerunt quidem Græci multis rebus nomina, ex motus, vel fluxus, vel status ducta etymologia, sed præter ea multa erant alia, quorum originem cum non inuenirent, cogebantur fateri se ea accepisse à Barbaris. Quorum quanta esset vis ex hoc poterat cognosci, quod potentiores essent preces his verbis licet non intellectis conceptæ, quam quæ ex Græcis, & quæ omnes intelligebant. Quod pulchrè intelligit Origenes nostri Clementis discipulus, qui scribens contra Celsum hæc dicit. Si potuerimus in hac dissertatione proferre naturam nominum efficaciam, quorum aliquot videntur Ægyptiorum sapientes, aut Persarum Magis doctiores, aut Indicorum Philosophorum vel Brachmanes, vel Salmanæ, atque ita singularum gentium, valuerimusque declarare, quod etiam Magia quæ vocatur, non ut Epicurus & Aristoteles existimant res incongrua sit, sed sicut eius periti demonstrant, constans quidem, sed habens rationes paucis admodum cognitas: tum demum dicemus, nomen illud Sabaoth & Adonay, aliaque apud Hebræos cum magna veneratione tradita, non super vulgaribus istis & creatis rebus esse imposita, sed occultam quandam continere Theologiam quæ vniuersitatis opifici congruit. Quapropter nomina hæc efficacia sunt, si pronunciantur quodam congruenti modo & ordine. Et paulo post. Qui autem potuerit de nominum secreta ratione Philosophari, multa facile inueniet, & de appellationibus Angelorum Dei, quorum alius Michael, alius Gabriel, alius Raphael nominatur, nomine quisque conuenienti suo ministerio, ex voluntate Dei quæ vniuersæ rerum naturæ præsidet: Ad huiusmodi de nominibus philosophiam pertinet noster quoque Iesus, cuius nominis efficacia iam innumeri Dæmones conspecti sunt manifeste fugati ex arreptorum corporibus & animis &c. *Nihil autem ut existimo.* Ad intelligendum Christi ortum quem scire oportet ad Danielis hebdomadum supputationem, opus fuit describere tempora Romanorum Imperatorum, quibus Christus Seruator noster & natus est & passus. Hanc autem descriptionem cum ipse per se satis clarus literæ contextus explicet, non est in ea exponenda immorandum. Hoc autem est animaduertendum in eo loco quem vertimus. Natus est autem Dominus noster quadragesimo primo anno, cum primum iusserunt censum &c. in Græco esse errorem manifestum, qui nescio quomodo irrepperit. Nam quod debebat scribi *οὐδὲν ἐπισημασμένον*, id est quadragesimo primo anno ut nos vertimus, scriptum erat *οὐδὲν ἐπισημασμένον*, id est, vicesimo octauo anno. Quod correximus secuti Eusebium in Chronicis qui sic scribit, Quadragesimo primo Augusti, Edicente Cæsare ex Senatus consulto, Quirinus in Indæam missus, census hominum possessionesque describit. Et statim sequitur, Quadragesimo secundo Iesus Christus filius Dei in Bethleem Iudææ nascitur. Cum ergo falsum sit Christum esse natum xxviii. Augusti, duximus esse corrigendum xli. etsi vnum tantum quod est incorrectum habeamus exemplar. Quod autem paulo post sequitur, Quinto decimo ergo anno Tiberij, & quinto decimo Augusti, sic impleretur vsque ad tempus quo passus est, sic existimo intelligendum, ut si à 56. annis quibus regnauit Augustus, subducatur quadragesimus primus annus Augusti quo natus est Christus, restant 15. anni, quibus si adiiciantur anni quindecim Tiberij, efficiuntur

Plut. in lib.
Quæni a-
nim. sint
prudēt.
Strab. li. 17.

Plato in
Cratylō.

efficiuntur 30. anni vitæ Christi. Vixit enim Christus quindecim annis sub Augusto, à quadragesimo scilicet primo eius Imperij anno quo & natus est, vsque ad quinquagesimum sextum eius imperij annum, & quindecim sub Tiberio. Quinto decimo autem eius anno passus est. Exactam autem illam quam dicit Ægyptiorum supputationem, cum Ægyptiorum dies & menses nobis sint ignoti, aliis qui eam melius norunt relinquamus excutiendam. Non intelligo certè quemnam dicant diem 28. anni Augusti in 25. Pachon. Eorum quidem mensium meminit Epiphanius, sed ita ut dicat tantum eorum nomina lib. 2. contra hæreses tom. 1. cap. 5. Quam sit certè aliena à nobis eorum supputatio, ex hoc licet videre quod annus eorum incipiat à Cancro. Cel. lib. 15. cap. 19. Porro autem de desolatione illa quæ secuta est illas Danielis hebdomadas, satis iam diximus, nec opus est ut in eis amplius immoremur. *Flavius autem Iosephus.* Ad ostendendum antiquitatem pertinet chronographia, & ideo supputat tempora Moysis ad Dauidem, & Dauidis ad imperatores aliquot Romanos prout supputantur à Iosepho, & ab aliis. Est autem obseruandum, quod in recensendis Christi generationibus, dicit esse in eis tria interualla mystica, quæ complentur sex hebdomadibus. Mystica autem vocat interualla quæ complentur numero senario & septenario. Vterque enim numerus senarius in quâ, & septenarius est, & apud Philosophos & Theologos arcanis mysteriis plenus. De quibus vide quæ præter Origenem, Ambrosium, Hieronymum, scribat Georgius Venetus in lib. 2. De harmonia mundi cap. 11. Veras autem fuisse scripturas, & legis & Prophetarum ex Hebræo sermone in linguam Græcam aiunt tempore Ptolomæi Lagi filij, aut, ut dicunt nonnulli, tempore eius qui fuit cognominatus Philadelphus &c. Postquâ autem ostendit Clemens omnium vetustissimos esse Hebræos, ostensurus Græcos ab eis esse suffuratos, cum posset obici non potuisse Græcos ex eis suffurari, quorum linguam non intelligerent, responderet objectioni, sacram scripturam ex Hebræo in Græcum sermonem esse versam, quo factum esse ut quæ vellent ex alienis facile vsurparent. Deinde cum posset obici non potuisse Pythagoram & Platonem qui Græcorum fuerunt longe doctissimi, id ex Hebræis accipere, cum sacra scriptura longo post, nempe Ptolomæi Philadelphii tempore fuerit versa, responderet eos partim didicisse ab interpretibus, partim ex iis quæ ante tempora Persica & Macedonica scripta fuerant de rebus gestis ab Hebræis in exitu ex Ægypto, & de legibus quæ eis latae sunt. Quomodo autem & quibus autoribus & interpretibus versa fuerint sacra scripturæ, & quanta eorum versio fuerit in ecclesia autoritas, quæ in tanta habita est existimatione, ut magis censeatur prophetia quam interpretatio, videre licet apud Aristæum qui de Septuaginta interpretibus librum edidit, apud Iustinum aduersus gentes, qui septuaginta illas duas cellulas adhuc suo tempore Alexandriae ostensas fuisse scribit, & apud Eusebium lib. 8. De preparatione cap. 1. qui etiam meminit Numenij Philosphi Pythagorei, & apud Augustinum in variis locis de Ciuitate Dei. De Aristobulo autem cuius aliquot verba hic refert Clemens, sic scribit Eusebius in Chronicis in Olympiade 151. Aristobulus natione Iudæus Peripateticus Philosophus, agnoscitur qui ad Philometorem Ptolemæum explanationem in Mosem commentarios scribit. *Hic Moses erat Theologus.* Docuit Clemens Hebræicæ gentis antiquitatem, eiusque genealogiam & chronologiam, ut sit tam probabile quam est verum; gentes esse suffuratas ab Hebræis. Nunc restat ut re ipsa ostendat eos esse suffuratos: sed quoniam qui eas à Deo acceptas literarum monumentis mandauit, fuit Moses, primum occurrit dicendum quisnam is sit, & quisnam quidem is sit satis docet sacra scriptura in Exodo. Sed quoniam res illi erat cum gentibus, quas ad Christum conatur adducere, ut res sit Græcis magis nota, citat Philonem Iudæum qui eius vitam scripsit disertissimè. Apud eum quidem certè legi quod Moysis nomen ei fuerit impositum, sed de duobus aliis nominibus, quorum vnum in circuncisione est ei impositum, nempe Ioachim, alterum verò in cælo Melchi, non memini me alibi legere. De insigni quoque eius eruditione tam in Græcis disciplinis quam in literis Chaldæis Ægyptiis seu Hieroglyphicis loquitur. Quem etiam dicit esse consecutum quatuor eximia, ut qui fuerit Rex, legislator, Propheta & Pontifex. Tertium autem illud nomen quod ei datum est in cælo, non est mirum si vulgus nesciat, cum id demum sciant qui in Hebræorum versati sunt mysteriis, nempe qui sunt periti doctrinæ ut vocant, Cabalica. Quidnam autem de Mose scribat Eupolemus & Artabanus, vide apud Eusebium de preparatione Euangelica. Mirum est autem quod illic narratur, Mystas eos, inquam, qui mysticam à Deo acceperant doctrinam, & tanquam per manus traditam, Mosem solo verbo occidisse Ægyptium qui Hebræo iniuriam fecerat. Quod ipsum quoque fecisse Petrum refertur in Actis Apostolorum. Ex quo colligitur ipsam quoque diuinam Mosi doctrinam à maioribus per manus illi traditam valuisse miraculis, sicut & Apostolicam à Christo traditam discipulis. Ezechielis autem Iudaicam tragediam in qua inducitur Moses suam narrans educationem nec hodie extare puto, nec esse qui eius meminerit, sed ex iis quæ restant, licet coniecere eam fuisse elegantem. *Deinde autem ex Ægypto fugit.* Non immerito à Deo est prouisum, ut qui suum populum esset rector, ouium pasceret gregem mitem & mansuetum. Christus certè & à Paulo dicitur *ἀρχιποιπυλος*, id est Princeps Pastorum, & ipse Christus iussit suum vicarium, nempe Petrum, quem suæ præfecit Ecclesiæ, suum gregem pascere. Est certè pascendi gregis scientia quædam præexercitatio ad regendos homines. Quod etiam vidit quamuis cæcus Homerus, qui non dubitat Reges vocare *ποιπυλους*, id est pastores populorum. *Est itaque noster Moses Propheticus.* Ostendens Clemens quibusnam scientiis & artibus fuerit Moses præditus, simul etiam ostendit Græcos illas ab eo didicisse, ab eo enim didicerunt qui eos longo præcessit tempore. Atque primum quidem Mosi tribuit Prophetiam, sed de ea loqui differt in alium locum. De cæteris autem loquens artibus & scientiis, eas simul coniungit & à se inuicem pendere ostendit. Dicit eum esse peritum aciei ordinandæ. Sed is demum rectè ducit exercitum qui rectè fungitur munere Imperatoris, & ut decet ducit exercitum. Is demum rectè ducit exercitum qui scit regnare, id est qui scit quomodo sit regendus populus, & in officio continendus. Regi autem & in officio contineri non potest populus, nisi ferantur leges quibus regatur & contineatur in officio. Sed frustra feruntur leges, nisi sint magistratus & Iudices, qui iis qui rectè se gerunt, & legibus parent præmia tribuunt, & iniuriam facientes, & delinquentes puniunt. Et hæc quidem sunt humana regnandi scientiæ. Sed præter eas etiam est diuina regnandi scientia, quæ consistit in Dei cultu & religione, per

Phil. de
præmiis &
pænis.

Euseb. de
prepar. li. 9.

Matth. 6.

quam à Deo & eius filio, Christo, inquam, qui ab eo est generatus, subministratur piis hominibus & externa & æterna felicitas. Quod quidem significat ipse Christus, dum dicit; *Querite primum regnum Dei, & cætera adiicientur vobis, quæ sunt parua, si cum ipso regno Dei conferantur.* Regnum enim Dei propriè consistit in iis quæ sunt firma, stabilia & æterna, non in terrenis, quibus tantum opus habemus ad miseram hanc vitam transmittendam, & cælestem quærendam patriam. Et hæc quidem est diuina regnandi scientia, & quæ verbo Dei seu ratione regitur administratio. Præter hanc autem sunt aliquot aliæ scientiæ regnandi species. Est animosa seu iracunda regnandi scientiæ species, quæ non regitur à ratione, sed ab animi impetu & iracundia impellitur ad regna obtinenda. Magnum enim & præclarum esse ducunt aliis imperare, quomodocunque imperent. Non est enim eis curæ ut iuste & sapienter regant, sed ut regnando audium animum expleant. Talis fuit Hercules qui Argiuis, talis Alexander qui imperauit Macedonibus: In magnis autem animis solet esse appetitio principatus, & non est laudandus quidem animus qui est φιλότιμος, qui pro paranda victoria suscipit certamina, non alio spectans quam vincat seu iure seu iniuria. Laudandus ergo est qui pro bono & honesto multa formidat pericula. Alia fuit species scientiæ regnandi, utpote Persarum, qui nihil aliud sibi proponebant quam ut vincerent, bonone autem an malo esset victoria non curabant. Pessima autem est omnium regnandi species, quæ non aliud sibi proponit quam cupiditates libidines & voluptates. Talis erat Sardanapalus, & alij eiusmodi Reges, quales vtinam nulli essent his nostris miseris temporibus. Postquam autem ostendit quænam sint regnandi species, subiungit quænam sint regendi instrumenta, quæ dicit variari pro diuersitate naturæ & materiæ. Instrumentum autem vocat ἄρμα, quod habet ordinandi ac moderandi facultatem. A regnandi perito ordinanda sunt arma & pugnacia animalia. Sed quod eorum regendorum est instrumentum? Anima & mens quæ per animata & inanima eorum regit motum. In homine qui est particeps rationis, ratio moderatur animi perturbationes, virtutes docet, & bonos mores, & omnia refert ad pietatem, religionem, & Dei cultum tanquam ad summum finem, & omnia simul obsignat ut notentur & conseruentur. Porro ij qui vtuntur virtutibus, instrumentum habent prudentiam, quæ est virtutum veluti quidam fons & principium. Quid vero diuina ordinat & moderatur? Sapientia. Quid humana? Reipublicæ administrandæ scientia. Et quæ sunt quidem singulorum hominum tanquam instrumentum ordinat & moderatur prudentia: quæ verò sunt vniuersitatis & totius mundi genere, & maxime, quæ sunt in cælis ordinat & moderatur sapientia, siue illam dicas θεῶν λόγος, id est Dei Verbum quod omnia & condidit & regit, & vt est Deus ita plane est diuinum instrumentum omnia operans & administrans. Quæ verò sunt vniuersæ in terris, & ad humanam pertinent societatem, reguntur & ordinantur à reipublicæ administrandæ scientia, quæ dicitur Politica. Omnia autem, prudentia scilicet, sapientia, & reipublicæ administrandæ scientia, ordinantur & reguntur à regnandi scientia. Sed regnum non potest administrari, nisi sint leges, quibus pareant qui reguntur. Is enim demum est Rex qui imperat ex legibus, quas lubentèr suscipiunt qui ferunt imperium: non sunt enim dicendi Reges qui coactos & inuitos opprimunt. Rex ergo est Iesus Christus Dominus noster, qui eos qui vt in ipsum credunt, & per ipsum ad fidem inducti sunt, admittit. Nam & fides est donum Dei, & in inuitum non cadit fides. Sed neque in fideles regnum vsurpasse dicitur potest Christus, cum Deus ei omnia tradiderit & subiecerit, & eum ab omnibus adorari voluerit, vt eius intelligant eandem esse gloriam & maiestatem quam patris, & ideo & superi, & inferi, & qui adhuc sunt in terris, ei parem habent honorem & gloriam. Atque hæc quidem dicit Clemens vt ostendat Mosè in regnandi scientia cum Christo aliquam habuisse conuenientiam. Quoniam autem iam dixit Mosè ducendi exercitus habuisse scientiam, visum est ei de illa aliquid esse dicendum. Primum autem dicit ducendi exercitus triplicem esse rationem. Aut enim ita ducendus est exercitus, vt caueas ne in iniquum locum descendas & fortunæ periculum temerè subeas, aut vt strenue aut fortiter decertes cum hostibus, aut vt vtrunque sit mixtum, nempe vt nec temere exercitum in discrimen adducas, & si sit pugnandum, ne pusillo & abiecto animo, certamen quod se offert detrectes, & verbis aut factis, aut vtroque simul ita te geras, vt ostendas omnibus nec tibi deesse eloquentiam, nec magni animi virtutem. Hæc omnia facies vel persuadendo, vel etiam mentiendo, nam quæ in pace diceretur fraus mendacium, in bello est æconomia, vel hostes circumueniendo, & imprudentes adoriendo, & elusos decipiendo. Nam quod in pace dolus & iniuria diceretur, id in bello stratagema, & res fortiter gesta dicitur. Dolus enim an virtus quis in hoste requirit? nec attenditur iustumne an iniustum sit quod facias, modo hostem vlcisaris, qui te prior iniuria affecit. Quæ quidem omnia sunt intelligenda, modo sit iustum bellum & iustus de causis illatum, nec fiat quidquam propter quod violetur ius gentium. ^m Hæc autem omnia & quomodo oporteat vti vnoquoque eorum. Mosè dixit Imperatorij muneri & ducendi exercitus scientia fuisse præditum, nunc ostendit quomodo cum hæc legissent Græci in sacris scripturis, ea sint imitati. Eorum affert vnum aut alterum exemplum. Nam vt Mosès fugiens Ægyptios, & trita via relicta se conuertens in solitudinem, ad laborem & tolerantiam, & pietatem se exercuit, & ad se persequendum induxit Ægyptios, quod eis fuit exitio: ita etiam Miltiades, cum munita loca Atticæ occupasset Hippas, qui à patria exulans Barbaros adduxerat in Græcia, quem cum esset locorum peritus latere non posset, non ipsum, sed Datim ducem Persici exercitus, ex improuiso adortus strauit, & prostrigauit insigni illo prælio Marathonio. Porro autem Mosè quoque imitatus est Thrasibulus. Nam sicut Moysè per deserta ducentem Hebræorum exercitum præcessit columna ignis: ita Thrasibulus Atheniensium exules à triginta Tyrannis Athenis expulsos à Phyle in patriam per loca inuia & noctu, ne lucente quidem Luna, ducentem præcessit ignis. Defecit autem cum eos inoffensos deduxisset vsque ad eum locum, vbi nunc est ara τοῦ φωσφόρου, id est, luciferi. Atque quod exules quidem Athenas Thrasibulus reduxit, & triginta Tyrannorum frerit Tyrannidem, narrat Trogus Pompeius, sed de igne qui eum præcessit, & vbi defecerit nihil dicit. Sed nec quænam sit ara τοῦ φωσφόρου, id est luciferi aut Veneris. Quicumque autem scripserit

Herod. lib. 6. & Iust. l. 1.

Exod. 13.

Iust. lib. 7.

Pausa. Att.

scripserit certum est id non confinxisse Clementem. Quod si verum est, quod tanquam verum legit Clemens, ignem præcessisse Thrasibulum, quanto est credibilius columnam ignis Deo volente præcessisse populum Hebræorum, eumque noctu deduxisse. Non solum autem Thrasibulus in hac columna ignis, Mosè est imitatus, sed Poetæ quoque nonnulli columnam pro statua vsurparunt, quorum nonnullos hic citat Clemens, nec mirum. Nam ἑλλάς, apud Græcos, & pro statua, & pro columna accipitur, Genes. xix. Vxor Loti postquam ardentem retro aspexisset Sodomam, dicitur versa in statuam salis, ita enim habet nostra Genes. 18. Genes. 28. Sed Septuaginta verterunt καὶ ἐποίησεν ἑλλάς ἀλός, id est & facta est statua salis, vel columna. Vtrunque enim dici potest. Quod autem nostra versio habet; Lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei. Græcè est apud Septuaginta ὁ λίθος ὃν ἔστησεν, id est lapis quem erexi in statuam &c. Est autem vtrouique idem vocabulum, & in Hebræo & in Græco. In Hebræo quidem ᾤ in Græco ἑλλάς, Latine autem est Titulus, id quod in alicuius honorem erigitur. Lapis ergo qui erigebatur in Dei honorè, & quo significabatur Deus, & Latine erat titulus, & Græcè ἑλλάς, & Latine columna. Prius autem facta est columna, & in Dei honorem erecta quam statua, quæ in hoc tantum differt à columna, quod columnæ non essent formatæ in certis imaginum habitus: statuis autem præter materiam, esset etiam membrorum efformatio. Priusquam autem fierent statuæ, erectæ sunt columnæ tanquam statuæ, & conuenientius à veteribus, tanquam Deus honoratæ, quod eis significaretur non posse Dei exprimi imaginem. Eius certè quod vnum est nempe Dei, exprimi non potest imago. Vnde & Deus mysticè dictus est Apollo, quod cum Deus sit, in eo non sint multa. Porro autem columna ignis, & ignis ille quem Mosès vidit in rubo significabant lucem è cælo descendentem, & rursus per lignum, nempe crucem in cælum ascendentem, per quam datur nobis videre intelligentem. Nam per lucem illâ, quæ ex resplendente crucis igne nobis in terra oritur, mens nostra in cælum atollitur & intelligentes reddimur. Ex eo autem quod Iacob Patriarcha, qui Deo erexit columnam, aut vt nostra habet versio, lapidem erexit in titulum, etiam si in Dei honorem sensilem erexit columnam, non idè non fuit verus Dei cultor. De Deo enim quam debuit habuit sententiã, quod & vnus esset, & nullius rei sensilis similitudine posset figurari, licet eius firmitas & stabilitas columna vtrunque significaretur. Id modo quod de Deo sentiendum est sentiatur & credatur, & Deus tanquam Deus colatur, & quod non est Deus pro Deo non colatur: non est timendum ne qui Deum ita colit, dici possit impius vel cultor idolorum. Impius est qui vel Deum non esse credit, vel quæ de eo non sunt sentienda sentit, vel quæ solius Dei sunt, aliis tribuit, utpote Dæmonibus, elementis, hominibus, & eorum simulacris seu idolis. Nihil certè est quod ad Dei similitudinem minus accedat quam idolum vel simulacrum. Nam cum Deus sit vnus atque adeo vnum, quomodo eum figurabit, quod ex multis constat & diuersis? Hinc est quod Iacob Deo non erexit statuam, sed columnam, quæ eius significabat firmitatem & stabilitatem. Nam qui rebus omnibus dat motum, ipse manet immobilis, & qui creauit omnia, & omnibus dedit vt sint per ipsum, ipse est & solus & vnum. Idem enim est vnum & τὸ ὄν, id est ens, seu id quod est. Solus enim Deus ex se habet quod sit: cætera autem omnia quod sint habent ex ipso.

^a PLATO autem philosophus, à Mosè in legibus ferendis adiutus, reprehedit quidem Minois & Lycurgi Reipub. administrandæ rationem, vt quæ ad solam animi magnitudinem respicerent & fortitudinem: laudauit autem vt honestiorem & magis venerandam, eam quæ vnum quid dicit, & semper ad vnum dirigitur decretum. Nam & robore & honestate & prudentia dicit nos decere magis philosophari, si ad cæli dignitatem respicientes, immutabiliter & citra ullam penitentiam, eadem sententia, & de iisdem utamur. An non interpretatur ea quæ in lege dicuntur, vt ad vnum Deum respiciamus, & ea quæ iusta sunt agamus, præcipiens? Politici autem dicit duas esse species, vnã quidem legitimam: alteram verò, politicam, equiuocè nominatam. Et politicus quidem propriè opificem tacitè significat in libro eiusdem nominis, & eos qui ad ipsum respiciunt, & rectè operantur & iuste viuunt cum cõtemplatione, ipsos quoque nominat politicos. Quod autem politicum vocatum est, æquè ac legitimum, & in mundanam diuidit mentis magnitudinem, & in priuatum ordinem, quem moderationem & concinnitatem vocauit, & temperantiam, quando magistratus quidem conuenientes fuerint iis quib. imperant, ij autem quibus imperatur, paruerint magistratibus. Quod quidem vt fiat, Mosès opus magno studio contendit. Præterea legitimum quidem ad generationem, politicum autem ad amicitiam & concordiam pertinere, dicit adiutus Plato: & legibus quidem eum qui est in Epinomide philosophum coniunxit, qui nouit transitus omnis generationis quæ sit per errantia. Philosophum autem alium Timæum, qui est & Astronomiæ peritus, & illorum motuum, & eam quæ est inter se consensionem & societatem contemplatur, coniungit libris de Repub. Deinde, finis enim est, vt existimo, & Politici, & eius qui ex lege viuunt, cõtemplatio. Neesse est ergo ciuitatem rectè administrare: optimum est autem

Exod. 3.

θεωμ. ετυ-
mologia.

Galat. 3.

Ioan. 1.

Luc. 15.

philosophari. Qui enim sapit, omnia sua referens ad cognitionem vixerit, vitam quidem suam bonis factis dirigens, quæ autem sunt contraria despiciens, & quæ ad veritatem conferunt disciplinas persequens. Lex autem est, non ea quæ lege decernuntur, nam nec sunt ea quæ videntur, visus, neque quavis opinio: non enim ea quoque quæ est mala, sed lex est opinio bona, bona est autem quæ est vera. Bona est autem, quæ id quod est inuenit, & id assequitur. Qui est autem, misit me, inquit Moses. Cui consequenter, bonæ scilicet opinioni, quidem dixerunt legem esse rectam rationem, quæ iubet quidem ea quæ sunt facienda, prohibet autem quæ non sunt facienda. Unde merito dictum est, Legem datam esse per Mosén, ut quæ sit regula iustorum & iniustorum: & cum propriè θεσπίζω, id est, ritum, dixerimus, qui à Deo per Mosén est traditus. Habet itaque eam quæ est ad Deum deductionem. Dicit autem Paulus quoque: Lex propter transgressiones est posita, donec veniret semen cui promissum est. Deinde veluti sensum explicans & prosequens, infert: Priusquam autem veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi timore, ex peccatis scilicet, in eam fidem quæ erat reuelanda: quare Lex pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide iustificemur. Est autem legis ferendæ peritus, qui id quod conuenit, unicuique animæ parti, & eius factis tribuit. Moses autem, ut semel dicam, erat lex animata, quæ ratione bona seu verbo bono gubernabatur. Subministravit itaque bonam Reip. administrandæ rationem. Ea autem est bona hominum educatio in societate. Iam verò facultatem tractauit iudiciariam, quæ est scientia, peccata propter id quod est iustum, corrigens. Eiusdem autem cum ea ordinis, est puniens facultas, quæ tenet scientiam moderandarum castigationum. Cum sit autem castigatio, est animæ correctio. Versatur autem, ut semel dicam, tota Mosés institutio, & in docendis iis qui possunt esse boni & honesti, & in iis venandis qui sunt eis similes: quæ quidem fuerit ars imperatoria. Quæ autem versatur in rectè utèdo iis quæ verbo seu ratione capta fuerint, ea fuerit legum ferendarum sapientia. Eius enim, ut quæ sit maximè regia, est proprium acquirere & vti. Solum itaque sapientem Philosophi, regem, legislatorem, imperatorem, iustum, sanctum, Deo amicam prædicant. Si hæc autem in Mosé inuenerimus, ut ex ipsis ostenditur scripturis, rectè persuasi dixerimus, sapientem reuera esse Mosén. Quemadmodum ergo pastoralem artem ouium curam gerere dicimus: ita enim pastor bonus animam ponit pro ouibus: ita etiam legum ferendarum artem dicimus, virtutem hominum comparare, humanum bonum pro viribus excitantem, ut quæ gregis hominum curam gerat & prouidentiam. Quod si grex qui à Domino dicitur allegoricè, nihil est aliud quam grex hominum, idem erit bonus pastor & legislator. Vnius gregis, nempe earum quæ ipsum audiunt ouium, unus est curator, nempe is qui perditam & querit & inuenit, lege & ratione: si quidem lex est spiritalis, & quæ ad ipsam ducit beatitudinem. Quæ enim Spiritu sancto facta est, est spiritalis. Is autem est reuera legislator, qui non solum bona & honesta profitetur, sed scit etiam. Huius lex quoque est, qui scientiam habet iustum salutare, vel potius, lex est iussus scientiæ. Potentia enim & sapientia est ratio seu verbum Dei. Et hic ipse rursus est legum expositor, per quem lex data est, qui est primus expositor diuinorum præceptorum, qui sinum patris explicat ac exponit, filius unigenitus. Deinde qui legi quidem parent, quod habeant aliquam eius cognitionem, neque possunt non credere, nec ignorare veritatem. Qui autem non credunt, & in factis & operibus minimè esse volunt, ij quoque si ulli alij se veritatem ignorare fatentur. Quanam est ergo Græcorum incredulitas: num nolle credere veritati, quæ dicit Legem per Mosén datam esse diuinitus? cum ipsi ex iis quæ apud se scripta sunt Mosén honorent, & Minoem referant ad Iouis antrum venientem, nouem annorum spatio Leges à Ioue accepisse: & Lycurgum scribant assidue Delphos euntem ad Apollinè, leges ab eo didicisse: & Plato & Ephorus, & Chamaleo

maleo Heracleotes in opere de ebrietate, & Aristoteles de Republica Locrorum, Zaleucum Locrum leges à Minerua accepisse, literarum monumentis mandarunt. Qui autem Græcorum leges, ut maximè fide dignæ videantur pro viribus efferentes, ad deos referunt, ad Mosæicam prophetiæ similitudinem, sunt ingrati, ut qui non fateantur veritatem. Exemplar, archetypum eorum quæ à se narrantur. Nemo ergo propter supplicia insectetur legem, tanquam non bonam & honestam. Non enim qui aufert morbum corporis, beneficio afficere videbitur? qui autem ab iniustitia animam conatur liberare, non maiorem videbitur curam gerere, quo est anima corpore præstantior? Sed pro sanitate quidem corporis, & secari & vni, & medicamentum potare sustinemus, & qui hæc adhibet, & seruator vocatur & medicus, & nec ei inuidet, nec malè vult egrotus, & ut artis dicat ratio partes quoque aliquas rescindit, ne sana partes unà cum eis intereant, nec tamen quis medici artem criminis arguerit. Animæ autem gratia, non similiter tolerabimus aut exilia, aut multas, aut vincula, si modò quis ex iniustitia sit restituendus in iustitiam? Lex enim eorum qui ei parent curam gerens, ad pietatem in Deum instituit, & dicat ea quæ sunt facienda, & propulsat unumquodque peccatum, pœnas imponens ijs quæ sunt mediocria. Cum autem viderit aliquem ita se habere, ut videatur immedicabilis, utpote qui ad extremam prouehatur iniustitiam: tunc aliorum iam curam gerens, ne ab ipso corrumpatur, tanquam aliquam partem à toto corpore refecans, sic eum qui est huiusmodi, occidit saluberrimè. Iudicati autem à Domino, inquit Apostolus, castigamur, ne cum mundo condemnemur. Prædixit enim Propheta: Castigans castigauit me Dominus, morti autem non tradidit me. Ut enim te suam doceret iustitiam, castigauit te, inquit, & tentauit, & fame & siti te afflixit in deserto. Ut cognoscerentur omnes iustificationes & iudicia eius in corde tuo, quacunque ego tibi præcipio hodie, & scias in corde tuo, quod ut si quis homo castigabit filium suum, ita castigabit te Dominus Deus noster. Quod autem exemplum corrigat, iam malus, inquit, videns malum puniti, ipse vehementer castigatur. Nam generatio sapientiæ est timor Domini. Est autem maximum & perfectissimum bonum, quando à malè faciendo & à re malè gerenda, ad virtutem & bonam actionem possit quis aliquem traducere: quod quidem lex facit. Quare etiam quando in immedicabile aliquod malum ceciderit, ab iniustitia & auaritia obsessus aliquis, beneficio afficietur si interficiatur. Lex est enim benefica, quæ alios quidem potest iustos ex iniustis facere, si modo velint audire, alios verò liberat à malis presentibus. Eos enim qui temperatè & iustè viuere elegerint immortales satagit reddere. Nosse autem legem est bonæ mentis, & rursus: Viri mali legem non intelligunt: qui autem querunt Dominum, intelligent in omni bono. Oportet autem eam quæ administrat prouidentiam, esse & dominam & bonam. Amborum enim vis procurat salutem: illa quidem, supplicia castigans, ut domina: hæc verò per beneficentiam benignè se gerens, ut benefica. Licet autem non esse filium incredulitatis, sed transire à tenebris ad vitam, & aure sapientiæ accommodata, esse Dei legitimū, seruum quidem primum, deinde fidelem famulum, timentem Dominum Deum. Quod si quis ascenderit, refertur in numerum filiorum. Postquam autem charitas operuerit multitudinem peccatorum, beatæ spei perfectione, licet eum tunc auctum charitate suscipere, relatum in electam filiorum adoptionem quæ Dei vocata est amica, iam votum canentem & dicentem: Sit mihi Dominus in Deum. Legis autem beneficentiam, per eum locum in quo agit cum Iudæis, declarauit Apostolus sic scribens ad Romanos: Si tu autem Iudæus cognominaris & in lege requiescis, & in Deo gloriaris, & cognoscis voluntatem Dei, & probas utiliora instructus per legem, & confidis te ipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui sunt in tenebris, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam

1. Cor. ii.

Psalm. 117.

καλὸς ἔργον
τῆν ἀρετὴν
γίαν.

Rom. ii.

scientiæ & veritatis in lege. Hæc enim posse legem certum est, & extra controuersiam etiã, si ij qui vitã ex lege non instituunt, se tanquam in lege gloriantur viuere. Beatus autem est vir qui inuenit sapientiam, & mortalis qui vidit prudentiam. Ex ore autem ipsius, sapientia scilicet, egreditur iustitia, legem autem & misericordiam fert in lingua. Vnius enim est Domini operatio, qui est Dei virtus & sapientia, Lex & Euangelium: & quem timorem genuit lex, is est misericors ad salutem. Eleemosina autem fides & veritas ne te deserant, alliga autem eas collo tuo. Similiter autem ac Paulus, Prophetia exprobrat Populo, quod legem non intelligat. Contritio & afflictio in visis ipsorum, & viam pacis non cognouerunt. Non est timor Dei ante oculos ipsorum. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Scimus autem quod lex bona sit, si quis ea legitime utatur. Qui autem volunt esse legis doctores, non intelligunt, inquit Apostolus, nec quæ dicunt, nec de quibus affirmant. Finis autem præcepti est charitas, ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Atque Mosaica quidem philosophia quadripartitò diuiditur, & in partem historicam, & in eam quæ propriè vocatur legitima, quæ quidem fuerit propriè morum tractationis: tertiam autem eam quæ pertinet ad sacrificia, quod quidem est naturæ contemplationis: & postremò quartam, speciem theologiam, quæ est superna contemplatio, quam dicit Plato esse reuera magnorum mysteriorum. Hanc autem speciem vocat Aristoteles $\mu\tau\ \&\ \phi\omega\sigma\iota\kappa\alpha$, id est, post naturalia. Et quæ ex Platonis quidem sententia est dialectica, ut dicit in Politico, est quædam scientia inuentrix eorum quæ sunt significationis. A viro autem bono & moderato est acquirenda, non ut aliquid dicat vel faciat eorum quæ dicuntur aut fiunt apud homines (ut faciunt Dialectici, qui versantur in rebus Sophisticis) sed ut possint quidem dicere & facere ea quæ Deo grata sunt, idque totum pro viribus. Cum sit autem dialectica, philosophi permessa veritate, res considerans, facultatesque & potestates examinans, transcendit ad præstantissimam omnium essentiam, & audet etiam ultra progredi ad Deum vniuersorum, non rerum mortalium peritiam, sed diuinarum celestiumque scientiam proficiens, quam consequitur, etiam in rebus humanis, qui in oratione & rebus agendis versatur, proprius usus. Merito ergo scriptura quoque tales nos esse volens dialecticos, sic hortatur: Efficiamini autem probi trapezita, alia quidem reprobantes, quod autem bonum est tenentes. Hæc enim reuera dialectica, est prudentia prædita vi diuidendi ea quæ percipiuntur intelligentia, & purè ac syncerè citràque omnem mixtionem ostendendi subiectum eorum quæ sunt: aut facultas quæ versatur in rerum generibus diuidendis, descendens usque ad ea quæ sunt maximè specialia, præbens unumquodque eorum quæ sunt, intuendum quale sit. Quocirca ea sola veluti manu ducit ad veram sapientiam, quæ quidem est diuina potestas, quæ ea quæ sunt, ut quæ sunt cognoscit, habens id quod est perfectum, libera ab omni animi perturbatione, non sine seruatore, qui à nostræ animæ videndi potestate, à mala conuersatione infusam caliginosam ignorationem diuino verbo amouit, & reddidit id quod est optimum ac præstantissimum, ut rectè cognoscamus hominemque Deumque. Is est qui reuera ostendit quomodo nos ipsos cognoscere oporteat, qui vniuersorum patrem cui vult reuelat, & facit ut intelligat, quoad fieri potest ut humana natura comprehendat. Nemo enim nouit filium nisi pater: neque patrem nisi filius, & cui filius reuelauerit. Merito ergo Apostolus dicit, se per reuelationem nosse mysterium, quemadmodum prius scripsi in breui, ut possitis legentes intelligere intelligentiam meam in mysterio Christi. Ut possitis dixit, quoniam sciebat aliquos lac solum accepisse, nondum autem cibum, sed nec lac quidem solummodo. Tribus autem modis voluntas Legis est à nobis accipienda: vel ut signum ostendens, vel ut præceptum sanciens ad rectam institutionem, vel prædicans, ut prophetia. Satis autem scio esse virorum, ea quæ sunt huiusmodi discernere ac

nere ac discere. Non est enim vna Myconis, vniuersa ad intelligendum scriptura, ut dicit qui utuntur prouerbis. Est autem quàm maximè fieri potest dialecticè ad eam accedendum, consequentiam diuinæ doctrinæ venantibus. Vnde pulcherrimè Sacerdos apud Platonem Aegyptius, O Solon Solon, inquit, Vos Græci semper estis pueri, nullam penitus in animis per veterem auditionem antiquam habentes opinionem: ex Græcis autem nullus est senex. Senes, ut arbitror, dicens, qui antiquiora, hoc est, nostra, nouerant: ut rursus iuuenes, qui recentiora, & quæ exercebantur à Græcis, quæ heri & nuper facta fuerant, ut vetera & antiqua referant. Subiunxit itaque: nec disciplina vlla cana tempore, more quodam barbarico non ficta & planè pura nobis utentibus metaphora. Qui sunt ergo viri reuera bona mente præditi & cordati, absque vilo artificio accedunt ad totum figmentum interpretationis. De Græcis autem dicit, eorum opinionem parum quid differre à fabulis. Non sunt enim pueriles audiendæ fabulæ, sed nec ij qui pueris fabulæ facti sunt. Pueros autem dixit ipsas quidem certè fabulas, utpote quod parum videant qui se apud Græcos existimant sapientes: per canam disciplinam, tacitè significans antiquissimam quæ est apud barbaros, veritatem. Cui verbo opposuit illud, puer fabulæ, arguens fabulosam recentium tractationem, ut quæ puerorū instar, nihil habeat antiquius: utrumque communiter, & fabulas eorum, & orationes esse pueriles ostendens. Diuinè ergo potestas illa quæ Herma loquitur in reuelatione: Visiones, inquit, & reuelationes propter eos qui sunt duplici corde, qui disputant in cordibus suis, sint ea nec ne. Similiter autem ex redundanti quoque doctrinæ copia validas efficiunt demonstrationes, confirmantque ac fundant demonstratiuas rationes, quatenus eorum tanquam iuuenum mentes pendunt sublimes in aère. Lucerna ergo est præceptum bonum, ut vult Scriptura. Lex autem est lumen vitæ. Vias enim vitæ arguit disciplina. Lex est rex omnium mortalium & immortalium, inquit Pindarus. Ego autem per hæc exaudio eum qui legem tulit, & Hesiodi illud dictum esse accipio de Deo vniuersorum, etiamsi ex coniectura à Poëta dictum est, non autem ex comprehensione:

Humano generi lex namque est à Ioue lata,
Pisces atque feræ volucresque per aëra nantes
Sese edunt, cum illis vlla haud sit notio iuris.

Hesiodus.

Ast hominum generi iustum, est res quæ optima, cessit.

Siue ergo naturalem legem quæ est vna cum generatione, siue eam dicat quæ rursus data est, sed à Deo, & naturæ & disciplinæ vna est lex, ut etiam Plato in Politico dicit vnum legislatorem: in Legibus autem, vnum ea quæ ad Musicam pertinent intellectum, per hæc docens vnam esse rationem & Deum vnum. Moses autem videtur Dominum appellare $\delta\epsilon\theta\epsilon\omega$, hoc est, pactum seu testamentum. Ecce ego, dicens, pactum meum tecum. Nam prius quoque dixit pactum ipsum non esse quærendum in scriptura. Est enim pactum quod Deus statuit, qui est author vniuersi. Deus autem Græcè $\theta\epsilon\omega$ dictus, & $\tau\omega\ \theta\epsilon\omega$, hoc est, expositione, ordine & administratione. In Petri autem prædicatione inuenis Dominum vocari Legem & Rationem. Sed qui ex vera quidem sumitur philosophia, cognitionis monumentorum primus liber Stromateus hîc terminetur.

COMMENTARIVS.

* PLATO autem philosophus à Mose in legibus. Quod Moses quidem fuerit legum ferendarum peritus antea dixit Clemens: Leges quoque tulit Plato, sed ad eas ferendas ei opem tulit Moyfes. Cretenium & Lacedæmoniorum legum scopum reprehendit Plato, quod solam magni animi virtutem & bellicam gloriam tanquam scopum sibi proponerent, cum vniuersam virtutem sibi potius deberent proponere. Ipse autem Plato cõgruenter Mofi eam laudat rempublicam, quæ vnum & idem semper dicit, & vna & eadem de iisdem vitur essentia. Ita fiet ut prudenter honeste & fortiter nos hic geramus, si philosophantes ad

vnium Deum respiciamus, & bonæ & honestæ vitæ dignitatē è cælo accipiamus. A Deo enim cum bona cætera tum bonæ actiones & bona opera maxime procedunt. Hæc & similia dicens Plato videtur quodammodo legem diuinam interpretari. ⁶ *Politici autem dicit duas esse species.* Est dialogus Platonis qui inscribitur Politicus vel Regalis, in quo docet quam sit reipublicæ administranda scientia, & quæ ratio regni administrandi. Eius duas statuit species legitimam & Politicam. Consideratur autem Politica, & vt genus & vt species. Et si sit quidem genus, vtramque complectitur reipubl. administrationem, nempe & eam quæ solo regitur magistratus imperio, & eam quæ regitur latis legibus & decretis. Est ergo politica *ἐπιπολιτικὸν* vocabulum, vt quod sit & genus & species. Quamuis autem in eo dialogo sit Platonis institutum tractare de reipub. administranda scientia & regni exercendi ratione, tamen cum summam reipub. regendæ auctoritatem tribuat Monarchiæ, per Politicum tacite significat Opificem, id est vniuersitatis creatorem & rectorē: per Politicos autem, eos qui ad Deum respicientes & eum sibi proponentes recte & ex virtute viuunt. Cum contemplatione enim viuere, vocat Deum sibi proponere. Tota autem illa administranda reipublicæ ratio, tam quæ Monarchiæ regitur imperio quam quæ legibus, diuiditur & in mundanam mentis magnitudinem qua mens erigitur in mundi contemplationem, & in moderationem & temperantiam, quæ efficit vt & magistratus ea imperent quæ ciuibus conueniunt, & ciues Magistratibus vt decet obediant. Hanc quoque statuit differentiam inter legitimam & Politicam, quod legitima, id est quæ legibus administratur resp. pertineat ad generationem (generationem autem vocat, hominum qui oriuntur ciuilem societatem, quæ legibus regitur quæ sunt inexorabiles, & apud quas nullus est gratiæ locus) Politica vero quæ non legum, sed imperio regitur magistratus, pertinet ad amicitiam & concordiam. Nam apud sua auctoritate & non legibus regentes magistratus & principes, locus est gratiæ amicitia, concilianturque & ad concordiam rediguntur qui ab eis reguntur populi. Habent autem & leges suam philosophiam, & politica quoque suam, sed differentem. Vtriusque autem finis contemplatio, sed quod iustum quidē est & æquū, & quod ad mores pertinet legitima contemplatur philosophia, quæ sit varia necesse est, cum fiat eius transitus per generationem, quæ est rerum in quas cadit ortus & interitus, & quæ planè sunt errantes. Politica autem philosophia non versatur in errantibus subiectis, sed in iis quæ sunt certa firma & stabilia: cum inter se conueniant & consentiant, nec vnquam aberrant eorum motus si qui sint, cuiusmodi est Astronomia, Arithmetica, Geometria, Musica & cætera Mathematica, per quas veluti per quosdam gradus peruenitur ad primam philosophiam, cuius est subiectum ipsa veritas & essentia, quæ à materia longe remota sola percipitur intelligentia. Plato itaque duplicem cōstituit philosophiam, nempe legitimam, id est moralem quam subiūgit legibus in Epinomide, & alteram quæ ab actione remotam persequitur veritatem, quæ est prima philosophia, quam coniungit libris de reipublica. Quamuis autem ab actione videatur remota politica, id est prima philosophia, quæ versatur in contemplanda veritate, vtriusque tamen finis est contemplatio. Nam etsi maximè agit qui viuunt ex legibus, agit tamen, omnem suam actionem referens ad cognitionem, & bonis factis vitam suam dirigens, & quæ eis repugnant despiciens, & sectās ea documenta quæ profunt ad assequendam veritatem. Non potest ergo esse nuda & sola actio eius, qui viuunt ex legibus. Nam vt agat, contempletur oportet quæ sunt agenda, & oportet vt actio respondeat contemplationi, quæ si desit, non est in actione veritas. Si autem non sit in actione veritas, non erit vera actio sed hypocritica. Vbi autem est hypocritica, iusti non sunt qui quæ sunt legis faciunt. Non facere enim censendi sunt qui legis scopum non attingunt. Ij autem demum iusti sunt qui quæ sunt legis faciunt. Lex autem non consistit in verbis, sed in factis. Legis enim factores iustificantur. Verba legis non sunt lex, sicut nec quæ videntur sunt visus. Visus est ea animæ facultas quæ perueniens ad rerum sensillum colores, eos representat diiudicandos & ab aliis discernendos: verba quæ mandantur literis non sunt lex, sed lex est recta ratio quæ iubet quæ sunt faciendā, verat autem quæ non sunt faciendā. ⁶ *Dicit autem Paulus quoque, lex propter transgressiones est posita.* Exponit quomodo intelligitur quod dixit legem habere ad Deum deductionem. Ad Magistrū non venit puer nisi eum ducat Pædagogus: Ad Christum quoque non venit is qui ab ipso est instituendus, nisi eum ducat lex quæ est pædagogus ad Christum. Propter transgressionem autem dicit datam esse legem, nempe vt populus qui alio qui erat insolens & immodestus, & ad vitia propensus, reprimeretur ab effrenata transgressionum petulantia, quæ obstiteret ne disciplinam susciperet & eruditionem, virtutemque & mores quales decent Dei alumnum & discipulum. Populi autem coercendi auctoritatem tamdiu lex erat habitura, donec veniret semen cui erat promissum, nempe Christus, cui diuino elogio erat promissum, vt in eo benedicerentur omnes gentes, nempe cum post eius aduentum præsentem fides haberetur, quæ venturo antea erat habitā. Cum hæc fides esset reuelata, quæ prius erat occulta, vt quæ adhuc expectaretur, sublatus est terror legis, cum ad recte & ex virtute operandum iam inciter non seruilis legis timor, sed voluntarius feruor spiritus. Quamuis autem etiam sub lege esset Christi fides, ea tamen non iustificabat nisi quatenus protestabatur Christum venturum qui mundi peccata expiaret & tolleret. Interea autem custodiebamur sub lege, nondum quidem salui, sed per venturum Christum salutem assecuturi: & hinc quidem nos terrebatur lex quæ poenas minabatur pro peccatis: illinc autem spem dabat gratia per Christum venturum danda iis qui in ipsum erant credituri. Quamuis autem vtraque sit fides, & venturi inquam Christi & Christi qui venit, ea tamen proprie est fides quæ consequitur à præsentem quod sperabatur à venturo. Lex itaque est noster pædagogus ad Christum, vt quæ nos deducat ad ipsum per fidem in ipsum iustificandos & salutem consecuturos. Est autem legis ferendæ peritus qui id quod conuenit vniciquæ animæ parti & eius factis tribuit. Inter cætera Mosis tribuit Clemens, quod sit *νομοθετικός*, id est, legis ferendæ peritus. Hoc vt ita esse ostendat, docet quid sit proprium eius qui fert legem. ⁴ *Moses autem, vt semel dicam.* Non satis habuit Moses legem ita scribere, vt cuiuslibet animæ facultati quæ sua sunt tribueret, sed ipse etiam fuit lex animata, quæ regebatur à verbo bono, nempe hypostatice quod est Dei filius. Ab eo verbo, etiam si nihil mandatum esset literis discebat bonam educationem, qua populus continebatur in officio, & cōseruabat sanctam vitæ societatem. Is ergo erat Moses, qui, vt scribit Plato de suo Politico & Basilico, etiam si scriptæ non essent leges, ipse erat

Rom. 2.

eis lex animata pro circumstantiarum & temporum varietate, statuens quæ erant vtilia & necessaria. ¹⁰ *Iam vero facultatem tractauit iudicariam.* Ad politicam & regnum administrandi scientiam pertinet etiam facultas iudicandi, quæ est scientia castigandi peccatorem propter id quod iustum est. Merito autem dixit, Propter id quod iustum est, id est iustitiam. Si quis enim castigaret peccata, vt acceptam vlsceretur iniuriam, is potius inimicus dicendus esset quam Iudex. Porro autem in castigando certus modus est tenendus quem qui tenet, is habet scientiam puniendi. Qui in castigando autem modum excedit, is non punit, sed torquet & cruciat. Qui autem castigans punit, is corrigit animam, id est, eam reddit modestam & temperantem. ¹ *Versatur autem, vt semel dicam.* Vt ostenderet Clemens Græcos multa accepisse à Mose, docuit qualem eum fuisse dicant scripturæ: nunc autem totam eius institutionem in summam contrahit. Dicit enim eā versari in docendis bonis, & in venandis iis qui sunt similes bonis. Bonos vocat eos qui iam sunt adducti ad disciplinam, & lubenter discunt ea quæ docentur. Bonis similes autem eos appellat qui sunt bonæ indolis, & quos spes est tanquam profelytos adduci posse ad veram doctrinam & religionem. Bonos & pietati non repugnantes docet Moses. Venatur autem bonis similes, vt ad suam attrahat disciplinam, quod dicit esse scientiæ Imperatoriæ. Nam vt est proprium Imperatoris hostes superare & ad se attrahere, ita Moses tanquam Imperator quos expugnari & attrahi ad pietatem posse non ignorabat, vt attraheret sedulo satagebat. ² *Quæ autem versatur in vtendo.* Mosis institutio non solum docet & adducit ad disciplinam, quos verbo cæperit vt Imperator, sed etiam vtitur iis quæ capta fuerint. Vtendi autem sapientia est legis ferendæ scientia. Ideo enim feruntur leges, vt sciatur quomodo & rerum acquiratur dominium, & quemadmodum acquisitis rebus recte & legitime vtamur. Interest enim reip. ne quis re sua male vtatur. Male autem vtitur qui & aliena per fraudem vsurpat, dolosisque & fraudulentis contractibus & commerciis eos cum quibus est illi negotium decipit & circumscribit, & in suam vel aliorum noxam prodigit & profundit, & qui denique ita se gerit, vt nec in rebus, nec in dictis, nec in factis id seruet quod est æquū & bonum. Eiusmodi autem leges ferens Moses merito est censendus tenere & docere modum vtendi sapientia, quæ quidem est maximè regia. Est enim maxime regium recte acquirere, & rebus acquisitis bene vti. ³ *Quemadmodum ergo pastoralem artem.* Et leges ferendi scientiā habuit Moses, & artem pastoralem. Vtriusque autem idem est scopus & institutum, nempe gregis seu populi curam gerere. Tantam populi curam gessit Moses vt pro eius salute optaret deleri de libro viuientium. Et legislator ergo fuit Moses & pastor. Bonus autem pastor animam ponit pro ouibus. Quod si bonus pastor est Moses, multo magis Christus vnigenitus Dei filius, qui & animam ponit pro ouibus, & vnica ouem perditam, nempe ecclesiam, reducit ad beatitudinem. Ille est vnus curator gregis qui allegorice populum significat. Curat autem ratione & lege. Lex autem est spiritualis, vt quæ facta sit à sancto Spiritu. Porro autem lex est iustus Verbi vel iustus scientiæ. Verbum autem est ipsa Dei scientia, sapientia & potentia, quod patris sinum aperit, & reuelat quæ in eo sunt arcana. In eo enim sunt absconditi omnes thesauri scientiæ Dei. ⁴ *Nemo ergo propter supplicia insectetur.* Legem à Deo Mosis datam Græci non agnouerunt, nec ei crediderunt. Fuerunt quidam etiam hæretici Græcis longe detiores, qui legem tanquam malam & crudelem insectabantur propter supplicia quæ sceleratis irrogant. In quo valde falluntur. Non enim lex est magis damnanda propter supplicia, quam Medici qui pro curandis & sanandis ægrotis eos vrunt & secant. Lex enim ideo irrogat supplicia, vt vel sceleratos liberet à vitis si sint medicabiles: si vero sint immedicabiles, vt eos à toto corpore resecat ne sinceros inficiant. Non eo nomine existimanda est lex crudelis, quæ vnus membri amputatione procurat salutem toto corpori. Prodest enim exemplum quando castigatur aut corrigitur qui alium videt puniri. Quod si malum vider immedicabile, est longe melius vt interficiatur scelestus, quam vt viuens & sua augeat peccata, & sua contagione alios inficiat. Lex ergo est benefica & ex iniustis iustos faciens, & alios liberans à malis præsentibus, eos scilicet qui non possunt curari. Vtroque enim modo beneficio afficit. ⁵ *Licet autem non esse filium incredulitatis.* Qui legem Dei non agnoscunt, nec ei obediunt, nec credunt, dicuntur more loquendi Hebraico filij incredulitatis, id est increduli. Tales erant Græci qui Christo nondum crediderunt. Eos sedulo conans Clemens ad fidem adducere, dicit eis licere non esse filios incredulitatis, id est incredulos, sed credulos & fideles. Nec mirum si cum de lege loquatur vsurpet vocabulum credulitatis & incredulitatis: à legis enim agnitione pendet fides cum Christum lex prædixerit & propheta. Qui ergo ad Christum accessit quem lex & venturum & salutem daturum prædixit, is statim fit legitimus. Sed cum legitimorum sint varij gradus, non omnes legitimi collocantur in eodem ordine. Primum enim seruus est qui legem admittit & in Christum credens, propter minas poenæ à lege intentatas Deum timet & legi parat, qui est timor seruilis. Secundus est non amplius seruus parens Domino propter timorem poenæ, sed fidelis famulus voluntariæ legi parens & Domino libere seruiens, quod Dominum quem diligit timeat offendere. Quo in loco est adnotandum Clementem ponere differentiam inter seruum quem vocat *δούλον*, & famulum quem *ὑπηκόον*. Seruus enim nisi malo coactus suum officium facit: famulus autem qui Græcè dicitur *ὑπηκόον*, lubenter & alacriter Domino non tam seruit quam instruit. Est enim amicus domesticus, ad agendum promptus & strenuus. Hanc differentiam licet videre apud Eustathium, in commentario in Homerum. Ii autem sunt de quibus dicit Christus; iam vos non dico seruos, sed amicos. Ii enim etsi Christo seruiant, non tamen seruili animo seruiunt. Non enim ei seruiunt quod ignem gehennæ timeant, sed quod eum tanquam optimum & beneficentissimum Dominum colant & obseruent. Tertius gradus legitimorum qui ad Christum ascendunt, est eorum qui Christo non solum seruiunt tanquam Domino, sed eum honorant tanquam filij patrem. Summus autem gradus est quando non solum Deum honorant vt filij, sed per charitatem operis peccatis beatæ spei perfectione, qua ad regnum cæleste aspiratur, à Deo per Christum adoptantur & eo procedunt, vt quod votis contendunt à Deo quodammodo deificentur. ⁶ *Legis autem beneficentiam.* Quoniam dixit antea legem esse beneficentiam, ostendit quænam sit eius beneficentia, auctoritate Apostoli ad Romanos, in ea parte epistolæ qua agit aduersus Iudæos qui de lege gloriabantur. Quæ enim de lege dicebant vera erant, sed quæ de se gloriose iactabant vera non erant, neque enim re ipsa faciebant quæ dicebant. ⁷ *Atque Mo-*

Exod. 32.

Ioan. 15.

Lucæ 15.

Marcioni-
stræ.In O Rapf.
Iliad.

saica quidē philosophia. Cūm locutus de Mose dixisset de lege Mosaica, id est à Deo data Mosi, quod autem scripsit Moses multa contineat, visum est Clementi eius opus in suas partes diuidere. Mosaica ergo philosophia dicit esse quatuor partes. Historicam qua res gesta narratur. Legitimam & quæ propriè dicitur legitima, in qua scriptis mandata sunt leges quibus instituuntur mores, & certa constituuntur iudicia quæ pertinent ad conseruandam ciuium inter se societatem, & hæc pars est philosophia qua docentur mores. Tertia pars agit de sacrificiis quæ Deo offeruntur. Ea pars cūm sacrificia sint partim animata partim inanima, pertinet ad naturæ contemplationem. Quarta pars est Theologica, id est superna contemplatio, quæ nihilis rebus naturalibus quæ sunt crassæ terrenæ & concretæ, considerat quæ sola percipiuntur intelligentia, & nec oriuntur nec occidunt, sed semper sunt, quorum primum est Deus qui vere est solus, & à quo sunt omnia. Eam partem dicit Plato esse magnorum mysteriorum. Sunt enim quæ in eis latent arcana & ineffabilia, & quæ humana comprehendere non potest intelligentia. Talia sunt quæ in scripturis dicuntur de Angelis mentibusque celestibus & diuinis intelligentiis, & de summa illa trium qui est vnus Deus, hypostaseon seu personarum triade. Hæc partem Theologicam vocat Aristoteles Metaphysica. Percursis enim naturalibus peruenitur ad ea in quibus locum solum habet intelligentia. Et sunt hæc quidem partes philosophiæ Mosaicæ, id est scripturæ, cuius quoque multiplices esse sensus dicitur eius interpretes, tam veteres Hebræi, quam qui à Christo sunt illuminati, nempe sensum historicum quem vocant literam, allegoricum, mysticum, Tropologicum, analogicum, etymologicum. Quorum primus quidem ordine est historicus, & sine quo cæteri non consistunt. Cæteri autem sunt dignitate & virtute præstantissimi, vt qui sunt spirituales. Habet enim scriptura & literam & spiritum. Litera autem occidit, spiritus verò viuificat. Ita autem tenenda est litera, vt superior sit spiritus. Ita est amplectendus spiritus, vt ipse quoque non pereat cum litera quæ ab eo viuificatur. ²⁰ *Et quæ ex Platonis quidem sententia est dialectica.* Mosaicæ philosophiæ præcipua pars est Theologia, quam tanti fecit Plato, vt ea maxime de causa diuinis sit appellatus. Ad dandam autem ei operam maxime vtilem esse censuit Dialecticam. Cui etsi in rebus humanis non neget suam esse relictum locum, eius tamen vult præcipuum esse scopum, vt ea dicamus & faciamus quæ Deo grata sunt quoad eius fieri potest. Eius autem præcipuum munus est rerum genera ita diuidere ac distinguere, vt discernatur quæ vere sunt ab iis quæ vere non sunt, id est ea quæ sub solam cadunt intelligentiam, ab iis quæ cadunt sub sensum, & oriuntur & intereunt, & tandem ad veram deducere sapientiam, quæ est diuina potestas, cognoscens ea quæ sunt, vt quæ sunt libera ab omni animi perturbatione. Huiusmodi dialectici cōparantur bonis Trapezitis seu mensariis, qui bona numismata retinentes mala reiciunt. Sed quantumcunque nos ad diuinam ducat sapientiam dialectica, Deum tamen cognoscere non poterimus, nisi ad sit non creata, sed ab æterno genita Dei sapientia Deus Dei filius. Non cognoscitur enim pater nisi per filium, & filius nisi per Patrem. Sed neque Deum nouerit qui seipsum non nouit. Seipsum autem non nouit qui suam non agnoscit imbecillitatem, & non intelligit se sine Deo nihil posse facere. Vt autem facilius intelligantur quæ hic de Platonica dicuntur dialectica, sciendum est, primam philosophiam quæ & Metaphysica dicitur, à Platone appellari dialecticam, quæ à Geometricis confurgens positionibus ad prima ascendit principia, & versatur in diuinis & æternis. Vtitur autem Logica tãquam instrumento. Omnis autem logices disciplina, vel finit, vel diuidit, vel colligit. Colligit autem vel ex veris & necessariis & exinde existit demonstratio, vel ex probabilibus, & est dialectica Aristoteli. Sin ex falsis quamuis sint probabilia, Sophistica. Dialectica autem Platonica in rebus versans diuinis & æternis, nunquam colligit nisi ex veris & necessariis. ³⁰ *Merito ergo Apostolus dicit.* Quamuis dialectica multum conferat ad Theologiam, Deus tamen non potest cognosci nisi ad sit Seruator qui solus reuelat patrem, vt pater filium, ad quod ostendendum citauit Ioannis Euangelium. Ad idem citat etiam Apostolum, qui dicit se nosse mysteria per reuelationem. Quod quidem se paucis dicit ad eos scripsisse, quod lac solum accepissent, solidi autem cibi nondum essent capaces, id est, nondū possent intelligere mysticos & recõditos sensus scripturæ. ⁴⁰ *Tribus autem modis voluntas.* Legis voluntatē videtur dicere legis sententiam & scopum. Eam autē dicit esse triplicem. Vult enim lex vel aliquod sacrum signum puta sacramentum, narrare & explicare, vel constituere præcepta quæ pertineant ad vitæ institutionem, vel tanquam prophetia futura prædicere. Non est autem puerorum sed virorum hæc discernere & discernere. Non est Myconus vniuersa scriptura, id est, non comprehendit scriptura res diuersas sub vno & eodem titulo, hoc enim significat prouerbiū, Non vna Myconus. Hos simul coniunctos sensus non intelligent Græci. Sunt enim adhuc pueri, vt dicit Sacerdos Ægyptius, vt qui non audierint vetera, cuiusmodi sunt Mosaica & Hebraica, quæ iam ostendit Græcis esse longe antiquiora. Merito ergo Græci vocantur pueri & iuuenes si conferantur cum Hebræis. Hebræa autem nostra dicit Clemens, cum & Christus sit ortus ex Hebræis, & quæ ab Hebræorum patriarchis & prophetis fuerant prædicta, ab ipso Christo sint implera, qui quam tulerat legem cessantibus vmbriis & figuris deduxit ad veritatem. Senes ergo vocat Hebræos, & per metaphoram canam eorum disciplinam, canam vocans, antiquissimam quæ est apud ipsos veritatem. Græcos autem, pueros, quod & quæ de eis narratur sunt recentiora. Fabulas autem, quod & quantumuis suam iactent sapientiam, vt qui se sapientes existimant, & se de sua venditent eloquentia, sunt tamen quæ ab eis dicuntur fabulosa. Nec ipsi ergo sunt audiendi, vt qui sint pueri, nec eorum fabulæ. Sed audiendi sunt Hebræi quorum cana est sapientia, & qui simpliciter & absque artificio ad ea narranda quæ componunt, quod vocat figmentum interpretationis seu enunciationis, accedunt. ⁵⁰ *Domine ergo potestas illa quæ Hermæ loquitur in reuelatione.* Cūm dixisset ad Theologiam, ad Dei, inquam, cognitionē non sufficere dialecticam, sed ipso quoque Deo verbo opus esse qui reuelat suum patrem, vt pater etiam reuelat filium. Qua reuelatione dicit etiam Apostolus se agnouisse Christi mysterium, citat etiam Hermam Pauli discipulum ex libro qui dicitur Pastoris, qui licet à nonnullis censeatur Apocriphus vt statuitur in can. Sancta Romana Ecclesia, eius tamen testimonio vtuntur nonnulli antiqui sancti patres. Ex eo libro citat Clemens verba potestatis, id est, angeli qui dicit Hermæ opus esse visionibus & reuelationibus propter eos qui sunt duplici corde, id est, qui ambigunt & disputant, sintne vera quæ dicuntur, & quantumcunque sit eorum doctrina ad tollendam doctrinam,

Ioseph.
Philo.
Aristobol.
Origenes.
Augustin.
1. Cor. 3.

Non vna
Myconus,
Erasinus in
Adagiis, &
Strab. lib.
10.

doctrinam, non sufficiunt etiam valida demonstrationes. Sunt enim eorum, vt pote iuuenum & non satis in religione confirmatorum, mentes in aere suspensæ. *Lucerna ergo est præceptum bonum.* Quoniam dixit Deum cognosci per Deum reuelantem, & Dei visiones & reuelationes, occurrere autem posset Deum cognosci etiam per præceptum, legem, & Dei pactum seu testamentum. Bonum enim præceptum est lucerna quæ hominis illuminat oculos vt Deum videat & agnoscat, & lex est lumen vitæ, vt quæ Deum ostendat qui est ipsa vita, à qua quæcunque viuunt vitam accipiunt, & disciplina præceptorum & legis arguit vias vitæ, id est, mōstrat qua sit eundem ei qui Deum agnoscit, responderet hoc quidem verum esse, sed ipsa quoque Deum esse, Dei enim nihil est quod non sit Deus. Dei certe præceptum est Deus præcipiens, & lex quæ est recta ratio dictans quæ sunt facienda & fugienda, ipse est Deus. Lex enim non est ea quæ lege sancitur & iubentur, sed ipsa quæ sancit & iubet ratio quæ est Deus. Hæc est lex quam dicit Pindarus esse Regem omnium mortalium & immortalium. Regem, inquam, non reginam. Lex enim Græcè est masculini. Deus enim sua prouidentia, quæ est lex vniuersitatis tam mortalia quam immortalia regit & administrat. De hac lege intelligit Hesiodus in iis versibus quos citat Clemens, Deum vniuersitatis coniectura magis assequens quam comprehendens. Hæc est lex vna tam quæ à natura datur homini in generatione, quam quæ Mosi data fuit à Deo, vna, inquam, est, & quæ est naturæ & quæ est disciplina, quæ, inquam, datur ad populum in officio continendum. Idem autem Deus & lex est vna, & vnus legislator, vt dicit Plato in Politico. Dicit autem in legibus vnum intellecturum quæ ad musicam pertineat. Per hæc autem docet vnum esse Verbum quod & ratio dicitur, estque Dei filius, & vnum Deum. Non solum autem Deus lex dicitur & legislator, sed videtur etiam Moses appellare Deum *θεός*, id est pactum, fœdus, vel testamentum, significans & Deum esse qui cum Abrahamo, & per eum cum toto Hebræo populo pactus est seu fœdus iniit. Et ipsum pactum seu fœdus, quod cum eo iniit, Deum esse, nempe futurum illi populo Deum, & Dei populum peculiarem Deo futurum, cui esset impressum signum circumcisionis. Quamuis autem ipsum Dei pactum seu fœdus, & testamentum sit mandatum literis, erat tamen pactum fœdus, & testamentum, priusquam mandaretur, nec scriptura spectanda est vt pactum, fœdus & testamentum, sed quod Deus vniuersitatis id statuerit qui est Verbum seu ratio. Dicitur autem Deus Græcè *θεός* & *κύριος*, id est statuere, quod statuat, & ordinet, & administret. Et ideo Petrus in sua vbiunque ea sit prædicatione, Deum appellat & legem & verbum seu rationem. Nam quæcunque Deus statuit, etiam si non scribantur, Deus sunt statuens, decernens & apud homines proferens. Hęc autem omnia eo tendunt, vt intelligamus Deum cognosci, non tam per dialecticam, quam per ipsum Deum Verbum qui est vera ³⁰ philosophia. Hic autem est finis primi libri Stromatum.

kk

CLEMENTIS ALEXAN-
DRINI STROMATVM
LIBER SECVNDVS.



DEINCEPS^a autem fuerit tractandum, quoniam barbaræ philosophiæ fures Scriptura Græcos esse dixit, quemadmodum hoc paucis ostendatur. Non solum enim ex ijs quæ à nobis narrantur, ea quæ sunt admirabilia & præter fidem imitantes, scripsisse ostendemus, sed etiam præcipua dogmata surripientes, eaque adulterantes, cum nostræ sint, ut demonstrauimus, scripturæ antiquiores, conuincemus, nempe in decretis

de fide, & de sapientia, & spe, & charitate, & de pœnitentiâ, & continentiâ, quinetiam de Dei timore. Examen certè virtutum veritatis, & quæcunque postulabit quæ in proposito loco sit adnotatio, comprehenduntur, & quod maximè occultum barbaræ philosophiæ 20
symbolicum hoc & enigmaticum genus sunt æmulati, qui actione & exercitatione præscam sunt sectati philosophiam, quod quidem genus est utilissimum, atque adeo maximè necessarium cognitioni veritatis.^b Post hæc existimo esse consequens ijs respondere quæ dicunt Græci dum in nos inuehantur, paucas inducendo scripturas, si fortè contingat, ut Iudæus quoque paulatim exaudiens, ex ijs quæ credidit, possit conuerti ad eum quem non credidit.^c Praclaros autem philosophos merito excipiet, à charitate profecta, eorum vitæ & inuentionis nouorum dogmatum reprehensio, non ulciscens quidem nobis inimicos, 30
multum quidem abest, cum etiam eis bene precari & benedicere didicerimus qui nos execrantur, etiam si in nos maledictis inuehantur: sed ut illi conuertantur, si fortè erubuerint qui omni sunt ex parte sapientes, per barbaram correcti reprehensionem, ut possint tandem perspicere, cuiusmodi sint disciplinæ, quarum gratia peregrinando transmarinas obeunt

regiones. Quorum enim sunt fures, ea quoque sunt demonstranda, eis nimio sui amore detracto, & maiori quàm par sit de se persuasione: quæ autem ipsi quærentes, gloriantur se inuenisse, ea sunt reprehendenda. Consequens autem est, ut disciplinarum, qui vocatur 40
orbis, ostendamus quàm sit inutilis, & de Astrologia, Mathematica, Magica, & arte præstringendi oculos, quæ dicitur ὀφθαλμία, cursim est à nobis tractandum. De ijs enim tanquam maximis scientiis, omnes Græci se iactant, & sibi placent. Qui autem liberè & audacter reprehendit, est pacificus. Sæpe autem diximus, neque nos ut Græci essemus exercuisse, neque in eo studium ponere. Hoc enim sufficit ad multos populari quadam persuasione à veritate abducendos. Quæ verè est autem philosophia, non in lingua, sed in mente

iuuabit eos qui audierint. Oportet autem, ut opinor, cum qui curam gerit veritatis, non 50
insidiosè captioque consilio ac cura adhibita dictionem componere, sed conari tantum id quod vult quomodo potest exponere. Eos enim qui hærent dictionibus, & in eis sunt occupati, res ipsæ effugiunt. Atque agricolæ quidem est proprium, rosam quæ in spinis nascitur citra noxam carpere: similiter & artificis, eam quæ in ostrei carne infossa est margaritam inuenire. Aiunt autem gallinas quoque carnem habere suauissimam, quando eis non copioso appposito nutrimento, & ex pedibus fodientes, cum labore nutrimentum colligunt. 60
Si quis ergo eius quod est simile contemplandi potestate præditus, cupit in multis probabilibus iisque Græcis, id quod verum est persequi, tanquam sub laruis verum vultum studiosè perscrutatus, venabitur. Dicit enim quæ Herma in visione apparuit potestas: Quod tibi contingit reuelari, reuelabitur. Propter tuam autem ne efferaris sapientiam, dicunt

Prouerbia. In omnibus autem vñs cognosce ipsam, ut recto tramite dirigas vias tuas, pes autem

autem

autem tuus ne offendant. Vult enim per hæc ostendere, oportere opera esse verbo consequentia. Iam verò ostendit nos oportere ex omni disciplina eligendo habere id quod est utile. Sunt autem viæ sapientiæ variæ, ut recto tramite incedamus ad viam veritatis. Via autem est fides. Pes autem tuus non offendant, ait de aliquibus qui videbantur aduersari vni eique diuinæ quæ prouidet administrationi. Vnde subiungit: Ne sis sapiens apud teipsum, per impias rationes, quæ seditionem agitant aduersus Dei œconomiam & dispensationem.

10 Time autem Deum, qui solus est potens: cui est consequens, Deo nihil aduersari. Et alioqui apertè quoque docet inductio, quod Dei timor, est mali declinatio. Dicit enim: Et declina ab omni malo. Hæc est disciplina Domini. Quem enim diligit Dominus, castigat, efficiens quidem ut doleat, ad hoc ut intelligat, restituens autem ad pacem & incorruptionem.^d Atque barbaræ quidem quam nos persequimur philosophia, reuera est perfecta & vera. Dicit itaque in Sapientia: Ipse mihi dedit non falsam eorum quæ sunt cognitionem, ut cognoscam mundi constitutionem; & ea quæ deinceps sequuntur, usque ad illud. Et

20 virtutes radicem. In his omnibus naturalem comprehendit contemplationem, quæ est omnium quæ facta sunt in mundo sensili. Deinceps autem tacitè quoque de ijs significat quæ comprehenduntur intelligentia, per ea quæ subiungit: Et quæcunque sunt occulta & aperta cognoui. Quæ est enim omnium artifex, nos docuit Sapientia. Paucis habes quid nostra profiteatur Sapientia.^e Horum autem disciplina quæ cum recta vitæ institutione fuerit exercitata, per omnium artificem sapiētiam, erigit ad eum qui est dux & princeps vniuersitatis, qui est res apprehensu & venatu difficilis, quæ semper recedit, & procul abest ab eo

30 qui persequitur. Ipse autem cum procul sit, incedit vel propinquissimè; res certè ineffabilis. Deus appropinquans ego, inquit Dominus, procul enim essentia. Quomodo enim quod est genitum, appropinquarit ingenito? Proximè autem est potestate, qua sinu suo omnia complectitur. Si clanculū quis fecerit, inquit, & non videbo eum? Atqui & vidente, & beneficiente, & docente, quæ nos tangit potestate, semper adest Dei potentia. Vnde Moyses cum persuasum haberet Deum nunquam humana cognitum iri sapientia, Ostende te mihi, inquit: & in caliginem, ubi erat Dei vox, ingredi cogitur, hoc est, ad arcanas & informes de

eo quod est notiones. Non est enim in caligine Deus, aut in loco, sed supra locum, & tempus, & proprietatem eorum quæ facta sunt: quare nunquam est in parte, nec ut continens, nec ut qui contineatur, aut per circumscriptionem, aut per sectionem. Quam enim domum 40
ædificabitis mihi? inquit Dominus. Sed nec sibi ædificauit cum capi non possit. Et quamuis calum dicatur eius sedes, nec sic quidem continetur, sed requiescit delectatus opificio.

^f Clarum est ergo occultam nobis esse veritatem, et si id iam exemplo vno ostensum est, id quoque paulo post monstrabitur pluribus.^g Quomodo ergo non sunt merito excipiendi, qui 50
& discere volunt, & ex sententia Solomonis possunt nosse sapientiam & disciplinam, & intelligere rationes prudentiæ, & suscipere strophas orationum, & veram intelligere iustitiam? utpote quod sit alia, quæ non ex veritate docetur à Græcis legibus & alijs philosophis. Et iudicia, inquit, dirigere, non iudicialia, sed quod est in nobis iudicium sanum & ab errore alienum oportere nos habere significat: Ut det simplicibus astutiam, puero autem nuper nato sensum & intelligentiam.^h Hæc enim cum audierit sapiens, cui est persuasum

60 obedire præceptis, erit per cognitionem sapientior. Qui est autem intelligens, acquireret gubernationem, & intelliget parabolam & obscurum sermonem, & sapiētum dicta & enigmata.ⁱ Non enim adulterinas proferunt rationes, qui à Deo sunt inspirati, nec qui ab eis mercantur: sed nec laqueos quibus multi Sophistæ adolescentes implicant, nulli rei quæ vera sit vacantes.^m Sed qui spiritum quidem sanctum possident, profunda Dei scrutantur, hoc est, ij qui ea assequuntur quæ latent in prophetis.ⁿ Sanctis autem canes impertiri vetantur,

donec canes manserint. Non oportet enim inuidis & perturbatis, & adhuc infidelibus & impudentibus moribus, ad latrandum aduersus inquisitionem, unquam temperare diuinum & purum fluentum aquae viuae. Ne effundatur, inquit, aqua extra fontem tuum, in tuas autem plateas transeant aquae tuae. Non enim haec multi percipiunt qui in ea incidunt. Sed nec cum didicerint cognoscunt, ut ait egregius Heraclitus. An non is quoque tibi videtur eos qui non credunt vituperare?

COMMENTARIVS.

DEINCEPS autem fuerit tractandum. Postquam Hebraeam, quam barbaram vocat, philosophiam, cuius fures dixit esse Graecos, Graeca ostendit esse longe antiquiorem, restat ut ostendat quanam ab Hebraeis Graeci sunt suffurati. Suffurati sunt autem, & suffurantes imitati & quae in historiis sunt admirabilia fideque superata & praecipua pietatis dogmata, & quae in eorum scripturis latent symbolica allegorica, & mystica. Ea autem ita sunt suffurati & imitati, ut ea adulterarint & corruperint. Post haec existimo esse consequens ijs respondere. Postquam ostenderit quae Graeci ab Hebraeis sunt suffurati, dicit se respondurum Graecorum in nos inuectiuis, in nos, inquam, tam Hebraeos quam Christianos qui ex eis duxerunt originem. In responsione autem dicit se paucas adducturum scripturas duabus de causis, nempe ut & per eas Graecos refellat, & per eas efficiat, ut Iudaei qui eis credunt, Christo quoque credant quem non credunt, cum tamen deberent credere. Ipsae enim scripturae Christum qui iam venit, & venturum, & eo tempore venturum quo venit, praedixerunt. Praclaros autem philosophos merito. Dixit se in responsione ad inuectiuas Graecorum scripturas adducturum, ut Iudaei Christo credant quem praedixerunt scripturae Philosophorum vitam & recens ab eis inuenta dogmata reprehensurum, non ut eos vliscatur pro quibus etiam bene praecatur, sed ut a barbara, Hebraea, inquam, reprehensi philosophia, intelligant qualia sunt ea quae ipsi sunt suffurati, & quam non sint cum eis comparanda artes & disciplinae, quas ut discant totum orbem terrarum obeunt, ut quas se gloriantur inuenisse. De quibus cursim tractans ostendit quam sint inutiles scientiae, de quibus tanquam maximis se iactant & gloriantur Graeci. De iis autem cum ipse sit alibi dicturus, non est quod hic plura dicamus. Eas autem cum non odio motus, sed incitante veritate impulsus reprehendat, non inimicus, sed pacis potius studiosus est censendus. Si quis ergo eius quod est simile. Est vna quidem veritas, permulta autem verisimilia. Si quis autem studiosus contemplandi simile, in multis verisimilibus iisque Graecis verum persequitur, perinde facit, atque si quis sub multis laruis verum vultum quaerit qui non potest inueniri. Nam in verisimilibus quidem inueniuntur quae sunt probabilia, non quae plane vera. Verisimilia enim à vero tam sunt remota, quam personae seu laruae à vero cultu. Pes autem tuus non offendat. Qui Christum sequitur & in eum credit, is non offendit: offendit autem qui diuinam aduersatur providentiam. Non aduersatur autem qui Dei praecipis quae data sunt, ut administraretur homo qui est animal particeps rationis. Aduersatur autem is qui est sapiens apud semetipsum, id est qui sibi adeo videtur sapiens ut magis faciat, quae impie cogitavit & est apud se ratiocinatus, quam quae Deus praecipit hunc mundum regens & administrans. Deo autem qui solus est omnipotens, non aduersatur nec resistit qui eum timet. Timori enim Dei est consequens ut ei pareatur, cui aduersari est & impium & temerarium. Atque barbara quidem quam nos persequimur philosophia. Ostensus Clemens, quid Graeci à nostra suffurati sint sapientia, quoniam dicere possent Graeci se falso furti argui ab Hebraeis, cum nihil sit quod possint ab eis suffurari, hic docet quidnam nostra profiteatur sapientia, ut intelligatur Graecos ex eo potuisse suffurari. Dicit ergo nostram philosophiam profiteri contemplationem, tam eorum quae cadunt sub sensum, quam eorum quae sub intelligentiam. Ex quo est perspicuum eius esse subiectum tam naturae considerationem, quam eorum quae sunt supra naturam, quam appellant Metaphysica, ista est postnaturalia. Sensilium autem rerum consideratio comprehendit etiam differendi artem quam vocant Dialecticam. Horum autem disciplina quae cum recta vitae institutione. Ostendit quodnam sit nostrae philosophiae subiectum, & quanam disciplina, nunc docet quidnam sit eius finis, nempe ut bonis moribus exercitata, in quo consistit moris philosophia, nos ad Dei erigat cognitionem, cuius essentia quidem non potest comprehendi. Nam cum Deus ingenuus, qui est genitus, homo inquam mortalis nunquam eum comprehenderit, quo magis certe eum persequeris, is eo magis recedit, id est, cum minus assequeris. Itaque quod ad essentiam quidem attinet procul est, quod autem ad potestatem, est prope, ut qui intra sui sinus ambitum omnia complectatur, & docendo & beneficiendo ubique in nos suam ostendat potentiam. Quod autem Deus humana comprehendi non possit sapientia ex hoc intelligitur, quod non comprehendatur, nec ut pars, nec ut totum, & nec sit in tempore, sed supra tempus, & nec in loco, sed ut supra locum, & nec contineat nec contineatur, nec diuidat nec diuidatur, nec in eum cadat vlla naturae proprietates. Cum itaque sciret Moses Deum à nemine posse comprehendi nec ostendi, ab ipso Deo petit ut ipse se ostendat. Is vero ut ostenderet se nulla humana ratione posse ostendi, cogit eum ingredi caliginem, significans se nulla aspectabili forma posse cuiquam representari, sed esse arcanas & informes quibus videntur cognoscitur & comprehenditur notiones. Cum ergo Deus sit eiusmodi ut nec capi possit, nec circumscribi, non est existimandum domum Dei ideo dici, quod vel ipse ea sibi iusserit aedificari ad habitandum, vel homines ei aedificari. Nam in manufactis templis non habitat quae nulla capit moles corporea, & qui cum ubique sit nullis comprehensus spatii, nusquam tamen est ut qui non sit in loco, sed ut ad eius maiestatem colendam, adorandam & orandam conueniat populus. Sed neque caelum ideo dicitur eius sedes quod caelum eum contineat, sed quod ex omnibus rebus ab eo creatis caelum sit omnium pulcherrimum & praestantissimum, & quo maxime delectatus

Proverb. 5.

Exod. 33.

Esai. 66.

status conuiescit. Clarum est ergo occultam nobis. Ex eo quod Moses à Deo iussus est ingredi caliginem, est perspicuum, latere veritatem. Quod quidem dicit se postea pluribus aliis ostensurum exemplis. Quomodo ergo non sunt merito excipiendi. Occulta quidem est Dei cognitio, & later veritas, nempe eius essentia in caligine quam ingrediatur oportet, qui Deum vellet nosse, sunt enim inaspectabiles eius formae & notiones. Quamuis autem Dei non possimus perfectam assequi scientiam, cum tamen sint multa alia quae non ita latent, quin eorum aliqua certa possit haberi notitia: merito sunt excipiendi & laudandi qui volunt discere. Disci autem possunt & res naturales & quae ad mores pertinent, tropique & figurae orationis quibus explicantur animi sentia. Disci potest etiam vera iustitia, non ex Graecorum prauis & adulteratis, sed ex sanctis & incorruptis Dei legibus, Dei enim est vera non Graecorum & aliorum Philosophorum iustitia. Hoc ut fiat dirigenda sunt iudicia, id est, adhibenda est prudentia, purumque & sincerum exercendum est iudicium, ut & iusta discernamus ab iniquis & recta à prauis, non autem danda est opera litibus & iudicialibus controuersis, quae non tam sibi proponunt iustitiam, quam causae suae siue per fas siue per nefas victoriam. Qui hoc habet iudicium, simul simplex erit & astutus. Simplex quidem, ut qui nemini noceat: Astutus vero ut qui ab improborum dolis & fraudibus sibi caueat, & puer quidem nuper natus, id est, in Christo recens regeneratus, quae sunt sentienda sentiat & intelligat. Quod autem est in Graeco Clementis ἀσθησι καὶ ἰσοίαν, legendum est ἀσθησι καὶ ἰσοίαν. Haec enim cum audierit sapiens. Paucis perstrinxit Solomon ea de quibus est daturus praecipua: hoc enim fecit in initio prouerbiorum. Nunc affert rationem cur ea sit daturus, nempe ut & sapiens qui statuit obedire praecipis, per scientiam euadat sapientior. Quantaunque enim sit quispiam sapientia praeditus, si sapientia praecipua dantem audierit, ei sapientiae magna fiet accessio, quod quidem Diuus Hieronymus multis probat exemplis in Commentario huius libri, & ut intelligens acquirat gubernationem. Intelligens est Graeco νοήμων, id est, qui valet ingenio & vi intelligendi. Is à sapiente Solomone dicitur quomodo oporteat seipsum regere: deinde alios. Nam qui sibi non potest imperare quomodo imperarit aliis. Intelliget etiam parabolam, id est, ex rei similitudine & imperatione eruet sensum latentem, & ita intelliget obscurum sermonem per eius interpretationem. Ita discipuli à Christo praecatore didicerunt sensum parabolarum, quas à Christo populus obscure audierat. Intelliget etiam dicta sapientum, id est, sapientum responsa vel apophthegmata, nempe quae à sapientibus argute & subtiliter dicta fuerint, & quae crassa videbantur & carnalia spiritualiter apprehender. Intelliget etiam aenigma, id est, obscuram quaestionem, & quae videntur non posse explicari soluet & aperiet. Huiusmodi aenigma est illud apud Iudices. De comedente exiit cibus &c. & illud in Euangelio. Qui voluerit animam suam saluam facere perdet illam. Non enim adulteras proferunt rationes. Affert rationem cur qui audit à sapiente sit sapientior & ingeniosus, & intelligens parabolam & aenigma intelligit & verba sapientum. Nam cum sapientes à Deo sint inspirati, nihil ab eis procedit quod non sit purum sincerum & verum, sed nec ab iis qui ab ipsis acceperunt. Mercari autem dicit, quoniam ab inspiratis non citra laborem accipiunt qui docentur: accipiunt autem non falsa & adulterata, cuiusmodi sunt quae docentur à Graecis philosophis, non enim tales proferunt rationes quos Deus inspirat, nec verborum laqueos & tendiculas quibus Sophistae implicant adolescentes, dum nulli rei quae vera sit atque adeo quae re ipsa sit animum intendunt. Talem enim Plato describit Sophistam qui non est, id est, quod est, sed non est, id est, quod non est persequitur. Quod autem non est nec verum vere dici potest. Sed qui spiritum quidem sanctum possident. Graeci quidem Philosophi & Sophistae ea proferunt quae non sunt pura & sincera, & ex aliis quidem sunt accepta, sed ab eis corrupta & adulterata, nec in eorum dictis est veritas, ut qui non in eo quod est, sed in eo quod non est versentur, de Deo enim qui solus vere est ne cogitant quidem: sed qui spiritum sanctum Dei possident, hoc est qui à Deo sunt inspirati, scrutantur profunda Dei, hoc est arcanos & mysticos sensus quaerunt qui latent in scripturis Prophetarum. Sanctus autem canes imperitii vetantur. Arcana Dei mysteria quae latent in scriptis Prophetarum, nempe Dei sacramenta, ij demum eruunt & percipiunt qui à Deo inspirati sunt, qui scilicet sanctum habent spiritum, & quibus fides est infusa diuinitus. Infidelibus autem, quos canes vocat scriptura, id est qui à Deo non sunt inspirati & qui fidem non habent, quae est Dei donum, non est communicanda sacra mysteriorum doctrina, quae est doctrina spiritus, qui in Euangelio dicitur aqua viua saliens in vitam aeternam. Duabus autem de causis non est eis communicanda sacra mysteriorum doctrina, & quod sine fide quam non habent non possint intelligere, & quod cum eorum mores non sint per fidem in melius mutati, sancta Dei quae inquiruntur mysteria sint vituperaturi & allatraturi.

Iustus autem meus ex fide viuet, dixit propheta. Dicit autem alius quoque propheta: Nisi credideritis, non intelligetis. Quomodo enim admirabilem & supernaturalem eorum contemplationem capere potuerit anima, si intus in eis discendis depugnet incredulitas? Fides autem, quam Graeci calumniantur, existimantes inanem & barbaram, est voluntaria anticipatio, pietatis assensio, rerum quae sperantur substantia, argumentum earum quae non videntur, ut est sententia diuini Apostoli. Per eam enim maxime testimonium acceperunt qui sunt antiquiores. Sine fide autem impossibile est Deo placere. Alij autem, rei non apparentis vniuentem assentionem tradiderunt esse fidem sicut certè demonstrationem, rei quae ignoratur manifestam assentionem. Porro autem voluntaria electio est alicuius appetens, versatur verò nunc appetitio in cogitatione. Quoniam actionis principium est electio voluntaria, inuenitur fides esse principium actionis, fundatus

Iud. 14. Luc. 9.

Plato in Sophist.

Marci 7. Ioan. 4.

Abacum 2. Esai. 6.

Hebr. 11.

Fides principii actionis, fundamentum electionis.

mentum prudentis electionis, aliquo eis prius per fidem ostendente demonstrationem. Volentem autem sequi id quod est utile, est principium prudentiae. Magnum itaque momentum ad cognitionem affert, quae diuelli non potest voluntaria electio. Iam fidei meditatio fit scientia, quae stabili ac firmo innixa est fundamento. ^a Scientiam itaque definiunt philosophi, habitum qui à ratione non transmutari & excidere potest. ^c Est ergo aliquis alius eiusmodi verus status pietatis ac Dei cultus, cuius sola est magistra ratio. ^d Non ego quidem, sed, ut arbitror, Theophrastus dicit sensum esse fidei principium. Ab eo enim porriguntur principia ad eam quae est in nobis rationem & cogitationem. Qui diuinis ergo credidit Scripturis, firmum habens iudicium cui contradici nequit, demonstrationem eius qui Scripturas dedit vocem accipit. Non utique fit ergo fides munita per demonstrationem. ¹⁰ Beati itaque qui non viderunt & crediderunt. ^b Ac Sirenum quidem cantus efficaces, vim plusquam humanam ostendentes, eos qui in eas inciderant obstupesciebant, ut ea quae discebantur exciperent, propemodum inuitos inducentes. ^e Hic fidem esse naturalem existimant Basilidis sectatores, quatenus eam etiam in electione collocant, ut quae intelligente comprehensione, disciplinas inueniat citra demonstrationem. ^f Valentiniiani autem cum nobis quidem simplicibus fidem tribuerint, sibi qui natura salui fiunt, volunt esse cognitionem ex excellentis abundantia seminis, dicentes eam esse à fide longè magis separata, quam spiritale ab animali. ^g Praeterea dicunt Basilidei, fidem simul & electionem esse propriam in unoquoque spacio: rursus autem ex consequentia supramundanae electionis, consequi mundanam totius naturae fidem, & pro modo spei vniuersumque conueniens quoque esse donum fidei Voluntariae ergo & liberae electionis non est fides utique officium. si est natura ³⁰ commodum, nec iustam consequetur retributionem, nec qui non credidit cuius culpa id non euenit, nec is qui credidit, qui causa non fuit. ^h Omnis autem fidei & incredulitatis proprietas & differentia, nec laudi, nec vituperationi iuerit obnoxia, rectè considerantibus, cum habeat praecedentem naturalem necessitatem, quae orta est ab eo qui potest omnia. Quod si nos, tanquam inanima, naturalibus operationibus veluti fumibus trahamur, superuacaneum est inuoluntarium, & appetitio quae ea praecedit. ^m Nec ego illud utique animal esse intelligo, cuius vim appetendi, quae ab externa causa mouetur, sortita est necessitas. ⁿ Vbi autem est amplius eius qui fuit aliquando incredulus poenitentia, per quam est ⁴⁰ remissio peccatorum? Quare nec est amplius baptismus rationi consentaneus, nec beatum signaculum, nec filius, nec pater, sed est eis impia, ut existimo, naturarum distributio, quae fundamentum salutis non habet fidem voluntariam. ^o Nos autem qui libera & absoluta potestate eligere & vitare à Domino datum esse hominibus, à Scripturis accepimus, iudicio quod transmutari & excidere non potest, fidei acquiescamus, alacrem & promptum ostendendo spiritum, quoniam vitam elegimus, & Deo per vocem illius credidimus, & ⁵⁰ qui verbo credidit, nouit rem esse veram. Verbum enim est veritas. Qui autem non credidit dicenti, Deo non credidit. ^p Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent, inquit Apostolus. Fide maiorem hostiam Abel quam Cain obtulit, per quam testimonium est consecutus quod esset iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur, & quae deinceps sequuntur, usque ad illud, quam temporalis peccati habere iucunditatem. Hos ergo cum ⁶⁰ etiam ante legem fides iustificasset, constituit haeredes diuinæ promissionis. Quid ergo adhuc fidei ex nostra historia recensens adduco testimonia? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sampson, Iephte, Dauid, Samuel & Prophetis, & quae sequuntur. ^q Cum autem sint quatuor in quibus verum consistit, sensus, intelligentia, scientia, opinio, natura quidem prima est mens seu intelligentia: nobis autem & ad nos relatus,

Poenitentia. Baptismus. Beatum signaculum.

enarrantem.

nos relatus, sensus. Ex sensu autem & intelligentia consistit scientiae essentia. Intelligentiae autem & sensus commune est id quod est euidens. Sed sensus quidem est basis scientiae. ^r Fides autem progressa per sensilia, relinquit opinionem: contendit autem ad ea quae sunt à falso aliena, & permanet in veritate. ^s Si quis autem dicat scientiam demonstrare cum ratione, audiat, quod sunt etiam principia quae demonstrari nequeunt: neque enim cognosci possunt arte nec prudentia. Haec enim versatur in iis quae contingit aliter se ¹⁰ habere: illa autem est efficiens & propemodum contemplans. ^t Fide ergo sola existimant se consequi principium vniuersorum. Quaeuis enim scientia doceri potest. Quod autem doceri potest, docetur ex eo quod prius cognoscitur. ^u Non prius autem cognoscebatur à Graecis principium vniuersorum. Neque ergo à Thalete qui aquam sciebat primam causam, neque ab aliis qui deinceps consecuti sunt Physicis. Primus enim Anaxagoras mentem rebus adhibuit. Sed nec ille dignitatem seruauit efficientem, nescio quas amentes describens reuolutiones, cum mentis ab agendo cessatione & amentia. ^v Quocirca verbum quod ²⁰ que dicit: Ne dixeritis vobis magistrum super terram. Quae est enim scientia, est habitus demonstratiuus. Fides autem, gratia, quae ex iis quae demonstrari nequeunt, deducit ad id quod est simplex, generale, & vniuersum, quod neque est cum materia, neque materia, neque sub materia. ^w Increduli autem, ut videtur, ex caelo, & ex eo quod est aspectabile, omnia trahunt in terram, manibus planè petras & quercus apprehendentes, ut ait Plato. Omnia enim quae sunt huiusmodi attingentes, hoc solum esse affirmant, quod habet applicationem & contactum eiusmodi, idem definiens corpus & essentiam. Aduersus eos ³⁰ ab alto decertantes, ex eo quod non est aspectabile, alicunde eos pie admodum ulciscuntur, incorporeas quasdam, & quae intelligentia percipiuntur, formas, urgentes veram esse essentiam. ^x Ecce facio noua, ait Verbum, quae oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nouo oculo, noua aure, nouo corde, quaecumque videri & audiri possunt, sunt per fidem & intelligentiam comprehendenda, spiritualiter dicentibus, audientibus, & agentibus Domini discipulis. Est enim probus nummus, & alius adulterinus, qui nihilominus rudes decipit & ignaros, sed non argentarios, qui sciunt cum didicerint separare & discernere probum à reprobo, eoque qui est mala nota. Sic argentarius rudi & ⁴⁰ ignaro solum dicit nummum esse adulterinum. Quomodo autem, solus scit argentarii familiaris, & qui in eo est exercitatus. ^y Aristoteles autem, id quod consequitur scientiam, iudicium, quod verum sit hoc quidpiam, dicit esse fidem. Est ergo fides scientia praestantior, & eius iudex. Fidem autem imitatur coniectura, quae est imbecilla opinio, sicut adulator amicum, & lupus canem. ^z Quomodo autem videt faber quod qui aliqua didicit, fit artifex, & gubernator doctus artem, gubernare poterit, non satis esse reputans fieri bonum & honestum: necesse est eum qui persuadetur & credit, discere: parere autem Verbo, quem magistrum esse dicimus, est illi credere, in nulla re repugnando, & contradicendo. Quomodo enim fieri potest ut aduersus Deum aliquid sciamus? est ergo fidelis cognitio. Fit autem apta ad cognoscendum diuina quadam consecutione & mutua consequentia. ^{aa} Iam verò Epicurus quoque, qui veritati maxime praetulit voluptatem, cogitationis anticipationem existimat esse fidem. Anticipationem autem definit, applicationem ad ali- ⁵⁰ quid euidens, & ad euidens rei intelligentiam: neminem autem posse nec quaerere, nec dubitare, neque verò opinari, sed neque probare aut arguere, absque anticipatione. Quomodo autem non habens quis anticipationem eius quod desiderat, didicerit id quod quaerit? Qui autem didicit anticipationem, iam facit comprehensionem. Si autem is qui discit, non discit absque anticipatione, quae potest quae dicuntur suscipere, ipse quidem habet aures praeditas facultate audiendae veritatis. Beatus est autem qui dicit in aures audientium.

ἐπιμαρτυρία

Matth. 23: Fides, gratia quae ex his, quae demonstrari nequeunt, deducit ad id quod est simplex, generale, & vniuersum.

Esa. 43: 1. Cor. 9.

παραπέτης πορταίος.

πρόληψις κατανάλωσις.

Eg. 6.

sicut certe beatus quoque est is qui est obedientia. Audire autem est intelligere. Si ergo fides nihil est aliud quam anticipatio cogitationis circa ea quae dicuntur, & hoc dictum est obedientia, & intelligentia persuasio, sine fide autem non discet aliquis, quoniam nec sine anticipatione, verum ergo omnino ostenditur quod à Propheta dictum est, Nisi credideritis, non intelligetis. ^a Hoc eloquium Heraclitus quoque Ephesus circumloquens dixit: Nisi speret, id quod est insperatum non inueniet, cum sit & inscrutabile, & nullus ad id pateat aditus. ^b Sed Plato quoque Philosophus, in Legibus, eum qui beatus & felix est futurus, dicit oportere esse ab initio participem veritatis, ut cum sit verus, plurimo uiuat tempore: fidelis enim. Infidelis autem est, cui voluntarium placet falsum. Cui autem inuoluntarium, cum sit amens, non est animal: neutrum ergo est expetendum. Ingratus enim est quisquis est infidelis & ignarus. ^c Nunquid autem in Euthydemo occulte hanc esse dicit regalem sapientiam? In Politico quidem certe his dicit verbis: Quare veri Regis regalis est sapientia, & qui eam possederit, siue princeps, siue priuatus fuerit, omnino ex hac quidem arte βασιλικός, id est, regalis, seu regnandi peritus, recte appellabitur. Iam qui in Christum crediderunt, Christi, id est, uncti, & sunt, & dicuntur: sicut ij qui sunt reuera regales, Regi curae sunt. Sicut enim sapientes sunt sapientia sapientes, & qui sunt iusti, iustitia sunt iusti: ita etiam sunt à Christo Rege reges, & qui à Christo sunt, sunt Christiani. Deinde inferius aperte subiungit: Quod rectum est autem fuerit legitimum, & lex cum sit natura, est recta ratio, & non in scriptis, & in aliis. Et hospes Eleates virum regalem & politicum, legem animatam pronunciat. ^d Talis autem est qui legem quidem implet, facit autem voluntatem patris, aperte in excelsis aliquo ligno inscriptus, diuinae virtutis exemplar expositus iis qui possunt perspicere. Sciunt autem Graeci, Ephorum Lacedaemoniorum scytalas fuisse lege in lignis inscriptas. Lex autem mea, ut prius dictum est, est & regalis & animata, & recta ratio. Lex, quae est Rex omnium mortalium & immortalium, ut canit Pindarus Beotius. ^e Speusippus autem in primo aduersus Cleophontem, videtur dicere similia Platoni, sic scribens: Si enim regnum res bona est, & sapiens solus est Rex & Princeps: lex cum sit recta ratio, bona fuerit. Quae sunt etiam his consequentia statuunt philosophi Stoici, qui regnum, sacerdotium, Prophetiam, legis ferenda scientiam, diuitias, veram pulchritudinem, nobilitatem, libertatem, soli sapienti tribuunt. Fatentur autem ipsi quoque eum inueniri difficiliter. ^f Videntur autem omnia quae prius dicta sunt dogmata, à magno Mose Graecis esse tradita. Et omnia quidem esse sapientis per haec docet: Et quoniam misertus est mei Deus, mihi sunt omnia. Eum autem Deo esse amicum significat, dicens: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Ipse autem inuenitur aperte vocatus amicus. Qui autem videt Deum, nomen mutasse aperte ostenditur, & Isaac tanquam victimam consecratam allegoricè sibi delegit, typum futuram salutaris aconomiae. Et à Graecis quidem celebratur Rex Minos, qui nouem annis familiariter cum Ioue est versatus, cum audiuisent quemadmodum Deus cum Mose loquebatur, ut si quis cum amico suo loqueretur. ^g Erat autem Moses quidem sapiens, Rex, legislator. Seruator autem noster omnem humanam naturam superat. Pulcher quidem, ut à nobis solus ametur, qui veram desideramus pulchritudinem: erat enim lux vera. Rex autem & à pueris imperitis, & à non credentibus Iudaeis & ignorantibus vocatus, & ab ipsis Prophetis praedicatus ostenditur. Adeo autem diues, ut omnem terram, & quod super terram, & sub terra est, aurum, quae ei cum omni gloria ab aduersario dabantur, despexerit. Quid attinet dicere, quod sit solus Pontifex, qui solus Dei cultus tenet scientiam? Rex pacis Melchisedech, qui solus est vel omnium aptissimus ut praesit humano generi. Legislator autem, ut qui dat legem in ore Prophetarum, quae sunt agenda, & quae non,

Eg. 6.

Eg. 6.

Exod. 13.

quae non, apertissime praecipiens & docens. Quis autem ex eo fuerit nobilior, cuius solus pater est Deus?

COMMENTARIVS.

^a FIDES autem quam graeci calumniantur. Quoniam fide stat nostra, nempe fidelium Christianorum scientia, quam Graeci calumniabantur tanquam rem barbaram inanemque, & nullius momenti, eam describit ex sententia Diui Pauli ad Hebraeos, ut intelligatur eam reuera consistere, & maximi esse momenti. Fides, inquit, est voluntaria anticipatio, per quam scilicet anticipamus, & praeuenimus quae nondum sunt in rerum natura. Deinde sequitur; Rerum quae sperantur substantia, per quam scilicet quae sperantur quidem, nondum autem sunt, tanquam praesentia consistunt, Deum que quem non videmus pie esse colendum assentimur, & quae nondum quidem apparent, sunt autem omnino futura, pro certo euentura colligimus. Neque verò solum futura fide colligimus, sed etiam de iis qui olim fuerunt, quod praecleara & praemiis digna gesserint, testimonium acciperetur, Deo enim probata & accepta fuit eorum fides sine qua Deo non placuissent: Deo enim placere non potest qui Deum esse non credit, qui cum Philosophica demonstrari non possit scientia, quod sit, sola fide cognoscitur. ^b Alij autem rei non apparentis. Vnica fidei descriptione non contentus, aliam affert descriptionem, nepe rei non apparentis vniuersam assensionem, per quam scilicet assentitur animus rei non apparenti. Sed quomodo assentitur? Se vniuersam. Non potest enim assentiri animus, qui rei cui assentitur non vniuersam, & ita coniungatur, ut cum ea sit vnus. In hoc autem differt à fide demonstratio, quod rei quae ignorabatur, aperta fiat demonstratio, & ita ei assentiamur: Fides autem est certa quidem, sed non rei cuiusdantis, nec euidentis & aperta est assensio. ^c Porro autem si voluntaria electio. Suspicio hunc locum esse mancum & mutilum, est tamen videndum, an aliquis sensus ex eo possit elici. Respondens Graecis, dixit falsum esse quod fides sit inanis: tantum enim abest ut sit inanis, ut etiam verè consistat, & definiatur. Nunc autem dicit eam non solum consistere, sed etiam esse vtilem, ut quae sit principium actionis & fundamentum prudentiae. Ex eo autem suum deducit argumentum, quod in fidei definitione dixerit, fidem esse voluntariam anticipationem: prauectionem, inquam, quam voluntarie suscipimus eorum quae sunt agenda, est autem haec anticipatio agendi electio, quae aliquid appetit. Non est enim actio quae non aliquid appetat. Nam quod agit, non temere agit, sed agit propter finem quem appetit: cogitatio autem appetit, non enim appeteret nisi cogitaret quod appeteret. Ex hac autem voluntaria electione quae cogitat finem quem appetit, existit principium actionis. Voluntaria autem electio est ex eo quod agendo credat, se finem quem appetit esse consecuturum, & ita inuenitur fides principium actionis, & fundamentum prudentis electionis. Est autem prudens electio, quando quod est vtile tanquam scopus propositus appetitur. Appetitur autem, ipsa fide demonstrante id esse vtile. Volentem autem apperere & sequi id quod est vtile, est principium prudentiae. Prudentes enim sunt qui prouident ea quae sibi sunt vtilia. Ad cognoscendam autem vtilitatem plurimum potest voluntaria electio, quae auelli non potest, ipsa scilicet fides quae est in nostra potestate, & à nobis nulla vi auellitur. Nemo enim credit inuitus, nec cogi potest ut credat. Qui quamuis nullam certam causam afferat cur credat, & ideo non sit fides demonstratione praedita scientia, credendo tamen & fidem, meditando eo progreditur ut scientiam acquirat, & possit suae fidei causam reddere & rationem. Nititur autem haec fidei scientia firmo & stabili fundamento: nititur enim verbo Dei quod nunquam potest labare. ^d Nam manet in aeternum. ^e Scientiam itaque definiunt Philosophi. Meditationem fidei fieri scientiam probat ex definitione scientiae quae datur à Philosophis. Scientia, inquit, est habitus qui non potest transmutari & excidere à ratione. Quando enim res per causam cognoscitur, & eius certa, firma & stabilis redditur ratio, ex eo permanens & perpetuus generatur habitus, qui non excidit nec dimouetur à ratione. Nam quod per causam cognoscitur, causam, inquam, efficientem, ea enim proprie est causa, quae non labefactarit ratio, maxime cum simul concurrant causa efficiens & ratio. Cum ergo à Deo quidem inspirata & infusa est fides, is autem cui est inspirata fides, fidei autorem meditatur & contemplatur, Dei cognitionis firmus efficitur habitus, qui non est amplius sola fides, sed est cum fide scientia, vel potius ipsa fidei scientia. ^f Est ergo aliquis. Ex his concludit non esse vnum solum statum pietatis & diuini cultus & religionis, nempe solum fidem eamque simplicem, sed esse etiam alium verum statum religionis, & quo non solum creditur, sed etiam eius quod creditur ratio redditur, & sit huius fidei sola ratio magistra, nempe Verbum. Nam etsi fides est ex auditu, ipsa tamen & à verbo inspiratur, & inspirata ab eo docetur, cum eorum quae creduntur non esse nimis alienas & absurdas rationes ostendatur. Quod fit à scriptoribus qui scribunt aduersus Graecos, dum & Christum ex Virgine esse natum, & mortuos esse resurrecturos, & similia, non esse à fide aliena, probant etiam apud incredulos. ^g Non ego quidem, sed, ut arbitror. Quid de fide sentiant Graeci qui ex Hebraeis sunt suffurati, dicitur, primum adducit Theophrastum, qui dicit sensum esse fidei principium, ab eo enim deduci principia ad rationem & cogitationem. Videtur autem eius sententia, non eo quod scripsit Paulus, fidem esse ex auditu: constat enim auditum esse sensum: quod autem auditur, non prius creditur, quam ad rationem & intelligentiam transmissum, dignum fuerit iudicatum quod credatur: quod ipsum de aliis quoque sensibus est sentiendum, quos cum saepe contingat esse fallaces, non temere est eis assentiendum, sed tum demum, cum ratio & intelligentia suum adhibuerit iudicium. Sed neque mens neque intelligentia suffecerit ad diuinarum rerum fidem assequendam, nisi mens sancti Spiritus lumine fuerit illustrata, quod quidem dicimus inspirationem, quae quidem inspiratio est instar demonstrationis, qua ut fides muniat minime opus est. Qui certe diuinas legit scripturas, accipiens vocem eius qui illas dedit, eum habet pro demonstratione. Quo fit ut qui scripturas diuinas legunt, & à Deo inspirati eis credunt, licet quae in eis continentur non viderint, sint beati. ^h Ac Sirenium quidem cantus efficaces. Confert vim sanctarum scripturarum cum cantu Sirenium. Nam ut Sirenium cantus erat adeo suauius, ut eos qui in ipsas incidderant, vel inuitos cogere ea quae dicebantur excipere, ita sacrae scripturae eos qui ipsas legunt vel audiunt ad creden-

dum attrahunt. Quod autem verum; Cantus efficaces, Græcè est *ἐπιπέσεις*, id est perfectiones. Quod Græcum quidem non satis exprimit, sed mihi non occurrit aliud quo melius exprimam. ^b *Hic fidem esse naturalem existimant.* Diximus antea fidem ex diuina esse inspiratione, licet eius principium sit sensus, qui deducitur ad rationem & intelligentiam. Aliud sensit Basilides hæreticus, qui existimabat fidem non à Deo inspirari, nec diuinitus infundi, vt qui eam collocaret in electione, quæ quidem electio tantum potest, vt citra vllam ratiocinationem ac demonstrationem intelligentia comprehendat disciplinas. Ex quo facillè intelligitur eum sensisse fidem non esse Dei donum, sed eam omnino procedere à libero hominis arbitrio. Quod hoc quidem senserit Basilides scribit Clemens: sed cum de eo multa scripserint Epiphanius & Theodoretus, de hoc nihil dixerunt. ^c *Valentiniani autè cum nobis quidem.* Valentiniani seiplos appellabant Gnosticos, quod nec fide, nec gratia, nec bonis operibus, sed sola sua cognitione salutem se affecturos putarent. De iis plurima Epiphanius contra hæreses lib. 1. tomo 2. & Theodoretus Hæreticorum fabularum lib. 1. qui inter cætera hæc scribit. Dicunt autem se quidem seruari ex sola cognitione, non autem ex fide & bona actione, se bonis operibus non egere, cum ad salutem sufficiat cognitio. Quocirca qui sunt apud eos perfectissimi, quidquid est diuinis legibus prohibitum, secure & absque villo metu perpetrant. Nam & festa Gentilium celebrant, & immolatis vescuntur, & libidini ac voluptati seruiunt, quidquid malum est indiscriminatim audent admittere. Simplicibus itaque tribuebant fidem, vt dicit Clemens, sibi autem cognitionem, quam dicebant esse fide longe excellentiorem. Suam itaque salutem acceptam ferebant, non fidei, nec gratiæ, sed naturæ, ex qua existit cognitio. Dicebant autem cognitionem magis excellere fidem, quam spirituale superet animale. ^d *Præterea dicunt Basilidei.* Quid sibi voluerit Basilides, dicens fidem simul & electionem esse propriam in vnoquoque spatio. &c. non satis intelligo: nec id vnde discam scio. Nam de his Epiphanius & Theodoretus ne verbum quidem, conicio autem eum velle significare fidem & electionem ex supramundana fide esse ortam, & nihil loci habere in nostro libero arbitrio. Ex quo infert Clemens, quod si ita sit, nullam habiturum mercedem, nec remunerationem, nec eum qui credidit, nec eum qui non credidit, cum & credere & non credere, aliunde sit quam ex ipso libero arbitrio. ^e *Omnis autem fides & incredulitas.* Nec in fidem, nec in incredulitatem cadit laus & vituperatio, si à nobis non sit fides & incredulitas, sed naturalis præcedat necessitas quæ est ab eo qui potest omnia, nempe à Deo. Quod enim sit à nobis, tum demum vel laudatur, vel vituperatur, si à nostro libero procedat arbitrio. Sin ad faciendum nos urgeat & impellat necessitas, nec laudandi sumus nec vituperandi. ^f *Nec ego illud vtiq; animal esse intelligo.* Non est id cæsendum animal, quod appetit quidem, sed ne potiar eo quod appetit impedit necessitas quæ mouetur à causa externa. Potest quidem appetitionem refrænare ratio, nec ideo non erat animal: sed non erit animal, si appetitionem omnino tollat externa causa naturalis. Animal enim non est quod omnino non appetit. ^g *Vbi autem est amplius.* Adducit aliquot absurda quæ sequuntur, si fides non sit voluntaria, nec credamus ex nostro libero arbitrio. ^h *Nos autem qui libera & absoluta.* Ecclesiastici xv. scriptum est; Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta sua; Si volueris mandata seruare, conferuabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrigere manum tuam. &c. Quo significatur datum nobis esse liberum arbitrium, & liberam potestatem eligendi & vitandi. Cum ergo à Deo, à Verbo, inquam, quod est via & veritas, inspirata fides nobis proponatur, & sit in nostra potestate eam vel eligere, vel vitare, certo & immobili iudicio eam eligamus, & ei acquiescamus. Is enim cui dicenti credimus est vita & veritas. ⁱ *Fide intelligimus aptata esse secula Verbo Dei.* Postquam docuit fidem non esse naturalis necessitatis, sed vt eam à Deo inspiratam eligamus in nostra esse potestate, & hortatus est vt eam eligamus, ne quis forte eam ideo minoris faceret, quod ea esset recens, ostendit eam esse & antiquissimam, & à primis vsque temporibus ad nostra deductam, & ex epistola ad Hebræos plurimos enumerat, qui ea crediderunt quæ sunt alioqui supra fidem, & ea passi sunt & gesserunt, ex quibus maxima præmia sunt consecuti, & à Deo promissam acceperunt hæreditatem. ^j *Cum autem sint quædam.* Dubitari potest quomodo in sensu consistat verum. Nam si sensus & dicuntur & sunt sæpe fallaces, quomodo dicitur verum in sensu consistere. Ad quod potest responderi, quod etsi sensus sæpe aliud apprehendatur, quam quod est in ipsa rei veritate, id tamen apprehenditur quod est proprium sensus. Videtur quidem visus aliquando aliquid videre quod non videt, & in hoc fallitur, sed semper videt quod est sibi proprium, nempe colorem: & ita in eo consistet verum, quod licet aliud videat quam videatur videre, videtur tamen quod est proprium visus obiectum, nempe color. Auditus videtur aliquando aliquid audire quod non audit, & in hoc fallitur, sed quatenus vocem semper audit, nunquam fallitur, & in eo verum consistit. Odoratus videtur aliquando aliquid odorari quod non odoratur, & in hoc fallitur: sed si modo odoretur, odorem odoratur, & in hoc non errat. Gustus aliquando aliquid percipit quod aliter se habet quam sentiat, & ita fallitur in re quam gustat, sed vel bonum vel malum saporem semper gustat, & in hoc consistit gustus veritas. Tactus fallitur, dum sibi videtur aliquid tangere quod non tangit: sed tangens, vel durum vel molle, vel aliquid aliud eiusmodi, tangit, nec in hoc fallitur, tangit enim quod est proprium. In mente autem seu intelligentia consistit verum. Nam & ea demum verè sunt quæ sunt, diuina scilicet & æterna, quæ cadunt sub intelligentiam, nec sensilia prius verè censentur quam intelligentia ea ad se delata à materia separauerit, & comprehenderit, quæ alioqui fluunt & labuntur. In scientia quoque consistit verum: est enim scientia quæ ex ratione fit demonstratio. Non est enim aliud scire quam rem per causam cognoscere. Cognoscitur autem res per rationem quæ est vis animæ, incorporearum rerum naturas, formas, differentias, propria perpendens accidentia, incorporea quidem omnia, non tamen extra corpora. Consistit quoque verum in opinione, quæ absque ratiocinatione conicit, anticipat & præsumit. Quamuis autem in ea sæpe consistat verum, sæpe tamen accidit vt coniectura à scopo aberrans falsum assequatur. Cum sint tamen duo præcipua in quibus verum consistit, mens scilicet seu intelligentia & sensus, naturæ quidem prima est intelligentia, nobis autem sensus. Nam intelligentia prima sua natura intelligit, neque alio opus habet ad hoc vt verum intelligat: sensus autem etsi primus, quod ad nos attinet, percipiat, absque intelligentia ta-

gentia tamen, verum non intelligit. Et de rebus quidem corporeis verè dicitur, nihil esse in intelligentia quod non prius fuerit in sensu, rerum enim corporearum formas & differentias à quibus mouetur sensus, veras esse iudicat intelligentia. Præter formas autem sensiles & corporeas, incorporeas quoque & omnis materiæ expertes intelligit & comprehendit intelligentia. Quod autem dicit Clemens, ex sensu & intelligentia consistere essentialiter scientiæ, id est intelligendum de rebus corporeis & sensilibus, quæ non intelliguntur, nisi sint delata ad intelligentiam quæ diiudicat & discernit earum veritatem. Sed vt diiudicet & discernat opus est euidencia, quæ est communis & sensus & intelligentiæ. Oportet enim & sensui euidentem ac manifestam esse formam corpoream, & intelligentiæ formam quæ à corporea abstrahitur materia. Quoniam autem in sensu prima est forma sensilis, quæ à sensu abstractam diiudicat, vt verum intelligat intelligentia, ideo dicitur sensus esse basis scientiæ. ^k *Fides autem progressa per sensilia.* Sensus quidem est basis scientiæ: res enim ad cuius scientiam peruenitur, primum in sensu fundatur, cum ab eo apprehendatur, sed non prius dicitur intelligi quam intelligentia eam à materia separauerit. A materia autem separata quiescit & fluere desinit, & ita rei primum sensu perceptæ, deinde intelligentia comprehensæ est scientia, quæ Græcè dicitur *ἐπιστήμη*, eo quod ibi sistatur, nec vllus sit fluxus qui est in sensilibus. In sensilibus autem est & scientia, quando res sensu percepta per rationem diiudicatur, & comprehenditur ab intelligentia, quæ formam separat à materia. Est & opinio, quæ citra rationem verum quandoque apprehendit, quandoque autem verum esse existimat quod est falsum. Fides autem nec est scientia nec opinio. Non est quidem scientia, cum nec sensu nitatur, nec ratione diiudicet: nec est opinio, cum transiliens per sensilia, sed in eis non manens, ad vera contédatur, & maneat in veritate. Nam nec in sensibus vllus locus est fidei, nec falsum opinatur fides, sed certa, firma & stabili persuasione apprehendit quod verum est. ^l *Si quis autem dicat scientiam demonstrare.* Cum fidem ideo laudasset quæ à sensili transiens ad vera contendat & maneat in veritate, occurrit dubitatio ad quam esse respondendum, quod cum scientia ratione demonstrat, quod non facit fides quæ ea credit quæ minime sunt demonstrata, scientia fide sit præstantior. Ad quod responderet, quod etiam scientia demonstrat cum ratione, non ideo tamen sequitur quod ea sit præstantior. Non enim quidquid demonstratur, est præstantius eo quod non demonstratur. Non demonstrantur quidem principia, sunt tamen præstantiora iis quorum sunt principia, quæ demonstrantur. Non demonstrantur autem cum cognosci non possint arte nec prudentia. Quid enim prodest ars & prudentia ad ea cognoscenda, quæ per se sunt satis nota? Atque prudentia quidem versatur in iis quæ contingit aliter se habere. Quæ autem contingit aliter se habere, in quibus discernendis & diiudicandis versatur prudentia, nihil agit ad cognoscenda principia, contra autem ipsa principia deducunt ad illorum cognitionem. Ars autem ex multis præceptis collecta, non dat quidem cognitionem principiorum, sed ipsa principia dant eius cognitionem. ^m *Fide ergo sola existimant.* Scientia ergo non deducit ad cognitionem principiorum, sed sola fides, maxime autem ad cognitionem principij vniuersorum, qui est Deus. Existimant autem se sola fide posse assequi principium vniuersitatis, non soli fideles, sed etiam Græci. Cur autem sola fide assequantur principium vniuersorum, hanc affert rationem, quod cum principia non doceantur, doceatur autem quæuis scientia, principiorum non est scientia. Sed principiorum quorum non est scientia est fides, nam quæ demonstratiua ratione non cognoscuntur, quæ est scientia, ea fide apprehensa creduntur, & ita ea cognoscit fides non scientia. Ex iis autem prius cognitissimis principijs docetur scientia. Nihil enim docetur nisi ex eo quod prius est cognitum. ⁿ *Non prius autem cognoscatur.* Vniuersitatis principium, id est Deum, nunc quidem sola fide norunt Græci, qui in Christum crediderunt. Olim autem non nouerant, nec Thales Milesius, nec qui eum secuti sunt Physici, qui sensilia & materialia rerum statuebant principia, alij aquam, alij ignem, alij aërem, & cætera elementa. Ita enim erant addicti materiæ, vt causam efficientem qui est princeps, prætermitterent, Dei rerum opificis nullam ducentes rationem. Solus Anaxagoras materiæ mentem adhibuit, qui tamen sibi non constitit, mentem enim quodammodo amentem induxit, dum cæli creationi vertiginem & reuolutionem adiūxit. Ita enim de eo scribit Laertius, quod dixerit totum cælum componi ex lapidibus, & constare ex vehementi circumuolutione. Quæ in re minime seruauit dignitatem efficientem quæ conueniebat opifici tanti operis. Nam qui solus ex nihilo fecit omnia, ad ea facienda nullo opus habuit. ^o *Quocirca verbum quoque dicit.* Ex iis quæ dicit infert, quod cum sint eiusmodi Philosophi Græci, qui vniuersitatis principium, nempe Deum, fide non cognoscunt, non oporteat nos eos habere magistros super terram. Ad quod probandum citat Verbi, id est Christi testimonium in Euangeliis. Vtuntur illi argumentis & rationibus, ex quibus constat scientia quæ est habitus demonstratiuus. Nobis autem fide opus est, quæ à Magistro nostro nempe Christo, est petenda. Fides autem non est habitus demonstratiuus qui constat ex humanis rationibus, sed est gratia, nempe Dei donum, vt opore à Deo datum & infusum, quæ non humanis rationibus, sed principijs quæ non possunt demonstrari ad simplicem & generalem, & quæ omnia quæ continet, imo quæ ipsa est totum, nos deducit essentialiter, id est ad ipsum Deum, qui est expertus omnis materiæ, & neque est materia, neque in materia, neque sub materia. ^p *Increduli autem, vt videtur.* Fidei opponit incredulitatem. Fides enim ad simplicem deducit essentialiter eam attrahentes ex cælo, & eo quod cadit sub aspectum, non aliam enim existimat esse essentialiter quam corpus, quod est id quod tangitur, & ad aliud applicatur. Fideles verò aduersus eos ex alto petitis armis, & ex eo quod non est aspectabile pugnantes, & ipsos vlciscentes, veram dicunt esse essentialiter, non corpus, sed formas incorporeas, & quæ sola percipiuntur intelligentia. Pie autem dicit vlciscenti qui solam corpoream apprehendunt essentialiter, quod in iis qui solam corpoream putant esse essentialiter, nulla sit pietas. Deus enim qui pura mente est colendus, est incorporea & simplex essentialiter. Quo fit, vt qui solum corpus esse putat, cum Deus non sit corpus, Deum non colat. ^q *Ecce facio noua, ait Verbum.* Verè esse quæ sub aspectum non cadunt formas, & quas percipit intelligentia, nos docet fides. Et videtur quidem hoc nouum, sed quod hoc ita se habeat non est mirum. Nam ipsum Verbum dicit se noua facere omnia. Noua certè sunt quæ Deus præparat iis qui ipsum diligunt. Ea non sunt corporea, ea enim non vidit oculus corporeus, nec auris corporea, sed nec cogitatio hominis ea comprehendit. Homo enim, quatenus homo

ea solum comprehendit quæ sunt corporis: incorporeas autem formas, & quas cognoscit intelligentia, non capit nisi nouus homo. Nouum itaque hominem & nouam creaturam salutari lauacro regenerationis facit, ut videat, audiat, & cogitet, quæ alioqui nec videri, nec audiri, nec cogitari poterant. Ut autem est nouus homo & noua creatura, ita etiam est eius oculus nouus, noua auris, nouum cor, ut spiritualiter regeneratus non crasse & carnaliter, sed mysticè & spiritualiter videat, audiat & intelligat per fidem & intelligentiam. ¹⁰ Aristoteles autem id quod sequitur. Multa quidem dixit de fide, sed quoniam variè definitur à Philosophis, hic dicit definitionem Aristotelis, quam ipsam citat etiam Theodoretus libro 1. De curandis Græcorum affectionibus, dicens; Aristoteles autem dicit quod fides est scientiæ iudicatorium, nempe *xp̄n̄e*, significat autem Aristoteles præcedere quidem scientiam, sed sequi fidem quæ est præstantior & maioris autoritatis, ut quæ tanquam Iudex ferat sententiam, sine verum quidpiam quod dicit scientia. Est ergo *fides præstantior*. Græcè est *xp̄n̄e*, id est id quod iudicat. Si ergo quod iudicat est præstantius & maioris autoritatis quam quod iudicatur, constat fidem esse præstantiorem & maioris autoritatis quam scientiam. ²⁰ Quomodo autem videt faber. Quemadmodum non sufficit artem fabrilem didicisse, nisi qui didicit sit artifex, & fabrilem artem exerceat: nec artem gubernatoriæ, nisi qui didicit reipsa gubernet: ita non satis est persuaderi & Verbo credere, qui est Magister noster, nisi illi pareatur. Non solum enim in verbis, sed etiam in factis consistit fides, & id ipsum Magistro parere est ei credere. Nulla ergo in re Deo est repugnandum & contradicendum. Nam si Deo nos dicamus credere, eius autem præceptis non pareamus, videbimur quod fieri non potest aduersus Deum aliquid scire. Est autem fidei & cognitionis mutua quædam consequentia. Nam nec sine fide est cognitio, & fides est apta ad cognoscendum. Ex his autem inferitur tantum abesse ut fides possit esse otiosa & non operari, ut ne vera quidem sit fides, si non operetur. Non operatur autem si non pareat magistro, nempe Verbo. Verbo autem parat is qui seruat præcepta. Sed nec vera est fides sine eorum quæ credit cognitione, nec cognitio, si non credat quæ cognouit, est enim mutua vtriusque consequentia, & cognoscere quæ credit, & credere quæ nouit. Quamuis autem cum fide sit cognitio, ea tamen tantum est ex parte, ut qui hic tantum videamus per speculum: tum demum autem erit perfecta, quando post nostrum hinc decessum cum cui credimus facie ad faciem videbimus. ³⁰ *Iam verò Epicurus quoque.* Hic adducit aliam fidei definitionem, nempe quam tradit Epicurus ille voluptatis Patronus. Dicit ergo Epicurus fidem esse anticipationem cogitationis. Sic autem intelligendum quod dicit Epicurus. Ad hoc ut credamus prius est suscipienda rei credendæ aliqua cogitatio, deinde est discenda. Cogitationis autem prima susceptio vocatur anticipatio: ea autem suscepta discitur. Qui autem eam prius susceptam didicerit, credit. Creditam autem comprehendit. Comprehensam verò intelligit. Hinc est quod id quod dicit Epicurus minime discrepet ab iis quæ dicit Esaias. Nisi credideritis non intelligetis. Is enim demum intelligit qui rem quam cogitatione anticipauit, veram esse cognoscens comprehendit. Hæc autem anticipatio cogitationis dicitur obedientia, & ipsa intelligentia dicitur persuasio. Beatus est autem qui dicit in aures audientium] Euangelizator scilicet & prædicator, qui iis prædicat, qui tenentur studio audiendæ veritatis, & beatus est is qui est obedientiæ, quæ est phrasis Hebraica, id est, is qui verbum Dei audit & custodit. Anticipationem autem cogitationis definit applicationem ad aliquid euidens, & ad euidens rei intelligentiam. Nam si applicetur cognitio ad aliquid incertum & obscurum, & sensum aliquem non manifestum, id minime credit, & ideo applicatio illa seu anticipatio cogitationis non est fides. Ea est autem adedò necessaria, ut sint plurima, etiam trita & vulgaria, quæ sine ea non possunt fieri. Si sit aliquid querendum, prius credatur oportet id esse de quo queritur. Dubitari non potest si non credatur esse id de quo dubitatur. Non est opinio, si non certa fide constet id esse, de quo concipitur opinio. Si sit probandum aliquid, cogitatio est applicanda ad id quod est probandum, & ita est credendum. Si queramus aliquid discere, prius cogitatione anticipemus oportet, id esse quod volumus discere. Cum autem id vere esse didicerimus comprehendimus, & intelligimus. Ex quo est perspicuum prius esse fidem quam intelligentiam, cum non intelligatur, nisi quod creditur. ⁴⁰ *Hoc eloquium Heraclitus quoque Ephesus.* Heraclitus Ephesus qui *omnibz* est appellatus, videtur veluti circumlocutione declarare quod dixit Esaias; Nisi credideritis non intelligetis, dicens, Nisi speret, id quod est insperatum non inueniet &c. Quasi diceret; Qui sperat credit id quod sperat. Quod si non speraret, nec esse quidem crederet. Quod si non esse crederet, nec ad id inueniendum vllus pateret aditus. ⁵⁰ *Sed Plato quoque Philosophus.* Plato in legibus dicit cum qui beatus est futurus oportere ab initio esse participem veritatis, ut cum sit verus plurimo viuat tempore, id est ut cum fidem habeat & veritatem, ex ea viuat. Videtur autem Plato id sumpsisse ex illo Abacuc quod citat Diuus Paulus ad Hebræos: Iustus ex fide viuat, Fides autem & veritas ita inter se congruunt, ut alterum ponatur pro altero. Apud Hebræos certe illud Amen, quod Christus toties vsurpat in Euangelio, significat verè & fideliter. Nec mirum si id sæpe vsurpet Christus, qui est ipsa veritas. Sed nec immeritò dicitur iustus ex fide viuere, cum ipsa quoque iustitia sit veritas. Verum certe pro iusto accipiunt etiam Latini, ut cum scribit Horatius:

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

Verus autem est fidelis. Infidelis autem est & à veritate alienus, cui sua sponte placet falsum. Qui autem non sua quidem sponte, sed deceptus falsum appetit & eo delectatur, non est quidem infidelis, sed stultus, & insipiens. Neutrum autem est expectandum, nempe nec voluntariè sedari falsum, nec per ignorantiam decipi & falli, quod quidem est falsum habere inuoluntarium, ut quod nolens suscipiat. Vtrumque autem est ingratum, nempe lubentem & volentem falsum sequi, & in eo falli quod insciens tanquam verum appetat quod est falsum. ⁶⁰ *Nunquid autem in Euthydemo.* Hanc fidei doctrinam dicit Clemens fuisse etiam notam Platoni, & eam tacitè significasse nomine Regalis sapientiæ, eamque ita esse appellatam à Rege, nempe à Christo. Quicumque autem eam possiderit, siue is fuerit Rex, siue priuatus, appellari Regalem. Videtur autem Plato respexisse ad id quod est in sacris literis. Vos estis genus electum, regale sacerdotium,

dotium, gens sancta &c. Subiungit itaque Clemens. ¹⁰ *Talis autem est qui legem quidem implet.* Is quem dixit Plato est Christus, qui est & lex & implet legem. Venit enim non ut legem soluat, sed ut adimpleat, & facit voluntatem patris: id enim exequitur propter quod missus erat à Patre, nempe ut humano generi salutem daret. Porro autem in alto ligno crucis est positus, ut diuinæ virtutis exemplar ad imitandum sibi propositum homines intelligerent. Huius rei aliquam habebant similitudinem Ephori Lacedæmonij, qui suas scythalas lege habebant in lignis inscriptas. Hæc autem fortasse erat similitudo, quod sicut Ephori suas scythalas lege habebant inscriptas, ita etiam Christus in cruce inscriptum suum habebat titulum, qui eius ostendebat regnum. Dicit certè Psalmographus; Dicite in gentibus quia Dominus regnauit à ligno, quod vltimum verbū deleuisse Iudæos, testis est Iustinus Martyr aduersus Triphonem. Qui essent autem Ephori, & quemadmodum essent adiuncti Regibus ad cohibendam & moderandam eorum insolentem potentiam, videre licet & apud Xenophontem & Plutarchum, & alios qui scripsere de rebus Lacedæmoniorum. De scythala autem Laconica, & quomodo duobus furculis inuoluerentur literæ, scribit Aulus Gellius lib. 17. cap. 9. Iam verò cum quod dicit Clemens suam legem esse regalem, animatam & rectam rationem, eique adtipulari Pindarum scribentem legem esse mortalium & immortalium Regem, malui vertere regem quam Reginam, quanquam verti potest etiam Reginam. In Christo enim Iesu neque est masculus, neque foemina. ²⁰ *Speusippus autem in primo aduersus Cleophontem.* Platoni & Speusippum eius discipulum & successorem, & Stoicos Philosophos dicit Clemens de sapiente similia dixisse. Speusippi nihil extat hodie. Stoicorum est omnibus nota de sapiente sententia, quam his versibus exponit Horatius in epistolis.

*Ad summum sapiens vno minor est Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique Regum.*

Stoici quidem hæc omnia tribuunt sapienti, sed fatentur non facile inueniri sapientem, nec mirum cum ipsa testetur scriptura, Stultorum infinitum esse numerum. ³⁰ *Videntur autem omnia quæ prius dicta sunt dogmata.* Philosophorum dogmata in multis conueniunt cum Hebræorum dogmatibus, sed ea ipsa Græci acceperunt à Mose, qui omnia se dicit habuisse Deo eius miserante. Hoc autem est, quod dicunt Græci omnia esse sapientis. Idem Græci dicunt sapientem esse amicum Dei: sed id quoque acceperunt à Mose, qui dicit Deum esse Deum Abraham, Deum Isaac, & Deum Iacob, quod scilicet & ipsi Deum, & Deus eos amaret. Ipse quoque Moyses disertis verbis dictus est Dei amicus. Sic enim scriptum est Exodi xxxij. Loquebatur autem Dominus facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Dei quoque amicus fuit Iacob, qui mutato nomine dictus est Israël, id est Deum videns. Vidi enim, inquit, Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Isaac quoque fuit Dei amicus, quem Deus elegit tanquam typum, allegoricè significantem sacram Christi hostiam à Patre datam, sicut Isaac ab Abrahamo, ut offerretur pro totius mundi redemptione. Hanc hostiam vocat Clemens salutarem Oeconomiam, quod diuino consilio ita sit prouisum, ut Christus suscepta carne quæ Deo immolaretur, peccata aboleret, & mortis ac Diaboli fracta tyrannide nos affereret in libertatem & vitam daret æternam. ⁴⁰ *Erat autem Moses quidem sapiens.* A Mose didicerunt Græci quod sapiens esset Rex, Sacerdos, pulcher, legislator, diues, & cætera quæ Philosophi tribuunt sapienti. Talis autem erat Moses, sed ita ut esset homo. Christus autem Seruator noster est quidem hæc omnia, sed longè excellentius, humanam enim longe superat naturam, ut qui sit Deus & homo. Pulcher est, sed humanam longè superat pulchritudinem. Lux enim est quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vocatus est autem Rex & à pueris imperitis clamantibus; Osanna filio David, & à Iudæis non credentibus & ignorantibus, sed per probrum & contumeliam, & insultantibus dicendo, Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus & credamus. Verè autem eum Regem dicebant, licet inuiti & ignorantis. Ipse quidem certe crucis titulus eum Regem esse iudicabat. Fuit etiam prædicatus à Prophetis. De eo certe sic prædicauit Zacharias; Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus & Saluator. &c. Quam sit autem Christus diues, ex hoc patet, quod diuitias, regna, aurum, & argentum, & quæcunque ei dabat aduersarius cum tentans, despexit. Quod sit autem Sacerdos secundum ordinem Melchisedech pulchrè ostendit Paulus in epistola ad Hebræos. Ipse quidè est qui instituit admirandū sui corporis & sanguinis sacrificiū, sub symbolis panis & vini, & ritu inueterato Deum colere docuit. Est etiam legislator Christus, vnus enim est, ut dicit Iacobus, legislator & Iudex: legem tulit quando eam dedit Mose, & legem tulit quando inspirauit Prophetas, ut populo ⁵⁰ annuntiarent quæ sunt agenda, & non agenda. Hoc enim est quod dixit; Posuit in ore Prophetarū. Quod si sapiens est nobilis, est autem nobilis quem illustrem reddit generis claritas, quis est Christo nobilior qui solus Deum habet Patrem? Quantumuis iactent Græci suos Hæroas quos dicunt Deorum filios, vnus est Christus qui iure potest gloriari se Deum habere patrem, qui cum ab æterno genuit, est autem eiusmodi generatio, ut eam nemo possit enarrare. Generationem eius, inquit Esaias, quis enarrabit?

⁶⁰ *AGE verò ostendamus Platonem quoque eisdem suffragari dogmatibus. Sapientem in Phædro quidem dixit esse diuitem, dicens: O dilecte Pan, & quicumque alij dij hic ad-estis, date mihi ut sim pulcher in iis quæ sunt intrinsecus, extrinsecus autem quæcunque habeo sint mihi amica iis quæ sunt intrinsecus, sapientem autem diuitem existimem. Hæc spes autem Atheniensis, eos reprehendens qui existimabant illos esse diuites qui multas possident pecunias, sic dicit: Ut autem valde sint diuites & boni, nequit fieri, ij quidem quos vulgus diuites numerat. Dicit autem eos qui in paucis hominum maximi precij possessiones possident, quas etiam malus aliquis possidet. Fidelis est totus mundus pecuniarum, ait Solomon:*

Matth. 19.
Marc. 10.

Ioan. 8.

Esa. 53.

Epichar-
mus.

Heraclitus.

Esa. 53.
Rom. 10.

infidelis autem, ne obolus quidem. Multò ergo magis Scripturæ credendum est, quæ dicit fore ut citius camelus per foramen acus transeat, quam ut diues philosophetur. ^b Contra autem pauperes Plato beatos censet, ut intellexit, dicens: Paupertas autem est existimanda, non facultates diminuere, sed augere insatiabilitatem. Non est enim paupertas, pecunia paucitas, sed insatiabilitas: quæ si recesserit, qui bonus est diues quoque fuerit. ^c Et in Alcibiade, rem quidem seruilem dicit vitium, virtutem verò rem liberalem. Tolle, inquit, à vobis iugum graue, & sumite leue, ait Scriptura, quemadmodum vocant etiam Poëta iugum seruile. ^c Venundati estis peccatis vestris, iis quæ prius dicta sunt conuenit. Omnis ergo qui facit peccatum, seruus est: qui est autem seruus, nò manet in domo in æternum. Si autem filius vos liberauerit, liberi eritis, & veritas liberabit vos. Pulchrum autem esse sapientem, sic dicit hospes Atheniensis. Quòd si quis affirmet iustos, et si sint deformes corpore, quatenus quidem sunt mores iusti, ea ratione esse pulchros: propemodum nullus sic dicens videri possit malè dicere. Et species eius desiciebat præter omnes filios hominum, prædixit Prophetia. Plato autem sapientem dixit Regem in Politico, ^d His autem demonstratis reuertamur ad susceptam de fide orationem. Iam verò Plato quoque omni ostendit demonstratione, quòd ubique fide opus sit, pacem simul efferens laudibus: Fidelis enim & sincerus in seditionibus nunquam fuerit absque omni virtute. Pugnaces autem vel in bello mori volunt permulti mercenarij, quorum plerique ferè omnes sunt audaces & iniusti, insolentes, & prudentiæ expertes, paucis admodum exceptis. Si hæc autem rectè dicuntur, quiuis legislator, qui est alicuius momenti, ad maximam virtutem maximè respiciens, feret leges. Ea est autem fidelitas, qua in omni tempore opus habemus, & in pace, & in bello, & in alia vniuersa denique vita: videtur enim alias simul comprehensas continere. Quòd optimum est autem, non est bellum, nec seditio: iis enim opus habere deprecandum fuerit. Pax autem inter se inuicem & benevolentia, res est longè optima. Ex his quidem constat, maximè esse optandum pacem habere, ex Platonis sententia: maximè autem mater virtutum est fides. ^e Meritò ergo dictum est apud Solomonem: Sapientia est in ore fidelium. ^f Nam Xenocrates quoque in libro de Prudentia, sapientiam dicit esse scientiam primarum causarum, & essentiæ quæ percipitur intelligentia: existimans esse duplicem prudentiam, vnã quidem quæ versatur in agendo, alteram quæ in cõtemplando, quam quidem esse dicit humanam sapientiam. Quocirca sapientia quidem est prudentia, sed non quæuis prudentia est sapientia. Ostemum est autem, principij vniuersorum esse eam quæ fide habetur scientiam, non autem demonstrationem. ^g Absurdum enim fuerit Pythagoræ quidem Samij sectatores, recusatis eorum quæ querebantur demonstrationibus, illud, Ipse dixit, fidem facere arbitrari, & ad ea quæ audierant confirmanda, hanc vocem satis esse ducere: eos autem qui contemplandæ veritatis tenentur desiderio, fide digno magistro soli Seruatori Deo fidem non habere, agredientes eorum quæ dicuntur probationes ab eo exigere. ^h Qui autem habet aures audiendi, audiat. Et quis is? Dicit Epicharmus: Mens videt, mens audit: alia autem sunt surda & ceca. Aliquos incredulos arguens Heraclitus, dicit: Audire nescientes, nec dicere. Adiutus vtrique à Solomone dicente: Si dilexeris audire, suscipies, & si inclinaueris aurè tuam, eris sapiens. Domine quis credidit auditui nostro? inquit Esaias, Fides enim est ex auditu: auditus autem per Verbum Dei, inquit Apostolus. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo autem prædicabunt, nisi missi fuerint? Quemadmodum scriptum est: Quàm speciosi pedes euangelizantium bona. Vides quomodo per auditum, & prædicationem Apostolorum, fidem erigit ad Verbum Domini & filium Dei? Nondum intelligimus demonstratio-

demonstrationem esse verbum Domini. Quemadmodum ergo sphaera ludere, non solum dependet ab eo qui mittit sphaeram, sed ei etiam eo opus est qui illam numerosè excipiat, ut ex sphaera legibus peragatur ludi exercitatio: ita etiam ut sit doctrina fide digna accedit, quando fides eorum qui audiunt, quæ est ars, ut semel dicam, naturalis, confert ad disciplinam. ⁱ Adiuuat itaque terra quoque fertilis ad seminum deiectionem. Neque enim optima doctrina est aliqua utilitas, nisi adsit eius qui discit susceptio: neque prophetia, nisi adsit obedientia eorum qui audiunt. Arida enim festuca, quæ sunt parata ad suscipiendam vrendi facultatem, facilius accenduntur: & lapis qui vulgò iactatur, ferrum trahit propter cognationem, & lachryma succini attrahit festucam, & electrum mouet paleas. Eis autè parent quæ trahuntur, qui dici non potest tracta spiritu, non ut principales causa, sed ut adiuuantes. Cùm sit ergo duplex vitij genus: vnum quidem, quod cum fraude & claculum, alterum autem quod cum vi fert & trahit, diuinum Verbum clamauit omnes simul vocans, eos quidem vel maximè cognoscens qui non erant parituri: & tamen quoniam est in nostra potestate parere & non parere, ut nulli possint causari pretextum ignorantia, iustam fecit vocationem. Quòd autem præstare possunt vniuscuiusque vires, exigat. Nonnullis enim simul adest & velle & posse, ut iis qui per exercitationem cõperueniunt & purgati sint. Alij autem etsi nondum possint, iam tamen habet velle. Est autem velle quidem, munus animæ: agere autem, nò sine corpore, neque verò solus finis res dimittitur, sed ea etiam vniuscuiusque electione diiudicantur: si facile elegit, si peccatorum suorum ductus est pœnitentia, si propter ea in quibus lapsus est cum remordet conscientia, & errorem recognouit, quod est, postea cognouit. Est enim tarda cognitio pœnitentia. Cognitio autem, est prima à peccato cessatio. Fidei ergo officium quoque & opus est pœnitentia. Nisi enim crediderit esse peccatum quo prius tenebatur, non dimouebitur: & nisi crediderit, ei quidem qui delinquit, impendèrè supplicium, paratam esse salutem ei qui ex præceptis viuuit, ne sic quidem mutabitur. ^k Iam autem spes quoque consistit ex fide. Desiniunt itaque fidem sectatores Basilidis, animæ assensionem alicui eorum quæ sensum non mouent, propterea quòd non adsunt. Spes autem est boni acquirendi expectatio. Fidelem autem necesse est esse expectationem. Fidelis autem est, qui citra transgressionem ea seruat quæ sunt ei tradita. Nobis autem traduntur quæ de Deo dicuntur, & verba diuina, nempe mandata, cum executione præceptorum. Hic est seruus fidelis qui laudatur à Domino. Cùm autem dixerit, fidelis Deus, cuiam pronuncianti par sit credere significat, & is fuerit Deus fidelis. ^l Quomodo ergo, si credere est opinari seu existimare, quæ à se dicuntur Philosophi firma esse existimant? Præcedentis enim demonstrationis, voluntaria assensio, nempe fides, non est opinio seu existimatio, sed alicui valido ac potenti assensio. Quis autem Deo fuerit potentior? Infidelitas autem, est eius quod est oppositum imbecilla negatiua opinio seu existimatio: quemadmodum credendi difficultas quæ dicitur *στυγία*, est habitus qui fidem difficiliter admittit. Et fides quidem est voluntaria existimatio, & anticipatio prudentis præcomprehensionis. Expectatio autem est opinio futuri. Aliorum autem expectatio, est incerti opinio. Fiducia autem est firma aliqua & stabilis de aliquo apprehensio. Quare ei credimus in quo fiduciam habemus in gloriam diuinã & salutem. In solo autem Deo fiduciam habuimus, quem scimus nò transgressurum ea quæ sunt pulchrè nobis promissa, & ideo creata, & ab ipso beneuolè nobis data. Est autè beneuolentia, bonorū voluntas, alteri illius ipsius gratia. Ille enim nullius indiget. In nos autem desinit beneficentia, & quæ est à Domino benignitas, cùm sit diuina beneuolentia, & beneuolentia ad hoc ut benefaciat. ^m Si autè Abrahæ qui credidit reputatū est ad iustitiam, semè autem Abrahæ sumus nos, per auditum quoque nobis est credendum. *Ἰσραηλίτα* enim sumus nos, qui non per si-

Esa. 54.
Galat. 4.
eis 70 mōi
φρασημα.

gna, sed per auditum credimus. Propterea latere sterilis quæ non parit, erumpe & clama, inquit, quæ non parturis, quoniam multi sunt filij deserte magis quàm eius quæ habet virum. Vixisti in circuitu populi, benedicti sunt filij tui in tabernaculis patrum tuorum. Si autem eadem mansiones à Prophetia & nobis & rursus Patriarchis annunciantur: ostenditur unum esse Deum utriusque testamenti. Subiungit itaque manifestius: Hæreditasti testamentum Israël, dicens ei quæ est ex gentibus vocationi, quæ erat aliquando sterilis huius viri, qui est verbum, quæ prius deserta fuerat à sponso. Iustus autem ex fide viuet, quæ est in testamento & præceptis, quoniam hæc duo, nomine & tempore, ætate & profectu, data æconomicè, cum potestate quidem unum sint, hoc quidem nouum, illud verò vetus, per filium ab uno Deo suppeditantur. Quæ ratione dicit etiam Apostolus in Epistola ad Romanos, iustitia enim Dei in ipso reuelatur ex fide in fidem unam, quæ ex Prophetis perficitur in Euangelio per unum & eundem dominum docens salutem. Hoc, inquit, præceptum commendo tibi fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam, quam quidem repellentes, circa fidem naufragauerunt, quoniam quæ à Deo venit conscientiam polluerunt infidelitate. Non est ergo amplius fides meritò reprehendenda, ut & facilis & vulgaris, & quæ sit quorumlibet. Si humanum enim esset studium, ut existimabant Græci, esset etiam extinctum. Sin autem augetur, non est ubi non sit. Dico ergo fidem, siue fundata sit à charitate, siue etiam à timore, ut dicunt accusatores, esse diuinum aliquid, ut quæ neque ab alia mundana amicitia diuellatur, neque à timore præsentis dissoluatur. Charitas enim ea, quæ illi cum fide intercedit amicitia, facit fideles. Fides autem est basis ac stabilimentum charitatis, vicissim inducens beneficentiam, quando etiam legis pædagogus timor, ex eo credatur, timor quoque esse creditur. Si enim in operando, quod is sit ostenditur. Qui autem facturus est & minatur, non autem operans & præsens creditur, non ipse fidem procreat, qui esse fide dignus est ab ipsa probatus. Diuina ergo est tanta mutatio, ut qui ex infidelitate fidelis factus fuerit, spei quoque credat & timori.

COMMENTARIVS.

Plat. lib. 5.
de leg.

Matth. 14.
Marc. 19.

Rom. 7.

* A G E vero ostendamus Platonem. Quod Plato sit in hac sententia, ut existimet sapientem solum esse diuitem, probat ex ipso Platone in Phædro in fine. Idem Plato in legibus inducit hospitem Atheniensem ea quæ hic citat dicentem. Ego autem, ibi dicit, vix concesserim esse necessarium, eosdem simul esse & diuites & bonos. Ut autem idem sit & insigniter bonus, & insigniter diues fieri non potest. Quod autem citat ex Solomone de fidei, ut cuius dogmati adstipuletur Plato, id nusquam inuenio nec in nostra versione, nec apud Septuaginta. Fieri autem potest ut fuerit in Hexaplis Origenis quæ perierunt. Et mirum quidem est quod dicit Solomon, ut ait Clemens, ne obolum quidem esse infidelè, & tamen magis credendum est Euangelio quod dicit; Camelū citius transitorium per foramen acus, quam diuitē intraturum in regnum cælorum: intrare autē regnum cælorū vocat Clemens, Philosophari. Christiana enim Philosophia, via est quæ patet in cælum aditus, quam obstruunt & obsepunt acerui diuitiarū. Contra autem pauperes. Cum nostro quoque Euangelio bene conuenit Plato dum beatos dicit pauperes. Pauperes autem dicit, non quorum minuuntur diuitiæ, sed quorum minuitur insatiabilitas. Quantumuis enim crescant diuitiæ, semper eger qui nunquam satiatur, ij autem nunquam possunt esse beati. Qui autem non sunt insatiabiles, nihil vetat quominus & boni esse possint & beati. Ij certe sunt quos Christus vocat pauperes spiritu, qui vtuntur quidem diuitiis, ad eas autem augendas non conuertunt animum. Et in Alcibiade rem quidem seruilem dicit vitium. Affert aliud in quo Platoni conueniat cum scripturis, nempe in eo quod vitium & peccatum dicat esse rem seruilem seu seruitutem, virtutem autem rem liberalem seu libertatem, neque enim habemus vocabula quibus exprimamus δουλοπρεπειαν & ελευθεροπρεπειαν. Ita etiam iubet Christus tolli iugum peccati quod est graue, suscipi autem suum, nempe virtutis iugum, quod est suauē, & onus quod est leuē, non sunt enim difficilia Dei præcepta ad quæ exequenda Christus adiuuat. Quo fit ut facile suscipiantur, peccati autem iugum est seruile, & vel in medijs delictiis & voluptatibus multum habet molestiæ. Et ideo qui facit peccatum, seruus est peccati. Qui autem vitam agit ex virtute, liberè viuit: liber enim est, quem Christus liberauit à tyrannide peccati, priusquam autem liberetur est seruus peccati, & venundatus sub peccato, à quo absque Dei gratia non potest liberari. His autem demonstratis. Cum multa recitasset dogmata in quibus consentiant Græci cum sacris literis, ut qui ea ex illis acceperint, reuertitur ad suum de fide institutum. Dicit ergo Platonem cum sacris consentire literis in laudibus fidei & paci. Plato enim primo lib. de legibus, vituperans

Cic. lib. 1. de
Offic.

Heb. 10.

perans Creteneses & Lacedæmonios, qui in ferendis legibus non aliud sibi proponebant quam belli gloriam & victoriam, ostendit legislatori, non solam esse spectandam bellicam fortitudinem, sed omnem virtutem, maxime autem fidem & iustitiam, quibus opus est in pace & in bello, & sine quibus nihil recte geritur. Fides autem de qua hic agit, est quam Cicero in officiis dicit fundamentum iustitiæ, definit autem ditorum & factorum constantiam & veritatem. Dicitur autem hæc fides etiam merito, id est fidelitas, quam maximam virtutem idem dicit Plato & matrem virtutum, & cæteras comprehendere: nec bellum autem nec seditionem vnquam esse bonam, nec vnquam optandam, potius ut iis nunquam opus sit quæ nec bona quidem sunt cum fuerint necessaria. Pax verò & beneuolentia inter se coniunctæ sunt semper bonæ. Meritò ergo dictum est apud solomonem. Citat Solomonem ut ostendat eum quæ dicta sunt ab ipso accepisse: sed vbinam hoc dicat Solomon non potui inuenire, non dubito tamen quin ea vere citarit ex Solomone, sed est verisimile non extare eam vnde sumpsit versionem. Nam Xenocrates quoque in libro de prudentia. Differunt sapientia & prudentia, quod sapientia quidem sit cognitio primarum causarum, rerumque æternarum & diuinarum. Prudentia autem, rerum agendarum, confunduntur tamen nonnunquam. Nam & sapientia dicitur rerum diuinarum & humanarum cognitio. Prudentia quoque est duplex, nempe & quæ in agendo versatur, & quæ in contemplando, eaque est humana sapientia. Nam diuinarum quidem rerum propriè est contemplatio, quæ prudentia dicitur, quæ non consistit in agendo. Et sapientia ergo est prudentia, & prudentia sapientia, sed diuersè considerata. Ostensum est autem principij vniuersorum esse eam quæ fide habetur scientiam, non autem demonstrationem. Absurdum enim fuerit Pythagoræ. Fide, non demonstratione, Dei qui est principium vniuersorum seu vniuersitatis, habetur scientia, ut antea fuit ostensum. Et certe si discipuli Pythagoræ præceptori suo tantam habebant fidem, ut ei dicenti crederent, satis habentes quod ipse dixisset, nec eorum quæ dixerat vllam querentes probationem, multo magis Christi discipulos Magistro & Seruatori suo Deo fidem habere oportet, nec eorum quæ dixit vllam exigere rationem aut probationem. Qui autem habet aures audiendi audiat. Ut Christo credatur audiendum est. Is demum autem audit qui, vt loquitur Christus, habet aures audiendi, id est, cuius non solæ aures carnales audiunt sonum perculli aëris, sed ea etiam quæ dicuntur mente percipiunt & intelligunt. Audiuntur autem quæ dicit Christus per missos ab ipso prædicatores. Ita per auditum eorum quæ dicuntur & prædicationem Apostolorum qui missi sunt à Deo, erigitur fides ad Verbum Domini & filium Dei, id est creditur in Christum. Hæc ipsa dixerunt Epicharmus & Heraclitus cum accepissent à Solomone. Adiuuat itaque terra quoque fertus. Multis similitudinibus ostendit tum demum rectè suscipi doctrinam, quando eius qui audit fides apta est ad eam suscipiendam, & prophetiam, quando qui audiunt, obediunt. Iam autem spes quoque consistit. Ostendit superius penitentiam esse opus fidei: nunc autem dicit spem ex fide existere, & adducit definitionem Basilidis, quod fides sit animi assensio alicui eorum quæ sensum non mouent, propterea quod non adsunt. Sensum autem non mouere dicuntur quæ sub sensum non cadunt, sub sensum autem non cadunt, quæ non adsunt. Non adsunt autem quæ sola percipiuntur intelligentia. Adellè enim dicuntur quæ cernuntur oculis. Quod autem spes existat ex fide, aperit docet Diuus Paulus dicens fidem esse substantiam rerum quæ sperantur: quæ sperantur autem sub sensum non cadunt. Nam nec oculus vidit, nec auris audiuit quæ præparauit Deus diligentibus se. Hæc autem sunt bona quæ speramus & expectamus. Quæ autem speramus certò futura credimus, & ita fidelis est expectatio. Fideles quoque sunt qui verba diuina audiunt, & præcepta custodiunt. Deus quoque est fidelis, cui dicenti est credendum, ut quem certum sit statutum promissis, ut qui non solum sit verus, sed ipsa veritas. Quomodo ergo si credere est opinari. Philosophi Christi fidem vilipendentes & eleuantes, eam dicebant esse quandam voluntariè susceptam opinionem. Ad hoc responderet Clemens, si fides non est firma & stabilis quod ea sit opinio, cur firma & stabilia existimant, quæ non ab aliis acceperunt, sed ex se dicunt & opinantur. Sed fides quæ est præcedentis demonstrationis voluntaria assensio, non est opinio seu existimatio, sed alicui valido ac potenti assensio. Quod si ita est & Deo assentiri qui est validus & potens, est fides, non est quod Christi fidem, qui vtpote Deus est validus & potens, despiciant & eleuent. Si autem Abraham qui creditur. Non esse despiciendam Christianorum fidem ex hoc ostendit, quod Abraham & Christianorum qui sunt Israëlita, & semen Abraham, vna sit fides: Abraham reputatum est ad iustitiam quod crediderit, Deo autem dicenti credidit, & ita ei fuit ex auditu fides. Nobis quoque fides est ex auditu qui Dei Verbi audiuius prædicationem, nec nobis tam persuaserunt signa quæ facta sunt ab Apostolis & prædicatoribus, quàm quæ de Verbo sunt annunciata. Propterea latere sterilis. Christi fidem ex hoc quoque dicit commendandam, quod cum veteris & noui testamenti esset vna & eadem fides, vocatis gentibus longe fuerit maior eorum numerus quam Iudæorum, & fuerit fertior ecclesia, quæ ante sponi Christi aduentum erat sterilis & deserta, quam Hebræorum Synagoga. Si autem vtriusque populi vna est & eadem fides, quæ est in testamento, sed fædere cum Deo inito & præceptis, ex hoc sequitur quod vtriusque testamenti vnus est & idem Deus, & falsum est quod dicunt Marcionistæ & alij hæretici, alium esse Deum veteris testamenti, alium noui. Vtrumque enim testamentum à Deo datum est per filium. Quæ ratione dicit etiam Apostolus in epistola ad Romanos. Autoritate Pauli Apostoli in epistola ad Rom. & ad Timoth. 1. ostendit iustitiam Dei quæ est ex fide, doceri per Verbum, nempe Christum Dominum in veteri & nouo testamento. Inchoata enim in Prophetis veteris testamēti pericitur in Euangelio. Nam Christus venit non vt legem solueret, sed vt adimpleret. Dico ergo fidem, siue fundata sit à charitate. Quod à charitate fundetur fides, ex eo ostendit quod Charitas faciat fideles amicitia quæ illi intercedit cum fide. Si ergo qui fidem habet non est fidelis, nisi sit in eo charitas quæ est amicitia coniuncta cum fide, sequitur quod charitas sit fundamentum fidei. Id enim alicuius rei dicitur fundamentum, quod si tollatur id concidit cuius est fundamentum: sed si tollatur charitas, concidit fides, vt quæ sit inutilis & inefficax ad salutem. Rursus fides est basis & fundamentum charitatis. Nam qui fidem non habet, nec Deum diligit quem non credit, nec proximum quem propter Deum debet diligere. Charitas autem ea est quæ inducit

credentes, ut de se inuicem bene mercantur, & propter Deum se mutuis afficiant beneficiis. Quod si quis dicat non charitatem esse fundamentum fidei, sed timorem, cum & initium sapientiæ sit timor Domini, & timor sit Pædagogus legis in qua est etiam fides, meminerit Deum non timeri. Atque ipse quidem timor Dei qui est præfens & operatur, in operando cognoscitur & creditur. Sed si est aliquid facturum, & in futurum minatur, non ex eo existit fides, sed ipsa fides ostendit timorem esse fide dignum, id est, esse credendum, & ideo timendum. ¹ *Diuina ergo est tanta mutatio.* Dicit quanta per fidem fiat hominis mutatio. Qui prius erat infidelis, fit fidelis, id est credit quæ sunt credenda, & simul spem habet & timorem, & utriusque credit, spei scilicet & timori. Credit enim iis quæ spes proponit, nempe bonos sua manere præmia, scilicet regnum cælorum & vitam æternam, & credit iis quæ sunt timenda, nempe suppliciiis, quæ impendent iis, qui Dei præceptis non parentes impiè & scelerate vitam egerunt.

10

1111. ¹ *ATQVE prima quidem ad salutem inclinatio nobis fides apparet, post quam timor & spes & pœnitentia, cum continentia & tolerantia proficientes, nos ducunt ad charitatem & ad cognitionem.* Merito ergo Barnabas Apostolus, Ex qua parte, inquit, studui paulatim ad vos mittere, ut cum fide vestra perfectam habeatis etiam cognitionem. Fidei ergo nostræ adiutores sunt timor & tolerantia: quæ autem nobis opem ferunt, sunt longanimitas & continentia. His ergo, inquit, in iis quæ ad Dominum pertinent, castè manentibus, unà cum eis letantur sapientia, intelligentia, scientia, cognitio. Cum itaque prius dictæ virtutes sint elementa cognitionis, euenit ut fides sit magis elementaris, quæ ei qui est cognoscendi potestate præditus, est æquè necessaria, atque ei qui in hoc mundo uiuit, ad uiuendum respiratio. Ut autem absque quatuor elementis non licet uiuere, ita nec absque fide licet assequi cognitionem. Hæc est ergo basis veritatis. Qui timorem autem accusant legem insectantur. Quod si legem, clarum quoque est quod eum qui legem dedit. Hæc enim tria necesse est consistant in subiecto: is qui administrat, administratio, ² *& id quod administratur.* Si ergo legem per hypothese[m] abstulerint, necesse est utique ut unusquisque qui ducitur à cupiditate, voluptati obsequens, id quidem quod rectè honestèque se habet negligat, Deum autem despiciat, absque metu simul sit impius & iniustus, ut qui à veritate exiluerit. ³ *At certè, inquit, timor est à ratione aliena declinatio, & animi perturbatio. Quid tu dicis? & quomodo tibi amplius seruari poterit hæc definitio, cum præceptum mihi per rationem seu verbum datum sit? Præceptum autem timorem pronunciat per disciplinam, eum qui id suscipit, parans ut corrigatur.* Non est ergo timor à ratione alienus: est itaque rationi consentaneus. Quidni enim, cum adhortetur, Non occides, non mæchaberis, non furaberis, non falsum dices testimonium. ⁴ *Sed si nomina astutè excogitant, & λειψάνω, id est, cautionem, timorem legis vocant philosophi, quæ est consentanea rationi declinatio.* Hos Critolaus Phaselites non ineptè vocauit ονομασμάρις, id est, qui depugnant de nominibus. ⁵ *Pulchrum ergo, atque adeò pulcherrimum, iis qui nos accusant præceptum apparuit, excogitata mutatione nominis.* Cautio ergo esse rationi consentanea ostenditur, cum sit eius quod lædit declinatio, ex qua ⁶ *exoritur eorum quæ præcesserunt peccatorum pœnitentia.* Principium enim sapientiæ est timor Domini. Intellectus autem bonus omnibus facientibus eum. Sapientiam vocat affectionem, quæ est timor Domini, deducens ad sapientiam. Si autem lex affert timorem, principium sapientiæ est legis cognitio, & non est sapiens absque lege. Insipientes ergo sunt qui legem recusant, cui est consequens ut ipsi reputentur ἀπείροι seu impij. Disciplina autem est principium sapientiæ. Sapientiam autem & disciplinam impij nihil ⁷ *pendent, ait Scriptura. Videamus autem quanam esse timenda lex annunciet. Si ea quidem quæ sunt media inter virtutem & vitium, ut paupertas & morbus, & ignominia, & ignobilitates, & quæ sunt his similia: hæc quidem etiam quæ sunt in ciuitate leges proponentes laudantur, & Peripateticis, qui tria bonorum genera introducunt, & eorum contraria mala esse reputant, ea conuenit opinio. Nobis autem data lex, ea quæ verè mala sunt iubet*

sunt iubet fugere, adulterium, petulantiam, puerorum amorem, ignorantiam, iniustitiam, morbum, animæ mortem, non eam quæ soluit animam à corpore, sed eam quæ animam dissoluit à veritate. Hæc enim sunt grauiora & verè timenda vitia, & quæ ex eis proficiuntur operationes. ⁸ *Verumenimuerò iniuste pennatis tendi retia dicunt diuina responsa. Ipsi autem dum sunt sanguinum participes, mala sibi instar thesauri recondunt. Quomodo ergo à nonnullis heresibus hæc lex mala dicitur? vociferantibus dicere Apostolum: Per* ¹⁰ *legem enim cognitio peccati. Quibus dicimus: Lex peccatum non fecit, sed ostendit. Cum enim quæ sunt facienda iusserit, reprehendit ea quæ non sunt facienda. Boni autem est, id quod salutare quidem est docere, quod exitiale autem ostendere, & illo quidem uti consilere, hoc verò iubere fugere. Iam Apostolus, quem non intelligunt dixit peccati cognitionem per legem esse manifestatam, non autem accepisse substantiam. Quomodo autem non est bona lex, quæ erudit ac castigat, & quæ data est pædagogus ad Christum, ut dum per timorem castigationis ratione dirigimur, ad eam quæ est per Christum perfectionem conuertamur? Nolo, inquit, mortem peccatoris, sed eius pœnitentiam. Pœnitentiam autem ¹¹ *efficit præceptum, quod ea quidem prohibet, quæ non sunt facienda, benefacta autem proficitur. Mortem autem, ut arbitror, dicit ignorantiam.* ¹² *Et qui est prope Dominum, est plenus flagellis. Qui cognitioni scilicet appropinquat, periculis, timoribus, molestijs, afflictionibus utitur, propter desiderium veritatis. Filius enim castigatus euasit sapiens, & seruatus est ab æstu filius intelligens. Filius autem intelligens suscipiet præcepta.* ¹³ *Et Barnabas Apostolus: Va qui sunt intelligentes apud semetipsos, & coram se scientes. Et paulo post subiunxit: Efficiamur spirituales, templum Dei perfectum, quatenus est in nobis, timorem Dei meditemur, & eius præcepta seruare contendamus, ut letemur in eius iustificationibus. Vnde sapientiæ principium timor Dei diuinæ dictus est.* ¹⁴ *Hic Basilidis sectatores hoc dictum exponentes, dicunt ipsum principium cum exaudivisset dictionem spiritus qui ministrabatur, propter auditionem & spectaculum fuisse obstupefactum, cum ei præter spem esset annunciatum Euangelium, & eius obstupefactionem appellatam esse timorem, qui fuit principium sapientiæ genera dijudicantis, & discernentis, & perficientis, & restituentis. Cum autem non solum mundum, sed etiam electionem discernisset, eam postremò amandat.* ¹⁵ *Videtur autem Valentinus quoque in quadam epistola talia quadam mente apprehendisse. His enim verbis sic scribit: Et sic ex illo figmento terrore fuit affectus author Angelorum, quando maiora elocutus est quàm quæ cõuenirent afflictioni, propter eum qui in ipsis inaspectabiliter dederat semen supernæ essentiæ, & liberè loquebatur. Ita etiam in mundanorum hominum generationibus, timores fuerunt opera hominum ijs qui ea faciebant: quemadmodum statuæ & imagines, & omnium manus efficiunt in nomine Dei. In nomine enim hominis formatus Adam, timorem præbuit eius qui prius erat hominis, ut qui ipse esset in ipso constitutus, & obstupuerunt, & opus citò aboleuerunt. Sed cum sit unum principium, ut ostendetur paulo post, canoras quasdam nugas & figmenta videbuntur isti homines effingere. Quoniam autem à lege & Prophetis prius erudiri ac castigari utile esse Deo visum est, principium sapientiæ dictus est timor Domini, qui à Domino per Moysen datus est ijs qui non obediunt, & sunt duri corde. Quos enim non expugnat ratio, eos māsuefacit metus. Quod quidem cum ab alto præuidisset Verbum quod erudit ac castigat, utroque modo aptè ac conuenienter expurgans, ad pietatè concinnauit instrumentum. Est igitur obstupefactio, timor ex insueta visione seu phantasia, vel propter inexpectatam visionem, tanquàm nuncium. Timor autem est insignis admiratio, tanquàm ob id quod vel factum est, vel est. Non animaduertunt itaque se affectionibus ac perturbationibus fecisse obnoxium, maximum, & qui ab eis celebratur Deum, per obstupefactio-**

παίδευτικός
Ezech. 18.παίδευ-
μένος,
castigatus,
eruditus.

φάσις.

φυλοκρηπίτα
κῆς ὅτι πῆ-
σιν.

est insipiens. Lex enim est Dei: Quo fit ut qui lege caret & Deo careat qui est author legis, & planè sit impius: Videamus autem quænam esse timenda lex annunciet. * Verumenimvero iniuste pennatis. Bonis à sceleratis tenduntur insidias, sed non possunt comprehendi, facile enim euolant, à Deo liberati. Ipsi autem mali male agentes, & mala sibi congerunt, & in posterum recondunt. Et frustra ergo insidiantur, ut nostra habet versio, & iniuste, ut qui se obstringant scelere. Et hoc est quod septuaginta habent *ἀδικῶς*, id est, iniuste. *† Et qui est prope Dominum est plenus flagellis.* Per multas afflictiones oportet intrare regnū cælorum. Intrat autem regnum cælorum qui est prope Dominum. Is demum autem est prope Dominum qui tenetur studio veritatis. Ad eam autem non peruenitur nisi legis præcepta obseruetur, & suscipiatur castigatio, & disciplina per multos labores, afflictiones, timores pericula, & molestias. Hęc disciplina & castigatio castigatum filium reddit sapietem, & eum liberat ab æstu nempe ab ardore libidinis & à flamma ignis æterni. *† Et Barnabas Apostolus.* Barnabas Apostolus quem hic citat Clemens, eos execratur qui non ex lege Dei & ex eius præceptis doctrinam hauriunt, sed ex his quæ ipsi apud se cogitant & comminiscuntur. Hortatur præterea ut simus spirituales. Tum demum autem erimus spirituales, si Deus in nobis habitauerit: Deus enim est spiritus. Non solum autem erimus spirituales, sed etiam templum Dei si Deus in nobis habitauerit. Deus autem tunc dicitur in nobis habitare, quādo terrestribus & humanis expulsis cogitationibus diuina solum & æterna meditatur. Hoc non fit nisi Deum timeamus & præcepta eius seruemus. Is timor & eius præceptorum custodia efficiunt, ut magna afficiamur lætitia cum iusti euaserimus: Deus enim eos iustificat qui ipsum timent & præceptis eius parent cum diligentes. Merito ergo dictus est Dei timor initium sapientiæ. *† Hic Basilides sectatores.* Citat Clemens, ut se dixit facturum, omne genus scriptorum. Citauit philosophos & authores apocryphos, nunc citat etiam hæreticos, quantum ei visum est facere ad suum institutum. Dicit autem quomodo exposuerit Basilides illud dictum; Principium sapientiæ timor Domini, etiam si non ignoraret quam inepta fuerint eius fabulæ & nugæ, quas qui uolet scire, legat apud Irenæum, Epiphanium, & Theodoretum. In his recensendis me piget tempus perdere, & lectori tædium afferre. Meræ certè sunt nugæ de illo principe, qui cum audiisset dictionē spiritus fuit obstupescens. Obstupescitio autem fuit timor qui fuit initium sapientiæ, &c. Cum autem dicit ipsum postremo amandasse timorem, videtur alludere ad illud Ioannis; Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. *† Videtur autem Valentinus.* Valentini impia & inania dogmata & commenta qui uolet videre, legat Theodoretum de hæreticis fabulis. Eius recenset Clemens & refellit nõnulla, etsi sint potius ridenda quam refellenda. Quod tamen ipse quoque satis vidit, cum dicit ea esse, canoras nugæ & figmenta. Primum autem eum reprehendit, quod cum sit vnium principium, ipse tamen multos statuat authores, & principes. Et non reprehendit quidem quod dicit, quod cum uellet Deum erudiri & castigari populum ut deduceretur ad pietatem, per Moysen datus sit timor Domini qui est initium sapientiæ, ut quos expugnare nõ poterat Verbum seu ratio, mitigaret & mansuetificaret metus. Reprehendit autem, quod Deum statuat obnoxium & animi affectionibus & perturbationibus, & quod ante obstupescitionem, ignorantem Deum fecerit & dubitantem. Quæ consutans, ostendit quam multa ex his sequantur absurda. *† Hic ergo ipsi & aliquibus alijs.* Basilidianis, Valentinianis, & Marcionistis hæc dicit Scriptura, nempe ut ipsum Deum audiatur, & nõ impia & inania dogmata cõminiscatur. *† Quid ergo hi legem esse uolunt.* Duos deos constituebat Marcion Ponticus, Deum iniustum & Deum bonum: & iustum quidem esse creatorem qui legem dedit: Legem autem, non esse quidem ex se malam, sed ex eo quod terrorem afferat, qui est malus. Dicit autem Clemens nec legem esse malam, nec timorem. Lex non est mala quæ prohibet vitia: nec timor est malus per quem prohibet, non esse iustum à bono discernendum: idem enim est & iustum & bonum. Timorem non esse malum qui pellit vitium. Nam cum vitium sit malum, bonum sit oportet id quod ipsum dissoluit & pellit. Quod si malum dicunt esse timorem, quod sit affectio seu perturbatio, respondet, aliquem quidem timorem esse affectionem, sed non omnem *δεισιδαιμονίαν*, id est superstitionem non esse affectionem, non autem Dei timorem. Nam ut Deus est impatibilis, ita etiam est impatibilis eius timor. Nam proprie non dicitur Deus timeri: sed timeri dicitur quod timeatur ne ab eo excidamus. Ab eo autem excidit qui eo non fruitur. Non fruitur autem qui non est ei gratus. Qui autem timet ne à Deo excidat & ne eo fruatur, ut qui eius priuetur gratia, non Deum timet, Deus enim tanquam malum non timetur, sed id quod malū est timetur, timetur enim ne eius gratia, quæ est prætiosa possessio, amittatur, & ita in mala incidatur. Deo enim priuari, qui est summum bonum, non potest non esse malum. Qui autem hoc timet, timet ne ei extremus afferatur exitus, & non sit impatibilis. Plane enim interit, & miserabilibus vexatur affectionibus, qui Deum amisit, quem qui habet, is nullis afficitur animi motibus & perturbationibus. Ita fit ut sapiens timens declinet à malo. Cauet enim ni si Deum amittat priuetur omni bono, quod quidem est summum malum. Insipiens autem qui nihil timet & securus Deum offendit, à Deo, & ita ab omni bono excidit. In eo uero qui Deum timet est spes fortitudinis. Sperat enim fore, ut quæ fortiter aggreditur ei recte succedant. Timens enim Deum offendere & ab eo excidere, credit sibi paratum fore eius auxilium. *† Deducit ergo talis metus & ad penitentiam.* Hoc ut melius percipiamus, definit quid sit spes, nempe bene sperans expectatio bonorum, vel boni absentis. Expectantur autem bona, sed timentur mala, non præsentia autem expectantur, sed futura. Sed si tantum expectantur, & non etiam certo credantur & magno expectantur desiderio, non sperantur, nec eorum spes esse est dicenda. Non solum autem Dei timor deducit ad bonam spem, sed casus quoque seu prolapsio assumitur ad spem. Nam si labi & cadere contingerit, ipsa prolapsio nõ ita iacet & deprimitur ut penitus desperet, sed ad spem erigitur fore ut quod perdidit recuperet. Sed ad id non peruenitur nisi ipsa prolapsio nos deducat ad charitatem, qua Deum nos offendisse ægreferentes rationi assentiamur, vitam recte instituamus, & mores componamus: & proximum diligentes, in amicos & familiares nos ita geramus, ut amicitia & beneuolentiæ, quæ ratio præscribit, officia exerceamus. Si autem amici & familiares dicuntur etiam fratres, ut qui sint eodem uerbo quo nos regenerati. Fratres autem merito dicuntur qui eundem habent Deum patrem, & matrem Ecclesiam. Etymologiam autem huius uocabuli

1. Ioan. 4.

buli *ἐπίτιμος*, dicit esse Clemens, quasi *ἐπίτιμος ἐγώ*, nempe alter ego, sicut & Latine frater dicitur, quasi fere alter: *ἀδελφός*, quoque frater Græcè dicitur quasi *ὁμοδελφός*, quod eodem sint in utro. Vnde etiam Christiani proprie dicuntur fratres qui in eadem sunt Ecclesia, nempe Catholica tanquam in eodem utro. *† Adhæret autem charitati & hospitalitas.* Arrepta occasione, adiungit charitati uirtutes eius comites, prima est hospitalitas, ex qua discimus quomodo sit utendum hospitibus, seu quomodo nos oporteat gerere in hospites. Hospites autem sunt, qui in hoc mundo ita versantur, ut mundana sint eis externa & aliena. Mundani autem sunt qui rebus terrenis sunt addicti, & dediti libidinibus & carnalibus concupiscentiis. Eos dicit Paulus conformari huic seculo, quod prohibet ne faciamus, sed mente potius renouemur, ut probaram & bene cognitam Dei voluntatem impleamus. *† Versatur autem hospitalitas.* Hospitalitatis munus est & officium, curam gerere hospitem, & eis prouidere quæ sunt vsui. Hospites olim dicebantur externi, qui etiam Græcè *ξένοι*, vsus autem postea inoleuit ut dicerentur externi quidem hospites, sed non omnes, uerum ij quibus cum propter amicitiam ultro citroque intercedebat ius hospitij, qui scilicet foris aduenientes se inuicè excipiebāt. Hospes enim dicitur & qui excipit & qui excipitur. Ij dicebantur & *ὄμιξνοι*, quod essent peregrini, & amici, non quod indiscriminatim omnes exciperentur hospitio, sed ij cum quibus intercedebat ius amicitia. Quanta autem esset uirtus hospitalitatis ex hoc est perspicuum, quod inter cæteras uirtutes quas Episcopo tribuit Paulus, eum quoque uelit esse hospitem. *† Et humanitas, quæ est amicus vsus hominum.* Charitatis comes est humanitas, & bona affectio quæ est Græcè *φιλανθρωπία*. Nec satis est hominem diligere, sed cum dilectione oportet etiam esse benignitatem, mansuetudinem & clementiam, nec sufficit homines in genere diligere, sed etiam consanguineos & necessarios, tanquam ex quodam diligendi artificio locum tenere præcipuum. Is amoris gradus Græcè dicitur *φιλανθρωπία*, quo libenter, & tanquam ex instituto eos amemus, non ex sola naturæ propensione & inclinatione. *† Affectio autem rursus est conseruatio beneuolentiæ.* Quæ hic subiungit charitati, definitione quidem ab ea differunt, sunt tamen ei coniuncta, *σύννη*, quam uerbi affectionem est idem quod dilectio, sed in hoc differt quod significet uehementē amoris affectionem, ea autem conseruat beneuolentiam & dilectionem. Nam si amor sit tepidus, non diu durat beneuolentia nec dilectio. Est etiam dilectio species charitatis, quæ non solum est in animo, sed etiam re ipsa & facto se ostendit, & ita est perfecta, & omni ex parte absoluta demonstratio. *† ἀγαπᾶσθαι*, id est, diligere dicitur, quando consentiunt mores qui se mutuo attrahunt, & in eo est scientia communium bonorum, non est enim magis bonum vnus quam alterius, & ita inter se cõueniunt amici & moribus, & bonis, & animis. Vnde etiam dicitur, *ἀγαπᾶσθαι ἀπὸ τῶν ὁμοίων καὶ ἀπὸ τῶν ἑτέρων*, id est, duci & abduci: consensio enim animorum, & morum conuenientia, & sua non reputare bona magis quam alterius, nempe amici, ea se inuicem cõciliant & attrahunt ad amicitiam. *† Et idem Apostolus fatur se Iudæis ferre testimonium.* Ex his quæ adduxit Paulum dicentem de ficta dilectione, arripuit occasionem loquedi de Iudæorum legis dilectione, non illa quæ facta, sed quæ non est secundum scientiam. Duplicem autem dicit esse Clemens iustitiam, iustitiam Dei quæ est ex fide, & iustitiam legis, quæ est ex operibus adimpletis mandatis legis. Et in hoc quidem fallébatur Iudæi, quod Dei iustitiam quæ est ex fide Christi ignorantes, & suam uolentes statuere iustitiam, quæ est in adimplerione mandatorum, quod sine fide Christi non potest fieri, fidei non paruerunt, & in Christum qui est finis legis, non crederunt: & dum facerent quæ ipsi uellent, non quæ lex uellet, quæ sine Christo nihil facit, qui est eius scopus & finis omni credenti, suam opinionem pro lege sunt secuti, & ita non fuere iustificati, est enim fides Christi quæ iustificat. Ex hoc autem falsi sunt, quod legi crediderunt, sed tanquam iubenti minantique & terrorem incipienti, non autem tanquam Christum venturum & gratiam daturum prædicenti, & mysticum & allegoricum sensum in se continenti, & in Iesum Christum futuram fidem salutis esse causam significanti. *† Vnde eis dictum est à Mose.* Egredere tulerunt Iudæi, quod qui erat populus à Deo electus, adscitis gentibus fuerit posthabitus & reiectus. Vocationis autem gentium non fuit alia causa, quam inobedientia & contradictio. Deinde in his quoque Dei ostenditur bonitas.

† PASTOR autem cum solummodo de ijs qui dormissent posuisset dictionem, nouit v. quosdam iustos & in gentibus & in Iudæis, non solum ante aduentum Domini, sed etiam ante legem, ex eo quod Deo grati acceptique fuerint, ut Abel, & Noe, & si quis alius iustus. Dicit ergo Apostolos & doctores filij Dei, etiam cum dormissent, potestate & fide predicasse ijs qui prius dormierant. Deinde subiungit: Et ipsi dederunt ipsis signaculum predicationis. Descenderunt ergo cum ipsis in aquam, & rursus ascenderunt. Sed hi uiuentes descenderunt, & rursus uiuentes ascenderunt: illi autem qui prius dormierant, mortui descenderunt, uiui autem ascenderunt. Per hos ergo uiuificati sunt, & agnouerunt nomen filij Dei, & ideo unà quoque cum illis ascenderunt, & eos compegerunt in turris adificationem, & qui in lapides cæli non poterant, coadificati sunt. In iustitia dormierunt, & in magna puritate. Solum autem hoc signaculum non habebant. Quando enim gentes legem non habentes, natura quæ sunt legis faciunt, ij legem non habentes sibi ipsi sunt lex, ut ait Apostolus. Quod itaque uirtutes se inuicem consequuntur, quid opus est dicere, cum iam ostenderit quod fides quidem sperat propter penitentiam, pietas autem propter fidem, & quæ in ijs est perseverantia & exercitatio, unà cum disciplina terminatur in charitate,

1. Tim. 3.

Rom. 2.

1. Cor. 13.

illa verò perficitur cognitione. Illud autem necessariò adnotandum est, quod solus Deus intelligendus est natura esse sapiens. Quare sapientia quoque Dei virtus, quæ docuit veritatem, hîc quoque assumpta est perfectio cognitionis. Amat autem & diligit veritatem philosophus, eo quòd sit verus ac germanus famulus, iam propter charitatem existimatus esse amicus. Eius autem principium est, res admirari, ut dicit Plato in Theæteto. Et Matthias adhortans in traditionibus, Admirare præsentia, cum esse primum gradum statuens ulterioris cognitionis. Qua ratione etiam scriptum est in Euangelio secundum Hebræos: Qui admiratus fuerit, regnabit, & qui regnavit, requiescet. Fieri ergo nõ potest ut philosophetur qui est rudis & ignarus: porro autem non potest fieri ut philosophetur is qui sapientie notionem non ceperit, cum philosophia sit eius quod verè est appetitio, & earum quæ ad id tendunt disciplinarum. Et quamvis in rectè agendo se aliqui exercuerint, ut sciatur tamen quomodo sit utendum, & faciendum est & adlaborandum, quatenus Deo quoque assimilatur aliquis, Deo inquam servatori, colens Deum Servatorem per Verbum Pontificem, per quem videntur quæ in veritate sunt honesta & iusta. Religio est actio quæ Deum sequitur. Hæc ergo tria noster sibi vendicat Philosophus: primum quidem contemplationem: secundò autem, præceptorum executionem: tertio verò, bonorum virorum constitutionem. Quæ quidem cum conuenerint, efficiunt virum cognoscendi potestate præditum. Vnde diuina dixit Scriptura: & dixit Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiys Israël, & dices illis, Ego Dominus Deus vester. Secundum studia terræ Egypti in qua habitastis in ea, non facietis, & secundum studia terræ Chanaan, in quam vos ego illuc introduco, non facietis, & in eorum legitimis nõ incedetis. Iudicia mea facietis, & præcepta mea seruabitis. Ambulate in eis. Ego Dominus Deus vester, & seruabitis omnia præcepta mea, & facietis ea. Qui fecerit ea, viuet in eis. Ego Dominus Deus vester. An autem mundi & deceptionis, an animi perturbationum & vitiorum sit signum & symbolum Egyptus & terra Chanaan, nunc quidem est prætermittendum. Quenam autem sint exercenda ut diuina & non mundana, nobis ostendit eloquium. Cum autem dicit: Qui fecerit homo, viuet in eis: & ipsorum Hebræorum correctionem, & proximorum nostrorum & nostram exercitationem & profectum, ipsorum vitam dicit & nostrã. Qui enim sunt mortui delictis, conuiuificantur Christo per nostrum testamentum. Sæpe autem repetens Scriptura illud, Ego Dominus Deus vester, pudore afficiendo pulcherrimè hortatur, docens, sequi Deum, qui dedit præcepta. Admonet autem sensim querere, & quoad eius fieri potest, conari cognoscere: quæ quidem fuerit maxima contemplatio, quæ est reuera scientia supernæ speculationis, à qua nunquam separatur iusta operatio. Sed eorũ quidem qui se sapientes existimant, siue sint barbara hæreses, siue Græcorum philosophi, inflat scientia, ex sententia Apostoli. Fidelis autem cognitio est, quæ fuerit ex scientia demonstratio eorum quæ traduntur in vera philosophia. Dixerimus autem ea esse orationem quæ iis de quibus dubitatur, ex ijs quæ sunt certa & extra controuersiam, fidem facit. Cum sit autem duplex fides, una quidem ex scientia, altera verò ex opinione: nihil obstat quominus duplex quoque nominetur demonstratio: una ex scientia, ex opinione altera: quandoquidem cognitio quoque, & præcognitio duplex dicitur: una quidem quæ accuratam & exactã habet naturam: altera verò quæ defectã & mancã. Nunquid autem ea sola quæ est apud nos vera fuerit demonstratio, ut quæ ex diuinis suppeditetur Scripturis, quæ sunt sacræ literæ, & quæ ex ea quæ à Deo docetur sapientia, ut ait Apostolus? Disciplina ergo, & parere præceptis, quod est Deo credere, & fides Dei potentia, quæ est vis veritatis, statim dicit: Si habeatis fidem ut granum sinapis, montem transferetis. Et rursus: Secundum fidem tuam fiat tibi; & vnus quidem curatur, suscepta per fidem curatione:

mortuus

mortuus autem resurgit per fidem eius qui crediderat quòd esset resurrecturus. Quæ est autem ex opinione demonstratio, est & humana, & fit ex argumentis rhetoricis, vel etiam dialecticis syllogismis. Suprema enim demonstratio, quam ex scientia esse demonstrauimus, fidem inserit per allationem & apertionem scripturarum, animis eorum qui discere cupiunt, quæ quidem fuerit cognitio. Si enim quæ assumuntur ad id quod queritur, vera sumuntur, ut quæ sunt diuina & prophetica: clarum est utique quod quæ etiam eis inferitur conclusio, vera inferetur, & rectè nobis demonstratio fuerit cognitio. Cum itaque diuini & celestis nutrimenti monimentum in urna aurea consecrare iubebatur, Gomor, inquit, erat decima trium mensura. In nobis enim tres mensura tria significant iudicia: sensus quidem sensilium: Eorum autem quæ dicuntur nominum & verborum, ratio ceu sermo: eorum autem quæ percipiuntur intelligentia, mens. Qui est ergo cognoscendi potestate præditus, abstinebit à peccatis quæ fiunt & sermone, & cogitatione, & sensu, & opere, cum audierit, quemadmodum qui vidit ad concupiscendum, mæchatus est: & animo perceperit, quòd beati sunt qui sunt mundo corde, ipsi Deum videbunt: illud quoque sciens, quòd non quæ intrant per os, coinquinant hominem, sed illa quæ per os exeunt hominem coinquinant. Ex corde enim exeunt cogitationes. Hæc est, ut existimo, quæ ex Deo est vera & iusta mensura, quæ metitur ea quæ veniunt in dimensionem, ea quæ hominem continet decas, quam in summa tres prius dictæ significarunt mensuræ. Fuerit autem corpus & anima, & quinque sensus, & vocis edendæ potestas, & vis seminaria, & cogitandi seu spiritalis facultas, aut quocunque alio nomine vis vocare. Oportet autem, ut vno verbo dicam, alia omnia transcendentes, in mente sistere: sicut certè in mundo quoque, cum nouem partes transfilerimus, primam quidem quæ est per quatuor elementa quæ in vno loco ponuntur propter mutationem, deinde septem errantes, & nonam inerrantem, venire ad perfectum numerum qui est super calos, nempe decimam partem, & ut semel dicam, ad Dei cognitionem, post creaturam desiderando effectorem. Propterea offerrebantur Deo decima Oephi, & hostiarum, & paschæ dies festus incipiebat à decima, quæ est cuiusuis perturbationis & cuiusuis sensilis transitus. Fide ergo consistit is qui est cognoscendi potestate præditus. Qui se autem existimat sapientem, ea quæ sunt veritatis non attingit, infirmis & instabilibus utens impulsioibus. Iurè ergo scriptum est: Egressus est autem Cain à facie Dei, & habitauit in terra Naid, contra Edem. Interpretatio autem Naid est fluctus: Edem autem, delitiæ. Fides autem & cognitio & pax sunt delitiæ, quam qui non audiit, eijcitur. Qui se autem existimat sapientem, ne omnino quidem diuina vult audire præcepta, sed tanquam qui per se didicerit, effrenatus fertur in salum fluctuans, descendens ad mortalia, & quæ sunt generabilia, à cognitione ingeniti, aliàs alia opinans. Quibus autem non inest gubernatio, ij cadunt sicut folia. Ratio & quæ est pars princeps animæ, quæque eam ducit ac regit, dicta est eius gubernator. Est enim reuera immutabiliter deductio ad id quod est immutabile. Sic Abraham stabat rectus ex aduerso Domini, & appropinquans dixit. Et dicitur Moysi, tu autem sta hîc mecum. Simonis autem sectatores, stanti quem colunt, volunt assimilari moribus. Fides ergo & cognitio veritatis efficiunt, ut quæ eas acceperit anima, eodem modo & semper similiter se habeat. Cum falso autem cognitione sunt cõiuncta transitio, declinatio vel defectio, sicut vi gnoscendi tranquillitas, quies & pax. Quæmadmodum ergo ut male audiat philosophia efficit arrogantia & gloriosa de se persuasio: ita etiam ut male audiat falsa cognitio, & quæ appellatur ὁμολογία, id est equiuocè, ceu eodẽ nomine, de qua scribens Apostolus, O Timothee, inquit, depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Cum ab hac voce conuincantur heretici, epistolas ad Timotheum abrogant.

Mm

PASTOR autem cum solummodo de ijs qui dormissent posuisset dictionem. Per fidem Christi data est iustificatio. Sed & ante aduentum Christi atque adeo ante legem, & in gentibus & in Iudais fuerunt quidam iusti qui Deo fuerunt grati & accepti. Ipsi legem quidem non habebant, sed legem non habentes ipsi erant sibi lex. Cum autem & sine lege essent mortui, & iis desset signaculum prädicationis Christi, & Christus ipse iis qui in carcere erant spiritualiter veniens prädicaui, & Doctores & Apostoli filij Dei iis quoque mortuis prädicaerunt, & qui mortui descenderant nomine Christi agniti & viuificati sunt, & viui ascenderunt, & ad turris, id est ecclesie ædificationem, sunt compacti, qui prius erant lapides minime apti ad cædendum. De his lectorem remitto ad Hermen, qui in pastore Ecclesie mira narrat mysteria.

Rom. 2.

Herm. in
Pasto. lib. 3.

Ioan. 15.

Amat autem & diligit veritatem. Dixit superius esse inter se coniunctas virtutes & vnum pendere ab altero, hinc esse quod sapientia doceat veritatem: nunc autem dicit Philosophum qui est amator sapientie, diligere veritatem. Veritatis autem amator est verbi seruus, qui cum sit verus & germanus seruus ut qui sit totus ei addictus & mancipatus, tamen propter charitatem qua Dominum diligit, non amplius dicitur seruus, sed amicus. Hinc est quod dicit Christus se iam non diciturum eos seruos, sed amicos. Quod autem & ex Platone ex Theæteto, & ex Matthie traditionibus, & ex Euangelio secundum Hebræos, qui sunt quidem libri apocriphi, sæpe tamen citati ab antiquis, philosophie dicit esse initium res admirari, videtur significare ex mundi operis admiratione exortam esse cælestium contemplationem & studium sapientie, ex quo tandem peruenitur ad regnum, cum nihil sit amplius quod mireris. Nihil enim est quod miretur qui ad Dei perfectam peruenit visionem. Præclare certe quamuis Ethnicus dixit Horatius:

Nil admirari prope res est vna Numici

Solaque qua possit facere & seruare beatum.

Is demum autem philosophatur qui sapientie habet notionem: sapientie autem notio, est eius quod verè est, id est Dei qui & solus est & semper est, mentis conceptio, & earum disciplinarum quæ pertinent ad Dei cognitionem. Ut autem sciamus quomodo nos gerere oportet, elaborandum est ut Deo simus similes, eum colentes per verbum nostrum Pontificem; nempe per Iesum Christum Dominum nostrum, per quem tanquam per speculum videntur quæ sunt iusta & honesta. Ipse ergo nobis est proponendus tanquam exemplar, ea enim demum vera est religio actio quæ Deum sequitur. Deum autè sequi olim tritum apud veteres prouerbium. De quo vide Erasmus in Chiliadibus. *Hæc ergo tria noster sibi vendicat Philosophus.* Eundem vocat Philosophum & gnosticum, id est cognoscendi potestate præditum. Ad hoc ut sit quispiam Philosophus tria requiruntur, nempe ut res contempletur, quod originem sumit ab admiratione, secundum, ut Dei mandata mandet executioni, tertium, ut bonos viros constituat, nempe ut doceat virtutem & bonos mores. *An autem mundi & deceptionis.* Quoniam dixerat fugienda esse studia Egypti, videbatur se offerre locus dicendi, quid ea symbolicè & allegorice significarent, se tamen dicit ea prætermittere. Quæ hic autem præmittit magister, videat qui volet ea copiose tractata ab Origene eius discipulo in multis locis. Constat autem iis significari mundana, nempe fraudes & vitia, & animi perturbationes, quibus diuina sunt contraria. Quænam autè sunt ea diuina & quomodo exercenda, docent eloquia, id est sacra scripture. *Cum autem dicit, Qui fecerit homo viuet in eis.* Proprie quidem vita est vita æterna, ad quam ingrediuntur qui seruant mandata. Cæterum etiam ante eius adoptionem, ij quoque in mandatis dicuntur viuere, qui vitia sua corrigunt, siue sint Hebræi, siue nostri proximi, siue nos ipsi. Nam cum peccata nos à Deo separèt, Christo rursus conuiuificantur, qui expulsis peccatis quæ mortem afferunt, rectè viuunt. *Sed eorum quidem qui se sapientes existimant.* Quod dicit Paulus scientiam inflare, id vere dicitur & de barbaris & de Græcis, id tamen non est omni ex parte verum: verum est enim tantum in iis qui se putant sapientes, cum longe absint à sapientia: inanis illa de se opinio, non est sapientia. Non inflat autem fidelis cognitio, quæ est ex scientia demonstratio eorum quæ traduntur ex vera philosophia. Vera autem philosophia est Dei & eorum quæ sola sunt vera, nempe quæ sunt diuina, cognitio. Ea autem cum sint certa & extra omnem controuersiam, efficiunt ut ea credantur de quibus dubitatur. De iis autem dubitatur quæ non verè sunt. Verè autem non sunt quæ perpetuo fluunt & labuntur, cuiusmodi sunt res naturales. *Cum itaque diuini & cælestis nutrimenti.* Diuus Paulus in epistola ad Hebræos scribit tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum, habuisse arcam testamenti quæ habebat vnam auream habentem manna, ea mensura qua olim colligebatur in deserto, cum Deus ipsum demitteret Hebræis, nempe mensura gomer. Gomer autem est decima pars Ephraim, constituitur autem Ephraim à tribus Satis. Has autem tres mensuras dicit Clemens allegorice significare tria quæ sunt in nobis iudicia, sensus scilicet, sermonis, & cogitationis, quibus vtens qui Christi habet cognitionem, abstinet à peccatis quæ admittuntur sensu, verbo & opere. Sensu peccat qui videt mulierem ad concupiscendum eam. Cogitatione peccat, qui turpia & obscæna cogitat. Sermone peccat is ex cuius ore exeunt verba impudica & scelerata. Opere peccat, qui sensu & sermone & cogitatione non contentus, quæ sensit, dixit & cogitauit, effecta reddit. *Oportet autem ut vno verbo dicam.* Denarius est perfectus numerus, is est & in homine, qui est *μικροκόσμος*, id est, paruus mundus, & in mundo. In homine cum transeundo ac dimetiendo ad mentem perueneris, ibi est sistendum: in mundo verò cum & elemèta, quæ licet sint quatuor, pro vno ponuntur, & septem planetas, & cælum fixum transferis, in Deo qui est decimus, & in eius cognitione est sistendum. Ad hunc transitum significandum, & quod in Deo qui est decimus, sit sistendum, Deo & Oephi & hostiarum offerrebatur decimæ, & à decimo die Lunæ incipiebat Pascha quo segregabatur agnus immolandus. Quod significabat esse transeundum à perturbationibus omnibus & rebus sensilibus, & sistendum in Deo ad quem peruenerit. *Simonis autem sectatores.* Etiam hæreticos citat Clemens suo instituto seruens, sed quisnam esset hic stans quæ colebat Simoniani, & cui volunt assimilari, nusquam legi. Tantum legi eos posuisse statuas, quarum erat altera similis Simoni, altera autem Helenæ. Ideo autem hoc citat, ut doceat etiam hæreticos sensisse esse firmam Dei fidem ac cognitionem. Subiungit itaque.

Quemadmodum

Quemadmodum ergo ut male audiat philosophia. Laudanda quidem est quæ est vera philosophia, sed ut male audiat philosophia, efficit inanis & gloriosa de sua sapientia opinio & persuasio. Laudanda quoque est cognitio & scientia quæ est vera, sed efficit ut vituperetur ea quæ falso nomine sic appellatur, quæ tantum abest ut prosit, ut etiam à fide faciat excidere. De Pauli autem epistola ad Timotheum, quod fuerit ab hæreticis abrogata quod eos conuinceret, fides sit penes Clementem, qui tamen solus, quod sciam, hoc scripsit. Solam enim ad Hebræos epistolam legi olim fuisse vocatam in dubium num esset Pauli.

AGE ergo, si Dominus est veritas, & sapientia, & Dei virtus, sicut est: ostendatur quòd reuera is est cognoscendi potestate præditus, qui eum cognouit, & per ipsum, eius patrem. Sentit enim vnà eum qui dicit: Labia iustorum sciunt excelsa. Cum autem fides sicut etiam tempus sit duplex, inuenerimus duas virtutes quæ simul habitant. Tempori enim quod est præteritum, est memoria: ei autem quod futurum est, spes. Credimus enim fuisse præterita, & fore ea quæ futura sunt. Et rursus diligimus, sic se præterita habere fide persuasi, futura spe expectantes. Ei enim qui est cognoscendi potestate præditus, omnia persuasit dilectio, ut qui vnum Deum sciuerit. Et ecce omnia quæcunque est architectatus erant valde bona, & nouit, & admiratur. Pietas autem adiicit vitæ longitudinem, & timor Domini adiicit dies. Quemadmodum ergo dies sunt pars vitæ quæ pergit ascendere: ita etiam timor est principium dilectionis, qui fit per incrementum fides, deinde dilectio. Sed non sicut feram & timeo & odi, ita etiam patrem vereor quem timeo & amo. Rursus timens ne castiget, me ipsum diligo, timorem eligens. Qui vero timet offendere patrem, se ipsum diligit. Beatus ergo qui inuenitur fidelis, dilectione & timore temperatus. Fides autem est virtus ad salutem, & potentia ad vitam æternam. Rursus, Prophetia est præcognitio: cognitio autem, est prophetie intelligentia. Veluti cognitio illorum quæ eis prius fuere cognita, à Domino, qui omnia prius manifestat. Cognitio ergo eorum quæ prædicta sunt, triplicem ostendit euentum: aut eum qui fuit olim, aut eum qui iam est præsens, aut eum qui est futurus. Deinde extrema quidem sub fidem cadunt, vel eorum quæ sunt perfecta, vel eorum quæ sperantur. Ad confirmanda autem ambo extrema, affert persuasionem præsens operatio. Si enim cum vna sit prophetia, eius quidem vna pars perficitur, altera verò pars est impleta, hinc fit credibile, & id quod speratur, & verum quod præterijt. Prius enim erat præsens, deinde nobis præterijt, & spes quidem futura, comprehensio rei futura. Assensiones autem, non solum Platonicæ, sed etiam Stoicæ, dicunt esse in nostra potestate. Omnis ergo opinio, & iudicium, & existimatio, & disciplina, quibus viuimus, & semper sumus cum humano genere, est assensio. Ea autem nihil aliud fuerit quàm fides. Et incredulitas seu infidelitas, quæ est fidei demolitio aut destructio, ostendit posse esse assensionem aut fidem. Eius enim quæ esse non potuerit, non fuerit priuatio. Et si quis verum consideret, inueniet quidem hominem malè audire ex eo quòd falso assentiat: multa autem habere quæ eum moueant & incitent ad veri fidem. Quæ ergo Ecclesiam continet, ut Pastor inquit, virtus, est fides, per quam seruantur electi Dei: quæ autem se viriliter ac fortiter geret, est continentia. Eam autem consequitur simplicitas, scientia, innocentia, honestas, dilectio. Hæc sunt filie fidei. Et rursus: Præcedit quidem fides, timor autem ædificat, perficit autem dilectio. Dicit itaque timendum esse Dominum ad ædificationem, sed non diabolum ad euerisionem. Contra autem opera quidem Domini, hoc est, præcepta esse diligenda & facienda, opera autem diaboli esse timenda, & non facienda. Timor enim Dei erudit ac castigat, & ad dilectionem restituit: timor autem operum diaboli, habet etiam odium cohabitans. Idem autem dicit etiam penitentiam esse magnam sapientiam. Nam eorum quæ fecit penitens, ea non amplius facit vel dicit. Propterea autem qui peccauit torquens animam, bona facit. Remissio ergo peccatorum differt à penitentia: ambo autem ea ostendit in nostra potestate. Eum ergo qui accepit remissionem peccatorum, non oportet amplius peccare, nempe in prima & sola peccatorum penitentia: ea

M m ij

Theod. de
hæret. fa-
bulis.

autem fuerit eorum quae prius fuerunt in gentili & prima vita: ea inquam, quae fuit in ignorantia. Iam ijs qui vocati sunt, proponitur paenitentia, expurgans locum animae à peccatis, ut fides fundetur. Cum autem sit Dominus cognitor cordium, & futura praesciat, facilem hominis mutationem, & ad reuertendum propensionem, & diaboli calliditatem ab alto vidit à principio, qui homini inuidens propter remissionem peccatorum, aliquas peccatorum causas seruis Dei suggeret, astute hoc moliens, ut ipsi quoque cum eo cadant. Dedit ergo cum sit multae misericordiae, ijs etiam qui in fide in aliquod peccatum incidunt, secundam paenitentiam, quam, si quis tentatus fuerit post vocationem, coactus & callide circumuentus, unam adhuc impaenitentiam acceperit paenitentiam. Voluntarie enim peccantibus nobis postquam acceperimus cognitionem veritatis, non amplius relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quaedam expectatio iudicij, & Zelus ignis qui est deuoraturus aduersarios, continua autem & se vicissim excipientes propter peccata paenitentiae, nihil differunt ab ijs qui omnino non crediderunt, praeterquam in eo solo quod se peccare senserunt: neque scio utrum sit deterius, prudentemne ac scientem peccare, an cum pro ijs quae peccauit paenitentia ductus fuerit, rursus peccare. Eo enim quod utrinque arguatur peccatum apparet: illud quidem condemnatum, propterea quod factum sit ab operario iniquitatis, hoc vero, ab eo qui praescit id quod est faciendum, aggremente ut malum. Et ille quidem irae fortasse & voluptati obsequitur, non ignorans quibus obsequatur; hic autem qui cum ductus sit paenitentia propterea quod sit obsecutus, deinde rursus recurrerit ad voluptatem, ei coniungitur qui ab initio peccat voluntarie. Cuius enim ductus est aliquis paenitentia, hoc rursus faciens, quod à se condemnatum facit, hoc sua sponte peragit. Ille ergo ex gentibus & priore illa vita ad fidem incitatus, remissionem peccatorum semel est affectus: hic autem qui etiam postea peccauit, deinde paenitentia ducitur, etiamsi veniam assequatur, debet erubescere, ut qui non amplius lauetur in remissionem peccatorum. Oportet enim non solum idola relinquere quae prius pro dijs habebat, sed etiam facta prioris vitae, eum qui non est ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, sed in spiritu regeneratur, quod quidem fuerit, non in idem reuolutum peccatum, duci paenitentia. Est enim rursus meditatio peccatorum, saepe paenitere, & ad facilem mutationem aptitudo ex defectu exercitationis. Apparet ergo, sed non est paenitentia, saepe petere veniam de ijs quae saepe peccamus. ^k Iustitia autem munit vias à reprehensione alienas. Et rursus: Viri innocentis iustitia diriget viam suam. Quinetiam sicut pater miseretur filiorum suorum, miserus est Dominus timentium eum, scribit David. Qui seminant ergo in lacrymis, in exultatione metent, de ijs loquens qui confitentur in paenitentia. Beati enim omnes qui timent Dominum. Vides eam quae est in Euangelio similem beatitudinem. Ne timeas, inquit, quando diues fuerit homo, & quando multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam dum ipse moritur, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Ego autem in misericordia tua introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iustitia. ^l Atque est terribilis quidem animi impetus, & incitatio ad aliquid vel ab aliquo. Affectio autem seu perturbatio est nimis abundans animi impetus & incitatio, vel quae plus quam par sit excedit mensuras rationis: vel impetus & incitatio quae effertur, & non paret rationi. Praeter naturam ergo animae motus, ex ea quae est rationi inobedientia, sunt perturbationes seu animi affectiones. Defectio autem & recessus & inobedientia sunt in nostra potestate, sicut etiam est in nostra potestate obedientia. Quocirca iudicantur etiam quae sunt voluntaria. Iam si quis persequatur unamquamque animi perturbationem, eas à ratione alienas inuenerit. ^m Non iudicatur ergo, id quod est inuoluntarium. Id autem est duplex, unum quidem quod fit ex ignorantia, alterum vero,

Prouer. 13.
Psalm. 102.
Ibid. 125.
Ibid. 113.

Ibid. 48.

verò, necessitate. Nam quomodo iudicaueris de ijs qui dicuntur peccare modis inuoluntarijs? Aut enim qui seipsum ignorauit, ut Cleomenes & Athamas qui erant correpti furore, aut rem quam facit, ut Aeschylus qui in scena effatus mysteria in Areopago dicta causa fuit absolutus, cum ostendisset se non esse mysterijs initiatum: aut ignorans id quod agitur, ut qui emisit aduersarium, & domesticum occidit pro inimico: aut in quo aliquid agitur, ut qui obtusis & orbicularis exercetur lanceis, & aliquem interfecit, cum orbem emisisset lancea: aut ignorans quemadmodum esset faciendum, ut qui in stadio occidit aduersarium, non enim ut occideret, sed ut vinceret certabatur: aut id cuius gratia agitur, quemadmodum dedit Medicus salubre antidotum, & occidit. Is autem non ea de causa dedit, sed ut eum seruaret. Atque coercebat quidem lex tunc quoque eum qui non sponte interfecit, ut eum qui non sponte laborabat profluvio seminis: sed non aequè atque eum qui sponte occidit. Quanquam ille quoque punietur tanquam propter voluntarium, si quis animi perturbationem traduxerit ad veritatem. Reuera enim est puniendus is qui est verbi genialis incontinens, quod ipsum quoque est animi affectio aliena à ratione, quae propè accedit ad futilem loquacitatem. Fidelis autem eligit res celare spiritu. Quae sponte ergo & ex electione suscipiuntur, puniuntur. Dominus enim scrutatur corda & renes, & iudicatur is, qui respexit ad concupiscentiam. Quare etiam dicit, Ne concupiscas. Et hic populus, inquit, labijs me honorat: cor autem ipsorum procul est à me. Deus enim respicit ad animum. Nam uxorem quoque Loth quae voluntarie solum erat conuersa ad mundanum vitium, reliquit insensilem, efficiens eam tanquam petram salis, & sistens, ne ulterius progrediretur, non stultam & quae nihil aget imaginem, sed quae condire & confirmare posset eum qui posset perspicere spiritualiter. Voluntarium autem est, vel quod est ex appetitione, vel quod ex instituto ac electione, vel quod ex cogitatione. Iam vero haec quodammodo inter se sunt propè, peccatum, infortunium, scelus seu iniuste factum. Et est peccatum quidem, verbi causa, luxuriose & intemperanter viuere. Infortunium autem, amicum tanquam inimicum ob ignorationem occidere. Scelus autem est, sepulchrorum effossio, aut sacrilegium. Peccare autem constat ex eo quod nesciat iudicare, quidnam facere oporteat: aut quod non possit facere, sicut certè in fossam incidit aliquis, vel quod ignorauerit, vel quod transilire non potuerit propter imbecillitatem corporis. Sed in nostra quidem certè est potestate, & ad nostram deduci disciplinam, & parere praecipis, quorum nisi voluerimus esse participes, irae & voluptati nos ipsos dedentes, peccabimus, vel potius iniuria nostram afficiemus animam. ⁿ Laus enim ille dicit in tragœdia:

Quorum mones latuit nihil me penitus:

Mihi tamen scienti affert natura vim.

^o Id est, ut dedat animi perturbationi. ^p Medea quoque ipsa similiter clamat in scena:

Factura quænam sim fati scio mala:

Consilio meo est ira ast potentior.

* Sed nec tacet Ajax, sed sibi manus illaturus vociferatur:

Res ergo mentem est nulla quæ sic liberi

Mordet viri, atque iniqua iniusta infamia.

Affectus ipse sic sum ego, me inuoluens

Profunda labes, ex profundo commouet

Stimulis furoris concitum peracribus.

^r Atque hos quidem ira, alios verò innumerabiles cupiditas deducit in tragœdiam, Phaedram, Anthiam, Eriphilem,

Quæ sibi dilecti preciosum acceperat aurum.

M m ij

Exod. 20.
Marci 10.
Genes. 19.
λίπον διάπ-
νον.

αὐδορπμα.
ἀπύρμα.
ἀδίκημα.

Rom. 6.
Esaie 51.
1. Petri 2.

Psal. 31.

1. Petri 4.

Hier. 50.
Naum 1.

1. Joan. 3.

Psal. 1.

Comicum autem Thraſonidem alia ſcena: Puella, inquit, vilis, me ſibi ſeruum fecit. Infortunium autem, eſt mentis peccatum præter rationem & opinionem. Peccatum autem eſt voluntaria iniuſtitia. Iniuſtitia autem eſt vitium voluntarium. Eſt ergo peccatum quidem meum voluntarium. Et ideo dicit: Peccatum vobis non dominabitur. Non enim eſtis ſub lege; ſed ſub gratia, dicens iſs qui iam crediderant. Quoniam eius nos liuore ſanati ſumus. Infortunium autem eſt alterius actio in me inuoluntaria. Iniuſtitia autem inuenitur ſolum voluntaria, ſiue ſit mea, ſiue alterius. Has autem peccatorum differentias ſignificat 10
Pſalmographus, beatos dicens quorum Deus deleuit iniquitates, textit autem peccata, & alia non imputauit, & dimiſit reliqua. Scriptum eſt enim: Beatus cui non imputauerit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus. Hæc beatitudo facta eſt ſuper electos à Deo per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Operit enim charitas multitudinem peccatorum. Delet autem is, qui magis vult pœnitentiam quàm mortem peccatoris. Non imputentur autem qua non conſtat ex inſtituto & libera electione. Qui enim concupiuit, iam inquit, mœchatus eſt. Et remittit peccatum Verbum illuminans. Et in tempore illo, inquit 20
Dominus, querent iniuſtitiam Iſraël, & non erit, & peccata Iudæ, & non inuenientur. Quoniam quis ſicut ego, & quis ſtabit contra faciem meam? Vides vnum Deum annunciarum bonum, qui retribuit pro meritis, & peccata remittit, Videtur autem Ioannes quoque in maiore epistoſa, in his peccatorum docere differentias. Si quis viderit fratrem ſuum peccantem, peccatum non ad mortem petet, & dabit ei vitam. Peccantibus non ad mortem, inquit. Eſt enim peccatum ad mortem: non de illo dico vt roget quis. Omnis iniuſtitia eſt peccatum. Et eſt peccatum non ad mortem. Sed & David, & ante David Moſes, 30
per hæc, trium dogmatum oſtendunt cognitionem. Beatus vir qui non ambulauit in via impiorum, ſicut & piſces ambulant in tenebris in profundo. Qui enim ſquamas nõ habent, quos prohibet Moſes tangere, paſcuntur in profundo maris. Neq; in via peccatorum ſterit, ſicut ij qui cum Dominum videantur timere, peccant, vt porcus. Eſuriens enim clamat: repletus autem non agnoſcit Dominum. Neque ſedit ſupra cathedram peſtilentiæ, ſicut volucres parata ad prædam. Suasit autem Moſes non veſci porco, nec aquila, nec accipitre, neque coruo, neque quouis piſce qui non habet ſquamas. Hæc quidem Barnabas. Audiui autem ego virum in his rebus doctum, dicentem eſſe quidem gentes conſiliũ impiorum. 40
Viam autem peccatorum, Iudaicam opinionem: & peſtilentiæ cathedram accipientem hæreſes. Alius autem dicebat magis proprie, poſitam quidem eſſe primam beatitudinem, in iſs qui ſceleratas non ſunt ſecuti ſententias, quæ à Deo defecerunt. Secundum autem, eorum qui in lata via manent, vel eorum qui nutriti ſunt in lege, vel etiam eorum qui ex gentibus non ducti ſunt pœnitentia. Cathedra autem peſtilentiæ & theatra fuerint & iudicia, vbi magis ſequuntur improbas & exitiales poteſtates, & operum eorum ſocietatem. 50
Sed in lege Domini voluntas eius. Petrus in prædicatione legem & verbum appellauit Dominum. Videtur autem aliter quoq; legiſlator docere tres modos quibus accipitur peccatum. Eorum quidem qui in ſermone ſiunt, per piſces mutos: eſt enim vbi reuera ſilentium eſt ſermone præſtantius: eſt etiam ſilentij munus expers periculi. Eorum autem quæ ſunt in facto, per aues rapaces & carniuoras. Porcus cæno & ſtercore delectatur, & oportet ne conſcientiam quidem habere pollutam. Merito ergo dicit Propheta: Non ſic, inquit, 60
impj, ſed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terra. Propterea non reſurgent impj in iudicio, qui iam ſunt condemnati: quoniam qui non credit, iam iudicatus eſt. Neq; peccatores in conſilio iuſtorum, qui iam ſunt damnati ad hoc, vt non vniantur iis qui citra vllum lapſum vixerunt. Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum, & via peccatorum peribit.

COMMEN-

COMMENTARIVS.

AG E ergo ſi Dominus eſt veritas. Vera Philoſophia & vera cognitio eſt noſſe Chriſtum Dominum. Nam ſi Chriſtus Dominus eſt veritas, ſapientia & Dei virtus, vt eſt reuera, is veram habet cognitionem & ſcientiam qui ipſum nouit, & per eum, patrem. Qui enim ſentit filium, ſimul etiam ſentit patrem, non poteſt enim eſſe filius ſine patre, nec pater ſine filio, & qua dicit filius dicit etiam pater, & qua pater, dicit etiam filius. Sublimia quoque & excelsa quæ ab aliquo dicuntur de patre; eadem etiam dicuntur de filio, eſt enim pater gloria filij, & filius gloria patris. Pietas autem adicit vitæ longitudinem. Fidei & charitati de qua dixit, addit pietatem quæ eſt reuerentia, id eſt religio ac Dei cultus, & timorem Domini: per vtrunque autem eſt & vitæ incrementum & dierum acceſſio. Pergunt autem illi dies ad vitam æternam aſcendere. Timor autem eſt initium dilectionis. Is timor creſcendo fit fides, deinde dilectio. Primum enim Deum timemus quem timemus offendere, deinde ei credimus, & præceptis eius; & deinde propter bona iam collata eum diligimus, & propter promiſſa quæ expectamus. Porro autem eſt varius & multiplex timor. Patrem quem timemus etiam diligimus, feram autem timemus & odimus, & patrem timentes offendere nos ipſos diligimus, & timentes ne caſtigemur, nos amamus. Beatus autem eſt ille fidelis qui Deum ſimul timer & diligit. Is enim demum fidelis ſalutem aſſequitur, & ad vitam peruenit æternam, qui & Deum timer offendere, & ei credens eius parer præceptis. Rurſus propheta eſt præcognitio. Fidei de qua ſæpe locutus eſt, & per totum hunc librum loquitur, adiungit Prophetiam. Prophetiam autem definit præcognitionem. A veris enim Prophetis non prædicuntur, niſi quæ prius fuere cognita Deo reuelante & manifeſtante. Sciens enim & apertè cognofcentes prædicunt, non vt gentium vates, qui furore incitati loquuntur, neſcientes quid dicant. Cognitio autem & intelligentia eorum quæ prædicuntur dicitur Prophetia. Cognitio ergo eorum quæ prædicta ſunt. Eorum quæ cognofcit Prophetia triplex eſt euentus. Cognofcit enim aut quæ olim fuerunt & euenerunt, aut quæ ſunt in præſenti tempore, & eueniunt, aut quæ futura ſunt, & ſperantur euentura. Eorum autem creduntur extrema, nempe & præterita & futura. Præſentia enim non creduntur, ſed ſciuntur & cognofcuntur, eſt enim fides, vt dicit Paulus, argumentum non apparentium. Affenſiones autem non ſolum Platonicæ. Quoniam erant nonnulli qui ludificabantur fidem tanquam rem inanem, vt quæ ne eſſet quidem, ex eo probat eſſe fidem, quod & Platonici & Stoici, dicunt aſſenſiones eſſe in noſtra poteſtate. Aſſenſio autem non eſt aliud quàm fides, iis enim quæ audimus & docemur poſſumus credere. In humano autem genere eodem recidunt opinio, iudicium, exiſtimatio, & aſſenſio, quæ eſt etiam fides. In humano autem genere, ideo dicit, quod diuina fides, ſit humana fide præclarior & excellentior. Quæ ergo Eccleſiam continet. Apud Hermetam Pauli diſcipulum nuper in ſacra bibliotheca in lucem editum ſic legitur. Herm. lib. 1. vi. 3.
Vides ſeptem mulieres circa turrim? Video, inquit, Domina. Turris hæc ab iis ſupportatur ſecundum præceptum Domini. Audi nunc effectus earum. Prima quidem earum quæ continet manu, fides vocatur: per hanc ſalvi ſiunt electi Dei. Alia verò quæ ſuccincta eſt & viriliter agit, Abſtinentia vocatur: hæc filia eſt fidei. Quiſquis ergo ſecutus fuerit illam, felix fuerit in vita ſua, quoniam ab omnibus operibus malis abſtinebit, credens, quod ſi ſe continuerit ab omni concupiſcentia, hæres erit vitæ æternæ. Cæteræ autem, Domina, quinque quæ ſunt? Filia, inquit, inuicem ſunt. Vocatur autem quædam ſimplicitas, alia innocentia, alia modestia, alia diſciplina, alia autem charitas & c. Et rurſus. Præcedit quidem fides. Fidei coniungit timorem & charitatem. Diuinæ ædificationis primum fundamentum eſt fides. Accedentem enim ad Deum oportet credere quod ſit, vt inquirenti ſe remunerator ſit. Sed qui Deum quidem eſſe credit, Dei autem opera non facit, vt qui eius præcepta non cuſtodiat, minime ædificat. Aedificat autem, & ædificio ſummum, vt ita dicam imponit colophonem, qui & Deum eſſe credit, & eius opera facit, id eſt præcepta cuſtodit, & eum non tam propter remunerationem, quam propter ſummam bonitatem, & propter ipſum, ſuum etiam proximum diligit. Timendus eſt ergo Deus ad ædificationem, vt bona ſcilicet facias opera. Sed Diabolus non eſt timendus ad euerſionem, vt male ſcilicet viuens, & mala eius facta obſeruans, Dei euertat ædificium. Diabolus non eſt timendus, quia, vt ait Hermes, nulla eſt in eo virtus. Timor Dei deducit ad charitatem, Timor Diaboli habet in ſe odium cohabitans. Nam qui timet Dominum, non timet Diabolum. Qui autem timet Diabolum, habet odium in ſe cohabitans, odit enim bona opera & Dei præcepta, quæ non cuſtodit, quoniam Diabolus timet, qui impedit. Quod ſi Deum tantum timeret, nihil impeditenti ei afferret Diabolus, in quo nulla eſt virtus, ſi eum non timeas. Idem autem dicit etiam pœnitentiam eſſe magnam ſapientiam. Hæc quoque ex Herme accepit Clemens, apud quem dicit Angelus qui præ eſt pœnitentiæ. An non tibi videtur pœnitentiam agere magnam ſapientiam eſſe, quoniam qui pœnitentiam agit, magnum ſenſum adipiſcitur. Sentit enim ſe peccaſſe, & feciſſe nequiter in conſpectu Domini, & recordatur intellectu quod deliquit, & patientiam agit, & amplius nõ operatur nequiter, ſed operatur bene, & humiliat animam ſuam, & torquet eam quia peccauit. Vides ergo quod pœnitentiæ ſenſus eſt magnus. Remiſſio ergo peccatorum differt à pœnitentia. Duplex eſt pœnitentia, nempe & quæ præcedit baptiſmum in quo eſt ignorantia depulſio & illuminatio, & appellatur tam pœnitentia quam remiſſio peccatorum. Ea & gentili & priore vita conuerſis, & à Deo vocatis ſemel tantum datur, nec amplius reuocatur. Eſt & ſecunda pœnitentia quæ datur ſalutari lauacro tinctis, & qui ſunt in fide. Sed nec ea debet eſſe frequens, alioqui ſæpius repetita pœnitentia apparet, & non eſt pœnitentia, ſed potius peccatorum meditatio. Quod quidem eſt de publica intelligendum pœnitentia, quæ olim poſt baptiſmum ſemel tantum concedebatur. Hæc autem quoniam ex Herma accepit Clemens ad faciliorem rei intelligentiam, operæpretium fuerit, ea quæ ab ipſo dicuntur hic ſubiungere. Dicit Hermes Angelo pœnitentiæ. Etiam nunc Domine audiui à quibuſdã Doctõribus, quod alia pœnitentia non eſt niſi illa, cum in aquam deſcendimus, & accipimus remiſſionem peccatorum noſtrorum, vltèrius non peccare, ſed in caſtitate permanere. Et ait mihi; Rectè audiſti. Nunc autem quia diligenter omnia quæris, & hoc tibi demonſtro, non dans occaſionem illis qui credituri ſunt, aut qui crediderunt Domino. Qui enim iam crediderunt aut qui credituri ſunt, pœnitentiam peccatorum non habent, ſed re-

Mm iij

missionem: illis autem qui vocati sunt, ante hos dies posuit Dominus pœnitentiam. Quoniam autem cogitationes pœcordiorum nouit Deus, & scit infirmitatem hominum, & multiplicem nequitiam Diaboli, qua molitur aliquid sinistri seruis Dei & malignè insidiatur illis. Misericors ergo Dominus misertus est figmenti sui, & posuit pœnitentiam istam, & potestatem pœnitentiæ huius mihi dedit. Et ideo dico tibi quod post uocationem illam magnam & sanctam, si quis têtatus fuerit à Diabolo & peccauerit, vnam pœnitentiam habet. Si autem subinde peccet, & subinde pœnitentiã agat, non proderit homini, difficile enim uiuet Deo. Hæc Hermas dicit Angelus. In hoc autem est error, quod dicit post baptismi pœnitentiã, & illam secundam pœnitentiã, quæ vna & sola datur post baptismum, non prodesse aliam pœnitentiã. Prodest enim, & per eam datur remissio peccatorum, sed quod attinet ad satisfactionem pro peccatis, ea est priori pœnitentiã longe laboriosior, multis enim opus est lachrymis quæ possint exequari fonti baptismatis, vt dicit Nazianzenus. *Uultu autem munit vias à reprehensione alienas.* Afferit & ex prouerbis & ex psalmis aliquot autoritates, quibus ostendit & iustitiam custodire aliquos in innocentia, nec eos aberrare à via, alios autem qui aberrauerunt, per Dei timorem & pœnitentiã assequi misericordiam. *Atque est terribilis quidem animi.* Locutus est de peccatis, quæ vel per pœnitentiã remittuntur, vel si ea abfuerit, damnantur: non damnantur autem nisi quæ sunt voluntaria. Nascuntur autem peccata ex nimio animi impetu & incitatione, quæ vel ad aliquid impellit, vel ab aliquo dimouet, ea autem vocatur affectio, seu animi perturbatio. Ea autem vel excedit mensuras rationis, vt quæ plus quam rationi conueniat, quæ sunt inutilia scrutetur, & noxia & nimis curiosa, vel imperanti non parerit rationi, sed ab ea deficit & recedit. Est autem in nostra potestate rationi parere & non parere. Quod si ei non pareamus, sed ab ea deficiamus & recedamus, peccatum admittitur quod potest iudicari & damnari, est enim voluntarium, vt sic quod volumus possumus admittere, vel non admittere. *Non indicatur ergo id quod est inuoluntarium.* Cum dixisset non iudicari nec damnari inuoluntarium, ostendit quotuplex sit inuoluntarium. Duplex autem esse dicit, nempe & quod fit per ignoratiõem, & quod fit ex necessitate. Eius quoque multos affert modos & aliquot exempla. Furiosi non dicuntur voluntariè aliquid facere, cum seipfos ignorent, nesciunt enim quid faciunt, nec possunt animi impetum continere ac cohibere. Cleomedes autem de quo hic loquitur Clemes, fuit pugil fortissimus, qui cum Icco Epidaurio cestibus dimicans, eum in pugna occidit. Condemnatus à iudicibus, & victoria spoliatus, furore est correptus, & Astypaleam reuersus, quæ erat ei patria, cum ingressus esset ludum literarium, vbi pueri circiter sexaginta detinebantur, columnã cui rectum incumbere conuerit. Cætera vide apud Paulaniam lib. 6. Eliacorum. De Athamãte verò qui furore correptus uxorem & filium Learchum occidit, & iam antea diximus, & legere potest qui vult fabulam apud Ouidium lib. 4. Metamorph. Nec voluntariè aliquid faciunt, qui rem quam faciunt nesciunt, vt Æschylus Tragedus, qui accusatus quod in quadam Tragedia mysteria reuelasset, in Areopago fuit absolutus, cum ostendisset se non esse mysterii initiatum. Ælianus autem lib. 5. variæ historiæ, dicit Æschylum fuisse absolutum, cum Amyntas eius frater detecta veste iudicibus ostendisset sibi solum remansisse cubitum, cum in pugna Salaminia manum amississet. Hoc memorabile factum in memoriam reuocantes Iudices, Æschylum absoluerunt. Inuoluntarium quoque est eius factum, qui ignorans id quod agitur, emisit quidem aduersarium, occidit autem domesticum pro inimico: nec voluntariè fecit, qui cum obruta se exerceret lancea, circulo ferreo qui lancea exiit, imprudens hominem occidit: nec voluntariè fecit qui aduersarium cum quo certabat, eum solum volens vincere, interfecit: inuoluntarium quoque est factum Medici, qui volens curare ægrotum, salutari dato medicamento, eum occidit. *Atque coercerat quidem lex.* Iudicari & damnari dixit voluntarium, non autem inuoluntarium: id tamen non est perpetuum. Nam à lege punitur homicidium, tam voluntarium quàm inuoluntarium, sed longè grauius quidem, quod à volente admittitur, leuius autem quod per imprudentiam. De eo vide Deuteronomium & Leuiticum, vbi agitur de ciuitatibus refugij. Erat quoque aliqua pœna eius cui semen non sponte profluebat, erat enim & ipse immundus, & quæ ab eo tangebantur, vsque ad vesperam. Quid autem sibi velit illud, quod illic punietur tanquam propter voluntarium, si quis animi perturbationem traduxerit ad veritatem, ingenue fateor me non intelligere, conicio tamen eum significare, puniri tanquam qui voluntariè peccarit, cum qui motus aliqua animi perturbatione, veritatis mysteria euulgarit, vt qui Verbum genitale, Verbum, inquam, quod & vita est, & vitale non possit continere, quod quidem est affectio aliena à ratione, & non multum differens à futili loquacitate. Quod autem id intelligat de reuelatione mysteriorum, sacramenti scilicet Eucharistiæ, videtur indicare quod sequitur. Fidelis eligit res celare spiritu, vt qui sanctum censeat non esse dandum canibus, nec margaritas esse porcis iaciendas, & ideo mysteria esse spiritu celanda iis qui non sunt initiati. *Quæ sponte ergo & ex electione suscipiuntur.* Ex præcedentibus concludit, demum puniri quæ voluntariè suscipiuntur & admittuntur. Adeo autem verum est facta puniri voluntaria, vt sola etiam puniatur voluntas & cupiditas: cor enim & animum respicit Deus. Qui certè mulierem respiciens concupiscit eam, etiam si ad rem non procedat, apud Deum habetur pro adultero, & ideo à Deo prohibetur concupiscentia. Rursus quantumuis in speciem pulchræ sint caremonia & proluxa preces quibus Deus honoratur, non vt par est honoratur Deus, si eas nõ comitetur orantis animus. Quod autem à Deo sola puniatur voluntas, pulchrè ostenditur exemplo vxoris Loth, quæ cum solum ad mundanum vitium respexisset, nec ad vllum actum externum processisset, docetur qui spiritualiter potest intelligere, intra voluntatem esse sistendum, & ad actum vsque minimè esse procedendum. Ita accepta hæc salis statua condit, id est sapientes firmosque reddit & stabiles, eos qui vitium fugiendum, & animum ci minime adhibendum esse sentiunt. *Plaus enim ille dicit in Tragedia.* Lais responsum acceperat ab Apolline, fore vt occideretur à filio nascituro: quod & accidit. Nam & à filio Oedippo fuit interfectus, qui matrem suam Iocasten Laij viduam postea duxit uxorem. Est autem hoc argumentum frequens in Tragediis. Sed me fugit in quam hoc scribatur Tragedia. Est autem verisimile in ea admonitum Laim vt ab vxore abstineret, hoc quod his duobus verbis scriptum est respondisse. *Mædes quoque ipsa similiter clamat in scena.* Hæc dicit Medea suos ex Iafone susceptos filios interfectura, cum ipse ea relicta Creusam duxisset uxorem, Creontis

Deuter. 19.
Leuit. 35.
Leuit. 15.

Matth. 7.
Psal. 7.

Creontis Corinthiorum Regis filiam. *Sed nec tacet Ajax.* Hæc dicit Ajax sibi manus allaturus, postquam armis Achillis non sibi sed Vlyssis adiudicatis furore esset correptus. *Atque hos quidem ira.* Ira quidem eorum quos superius recensuit dedit argumentum Tragediis, mulierum autem quas hic nominat libido, aliis. Phædra scilicet, quæ de stupro sollicitatum priuignum Hippolytum Thesei filium cum id recusasset, eum apud maritum per calumniam accusatum occidi curauit, cum Neptunus à Theseo rogatus monstra marina emisisset, quo factum est vt Hippolyti equi territi per deuia tractum eum discernerent. Anthea verò quæ alio nomine dicebatur Stefibeia Proeti Argiuorum Regis vxor, ægreferens quod Bellerophon eius concubitus recusasset, eius vitæ per maritum Proetum est insidiata, literis scriptis ad Iobaten Socerum, sed frustra. Nam cum vt de medio tolleretur, primum ad Solymos cum paruis copiis, deinde ad Chimeram expugnandam missus esset, res ei adeo feliciter cessit, vt victoriam sit consecutus: quod ægreferens Anthea sibi mortem cõsciuit. Eriphile autem, vt antea diximus, à Polynico precioso accepto monili, Amphiarum maritum latentem, quod mortem quam in bello Thebano sibi imminere presciuerat timeret, prodidit. Ea vero post mariti mortem à filio iussu patris est interfecta. Hæc quidem de libidinis istis mulieribus. De Comico autem Thrafonide qui seruiebat vili, vt ipse dicit, puellulæ, non memini me aliquid legere. *Infortunium autem est mentis peccatum.* Rursus agit de infortunio, peccato, & iniustitia, & eorum differentia. Dicit autem infortunium esse peccatum mentis præter rationem & opinionem. Nam cum mens aliquid quidem statuit facere, aliud autem facit quam statuerat, id est infortunium: aliud enim fecit quam dicebat ratio, & quam se facturum putabat, vt puta, iubebat quidem ratio hostem occidere, sed præter rationem & opinionem accidit, vt occideret amicum, estque alterius in alterum actio inuoluntaria. Nam quod fortuito accidit, id non est voluntarium. Quod si id voluntariè fecisset, non esset infortunium, sed peccatum. Tum deum enim est peccatum si sit voluntarium. Duo autem requiruntur ad hoc vt sit peccatum, nempe vt & quod sit sit iniustum & fiat voluntariè. *Videtur autem Ioannes quoque in maiori epistola.* Ex Ioanne quoque in prima epistola colligitur alia peccatorum differentia. Peccatorum alia sunt ad mortem, id est mortalia, alia non ad mortem quæ dicuntur venialia. Mortalia autem peccata sunt quæ directò committuntur aduersus Deum & proximum, quod fit per iniustitiã, per quam & Deo & proximo fit iniuria, Deus, inquam, & proximus offenditur. Omnis ergo iniustitia esse peccatum mortale. Venialia autem peccata sunt quibus nec Deus nec proximus directò offenditur, in iis tamen est aliquid, quod vel in agendo, vel dicendo modum exuperat, & decorum non seruat. *Sed & David, & ante David.* Librum in quo hæc dicit Barnabas, non habemus. Dicebat autem Barnabas & Dauidem in primo Psalmo, & Mosem vbi docet à quibus sit abstinentum animalibus, tria constituere peccatorum veluti quædam dogmata. Vnum impietatis, quod versatur in profundis ignorantia tenebris. Quod quidem Moses assimilat piscibus non squamatis qui degunt in imo mari. Nulla certe est profundior ignorantia quam eorum qui à Deo creati & nutriti eum ex operibus non cognoscunt. Alterum est gula & libidinis, quod porco assimilatur, qui clamat quidem vt alatur, satiatus autem Domini non recordatur. Quomodo ij qui gula & libidini sunt dediti, Deum quidem timere præ se ferunt, sed cibis ingurgitati & in cœno voluptatum volutati, Dei obliuiscuntur, & pro beneficiis ne agunt quidem gratias. Tertium est auarorum qui assimilantur volucris rapacibus, à quibus iubet Moses abstinerere: Iis summum esse oblectamentum, suis non esse contentos, sed aliena rapere ac vorare. *Alius autem dicebat magis proprie.* Tertia est expositio beatitudinis quæ dicitur in hoc primo psalmo, ea autem est triplex. Nam & beati sunt qui non sunt sceleratas securi sententias quæ à Deo defecerunt: A Deo autem defecerunt qui vero Dei cultu relicto, idola adorant, Dæmonesque ac falsos Deos. Et beati sunt qui non manent in via lata. Nam lata quidem & spatiosa est peccatorum via quæ ducit ad exitium, arcta verò bene & ex virtute viuentium, quæ ducit ad vitam. Beati quoque sunt qui sunt nutriti in lege. In ea autem sunt nutriti qui Dei præceptis, quæ in ea traduntur obediunt. Et beati sunt qui ex gentibus salutari accepto lauacro, prioris vitæ ducti pœnitentiã, vitam agunt quam decet Christi discipulum. Beati quoque sunt qui non sedent in cathedra pestilentia. *Sed in lege Domini voluntas eius.* Beatus non est qui sedet in cathedra pestilentia, sed beatus est cuius est voluntas in lege Domini. Voluntas autem in lege Domini eius esse dicitur, qui eam die nocteque meditatur. Idem autem & lex & verbum Domini quod ipse Dominus, vt dicit Clemens ex prædicatione Petri: sed quænam ea sit prædicatio nusquã legi. *Non sic, inquit, impij.* Deest quod sequitur in Psalmo; Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet prosperabuntur. Per quod significat Propheta pios semper fructus edituros, & nunquam interituros, vt qui ad æternam vitam sint resurrecturi. Is subiungit quod sequitur, nempe; Non sic impij, sed tanquam puluis quem proicit ventus à facie terræ. Significat autem eos nullum fructum edituros, sed esse dissipandos & plane interituros, & nec in iudicio quidem resurrecturos. Nam ea demum vera est resurrectio, qua ad vitam resurgitur æternã, & vnitis animis suis corporibus homines viuunt in æternum. Impij autem resurgunt quidem, sed ad condemnationem & ad mortem æternam, qua animæ simul cum corporibus affectæ supplicii, ea vita viuunt quæ est quavis morte deterior, & ideo nec vita quidem est dicenda, sed mors æterna. Sunt autem impij iam condemnati, nam cum non crediderint, non est à Iudice in eos ferenda sententia.

Hom. 6. II.

Matth. 7.

Ezech. 34.

Luc. 15.

60 * R V R S V S Dominus apertè ostendit in nostra esse potestate delicta & peccata, ponens modos curationis animi morbis conuenientes, volens nos à Pastoribus corrigi per Ezechielem: accusans, opinor, eorum aliquos, quod præcepta non seruauerint. Quod imbecillum fuit non confirmastis, & quæ deinceps sequuntur, vsque ad illud, Et non erat qui requireret, nec auerteret. Magnum enim est gaudium apud patrem, vno peccatore seruato,

inquit Dominus. Hac ratione magis laudandus est Abraham, qui ambulauit sicut locutus est ei Dominus. Cum hinc haussisset quidam ex Græcorum sapientibus, illud dictum protulit, Deum sequere. ^b Pij autem, inquit Esaias, ea quæ sunt, sapientia consultarunt. Consilium autem est quæstio, quomodo in rebus præsentibus rectè transegerimus. ^{δὲ βελία} autem, id est, bona consultatio, est prudentia in consiliis. Quid verò, an non Deus quoque post Cain datam veniam, consequenter non multò post introducit Enoch, qui ductus fuerat penitentia, significans solere penitentiam generare veniam? Consistit autem venia ¹⁰ non ex remissione, sed ex medicatione. Hoc ipsum fit etiam apud Aaron in fabricatione vituli. Hinc quidam ex Græcorum sapientibus dixit: Venia est melior supplicio. sicut cerè illud quoque: Sponde, noxa præsto est, ex voce Solomonis dicentis: Fili si pro amico tuo fideiusseris, trades manum inimico. Laqueus enim viro validus labia propria, & capitur verbis oris proprii. ^c Paulo autem iam magis mysticè illinc sumptum est illud, Nosce teipsum. Vidisti fratrem tuum, vidisti Deum tuum. Hac utique ratione diliges Dominum ¹⁰ Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. In his dicit præceptis totam legem & Prophetas pendere. His illa quoque concinunt: Hac locutus sum vobis, ut gaudium meum impleatis. Hoc est præceptum meum, ut vos inuicem diligatis, sicut dilexi vos: est enim misericors & miserator Dominus Christus uniuersis. Apertius autè, Nosce teipsum, præcipiens Moses, sæpe dicit: Attende tibi ipsi. ^d Eleemosynis ergo & fide expurgantur peccata: timore autem Domini quilibet à malo declinat. Timor autem Domini est disciplina & sapientia. ^e Hic rursus exoriuntur accusatores, gaudium & tristitiam dicentes animi perturbationes. Gaudium enim definiunt elationem rationi consentaneam: & exultare, propter ea quæ sunt bona letari: misericordiam autem, tristitiam propter eum qui indignè mala perpetitur: animæ autem esse mutationes & motus ea quæ sunt eiusmodi. Nos autem, ut videtur, hæc non cessamus carnaliter intelligere, & ex nostris animi affectionibus deducere scripturas, & Dei impatibilis voluntatem nostris motibus similem accipere. Ut nos autem audire possumus, ita in omnipotente habere existimantes, impiè aberramus: sed ut nos audire poteramus qui carne eramus illigati, ita nobis locuti ⁴⁰ sunt Propheta, Domino se salubriter accommodante & demittente ad hominum imbecillitatem. ^f Quoniam igitur est Dei voluntas ut seruetur is, qui paret præceptis, & suorum peccatorum ducitur penitentia, gaudemus autem nostram salutem: id quod nobis adfert letitiam, sibi tanquam proprium attribuit Dominus qui locutus est per Prophetas, quemadmodum humanè dicens in Euangelio: Esuriui, & dedistis mihi manducare: & sitiui, & dedistis mihi bibere: quod enim uni horum minimorum fecistis, mihi fecistis. Quemadmodum ergo nutritur, qui non nutritur, propterea quòd sit nutritus is quem vult: ⁵⁰ ita non mutatus gauisus est propterea quòd gaudio affectus sit is qui penitentia ductus est, ut volebat. ^g Qui autem affatim miseretur Deus cum sit bonus, & præcepta dans per legem & Prophetas, & iam propinquius per filij aduentum seruans & miserans eos quos est miseratus: & propriè miseretur maior minoris. Et homo quidem non fuerit homine maior, quatenus homo natus est: est autem Deus homine maior in omnibus. Si ergo qui est maior, miseretur minoris, solus Deus nostri miserebitur. Homo enim fit à iustitia libenter communicans, & ea impertit quæ à Deo accepit, & propter naturalem habitudinem & ⁶⁰ beneuolentiam, & propter præcepta quibus paret. Deus autem nullam naturalem habet in nos habitudinem, ut volunt heresum conditores, nec si faciat ex iis quæ non sunt: nec si fabricetur ex materia, quandoquidem illud ne omnino quidem est, hæc verò est à Deo diuersa in omnibus, nisi quis ipsam eius esse partem, & esse nos eiusdem cum Deo essentiæ ausit dicere. Nescio autem quomodo quis ita accipiens, Deum nosse possit sustinere, respiciens ad

ciens ad nostram vitam & in quot versemur malis. Sic enim fuerit, quod nefas est dicere, Deus peccans in singulis partibus, siquidem partes sunt totius partes, & totum complent. Sin autem non complent, ne partes quidem fuerint. Verumenimverò cum natura Deus sit diues misericordia, nostri propter suam bonitatem curam gerit, qui nec sumus eius partes, nec filij natura. Et est hoc quidem certè Dei maximum in nos bonitatis indicium, quòd cum sic in ipsum nos geramus, & natura simus omnino alieni, nostri tamen ¹⁰ curam gerat. Atque naturalis quidem est animantibus in suos fetus affectio, & quæ ex consuetudine oritur amicitia, iis qui sunt eiusdem sententiæ. Est autem in nos copiosa Dei misericordia, qui nihil ad eum attinemus, vel essentia inquam nostra, vel natura, vel propria nostra essentiæ facultate, sed eo tantum quod simus opus eius voluntatis. Atque adeò eum qui sua sponte cum exercitatione & doctrina cognitionem accepit veritatis, vocat adoptionem, quæ est maximus omnium profectus, virum autem venantur iniquitates: suis autem peccatorum catenis unusquisque astringitur, nec eorum causa Deo est adscribenda. Et reuera beatus est vir, qui omnia veretur propter pietatem. ^h Quemadmodum ergo scientia est habitus qui facit sistere, à quo scire euenit: fit autem per eam comprehensio quæ dimoueri non potest à ratione: ita etiam ignoratio est phantasia cedens, quæ dimoueri potest à ratione. Quod autem dimouetur, ut id quod construitur & confirmatur à ratione, est in nostra potestate. ⁱ Scientiæ autem est adiuncta, & experientia, & quæ Græcè dicitur εἰδέναι, & quæ σύναισ, & intelligentia, & cognitio. Et fuerit quidem εἰδέναι, ²⁰ uniuersorum scientia per speciem. Experientia autem, scientia comprehendens, adeò ut etiam diligenter perscrutetur quale sit unumquodque. Intelligentia autem est scientia eius quod mente intelligitur. Et σύναισ est scientia eius quod est comparabile, aut comparatio quæ dimoueri non potest, aut comparatiua facultas eorum quorum est prudentia & scientia, & uniuscuiusque, & omnium quæ in unam conferuntur rationem. Cognitio autem est eius ipsius quod est scientia, aut scientia quæ iis quæ sunt congruit. Veritas autem est veri scientia. Habitus autem veritatis, est scientia verorum. Scientia autem consistit per rationem, & alia ratione dimoueri non potest, & hic de cognitione diligenter inquirat. ⁴⁰ ^k Quæ autem non facimus, ea aut non facimus propterea quòd non possumus, aut propterea quòd nolumus, aut propter utrunque. Non volumus itaque, quoniam nec volumus, nec possumus. Non natamus autem modò, verbi gratia, quoniam possumus quidem, sed non volumus. Non sumus autem sicut Dominus, quoniam volumus quidem, sed non possumus. Nullus autem est discipulus supra magistrum. Satis est autem si facti fuerimus sicut Dominus, non essentia: fieri enim non potest ut id quod est adoptione, sit essentia æquale ei quod est natura, sed quod facti simus sempiterni, & cõtèmplicationem eorum quæ sunt cognouerimus, & filij appellati simus, & patrem ex iis quæ sunt ei coniuncta solùm videamus. Velle ergo omnia antecedit: rationales enim facultates sunt eius quod est velle, ministræ. Velis, inquit, & poteris. Eius autem qui est cognoscendi potestate peditus, & voluntas, & iudicium, & exercitatio est eadem. Si sunt enim eadem propositiones, eadem sunt & dogmata & iudicia, ut ei sint & verba, & vita, & mores instituto argumento conuenientes. ^l Cor autem rectum exquirat cognitiones, & illas exaudit. Deus docuit me ⁵⁰ sapientiam, & noui sanctorum cognitionem. Clarum est ergo omnes quoque alias virtutes quæ scriptæ sunt apud Mosem, præbuisse Græcis principium totius loci moralis, magni, inquam, animi virtutem, & temperantiam, & prudentiam, & iustitiam, fortitudinem & tolerantiam, & honestatem, & continentiam, & quæ eas superat religionem. Sed religio quidem est cuiuslibet manifesta, quæ supremam & antiquissimam causam docet colere & honorare. Eadem quoque lex exhibet iustitiam, docens etiam prudentiam per absti-

Antiquum dictū, Deū sequere, unde sumptū. συγγνώμη.

Proou. 6.

Matth. 21. & Gal. 5. Ioan. 15.

Eleemosynis & fide expurgantur peccata.

Matth. 25.

πρόνοιας.

Proverb. 1. ἐπιστημὴ ἐστίν.

σωασκέμειον.

πολυπραγμονεῖ.

ὁ δὲ πῶς οὐκ εἶναι.

τὸ δὲ πῶς τὸ εἶναι.

nentiam à simulachris sensilibus, & ad uniuersorum effectorem & patrem euocationem. ex qua quidem sententia, tanquam ex fonte aliquo, augetur omnis intelligentia. Sacrificia enim iniquorum, sunt Domino abominatio: vota autem eorum qui recte incedunt, sunt ei accepta. Deo enim magis est accepta iustitia quam sacrificium. Talia sunt etiam ea quae sunt apud Esaiam: Quid mihi multitudo sacrificiorum uestrorum, & uniuersa uictimarum mactatio? & cetera quae sequuntur. Solue omne vinculum iniquitatis: hoc enim sacrificium est Deo acceptum. Cor contritum & quaerens eum qui formauit. Trutina dolosa abominatio coram Domino: statera autem iusta est Domino accepta. Hinc suadet Pythagoras stateram non transilire. ^m Dolosa autem iustitia dicta est, professio haeresum. Et lingua quidem iniustorum peribit, os autem iustorum distillat sapientiam: sed enim sapientes & prudentes, stultos appellant. ⁿ Longum autem fuerit de his omnibus uirtutibus adducere testimonia, cum uniuersa eas celebret scriptura. Quoniam autem magni quidem animi uirtutem definiunt scientiam eorum quae sunt grauiora & non grauiora: & eorum quae sunt intermedia: temperantiam autem, habitum, qui eligendo & uitando ^o seruat iudicia prudentiae: adiungitur magni quidem & excelsi animi, uirtuti, tolerantia, quam appellant fortitudinem, scientia eorum in quibus est persistendum, & in quibus non: & celsitudo animi, scientia transcendens ea quae accidunt. Quinetiam temperantiae, cautio, quae est declinatio cum ratione. Custodia autem mandatorum, cum sit innoxia eorum obseruatio, est securitatis uita acquisitio. Nec potest quis esse tolerans absque magni animi uirtute, neque continens absque temperantia. Se autem inuicem consequuntur uirtutes, & apud quem sunt uirtutum consequentia, apud eum est etiam salus, quae ^o est eius quod recte habet conseruatio. Iure ergo si de his uirtutibus adhuc tractauerimus, de omnibus considerauerimus: quoniam qui habet unam cognoscendo uirtutem, omnes per mutuum habet consequentiam. Iam continentia est affectio, quae non transilit ea quae uisita fuerint ex recta ratione. Continens autem est is qui continet eas appetitiones quae sunt praeter rectam rationem: uel qui seipsum continet, ne appetitione efferatur praeter rectam rationem. Temperantia autem non est sine magni animi uirtute, quandoquidem oritur ex praeceptis, Deum sequens qui constituit, & prudentia, & quae diuinam dispositionem imitatur iustitia, per quam cum simus continentes, mundi ad pietatem ac religionem, & quae Deum consequenter sequitur, actionem tendimus, assimilati Deo, quoad eius fieri potest à nobis caducis & morti obnoxiiis. Id autem est, sanctum & iustum fieri cum prudentia. Deus enim nullius rei indiget, & est impatiens: unde nec est proprie continens. In eum enim nulla unquam cadit affectio aut perturbatio, ut eam superet. Nostra autem natura, quae est obnoxia affectionibus & animi perturbationibus, opus habet continentia, per quam dum exercetur ut paucis indigeat, conatur habitu ad diuinam naturam accedere. Vir enim bonus paucis indiget, ut qui sit in consinio naturae mortalis & immortalis: egens quidem & propter corpus, & propter ipsam generationem: paucis autem egere doctus, propter susceptam ratione continentiam.

COMMENTARIUS.

^a R V R S V S Dominus aperit ostendit. Postquam ex scriptura ostendit esse multas peccatorum differentias, ex eadem ostendit esse in nostra potestate peccare uel non peccare. Nam si in nostra non esset potestate peccare, non reprehenderentur qui peccant, id est in morbos sua culpa incidunt dum praecepta non seruat: nec apud Ezechielem accusarentur pastores, quod gregem aegrotantem non curant: nec apud Lucam de peccatore poenitente gauderet pater, si non in eius potestate esset, & peccare, & quod peccasset duci poenitentia, & ita salutem assequi. Non esset enim cur de eius salute gauderet Deus, si ei uel inuito daret salutem. ^b Pij autem, inquit Esaias. Quod pij sapientia consulant, ubinam sit apud Esaiam, ingenue fateor me nescire. Inter cetera autem sapientum dicta est illud; Sponde, noxa praesto est, quod refertur in numerum prouerbiorum. Sumptum est autem ex prouerbis Solomonis. De eo uide Erasmus in Chiliade 1. cent. 8. qui tamen omisit

men omisit quod non erat omittendum, id sumptum esse ex Solomone in prouerbis, quod recte animaduertit Clemens. ^c Paulo autem iam magis mystice. Hoc quidem dictum; Nosce teipsum docet explicat Erasmus, sed non attingit mysterium de quo loquitur Clemens, nempe quod in eo contineatur charitas Dei & proximi. Nam qui uidet fratrem suum, & Deum uidet & proximum. Nam in anima hominis relucet imago & similitudo Dei, propter qua & Deum diligimus qui nos fecit sibi similes, & proximum sicut nos ipsos propter eam qua nobiscum intercedit similitudine. Sumptum est autem illud, Nosce teipsum, à Mose qui sapius dicens; Attende tibi ipsi, non aliud dicit quam Nosce teipsum. Se enim non nouit qui se nescit Deo esse similem, & ideo eum ex toto corde diligendum, & quoad eius fieri poterit à nobis imitandum. Deum autem non diligit qui non etiam propter eum diligit proximum. Nec eum imitatur nisi is qui non solum amicis, sed etiam inimicis benefacit. Magnum est ergo mysterium quod in sui notitia est Dei & proximi charitas. A Dei autem charitate & dilectione pendet, & lex & Prophetarum. ^d Eleemosynas ergo & fide expurgantur peccata. Cum per sui notitiam & Deum diligatur & proximus, fit ut per fidem in Deum expurgentur peccata, & per eleemosynas. Nam qui in Deum credit, in altum mentem extollens, terrenas eluit maculas quae mentem polluant & qui miseretur pauperis, tantum abest ut proximum circumscribat & circumueniat, ut ei beneficiis, de eo bene mereatur. Bene autem de eo merendo, si qua prius admittenda fuerant peccata expurgantur. Quod si etiam Deum timeat, timebit autem si seipsum norit, eum timens offendere, à malo declinabit. Expurgatis ergo peccatis, & amplius non peccans, erit purus à scelere, & ita erit saluus. Nihil est autem aliud timor Domini quam disciplina & sapientia, quae nos docet quid sit agendum, quid uitandum. ^e Hic rursus exoritur accusatores. In scripturis saepe inuenitur Deo tribui gaudium & tristitia, & huiusmodi affectiones. Haec nonnulli reprehendentes dicebant ea Deo non conuenire, cum sint animi motus & perturbationes. Ad quos respondet Clemens, haec non esse carnaliter intelligenda: neque enim Dei omnipotentis uoluntatem esse nostram similem. Et ideo Prophetas in scripturis ita esse locutos per figuram quam uocat ^f *κατὰ ἔξωθεν*, Domino ita se demittente ad captum nostrae imbecillitatis. ^g Quoniam igitur est Dei uoluntas. Docet quomodo affectiones Deus sibi tribuat, cum nec afficiatur nec mutetur, sed homo ita affectus, ut uult Deus. Deus uult hominem esse saluum: fit autem saluus & parendo praeceptis, & poenitendo de peccatis, gaudet autem homo se esse saluum. Quando ergo homo de suis peccatis poenitens gaudet, Deus sibi gaudium tribuit, cum tamen ipse non gaudeat ut qui non mutetur, sed homo qui mutatur: Ita etiam dicit Deus se nutrire, cum tamen non nutriatur qui non eget alimentis, sed nutriatur pauperes quos uult nutrire. ^h Quia autem affatim. Cum ceterae quidam affectiones Deo tribuantur quae sunt hominis propriae qui mutatur, ideo autem tribuantur quod in homine fiat id quod uult Deus, sola misericordia Deo tribuitur quae est solius Dei propria, qui est diues in misericordia, hominis autem est misertus, & dās praecepta per legem & Prophetas, & ut nobis daret salutem suam mittens filium. Reddit autem Clemens rationem cur sit Dei proprium misereri. Nam maior miseretur minoris. Deus autem est in omnibus maior homine. Et Deus quidem nullam naturalem habet in nos habitum, siue ex nihilo creauit hominem, siue ex praexistente materia. Nam & nihil non est, & materia est à Deo plane diuersa, quo fit, ut quomodocumque sit homo à Deo creatus, inter Deum & hominem nulla sit habitudo: materia enim non potest esse pars Dei. Quod si esset, quod certe non potest fieri, Deus peccaret in multis suis partibus. Non est ergo naturalis Dei in nos habitudo, qui non sumus naturales eius filij, sed tantum opus eius uoluntatis & tamen propter suam bonitatem nostri curam gerit, & eos qui notitiam acceperunt ueritatis per fidei doctrinam, & in bonis operibus exercitationem, adoptat in filios, qui quidem est maximus profectus. Homo autem homini beneficiis non dicitur proprie misereri. Benefacit enim propter naturalem habitum & beneuolentiam & Dei praecepta quibus pareat, ea imperties quae à Deo accepit. Habitudo autem quam habet inter se homines, est quod sint eiusdem essentiae & naturae & figurae, & sunt à Deo creati. Deus autem nullam cum homine habet habitum, cum sit plane diuersae essentiae, & creator hominis. Eius autem curam gerit, non ut homo filij naturalis quem genuit, sed uel ut operis quod fecit, eum enim creauit, uel ut filij non naturalis, sed adoptiui quem non genuit, sed in filium naturalem adoptauit, adeo ut sit filius non natura, sed gratia. Non potest autem homo ulterius progredi, & magis proficere, quam ut qui non potest natura esse Dei filius, sit saltem adoptione & gratia. ⁱ Quemadmodum ergo. Dicitur de moris uirtutibus quas Graeci acceperunt à Mose, quoniam uirtutes omnes sunt, ut ait Plato, paruae prudentiae, & earum omnium principium est scientia, de ea primò loquitur, eamque definit, & aliquor alias quae sunt ei adiunctae. Eam autem dicit esse habitum qui facit sistere, nempe qui nos eo deducit, ut illic sit stentum, nec ulterius possumus progredi. Hanc enim ^k *ἐπιστήμη*, id est scientiae etymologiam Plato tradit in Cratulo. Per scientiam autem res ita comprehenditur, ut ratio eam non possit dimouere, ut quae sit firma & stabilis comprehensio. Ignoratio autem, cum sit phantasia, quae non est firma & stabilis, facile cedit, & ab eo quod se falso putat scire eam ratio dimouet. Vtrumque autem est in nostra potestate. Nam & scire possumus duces sequentes demonstrationem, & ignorare, si non sequamur. ^l Scientia est adiuncta. Cum haec omnia quae adiungit scientiae, uideantur habere eandem quam scientia significationem, ea tamen distinguit à scientia per quandam definitionem, uel potius descriptionem. ^m *ἰδέσθαι* appellat uniuersorum scientiam per ideam. Quod Graecè est *ἰδέσθαι*, possumus etiam dicere speciem. Experientia diligenter singula scrutatur, sed non sine scientia quae habetur per demonstrationem, ex quo intelligitur non esse ueram Empiricorum experientiam, qui absque ulla ratione & scientia nudum sequuntur experimentum. Intelligentia est scientia eorum quae mente intelliguntur. Ea autem sunt diuina & substantiae separatae, earum autem est propria contemplatio. ⁿ *συνήθει* autem uocat, qua multa quae inter se possunt comparari, conferuntur ad unam & eandem rationem, quae efficit, ut cum illic sistatur, & non ulterius sit procedendum, ea sit ^o *ἐπιστήμη*, id est scientia. Cum autem dicat cognitionem eius quod est esse scientiam, & scientiam quae iis quae sunt congruit, non aliud uidetur significare quam sapientiam, quae est rerum diuinarum & humanarum scientia. De ueritate autem & habitu ueritatis, non est quod hic loquamur, cum ea sit tractatio primae Philosophiae. Pulchre autem dicit scientiam consistere per rationem, nec aliam rationem eam euertere. Nam cum scientia sit per demonstrationem quae fit per rationem, si eam euerterat ratio, ea non erit demonstratio, & ideo nec erit scientia.

Quæ autem non facimus. Quoniam dixit scientiam esse in nostra potestate, in nostra autem potestate non est, nisi quod volumus: quæcunque enim facimus, facimus propterea quod volumus, nisi vellemus enim non faceremus: non facimus autem aut propterea quod non possumus, nec volumus: quidquid autem facimus, volentes facimus, non potest enim cogi aliquid facere, qui potest mori ne cogatur facere quod non vult, ideo ei visum est loqui de voluntate. In hoc autem differt Dominus ab homine, quod Dominus quidquid vult potest, sed multa sunt quæ vult homo quæ non potest, sed quod facit id potest, vult enim, nec faceret nisi vellet, & ideo volens facit. Non potest autem homo eo peruenire, ut qui velit, possit: ita enim esset æqualis magistro. Sed nunquam est æqualis, qui non est eiusdem essentia. Dei quidem filij sumus, sed adoptione: per eam adoptionem ea quæ sunt diuina scilicet, cõtemplamur, & ita habemus nonnullam eorum cognitionem, & aliqua ex parte ea videmus, & hac ratione facti sumus sempiterni, & appellamur filij, non natura, sed gratia. Est autem magnificianda voluntas quæ est veluti princeps, & omnes rationales antecedit facultates quæ sunt eius ministræ. Nihil certe possumus quantumcumque valeamus ingenio, intelligentia, & memoria, nisi velimus: contra autem possumus si velimus. Eius certè qui habet potestatem cognoscendi, voluntas, est veluti quædam maior propositio, cui antecedunt tanquam minores propositiones & iudicium & exercitatio, quæ quidem à voluntate non differunt. Quod si à bona voluntate non differunt propositiones, eadem etiam sunt dogmata. Ex his itaque fiet veluti quoddam argumentum, in quo & verba & vita, & mores erunt inter se cõuenientes. *Cor autem rectum exquirat.* Per cor rectum, ut opinor, bonâ intelligit voluntatem, quæ cognitionem exquirat & audit inuentâ, id est eam exequitur. Eam autem & Deus docet & sancti. Idem autem appellat & cognitionem & scientiam. *Dolosa autem lingua.* Dolosam iustitiam dicit esse professionem hæresum. Nam cum Christum profiteantur qui est nostra iustitia, dolosè autem & non verè ac sincerè profiteantur, quæ apud Catholicos vera est iustitia, apud hæreticos est dolosa, nõ verè enim Christum profiteantur qui quæ sunt falsa ei tribuunt. Non verè de Christo dicunt qui cum negant esse hominem, nec qui dicunt filium esse patre minore, & quæ sunt huiusmodi. Peribit lingua iniustorum. Iniusti sunt hæretici qui falsa dicunt. Peribit autem eorum lingua, id est ea quæ dicunt, cum sint falsa, ad nihilum redigentur. Vincet enim veritas. Os autè iustorum distillant sapientiam, id est Catholici & Orthodoxi distillant sapientiã, id est de Christo vera dicunt, qui est ipsa sapiëntia, qui cum sit etiam ipsa veritas, ea nunquam peribit, nam manet in æternum. Hæretici autem ut de Christo falsa dicunt, ita etiam eos qui sunt sapientes & prudentes, eos, inquam, qui de Christo recte sentiunt & dicunt, maledictis insectantur. Nam catholicos stultos vocant. *Longum autem fuerit.* Multas hic enumerat virtutes quæ sunt in scriptura, & quas ex ea sumperunt Græci, earumque breuem tradit definitionem. Magni animi virtus, quæ Græcè dicitur μεγαλοψυχία, est scientia eorum quæ sunt grauias & non grauias, & quæ sunt intermedia. Per eam discimus quomodo sunt ferenda ea quæ sunt grauias, id est ea quæ difficiliter ferri possunt, & quæ non difficiliter, & quæ inter vtrunque sunt media, idque nonnihil habent difficultatis, & quæ non sunt penitus leuia. Eorum exemplâ facilè inuenerit qui vult. Temperantiæ autem definitionem sumit ex Græca Temperantiæ etymologia. Dicitur enim σωφροσύνη, quasi σέβεται φρόνησις, id est, seruâs prudentia, ut vult Plato in Cratilo, nulla enim re magis seruatur prudentiæ iudicium quam moderatione & temperantia. Est autem temperantia habitus qui acquiritur eligendo honesta, & vitando turpia. Tolerantia quæ Græcè est ὑπομονὴ & ὑπαρτεσία, dici etiam potest patientia, per quam constanter feruntur ea in quibus est persistendum, & receditur ab his in quibus non est persistendum. μεγαλοψυχία, id est celsitudo animi, quæcunque accidunt, id est omnes casus transcendit & exuperat, nec vllis cedit fortunæ agitationibus. Per cautionem autem quæ est ἐπιβουλή, adhibita consideratione vitantur & declinantur quæ occurrunt turpia & indecora.

VIII. *QVAMNAM enim habet rationem, quod lex viro prohibet, ne vestem induat muliebrem? An nõ nos vult esse viros, & nec corpore, nec factis, nec mēte, nec verbis effeminiari? Vult enim eum esse masculum qui veritati dat operam in serendis laboribus & perperfectionibus, in vita & moribus, & in sermone & exercitatione, noctu & interdiu, & sicubi martyrio opus est quod procedat per sanguinem.* *Rursus, si quis, inquit, domum à se nuper edificatam nondum habitauit, aut vitem nuper plantatam operatus, fructus nõdum fuit particeps: aut sibi desponsa virgini nondum nupsit, eos vult benigna lex immunes esse à militia, idque prudenter ut decuit Imperatorem, ne dum auellimur à cupiditatibus, ignauro & abiecto animo operâ demus militiæ: sunt enim liberi ab appetitionibus, qui citra vllam excusationem quæuis grauias pericula adeunt: humanè autem quoniam incertos bellorum casus reputans, iniquum esse duxit, ut hic quidem suis non frueretur laboribus, alter autem citra vllum laborem ea perciperet quæ sunt eorum qui laborarunt. Videtur autem lex quoque indicare animi magnitudinem, statuens oportere eum qui plantauit fructum percipere, & eum qui edificauit habitare, & eum qui puellam ambiit, uxorem ducere. His enim qui se exercuerunt, spes non reddit irritas ex ratione cognitionis: nam & mortui & viuētis boni viri spes non perit. Ego eos qui me diligunt, diligo, inquit sapiëntia: qui autem me quærunt, inueniunt pacem. & ea quæ sequuntur. Quid verò, an non mulieres Madianitides cum sua pulchritudine bellantes Hebræos à tēperantia per incontinentiam deduxerunt ad impietatem?*

impietatem? Meretriciis enim illecebris à graui & honesta exercitatione ad meretricias illecebras forma inescantes, ad sacrificia idolorum, & ad externas mulieres veluti quodam furore percitos deduxerunt. A mulieribus autem simul victi & voluptate, à Deo quidem defecerunt & à lege: & propemodum vniuersus populus in hostium venit manus ac potestatem muliebri stratagemate, donec ipsos in periculum adductos retraxit timor admonens. Iam verò ij qui reliqui erant, magno & pericula lubenter adeunte animo, pro pietate ac religione certamen suscipientes, euaserunt hostibus superiores. *Sapientiæ ergo initium est religio. Intelligentia autem est rerum sanctarum cura & prouidentia. Nosse autem legem est bonæ mentis. Qui ergo existimant legem efficere timorem in quem cadit animi perturbatio, nec sunt intelligentes, nec legem reuera perceperunt. Timor enim Domini viuificat. Qui autem errat, affligetur in laboribus quos non considerat nec reputat cognitio. Mystice profecto Barnabas: Deus qui est vniuersi mundi Dominus, inquit, det etiam nobis sapientiam & intelligentiam, scientiam, cognitionem iustificationum eius, tolerantiam. Efficiamini ergo à Deo docti, requirentes quid à vobis quærat Dominus, ut inueniatis in die iudicij eos qui hæc assequuntur. Dilectionis & pacis filios appellauit ex cognitione. De largitione autem & communicatione cum multa dici possint, sufficit, hoc dicere, quod lex prohibet fratri scenerari, fratrem nominas non eum solum qui est ex iisdem natus parentibus, sed etiam qui fuerit eiusdem tribus, & eiusdem verbi particeps: non æquum censens ex pecuniis colligere vsuras, sed laxis manibus gratificari egentibus. Deus enim est talis doni conditor. Iam verò qui lubenter largitur, satis magnas accipit vsuras, quæ sunt apud homines preciosissima, nempe mansuetudinem, benignitatem, magnificentiam, bonam famam, laudemque & gloriam. An non hoc tibi videtur esse præceptum humanitatis, sicut illud, Mercedem pauperis ipso die reddere, docet oportere sine mora exoluere mercedem ministris. Remittitur enim, ut opinor, ad id quod sequitur faciendum pauperis alacritas, si desit alimentum. Propterea scenerator, inquit, ne ingrediatur domum debitoris, vi pignus accepturus, sed ille quidem iubeat extra proferre: qui verò habet, ne recuset: & in messi ea quæ ex manipulis excidunt tollere prohibet possessores, sicut etiam in metendo iubet aliquid insectum relinquere, per hoc possessores valde exercens ad communicationem & magnificentiam, ex eo quod ex propriis aliquid dimittant egentibus, pauperibus autem præbens materiam sibi quærendi victus. Vides quomodo lex Dei simul annunciat iustitiam & bonitatem, qui omnibus alimenta abundè suppeditat: & in ipsis vindemiis regredi ut carpant ea quæ sunt relicta, & vnas quæ excidunt colligere prohibet. Eadem etiam præcipit iis qui colligunt oleas. Iam verò decimæ quoque fructuum & pecorum, docebant & pios esse in Deum, & non esse lucro omnino deditos, & proximis humanitatis efficere participes. Ex his enim, ut puto, & primitiis alebantur sacerdotes. Iam ergo intelligimus nos per legem erudiri ad pietatem & communicationem, & ad iustitiam & humanitatem. An non enim septimo quoque anno iubet agrum relinquere ociosum? pauperes autem iis qui diuinitus producti fuerint fructibus securè frui præcepit, agrum colente natura volentibus. Quomodo ergo non est bona lex, & magistra iustitiæ? Et rursus quinquagesimo anno iubet eadem facere quæ septimo: præterea reddens unicuique proprium, si cui casu aliquo ablatas esset fundus: & eorum cupiditatem qui possidere desiderant, dimenso utendi fruendi tempore circumscribens: & eos qui propter longam paupertatem pœnas dederunt, nolens perpetuò puniri. Eleemosynæ autem & fides custodia regiæ. Benedictio autem in caput eius qui largitur, & qui miseretur medicorum beabitur, quoniam charitatem ostendit in sibi similem, propter eam quam habet charitatem in opificem humani generis. Habent autem ea quoque quæ prius dicta sunt, Nn ij*

Timor Domini viuificat.

Deut. 23. Frater quis.

Leuit. 19.

Leuit. 25.

alias quoque magis naturales expositiones, de quiete & receptione hereditatis, sed non dicta sunt in presentia. Multis autem modis intelligitur charitas, per mansuetudinem, per benignitatem, per tolerantiam, per inuidiae & emulationis vacuitatem, per odij remotiorem, per iniuriae obliuionem. Est eiusmodi in omnibus ut diuidi & discerni non possit, sua lubenter communicans. Rursus si uideris, inquit, iumentum necessariorum aut amicorum, aut eorum quos cognoscis hominum, errans in solitudine, abduc ipsum & redde, & si procul abfuerit Dominus, postquam seruaueris cum tuis donec redierit, redde, naturalem docet societatem, nempe ut inuentum existimemus depositum, & nec simus memores iniuriae ab inimico acceptae. Praeceptum Domini, quod est reuera fons vitae, facit declinare a laqueo mortis. Quid uero, an non iubet diligere aduenas, non solum ut amicos & cognatos, sed etiam ut nos ipsos & animo & corpore? Iam uero gentes quoque honorauit, & nec in eos qui male fecerunt infenso esse animo. Apertè itaque dicit, non abominaberis Aegyptium, quoniam fuisti aduena in terra Aegypti: uel gentilem, uel quemuis etiam mundanum uocans Aegyptium: & hostes, etiam si muris immineant, conantes urberum capere, nondum hostes uult existimare, priusquam missis ad eos legatis ad pacem prouocauerint. Quinetiam ne cum captiua quidem uult insolentem ac contumeliosam esse consuetudinem. Sed cum ei, inquit, permiseris triginta dies ut uult lugere, & eius postea uestes mutaris, tanquam cum uxore lege cum ea congregere. Non erit enim amplius contumeliosa consuetudo. Sed nec mercede, tanquam meretricis, sed propter solam liberorum procreationem uult esse consuetudinem. Vides unà cum continentia humanitatem. Domino amanti captiuam, non permittit explere uoluptatē, sed praestituto spacio refecat cupiditatem: & praeterea tondet etiam captiuae pilos, ut probrosam auersetur amorem. Si enim ei suadet ratio ut uxorem ducat, eam retinebit etiam si turpis euaserit. Deinde si quis expleta cupiditate, noluerit amplius cum captiua habere consuetudinem: neque ei eam licere uendere constituit, sed neque amplius habere ancillam, sed uult esse liberam, & liberari à seruitute, ne si alia fuerit ingressa mulier, ei graue aliquid & intolerabile accidat ex zelotypia. Quid uero, inimicorum quoque iumenta onere pressa alleuare & erigere praecipit, eminus nos docens Dominus, non amplecti exultationem in malis, neque inimicorum exultare miseris eisque letari, ut in his exercitatos pro inimicis quoque doceat orare. Neque enim inuidere, & propter proximi bona dolore affici conuenit, neque propter mala proximi, gaudij usuram percipere. Quod si alicuius inimici, inquit, errans iumentum inueneris, contentiōnis interno relicto incendio, ipsum abduc & redde. Iniuriae enim obliuionem consequitur uera uitae probitas: & eam, inimicitiarum dissolutio. Hinc perfectè & integrè deducimur ad concordiam, ea uero nos ueluti manu deducit ad beatitudinem. Et si aliquem ex moribus inimicum existimaueris: eum autem uel à cupiditate, uel ab ira citra rationem decipi deprehenderis, conuerte ad uitae probitatem. Iamne uidetur lex humana & benigna, quae est paedagogus ad Christum? & Deus idem bonus cum iustitia, ab initio usque ad finem unoquoque genere aptè usus ad salutem? Miseremini, inquit Dominus, ut misericordiam consequamini: remittite ut remittatur uobis: ut facitis, ita fiet uobis: ut datis, ita dabitur uobis: ut iudicatis, ita iudicabimini: ut benigni estis, ita uobiscum agetur benignè. Qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Praeterea iis qui uictui seruiunt, infamiam omnino irrogari prohibet: & iis qui propter debita reddacti sunt in seruitutem, septimo anno dat omnino inducias. Quinetiam prohibet supplices dare ad supplicium. Est ergo uerissimum illud eloquium: Sicut probatur aurum & argentum in fornace, ita Dominus eligit corda hominum. Et uir quidem misericors est longanimis, & in quolibet qui est sollicitus, inest sapientia. In uirum enim intelligentem cadit sollicitudo:

sollicitudo: & qui est sollicitus ac curam gerit, uitam quaerit: & qui Deum quaerit, inueniet cognitionem cum iustitia. Qui cum autem rectè quaesierunt, pacem inuenerunt. Mihi autem uidetur etiam Pythagoras suam in animantes rationis expertes mansuetudinem à lege accepisse. Iam uis quae in ouium & caprarum gregibus bouumque armentis nascuntur, protinus uti interdixit, ne praetextu quidem sacrificiorum patrum & matrum gratia, hominem ad mansuetudinem uel ex infimis brutis animantibus educens. Concede, inquit, matri foetum uel septem primis diebus. Si enim nihil sit sine causa: & enixis animantibus lac redundat ad foetus nutriendos: qui à dispensatione lactis foetus auellit, naturam afficit contumelia. Erubescant ergo & Graeci, & si quis est alius, legem insectari, si ea quidem uel in bestias benigna sit: illi autem uel hominum foetus exponunt, quanquam longè antè & propheticè eorum feritatem lex per hoc praecceptum excinderet. Si enim foetus bestiarum à matre separari prohibet ante lactis effusionem, multò magis in hominibus crudeli & immani menti praeparat remedium, ut etsi naturam, disciplinam certè non negligant. Haedis enim & agnis eis impleri permissum est. Et aliqua quidem fortasse fuerit excusatio ei qui foetum à matre separat: infantis expositionis quenam causa fuerit? Ab initio enim oportebat ne uxorem quidem ducere, eum qui non cupiebat procreare liberos, potius quàm per uoluptatis intemperantiam, filij fieri homicidam. Rursus autem benigna lex prohibet eodem die foetum & matrem sacrificare. Hinc etiam Romani, si qua mulier praegnans damnata fuerit capitis, non prius permittunt ut supplicium subeat quàm pepererit. Apertè itaque quacunque uterum gerunt animantia, ea lex non prius mactari permittit, quàm pepererint, eminus retardans hominum ad iniuriam faciendam propensionem. Ita uel usque ad bruta animantia extendit benignitatem, ut cum eam in iis quae sunt diuersi generis exercuerimus, longè maiori humanitate utamur in iis quae sunt eiusdem generis. Qui autem in aliquorum animantium uentres ante partum calces impingunt, ut temperata lacte carne uescantur, matricem quae est creata ad generationem, faciunt sepulchrum foetus qui gestatur in utero, cum lex apertè iubeat. Sed neque coques agnum in lacte matris suae. Non fiat enim, inquit, id quod est uiuentis nutrimentum, interempti animalis condimentum: neque quod est uita causa, opem ferat ad consumptionem corporis. Eadem autem lex edicit, ne alligetur os boui trituranti. Oportet enim operarium dignum censere nutrimento. Et prohibet simul in aratro coniungere bouem & asinum: fortasse quidem etiam coniectans, quàm nulla sit inter eas animantes conuenientia: simul autem significans, nullum oportere ex diuersis gentibus iniuria afficere, neque iugo subiungere, si nullius alterius rei eos possumus insimulare quàm quod sint diuersi generis: quod quidem culpa caret, nec fit uitio, nec ex uitio profisciscitur. Mihi autem uidetur significare quoque allegoria, uerbi culturam non esse ex aequo communicandam mundo & immundo, fideli & infideli: quoniam bos quidem est mundus, in immundis autem reputatus est asinus. Redundanti autem quadam humanitate bona lex utens, nec quae sunt domestica mitisque materiae arbores docet esse excindendas, neque segetem ante messem tondendam ad perniciem: sed neque fructum mitem omnino interendum, neque terrae neque anima. Neque enim agros hostium permittit excindere. Iam uero qui sunt etiam studiosi agriculturae, in his quoque possunt utilitatem à lege accipere. Iubet enim arbores nuper plantatas, tribus annis ordine sequentibus fouere & alere, superfluas quae adnascuntur excindendo propagines, ne nimis grauata opprimantur, & ne alimento minutatim diuiso imbecillae fiant propter inopiam, ararèque & circumfodere, ut nihil propè germinans ac pullulans prohibeat incrementum: & fructum non sinit imperfectum colligi ex imperfectis, sed post triennium cum quarto anno Deo consecrarit primi-

Deut. 14.
Leuit. 22.L. praegnan-
tis. ff. de pecc-
nis.

Deut. 14.

Leuit. 19.

tias, postquam arbor perfecta fuerit. Fuerit autem hæc agricultura figura, modus doctrina, docens oportere excindere peccatorum propagines, & quæ una cum genitili fructu pullulant inanes herbas cogitationis, donec perficiatur & firmum fiat germen fidei. Quarto enim anno, quoniam tempore quoque opus est ei qui stabiliter per catechesim instituitur quaternio virtutum Deo consecratur, cum tertiariam sola coniungatur cum quarta Domini hypostasi. ^{Hinc error Nestorij.} Sacrificium autem laudis super holocausta. Hic enim, inquit, dat tibi vires faciendi virtutem. Sin autem res tibi illuminatae fuerint: cum vires acceperis, ¹⁰ & acquiseris, fac tibi in cognitione virtutem. Per hæc enim ostendit & bona & dona à Deo suppeditari, & oportere nos cum ministri facti simus diuinæ gratiæ, seminare Dei beneficia, & eos qui appropinquant, bonos & honestos reddere, ut quàm maximè quidem temperans, continentes: qui est autem magni & excelsi animi, fortes: & sapiens, intelligentes: & iustus, iustos efficiunt. Hic est qui ad imaginem & similitudinem est cognoscendi potestate præditus, qui Deum imitatur quoad eius fieri potest, nihil præmittens eorum quæ faciunt ad eam quæ contingere potest similitudinem, continens, ²⁰ sustinens, iuste viuens, imperans animi perturbationibus, ea quæ habet impertiens, pro viribus benefaciens & verbo & opere. Hic est, inquit, maximus in regno, qui fecerit & docuerit, Deum imitans, eo quòd gratificetur consimiliter. Sunt enim communiter vitia Dei bona. ^{Math. 5.} Quicumque autem cum superbia aliquid agere aggressus fuerit, Deum, inquit, irritat. Est enim arrogantia animi vitium, cuius & aliorum iubet duci pœnitentia, iis qui ex inconcinnitate & mala conuenientia concinnantur ad meliorem mutationem, per hæc tria, os, cor, manus. Symbolum autem signumque hæc fuerint, actionis quidem, manus: cor autem, consilij: & os, sermonis. ³⁰ Rectè ergo dictum est de pœnitentibus illud eloquium: Deum elegisti hodie ut esset Deus tuus, & Dominus elegit te, ut esses eius populus. Eum enim qui dat operam, ut supplex ipsum colat, sibi facit Deus peculiarem; & si vnus fuerit numero, æquè ac populus est honoratus. Cùm enim sit pars populi, eum adimplet, in eum ex quo erat restitutus. Vocatur autem ex parte quoque totum. ^{Leuit. 16.} Ipsa autem nobilitas ostenditur in eo, quòd quæ sunt pulcherrima honestissimæque eligat & exercent. Quid enim Ade profuit talis eius nobilitas, & quòd eius nullus esset pater mortalis? Ipse enim pater hominum qui sunt in generatione, turpia quidem prompto & alacri animo delegit, uxorem sequens: vera autem & honesta neglexit, quo factum est ut vitam immortalem mortali commutaret, sed non vsque ad finem. Noë autem qui non sic factus est ut Adam, cura ac prouidentia diuina conseruatur: se enim Deo obtulit ac dedicauit. Et Abrahæ qui ex tribus uxoribus liberos suscepit, non ut frueretur voluptate, sed quòd speraret, ut puto, in principio genus multiplicare, vnus solus hæres succedit bonis paternis, alij autem diuisi sunt à cognatione. Et cùm ex eo nati essent gemini, ⁴⁰ est hæres minor qui patri complacuit, & vota suscipit: ei autem seruit is qui erat maior ætate. Malò enim bonum est maximum, id quòd non est in sua potestate. Hæc autem æconomia est & Prophetica & typica. ⁵⁰ Quòd autem sunt omnia sapientis, apertè indicat dicens: Quoniam Deus mei misertus est, mihi sunt omnia. Vnum enim oportere docet expetere, per quem facta sunt omnia, & iis qui digni sunt promissa tribuit. Eum ergo qui bonus fuerit, regni hæredem & ciuem, per diuinam describit sapientiam, & eorum qui olim ⁶⁰ fuere iusti, qui & in lege, & ante legem iuste vivere, quorum actiones sunt nobis pro legibus. Et sapientem rursus docens esse Regem, eos qui sunt diuersi generis facit ei dicentes: Rex à Deo tu es in nobis iis qui ab eo reguntur, propter Zelum virtutis viro bono sua sponte parentibus. ^{Gen. 27.}

COMMEN-

¹⁰ QVAMNAM enim habet rationem. Quod lex prohibet, ne vir vestem induat muliebrem, id pertinet ad fortitudinem & animi magnitudinē. Vult enim lex vt qui veritati studeat cuiusmodi sunt fideles, in omnibus se fortiter gerant, & viros ostendant, maxime cùm sit subeundum martyrium, id est, pro Christo vsque ad sanguinem ferendum testimonium. ²⁰ Rursus, si quis, inquit, domum à se nuper adificatam nondum habitauit. Lex à militia vult esse immunes, & eos qui recens adificatam domum nondum habitauerunt, & qui desponsa puellæ nondum nupsuerunt, & qui plantata & excolta vineæ fructus nondum collegerunt: idque duabus de causis, nempe & ne sint ignaui & abiecti animi milites qui non vacant appetitione, quod quidem prouidere est munus Imperatoris, & propter humanitatem, quòd esset inhumanum alios alienis frui laboribus, quòd propter varios belli casus facile posset accidere. Prouidet ergo legis scientia, vt quoad eius fieri potest spes non sit irrita nec viuientis nec mortui. Per legis autem scientiam seu cognitionem intelligitur sapientia, quæ dicit se diligere diligentes, & eos qui ipsam quærunt inuenire pacem vt est apud Septuaginta, vt autem apud Hieronymum, & qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Qui ergo & legis scientiam diligit & sapientiam, cum ab ea diligitur, & eam quærant, & ipsam & pacem inuenient, & nec viuentium nec mortuorum eorum spes erit irrita. ³⁰ Quid verò an non mulieres Madiantides. Exemplo mulierum Madiantidum ostendit viros à fœminis, & maxime à scortis, non solum effeminari, ignauique ac imbelles reddi, sed etiam ad cultum idolorum deduci, & à Deo & lege deficere. Israëlita certe cum mulierum forma sua eos illicentium stratagemate venissent in potestatem hostium, non prius sunt liberati quam eos in periculum adductos admonuit & retraxit timor. Cæteri autem qui à fœminis non fuerunt examinati, pro religione fortiter dimicauit hostem fuderunt. Quod autem verti, Retraxit timor, Græcè est *αὐτοεξέλιπον*, id est, comis apprehensis retraxit. ⁴⁰ Sapientie ergo initium est religio. Religio quod est Græcè *θεοφιλία*, id est Dei cultus, merito dicitur initium sapientiæ. Nam si sapientia à Deo est postulada, postulada autem non hæsitando in fide sine qua non est religio nec verus Dei cultus, merito dicitur religio initium sapientiæ. Timor quoque Domini dicitur initium sapientiæ. Deus enim non rectè colitur qui est author sapientiæ, nisi qui eum colit timeat eum offendere, qui quidem timor, non est serui timor, sed filij. Sapit ergo qui Deum rite colit, nempe cum fide. In eo quoque est sapientia & intelligentia qui sanctorum curam gerit, eorum scilicet qui nō sunt terræ affixi, sed ad sancta aspirant, nempe ad cælum in quo est sanctus sanctorum. Porro autem is Deum rectè colit & aspirat ad cælestia, qui bonam habet mentem: bonam autem habet mentem qui nouit legem. Nō nouit autē legem nisi qui Dei parat præceptis qui legem tulit. Parat autē legi, non qui timore pœnæ mouetur, qui quidem timor est animi perturbatio, sed qui Deum timet offendere sicut patrem filius; is timor non perturbat sed viuificat. Porro autem qui non parat præceptis legis quæ Deus dedit, is à recta via aberrat. Aberrans autem, cùm desit ei cognitio quæ eum præmuniat ad patiendo qui occurrent labores, multum affligitur, grauius enim lædunt quæ non fuerunt præuisa. ⁵⁰ De elargitione autem & communicatione cum multa. Inter cæteras virtutes enumerat Clemens liberalitatem & beneficentiam, quæ etiam à lege commendatur, prohibente fratri dare fœnori, sed gratis dare mutuo, nihil ex eo expectantes: satis accipit fœnoris cuius laudatur virtus, quæ est apud homines præstantissima. Frater autem erat apud Hebræos, non solum qui ex iisdem ortus erat parentibus, sed etiam qui erat ex eadem tribu, apud Christianos autem fratres sunt, quorum est vna & eadem fides ac religio & idem verbum quò instituantur. ⁶⁰ An non hoc tibi videtur esse præceptum humanitatis. Hæc omnes leges docent rationem habendam esse pauperum, exercendamque esse humanitatem, benignitatem & misericordiam, decimasque & primitias ideo esse constitutas, vt cum Sacerdotum & Leuitarum victui esset consultum, nihil esset quòd à cultu diuino eos remoueret. ⁷⁰ An non enim septimo quoque anno. Septimo quoque anno relinquenda est terra oriosa, id est, non colenda nec seminanda, vt fructibus sponte enatis vescerentur pauperes. ⁸⁰ Et rursus quinquagesimo anno. Anno quinquagesimo qui dicitur iubilæus, erit, inquit lex, remissio habitatoribus terræ. Reuertetur homo ad possessionē suam, & vnusquisque redibit ad familiam pristinam. Non feretis atque metetis sponte in agro nascencia, & primitias vindemiæ nō colligetis, sed statim ablata comedetis &c. ⁹⁰ Eleemosina autem & fides custodia regis. Cum adduxisset ex lege ea quæ significant miserèdum esse pauperis, statim subiungit ea quæ indicant beatos esse misericordes. Sed non satis intelligitur vnde ea sint sumpta, etsi magna ex parte sumpta sint ex prouerbijs Solomonis. Apud Septuaginta quidem non legitur, Eleemosinæ & fides custodia regis, sed eleemosinæ & fides apud bonos fabros. Quo fortasse significatur à diuitibus qui dispergunt, & dant pauperibus, eos quodammodo fabricari & are sustentari eleemosinis. Benedici autem & beari eum qui elargitur pauperi ibidem legitur in aliquot locis. Cuius Clemens hanc affert rationem, quòd pauperi similem ostendat charitatem ei quam in Deum ostendit. Cùm ergo in eo sit & Dei & proximi charitas à Deo benedicatur, & beabitur qui Deum diligit & proximum, nulla est autem maior in homines charitas quam in pauperes, quos tanti facit Christus, vt quæ illis fiant tibi ipsi fieri pronunciet. Porro autem quoniam superius multa dixerat in iis quæ citauit ex lege, quibus cauetur vt habeatur ratio pauperum, admonet eorum multas esse alias expositiones, quas præmittit. Quoniam verò iam locutus est de charitate, venire autem posset alicui in mentem vt existimaret charitatem solum consistere in dādo, hoc ne faceret, admonuit multis modis dici charitatem. ¹⁰⁰ Rursus si videris, inquit, iumentum. Animal vicini, atque adeo etiam inimici si inuentum fuerit errans reddendum est, si ad sit: sin minus, custodiendum est tanquam depositum donec redierit. Præceptum Domini est fons vitæ, vt quòd nos doceat quid agendum, quid vitandum, ne in capitalia crimina incidamus quæ nobis laqueum mortis iniiciant. ¹¹⁰ Quid verò an non iubet diligere aduenas. Et aduenæ & ij apud quos sumus peregrinati, etiam si nobis male fecerint sunt diligendi. Nec ij quidem qui nos bello inuadunt, sunt à nobis prius hostes iudicandi, quam missis legatis experti fuerimus num nobiscum velint vllam inire societatem. Muliere captiua non est abutendum ad libidinem, sed cum triginta diebus luxerit, ipsaque tonsa fuerit, dominus qui eam cepit cum ea congredietur propter solam liberorum ¹²⁰ Na iij

procreationem. Quod si eam duxerit uxorem, non licebit eam dimittere: quod si eam non duxerit, & tamen suam impleverit libidinem, neque ipsi eam licebit vendere, neque habere ancillam sed erit libera. *Quid vero inimicorum quoque iumenta onere pressa alluere.* Etiam inimicorum iumenta onere pressa sunt alluenda. Ea ratione fit exercitatio ad orandum pro inimicis. Non est proximi bonis invidendum nec dolendum, neque malis gaudendum. Qui est probus iniuriæ obliuiscitur: & qui iniuriæ obliuiscitur non magno momento euadit probus. Simul ergo acquiritur vitæ probitas & dissoluuntur inimicitia: primum danda est opera ut sit probus: vir enim probus facile obliuiscitur iniuriæ, morum autem probitas deducit ad cōcordiam & beatitudinem. *Lam ne videtur lex humana & benigna.* Lex est pædagogus ad Christum, inchoauit, Christus autem perfecit, qui non venerat ut legem solueret sed adimpleret. Est autem Deus bonus & iustus, & qui ab initio vsque ad finem peruasit omne genus bonitatis & iustitiæ. *Præterea ijs qui victui seruiunt.* Cum iure naturali sint omnes homines liberi, seruitus autem sit introducta iure gentium, lex diuina fauens libertati, non vult seruituræ extendi ultra annum septimum, septimo enim anno dimittebatur. Quod autem de supplicibus non liceret sumere supplicium, nusquam in lege legi. *Est ergo versissimum illud eloquium.* Est verissimile Clementem hæc omnia accepisse ex Solomone, sed quantumuis diligenter hæc quæserim, nusquam potui inuenire. Relinquo itaque hæc indaganda his qui in sacris scripturis sunt diligentius versati, lubens explicaturus sicubi mihi ostendantur, magnas acturus gratias ei qui ostenderit. *Mihi autem videtur Pythagoras suam in animantes.* Quam benigna & humana sit lex, hoc indicat, quod eius humanitas se extendat vsque ad bruta animantia, ut quæ ne sacrificij quidem prætextu velit factum septem diebus postquam natus sit separari ab vberibus matris, & nec matrem nec factum eodem die sacrificari. *Quantum autem olim Græci ab hac humanitate, qui nō solum hoc non obseruabāt in brutis, sed etiam recens natos filios suos exponebant, ne recordantes quidem à se ductas uxores ut liberos procrearent. Quæ vero erat hoc indignum, quod quidam in vtero matrum factus impacto calcaneo occidebant, ut is cum lacte matris contemperatus, esset cibus iucundior. Ab hac inhumanitate adeo lex aberat, ut ne coqui quidem agnum vellet in lacte matris.* *Eadem autem lex edicit.* Non enim satis est causa, cur eos qui non sunt eiusdem generis nobis subiungamus, & in nostram redigamus potestatem, quod ij à nobis genere sint diuersi si nullam nobis fecerint iniuriam. *Mihi autem videtur significare quoque.* Ex hoc probat Apostolus Dei verbi ministro non esse negandum alimentum. Non esse autem arandum in boue & asino, quod lege prohibetur, significat non esse cōiungendos qui sunt diuersi generis, ne alteri fiat iniuria, nec in verbi diuini prædicatione coniungendas esse diuersas sectas: ad eam enim prædicandam nihil requiritur præter fidem Ecclesiæ catholicæ. *Redundant autem quadam humanitate.* Docet Clemens quanta fuerit legis benignitas in agris colendis, in quibus nec arbores vult excindi quæ fructum ferunt ne in regione quidem hostili, neque segetes tonderi ante messem ad eius perniciem. Ita autem habet literæ cōtextus in Deuter. ex versione Diui Hieronymi; Quando obsederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circumdederis ut expugnes eam, nō succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem: quoniam lignum est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, & in cæteros apta vsus, succide, & extrue machinas, donec capias ciuitatem quæ contra te dimicat. Ex quo allegoricè potest intelligi, ex hostibus eos solum esse interimendos, qui nobis possunt nocere, non eos qui sunt innoxij. In Leuitico quoque ita scribitur, ut Hieron. habet versio, Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Poma quæ germinant immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino. Quinto autem comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt. Id autem significat, fructum arborum recens plantatarum non esse colligendum, nec eo vescendum, sed tanquam præputium & rem immundam & inutile abiiciendum, vel ut alia interpretatio, sinendum crescere & relinquendum, nec in nostros vsus conuertendum. Quidquid enim dignum est ut abiiciatur & auferatur, in scripturis vocatur præputium. Ideo autem iubentur abiici, quod non minus immundi sint ij fructus, quam immunda à quibus abstinere iubebantur Hebræi animalia, nec prius ex earum fructibus esse edendum, quam quinto demum anno postquam anno quarto Domino fuerint sanctificati & consecrati. Videtur autem Clemens hanc afferre causam cur tollantur enatæ propagines, ne, si sinantur crescere suffocentur arbores, & eis suum auferatur nutrimentum, & ideo non prius esse dicit decerpendum fructum quam arbor fuerit perfecta. *Hanc agri colendi rationem trahit Clemens ad allegoriam, quam dicit pertinere ad doctrinam fidei, quæ docet excindenda, & quæ enascuntur peccata, & inanes herbas scientiæ quæ cum bono fructu germinant, donec per catechesim sit perfecta fides. Hoc ut fiat, tempore opus est, neque enim statim docentur cuncta quæ sunt fidei. Quid autem sibi velit quod dicit; Quarto anno Deo consecrari quaternionem virtutum, ingenue fateor me non satis intelligere, conicio tamen ex hoc intelligi perfectam illam esse fidem, quæ tres complectitur hypostasies seu personas, quarum tertia nempe filij hypostasis, sola coniungitur cum quarta hypostasi Domini, nempe cum humana natura. Nam duæ quidem aliæ hypostasies seu personæ, nempe hypostasis filij & hypostasis Spiritus sancti, sunt solum Deus, sola autem persona filij coniuncta cum humana natura est Deus & homo, idque in vna hypostasi. Christus enim cum Deo sit & homo, est vnum tamen subiectum, aut ut significantius dicam, suppositum in duabus naturis, quarum humana, ut quæ ante carnem à filio susceptam, à filij persona esset separata, videtur aliqua ratione dici posse quarta hypostasis, licet reuera sit vna, cum Christus Deus & homo & vnus & vnum sit. In hoc ergo est maxime cauendum, ne imprudenter labamur in errore Nestorij, qui duos constituebat Christos, cum sanctam virginem Dei Matrem nollet dici *θεοτόκον*, id est Deiparam, sed *χριστοτόκον*, id est Christiparam. Hæc quidem est mea coniectura, quæ vera ne sit alij iudicent, nihil certe aliud possum coniecere. Interim autem non inuitus fateor me non videre, cur hypostasies vocet virtutes: tantum dicam cum dicit virtutum quaternionem eum alludere ad Pythagoreum quaternionem. *Sacrificium autem laudis super holocausta.* Suspicio hic vel deesse aliquid, vel aliquid*

Matth. 5.
Exod. 21.

Deut. 10.

Vide Tarq.
Chald. in
hoc cap.
Leuit.

vel aliquid esse mutatum. Non video enim quomodo hæc cohæreāt cum præcedentibus. Non est dubium quin sacrificium laudis, quod accipio pro sacrificio Eucharistiæ, superet omnia holocausta atque adeo sacrificia veteris legis quæ erant solum figuræ. Sed quid hoc ad superiora? deinde quod sequitur; Hic enim, inquit, dat tibi vires faciendi virtutem, non video vndenam pendeat hæc quæ redditur ratio, sed nec scio quisnā hoc dicat. Suspicio tamen, vbi cūq; id sit scriptū, hoc dici de Christo qui dat nobis potestatem faciendi præclara & fortia, quomodo in Psalmo 79. dictum est: In Deo faciemus virtutem, id est per Deum magna geremus & præclara, & victoriam assequemur. Quamuis autem cum præcedentibus non appareat cohærentia, comprehendi tamen poterit huiusmodi sententia; Cū Christus det tibi magna & fortia gerendi potestatem, & scientiæ illuminationem, fac ut & te præclare & fortiter geras, & cum sis minister Dei gratiæ, Deum, quoad eius fieri potest imitans, in ea quam tibi Deus dedit virtute proximum instruas & tibi similem reddas, ita apud te statuēs cum esse maximum in regno cælorum qui non satis habuerit facere, fed dixerit & docuerit. *Quicumque autem cum superbia aliquid agere aggressus fuerit.* Et recte agere & alios docere, pulchrum est. Sed in omni re cauenda est superbia, quæ Deum ad iram prouocat, est enim Dei abominatio omnis arrogans. Oportet autem eos quos peccasse pœnitet, & qui volunt mutari in melius, sicut aliorum peccatorum, ita etiam pœnitere superbiæ. Sicut autem cogitando, loquendo, & agendo peccatur: ita etiam cogitatione, sermone & operatione oportet suam ostendere pœnitentiam. Cogitationis autem symbolum est cor, ut ex quo procedunt quæ concipit animus, ita enim sentit scriptura: Os autem, sermone, manus autem, actionis, ut quod sit instrumentum, quo & quæ cogitamus, & quæ dicimus in opus exeunt. *Recte ergo dictum est de pœnitentibus illud eloquium.* Magna est laus pœnitentiæ, quod is quem suorum peccatorum pœnitet, Deum quem colat eligens, ipse quoque vicissim à Deo tanquam ei proprius & peculiaris eligitur, & æquè atq; peculiaris populus honoratur, adeo ut pars pro toto reputetur, restituitur enim per pœnitentiam in eum populum qui per peccatum erat diminutus, & licet sit vnus, habetur pro multis, cum per eum restitutum adimpleatur diminutus populus. *Ipsa autem nobilitas ostenditur.* Non in generis antiquitate sed in virtute sita est nobilitas: fuit quidem omnium antiquissimus Adamus primus à Deo creatus, sed quia ab uxore illectus & eius consilium secutus, turpia quidem est amplexus, vera autem & honesta contempsit, quamuis esset antiquus, ut pote non ab homine genitus sed à Deo formatus, qui erat immortalis factus est mortalis, immortalitati non prius restituendus, quam peccati ductus pœnitentiæ, à Christo, qui est vera vita, mortem passus vitæ fuit restitutus. Noe autem ex homine quidem fuit genitus, non autem à Deo fuit creatus, sed quia se totum Deo consecrauit & dedicauit, à diuina prouidentia fuit conseruatus, & cū totum genus humanum periret diluuiio, ipse solus fuit cum suis superstes, ad reparandum quod perierat. Eius ergo licet posterioris maior fuit quam Adam nobilitas. Porro autem Abraham etsi ex vxoribus quas duxerat, non voluptati indulgens, sed genus humanum multiplicans, quod in mundi nascentis initio erat necessarium, multos suscepisset liberos, vnum tamen solum habuit heredem, nempe Isaacum, qui fuerat ei à Deo promissus. Enumeratis enim filiis Cethuræ posterioris Abraham vxoris scriptum est in Genesi: Omnes hi filij Cethuræ. Deditque Abraham cuncta quæ possederat Isaac: Filiis autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret ad plagam Orientalem. Concubinas autem ibi accipit pro vxoribus. Iam vero Isaac ex Rebecca duos suscepit filios eosque geminos, Esau natu maiorem, minorem vero Iacob. Sed Iacob fuit hæres patris, & paternam accepit benedictionem, id enim est quod Clemens appellat vota: maior autem seruiit minori. Quod quidem ne quispiam existimet indignum, subiungit Clemens, viro malo maximum esse bonum si non sit sui iuris. Nam qui seruilis est ingenio nec se potest regere, est longe ei melius ut recte præcipienti pareat, quā ut se non regens sibi exitium afferat. Hanc autem Oeconomiam dicit esse & prophetiam & typicam. Prophetiam quidem, quod prædiceret quid esset euenturum vtriusque fratris successoribus: Typicam vero, quod ij duo fratres essent typus populi Hebræi & populi Christiani. *Quod autem sunt omnia sapientis aperte indicat.* Quæ citat quidem scripturæ testimonia, nec apud Septuaginta, nec in nostra inuenio versione. Quod autem omnia sunt sapientis, sic ostendit. Eius sunt omnia cuius Deus miseretur. Miseretur autem eius qui eum expetit, per quem facta sunt omnia, id est ipsum mundi creatorem, qui iis quibus promissit tribuit pro meritis. Ij autem sunt viri boni, qui & regni cælestis sunt hæres, & ciues iustorum qui vixerunt ante legem & in lege, & se ita gesserunt ut facta eorum habeamus pro legibus. Sapientem quoq; dicit esse Regem, cū in eos quos regit non exercent tyrannidem, sed ipsi propter studium virtutis ei sua sponte pareant.

PLATO autem Philosophus finem ponens beatitudinis, dicit eam esse Deo assimilationem, quoad eius fieri potest, siue cum legis decreto quodammodo concurrens: magna enim natura & libera ab animi perturbationibus, nescio quomodo feruntur ad scopum veritatis, ut dicit Philo Pythagoreus, Mosis res gestas describens, siue etiam doctus ab aliquibus quæ tunc erant diuinis eloquijs, ut qui doctrinæ sui semper teneretur. Dicit enim lex: Post Dominum vestrum ambulate, & mandata mea seruate. Assimilationem enim lex nominat consecrationem. Talis autem consecratio, quoad eius fieri potest, assimilat. Estote, inquit Dominus, misericordes sicut pater vester cælestis est misericors. Hinc Stoici quoque natura consequenter viuere, finem esse statuerunt, eleganter Dei nomine commutato in naturam: quoniam natura & ad plantas, & ad ea quæ seminantur, & ad ar-

Luca 6.

καλοῦσιν
ταυτοῖς τι-
μαίαι 66.

καλοῦσιν
καὶ καλοῦσιν
εὐλαβίας.

2. Cor. 8.
Psal. 111.

εὐλαβία.

μαρτυροῦν
εἰν μαρτυρ
ἢ τεστις.

bores & lapides extenditur. *Aperè ergo dictum est: Viri mali legem non intelligunt: qui autem legem diligunt, sibi muri propugnaculum muniunt. Astutorum enim sapientia agnoscer vias suas. Ignorantia autem sapientum erit in errore. Super quem enim respiciam, nisi super mitem & mansuetum & trementem verba mea? ait Prophetia. Docemur autem esse triplex genus amicitiae: & eorum primum quidem genus est, idque optimum ac praestantissimum, id quod est ex virtute: valida enim est, quae est ex ratione dilectio. Secundum autem ac medium, ex remuneratione: est autem hoc genus aptum ad societatem ac communicationem, lubenter impertiens, & vitae conducibile. Communis enim est quae est ex gratia amicitia. Vltimum autem ac tertium, nos quidem dicimus id quod est ex consuetudine. Illi verò, id quod ex voluptate verti potest & mutari. Ac mihi quidem Hippodamus Pythagoreus pulcherrimè videtur describere amicitiam. Vna quidem est ex scientia deorum: altera verò, ex hominum suppeditatione: tertia verò, ex voluptate animantium. Est ergo una quidem Philosophi amicitia, altera verò hominis, tertia autem animalis. Reuera enim Dei est imago homo benefaciens: qua in re ipse etiam beneficio afficitur, sicut gubernator simul seruat, & seruatur. Et ideo cum quis petens fuerit consecutus, non dicit danti, Rectè dedisti, sed, Rectè accepisti. Ita accipit quidem qui dat, dat autem qui accipit. Iusti autem misentur. Benigni autem erunt habitatores terrae: innocentes autem relinquuntur in ea: qui autè iniquè se gerunt, exterminabuntur ab ea. Atque mihi videtur Homerus fidelem praediinans, dixisse: Da amico: inimico autem ferendum est auxilium, ne maneat inimicus. Auxilium enim colligitur quidem benevolentia, dissoluitur verò inimicitijs. Sed si proponatur quidem promptitudo & animi alacritas, quatenus habet est accepta, non quatenus non habet. Non enim ut alijs remissio, vobis autem afflictio, sed ex aequalitate in praesenti tempore, & quae sequuntur. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi, ait Scriptura. Quod autè est ad imaginè & similitudinè, sicut etià prius diximus, nõ ex corpore significatur (nefas enim est, mortale assimilari immortalis) sed ex mète ac ratione: qua & eam quae est in benefaciendo, & eam quae in imperando, obsignat Dominus similitudinè. Non enim principatus corporum qualitatibus, sed iudicio mentis rectè geruntur. Sanctorum enim virorum consilijs ciuitates rectè administrantur, & rectè domus. Porro autem animi fortitudo ipsa quoque reducitur ad diuinam similitudinem, ut quae impatibilitate fruatur per tolerantiam, si cui audita adhuc resonant ea quae narrantur de Anania & socijs, quorum vnus quoque fuit Daniel Prophetæ, diuina fide plenus. Babylonem habitabat Daniel, sicut Loth quidem Sodoma, Chaldaeorum autem terram Abraham, qui paulò post fuit Dei amicus. In antrum fevis plenum adduxit Danielelem rex Babyloniorum: ipsum autem eduxit illa sum Rex niuerforum, qui est fidelis Dominus. Hanc possidebit tolerantiam is qui est cognoscendi potestate praeditus, quatenus est eiusmodi. Si tentatur, benedicet ut generosi animi Iob: si deuoretur à cete, ut Ionas, precabitur, & fides eum restituet praedicentem Niniuitis: & si inclusus fuerit cum leonibus, feras mansuefaciet: & si in ignem fuerit iniectus, rore recreabitur, non igne exuretur. Noctu erit martyr & testis, interdiu martyr & testis, in sermone, & vita, moribus erit martyr & testis. Cum Domino cohabitans, eoque familiariter utens, in spiritu permanet, mundus quidem carne, mundus autem corde, sanctificatus sermone. Mundus, inquit, ei crucifixus est, & ipse mundo. Is crucem Domini circumferens, sequitur Domini vestigia, tanquam Deus, effectus sanctus sanctorum. Omnis ergo virtutis recordata lex diuina, hominem maximè exercet ad continentiam, eum statuens fundamentum virtutum: atque adeo nos praerudit ad continentiam acquirendam, ex usu animantium, ijs vesci prohibens quae sunt natura pingua, quemadmodum genus suum, quod carnis habet plurimum. Delic-*

num. Delicatis enim ac luxuriosis suppeditatur talis usus. Dicitur itaque quidam Philosophus suis afferens etymologiam, qui is dicitur, uõ dixisse quasi θυω, ut qui ad θυω, hoc est, ad sacrificandum & mactandum aptus esset solummodo. Datam enim esse huic animali ad nihil aliud animam, quàm ut carnes luxuriarent. Et similiter nostras cupiditates reprimens, prohibuit illis vesci piscibus, qui nec pinnas habent nec squamas. Carnium enim bonitate & pinguedine hi alijs piscibus antecellunt. Hinc existimo mysteria quoque non solum prohibere aliqua tangere animalia, sed etiam eorum quae sacrificantur eximere nonnullas usus partes, propter eas quas Mystæ sciunt causas. Si est itaque venter continendus, & ea quae sunt subter ventrem, clarum est quòd iam olim à Domino acceperimus per legem excindere cupiditatem. Id autem perfectè fiet, si cupiditatis fomitem, voluptatem inquam, non fictè damnauerimus. Dicunt eius hanc esse notionem, lenem & blandum motum cum aliquo sensu. Ei seruientem Menelaum post Troiam captam dicunt, cum impetu ferretur ad occidendam Helenam, ut quae tot & tantorum fuisset causa malorum, id tamen non potuisse efficere, victum pulchritudine, per quam in mentem venit recordatio pristinae voluptatis. Vnde ludificantes Tragici, cum probro ac dedecore in eum exclamant;

Mamilla vbi visa est, reiecto gladio,
Adblandiens cani perditæ, osculum accipis. Et rursus:
Ergo hebetantur enses pulchritudine.

Ego verò Antistheni assentior qui dicit: Ego Venerem si acciperem, iaculis confoderem, quod nostras multas pulchras & bonas uxores corruperit: & naturæ vitium dicit Cupidinem, à quo cum vincuntur miseri, morbum Deum appellant. Per hæc enim ostenditur vinci imperitiores, propter ignorationem voluptatis, quae non est admittenda, etsi dea dicatur, hoc est, etsi diuinitus data sit ad usum liberorum procreationis. Et Xenophon voluptatem aperte vitium dicens, inquit: O misera, quid verò tu bonum nosti, aut quod sit honestum consideras, quae ne eorum quidem quae sunt iucunda expectas cupiditatem? priusquam esurias quidem comedens: priusquam autem sitias, bibens: & iucundè quidem vescaris, obsoniorum conditores excogitans: ut autem suauiter bibas, sumptuosa vina comparas, & aestate circumcursans niuem quæris. Vt autem iucundè dormias, non solum molles lectos, sed etiam quae lectis supponantur fulcra paras. Vnde, ut dicebat Aristoteli, ad totum tetrachordon, voluptatem, inquam, & dolorem, metum & cupiditatem, exercitatione magna & pugna opus est:

Hi namque vel per interiora viscera
Vsq̄que meant, hominumque corda exagitant.

Eos enim qui magni & excelsi animi existimantur, voluptas facit cereos, ex sententia Platonis: quoniam unaquæque voluptas, & vnusquisque dolor corpori affigit animam, eius qui non se separat ab animi perturbationibus, easque cruci affigit. Qui perdidit animam suam, inquit Dominus, seruabit eam: aut eam tradens, lubenter adeundo pro Domino pericula, aut eam perdens, ex ea quae est ei cum hac vita consuetudine. Si enim soluere, abducere, & segregare (hoc enim crux significat) animam volueris ab ea quae est in hac vita voluptate & delectatione, habebis eam, in ea quae expectatur spe inuentam & conquiscentem. Hoc enim fuerit meditatio mortis, si solis ijs quae sunt secundum naturam dimensæ appetitionibus, quae ea quae sunt secundum naturam nihil excedunt, declinādo ad id quod exuperat, vel quod est præter naturam, in quo peccandi enascitur potestas, contenti esse velimus. Oportet ergo nos Dei induere armaturam, ad hoc ut possimus resistere insidijs diaboli: quoniam arma militia nostrae non sunt carnalia, sed Dei potentia, ad de-

Ephes. 6.
Cor. 10.

Cyrenæus, in quam sophista qui se iactat tenere veritatem. Cum itaque probro ei daretur, quod cum meretrice Corinthia assidue versaretur: Habeo, inquit, Laidem, sed ab ipsa non habeor. Tales autem sunt etiam qui dicunt se sequi Nicolaum, adducentes eius viri aliquid literarum monumentis mandatum, sed ab eis detortum, nempe oportere carne uti. Sed ille quidem vir præclarus significabat oportere voluptates arcere & cupiditates, & hac exercitatione marcidam flaccidamque reddere carnis appetitiones & insultus. Qui autem instar hircorum sunt profusi ad voluptatem, veluti corpus contumelia afficietes, suavi fruuntur delectatione, nescientes quod id quidem, cum sit natura fluxum, sentum, squallidum pannosumque redditur: ipsorum autem infossa est anima in cæno vitij, ut qui decretum ipsius voluptatis, non autem Apostolici viri sequantur. Quid enim hi differunt à Sardanapalo? cuius vitam significat epigramma:

Hæc habeo quæ edi, quæque exsaturata libido

Hausit, at illa iacent multa & præclara relicta.

Non est omnino necessaria affectio voluptatis, sed accessio quædam & affectatio visibus quibusdam naturalibus, fami, siti, frigori, matrimonio. Si itaque fieri posset ut absque ea vel biberetur, vel alimentum susciperetur, vel liberi procrearentur, non posset ostendi alius eius usus. Neque enim operatio, neque affectio, sed neque aliqua pars nostri est voluptas, sed vicarij ministerij & subsidij gratia in vitam accessit, quemadmodum dicunt accessisse sales nutritivæ concoquendi causa. Quæ est autem effrenata, & domus administrationem vi sibi usurpavit, primam generat cupiditatem, quæ est desiderium, & appetitus à ratione alienus, eius qui ipsi indulget. Ea Epicuro persuasit ut philosophi finem poneret voluptatem. Diuinam itaque rem is esse statuit, firmam ac stabilem bonam carnis constitutionem, & quod ea ita sit futura, spem fide dignam. Quid est enim aliud delitiæ, quam libidinosa liguratio, & superuacanea redundantia eorum qui sunt dissoluti ad suauem sensum delectationis? significanter & emphatice scribit Diogenes in quadam tragædia:

Effeminatis quis merè ac cinædicis,

Cor alligatum est & suauibus delitiis,

Qui laborare tantillum haud volunt.

Et quæ deinceps sequuntur, quæ turpiter quidem dicta sunt, sed pro meritis eorum qui sunt dediti voluptati.

COMMENTARIUS.

PLATO autem philosophus finem ponens beatitudinis. Cum dixisset omnia esse sapientis, & sapientem esse regem, nunc dicit sapientem esse beatum, in hoc autem esse situm finem beatitudinis, quod Deo assimilatur, id quod est Deum sequi seu consecrari. Nouum autem, esse Deo similem ut pote esse misericordem sicut patet cælestis est misericors, & quæ sunt huiusmodi. Plato itaque vel idem dicens quod lex Mosæica (magna enim & præclara ingenia sua sponte feruntur ad veritatem) vel admonitus ab iis quæ legerat in scriptura (fuit enim semper discendi cupidus) dicebat beatitudinem esse Deo assimilationem. Stoici autem dicunt finem hominis, quod idem est quod beatitudo, esse vivere consequenter naturam non dicentes naturam quæ pertinet ad plantas & ad semina, & ad arbores, & lapides, sed naturam usurpantes pro Deo. Quæ autem subiungit; Viri mali legem non intelligunt &c. ea cum non inueniam, nec satis intelligo, nec possum interpretari. Vbinam autem dicat Plato beatum Deo assimilari, non satis recordor. Ad hoc autem non parum accedit quod scribit nono de repub. Aristonis filius iudicabat beatissimum eum qui est optimus & iustissimus, cum autem esse aptissimum ad regnandum & in se regnum obtinere. Nihil certe est in quo homo Deo magis assimilatur, quam in eo quod sit bonus & iustus, & cum alios tum seipsum maxime regat. Deus enim est bonus & iustus & totius mundi rector & Dominus. Docemur autem esse triplex genus amicitia. Cum hic agat Clemens de virtute qua maxime conciliatur amicitia, de ea visum est ei aliquid dicere. Triplicem ergo dicit esse amicitiam: Vnam, quæ est ex virtute, quæ quidem consistit ex recta ratione, & ideo est potens & valida. Nam quæ remere & sine iusta causa suscipitur amicitia, facile dilabitur. Cælius autem Rhodiginus dicit se accepisse ex Platonicorum Scholiis esse veram & solidam eorum amicitiam qui pari studio contendunt ad cultum animi capiendum, qui est virtus, qua Deus maxime colitur. Quod si duorum amicorum benevolentia tertius accedat amator, nempe Deus, ea amicitia plane est indissolubilis: eam Pythagoreus Hipasus dicit esse ex scientia Deorum. Nam quæ est ex virtute amicitia, non

tia, non conciliatur absque diuina inspiratione, & ea Philosophi dicitur amicitia. Altera vero est amicitia, quæ existit ex remuneratione, constat autem ex vltro citroque datis & acceptis beneficiis, & eam vocat Hippasus ex hominū suppeditatione, & proprie dicitur hominis, ut quæ apta sit ad vitæ humanæ societatem & communionem. Tertia vero est ex consuetudine, quando conciliatur amicitia, ex eo quod homines simul versentur & vitam agant, cui si accedat concubitus, ea dicitur ex voluptate, & ea non est nec philosophi nec hominis amicitia, sed animalis. Porro autem est obseruandum quod dicit Clemens, hominem beneficentem esse Dei imaginem, nihil est enim diuinius quam bene mereri de hominibus, nec minus est considerandum, quod dicit non minus accipere eum qui dat quam qui accipit. Nam si nihil aliud eum certe accipit perpetuo obligatum quem suo deuinxit beneficio. Quomodo autem inter se aduersantur dare & accipere, ea tamen simul sunt: ita etiam iustum esse, quod aliquam in se includit pœnam, & misereri quod pœnam remittit, cum inter se aduersentur, simul sunt. Qui enim castigatur, ideo castigatur ut castigatus melius se habeat, quod est misericordiae. Porro autem qui sunt misericordes, ij quoque sunt benigni. Benigni autem terram habitant, diliguntur enim ab iis qui simul habitant, de quibus benemeretur, & cum nemini noceant, à terra non expelluntur, sed in ea remanent. Contra qui aliis malefaciunt ut qui sint iniusti, expelluntur à terra, neque sinuntur viuere. Atque mihi videtur. Quoniam locutus est de amicitia, ea autem est fidelium propria amicitia, qua ex facultatibus elemosinæ erogantur pauperibus, suo more miscens prophana cum sacris, citat Homerum qui duobus verbis videtur prædiuinare fidelem, nempe Christianum, iubens eum dare amico. Christiani autem pauperes non solum reputant pro amicis, sed etiam pro fratribus. Non solum autem largiendum est amicis, sed etiam adiuuandi sunt inimici. Potens autem & firmum fit auxilium benevolentia: dissoluitur autem & imbecillum redditur inimicitia. Quo fit ut etiam inimicis bene velit oportet, qui eos vult iuuare. Vult autem Christus nos etiam inimicos diligere. Atque ad dandum quidem pauperibus promptos & alacres oportet esse fideles, sed ita tamen ut inter eos seruetur æqualitas, nec plus erogetur quam ferant facultates, nec ita ut alius quidem onere opprimatur, alius vero ne onus omnino quidem sentiat. Porro autem quoniam paulo ante dixit, hominem homini bene facientem esse Dei imaginem, nos admonet eam imaginem & similitudinem non esse de qualitatibus corporis intelligendam, sed eam significari ex mente & ratione, siue loquamur de beneficentia, siue de principatu. Vtrunq; enim recte geritur & mente & ratione, sanctorumque & sapientium consiliis recte administrantur & ciuitates & domus. Porro autem. Non solum beneficentia & imperium ac principatus reddit hominem Deo simile, sed etiam animi magnitudo & fortitudo. Nam ut Deus est impatientis, ita per patientiam ac tolerantiam reddit hominem quodammodo impatientem. Quod verum esse ostendit exemplo puerorum, qui in lacum leonum iniecti exierunt illæsi, & Danielis qui in fornace ardente ignis ab igne nullum accepit detrimentum, & Ione propheta qui à Ceto deuoratus & illæsus ab ea emissus Ninivitis prædicauit penitentiam. Qui est cognoscendi potestate præditus, id est, qui firmam habet & stabilem Dei cognitionem, cum nulla deterrebunt quantumuis grauius tormenta, quominus de Deo vbique & semper certum & fidele ferat testimonium, & sit plane Martyr, quod est testis. Qui est huiusmodi, is Dei perpetua fruens consuetudine & contemplatione, semper permanet in spiritu, ut qui sit plane spiritualis. Nam cum sit mundus carne & corde, vitæque omnem obscœnum & immundum sermonem, quod vocat esse sermonem sanctificatum, vix est ei vllum cum carne commercium: est enim mundo crucifixus, & ipsi mundus, id est & ipse nihili facit mundum, & mundus ipsum. Quomodo enim magni faceret mundum qui carnem suam crucifixit cum vitis & concupiscentiis: aut quomodo eum magni faceret mundus qui mundum habet despiciat? Omnis ergo virtutis. Nullius virtutis oblita est lex diuina, sed omnium virtutum fundamentum statuit continentiam, ad quam erudit, mystice iubens non vesci carne suilla, quæ est maxime pinguis: nec piscibus qui squamas & pinnas non habent, quorum carnes sunt omnium pinguis. Carnes autem pingues maxime incitant ad libidinem. Nam etiam homines calidi & humidi sunt maxime libidinosi, ad eam enim est sua sponte apta calida & humida temperies qualis est pinguis. Est autem elegans Græca suis etymologia, quam uō dicit, quasi uō, quod sus ad non aliud sit aptus quam ad sacrificandum & mactandum, non ad aliud enim data est sui anima quam ut carnes luxuriarent: quod non est dissimile ei quod dicitur, animam sui pro sale esse datam. Sed nec omnium animalium comedenda erant olim omnia. Nam & à sanguine, & ab adipe erat abstinentum, cuius mysticam causam videre licet apud Origenem. Cum ergo & venter sit continendus & quæ sunt sub ventre, id est nec ventri nec Veneri sit indulgendum, iam olim à Domino per legem didicimus reprimere cupiditates. Earum autem fomes est voluptas. Si ergo eas velimus perfecte reprimere, damnanda est voluptas quæ nos ad eas incitat, sed vere non ficta est damnanda, id est non verbis solis, sed toto animo. Est autem voluptas, ut ipse definit, lenis & blandus motus cum aliquo sensu, quod idem est ac si dicas, blanda quædam & iucunda sensus titillatio, qua definitione comprehenditur non animi, sed corporis voluptas. Et seruientem Menelaum. Quod non sit Veneri seruientem, ex hoc ostendit quod ea animum frangat & effeminet. Hoc probat exemplo Menelai, qui cum post Troiam captam, Helenam quæ tot malorum fuerat causa statuisset occidere, & in eam magno ferretur impetu, id non potuit efficere victus à Venere & Helenæ pulchritudine: pulchritudinis enim tanta vis est, ut quantumuis acuta obtudat gladiatorum acies. Sunt autem hi versus ex aliqua Tragædia, quæ nescio an hodie extet. Ego vero Antiphoni. Et Venus & Cupido Dea & Deus dicitur, quod à Deo dentur ad procreationem liberorum, propter quam Venus est admittenda tanquam necessaria, non propter iucundum sensum voluptatis. Si certe tollatur procreatio liberorum, tantum abest ut in Venere sit aliquid diuinitatis, ut ea sit potius naturæ morbus & vitium. Et Xenophon. Hæc sunt verba virtutis apud Xenophontem voluptatem insectantis, dum Herculem quem alliciebat voluptas ab ipsa auocat. Insectatur autem quod etiam antequam appeteret, iis quæ solent appeti impleretur, ut quæ comederet antequam esuriret, biberet antequam sitiret, & cætera. Porro autem Aristoteli Philosopho dicebat in homine esse Terrachordum, cuius sunt quatuor chordæ, voluptas, inquam, & dolor, merus & cupiditas, quæ cum interiorum hominem valde exagitant, & ad cor vsque bellando penetrant, ad eis resistendum magna exercitatione &

Plato in
Phædone.Matth. 16.
Lucæ 9.
Marci 8.
Ioan. 12.

certamine opus est. Nihil est autē quod homines eneruet & effœminet quā voluptas, quæ, sicut & dolor animam affigit corpori. Nam ut dicit Plato in Phædone, vnaquæque voluptas & dolor veluti clauum habens animam affigit corpori, & facit eam accedere ad formam corporis, existimantem esse vera quæ corpus dixerit. Eos ergo qui sunt magni & excelsi animi voluptas reddit cereos, id est molles & effœminatos, qui non se abduxerint ab animi perturbationibus & non se cruci affixerint, id est desideria & effœminatōs, morte non affecerint. *Qui perdidit animam suam, inquit Dominus. Iis quæ Plato dixit de voluptate subiungit, ea quæ dicit Dominus in Euangelio. Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Anima autem duobus modis dicitur seruari, & duobus modis perdi. Vno quando ingenio indulgetur, & corporis cura geritur ut vita præfens conferretur, dicitur vita seruari. Altero autem, quando vitæ præfentis non alia cura geritur quam ut conferretur anima ad vitam æternam. Perdi quoque vno modo dicitur, quando vita præfens per animæ excessum amittitur. Altero autem quando hanc vitam amissam sequitur mors secunda, quæ æterna & vere est & dicitur. Velle autem animam perdere is dicitur, qui pro Domino lubèter adit pericula, & pro ipso est paratus temporalem hanc vitam perdere, & qui se dedens contemplationi, se separat ab huius mundi consuetudine, spernitque huius vitæ voluptates & delicias. Is quidem videtur non viuere & ita carere anima, sed eam tamen habet in spe futuræ immortalitatis, & ipsam in ea inuenit. Hæc est autem plane Christiana philosophia, quæ est meditatio mortis. Mortem enim verè meditat, qui, quoad eius fieri potest animam à corpore separans, iis solis contentus est appetitionibus quæ ad hanc transmittendam vitam necessariæ, appetens solum quæ sunt secundum naturam, & quæ modum non excedunt, fugiens autem quæ sunt præter naturam, & quæ modum exuperant. Peccatum autem est, si vel fiat quod est præter naturam, vel non seruetur modus. *Oportet ergo nos Dei induere armaturam.* In meditatione mortis, quæ est Christiana philosophia multa nobis afferunt impedimenta, vt pote & animi perturbationes & diaboli insidiæ. Eis vt resistamus non carnalibus sed spiritualibus, id est Dei armis opus est, quæ possint destruere quicquid se extollit aduersus Dei cognitionem, omnem intellectum subigunt vt obediat fidei, adeo vt nulla quantumuis acuta & subtilia Philosophorum argumenta fideles à Christo auocent, & qui ex professo Christi erant inimici, eius amplectantur fidem, & ipsi sua sponte ei seruiant. *Simplex ergo ratio nostra philosophia.* Dixit autem vexari homines ab animi moribus & perturbationibus: nunc autem dicit quomodo fiant. Nam cum anima sit mollis & facile cedat, ea facile suscipit malignorum spirituum impressiones & obfignationes, cum quibus colluctamur & depugnamus. Eorum enim est proprium munus & officium, vt quoniam eis in baptismo renunciamus, omni ope conentur vt in pugna nos superent & in suam potestatem redigant. Suscepto autem certamine superantur aliqui ex nobis, alij vero qui strenue decertant, & victoria potiuntur, & coronam accipiunt non sine aduersariorum maximo dolore & indignatione, & eorum qui vicerunt admiratione. Hanc autem affert rationem, quod anima rationis particeps non tam facile cedit visis quæ immittuntur à malignis spiritibus, sed ea diiudicat, & discernit, nec eis abducuntur, sed ea reicit & repellit. Cætera enim præter eum cedunt iis à quibus mouentur & impelluntur. Animalia cedunt appetitioni & visioni seu phantasiæ. In anima translationi, dum à loco transferuntur in locum, vt etiam plantæ, seu sint inanimatæ, seu animam habeant vegetatiuam, cedunt transiui ad augmentum. Habitui quoque cedunt lapides, id est firmæ & stabili eis innatæ proprietati. Bruta his quoque omnibus cedunt moribus. Solus homo non omni cedit motui, sed in consilium adhibens rationem, tum demum cedit & acquiescit, cum id ad quod impellitur, ei videtur bonum vtile & honestum. *Hæc ergo de quibus diximus potestates, & pulchritudines & glorias.* Quomodo Abigei pecora abacturi, vt ea alliciant & ad se pertrahant, frondes illis porrigunt: ita maligni spiritus videntes animas facile posse seduci, eas ad se alliciunt porrigentes inescantes visiones, & in eis imprimunt. Eæ vero cum non possint vera à falsis discernere, à Dæmonibus abductæ rediguntur in seruitutem. Eius causa est duplex, nempe inescatio voluptatis & pulchritudinis & aliarum eiusmodi visionum, & nostra assensio. Quantumuis enim visis suis nos alliciat Dæmon, frustra laborat nisi nos assentiamur, non est enim peccatum absque nostro libero arbitrio. *Basilidis autem sectatores, vitia & animi perturbationes consueverunt.* Aliam hic affert opinionem Basilidis de vitiiis & animi perturbationibus, quod ea scilicet sint *αεσθησιμα*, id est appendices, nempe quidem in essentia spiritus appensi animæ rationis participi, & diuersi generis animalium naturæ, quorum proprietates assimilantur cupiditatibus animantium. Nec solum imitantur motus animalium, sed etiam motus & proprietates plantarum & habitus inanimatorum, vt exempli causa duritiem adamantis. Homo ergo vt est sententia Basilidis, quicumque is sit, est similis equo Durio. Nam vt is intra se habebat multorum Græcorum exercitum, ita homo intra se habet multa vitia, & multos eosque diuersos animi motus & perturbationes, qui sunt maligni spiritus appensi animæ. De hoc autem dogmate, non est quod plura dicamus, cum ipse Clemens sit de eo fusius tractaturus, dum ipse ager de anima. *Ipse itaque filius Basilidis Isidorus, in libro de aduata anima.* Isidorus Basilidis filius cum dogma patris diligentius considerasset, animaduertit id non consistere. Nam si anima non sit simplex, sed habeat appendices quarum vi sunt vitia & perturbationes, ex hoc sequetur quod homo non sit liberi arbitrij, sed inuitus & coactus agat quæ agit, & homo sceleratus hunc semper habebit prætextū quo se excuset de peccatis, quod ea fecerit adactus necessitate, cum tamen ipse sit causa mali qui aduersus appendices non strenue pugnaverit. Cum certe sit in nobis ratio pars potentissima, oportet nos ea superare minorem quæ est in nobis creaturam, animæ inquam partem rationis expertem iram scilicet & cupiditatem. Ita ergo patrem Basilidem reprehendit filius Isidorus. *Qui inquit Valentinus scribens ad aliquos.* Hic est Valentinus, de quo multa Irenæus & Epiphanius. Soler autem Clemens etiam ex hæreticis, quales fuerunt & Basilides & Valentinus, nonnulla citare quæ videntur non omnino reprobanda. Minus autem intelliguntur quæ citat ex Valentino, quoniam non extat illius epistola. Nec possum diuinare, cur cum loquatur de animæ appendicibus de iis enim agebatur, dicat vnum esse bonum: puto autem eum intelligere Deum, per cuius fiduciam*

fiduciam manifestatur quod à Christo manifestatur. Si enim de Deo certa non concipiatur fiducia, non erunt aperta quæ reuelauit Christus. Per eum autem in nobis inhabitantem efficitur cor mundum, expulsis malignis spiritibus. Non potest autem cor esse mundum in quo habitant spiritualia nequitia, maligni, inquam, spiritus. Hoc autem ideo dicit fieri, quod vnusquisque eorum malignorum spirituum suis propriis fungatur muneribus. *Quanam est ergo causa, quod non ab initio talis animæ cura geratur.* Animæ tum demum cura geritur quando cor fuerit mundum. Tum demum autem est cor mundum, quando extrusis malignis spiritibus ille vnus bonus Deus fuerit ingressus. Nunc autem quæritur cur non ab initio ea animæ cura geratur. Inducit autem respondentem vel Valentinum, vel Basilidem, vel Isidorum eius filium, vel ex penitentia accedere illam animæ curam qua expelluntur Dæmones, vel naturam esse quæ dat salutem. *Quomodo autem nos Diaboli operationes, & spiritus immundos.* Et Clemens & eius discipulus Origenes Barnabæ epistolam habent pro Catholica, ex qua citantur quæ hic leguntur, licet alij eam numerent inter apocryphas. Significat autem Barnabas, nos priusquam crederemus fuisse habitaculum Dæmonum, postquam autem credidimus esse tēplum Dei, in quo expulsis Dæmonibus habitat Spiritus sanctus: non expelluntur autem Dæmones, sed peccata quæ sunt Dæmonis operationes, & ita efficitur noui, & veluti creati ab initio, quod idem est quod spirituali lauacro regenerati. *Scio me in quandam incidisse hæresim: qui autem ei præerat.* De Nicolao à quo sed immerito denominata fuit secta Nicolaitarum sic scribit Theodoretus, agens de Nicolaitis. Clemens dicit Nicolauum fuisse ex eorum numero, qui propter temperantiam clari & insignes fuere, & liberos suos supernaturalem docuisse castitatem, & filium suum quidem cœlibem permanisse, filias verò virgines. Ex quibus pulchre conuincuntur eos falso ex illius appellatione nomen sumpsisse, qui ante dictam intemperantiam exercebant. Aduersus eos scripsit & Clemens, & Irenæus, & Origenes, & Hippolytus Episcopus & martyr. De Sardanapali vita & morte vide apud Iustinum lib. 1. Eum suo busto hæc verba incidi iussisse, scribit Cicero; Hæc habeo quæ edi, &c. Quid aliud, inquit Aristoteles, in bouis, non in regis sepulchro inscriberes? Hæc habere se mortuum dicit, quæ ne viuus quidē diutius habebat quam cum ituebatur: tritū est illud Aristippi, qui cum Laidis meretricis Corinthiæ vteretur consuetudine, idque ei daretur probro, responderit habere se Laidem, non ab ea haberi. *Non est omnino necessaria affectio voluptatis, sed acceptio quedam.* Voluptas ex se non est necessaria, sed accedit tantum veluti quoddam ministerium seruiens visibus naturalibus. Accedit fami, dum corpus exinanitum reficitur. Accedit siti, dum frigidum & humidum detectus reparatur. Accedit frigori, dum à calore repellitur. Accedit matrimonio, dum in liberorum procreatione semen excernitur. Quæ autem suo relicto ministerio alienam tanquam suam vsurpant domus administrationem, ea generat cupiditatem quæ rationi minime est consentanea. Eam statuit Epicurus esse summum bonum, & in ea dicit esse positam hominis felicitatem, maxime autem firmam & stabilem, & quæ talis semper esse speratur carnis constitutionem. Quam autem dicit Diogenes Tragœdiam, ea nescio an vsquam extet. Quod autem verti Cinædicis, Græcè est *δυσκατωμένης*, quod quidem vocabulum non memini me alibi legere. Quod autem significet, vel Cinædicum, vel aliquid eiusmodi, coniectio ex eo quod sequitur; Quæ turpiter quidem dicta sunt, sed pro meritis eorum qui sunt dediti voluptati.

Orig. de
princip.
lib. 6.
Nyeceph.
Callist. lib.
3. cap. 3.Theod. hæ-
ret. fab. lib.
3. de Nico-
laitis.Tusculan.
quæst. lib. 5.

DIVINE itaque mihi videtur lex voluisse ut metus impenderet necessario, ut cautione & attentione hoc sibi pararet & conseruaret philosophus, ut esset minimè sollicitus, à lapsu alienus, & peccato non affinis, in omnibus permanens. Pax enim & libertas non aliter accedit, quàm per perpetuam & indefatigabilem aduersus animi nostri motus repugnantiam. Sunt enim hi aduersarij crassi & Olympici, & vespis, ut vno verbo dicam, crassiores: & maximè voluptas, quæ non solum interdum, sed etiam noctu in ipsis insomniis, nos cum præstigijs inescando, insidiatur & mordet. Quomodo ergo possunt adhuc Græci iure legem insectari, cum ipsi quoque voluptatem doceant seruire metui? Socrates itaque iubet ea cauere quæ persuadent ut non esurientes comedant, & bibant non sitientes: & pulchros aspectus & oscula, ut quæ scorpis & araneis grauius venenum naturaliter emittit. Antisthenes autē vult potius insanire, quàm voluptate affici. Et Crates Thebanus: Hæc vincas rectis exultans moribus, atque

Te haud auri addicens, cupidis nec amoribus vnquam
Seruam: nec mercatores sint amplius vlli.

Et totum colligit veluti in epilogum:

Mancipat at quem non turpis tangitque voluptas,
Regnum immortale, & libertas huic quoque amatur.

Hic autem alibi rectè admodum scribit, rerum venerearum effrenati desiderij cataplasma esse famem: sin minus, laqueum. Zenonis autem Stoici quanam esset doctrina, restantur Comici, licet ei detrahentes, hoc modo:

Vir philosophatur Zeno iste philosophiam

Vanam : docet nam esuriem discipulos.

Panis sit vnus, caricâque, & potus aquâ.

*Hi omnes utique non erubescunt apertè confiteri eam quæ ex cautione accipitur utilitatem. Quæ est autem vera, & non expers rationis sapientia, non solis verbis confidens & decretis, sed regum inuulnerabilibus & mysteriis efficacibus, & in diuinis præceptis meditans & se exercens, vim diuinam per diuinam quæ ex ea inspiratur partem, à verbo seu ratione accipit. * Iam verò Poëtici quoque Iouis describunt Ægidem:*

Terribilem, vndique quæ circum redimita timore est.

Lis quoque inest, & vis vrgens, & frigidus horror,

Gorgoneumque caput, monstrum olim quod fuit ingens,

Terribile, horrendum, ostentum Iouis ægiferentis.

** Iis autem, qui quod est salutare rectè possunt perspicere, nescio an quid videbitur amabilius honestate ac gravitate legis, & eius filia cautione ac religione. Verumenimvero quando aliquid nimis intensum, & quod iustum tonum excedat, dicitur canere, sicut etiam Dominus in aliquos, ne aliqui ex ijs qui eum æmulantur ac sequuntur, aliquid canant quod à tono fidiūmque cantu discrepet: sic audio, non ut quod sit nimis intensum, & quod iustum tonum excedat, sed quod sit eiusmodi ijs qui diuinum iugum nolunt tollere. Iis enim qui sunt remissi & imbecilli, id quod est moderatum, videtur nimis intensum, & tonum excedere: & id quod est æquum, videtur esse summum ius: quoscunque enim propterea quod peccati amore tenentur, subit indulgentia, ij veritatem existimant esse molestiam, & severitatem scruitiam: & eum qui non simul peccat & vnâ deorsum trahitur, immisericordem. Rectè ergo sic scribit de Plutone tragædia:*

Venturus ad quem Dæmonem tu sis rogas?

Qui haud nouit æquum, sed neque vllam gratiam:

Solummodo ast ei placet iustitia.

Est enim nondum potestis facere quæ à lege imperantur, attamen considerantes esse nobis pulcherrima exempla proposita libertatis, amorem in ipsa nutrire & augere possumus, & ea ratione promptiori & alacriori animo iuuabimur, alia quidem prouocantes, alia verò imitantes, & alia reuerentes. Neque enim veteres illos qui ex lege vixerunt,

Annosa aut quercus genuit præruptæve petra,

*sed eo quod scincerè ac germanè vellent philosophari, totos seipsos Deo obtulerunt, & in fidei rationem relati sunt. * Pulchrè de Indis dicebat Zeno, se vnum malle videre Indum qui torreatur, quàm omnes de laboris perpeffione discere probationes. Nobis autem sunt quotidie redundantes Martyrum fontes, qui nostris spectantibus oculis, torrentur, torquentur & capite truncantur. Eos omnes legis metus, qui veluti pædagogus ad Christum deduxit, exercuit, ut pietatem vel per sanguinem ostenderent. Decus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat. Quosnam? Eos qui sunt voluptate superiores, eos qui vincunt animi motus & perturbationes, qui sciunt vnumquodque eorum quæ faciunt, eos qui sunt Gnostici, id est cognoscendi potestate præditi, qui mundo sunt maiores. Et rursus: Ego dixi, Dicitis, & filij Excelsi omnes. Quibusnam dicit Dominus? Iis qui, quoad eius fieri potest, mortalia omnia repudiant. Et dicit Apostolus: Vos autem non estis amplius in carne, sed in spiritu. Et rursus dicit: In carne cum simus, non secundum carnem militamus. Caro enim & sanguis regnum Dei non possunt possidere, neque corruptio possidet incorruptionem. Ecce tanquam homines moriemini, nos arguens, dicit spiritus.*

C O M M E N -

** DIVINE itaque mihi videtur. Nihil frequentius docetur in lege, id est, in veteri testamento, quam & timorem esse initium sapientiæ, & sine timore neminem posse iustificari. Nam cui impendet timor Domini, is perpetuo cauens nec peccet, non labitur nec peccat, & ita non angitur, nec nimia conficitur cura & sollicitudine. Non est autem cura & sollicitudo vbi est pax & libertas. Perpetuo autem superabit pax & libertas, si assidue & fortiter depugnemus aduersus animi nostri motus & perturbationes: sunt autem hi aduersarij crassi. Alludit autem ad Athleticam, quam dicit Hippocrates, valetudinem, quæ cum non possit amplius proficere, necesse est vt decrefcat. Tales Athletæ Olympici, qui, vt aduersarios vincerent, se opipare alebant, & ad summum vsque virium habitum exercebant, quarum maiorem habebant curam quam sanitatis. Freti autem viribus accerrimi erant in aduersarios. Tales autem sunt in nos nostri animi motus, maxime autem voluptas, quæ non solum interdiu, sed etiam noctu nobis parat insidias, & nos perpetua afficit molestia, blando quodam sensu nos titillans & inescans, & rationis & intelligentiæ oculos nobis præstringens. * Quomodo ergo possunt adhuc Græci. Non solum à lege, id est à sacris literis, sed etiam ab ipsis Græcis laudatur metus, cui etiam dicunt ipsam seruire voluptatem, non esse ergo cur ipsi legem vituperent, & ei detrahant. Quod autem ita sit, probat adductis multorum Græcorum testimoniis. Quod autem dicit de Socrate, id accepit ex Xenophonte, De monumentis dictorum & factorum Socratis, quod ipsam alibi quoque est ab eo citatum, Cratetis verò Thebani à Laertio citantur aliquot versus, sed horum non meminit. Suspicio autem eos aliqua ex parte esse Græcè corruptos, sed cum & vnum solum sit exemplar Clementis, nec hi versus alibi, quod sciam inueniantur, non video quomodo possint emendari ac restitui. Horum autem versusum sensum ita in summam contrahit, vt significant eos qui voluptati non seruiunt, regnum immortalis, quod regnum cælorum interpretor, & libertatem diligere. Porro autem inter Antisthenis apophregmata hoc recenset Laetius, Potius infaniam quàm fruar voluptate. Quod autem dicit de Cratete id his versibus comprehenditur à Laertio.*

Ἐπιτὰ πύδης μίθος εἰ δὲ μὴ χεῖρος.

*id est, amorem sedat fames, sin minus, tempus: sed si his vti non possis, laqueus. Porro autem Zenonis in victu frugalitatem irridentes Comici, eo ipso eum magna laude afficiebant. Ita frugalitatem & à cibis abstinentiam verbis laudabant Græci Philotophi: Verbi autem Philosophia (eam enim veluti quadam periphrasi describit Clemens) non solis laudat verbis, sed etiam quibusdam allegoricis & mysticis symbolis. * Iam vero Poëtici. Dixerat verbi Philosophiam, non solis vti verbis in laudanda abstinentia & timore, sed etiam mysticis symbolis, nunc autem dicit etiam hoc ipsum fieri apud Græcos, qui poëtici Iouis describentes scutum quod vocant Ægidem, sub eo aliquid mysticum & symbolicum significant. Dicitur est autem Iouis scutum Ægis ἄνω δὲ ἀγρῆ, id est à capra quæ ipsum aluit, eius autem mortuæ pelle scutum suum operuit, seque ob capræ memoriam Ægiocum appellauit. Quænam sit autè huius Ægidis mythologia, vide apud Eustathium in 2. Iliadis. * Ius autem qui quod est salutare rectè possunt perspicere. Legis quidem honestate & gravitate, & quæ ex ea oritur cautione & religione, nihil est amabilius, sicut etiam iugo Domini nihil est suauius & leuius, sed sæpe contingit, vt quæ sunt hominum vitia ea & legi tribuantur & iugo Domini, ab iis qui nec legem volūt obseruare, nec ferre iugum Domini. Hinc est quod legis arguunt scruitiam, & summum ius summam dicunt iniuriam, & eam reprehendunt quod non ostendat eam quam par sit consonantiam, cum tamen in ea sit nihil nimis intensum, nec nimis remissum. Ita enim loquitur Clemens per allegoriam. * Pulchrè de Indis dicebat Zeno. Lex plurimis videtur dura & aspera, quod qui ei parent ea faciunt quæ ceteri existimant ne fieri quidem posse. Legis enim merus reddit paupertatem, exilium, tormenta, & quæcunque sunt perpeffu difficilia, leuia & facilia, aded vt ne mortem quidem pertimefcat. Tales fuerunt in veteri lege Machabæi, qui nullis tormentis, atque aded ne proposita quidem morte à Tyranno deterreri poterunt, quominus seruarent quæ Deus eis lege præceperat. Tales etiam fuerunt innumerabiles Christi Martyres, qui & pro Christo sanguinem fuderunt, & nulla non vel sæuissima lubenter subierunt supplicia. Ii & voluptatibus & omnibus animi motibus sunt superiores, & ipsi mundo maiores, vt qui omnia mundana repudient. Eos Deus in medio Angelorum & sanctorum suorum Dei filios pronunciat.*

** O P O R T E T ergo nos exercere ad ea cauenda quæ sunt obnoxia vitiis, fugiendo, vt XI. ij qui verè sunt philosophi, eos cibos qui incitant ad libidinem, & eam quæ est in cubili dissolutam remissionem & delectationem: & agendo, vt ea quidem quæ in voluptate explenda fruendis que delitiis accidunt sint aliis magnum præmium, nobis autem non itidem. Est enim donum Dei maximum temperantia. Ipse enim dixit, Non te dimitto nec te derelinquo, vt qui te dignum iudicauerim propter veram ac germanam electionem. Sic ergo nos piè ac cautè accedere conantes, excipiet benignum ac suauem iugum Domini, à fide in fidem, vno auriga, per profectum, vnumquemque nostrum agente ad salutem, vt accedat is quem par est, fructus beatitudinis. Est autem exercitatio, ex sententia Coi Hippocratis, non solum corporis, sed etiam animæ sanitas, impigra laborum susceptio, & non nimia nutrimenti exsaturatio. Epicurus autem, in non esuriendo, nec sitiendo, nec frigendo, ponens beatitudinem, vocem illam Deo parem exclamauit, impiè dicens, se pro his vel cum Ioue*

Oo iij

Laert. in vita Antisthenis.
Laert. in vita Cratetis.

ἄνω δὲ ἀγρῆ
ἀγρῆ δὲ ἀγρῆ

Rom. 8.

patre esse pugnaturum, tanquam porcorum stercorebus vescentium, & non ratione praeditorum & Philosophorum, beatam decernens victoriam. Ex iis enim qui voluptati parent, constat esse Cyrenaicos & Epicurum. Eos enim aperte dicere, finem esse iucunde viuere. Perfectum autem bonum, solum esse voluptatem. Epicurus autem doloris quoque amotionem dicit esse voluptatem: eligendum autem & expetendum esse dicit, id quod primum à seipso trahit ad seipsum, quod videlicet est omnino in motu. Dinomachus autem & Callipho dixerunt esse finem, quicquid in se est facere gratia consequenda & fruenda 19 voluptatis. Et Hieronymus Peripateticus, finem quidem esse viuere sine molestia ac perturbatione: extremum autem, seu ad extremum spectans bonum, esse felicitatem. Et Diodorus, qui similiter fuit ex eadem heresi, finem esse pronunciat, citra ullam molestiam & honestè viuere. Atque Epicurus quidem & Cyrenaici, id quod est primum naturae proprium & conueniens, dicunt esse voluptatem. Voluptatis enim causa accedens, inquit, virtus, peperit voluptatem. Ex Calliphonis autem sententia, voluptatis quidem causa accessit virtus, procedente autem tempore cum suam vidisset pulchritudinem, effecit ut principio, hoc est, voluptati, esset honore aequalis. Aristotelei autem finem esse tradunt, ex virtute viuere. Sed nec felicitatem nec finem adesse cuiuslibet qui habeat virtutem. Sapientem enim qui vexatur, & in varios casus praeter voluntatem incidit, & ideo vult lubenter à vita effugere, nec esse beatum nec felicem. Virtuti autem tempore quoque aliquo opus est: non enim accedit uno die, quae in perfecto consistit: quandoquidem non est unquam, ut aiunt, puer beatus, perfectum autem tempus fuerit vita hominis: compleri itaque beatitudinem ex triplici genere bonorum. Neque ergo pauper, nec inglorius, sed nec valetudinarius, nec si quis fuerit seruus, est beatus ex eorum sententia. Rursus autem Zeno quidem Stoicus finem esse putat ex virtute viuere. Cleanthes autem naturae conuenienter viuere, in bene ratiocinando: quod in iis quae sunt secundum naturam eligendis situm esse statuit. Et Antipater eius familiaris, in iis quidem quae sunt secundum naturam assidue & absque ulla prolapsione deligendis, iis autem quae sunt praeter naturam reiiciendis, positum esse existimat. Et rursus Archedemus sic finem esse exponebat, in iis quae sunt secundum naturam maxima & praecipua deligendis, non posse transilire. Praeter hos autem Panætius, viuere 40 conuenienter appetitionibus quae datae sunt nobis à natura. Postremò autem Posidonius, viuere contemplando uniuersorum veritatem & ordinem, & se, quoad eius fieri potest, ita instituere, ut nulla in re ducatur à parte animae quae caret ratione. Quidam autem ex recentioribus Stoicis, finem esse tradiderunt, viuere consequenter constitutioni hominis. Quid tibi Aristonem recenseam? is finem dicebat esse ἀσχετοῦ, id est, indifferentiam: indifferens autem planè relinquit indifferens: aut ea quae ab Herillo dicuntur in medium adducam? Ex scientia viuere ponit Herillus finem. Ex Academia autem recentiores 50 volunt nonnulli finem tradere, firmam ac stabilem à visis abstinentiam. Quinetiam Lycus Peripateticus veram animae letitiam dicebat esse finem, quemadmodum Leucimus eam quae ex honestis proficiscitur. Critolaus autem qui ipse quoque fuit Peripateticus, dicebat esse perfectionem vitae rectae fluentis secundum naturam, quae completur ex tribus generibus, à maioribus per manus traditam significans perfectionem. Neque verò nobis his contentis quiescendum est, sed quàm maximè contendendum, ea quoque quae à Physicis de re 60 proposita decernuntur adducere. Anaxagoram enim Clazomenium aiunt dixisse contemplationem esse vitae finem, & quae ex ea procedit libertatem. Heraclitum autem Ephesium Ἡρακλείου. Pythagoram autem refert Heraclides Ponticus, scientiam perfectionis animae virtutum tradidisse esse beatitudinem. Quinetiam Abderitani docent esse finem. Democritus quidem in libro de Fine, animi tranquillitatem, quam etiam appellauit ἡσυχία, & saepe

& saepe exclamat, Delectatio & eius priuatio sunt eorum terminus qui ad ipsum florem perueniunt. Hecateus autem sufficientiam. Quinetiam Apollodorus Cyzicenus animi delectationem, quemadmodum Nausiphanes admirationem vel obstupescationem. Eam enim dicit à Democrito vocari ἀταμίω. Praeter hos autem Diotimus absolutam omnium bonorum perfectionem, quam dicit appellari ἡσυχίαν, finem pronunciauit. Rursus Antisthenes quidem fastus vacuitatem. Qui autem vocantur Annicerei ex successio- 10 ne Cyrenaica, nullum totius vitae finem terminatum statuerunt: uniuscuiusque autem actionis proprium esse finem, nempe eam quae ex actione efficitur voluptatem. Hi Cyrenaici, Epicuri voluptatis terminum, hoc est, doloris ablationem, infirmant & abrogant, eam constitutionem mortui appellantes: non solum enim nos gaudio affici propter voluptates, sed etiam propter consuetudines & honores. Epicurus autem existimat omnem effici letitiam ex carne primò affecta. Metrodorus autem in opere quod inscribitur, Maiorem esse causam ad felicitatem eam quae est ex nobis, quam eam quae ex rebus oritur, Anima, inquit, bonum quid est aliud, quam firma, stabilis ac bona carnis constitutio, & spes fide digna quòd ea sic futura sit? At verò Plato Philosophus finem dicit esse duplicem. Vnum quidem, id quod est participabile & primum in ipsis formis, quod quidem nominat bonum. Alterum autem id quod est illius particeps, & quae ab eo proficiscitur accipit similitudinem, quod quidem est in hominibus qui virtutem & veram philosophiam sibi vendicant. Quare Cleanthes quoque in secundo de voluptate, dicit Socratem ubique docere, eundem esse virum iustum & beatum: & eum execrari qui primus diuisit iustum 30 ab utili, ut qui rem fecerit impiam. Reuera enim sunt impij, qui utile à iusto quod est ex lege separant. Ipse autem Plato dicit beatitudinem, quae est εὐδαιμονία, esse, bene habere Daemonem. Dicit autem Daemonem, principalem animae nostrae partem. Beatitudinem autem, esse perfectissimum bonum & plenissimum. Aliquando autem vocat vitam sibi consentientem & conuenientem, & nonnunquam id quod est ex virtute perfectissimum. Id autem ponit in scientia boni, & in ea quae est cum Deo similitudine: similitudinem pronuncians esse iustum & sanctum cum prudentia. An non sic quidam ex nostris, ad 40 imaginem statim quidem in ortu accepisse hominem, ad similitudinem autem per perfectionem postea esse accepturum, intelligunt? Iam verò docens Plato hanc similitudinem viro bono esse futuram cum humilitate, illud utique interpretatur. Omnis qui seipsum humiliat, exaltabitur. Dicit itaque in Legibus: Deus quidem certè, ut vetus est oratio, tenens principium & finem & medium uniuersorum, rectà pergit secundum naturam circumiens. Eum autem semper consequitur iustitia, vltrix eorum qui à lege diuina deficiunt. Vides quo modo ipse quoque legi diuinae inducit religionem. Subiungit itaque: Cui qui beatus quidem est futurus, adherens, sequitur humilis & moderatus. Deinde cum his ea quae sunt consequentia coniunxisset, & timore adhibito admonuisset, subiungit: Quenam est ergo actio Deo amica & consentiens? Vna, & quae unum quidem verbum habet vetus, nempe quod simili quidem quod est moderatum, simile fuerit amicum: quae sunt autem immoderata, neque sibi inuicem, neque moderatis. Hac itaque ratione noster temperans, est Deo amicus, est enim similis: qui non est autem temperans, dissimilis & diuersus. Hoc 60 autem vetus decretum esse dicens, eam quae à lege ad ipsum peruenit, doctrinam tacitè significauit. Et in Theateto, cum mala circa mortalem naturam & hunc locum necessario circumcurfare dedisset, subiungit: Quare oportet tentare hinc illuc fugere quam celerrimè. Fuga autem est, Deo quoad eius fieri potest assimilatio: assimilatio autem, iustum & sanctum fieri cum prudentia. Et Speusippus Platonis ex sorore filius, dicit beatitudinem esse perfectum habitum in iis quae sunt secundum naturam: aut habitum bonorum, quam con-

δύεσσι quid.
πρόμακτο-
των κατά-
πλήν.
ἀτυφίαν.

Luc. 14.
& 18.

stitutionem omnes quidem homines appetere: coniectare autem bonos molestia & conturbationis vacuitatem, fuerint autem virtutes effectrices felicitatis. Xenocrates vero Chalcedonensis definit beatitudinem, propria virtutis possessionem, & eius quae ei inseruit facultatis: deinde ut in quo quidem sit, videtur dicere animam: ut autem à quibus, virtutes: ut autem ex quibus tanquam partibus, bonas actiones & honestos habitus, & affectiones & motus, & habitudines: utpote quòd nò sine his sint ea quae sunt corporis & externa. Xenocratis autem familiaris Polemon, videtur velle beatitudinem esse sufficientiam omnium bonorum, vel plurimorum & maximorum. Decernit itaque sine virtute quidem non futuram unquam beatitudinem, absque bonis autem corporis & externis, virtutem esse sufficientem ad beatitudinem. Et haec quidem sic habeant. Quae autem dicuntur aduersus ea quae dicta sunt, dicentur suo tempore. Nobis est propositum peruenire ad finem minimè finiendum, mandata, hoc est Deum, sequentibus, & ex eis, sine reprehensione & scienter, per diuinam voluntatis cognitionem viuentibus. Rectè autem rationi seu verbo, quoad eius fieri potest, assimilatio, est finis, & in perfectam adoptionem per filium est restitutio, Patrem semper glorificans per magnum Pontificem, qui nos fratres & cohæredes dignatus est appellare. Et Apostolus quidem breuiter finem describens in epistola ad Romanos, dicit: Nunc autem liberati à peccatis, Deo autem seruietes, habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem autem, vitam aeternam. Cum autem spem nouisset duplicem, unam quidem quae expectatur, alteram verò quae est accepta, iam finem docet fidei restitutionem. Patientia enim, inquit, probationem: probatio verò spem: spes autem non confundit: quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Propter quam charitatem est etiam in spem restitutio, quam requiem dicit alibi nobis esse repositam. Similia etiam inuenietis apud Ezechielem, quae sic habent: Anima peccatis ipsa morietur. &: Vir qui fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, supra montes non comederit, & suos oculos non sustulerit ad idola domus Israël, & uxorem proximi sui non polluerit, & ad uxorem in tempore immunditiei suae non accesserit (non vult enim semen hominis probro ac vituperio affici) & virum, inquit, non malè affecerit, pignus debitoris reddiderit, raptum non rapuerit: panem suum dederit esurienti, & plura habendi cupiditatem non sumpserit, ab iniquitate auerterit manum suam, verum fecerit iudicium inter virum & proximum, in iustificationibus meis ambulauerit, & iustificationes meas custodierit, & ad faciendam veritatem fuerit iustus, vita viuet, dicit Adonai Dominus. Et Esaias, eum quidem qui credidit, ad vitam honestatem: eum autem qui est cognoscendi potestate praeditus, ad scientiam adhortans, ostendens non esse eandem hominis & Dei virtutem, sic inquit: Et in inueniendo ipsum inuocate. Quando autem vobis appropinquauerit, relinquat impius vias suas, & conuertatur ad Dominum, & misericordiam consequetur, usque ad, Cogitata vestra à cogitatione mea. Nos ergo ex praclari Apostoli sententia, ex fide spem iustitiae expectamus. In Christo enim neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium, sed fides quae per dilectionem operatur. Cupimus autem unumquemque vestrum eandem ostendere sollicitudinem ad expletionem spei, usque ad illud, secundum ordinem Melchisedec factus Pontifex in aeternum. Paulo quoque similia dicit Sapientia, quae est omni virtute plena. Qui me audiet, habitabit in spe confidens. Spei enim restitutio, spes dicta est aequiuocè: propterea huic dictioni, Habitabit, pulcherrimè adiecit, Confidens: ostendens eum qui est huiusmodi, requieuisse, recepta ea spe quam sperabat. Quare etiam subiungit: Et quiescet securè ab omni malo. Apertè autem dicit Apostolus in priori ad Corinthios: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: ut illud efficiatur, Si vos mei, ego autem Christi, vos ergo estis Christi imitatores, Christus verò Dei. Deo ergo assi-

Rom. 6.

Rom. 5.

Ezech. 18.

πληροσμων.

Esa. 55.

Galat. 6.

Hebr. 6.

Cap. 11.

ergo assimilari, ut quoad eius fieri potest, fiat quis iustus & sanctus cum prudètia, statuit esse scopum fidei: finem autem eam quae fit propter fidem promissi restitutionem. Ex his ergo fontes eorum qui de fine decreuerunt, quos prius diximus, scaturiunt. Sed de his quidem satis est.

Finis Christiano homini quis.

COMMENTARIVS.

10 *OPORTET ergo nos exercere. Sunt quidem leuia & facilia quae lex praecipit, et si aspera videantur & difficilia, si modo ad vitanda vitia, & fugiendas voluptates nos exerceamus. Cauendi sunt ergo cibi qui incitant ad libidinem, cauenda est etiam nimia in cubili quietas, remissio, & delectatio. Magnum praemium se consequi existimant, qui fruuntur voluptatibus: viri autem boni & pii se exercent ut ab illis abstineant, & ita fiant temperantes: est autem temperantia maximum Dei donum. Duplex autem est exercitatio, nempe corporis & animi. Et corporis quidem exercitatio confert ad sanitatem corporis, animi verò exercitatio ad animae sanitatem, id est ad pietatem & virtutem. Se autem exercent qui & labores suscipiunt, & cibis non se exsaturantes viuunt frugaliter. Ita se exercentibus imponetur ac luauè Christi iugum, & cibis nempe Christus, à fide in fidem proficiscentes, à veteri, inquam, lege quae venturum credebatur Christum, ad Christi legem quae credit iam venisse, deducit ad salutem, ut inde percipiatur fructus beatitudinis. Qui se ita exercent, vocantur ἀσκηται, id est exercitatores, cuiusmodi erant veteres Monachi qui se exercebant in 20 iciniis & vigiliis, & in vita duriter & aspere agenda. Non ita autem Epicurus qui summam ducebat beatitudinem non esurire, nec sitire, nec frigere, sed latum viuere & voluptate frui. In qua sententia erat etiam Aristippus Cyrenaicus, & eius asseclae qui dicti sunt ab eius patria Cyrenaiici. Hac accepta occasione recenset Philosophorum de fine, id est de summo bono & felicitate opiniones, quas omnes velle explicare, & quae contra eas dicuntur adducere, esset immensi operis, maxime cum ipse dicat se dicturum esse suo tempore. Tantum dicemus Diuum Augustinum ita statuere. Finem dictum esse, quia propter hunc cetera volumus, ipsum autem non nisi per ipsum. Hoc ergo, inquit, beneficium bonum, alij à corpore, alij ab animo, alij ab viroque in homine esse dixerunt. Quam multae autem fuerint de summo bono sententiae apud eundem, videre licet ex Vatrone, longe certe plures quam quas hic recenset Clemens. Quidquid autem de summo bono sentiant Philosophi, sentiunt Christiani aeternam vitam esse summum bonum, aeternam verò mortem summum malum, propter illam proinde adipiscendam, istamque vitandam rectè nobis esse viuendum. Hoc ipsum dicit Clemens in iis quae statim sequuntur. Nobis est propositum peruenire ad finem. Finis non finiendus ad quem peruenire proponunt Christiani, est vita aeterna. Peruenire autem proponit, & per fidem in Christum & seruando mandata. Ea ratione & Verbo assimilamur, & à Deo in filios adoptati, Christianique facti fratres & cohæredes, patremque laudantes & glorificantes per nostrum Pontificem secundum ordinem Melchisedech, finem adipiscimur, nempe regnum Dei & vitam aeternam. Ex quo elicitur, ad hoc ut summum bonum consequamur, nempe regnum Dei, & vitam aeternam, non satis esse fidem habere, nisi à peccatis liberati Deo seruiamus, pieque & rectè viuamus, quo fit ut sanctificemur, qui est vberimus fidei fructus, cuius finis est vita aeterna. Cum autem spem nouisset duplicem. Non sufficit autem fides ad consequendam beatitudinem, sed spe quoque opus est, qua finem concupiscimus & apprehendimus. Est autem spes duplex, nempe & qua speramus quae sunt promissa, quam iam accepimus. & spes quae expectatur, quae est, ipsa quae sunt promissa Deum diligentibus. Neutram autem habemus, nisi sit Dei charitas diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis, per quam Deum diligimus & proximum. Propter autem eam charitatem, nempe propterea quod & Deum diligimus & proximum, restituiuntur ad spem, id est ad ea quae speramus, & quae nobis sunt promissa, haec est spes quam Apostolus vocat etiam eam requiem repositam. Propter spem, inquit, quae vobis reposita est in caelis. Ex his autem omnibus est perspicuum, ad finem, id est ad vitam aeternam consequendam, & fide, & spe, & charitate opus esse. Similia etiam inuenietis apud Ezechielem. Quae citat ex Ezechiele, Esaias, Apostolo, & Sapientia, eo tendunt, ut ostendat Christiani scopum esse bene & ex virtute viuere, Christum imitando, quod fit per fidem 30 operanti per charitatem, finem autem, per spem promissi consecutionem, consequimur autem propter fidem.

Aug. lib. 8. de ciuit. ca. 8.

August. lib. 19 de ciuit. cap. 1.

August. lib. 19. cap. 4. de ciuit.

Titum 2. Hebr. 4. Coloss. 1.

XII. De Matrimonio.

40 *QVONIAM autem voluptas & cupiditas videtur cadere in matrimonium, de hoc quoque tractandum est. Est ergo matrimonium, prima legitima viri & mulieris coniunctio, ad liberorum procreationem. Menander itaque Comicus: Ad seminandos liberos tibi, inquit, meam trado filiam. Querimus autem an uxor sit ducenda, quod quidem est ex iis quae dicta sunt aliquo modo referri ad aliquid. Est enim alicui ducenda, quod quidem est ac si dicas, aliquo modo se habenti, & aliqua ducenda uxor, & quae aliquo modo se habeat. Neque enim est uxor ducenda cuilibet, neque semper; sed tempus quoque est, in quo conuenit: & persona cui conuenit, & atas ad certum usque terminum. Neque ergo est cuilibet uxor ducenda, neque semper: sed neque omnino & impudenter & temerè, sed ei qui aliquo modo se habet, & qualis, & quando oportet, & liberorum gratia, & ea quae est in omnibus similis, & non vi aut necessitate virum amantem diligit. Vnde dicit Abra-

Genes. 10.

ΜΑΤΡΑΛΕΙΠΤΕ-
ΔΕΛΟΥΕΙΝΩ.ΕΡΦΥΙΟΥ.
Matth. 7.

ΕΜΠΙΣΤΑΛΕΙ.

ΕΥΜΠΡΟΕΙΩ.

ΕΛΛΗΘΕΣ.

ΕΛΩΣΤΡΑ.

ham, de uxore, ut quæ soror esset, considerans: Mihi soror est ex patre, sed non ex matre, fuit autem mihi quoque in uxorem: docens eas quæ ex eadem matre natæ sunt, non esse ducendas uxores. ^c Paucis autem hanc persequemur historiam. Plato ergo matrimonium collocat in bonis externis, adstruens nostri generis immortalitatem, & quandam filiorum perpetuitatem, quæ filiis veluti lampas traditur. Democritus autem repudiat matrimonium, & procreationem liberorum, propter multas quæ ex ipsis oriuntur molestias, & quòd abstrahant ab iis quæ sunt magis necessaria. Ei autem Epicurus quoque assentitur, & quicumque in voluptate molestiæ quæ & doloris vacuitate bonum collocant. Præterea ex Stoicorum quoque sententiâ est indifferens, & matrimonium & liberorum susceptio, ex Peripateticorum verò, bonum. Ut semel autem dicam, dogmata lingua tenuis deducetes, voluptatibus seruiunt, alij quidem pellicibus, alij verò meretricibus, plurimi autem utentes adolescentulis. Sapiens autem ille quaternio, in horto cum meretrice factis voluptatem gloria afficiebat. Non ergo eam quæ est de boue iungendo effugerint execrationem, qui cum sibi aliqua non conferre iudicent, alios ea hortentur facere, vel contrâ. Hoc breuiter scriptura significauit, dicens: Quod odio habes, alij ne feceris. Cæterum qui matrimonium approbant, nos, inquit, fecit natura aptos ad matrimonium, ut liquet ex compositione corporum masculorum & feminarum: & frequenter illud acclamant, Crescite & multiplicamini. Si autem hæc ita se habent, ipsis tamen turpe videtur, quòd homo quem Deus est architectatus, sit animantibus brutis intemperantior, quæ cum multis & impudenter non congregiuntur, sed cum uno, & quod est eiusdem generis: cuiusmodi sunt columbæ & palumbes, & genus turturum, & quæ sunt his similia. Præterea, inquit, qui caret liberis, est ea perfectione defectus quæ est secundum naturam, ut qui suum successorem in locum suum non substituerit. Perfectus enim est qui ex seipso fecit similem: vel potius quando illum idem fecisse viderit, hoc est, quando in eandem peruenit naturam filius, cuius est qui eum genuit. Est ergo omnino uxor ducenda, & patriæ causa & liberorum successio, & mundi, quantum est in nobis, perfectionis. Nam alicuius etiam matrimonij miserentur poëtæ, quod est semiperfectum & caret liberis: beatum autem id ducunt quod floret & germinat undique. Morbi autem corporis maximè indicant necessarium esse matrimonium. Vxor enim cura, & assidua eius perseverantia, videtur, aliorum necessariorum & amicorum tantum superare tolerantiam, quanto ex mutua doloris consensione & misericordia antecellit, & vult omnium maximè lubenter assidere. Et reuera ex scripturæ sententiâ est necessaria adiutrix. Menander itaque Comicus cum matrimonium esset insectatus, alia etiam utilia opponens, respondit ei qui dixerat:

Affectus in rem sum ego

Non bene, sinistrè eam nam tu quidem capis. Deinde subiungit: ⁵⁰

Grauia fuerunt & molesta quæ tibi

Vides in ipso, sed bona non aspicias.

& quæ deinceps sequuntur. Fert autem opem quoque matrimonium iis qui ætate procefferunt, ut quòd exhibeat uxorem curam gerentem, & alat qui ex ea suscepti sunt liberos, ut in senectute parentes suos nutriant.

Viro autem qui sit in terra fuerint gloriæ filij

Ut subera atque imo ex profundo agunt rete,

Et fagenas lino seruantia. ⁶⁰

ex Tragici Sophoclis sententiâ: Non permittunt autem Legislatores maximos magistratus gerere iis qui uxorem non duxerint. Iam verò Laconum Legislator, non solum pœnam imposuit ei qui uxorem non duxisset, sed etiam ei qui unam tantum, & ei qui duxisset ferius, &

rius, & ei qui solus viueret. ^d Præclarus autem Plato iubet uxoris quoque alimentum publico pendere arario, eum qui uxorem non duxisset, & sumptus quos oportet dare magistratibus. Si enim ductis vxorib. liberos non susceperint, quod in eis quidem situm est, hominum raritatem inuehent, & ciuitates dissoluent, & qui ex eis constat ornatum: est autem eiusmodi eorum impietas, qui diuinam dissolunt generationem. Iam verò est ignaui & imbecilli animi, fugere conuictum & vitæ consuetudinem cum uxore & liberis. Cuius enim est amissio malum, eius omnino possessio bonum est: ita autè se habet etiam in reliquis. Atqui liberorum amissio, inquit, est ex supremis malis: filiorum ergo possessio, bonum est: quod si ita est, etiam matrimonium.

Absque genitore (inquit) nunquam fuerit filius,

Nec absque matre filij conceptio.

Patrem, vir ut matrem, efficit coniugium.

^e Maximum itaque votum statuit Homerus, virum & familiâ, sed non absolute, verum cum bona consensione & cõcordia. Nam aliorum quidem matrimonium in voluptate cõsentit & delectatione: eorum autem qui philosophantur matrimonium, deducit ad eum qui est in Verbo consensum, quod non formam, sed mores permittit ornare mulieribus, & præcipit maritis ne utantur vxoribus tanquam iis quæ amantur mulieribus, unum scopum sibi proponendo ut corpori probrum afferant, sed ad totius vitæ auxilium, & optimam temperantiam, matrimonium usurpent. Frumenti enim & ordeï, ut arbitror, seminibus, quæ conuenientibus deiciuntur temporibus, præstantior est ac preciosior homo qui seminatur, cui omnia à natura producantur. Atque illa quidem semina agricolæ sobrij deiciunt. Si quod ergo sit sordidum & spurcum studium, id est à matrimonio expurgandum, ne nobis probro dari possit, quòd brutorum animantium congressus magis naturæ conueniat, quàm humana coniunctio in ipso calore veneris. Nonnulla certè eorum quo tẽpore iubetur statim recedunt, relinquunt administrationi opificiũ. ^f A tragicis autè scriptum est, Polyxenam, et si interficeretur, moriendo tamen magnam adhibuisse diligentiam ut honestè caderet:

Illa tegens mares quæ haud licuit cernere.

⁴⁰ Fuit autem illi quoque calamitas matrimonium. ^g Succumbere itaque & cedere vitis & animi perturbationibus, est extrema seruitus: sicut certè ea vincere, sola est libertas. ^h Diuina itaque scriptura, eos qui præcepta transierunt, dicit esse venundatos alienigenis, hoc est, peccatis quæ naturæ non conueniunt, donec conuersi agant penitentiam. ⁱ Conseruandum est ergo matrimonium, tanquam sacra aliqua statua, mundum ab iis quæ polluant, utpote qui à somno quidem expergiscamur cum Domino, camus autem dormitum cum gratiarum actione, & oremus.

⁵⁰ Cùmque cubile tenet, lux & cùm fullerit alma,

tota nostra vita Dominum testantes: pietatem quidem ac religionem anima possidentes, temperantiam autem etiam usque ad corpus deducentes. Deo enim reuera gratum est, à lingua ad opera traducere moderationem. Ad impudentiam autem via est turpis sermo: & utriusque finis est turpium rerum operatio. Quòd autem consulat scriptura uxorem ducere, & nec à coniugio unquam permittat discedere, legem aperte constituit:

⁶⁰ Non dimittes uxorem, præterquam propter fornicationem. Adulterium autem existimat coniungi matrimonio, viuo altero ex separatis. A suspitione autem & criminatione alienam ostendit uxorem, eo quòd non ornatur ac cometur plus quam sit decorum, assiduè attendendo precibus & orationibus: sæpe autem è domo egredi caueat: à sui vero aspectu, quoad eius fieri potest, excludat eos qui ad eam non attinent, ducendo domus custodiam intempestiuus nugis conducibiliorem. Qui autem dimissam accipit

Pp

Marc. 10.

Luc. 6.

*uxorem, mæchatur, inquit: si quis enim dimiserit uxorem, mæchatur ipsam, hoc est, cogit eam mæchari. Non solum autem qui dimittit, est eius causa, sed etiã qui eam suscepit, præbens mulieri peccandi occasionem: si enim non suscipiat, reuertetur ad virum. Quid verò lex? Ad reprimendam ad vitia propensionem, iubet de medio tolli eam quæ adulterata, & adulterij fuerit conuicta: sin autem fuerit filia Sacerdotis, iubet eam igni tradi. Obruitur autem adulter lapidibus, sed non in eodẽ loco, ne mors quidem sit eis cõmunis. Neque verò lex cum Euãgelio pugnat, sed ei consentit: quidni enim? cùm sit vtriusque vnus suppedita-
tor Dominus. Quæ est enim fornicata, viuit quidem peccato, sed mortua est mandatis: quæ est autem ducta pœnitentia, vt quæ sit regenerata per vitæ conuersionem, habet vitæ regenerationem. mortua quidem vetere fornicatrice, in vitam autem rursus ingressa ea quæ genita est per pœnitentiam. Iis quæ dicta sunt fert spiritus testimonium dicens per Ezechielem: Nolo mortem peccatoris: sed vt conuertatur. Iam verò obruuntur lapidibus, vt qui propter duritiem cordis sint legi mortui, cui non paruerunt. Sacerdotis autem filia augetur supplicium, quia cui plus datum est, plus ab eo exigetur. Terminetur hic quoque secunda
quæ ἐρωματεὺς dicitur Oratio, propter prolixitatem capitum & multitudinem.*

Ezech. 18.

COMMENTARIVS.

Quoniam autem voluptas & cupiditas videtur. Quoniam inter ceteras Philosophorum sectas quæ tractat de summo bono, est ea etiã quæ id collocat in voluptate: voluptas autẽ, & cupiditas seu libido cadit in matrimonium, primam legitimam viri & mulieris coniunctionem ad liberorum procreationem: Non omnis ergo viri & mulieris coniunctio est matrimonium. Oportet enim matrimonij coniunctionem esse legitimam, quæ scilicet fiat pactis & conuentis adhibitis quas leges statuunt, & apud Christianos, non sine nuptiali benedictione. Matrimonij autem scopus non debet esse voluptas, sed liberorum procreatio, cui accedit voluptas: nec in collocanda in matrimonium filia debet parentum alius esse scopus. Pulchrè certe Demosthenes apud Stobæum. Nam amicas quidem habemus causa voluptatis, ancillas autem ad corpus quotidie curandum, vxores autem ad procreandos liberos, & ad fidelem eorum quæ sunt intus custodiam. Pulchrè quoque Catullus in nuptiis Iuliae & Manlij alloquens Hymenæum:

*Nil potest sine te Venus
Fama quod bona comprobet
Commodi capere, at potest te volente.
Nulla qui sine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe dicier, at potest te volente, &c.*

Et paulo post:

*Querimus autem an vxor sit ducenda. Ducere vxorem non est ex iis quæ dicuntur absolute, sed ex iis quæ referuntur ad aliquid. Sunt enim obseruanda circumstantiæ & persona, & temporis, & ætatis, & causæ. Nec cuiuslibet etiam feminae conuenit coniungi matrimonio: sed ei quoque sicut viro sunt suæ obseruandæ circumstantiæ, & neque à viro inuita sunt ducendæ, quæ vi aut necessitate eum diligant. Porro autem antiquissimum matrimonij impedimentum fuit cognatio. Nam etiam ante legem Moysi datam non licuit ducere vxorem ex eadem matre natam sororem. Nam Sara quidem quæ nupsit Abraham, erat ex eodem patre, sed non ex eadem matre nata. Paucis autem hæc persequemur historiam. Recenset diuersas Philosophorum de matrimonio sententias. Sunt enim qui matrimonium laudant, sunt qui reiciunt & vituperant. Primum autem id laudantem adducit Platonem, quod id nobis tribuat immortalitatem, & filiorum perpetuitatem, quæ traditur veluti per lampadem. Est autem Græcum prouerbium; Cursu lampadem tradere, quod eleganter exponens Erasmus citat hunc locum Platonis. Erant autem apud veteres tria certamina, in quibus solebant gestare faces, nempe in Promethæis, Vulcaniis & in Panathenæis, de quibus Erasmus in eodem prouerbio. Idem quoque Plato dicit alibi; Genus hominum est quidpiam omni tempore conueniens, quod perpetuo ipsum consequitur & cõsequetur, vt quod sit hoc modo immortale, quod relictis filiis filiorum, cum generatione sit semper vnum & idem, sit particeps immortalitatis. Laudat ergo Plato matrimonium, reicit autem Democritus & Epicurus & omnes voluptatis assertores, propterea quod in eo sint multæ molestiæ. Indifferens autem, id est nec bonum nec malum matrimonium statuunt Stoici, Peripatetici vero, id est Aristotelei, bonum. Sed in hoc eos vituperat Clemens, quod verbis solum laudant matrimonium, reipsa autem feruiant voluptatibus, vtentes meretricibus & pathicis adolescentibus. Pythagoras quoque laudabat matrimonium, sed nihilo secius reipsa glorificabat voluptatem, ei in horto indulgens cum meretrice. Existimo autem Clementem id dicere de Pythagora, cuius iusurandum erat quaternio. Ita enim ipse scribit; ἢ σὸφίῃ ἢ ἐκείνῃ περὶ ἀκρίτου ἐν τῷ κήπῳ, eius iusurandum accipiens pro ipso. Eum autem & illos qui sunt huiusmodi insectatur, quod alia laudantes, & alios ad ea adhortantes, ipsi aliis vtantur, vt quæ sibi conferre iudicent. Eos certe non minus dicit abominandos quam qui arant in boue & asino. Præclarus autem Plato. Hæc sunt verba Platonis latine à nobis versa. Vxorem autem ducat postquam fuerit xxx. annos natus, vsque ad annos xxxv. Sin minus multetur & pecunia & ignominia, pecuniis quidem tot
& tot;*

Erasm. chil. cent. 1. Plat. 6. de leg. Plat. 4. de leg.

& tot: infamia autem hac & illac. Et rursus; Si quis autem lubens non pareat, se autem in ciuitate alienum exhibeat, & infociabilem, & matrimonio non coniunctus xxxv. annos natus, multetur singulis annis, qui maximum quidem habet census, centum drachmis, qui secundum autem, septuaginta: qui tertium autem, sexaginta: qui verò quartum triginta. Sit autem hoc Iunoni sacrum. Qui autem annuatim non pendit, debeat decuplum. Exigat autẽ multã Deæ quæstor. Si autẽ non exegerit, ipse debeat, & de eo rationi reddenda sit quilibet obnoxius. Et sic pecunia quidem multetur, qui non vult vxorem ducere. Sit autem expers omnis honoris à iuuenibus, & nemo ex iuuenibus ei lubens obediat &c. Neque mirum est quod sic punientur, qui, quantum in eis situm est, efficiunt vt deficiat genus humanum. Maximum itaque votum. Vbi nam sit quod ex Homero citat nescio: nam nec in Iliade, nec in Odyssæa id puto inueniri. Sed vbiunque sit, existimo eum sentire, maxime esse optandum matrimonium, non quoduis quidem, sed in quo est mariti & vxoris mutua beneuolentia & cõsensus. Videtur autem Homerus Christianum significare matrimonium, in quo est in verbo consensus, nec in eo mariti vtuntur vxoribus tanquam meretricibus, nec in eo vxores formant, sed mores, & in eo vtrique mutuam sibi ferunt auxilium, & dum in procreatione liberorum mutuis vtuntur complexibus, à stupro & fornicatione se abstinent. Quod si à sobriis hominibus deiciuntur frumenti & hordei semina, multo magis sobrios esse oportet homines in deiciendo hominis semine, qui est præriosior & præstantior ceteris, & cui omnia producit natura. Quidquid autem est sordidum & spurcum, est à matrimonio repurgandum, alioqui, brutorum magis coitus videbitur naturæ conuenire quam hominum. Nam homines, quidem postquam generauerint à coitu non abstinent: nonnulla autem bruta postquam generant & conceperint, à coitu abstinent, permittentia vt fœtus in vtero coalescat, crescat, & formetur. Tragicis autem scriptum est. Polyxenæ historiam aut fabulam, vide apud Ouid. 13. Metamorph. Quod autem Euripides dicit Polyxenam curam gessisse, vt moriens honeste caderet, hoc pulchrè sic expressit Ouidius.

*Tum quoque cura fuit partes velare tegendas
Cum caderet, castique decus seruare pudoris.*

Quod autem Polyxenæ calamitas fuerit matrimonium, ex hoc est perspicuum, quod cum Achilles in Timbrei Apollinis templum conuenisset, ducturus vxorem Polixenam Priami filiam quam amabat, ipse à Paride qui id rescuerat, ex insidiis iaculis fuerit confixus. Polixenam autem cùm post captam Troiam in hostium venisset manus, sibi dari inferias petierunt manes Achillis. Eam autem macrandi munere functus est Pyrrhus Achilles filius, vt ibidem scribit Ouidius. Hæc autem eo tendunt, vt intelligamus nõ solum in matrimonio, sed etiam in ipsa morte seruandum esse decorem. Succumbere itaque & cedere. Cùm dixisset à matrimonio esse expellendum quidquid est turpe, sordidum & obscenum, arripuit occasionem loquendi de vitiiis. Dicit itaque eum maxime esse seruum qui vincitur à vitiiis & animi perturbationibus, liberum autem qui vincit. Nam à quo quis est superatus est eius seruus, vt dicit Petrus. Qui autem facit peccatum, est seruus peccati, teste Ioanne. Diuina itaque scriptura. Qui peccant, serui sunt peccati. Peccant autem qui præcepta transiliunt. Præcepta autem sunt veluti quædam linea quam non licet transilire. Quoniam autem qui peccant sunt serui peccati, venundantur autem serui, scriptura dicit eos qui peccant venundari alienigenis, hoc est peccatis. Alienigenæ autem merito dicuntur peccata, quoniam eis cum natura humana nulla est conuenientia, nisi quatenus est deprauata: alienigenis autem hoc est peccatis, tandiu seruiunt peccatores, donec cõuersi egerint pœnitentiam. Conseruandum est ergo matrimonium. Docet quomodo matrimonium tanquam sacra aliqua statua mundum conseruetur, nempe si & à somno experrecti Deum oremus, & ei gratias agentes cubile ineamus, mensque nostra sit pia ac religiosa, & non solum lingua, sed etiam vita & factis simus temperantes. Quid verò lex? Ad reprimendam ad vitia propensionem. Dixit quid de adulterio statuatur Euangelium, nunc verò quid lex antiqua, quæ adulterij quidem conuictam volebat occidi: quod si esset filia Sacerdotis, eam igne exuri. Adulteram quoque obrui lapidibus, sed non in eodem loco in quo adultera, tantum est enim delictum adulterorum, vt ne mors quidem debeat esse inter eos communis. Nihil enim debet inter eos esse commune, qui violauerunt indiuiduam matrimonij coniunctionem. Hæc autem pœna eis imponitur, vt reprimatur nimia ad hoc crimen propensio. Neque verò lex Euangelio pugnat. Videtur quidem Euangelium pugnare cum lege, quod mitius agat cum adultera quam non punit morte, sed marito permittit eam dimittere, sed minime pugnat cum vnus & idem spiritus, & legem suppeditauit & Euangelium. Nam etiam in Euangelio adultera suam habet mortem. Nam licet viuat peccato quod admittit, moritur tamen legi à qua recedit, & cui non pareat. Legis enim præcepto est mortuus qui non agit quod à Deo præcipitur. Quæ autem egit pœnitentiam, regenerata per conuersionem rursus peccato moritur, & viuit mandato cui pareat, & agit ex eius præscripto. In Euangelio quoque obruuntur lapidibus adulteri, non crassius quidem & terrenis, sed lapides quibus obruuntur, sunt cordis durities, qua legi sunt mortui vt qui ei non pareant, nec ex ea viuant, donec pœnitentia remolliti & regenerati reuixerint. Quod autem in veteri lege exureretur filia Sacerdotis, quæ fuerat fornicata, significat grauius esse puniendum eum cuius est maior auctoritas, si peccet. Ab eo enim cui plus est datum, plus exigitur.

Rp ij

CLEMENTIS ALEXAN- DRINI STROMATVM LIBER TERTIVS.

I. **A** **T** **O** **V** **E** **V** **A** **L** **E** **N** **T** **I** **N** **I** **Q** **U** **I** **D** **E** **M**, qui ab alto ex diuinis productionibus deduxere coniugationes, acceptum habent matrimonium. Basilidis autem sectatores, cum interrogassent, inquit, Apostoli, num sit melius uxorem non ducere, dicunt respondisse Dominum: Non omnes capiunt verbum hoc. Sunt enim Eunuchi alij quidem ab ortu, alij vero à necessitate. Hoc dictum autem sic interpretantur: Quidam ex quo nati sunt, naturaliter fœminam auersantur, qui quidem hac naturali utentes contemperatura, rectè faciunt si uxorem non ducunt. Hi, inquit, eunuchi sunt ex quo nati sunt. Qui autem sunt à necessitate, ij sunt theatri exercitatores, qui ut sibi bonam famam & gloriam attrahant, se continent. Qui autem excisi sunt impellente aliqua necessitate, eunuchi facti sunt per necessitatem. Qui itaque eunuchi fiunt per necessitatem, non fiunt eunuchi verbo conuenienter. Qui autem regni cœlestis gratia seipso castrarunt, propter ea, inquit, quæ ex matrimonio eueniunt, cogitationem hanc suscipiunt, in necessariis rebus comparandis veriti negocia. Et illud: Melius est nubere quam vri, aiunt dicere Apostolum: Ne animam tuam in ignem iniicias, noctu & interdum resistens, & timens ne à continentia excidas. Nam cum in resistendo occupata fuerit anima, à spe est diuisa. Apprehende ergo, inquit his verbis Isidorus in Moralibus, robustam mulierem, ne à Dei gratia excidas, & cum ignem in semine excreueris, cum bona ores conscientia. Quando autem, inquit, tua Eucharistia inciderit in petitionem, & de cetero petas non rectè & perfectè agere, sed non labi, duc uxorem. Sed est aliquis iuuenis, vel pauper, vel ad venerem procliuus, & non vult verbo seu rationi conuenienter uxorem ducere, à fratre ne separetur: dicat, ingressus in sancta, nihil possum pati. Sed si habeat suspicionem, dicat, Frater impone mihi manum, ut non peccem: & accipiet auxilium tam quod mente potest percipi, quam sensibile. Velit tantum quod bonum est petere, & assequetur. Nonnunquam autem ore quidem dicimus, nolumus peccare: cogitatio autem nostra defixa est in peccato. Qui est eiusmodi, propter metum quod vult non facit, ne ei imponatur supplicium. Humanitas autem habet quædam necessaria & sola naturalia. Quod vestimentis induatur, habet & necessarium & naturale: est autem res venerea naturalis, sed non necessaria. Has voces adduxi ad reprehendum Basilidianos qui non rectè viuunt, vel ut qui peccandi potestatem habeant propter perfectionem, vel omnino quidem natura salui futuri sunt, etsi peccent, propter innatam electionem, quoniam ne hæc quidem eis facere concedunt eorum dogmatis primi parentes. Ne ergo Christi nomen suscipientes, & iis qui sunt in gentibus intemperantissimi incontinentius uiuentes, nomini maledictum inurant. Qui enim sunt eiusmodi, pseudoapostoli, operarij dolosi, usque ad illud, Quorum finis erit secundum opera eorum. Est ergo continentia, corporis despicientia conuenienter pactis conuentis cum Deo initis: non solum enim in rebus veneris, sed etiam in aliis quæ anima perperam concupiscit, non contenta necessariis, versatur continentia. Est autem & in lingua, & in acquirendo, & in utendo, & in concupiscendo continentia. Non docet autem ea solummodo esse temperantes, siquidem præbet nobis temperantiam, ut quæ sit diuina potestas & gratia. Dicendum est ergo, quidnam nostris videatur, de eo quod est propositum. Nos quidem castitatem, & eos quibus hoc à Deo datum est, beatos dicimus: monogamiam autem, & quæ consistit in uno solum

Matth. 19.

1. Cor. 7.

πρὸς ἀποστόλους
μαρτίαν.κατὰ φύσιν
κατὰ λόγον.2. Cor. 11.
Votum Ca-
stitatis.Castitas.
Monoga-
mia.

uno solum matrimonio, honestatem admiramur, dicentes tamen oportere aliorum misereri, & alterum alterius onera portare, ne quis cum rectè stare videatur, ipse quoque cadat. De secundis autem nuptiis: Si vraris, inquit Apostolus, iungere matrimonio. Qui autem à Carpocrate descendunt & Epiphane, censent uxores oportere esse communes, à quibus in nomen maximum emanauit probum. Hic autem Epiphane, cuius etiam scripta feruntur, filius erat Carpocratis, & matris Alexandria nomine, ex patre quidem Alexandrinus, ex matre verò Cephaleneus. Vixit autè omnibus septemdecim annis, & Samæ, quæ est vrbs Cephaleniæ, ut Deus est honore affectus, quo in loco templum ex ingentibus lapidibus, altaria, delubra, museum, ædificatum est & consecratum, & cum est noua Luna, conuenientes Cephaleni, natalem in Deos relationem Epiphani sacrificant, libantque & conuiuantur, & hymnos canunt. A patre autem didicit & orbem disciplinarum, & Platonis philosophiam. Fuit autem author & princeps monadica cognitionis. A quo etiam profluxit hæresis eorum qui nunc sunt Carpocratiani. Is ergo dicit in libro de iustitia, iustitiam Dei esse quandam cum æqualitate communionem. Æquale quidem cælum undique extensum, totam terram continet in orbem, & nox ex æquo stellas omnes ostendit, & diei authorem & lucis patrem, solem, Deus ex alto æqualem effudit omnibus qui possunt aspiceri. Illi autem omnes communiter respiciunt, quoniam non discernit diuitem vel pauperem vel populi principem, insipientes & sapientes, fœminas, masculos, liberos, seruos. Sed neque secus facit in brutis. Cum autem omnibus animantibus æquè se ipsum communem effuderit, bonis & malis solidam ac firmam efficit iustitiam, cum nemo possit plus habere, neque auferre à proximo, ut ipse illius lucem habeat duplicatam. Sol facit omnibus animantibus communia exoriri nutrimenta, communi iustitia ex æquo data omnibus: & ad ea quæ sunt eiusmodi similiter fit genus bouum, ut boues, & suum, ut sues, & ouium, ut oues, & reliqua omnia. Iustitia enim in iis apparet communitas. Deinde per communitatem omnia similiter seminantur in genere, & commune nutrimentum apertum est humi pascentibus iumentis omnibus, & omnibus ex æquo, ut quod nulla lege teneatur: eius autem qui donat iubentis suppeditatione, conuenienter iustèque adsit omnibus. Sed neque habent scriptam legem generationis, esset enim abolita: ex æquo autem seminant & generant, habentia innatam à iustitia communionem: ex æquo enim communiter omnibus oculum ad videndum, creator & pater omnium, sua iustitia legem ferens præbuit, non discernens fœminam à masculo, non id quod est rationis particeps ab eo quod est expers rationis: & ut semel dicam, nullum à nullo, æqualitate autè & cõmunitate visum similiter diuidens, uno iussu omnibus est largitus. Leges autem, inquit, hominum, cum ignorationem castigare non possent, contra leges facere docuerunt: legum enim proprietates disseccuit diuina legis cõmunionem, & arrosit, non intelligens dictum Apostoli dicentis: Per legem peccatum cognoui. Et meum & tuum dicit subisse per leges, ut quæ nõ amplius communiter fruuntur (sunt enim communia) neque terra, neque possessionibus, sed neque matrimonio. Fecit enim vites communiter omnibus, quæ neque passerem, neque furem abnegant, & frumentum similiter, & alios fructus. Violata autem communitas & æqualitas, genuit furem pecorum & fructuum. Cum ergo Deus communiter omnia fecisset homini, & fœminam cum masculo communiter iunxisset, & omnia similiter animantia conglutinasset, pronunciauit iustitiam, communionem cum æqualitate. Qui autem sic nati sunt, communionem, quæ eorum conciliat generationem, abnegauerunt. Et dicit, annam ducens habeat, cum omnium possint esse participes, sicut reliqua fecit animantia. Hæc cum his verbis dixisset, subiunxit rursus his verbis: Intensam enim & vehementiorem ingenerauit masculis cupiditatem ad generis perpetuitatem, quam nec lex, nec mos,

Polygamiæ.

ματρὸς αὐ-

Rom. 4.

nec aliquid aliud potest abolere: est enim Dei decretum. Et quomodo amplius hic in nostra examinetur oratione, cum legem & Euangelium per hac aperte destruat. Illa enim dicit: Non mœchaberis. hoc autem dicit; Quicumque respicit ad concupiscentiam, iam mœchatus est. Illud enim, Non concupisces, quod à Lege dicitur, ostendit unum esse Deum, qui prædicatur per Legem & Prophetas & Euangelium. Dicit enim, Non concupisces uxorem proximi tui. Proximus autem non est Iudæus Iudæo: frater enim est, & eundem habet spiritum: restat ergo ut propinquum dicat eum qui est alterius gentis. Quomodo autem non propinquus, qui potest spiritus esse particeps? Non solum enim Hebræorum, sed etiam gentium pater est Abraham. Si autem quæ est adulterata, & qui in eam fornicatus est, capite punitur: clarum est utique præceptum quod dicit, Non concupisces uxorem proximi tui: ut cum quis ex Lege & ab uxore proximi & à sorore abstinerit, aperte audiatur à Domino, Ego autem dico non concupisces. Additio autem huius particula, Ego, ostendit præcepti esse propinquorum operationem. Quod autem cum Deo bellum gerat Carpocrates & Epiphanius in eo qui vulgo iactatur libro de Iustitia, patet ex eo quod subiungit his verbis: Hinc ut qui ridiculum dixerit, legislatoris hoc verbum audiendum est, Non concupisces, & ut magis ridicule diceret: Res, inquit, proximi tui. Ipse enim qui dedit cupiditatem, ut quæ contineat generationem, iubet eam auferre, eam à nullo animali auferens. Illud autem, Uxorem proximi tui, communionem cogens ad proprietatem, dixit adhuc magis ridicule. Et hæc quidem dogmata constituunt egregij Carpocratiani. Hos dicunt & aliquos alios similibus malorum amulatores, ad cœnas conuenientes (neque enim dixerim agapen eorum congregationem) viros simul & mulieres, postquam satiitate venerem excitante exatiati fuerint, lumine amoto, quod fornicatoriam hanc eorum iustitiam pudore afficiebat, auersa lucerna coire quomodo velint, & cum quibus velint mulieribus exigere Carpocrateam (diuinæ enim nefas est dicere) legis obedientiam. Has leges, ut sentio, ferre oportuit Carpocratem, canum & suum & hircorum libidinibus. Mihi autem videtur, Platonem quoque male audiisse in Republica, dicentem oportere esse communes omnium uxores, ut qui diceret eas quidem quæ nondum nupserant, esse communes eorum qui essent petitori, quemadmodum theatrum quoque est commune spectantium: esse autem unamquamque uniuscuiusque qui præoccupasset, & non amplius communem esse eam quæ nupsisset. Xanthus autem in iis quæ inscribuntur Magica: Coeunt autem, inquit, Magi cum matribus & filiabus, & fas esse coire cum sororibus, & communes esse uxores non vi aut clam, sed utrisque consentientibus, cum velit alter ducere uxorem alterius. De his & similibus hæresibus, existimo Iudam Prophetice dixisse in epistola: Similiter quidem hi quoque somniantes, non enim reuera ad veritatem se applicant, usque ad illud, Et os eorum loquitur superba.

COMMENTARIUS.

* ATQUE Valentiniani quidem. De Valentino & Basilide qui insignes fuerunt hæretici, antea diximus. De eorum hæresi scripserunt Ireneus Apostolorum temporibus vicinus, Epiphanius & Theodoretus, qui tamen quid de matrimonio sentirent nihil dixerunt. Clemens autem dicit Valentinum approbasse matrimonium, sed nullo citato eius scripto. Ex Basilidis autem scriptis citat nonnulla, ut ostendat Basilidianos eius discipulos qui matrimonium non probant, sed impudicè & impudenter vitam agunt, dissentire à suis magistris. Exponens autem illud Basilides Christi de Eunuchis apud Matthæum, dicit Eunuchos de vtero matris sic natos, eos esse qui cum primum nati sunt feminam abhorrent & auersantur, qui recte faciunt si uxorem non ducant. Eunuchos autem ex necessitate, eos esse qui vel propter inanem gloriam se continent, nam ij sibi vel inuitis indicunt castitatem, vel qui propter morbum aliquem sunt excisi. Verbo autem conuenienter sunt Eunuchi, qui timentes negotia, & varias distractiones quæ sunt in matrimonio, propter regnum cœlestis se castrant, seu votum castitatis profitentur. Illud autem Pauli; Melius esse nubere quam vri, sic exponit; Melius esse coniungi matrimonio, quam dum igni libidinis à qua tentaris perpetuo resistis, nec posse

nec posse orare nec sperare, & timere ne tandem à continentia excidas. Quod si ducta vxore ignem libidinis cum semine excreueris, iam securus & orare & sperare poteris. Est autem opus longe perfectius caste viuere & mulierem non tangere, quam iungi matrimonio. Tum demum ergo ducenda est vxor, quando in Eucharistia in qua nostræ ad Deum fiunt petitiones, non petis vt perfectæ sint tuæ operationes; sed ne labaris. In Græco quidem Clementis scribitur καὶ ἡμεῖς, sed puto legendum καὶ ἡμεῖς, vt aliquis eliciatur sensus. Quod autem sequitur, Sed est aliquis iuuenis &c. vsque ad, Humanitas autem, nec satis intelligo, nec video quomodo cohæreant. Illud autem Humanitas autem &c. videtur significare, In humanitate esse quædam & necessaria & naturalia. Quædam autem naturalia quidem, sed non necessaria. Vestire est & necessarium & naturale. Venere autem vri est naturale quidem, sed non necessarium. Hæc quidem ex Clemente sumpsit Epiphanius, sed apud neutrum eorum satis intelliguntur, & fortasse magis expedit ea non intelligi. Quod autem dicit, Has voces autem adduxi ad reprehendendos Basilidianos &c. in eo reprehendit discipulos Basilidis, quod magistrum suum quamuis hæreticum non sequentes, dicant se adeo esse perfectos, vt sibi liceat peccare, vel etiam si peccant, propter innatam tamen eis electionem natura fore saluos nec posse eos damnari. Quo fit vt impune sibi peccare licere persuadeat, & flagitiosius viuant quam vlli ex gentibus, se quidem vocent Christianos, sed sanctissimo Christi nomini probum afferant & ignominiam. Christi enim nomini summum affert probum, qui se dicit Christianum non autem viuunt vt decet Christianum. Est ergo continentia corporis. Quoniam conuenienter iis quæ dicit Christus, dixit esse aliquos qui se castrant propter regnum Dei, nunc autem agit de continentia, quam definit despicientiam corporis conuenienter pactis cum Deo initis. Corpus enim despicit, qui ab iis abstinet quæ corpus appetit, quæcumque ea sint, sed is demum est continens, qui de continentia cum Deo pactum iniit, seu continentia votum firmum & stabile se seruaturum profitetur. Non solum autem temperantiam docet continentia, sed etiam facit temperantes. Non potest enim aliquis esse continens, nisi det Deus. Et ideo dicit Clemens, eam esse diuinam potestatem & gratiam. Qui autem à Carpocrate descendunt. Hæc ex Clemente sumpsit Epiphanius lib. i. tomo secundo, contra Secundianos hæresi xxxij. vbi describit quinam fuerint Epiphanius & Isidorus. Ab eis dicit Clemens maximum probum profluxisse in nomen Christi, cum suis decretis statuerint uxores esse communes: eo enim male nomine audiebant Christiani, cum non ab Orthodoxis sed ab hæreticis per summam calumniam essent excogitati. Is ergo dicit in libro de iustitia. Librum scripsit Epiphanius quem inscripsit de iustitia. Iustitiam autem definiit quandam cum æqualitate communionem. Eam autem dicit à Deo diffusam & distributam in cœlo, quod totam terram continet in orbem, in quo est Sol lucis author qui eam ex æquo omnibus diuidit tam ratione præditis quam rationis expertibus animantibus, & qui ex æquo omnibus alimenta suppeditat. Dedit autem animantibus visum cuius sunt ex æquo omnes & communiter participes. Hanc quidem cõmunitatem & æqualitatem dat diuina, inquit, iustitia, eam autem violarunt leges humanæ, meumque & tuum cum proprietate introduxerunt, & vxorum communionem quæ iuris est naturalis sustulerunt: propria est enim vxor quæ omnium prius erat communis, furtumque vt cognoscere effecterunt, furtum enim abnegabant omnium cõmunes possessiones. Ita enim per legem fuit cognitio peccati. Hanc autem cõmunitatem dicit nec legem, nec aliquid aliud posse tollere cum eam Deus decreuerit. Hæc est impia & flagitiosa Epiphanius iustitia, quam videamus quemadmodum refellat Clemens. Et quomodo amplius hic in nostra examinetur oratione. Non possunt melius refutari quæ dicuntur ab Epiphane, quam ostendendo quod quæ dicit destruant legem & Euangelium. Nam cum lex prohibeat committere adulterium, adulterium autem committatur cum ea quæ nupsit, nubere autem non potest ea quæ est communis, qui statuit mulieres esse communes, destruit legem quæ prohibet adulterium: Euangelium quoque destruit, quod dicit uxorem proximi non concupiscendam, alioqui vel sola concupiscentia committi adulterium, vtrumque autem prohibet concupiscere, nempe & lex & Euangelium, vtriusque enim vnus & idem est Deus & legislator. Quod autem prohibet non concupiscere uxorem proximi, id intelligendum non de Hebræis, sed de gentibus. Hebræi se vocant fratres vt qui eundem habeant spiritum, & ideo eis non licebat scenerare. Proximi autem sunt qui sunt ex gentibus, id est qui sunt alterius gentem quam Hebrææ, qui nondum quidem eundem habent spiritum, sed breui sunt habituri. Quod autem præcepto Domini, Non concupisces, additur, Ego autem dico, significat propinquiorem esse præcepti operationem, vt quod ab eo detur qui ad nos propius accedit nempe à Domino qui nobiscum habitat & versatur. Quod autem cum Deo bellum gerat. Ex eo libro de iustitia citat Clemens aliquot loca, ex quibus est perspicuum Epiphaniem & cum Deo bellum gerere, & ipsum legislatorem irridere, vt qui iubeat non concupiscere, concupiscentiam tamen nulli animali auferat, vt pote quod sine ea non fiat generatio, & uxorem ducat proximi sui, cum mulieres sint omnibus cõmunes, & communionem deducat ad proprietatem. Cogēs autem ad proprietatem dixit, quoniam mulierum, ita enim sentiebat, cõmunitas esset naturalis, contra naturam verò proprietatis. Et hæc quidem dogmata constituunt. De Carpocratianis sic scribit Theodoretus, In tantam, inquit, arrogantem insaniam impegerunt hi homines præstigijs vtentes, & Dæmones inuocantes, libidinem autem & impudicitiam tegere non ferentes, sed incontinentiam & intemperantiam pro lege habentes. Hæc quidem Theodoretus: Sed nec ipse, nec Epiphanius, nec Irenæus quidquam dixerunt, quod amoto post cœnam lumine & auersa lucerna, congregientes viri & mulieres coirent quomodo vellent. Hanc cœnam vocabant illi agapen. Quod de illis autem scribit Clemens, non defuerunt qui de aliis dixerunt hæreticis. Quinetiam ipse quoque dicit fuisse alios. Hanc agapen, inquit, noctu meditati, postea exigunt à quibuscunque velint mulieribus, vt Carpocrateæ legi obedientes, eorum libidinem expleant. Hanc autem Carpocrateam legem dicit fuisse ferendam capris hircis & porcis, nõ ratione præditis animantibus. Mihi autem videtur Platonem quoque in republica. Suam de vxorum cõmunitate sententiam dicebat Carpocrates se accepisse à Platone in libris de republica. Hoc falsum esse dicit Clemens. Sentiebat enim Plato cõmunes esse uxores, vt quæ cui libet possent obtingere: sed cum aliqua alicui obtigisset, & ira ei nupsisset, iam non esse alterius quam cui obrigisset. Sorte autem Plato rem volebat dirimi, adhibito quodam astu vt

vitae præclaris præclara obtingerent uxores. Theatrum esse commune, proprium tamen esse locum eius qui occupasset. ¹ Xeanthus autem in ijs quæ inscribuntur Magica. Xeanthus historicus cuius meminit Plinius lib. xxv. de historia naturali cap. ij. hæc dicit scribens de Magis Persiæ populis, quod scilicet coeant cum matribus, filiabus & sororibus, & communes sint uxores, cum eis enim licere coire utrisque consentientibus. Cui conuenienter scribit Alexander ab Alexandro. Persis legitimum fuit, neque pudendum visum est, non modo sororibus sed & filiabus commisceri. Nam Artaxerxes Athosim atque Mestrim filias iuste uxoris loco habuit, & alij impune id factitarunt, quod Græci & pleraque gens improbum nefandumque existimarunt. Hinc est illud Catulli carmen, in Gellium:

Nascatur Magus ex Gelli matrisque nefando
Coniugio, & discat Persicum haruspicium:
Nam Magus ex matre & gnato nascatur oportet,
Si vera est Persarum impia religio.

² De his & similibus hæresibus. Ex iis quæ citat in epistola Iudæ nihil inuenitur in ipsa epistola præter ultimam sententiam; Et os eorum loquitur superba: nec Græcè, inquam, inuenitur nec Latinè. Quomodo hoc acciderit nescio. Sed nec in Latina versione legitur superba sed superbiam.

II. ³ I AM verò si & ipse Plato & Pythagorei, sicut etiam postea Marcionistæ, malani existimarunt esse generationem, longè abfuit ut cõmunes ipse poneret uxores. ⁴ Sed Marcionistæ quidem dicunt malam esse naturam, ex mala materia, & à iusto factam opifice ac creatore. Qua quidem ratione nolentes implere mundum qui factus est à creatore, volunt abstinere à nuptijs, resistentes suo creatori, & contendentes ad bonum qui vocauit: sed non ad eum qui, ut dicunt, Deus est alio modo. Vnde cum nihil hîc velint relinquere proprium, non sunt ex electione & ex instituto continentis, sed propter odium conceptum aduersum eum qui creauit, nolentes ijs uti quæ ab ipso sunt creata. Sed hi quidem qui propter impium quod aduersus Deum gerunt bellum, emoti sunt ab ijs cogitationibus quæ sunt secundum naturam, Dei longanimitatem contemnescentes & benignitatem, etsi nolunt uxorem ducere, cibus tamen utuntur creatis, & aërem respirant creatoris, ut qui & eius sint opera, & in ijs quæ sunt eius permaneant, & nouam quandam & alienam, ut aiunt, annunciant cognitionem, etiam si hoc nomine mundi Domino deberent agere gratias, quod hîc acceperint Euangelium. ⁵ Sed aduersus eos quidem cum de principijs tractabimus, accuratissimè differemus. Philosophi autem quorum mentionem fecimus, à quibus cum malam esse generationem impiè didicissent Marcionistæ, tanquam suo dogmate gloriantur, non eam volunt esse natura malam, sed anima quæ id quod verum est alligat. Animam enim quæ est diuina, in hunc mundum deducunt tanquam in locum supplicij: Oporteret autem animas in corpus immixtas expiari ex eorum sententia. Non conuenit autem amplius hoc dogma Marcionistis, sed ijs qui censent in corpora immitti, & eis alligari, & tanquam in vasa transfundi animas. Aduersus quos fuerit aliud dicendi tempus, quando de anima tractabimus. ⁶ Videtur itaque Heraclitus, maledictis insequi generationem. Quoniam autem, inquit, geniti volunt viuere, & mortes habere, vel potius quiescere, & filios relinquunt ut mortes fiant. Clarum est autem cum eo conuenire Empedoclem quoque dicentem:

Defleui & luxi, insolitas deductus in oras. Et præterea:
Mortua nam ex viuis fecit, mutansque vicissim. Et rursus:
Hei mihi quàm infelix hominum genus atque misellum,
Litibus ex quantis prognati & planctibus estis.

Sibylla quoque dicit:

Mortales homines, caro qui tantum, & nihil estis.

Similiter atque Poëta qui scribit:

Non homine infelix tellus mage quicquam alit alma.

⁷ Quinetiam Theognis malam ostendit esse generationem, dicens hoc modo:

Optima non nasci res in terrestribus esset,

Nec nitidi

Nec nitidi Solis luce micante frui,

Exemplò aut natum transferre se ad ostia Ditis.

⁸ His autem consequentia scribit quoque Euripides poëta tragicus:

Nam nos oporteret conuentu in celebri

Deflere natum, ut veniat qui ad tot mala.

Ast mortuum, cuique à malis data est quies,

Latos domo lætis efferre canticis.

Et rursus his dicit similia:

Quis nouit an viuere quidem siet mori,

Siet mori autem viuere?

Idem quod hi, videtur quoque Herodotus inducere dicentem Solonem: O Cræse, quiuis homo nihil est aliud quàm calamitas. Iam verò de Cleobide & Bitone fabula apertè nihil vult aliud quàm vituperare quidem generationem, laudare autem mortem.

Est qualis folium, est hominum generatio talis, ait Homerus.

Plato autem in Cratylo, Orpheo tribuit id quod dicitur, quod anima puniatur in corpore. Sic enim dicit: Etenim nonnulli ipsum dicunt esse monumentum animæ, ut quæ in præsentia sit sepulta: & quoniam id significat quæ significat anima, ideo rectè appellari *σῆμα*. Videtur quidem certè Orpheus hoc nomen maximè imposuisse, ut quæ eorum propter quæ luit, luat pœnas. Operæ pretium est autem meminisse etiam eorum quæ dicit Philolaus.

Sic enim dicit hic Pythagoreus: Testantur autem veteres quoque Theologi & vates, quod propter aliqua luenda supplicia anima sit coniuncta corpori, & in eo tanquam in aliquo monumento sit sepulta. Quinetiam de ijs quæ sunt in Eleusine mysterijs loquens Pindarus infert: Beatus, qui cum illa sub terra viderit communia, nouit quidem vitæ finem, nouit autem datum Iouis imperium. Et Plato consequenter in Phædone non veretur hoc modo scribere: Porro autem hi nobis his constitutis mysterijs, non aliquid aliud, & c. usque ad,

Et cum dijs habitatione. Quid verò cum dicit: Donec corpus habuerimus, & confusa nostra fuerit anima cum eiusmodi malo, illud quod desideramus, nunquam satis possederimus: an non significat generationem esse causam maximorum malorum? Iam verò in Phædone quoque attestatur: Euenit enim ut qui rectè philosophantur, non animaduertantur ab alijs in nullam rem aliam studium suum conferre, quàm ut emoriantur & sint mortui. Et rursus: Ergo hîc quoque philosophi anima corpus maximè vilipendit, & ab eo fugit, ipsa autem apud se esse querit. An non consentit cum diuino Apostolo, qui dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? nisi fortè eorum consensionem

qui attracti sunt in vitium, corpus mortis dicit tropicè. ⁹ Atque coitum quidem, qui est principium generationis, vel ante Marcionem videtur Plato auersari in primo de Republica: infert enim laudans senectutem: Velim scias quod quo magis flaccescunt aliæ voluptates, eo magis studiorum ac doctrinæ cupiditates crescunt & voluptates. Et cum rei venereæ iniecta esset mentio: Bona verba quæso, inquit: ego verò lubenter isthinc tanquam ab insano aliquo & agresti domino profugi. Rursus dicit in Phædone, generationem maledictis insectans: Quæ ergo de his in arcanis dicitur, hæc est oratio, quod nos homines sumus in custodia aliqua. Qui autem visi fuerint in vita sanctè agenda excelluisse, ij sunt qui ab ijs quidem quæ sunt in terra locis, tanquam à carceribus, liberantur & soluantur: ad puram autem sursum veniunt habitationem. ¹⁰ Sed tamen quamuis ita se habeat, rectè se gerentem sentit administrationem & prouidentiam, & dicit: Non oportet autem seipsum soluere & effugere. Et ut paucis dicam, non dedit Marcioni occasionem ut malam existimaret materiam, cum ipse piè de mundo hæc dixerit: Ab eo enim qui construxit, ha-

bet omnia bona: ab eo autem qui prius fuit, habita, quæcunque in celo sunt graua & iniusta, ea & ipsum ab illo habet, & efficit in animantibus. Adhuc autem subiungit manifestius: Eorum autem ei causa est corporea temperatio ea quæ coalita est cum ea quæ olim fuit natura, quoniã magnæ confusionis & perturbationis erat particeps, priusquam veniret in eum qui nunc est mundum. Nihilominus autem in legibus quoque deflet humanum genus, sic dicens: Dii miserti humani generis quod natum fuerat laboriosum, ut à laboribus conquiesceret, dierum festorum constituerunt eis vicissitudines. Et in Epinomis sic quoque persequitur causas cur sint miseri, & sic dicit: Ab initio ipsum esse genitum, est graue cuilibet animanti: primum quidem esse participem eorum quæ gestantur in utero, deinde ipsum nasci, & præterea nutriri & erudiri, per innumerabiles labores uniuersa sunt, ut omnes dicimus. Quid verò, non Heraclitus quoque generationem dicit esse mortem? Pythagoras autem similiter atque Socrates in Gorgia, cum dicit: Mors est quæcunque experrecti videmus: quæcunque autem dormientes, somnus. Sed de his quidem satis. Quando autem tractabimus de principijs, tunc & has repugnantias quas & tacite significant philosophi, & suis dogmatibus decernunt Marcionistæ, considerabimus.^b Cæterum satis dilucidè ostensum esse existimo, externorum alienorumque dogmatum occasiones, Marcionem ingrati & indoctè accepisse à Platone. Nobis autem procedat sermo de continentia. Dicebamus autem Græcos, cum haberent suspectam in utendo difficultatem, multa dixisse in filiorum generationem: cum ea autem impiè exceperent Marcionistæ, eos fuisse ingratos in creatorem. Dicit enim tragædia:

Non nascier præstat homines quàm nascier.

Dein filios acerbis cum doloribus

Enitor, enixa at stultos si pepererim,

Afflictor improbos videns, cum nil iuuet.

Rursusque, si perdam bonos: salui at sient,

Mihi misellum cor timore liquitur.

Quid hoc verò boni? non sufficit vnam

Perdere animam, nisi te afflictes amplius?

Et adhuc similiter:

Mihi fiet verusque persuasio,

Plantare filios nunquam hominem oportuit,

Dum cernit ad quot illos gignimus mala.

In his autem quæ deinceps sequuntur, malorum quoque causam euidenter reducit ad principia, sic dicens:

O qui miser natus malisque obnoxius

Editus homo es, vitæ tuæque miseriam

Inde habuisti, cœpit æther omnibus

Spiramen vnde alens tradere mortalibus.

Mortalis ergo cum sis, ne sis immemor.

Rursus autem his similia sic tradit:

Mortalium omnium beatus non fuit

Quisquam, molestia & nemo carens fuit.

Et deinde rursus:

Heu generi humano quot & quanta accidunt,

Quot species malorum, nec finis datur.

Et adhuc similiter:

Inter

Inter homines semper beatus nullus est.

^a Hac itaque ratione dicunt etiam Pythagoreos abstinere à rebus venereis. Mihi autem contrà videntur uxores quidem ducere ut liberos suscipiant, velle autem à venerea voluptate se continere post susceptos liberos. Hac ratione mysticè uti fabis prohibent, non quòd sit legumen flatum excitans & concoctu difficile, & somnos efficiat turbulentos, nequè quòd hominis capiti sit assimilata, ut vult ille versiculus:

¹⁰ Idem est nam fabam atque caput corrodere patris.

sed potius quòd fabæ, si comedantur, steriles efficiant mulieres. Theophrastus quidem certè in libro de Causis naturalibus, fabarum siliquas, si ponantur ad radices arborum quæ nuper sunt plantatæ, refert plantas exiccare; quinetiam gallinæ domesticæ quæ eas assidue comedunt, efficiuntur steriles.^b Ex ijs autem qui ab hæresi aguntur, Marcionis quidem Pontici mentionem fecimus, propter ab eo susceptam aduersus Creatorè concertationem, ut qui mundanarum rerum usum recuset. Ei autem continentiæ causa est, si modò est ea dicenda continentia, ipse creator, cui se aduersari existimans, iste Gigas cum Deo pugnans, est inuitus continens, in creaturam & Dei opus inuchens. Qui si usurpent vocem Domini, qui dicit Philippo: Sine mortuos sepelire mortuos suos, tu autem sequere me: At illud considerent, quòd simile carnis figmentum fert quoque Philippus, non habens cadauer pollutum. Quomodo ergo cum carnem haberet, non habuit mortuum? Quoniam surrexit ex monumento Domini, qui vitia morte affecit, vixit autem Christo.

Math. 8.

COMMENTARIVS.

³⁰

^a Iam verò si & ipse Plato & Pythagorei. Nec Platonem nec Pythagoram communes ponere uxores ex hoc ostendit, quòd uterque malam statuatur generationem. Communes enim ponere uxores non est eorum qui malam statuunt generationem. ^b Sed Marcionistæ quidem dicunt malam esse naturam. De Marcione sic scribit Theodoretus; Marcion non fuit à Cerdone sibi tradita contentus, sed etiam auxit impietatem. Quatuor enim ingenitas substantias oratione sua confinxit, & huc quidem vocauit bonum & ignotum, quem etiam appellauit patrem Domini: illum verò opificem seu creatorem & iustum, quem etiam malum nominabat, & præter hæc materiam, quæ mala est, & alij malo subest. Opificem autem malo deuictò, accepisse materiam, & ex ea uniuersa fabricatum esse, & c. Aduersus cum scripsit Origenes, & aliquot alij, omnium autem doctissime Tertullianus: li quidem à nuptiis abstinebant, non quòd ex instituto profiterentur continentiam, sed quòd creatorem tanquam malum abhorrent, licet cibis vel inuiti vescerentur quos creauit Dominus. ^c sed aduersus eos quidem cum de principijs. Marcionistæ erant in hac hæresi quòd mala esset generatio. Hoc autem dogma acceperant à Pythagora & Platone, & de eo tanquam suo gloriabantur: sed non erat eadem amborum ratio. Nam Marcionistæ quidem malam censebant generationem, quòd malus esset creator à quo procedebat generatio, & ea de causa sua natura mala erat. Pythagoras autem & Platonici non sua natura esse malam censebant generationem, sed quòd per eam corpori alligaretur anima in eo expianda, & suorum peccatorum pœnas datura. Asserebant enim animarum in corpora transmirationem quam vocant μεταμύωσιν, ea autem est veluti μετασίσις, id est à vase in vas transfusio. Male itaque prius verteram appropinquare animas, cum esset vertendum, Tanquam in vasa transfundi animas. Ideo autem errauit, quòd cum legendum sit μετασίσις, legebam ut erat excusum μετασίσις.

Hæret. fab. lib. 1.

⁴⁰

^d videtur itaque Heraclitus maledictus. Multos scriptores citat Clemens qui vituperant generationem. Hanc autem ob causam vituperant, quòd & qui sunt geniti misere viuunt, & vita functi ad nihilum redeunt. ^e Quinetiam Theognis malam esse generationem. Multorum aliorum authorum citat testimonia, qui nec sentiunt bonam esse generationem, & melius esse mori quam nasci, maxime cum Orpheus, & ipsum secutus Plato dicat animam puniri in corpore, quòd Græcè dicitur σῶμα, quasi σῆμα, quòd anima in corpore sit sepulta, & significet quæ significat anima. Sed & qui dant operam philosophiæ, in nullam rem aliam magis studium conferunt quam ut moriantur: non est enim aliud philosophia, ut dicit Socrates apud Platonem, quam mortis meditatio. Is enim demum rectè philosophatur, qui animam abducens à corpore relictis sensilibus, se totum dedit ijs rebus quæ percipiuntur intelligentia. Quòd optime facit is cuius est anima à corpore separata. Id autè quidem optime congruit cum ijs quæ dicit Paulus, mortè appellans liberationè à corpore mortis, nempe à corpore mortali, nisi forte dicatur corpus mortis consensio cum vitio, quòd in corpore sepultam aggrauat animam. Ex ijs autem qui citantur authoribus multa interciderunt testimonia, nempe Euripide, Pindaro, & Philolao. Quæ autem Solon dixit de Cræso sunt omnibus nota. De Cleobide quoque & Bitone fabula vix vlli est ignota, & ea quoque est apud Herodotum, ad quem satis erit remittere lectorem. ^f Atque eorum quidem qui est principium generationis. Totum hunc locum sumpsit Clemens ex Platonis primo de Rep. sed scriptoris incuria factum est, ut Sophoclis nomen de quo hæc dicuntur prætermitteretur. Sed quoniam hæc etiã ex Platone sumpsit, atq; adeo vertit de verbo ad verbum, melius erit ut ab ipso Cicerone ipsa repetamus quæ ita habent; Bene Sophocles, inquit, cum ab eo quidam iam confecta ætate quæreret, vteretur ne rebus

⁵⁰

⁶⁰

venereis, Dij meliora, inquit, libenter verò isthinc tanquam à Domino agresti ac furioso profugi. In hoc ergo generationem videtur Plato vituperare, quod coitum prober qui est principium generationis, & in hoc etiam, quòd qui sancte vixerunt, libenter exeant è corpore tanquam ex carcere, & ascendant ad puram in cælis habitationem. ^a Sed tamen quamvis ita se habeat. Quamvis Plato multis in locis videatur vituperare generationem, quod tamen eam non penitus improbet & damnet ex hoc est perspicuum, quod Dei tanti faciat administrationem & providentiam, ut eius iniussu non liceat se solvere, & à dato nobis presidio discedere. Quod Cicero quidem de Senectute tribuit Pythagoræ, id autem ex ipso sumpsit Plato, quidem dicit in Phædone. Sed neque ex Platone sumpsit Marcion, id quod dicit malam esse materiam, cum ipsum mundum dicat Plato omnia bona accepisse à creatore, mala autem ab eo habitu qui fuit antequam crearetur, nempe ab illa rudi & informi materia quæ chaos dicta est priusquam ornatum acciperet, & mundus fieret. ¹⁰ Sed quoniam in iis quæ dicit Plato & Pythagoras & Heraclitus videtur esse quedam contradictio & repugnantia, eam se dicit consideraturum quando ager de principiis: est enim ostensurus ea quæ videntur esse contraria, inter se consentire. ^b Cæterum satis dilucide ostensum esse existimo. Et ex Platone quem non intellexerunt, & ex prophanis Græcorum auctorum qui multa dixerunt aduersus filiorum generationem, cum sentirent non facile ferri posse onera matrimonij, occasionem accepit Marcion impietum suorum dogmatum. Indocte ergo eum dicit accepisse à Platone, cum eius sententiam non satis perciperet, & ingratis in ipsum creatorem, cum eum vituperaret qui ipsum creauerat. ^c Hæc itaque ratione dicunt etiam Pythagoreos. Inter cætera Pythagoræ symbola est & illud; A fabis abstinere: cuius interpretationem vide apud Erasimum in proverbiis. Est autem interpretatio adeo varia, ut alia aliis videatur repugnare. An non enim pugnat quod faba excitet flatum qui excitant ad Venerem, & quod comesta steriles reddat mulieres & gallinas, & posita ad radicem arboris nuper plantatæ eam exiccat. Reliqua vide apud ipsum Erasimum. Existimabant autem nonnulli iubere Pythagoram à fabis abstinere, quod noller uxores duci: Clemens autem à fabis ideo vult abstinere, ut post susceptos liberos abstinere à Venerè. ^d Ex ipsi autem qui ab hæresi aguntur, Marcion & à rebus creatis & à Venerè abstinere, quod creatoris esset aduersarius, non quod esset continens. Is enim est continens, qui à Venerè abstinere ut corpus mortificet, & vitia comprimat & coerceat, non autem qui Dei creaturas fugit & abhorret odio creatoris. Quoniam autem Marcionista Dei creatoris eleuantes creaturas & opera ea vocantes mortua, vsurpabant illud Christi ad Philippum, Sine mortuos sepelire mortuos suos, respondet Clemens Philippum non esse mortuum, quamvis habeat carnem, cum è Christi monumento surrexerit, & vitia mortificavit & Christo vixerit. Non sunt ergo dicenda mortua creatoris opera, maxime autem ratione prædita creatura, quæ per baptismum cum Christo sepulta, vitia mortificavit, & Christo viuunt. Christo enim viuunt qui per salutare baptismi lauacrum sunt regenerati, & à vitiiis mortalibus expiati. ³⁰

Plato in Phædone.

Chil. 1. cent. 1.

III.

^a MEMINIMVS autem nefariæ quoque ex Carpocratis sententia mulierum communionis. Cum autem de dicto Nicolai loqueremur, illud prætermisimus. Cum formosam, inquit, haberet uxorem, & post Seruatoris assumptionem ei fuisset ab Apostolis exprobrata zelotypia, in mediū adducta uxore, permisit ei cui vellet nubere. Aiunt enim hanc actionem illi voci consentaneam, quæ dicit, quòd carne uti oporteat: eiusque factum ⁴⁰ & dictum absolutè & inconsideratè sequentes, qui eius hæresim persequuntur, impudenter effusèque fornicantur. Ego autem audio Nicolai quidem nulla unquam alia, quam ea quæ ei nupsit, uxore usum esse, & ex illius liberis filius quidem consensisse virgines, filium autem permanisse incorruptum. Quæ cum ita se habeant, vitij erat depulsio atque expurgatio, in medium Apostolorum circumactio uxoris, cuius dicebatur laborare Zelotypia: & continentia à voluptatibus quæ magno studio parantur, docebat illud, ⁵⁰ Vti carne, hoc est, exercere carnem. Neque enim volebant, ut existimo concuenter Domini præcepto, duobus dominis seruire, voluptati & Deo. Dicunt itaque Matthiam quoque sic docuisse. Cum carne quidem pugnare, & ea uti, nihil ei impudicum largiendo ad voluptatem, augere autem animam per fidem & cognitionem. ^b Sunt autem qui etiam publicam venerem pronunciant mysticam communionem. Dicitur enim facere aliquid mali, operari: sicut etiam aliquid boni facere; similiter æquinoce operari. Similiter autem communicatio quoque, bonum quidem est in communicatione pecunia, nutrimenti, & vestitus: illi ⁶⁰ autem quamlibet rei veneræ coniunctionem, impiè vocauerunt communionem. ^c Dicunt itaque ex iis quendam, cum ad nostram virginem vultu formosam accessisset, dixisse: Scriptum est, Da omni à te petenti: illam autem admodum honestè respondisse, ut quæ non intelligeret hominis petulantiam: At tu matrem conueni de matrimonio. O impietatem, etiam voces Domini emetiuntur isti intemperantiæ communicatores, fratresque libidinis, non solum

Math. 6.

non solum probrum philosophiæ, sed etiam totius vitæ, qui veritatem, quantum in eis situm est, adulterant ac corrumpunt, vel potius defodiunt, qui omnium hominum infelicitissimi, carnis & coitus coniunctionem esse pronunciant sacram communionem, & eam existimant deducere ad regnum Dei: in fornices quidem & prostibula deducit hæc communicatio, & eius cum eis fuerint participes sues & hirci. In maiori autem spe apud eos fuerint, quæ in lupanari prostant meretrices, impudenter quoslibet qui volunt admittentes. ^a Vos ¹⁰ autem non sic Christum didicistis, siquidem ipsum audistis, & in eo docti estis, quemadmodum est veritas in Christo Iesu, ut deponatis quæ sunt secundum veterem conuersationem, veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria deceptionis. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induatis nouum hominem qui creatus est secundum Deum in iustitia & sanctitate veritatis, ad Dei similitudinē. Efficiamini ergo Dei imitatores, ^{Ephes. 4.} ut filij dilecti, & ambulate in dilectione, sicut quoque Christus dilexit nos: & tradidit semetipsum pro nobis hostiam & oblationem Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem, ^{Ephes. 5.} & omnis immunditia, vel auaritia, ne nominetur quidem in vobis, sicut decet sanctos, & turpitudine & stultiloquium. Etenim ex voce docens Apostolus meditari esse castos, scribit: Hoc autem scitote quòd omnis fornicator, & cætera, usque ad illud: Magis autem arguite. ^b Effluxit ergo hoc dogma ex quodam arcano, atque adeo afferam dictionem, matrem eorum intemperantiæ: & siue huius ipsi libri scriptiois fuere authores, vide arrogantiæ, siquidem de Deo mentiuntur propter intemperantiæ: siue cum in alios incidissent: morbo præclari huius dogmatis laborarunt, ij peruerse audire. Ita autem se habet dictio. ³⁰ Vnum erant omnia: postquam autem eius unitati visum est non esse solam, exijt ex eo inspiratio, & cum ea coniunctionem inijt & communionem, & fecit dilectum. Exhinc autem egressa est ab ipso inspiratio, cum qua cum consuetudinem habuisset & coniunctionem, fecit potestates, quæ nec possunt videri nec audiri, usque ad illud, Vnamquamque in nomine proprio. Si enim hi quoque, sicut Valentiniani, spirituales possuissent communionem, suscepisset fortè aliquis eorum opinionem. Carnalis autem probri communionem ad sanctam extollere prophetiam, est eius qui desperat salutem: ^c Talia autem statuunt Prodici quoque affecla, qui seipsos falso nomine vocant Gnosticos, seipsos quidem dicentes esse natura filios primi Dei. Nobilitate autem & libertate abutentes, viuunt ut volunt. Volunt autem libidinosè, se nulla re teneri arbitrati, ut domini sabbati, & qui sint quouis genere superiores, filij regales. Regi autē, inquit, lex scripta non est. Primum quidem, quòd non faciant omnia quæ volunt: multa enim eos prohibebunt etsi cupiant, & conentur. Quinetiam quæ faciunt, non faciunt ut reges, sed ut mastigia: clanculum enim committunt adulteria, timentes ne deprehendantur, & vitantes ne condemnentur, & metuentes ne supplicio afficiantur. Quomodo autem res est libera, intemperantiæ & turpis sermo? Omnis enim qui peccat, est seruus, inquit Apostolus. Sed quomodo vitam ex Deo instituit, qui seipsum dedititium præbuit cuius concupiscentiæ? cum dixerit Dominus: Ego autem dico, Ne concupiscas. Vult autem quis sua sponte peccare, & fert decretum ut adulteria committat, voluptatibusque & delitijs se expleat, & aliorum violet matrimonia? Cum etiam aliorum qui inuiti peccant misereamur si in eternum mundum venerint, qui in alieno non fuerint fideles, eis fides non habebitur. Afficit autem hospes aliquis ciues contumelia, & eis iniuriam facit: non autem ut peregrinus, utens necessarijs, viuit, ciues non offendens. Quomodo autem cum eadem faciunt, quæ qui odio habentur gentibus, propterea quod non faciant ea quæ edicta sunt legibus, nempe iniqui, & incontinentes, & auari, & adulteri, dicunt se solos Deum nosse? Oporteret eos enim etiam cum in alienis adsunt rectè viuere, ut reuera regiam virtutem ostendant. Iam

Num. 25.
1. Ioan. 1.

Matth. 5.

Daniel. 1.

Pfal. 118.

Hier. 10.

verò & humanis legislatoribus, & diuinæ legi odio habentur, cum iniquè & præter leges
 viuere instituerint. Is certè qui scortatorem confodit, à Deo pius esse ostenditur in Nume-
 ris. Etsi dixerimus, inquit Ioannes in epistola, quòd societatem habemus cum eo, nempe
 Deo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce
 ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus cum ipso, & sanguis Iesu filij eius
 emundat nos à peccato. Quomodo ergo sunt hi huius mundi seu seculi hominibus meliores,
 qui vel pessimis huius mundi sunt similes? sunt enim, ut arbitror, similes natura, qui sunt
 factis similes. Quibus autem se esse censent nobilitate superiores, eos debent etiam superare
 moribus, ut vitent ne includantur in carcere. Reuera enim, ut dixit Dominus, nisi abun-
 dauerit vestra iustitia plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum
 Dei. De abstinentia autem à cibis ostenditur à Daniele. Vt semel autem dicam, de obe-
 dientia dicit psallens David: In quo dirigit iunior viam suam? Et statim audit: In custodi-
 endo sermones tuos in toto corde. Et dicit Hieremias: Hæc autem dicit Dominus: Per vias
 gentium ne abieritis. Hinc moti aliqui alij, pusilli & nullius precij, dicunt formatum fuisse
 se hominem à diuersis potestatibus: & quæ sunt quidem vsque ad umbilicum, esse artis di-
 uinioris: quæ autem subter, minoris, qua de causa coitum quoque appetere. Non animadu-
 uertunt autem, quòd superiores quoque partes nutrimentum appetunt, & quibusdam libi-
 dinatur. Aduersantur Christo quoque, qui dixit Phariseis, eundem Deum & internum
 nostrum & externum fecisse hominem. Quinetiam appetitio non est corporis, etsi fiat per
 corpus. ⁵ Quidam alij etiam quos vocamus Antitactas, hoc est, aduersarios & repugnantes,
 dicunt quòd Deus quidem, pater vniuersorum, noster est natura, & omnia quæcunque
 fecit bona sunt: vnus autem quispiam ex ijs qui ab ipso facti sunt, seminavit zizania, ma-
 lorum naturam generans: quibus etiam nos natura implicauit, nos efficiens patri aduer-
 sarios. Quare nos etiam ipsi huic aduersamur ad patrem ulciscendum, contra secundi vo-
 luntatem facientes. Quoniam ergo hic dixit: Non mæchaberis: nos, inquiunt, mæcha-
 mur, ut eius mandatum dissoluamus. Dixerimus autem ad eos quoque, quòd si pseudo-
 prophetas, & eos qui veritatem simulant, ex operibus cognosci accepimus: malè audiunt
 autem & vituperantur vestra opera, quomodo adhuc dicetis vos veritatem tenere? Aut
 enim nullum est malum, & non est utique dignus reprehensione is quem vos insimulatis,
 ut qui Deo sit aduersatus, neq; fuit alicuius mali effector: vnà enim cum malo arbor quo-
 que interimitur: aut si est malum ac consistit, dicant nobis quid dicat esse ea quæ data sunt
 præcepta, de iustitia, de continentia, de tolerantia, de patientia, & ijs quæ sunt huiusmo-
 di, bona an mala: & si fuerit quidem malum præceptum, quod plurima prohibet facere tur-
 pia, aduersus seipsum legem feret vitium, ut seipsum dissoluat, quod quidè non potest fieri:
 sin autem bonum, cum bonis aduersentur præceptis, bono aduersari, & mala facere confi-
 tentur. ⁵ Iam verò ipse quoq; Seruator, cui soli censent esse parendum, odio habere, & ma-
 ledictis insequi prohibuit: Et cum aduersario, inquit, vadēs, eius amicus conare discedere.
 Aut ergo Christi quoq; negabunt suasionē, aduersantes aduersario: aut si sint amici, nõ eū
 contra afficient iniuria. Quid verò, an nescitis viri egregij (loquor enim tanquā presenti-
 bus) quod cum præceptis quæ rectè se habent pugnātes, propriæ saluti resistitis? Non enim
 ea quæ sunt utiliter edicta, sed vos ipsos euertitis. Et Dominus, luceant quidem, inquit,
 bona vestra opera: vos autem libidines & intemperantias vestras manifestas redditis.
 Et alioqui si vultis legislatoris præcepta dissoluere, quanam de causa, illud quidem, Non
 mæchaberis: & hoc, Stuprum puero non inferes, & quæcunque ad continentiam confe-
 runt, dissoluere conamini, propter vestram intemperantiam: non dissoluitis autem quæ
 ab ipso fit hyemem, ut media adhuc hyeme æstatem faciatis: neque terram nauigabi-
 lem, mare

Matth. 5.
Luca. 12.

Matth. 5.
Luca. 12.

lem, mare autem quòd pedibus obiri possit, facitis, ut qui historias composuerūt, barbarum
 Xerxè dicunt voluisse facere? Cur verò non omnibus præceptis repugnatis? Nam cum ille
 dicat. Crescite & multiplicamini, oporteret vos qui aduersamini, nullo modo uti coitu; &
 cum dixit, Dedi vobis omnia ad vescendum & fruendum, vos nullo frui oportuit. Quin-
 etiam eo dicente, oculum pro oculo, non oportuit vos decertationem contraria reprehendere
 decertatione. Et cum furem iusserit reddere quadruplum, oportuit vos furi etiam aliquid
 addere. Rursus verò similiter, cum præcepto, Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, repu-
 gnetis, oportuit nec vniuersorum quidem Deum diligere. Et rursus cum dixerit, Non fa-
 cies sculptile neque fusile, consequens erat ut etiam sculptilia adoraretis. Quomodo ergo
 non impiè facitis, qui creatori quidem, ut dicitis, resistitis, quæ sunt autem meretricibus &
 adulteris similia sectamini? Quomodo autem non sentitis vos eum maiorem facere, quem
 ut imbecillum existimatis, siquidem id fit quod vult, non autem illud quod voluit bonus?
 contra enim ostenditur quodam modo à vobis ipsis, imbecillum esse vestrum patrem, ut di-
 citis. ⁶ Recensent etiam ex quibusdam locis prophetis decerptas dictiones, & malè con-
 sarcinatas, quæ allegoricè dicta sunt tanquam recto ductu & citra figuram dicta sumētes.
 Dicunt enim scriptum esse, Deo restiterunt, & salui facti sunt. Illi autem & Deo impu-
 denti hoc tribuunt, & hoc eloquium tanquam consilium præceptum accipiunt: & hoc sua
 saluti adscribunt, quòd creatori resistant. Caterum impudenti quidem Deo non scriptum
 est. Si autem sic quoque habeat, eum qui vocatus est diabolus intelligite impudentem: vel
 ut qui accuset peccatores, ut qui defecerit, & sit apostata. Populus ergo de quo hoc dictum
 est, cum castigatur propter sua peccata, ægrè ferentes & gementes, his verbis quæ dicta sunt
 murmurabant, quòd aliæ quidem gentes cum iniquè se gerant non puniatur, ipsi autem in
 singulis vexentur, adeo ut Hieremias quoque dixerit: Cur via impiorum prosperatur?
 quod simile est ei quod dictum est apud Malachiam, Deo restiterunt, & salui facti sunt.
 Nam qui dicuntur propheta, non dicunt solùm se aliqua à Deo audire, sed & ipsi etiam
 ostenduntur annunciare per αὐτοπροφορὰν ea quæ vulgo iactantur à populo, tanquam quæ-
 stiones quasdam quæ fiunt ab hominibus afferētes, ex quibus est etiam dictum propositum.
 Nunquid autem ad hos sua verba dirigens, scribit Apostolus in Epistola ad Romanos: Et
 non sicut blasphemamur, & sicut aliqui dicunt nos dicere, Faciamus mala, ut veniant bo-
 na, quorum iusta est damnatio? Ii sunt qui in legendo tono vocis peruertunt scripturas ad
 proprias voluptates, & in aliquorum accētuum & punctorum transpositione, quæ modera-
 tē & utiliter præcepta sunt, ad suas trahunt delicias. Qui irritatis Deum sermonibus ve-
 stris, inquit Malachias, & dicitis, in quonam eum irritauimus? Dum vos dicitis, Quicūq;
 facit malum, bonus est coram Domino, & ipse in eis complacuit, & ubi est Deus iustitiæ?

COMMENTARIVS.

⁵ MEMINIMVS autem nefaria quoque ex Carpocratīs. Ad suum de matrimonio & continentia institu-
 tum pertinere visum est dicere de Carpocratianis de quibus prius erat locutus, & de cōmunionem vxorum,
 & de Nicolao aliquid quod ante prætermiserat subiungere. Sunt enim qui existimant Nicolau primū vxor-
 um induxisse communionem, & illud etiam significasse id quod vsurpabat, Carne vttere. Quod falsum esse
 dicit. Nam illa suæ vxoris ad Apostolos productio, non alio spectabat, quam ut intelligerent eum non la-
 borare zelotypia, ut existimabatur, & dictum illud Carne vttere, non significabat uti carne ad libidinem, sed
 carnem exercere, & cum ea pugnare ad eam subigendam & domandam. In quo significato eo etiam vsus
 est Matthias, qui fertur Euangelium scripsisse. Hunc ipsum autem locum Clementis citat Nicephorus Ec-
 clesiast. hist. lib. 3. cap. 15. ⁶ Sunt autem qui etiam publicam venerem. Quanta fuerit Gnosticorum hæretico-
 rum turpitudine, & quomodo in promiscuo concubitu mysticam statuerant communionem, vide apud Epi-
 phanium aduersus hæreses lib. 1. tom. ij. hæresi xxv. eius verba recitarem nisi vetaret pudor. Accipitur autem
 facere in bonam & in malam partem. Nam & bonum & malum dicitur fieri, itidem & communicio. Bona
 quidem est pecuniæ cōmunicatio, nutrimenti, & vestimēti; quid autē est peius, atq; adeo magis impiū quā
 quamlibet cum mulieribus coniunctionem appellare mysticam communionem? Quam verò est nefarium
 & detestandum in re fœdissima vsurpare has voces, facere & offerre corpus Christi? ⁶ Dicunt itaque ex ijs
 quendam. Veritatem corrumpunt & adulterant, qui verba scripturæ in alium sensum accipiunt quam ipsa

intelligat, Da omni petenti, intelligebat scriptura, Da elemosynam cuiuslibet petenti, impudens, & impudicus hæreticus volebat virginem quam alloquebatur omni petenti sui corporis copiam facere. Dicuntur enim mulieres dare, quando viros petentes admittunt ad coitum. Omni ergo petenti dare, intelligebat, nullam cum ea coire volentem repellere. Hæc, inquit, communio non ad regnum Dei, sed ad fornices deducit & lupanaria: ad regnum Dei deducit Christi communio, non meretricia cōiunctio. Illius autem meretriciæ cōiunctionis & communionis fuerint participes suos & hirci. Arque regni quidem cœlestis spem habent qui Christi cōmunionis sunt participes: in meretricia autē cōmunionē spem habent maximā meretrices, ad coitū quosuis admittentes. ¹⁹ *vos autem non sic.* Ostēdit quam sit aliena à Christo doctrina, omnis impudicitia, immunditia, & iniustitia. Quamobrē vel sancte & caste viuāt oportet Christū imitantes & eius præcepta sequentes, ut fateamur se Christū non didicisse, qui loquitur per Apostolum. *Effluxit autē.* Recitat verba ex quibus isti hæretici suam sumpserunt communionem. Ea cum sint stulta & impia, nulla egent interpretatione. Dubitat autē Clemens num ipsi eorū fuerint auctores, an ea ab aliis acceperint, sed siue ipsi ea excogitarint, siue ab aliis acceperint, merito vituperātur. Nam de Deo mēiri propter suā intemperantiam est superbiæ nimix & arrogantix: ab aliis autem accepisse & peruersē audiuisse ut impium dogma inde constituerent, est impietatis & stultitiæ. Quod si ab eis introducta communio esset huiusmodi ut aliquid contineret spirituale, cuiusmodi sunt Valentino coniugationes, posset fortasse à nonnullis hæc suscipi opinio. Sed cum eorum communio sit mere carnalis, & ideo plena probri & dedecoris, & ad eam confirmandam vtantur prophetia, id est scripturæ autoritate, non est quod vllam de sua salute spem possint concipere. *Talia statuunt Prodicus.* Quod Prodicus dixerit nuptias & vxores esse oportere omnibus communes, & nullum priuatim vnam vxorem habere, sed volentes cum volentibus commiseri, scribit Epiphanius. De eo quoque dicit Theodoretus. Is apertē & palam scortari adiecit decretis Carpocratis. Mulieres esse communes constituit. Quamobrem non solum in conuiuiis publicis, candelæ lumine paulo longius remoto, in quamcunque inciderat cum ea vnusquisque coibat, sed etiā mystica initia eiusmodi incontinentiam existimabant, huius rei testem hunc nostrum Clementem, cuius ipsa verba paulo ante vidimus. Quod autem eis liceret libere ut vellent viuere, & nullum non flagitij genus admittere, ut qui Reges essent & liberi & nobiles, solus hic dicit Clemens. Quos cōfutat, dicens eorū decretū pugnare cum diuinis & humanis legibus, & qui conuenienter eorum decretis viuere, eum & odio esse hominibus & reputari pessimum, falsum quoque esse dicit quod nonnulli ex iis dicebant à diuersis potestatibus creatū esse hominem, & quæ sunt sub vmbilico partes solas concupiscere. Nam & externum & internum hominē creauit Deus, ut non solum inferiores sed etiam superiores partes concupiscant, atque adeo libidinatur, & appetio ipsa non est corporis sed animæ, licet fiat per corpus. Porro autem est animaduertendum, illic vbi scriptum est, Primum quidem quod non faciant omnia & c. aliquid deesse, utpote, Quam falsa sunt quæ dicuntur ex his constar. Illic enim eos confutans ostendit eos nec esse Reges, nec liberos, neque tanquam Reges & liberos quæ faciunt facere: vel eum id consulto prætermisisse vltimum breuitate more Thucydidis. In eo autem quod sequitur paulo post, Cum etiam aliorum qui inuiti peccant misereamur, & in duabus aut tribus lineis sequentibus, necesse est ut addatur aliquid ut sit sensus perfectus, sed quidnam desit, ingenue fateor me non posse diuinare. *Quidam etiam quos vocamus Antitactas.* De Antitactis sic scribit Theodoretus. Erant autem quidam alij quos impij Antitactas vocabant, qui magnum ignotum Deum, ut ipsi dicunt, patrem suum nominabant: eum autem esse bonum & Deum creatorem. Vnum autem quempiam eorum qui ex ipsis erant geniti, seminasse zizania, qui in nos omnes, ut ipsi dicunt, mala iniecit, ut qui optimo nostro patri resisterit. Quamobrem nos quoque illi resistimus, eius legibus, ut de patre vltionem sumamus, aduersantes. Et quoniam is dixit, Non adulteraberis, Nos, inquit, adulteremus, ut eius præceptum infirmemus. Eos malorum inuentores iure quispiam nominauerit, qui suis libidinibus, & impudicitis blasphemias adiungunt. Aduersus eos autem hoc dilemmate vitur Clemēs, Aut nullum est malum, aut consistit malū. Si nullū est malum, nullius mali est effector creator, & non meretur reprehēdi qui nullum malum fecit. Sin autem consistit malum, quæ data sunt præcepta, aut bona sunt aut mala. Si mala sunt quæ multa prohibent facere turpia, aduersus se legem fert vitium ut seipsum dissoluat, quod non potest fieri. Sin autem bona, cum bonis aduersentur, consententur se mali esse aduersarios, & mala facere. Vtrumuis ergo dicant seipfos refellunt & conuincunt. *Iam vero ipse quoque Seruator.* Rursus ostendit quantum sibi contradicunt. Volunt enim Seruatori soli esse parendū: sed ipse Seruator vult nos reconciliari aduersario. Inter se autem pugnant soli parere Seruatori quod ipsi iubent, & reconciliari aduersario quod iubet Seruator. *Quid vero an nescitis viri egregij.* Ostendit quam multa fiant absurda ab istis Antitactis. Primum quidem quod dum bona præcepta conātur euertere, non ipsa sed suam salutē euertūt. Deinde quod Deo aduersantur qui vult lucere bona eorū opera, ipsi ita se gerunt ut nō luceāt eorū bona opera, sed manifesta sint omnibus eorum flagitia & libidines. Deinde quod eius quidem præcepta conantur dissoluere, quæ autem ab ipso sunt creata nō conātur dissoluere, ut qui neq; velint hyemem fieri æstate, neq; terrā nauigari, neq; mare pedibus obiri, ut olim Xerxes montē Arnon abscedit & velis fecit peruium, ut scribit Herodotus, cum tamen idē sit & legislator & creator. Deinde quod nō omnibus præceptis æquē repugnāt. Vnū enim ex præceptis est, Crescite & multiplicamini: quod si ab illis nō probatur, à coitu deberēt omnino abhorre, cum sint tamen libidinosissimi & impudicissimi, sed & à cibis abstinere oportuit, cū omnia dederit ad vescendū. Nec oportet apud eos furē reddere quadruplū, quod iuber legislator, sed furi præter id quod furatus est aliqd dare: sed nec Deū diligere, cū id iubeat legislator, & Idola quoq; adorare, cū id veret legislator. Sed & suā ostēdūt insipientiā, cū nō animaduertāt potentē esse legislatorē qui quod vult facit, imbecillū autē esse quē suū dicūt patrē. *Recensent etiā.* Antitactæ isti quædā ex prophetis accipiebāt, quæ allegoricē quidē erāt intelligenda, ipsi aut tanquā propriè dicta, & citra vllā figurā intelligebāt. Scriptū est apud Malachiam, Deo resisterūt & salui facti sunt, addebant autē Deo, impudenti, & ex eo hunc sensum eliciebant quod salutē assequerentur resistentes creatori. Diuus autem Hieronymus sic exponit in exposuit. Septuaginta quam sequitur Clemens, Beatos

Beatos igitur dicimus arrogantes qui superbiunt contra Deum, & impia blasphemiarum verba iaculantur, siquidem ædificati, post scelera atque blasphemias prosperis omnibus perfruuntur. Tentauerunt Deum siue resisterunt Deo, & salui facti sunt. Salutem, felicitatem presentis huius seculi putant, & idcirco decipiuntur erroribus. Hæc & de hæreticis Marcione & Valentino, & cæteris qui vetus non recipiunt testamentum, & contra mundi creatorem loquuntur intelligere possumus: quod proficiant in impietate sua, & multos sceleris socios habeant, ad quos scandalizati qui in ecclesia perseuerant, & ignorantes causas iusti iudicij Dei, Prophetæ verba contexunt. Quod autem Antitactæ adiunxerunt Deo hanc dictionem impudenti, ea vero in contextu non inuenitur, & ut maxime inueniretur, de Deo non posset intelligi sed de diabolo, quidquid significet satis exponit Clemens. Nō omnia autem prophetæ à Deo audiunt, sed etiam à vulgo quædam accipiunt veluti per quamdam ἀντιπροφην, seu obiectionē. Ad hoc videtur alludere Diuus Paulus dum dicit: Et non sicut blasphemamur & cætera. Isti autem Antitactæ & qui sunt his similes, bona & pia scripturæ decreta corrumpunt, vel aliter proferendo vel accentus & punctos transmutando. Quod si sibi hoc vsurpant hæretici ut possint vel cōtextui aliquid addere, vel dictionum tonos & accentus ut volunt mutare, eadem licebit opera noua & impia afferre dogmata, cuiusmodi Antitactæ, & cæteri qui falso nomine dicti sunt Gnostici.

NE ERGO hūc locum ungue amplius fodicantes, plurium absurdarum hæresum meminerimus: nec rursus dum in singulis aduersus vnāquamque dicere necesse habētes, propterea pudore afficiamur, & nimis prolixos hos faciamus commentarios, agē in duobus diuidentes omnes hæreses, eis respondeamus. Aut enim docent indifferenter viuere: aut modum tonūque excedentes, per impietatem & odium profitentur continentiam. Prius autem tractandum est de prima parte. Si omnem vitam licet eligere, eam scilicet etiam licet, quæ est cum continentia: & si quæuis vita nulli est periculo obnoxia, electa scilicet cum virtute & temperatiā, multo minus. Ei enim qui est Dominus Sabbati data potestate, si vita intemperanter acta nulla est reddēda ratio, multo magis qui vitam moderatē & temperanter instituit, nulli erit rationi reddēda obnoxia. Omnia enim licent, sed nō omnia expediunt, ait Apostolus. Quod si omnia licent, videlicet moderatum quoque esse temperantem. Quemadmodū ergo is est laudandus, qui libertate vsus est ad viuendū ex virtute, ita multo magis qui nobis dedit liberam & nostri iuris potestatem, & cōcessit nobis viuere ut vellemus, est venerandus & adorandus, ut qui non permiserit ut nostra electio & vitatio seruiret necessariō. Si est autem vterque æquē securus, & qui incontinentiam, & qui continentiam elegerit, non est tamen ex æquo honestum & decorum. Qui enim impingit in voluptates, gratificatur corpori: temperans autem, animam corporis dominam liberat à vitijs. Et si dicant nos vocatos fuisse in libertatem. solummodo ne præbeamus libertatem, in occasionem carni, ex sententia Apostoli. Si autem cupiditati est obsequendum, & quæ probrosa est & turpis vita ut indifferens est eligenda, ut ipsi dicunt, aut cupiditatibus est omnino parendum: & si hoc ita est, faciendæ sunt quæuis impudicissima & maxime nefaria, eos sequendo qui nobis persuadent: aut sunt aliqua declinandæ cupiditates, & nō est amplius viuendum indifferenter: neque est impudenter seruiendum vilissimis & abiectissimis nostris partibus, ventri & pudendis, propter cupiditatem nostro blandiendo cadaveri. Nutritur enim & viuificatur cupiditas, dum ei ut optatis fruatur cupiditatibus seruitur: quemadmodum rursus si arceatur & interturbetur, flaccēdit. Quomodo autem fieri potest, ut qui victus est à voluptatibus Domino assimiletur, aut Dei habeat cognitionem? Omnis enim voluptatis principium est cupiditas: cupiditas autem est molestia, & sollicitudo, quæ propter egestatem aliquid appetit: quare nihil aliud mihi videntur, qui hanc vitam rationem suscipiunt, quàm quod dicitur,

Ultra ignominiam fauos sentire dolores.

Ut qui attrahendum ad se malū nunc & in posterum eligant. Si ergo omnia licerent, nec timendū esset, ne à spe excideremus propter malas actiones, esset fortasse eis aliquis pretextus, cur malè viuerent & miserabiliter. Quoniam autē vita quædā beata nobis ostensa est per præcepta, quam oportet omnino sequentes, nec aliquid eorum quæ perperam dicta sunt au-

dientes nec eorum quæ conuenit aliquid, et si sit vel minimum, cõtemnentes, sequi quod uerbum ducit: cum si ab eo exciderimus, in malum immortale incidamus necesse est: si diuinam autem scripturam secuti fuerimus, per quam ingrediuntur qui crediderunt, ut Domino, quoad eius fieri potest, assimilentur, non est uiuendum indifferenter, sed pro uiribus mundos esse oportet à voluptatibus & cupiditatibus, & cura gerenda est anima.^b Mens enim quæ est munda & ab omni uitio libera, est quodammodo apta ad Dei potestatem suscipiendam, cum diuina in ea assurgat imago: & quicumque habet hanc spem in Domino seipsum, inquit, * mundum castumque facit, quatenus ille est castus. Ut ij autem accipiant Dei cognitionem qui adhuc ducuntur à uitijs, minimè potest fieri: ergo nec ut finem assequantur, qui nullam habent Dei cognitionem. Et eum quidem qui hunc finem non assequitur, accusare uidetur Dei ignoratio: ut Deus autem ignoretur, efficit uitæ institutio. Planè enim fieri non potest, ut quis simul sit & scientia præditus, & blandiri corpori non erubescat. Neq; enim potest unquam cõuenire, quòd uoluptas sit bonum, cum eo, quod bonum sit solum pulchrum & honestum: uel etiam cum eo, quòd solus sit pulcher Dominus, & solus bonus Deus & solus amabilis. In Christo autem circumcisi estis, circumcissione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circūcissione Christi. Si ergo cum Christo consurrexistis, quæ sursum sunt querite, quæ sursum sunt sapite, non quæ sunt super terram. Mortui enim estis, & uita uestra absconsa est cum Christo Deo: non autè ea quam exercet fornicatio. Mortificate ergo mēbra uestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, passionem, desiderium, propter quæ uenit ira. Deponant ergo ipsi quoque iram, indignationem, malitiā, maledictum, turpem sermonem ex ore suo, exuentes ueterem hominem cum concupiscētijs, & induentes nouum qui renouatur in agnitionem, ad imaginem eius qui creauit ipsum. Vitæ enim institutio apertè eos arguit qui mandata nouere: qualis enim sermo, talis est uita. Arbor autem cognoscitur ex fructibus, non ex floribus & folijs ac ramis. Cognitio ergo est ex fructu & uitæ institutione non ex uerbo & flore. Non solum enim uerbum dicimus esse cognitionem, sed aliquam diuinam scientiam, & lucem illam quæ innata fuerit in anima ex præceptorum obedientia, quæ facit omnia manifesta quæ sunt in generatione, & hominem instruit ut seipsum cognoscat, & docet hominem, ut ad Deum suas dirigat cogitationes. Quod enim oculus est in corpore, hoc est in mente cognitio. Neq; dicant libertatem eam quæ est sub uoluptate seruitutem. Nos enim didicimus libertatem, qua Dominus noster nos liberat, soluens à uoluptatibus & à cupiditatibus, & ab alijs uitijs animique perturbationibus. Qui dicit, Noui Dominum, & mandata eius non seruat, mendax est, & in eo ueritas non est, ait Ioannes.^c Iis autem qui speciosis quibusdam uerbis, per continentiam, sunt impij & in creaturam & sanctum opificem, qui est solus Deus omnipotens: & qui dicunt non esse admittendum matrimonium & liberorum procreationem, nec in mundum esse induendos alios infelices futuros, nec suppeditandum esse morti nutrimentum, illa sunt dicenda. Primùm quidem illud Ioannis: nunc Anti-Christi multi facti sunt, unde scimus quod nouissima hora est. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum? ^d Deinde sunt etiam euertenda & dissoluenda quæ ab eis afferuntur, hoc modo. Salome interroganti, quousque uigebit mors, non quasi uita esset mala, & mala creatura, Dominus, quoad usque, inquit, uos mulieres paritis, sed quasi naturalem docens consequentiam. Ortum enim omnino sequitur interitus. ^e Vult ergo lex quidem uos à delitijs omnique probro & dedecore educere. Et hic est eius finis, ab iniustitia ad iustitiam deducere, honesta ac moderata eligendo matrimonia, & liberorum procreationem, bonamque uitæ institutionem. Dominus autem non uenit ad soluendam legem, sed ad implendam: ad implendam autem,

1. Ioan. 3.
* Clemens
legit & noster
noster autem
interpres
uertit enim
sanctificat.

Colof. 2.

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

non ut

non ut cui aliquid deesset, sed quòd perfectæ legis fuerint prophetiæ in eius aduentu. Nam recta uitæ institutio, iis etiam qui iustè uixerunt, ante legem per uerbum prædicabatur. Vulgus ergo hominum quod non nouit continentiam, corpore uitam degit, sed non spiritu: sine spiritu autem corpus est terra & cinis. ^f Iam adulterium iudicat Dominus ex cogitatione. Quid enim, an non licet etiam continenter uti matrimonio, & non conari dissoluere quod coniunxit Dominus? Talia enim docent coniugij diuisores, propter quod nomen probris ac maledictis appetitur inter gentes. Sceleratum autem dicentes isti esse coitum, qui ipsi quoque ut consisterent, à coitu acceperunt, quomodo non fuerint scelerati?

COMMENTARIVS.

^a Ne ergo hunc locum ungue amplius. Cùm pigeret & puderet Clementem in tam impijs & tam impudicis uersari heresibus, omnes hereses in duo diuidit, ut eis facilius respondeat. Omnes, inquit, hereses docent aut uiuere indifferenter, id est citra ullam electionem agaturne uita ex uirtute an ex uitio, aut docet omnino profiteri continentiam modum excedentes, non ut qui se castrent, & casti esse uelint propter regnum Dei, sed ut qui per impietatem & propter odium Creatoris quidquid est genitum & creatum abhorreant ac fugiant. Et aduersus eos quidem qui docent uiuere indifferenter sic disputat. Si utramuis uitam licet eligere, & quæ est cum continentia, & quæ nõ est, utraque quidem est secura, sed multo magis ea quæ est cum continentia, licet autem sit utraque secura, multo certe est honestior & decentior quæ est cum continentia. Nam omnia quidem licent, sed non omnia expediunt. Qui enim se dedit uoluptati, inseruit corpori: qui est autem temperans, animum liberat à uitijs. Sin autem uoluptati seruiatur & cupiditati, aut sunt turpillima quæque & flagitiosissima admittenda, quod est indignissimum, aut si sunt aliquæ declinandæ & uitandæ uoluptates & cupiditates, & falsa erit eorum doctrina, docent enim indifferenter uiuendum, cum tamen ipsi admittunt, non semper sequendam esse indifferenciam. Ad hæc accedit quod qui est uoluptatibus & cupiditatibus deditus semper eget, & ignominiam perpetuam sentit & dolorem. Sed nec Deo potest assimilari, quod sit per beatam uitam quæ acquiritur per præcepta. Non est ergo uoluptas sequenda, nec uitæ indifferencia, sed ipsum Dei Verbum, & diuina quæ ipsum nobis annunciat & prædicat scriptura, ut sit mens nostra munda ab omnibus uoluptatibus & cupiditatibus dum geritur cura animæ. ^b Mens enim quæ est munda. Ostendit quomodo per mentem homo Deo assimilatur, nempe cùm ea munda seruat à uitijs, libidinibus & concupiscētijs. Dei enim non potest habere cognitionem qui adhuc ducitur à uitijs, quibus debet carere, qui in baptismo cum Christo est sepultus, & cum eo surrexit. Is demum Deum uerè nouit qui uitam rectè instituit. ^c Iis autem qui speciosis. Hactenus respõdit iis qui docebāt indifferenter uiuere: nunc autè incipit respõdere iis qui in odium Creatoris, nõ autè propter regnū Dei inducunt continentiam, admitti nolunt matrimonium, nec procreari liberos, ne generentur futuri infelices, & qui à morte sint deuorandi. Primum autè respõdet eos esse Antichristos, nec ex nobis fuisse qui à nobis exierint. ^d Deinde sunt etiam euertenda. Afferit aliud Clemens quod obiciebant matrimonij euersores ad sua confirmanda. Quod autè citat nusquã extat in nostris libris Canonicis. Quo fit suspicer eum ex aliquo Apocriphe citare Euangelio. Solet enim nõnulla ex iis citare. Salome enim interroganti; Quousque uigebit mors, respondit Dominus, quousque uos mulieres paritis, non per id intelligens malum esse uitam aut creaturam, sed ostendēs necessario consequi, ut ortum sequatur interitus. Nam quidquid gignitur secundum naturam intereat necesse est. Ex hoc autem non sequitur non contrahenda esse matrimonia. ^e Vult ergo lex quidem. Hoc etiam pro se afferbant condemnatores matrimonij, quod ipsi legem sequerentur Euangelicam quæ longè est perfectior, ut quæ statuerit continentiam, quam lex uetus quæ tuebatur matrimonium. Ad quod respondet Clemens, legis hunc fuisse scopum, ut eligendo matrimonia iustè uiuerent, liberos procrearent, uitam rectè instituerent: dicere Christum se uenisse ad legem adimplendam, non quod legi deesset aliquid, sed quod significaret fuisse adimpletas & perfectas legis ueteris umbras & figuras. Idem esse Verbum, quod & in lege, & in Euangelio prædicauit bonam uitæ agendæ rationem & doctrinam. Etiam ueteri lege matrimonium suam habuisse continentiam, quam qui non habet, solo uiuit corpore, non spiritu, qui si desit, in corpore nihil est aliud quam terra & cinis. ^f Iam adulterium iudicat Dominus. Si adulterium potest admitti sola cogitatione (qui enim uidit mulierem & eam concupiit, mœchatus est in corde suo, etsi eam non tetigerit) ita etiam constat matrimonium etiam inter eos qui continent, nec dissoluitur, ut ij dissoluant qui damnant matrimonium, quod non potest nec debet fieri. Non sunt enim separandi quos Deus coniunxit. Quod quidem causa est ut sanctissimum Christi nomen blasphemetur inter gentes: uocatur autem Christi nomen ^g & ^h quod sit omnium excellentissimum. Quod autem fiebat ab Hereticis, id tribuebant gentes omnibus Christianis. Damnantes uerò tanquam nefarium & sceleratum coitum, cui acceptum ferre deberent quod consistant in rerum natura, sceleratos & ingratos se ostendunt.

^a Eorum autem qui sunt sanctificati, sanctum quoque, ut puto, semen est. Atque uobis quidem debet esse sanctificatus, non solum spiritus, sed & mores, & uita, & corpus. Nam quanam ratione dicit Paulus Apostolus esse sanctificatam mulierem à uiro, aut uirum à muliere? ^b Quid est autem quod Dominus quoque dixit iis qui interrogabant de di-

Matth. 19.
Marc. 10.
Luc. 20.
1. Cor. 5.
*καταργησθε
οκιοσα red-
det, & cessa-
re faciet.

Rom. 14.

Matth. 19.
Marc. 10.
Matth. 24.

Luc. 18.
Luc. 21.

Matth. 19.

61
1. Tim. 4.

uortio, an liceat uxorem dimittere, cum Moses id permisit? Ad duritiam cordis vestri, inquit, Moses hæc scripsit. Vos autem non legistis quod protoplasto Deus dixit, Eritis duo in carne una. Quare qui dimittit uxorem, præterquam fornicationis causa, facit eam mæchari. Sed post resurrectionem, inquit, nec uxores ducunt, nec nubunt. Etenim de ventre & escis dictum est. Esca ventri, & venter escis. Deus autem & illum & has destruet, hos impetens, qui instar caprorum & hircorum sibi viuendum esse censent, ne securè ac sine terrore comessent & coivent. Si resurrectionem itaque acceperunt, ut ipsi dicunt, & ideo matrimonium infirmant & abrogant: nec comedant, nec bibant. Ociosum enim esse, cessarèque ventrem & cibos dicit Apostolus in resurrectione. Quomodo ergo esuriunt, & sitiunt, & carnis patiuntur affectiones, & alia quæ non patietur, qui per Christum accepit perfectam quæ speratur resurrectionem? Quinetiam qui colunt idola, à cibis & venere abstinent. Non est autem, inquit, regnum Dei cibus & potus. Certè Magis quoque qui Angelos colunt & demones curæ est, simul à vino & animatis & à rebus abstinere veneris. Quemadmodum autem humilitas est mansuetudo, non autem afflictio corporis: ita etiam continentia est animæ virtus, quæ non est in manifesto, sed in occulto. Sunt autem etiam qui matrimonium apertè dicunt fornicationem, & decernunt id traditum esse à diabolo. Dicunt autem gloriosi isti iactatores se imitari Dominum, qui neque uxorem duxit, neque in mundo aliquid possedit, se magis quàm alios Euangelium intellexisse gloriantes. Eis autem dicit Scriptura: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Deinde nesciunt causam cur Dominus uxorem non duxerit. Primum quidem propriam sponsam habuit Ecclesiam: deinde verò nec homo erat communis, ut opus haberet etiam adiutore aliquo secundum carnem: neque erat ei necesse procreare filios qui manet in æternum, & natus est solus Dei filius. Hic ipse autem Dominus dicit: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et rursus: Sicut autem erat in diebus Noë, erant nubentes, & nuptui dantes, edificantes & plantantes, & sicut erat in diebus Loth, ita erit aduentus filij hominis. Et quod non dicit ad gentes, subiungit: Num cum venerit filius hominis, inueniet fidem in terra. Et rursus: Væ pregnantibus & lactantibus in illis diebus. Quanquam hæc quoque dicuntur allegoricè. Propterea nec tempora præfinit, quæ pater posuit in sua potestate: ut permaneret mūdus per generationem. Illud autem, Non omnes capiunt verbum hoc: sunt enim eunuchi qui sic nati sunt, & sunt eunuchi qui castrati sunt ab hominibus, & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat: nesciunt quòd postquam de diuortio esset locutus, cum quidam rogassent, Si sic sit causa uxoris, non expedit homini uxorem ducere: tunc dixit Dominus: Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Hoc autem qui rogabant, volebant ex eo scire, an uxore damnata & eiecta propter fornicationem, concedat aliam ducere. Aiunt autem Athletas quoque non paucos abstinere à Venere, propter exercitationem corporis continentis: quemadmodum Crotoniatem Ascyllum, & Crisonem Imeræum. Quinetiam Amæbeus citharædus, cum recens duxisset uxorem, à sponsa abstinuit: & Cyrenæus Aristoteles amantem Laidem solus despexit. Cum meretrici itaque iurasset se eam esse in patriam abducturum, si ei aduersus decertantes aduersarios in aliquibus opem tulisset, postquam id perfecit, lepidè à se scriptum iusiurandum exequens, eius quam simillimam Cyrenæ statuit imaginem, ut scribit Ister in libro de Proprietate certaminum. Quare nec castitas est bonum nec ex virtute, nisi fiat propter dilectionem in Deum. Iam de iis qui matrimonium abhorrent dicit beatus Paulus: In nouissimis diebus deficient quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, prohibentium nubere, abstinere à cibis. Et rursus dicit: Nemo vos seducat volens in humilitate & religione & parsimonia corporis.

corporis. Idè autè illa quoque scribit: Alligatus es uxori, ne queras solutionè. Solutus es ab uxore, ne queras uxore. Et rursus: Vnusquisque autè suam uxore habeat, ne tètet vos Satanas. Quid verò, nõ etiã iusti veteres creaturã cū gratiarũ actione percipiebãt? Aliqui autè etiã liberos susceperunt, cum cõtinenter versati essent in matrimonio. Et Helix quidè coruĩ alimentũ afferebant, & panes & carnes. Quinetiã Samuel Propheta, armũ, quem ex iis quæ comedebat reliquerat, allatum, dedit edendum Sauli. Hi autem qui se eos dicunt vita institutis excellere, cum illorum actionibus ne potuerunt quidem conferrì. Qui itaque non comedit, comedentem ne spernat. Qui autem comedit, eum qui non comedit ne iudicet: Deus enim ipsum accepit. Quinetiam Dominus de seipso dicens: Venit, inquit, Ioannes, nec comedens nec bibens, & dicunt, dæmonium habet: venit filius hominis comedens & bibens, & dicunt, ecce homo vorax & vini potor, amicus publicanorum & peccatorum. An etiam reprobant Apostolos? Petrus enim & Philippus filios procreauerunt: Philippus autem filias quoque suas viris tradidit. Et Paulus quidem certè non veretur in quadam epistola suam appellare coniugem, quam non circumferebat, quòd non magno ei esset opus ministerio. Dicit itaque in quadam epistola: Non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi sicut & ceteri Apostoli? Sed hi quidem ut erat consentaneum, ministerio quod diuelli non poterat, prædicationi scilicet attendentes, non ut uxores, sed ut sorores circumducebant mulieres, quæ unã ministraturæ essent apud mulieres, quæ domos custodiebant: per quas etiam in gynæceum, absque vlla reprehensione malæ suspitione, ingredi posset doctrina Domini. Atqui hic ipse exclamauit: Non est regnum Dei esca nec potus: neque verò abstinentia à vino & carnibus, sed iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto. Quis eorum ouilla pelle indutus, & Zona pellicea accinctus, circuit ut Helias? vel subligaculum tantum habens lineum, ut Hieremias? Ioannis autem vitæ institutum cognitione præditum quis imitabitur? Sed sic quoque viuentes gratias creatori agebant beati Prophetæ. Carpocratis autem iustitia, & eorum qui æquè atque ipse impudicam & intemperantem persequuntur communionem, hoc modo dissoluitur. Simul enim ac dixerit, A te petenti des: subiungit, & eum qui velit accipere non auerferis, hanc docens communicationem, non autem illam incestam & impudicam coniunctionem. Quomodo autem fuerit is qui petit & accipit, is qui mutuatur, si nullus sit qui habeat & det mutuo? Quid vero quando dicit Dominus: Esuriui, & me paupertis: siti, & potum mihi dedistis: hospes eram, & me collegistis: nudus eram, & me vestistis. Deinde subiungit: quatenus fecistis uni horum minimorum, mihi fecistis: nunquid easdem quoque tulit leges in veteri Testamento? Qui dat mendico, fenerator Deo. Ne abstinueris à benefaciendo egeno, inquit. Et rursus: Eleemosynæ & fides ne te deficient, inquit. Paupertas autem virum humiliat, ditant autem manus virorum. Subiungit autem: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, sit acceptus. Precium redemptionis animæ propriæ inducantur diuitiæ. An non apertè indicat, quod sicut mundus componitur ex contrariis, nempe ex calido & frigido, humido & sicco, ita etiam ex iis qui dant, & ex iis qui accipiunt? Et rursus cum dixit: Si vis perfectus esse, vende quæ habes, & da pauperibus, refellit eum qui gloriatur quod omnia à iuuentute sua præcepta seruauerit. Non enim impleuerat illud, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Tunc autem ut qui à Domino perficeretur, docebatur communicare & impertiri per charitatem. Pulchrè ergo non prohibuit esse diuitem, sed esse diuitem iniuste & inexplebiliter. Possessio enim quæ cum iniquitate acceleratur, minor redditur. Sunt enim qui seminantes multiplicant, & qui colligentes minus habent. De quibus scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui enim seminat & plura colligit, is est qui per terrenam & temporalem communicationem

Coloss. 2.
1. Cor. 7.

Rom. 14.

Matth. 11.

Philipp. 4.
ούδ' υιοι.

Rom. 14.

Luc. 6.

Matth. 15.
Prou. 19.

Psal. 14.
Psal. 48.

Matth. 19.

Psal. 111.

Agg. 1.
Luc. 12.Matth. 7.
Luc. 11.

ac distributionē, caelestia acquirit & aeterna. Est alius autem qui incassum nemini imper-
tit, & thesauros in terra colligit, ubi arugo & tinea destruunt. De quo scriptum est: Qui
colligit mercedes, colligit in saccum perforatum. Huius agrum Dominus in Evangelio
dicit fuisse fertilem: Deinde cum vellet fructus reponere, & esset maiora horrea & apo-
thecas sibi edificaturus, sibi dixisse per prosopopœiam. Habes multa bona tibi reposita in
multos annos, ede, bibe, latere: Stulte ergo, inquit, hac nocte animam tuam à te repetunt:
quæ ergo parasti, cuius erunt? Humana ergo continentia, ea inquam quæ est ex sententia
Philosophorum Græcorum, profitetur pugnare cum cupiditate, & in factis ei non inservi-
re. Quæ est autem ex nostra sententia continentia, non concupiscere: non ut quis concupi-
scens se fortiter gerat, sed etiam ut à concupiscendo se contineat. Non potest autem ea ali-
ter accipi continentia, nisi gratia Dei. Et ideo dixit: Petite, & dabitur vobis. Hanc gra-
tiam Moyses quoque accepit, qui indigo corpore erat indutus, ut quadraginta diebus ne-
que esuriret neque sitiret. Quemadmodum autem melius est sanum esse, quam ægotan-
tem differere de sanitate: ita lucem esse, quam loqui de luce: & quæ est ex veritate conti-
nentia, ea quæ docetur à Philosophis. Non enim ubi lux est, illic tenebræ. Vbi autem sola
insidet cupiditas, etiam si quiescat ab ea quæ per corpus fit operatione, at memoria quidem
certè cum eo quod non est præsens congregatur. In summa autem & in genere nobis proce-
dat oratio de matrimonio, nutrimento, & aliis, ut nihil faciamus ex cupiditate, velimus
autem ea sola quæ sunt necessaria. Non sumus enim filij cupiditatis, sed voluntatis: & cum
qui uxorem duxit pro liberorum procreatione, exercere oportet continentiam, ut ne suam
quidem concupiscat uxorem, quam debet diligere, honesta & moderata voluntate operam
dans liberis. Non enim carnis curam gerere ad concupiscentiam didicimus: honestè autem
tanquam in die Christo, & dominica lucida vitæ institutione ac conuersatione ambulan-
tes, non in comessionibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudiciis, non in liti-
bus & contentionibus. Verum enimverò non oportet considerare continentiam in vno so-
lùm genere, nempe in rebus venereis, sed etiam in quibuscunque aliis quæ luxuriosa concu-
piscit anima, non contenta necessariis, sed sollicita de delitiis. Continentia est pecuniam de-
spicere, voluptatem, possessionem, spectaculum magno & excelsio animo contemnere, os
continere, quæ mala sunt ratione vincere. ¹ Iam verò angeli quoque quidem cum fuissent
incontinentes, victi cupiditate, è cælo descenderunt.

COMMENTARIUS.

Ex lib. 3. ad
Marcellinū.

¹ EORVM autem qui sunt sanctificati. Ex hoc etiã probat quod non sit nefarius & sceleratus coitus: nam
sanctificationum semen est sanctum, in sanctificatis enim sunt omnia sancta, & ipsi sanctificati se inuicem
sanctificant. Sed cuiusmodi sit ista matrimonialis sanctificatio pulchrè August. in lib. de Baptismo paruulorum;
Non vniformis est sanctificatio. Nam & Cathecumenos non secundum quendam modum suum,
per signum Christi, & orationem manus impositionis puto sanctificari. Et quod accipiunt quamuis non
sit corpus Christi, sanctum est tamen, & sanctius quam cibi quibus alimur, quoniam sacramentum est. Ve-
rum & ipsos cibos, quibus aduersus necessitatem sustentandæ vitæ huius alimur, sanctificari idem Apосто-
lus dixit per Verbum Dei & orationem, qua oramus utique nostra corpuscula refecturi. Sicut ergo illa ci-
borum sanctificatio non efficit, ut quod in os intrauerit non in ventrem vadat, & in secessum mittatur per
corruptionem, qua omnia terrena soluantur, vnde & ad aliam escam quæ non corrumpitur nos Dominus
exhortatur: ita sanctificatio Cathecumeni, si non fuerit baptizatus, non ei valet ad intrandum regnum cæ-
lorum, aut ad peccatorum remissionem. At per hoc & illa sanctificatio cuiusmodi dicuntur, quam in filiis fi-
delium esse dicit Apostolus, ad istam de Baptismo & de peccati origine, vel remissione quæstionem omni-
no non pertinet. Nam & coniuges infideles in coniugibus fidelibus sanctificari dicit eo ipso loco ita in-
quiens; Sanctificatur enim vir infidelis in vxore, & sanctificatur mulier infidelis per virum fidelem. Alio-
qui filij vestri immundi essent, nunc autem mundi sunt. Non opinor autem quod quisquam tam infideli-
ter intelligit quomodolibet in his verbis intelligat, ut ob hoc intelligat etiam maritum, non Chri-
stianum, Christianum, quia eius vxor fuerit Christiana, neque iam baptizari oportere, & ad remissionem
peccatorum peruenisse, & in regnum cælorum esse intraturum, quia sanctificatus dictus est in vxore. Hæc
diuus ille Augustinus de matrimoniali sanctificatione. Ex quibus verbis est cuilibet perspicuum in quatro
errore

errore verferur impius Heresiarca Caluinus, quem non pudet dicere etiam in vtero matrum sanctificari
infantes, & nec opus quidem esse vt baptizentur. ⁶ Quid est autem quod Dominus quoque dixit is. Non lice-
re soluere matrimonium, ex eo probat quod prohibeat Christus dimittere vxorem, nisi causa fornicationis.
Sed nec Hebræis Moyses permisit diuortium, nisi propter cordis eorum duritiam, nempe propter grauiora
mala quæ inde erant euentura. ⁶ sed post resurrectionem. Suam matrimonij abrogationem ex eo confir-
mabāt, quod Christus dixisset, post resurrectionem neque viros ducturos esse vxores neque nupturas mu-
lieres. Hoc non negat Clemens, sed addit etiam ex Diuo Paulo, & ventrem otiosum futurum, & escas ces-
saturas: quo fiet vt neque comedatur nec bibatur, sicut nec etiam contrahetur matrimonium. ⁴ Quin-
etiam qui colunt idola. Magnopere se iactabant isti abrogatores matrimoniorum, quod & à cibis, & à Vene-
re abstinerent. Hanc eorum gloriam eleuat Clemens, dicens non in ea abstinentia sitam esse vxorem reli-
gionem, nam eam quoque illis esse communem cum Magis qui idola colunt & Dæmones. Prius est mat-
rituenda vera religio, quam gloriæ esse possit continentia & afflictio corporis, quam oportet esse non in
manifesto, sed in occulto. Imitabantur quidem veram Dei religionem gentes in cibo & potu, & in quibus-
dam ceremoniis, sed non est regnum Dei cibus & potus, neque ceremoniæ nisi ad sit veræ religionis funda-
mentum, nempe fides. ⁶ sunt qui matrimonium. De Eustathianis vide Concilium Gangrense, aduersus quos
editus est hic canon; Si quis vituperat nuptias & dormientem cum viro suo fidelem ac religiosum detesta-
tur, aut culpabilem estimat, veluti quæ in regnum Dei intrare non possit, anathema sit. Detestabantur enim
ij nuptias, & matrimoniū habebant pro fornicatione. ¹ Auunt autem Athletas quoque. Ad matrimonij lau-
dem eleuandam, adducebant isti nuptiarum vituperatores aliquot exempla eorum qui à Venere perpetuo
abstinebant. Ad quod responder Clemens considerandam esse causam cur caste viuatur: castitas enim nec
bonum dicenda est nec virtus, si caste viuatur propter aliud quam propter Dei charitatem. Qui ergo à Ve-
nere abstinerunt Athletæ, non propter Dei amorem, sed ne eneruetur eorum vires, non ideo sunt laudan-
di tanquam viri boni & virtute præditi. Christiana enim virtus solum Deum sibi proponit scopum. Non
omnium autem quorum hic meminit, fit mentio apud alios authores, & quem citat Ister iniuria temporis
interit. Plaro de Republica meminit Asbyli Crotoniatæ cursoris: is autem est, vt arbitror, corrupto vo-
cabulo Alcylus. Amœbei citharædi castissimi, qui vxorem nunquam attigit meminit Athenæus lib. 14. ca.
9. Is autem quoties cantaturus prædibat in publicum singulis diebus capiebat talentum Atticum. De Cri-
sone autem Imeræo nusquam memini me aliquid legere. De Aristotele autem Cyrenæo, quod Laidem quod
promiserat se Cyrenem abducurū, eluserit nihil legi, legi tantum apud Ælianum de varia historia, quod diceret
oblatum beneficium nunquam accipiendum: nam si referre non possis egreferes, & si non referas,
existimaberis ingratus. ² Iam de is qui matrimonium abhorret. Postquā confutauit ea quæ afferebantur ab iis
qui vituperabāt matrimonium, nunc adducit ea quæ faciunt pro matrimonio, & pro cibis cum gratiarum
actione sumendis. ⁶ Quid verò non etiam iusti veteres. Et in nouo & in veteri testamento fuerunt qui à ci-
bis abstinebant, & qui cibos percipiebant cum gratiarum actione. Fuerunt & qui matrimonium con-
trahebant, liberisque dabant operam, & fuerunt qui caste viuabant, & se continebant à mulieribus. ¹ An
etiam reprobant Apostolos. Ad probandum non esse reiiciendum matrimonium, multum facit quod ipsi quo-
que Apostoli vxores duxerint, & liberos procreauerint. Sed ad cælibatum quoque commendandum facit
plurimum, quod qui vxorem duxerant Apostoli, vxores non tanquam vxores circumducerent, sed tãquam
sorores. Circumducebant autem vt ipsis ingressis in gynæceum liberè mulieribus prædicaretur Verbum
Domini. De Apostolis autem Petro & Philippo quod vxores duxerint & liberos procreauerint nemini est
dubium: & quod Philippus filias habuerit virgines, quæ etiam prophetarint, constat ex Actis Apostolorum.
Quod autem ex iis aliquas collocarit in matrimonio, non memini me alibi legere. Paulus autem duxerit-
ne vxorem non leuis est dubitatio: videtur quidem Clemens sentire eum duxisse, sed aliter sentit Theodo-
retus, qui sic scribit in Commentario in epist. Pauli ad Philippenses. Comparem siue coniugem nonnulli
stultè existimant esse vxorē Apostoli, non attendentes ea quæ scripta erant in epistola ad Corinthios, quod
scilicet se retulerit in numerum cælibū. Dico enim iis qui matrimonio iuncti non sunt & viduis; Bonum est
eis si maneant sicut ego. Et clarum est quod siue esset cælebs, hoc est qui nunquam duxisset vxorem, siue
viduus, vxorem non habebat, vxorem autem eum nunquam duxisse est verius: adolescens enim vocatus
est. Comparem ergo seu coniugem ipsum vocat, vt qui iugum pietatis secum trahat, & hortatur vt opti-
marum sit mulierum adiutor, & vt concordiam inter se ineant, procuret. ⁴ Atqui ipse exclamauit. In nomi-
ne Domini, & cum gratiarum actione est comedendum. Quod si à cibo & potu abstineatur, id propter Dei
amorem est faciendum. Alioqui nec cibus nec potus est regnum Dei, sed neque ab iis abstinentia. Regnum
Dei est pax, & iustitia, & gaudium in Spiritu sancto. Pax est, quando quiescentibus affectibus, nos non an-
git nec remordet conscientia: iustitia est, qua suum vnique, nempe & Deo, & sibi, & proximo tribuitur:
gaudium in Spiritu sancto, quo nos non terrena delectant, sed caelestia. ¹ Quis eorum ouilla pelle indutus.
Quantumcunque castitatem & continētiam iactarent ipsi matrimoniorum vituperatores, vitæ tamen au-
steritate multum cedebant Eliæ, Hieremiæ, & Ioanni. Quidquid autem illi faciebant, non propter Dei a-
morem, sine quo nec castitas nec abstinentia potest esse bonum nec virtus, sed in Creatoris odium id facie-
bant: Elias autem & Hieremias & Ioanes, quantumcunque austeri esset eorum vita, Creatori semper age-
bant gratias. ³ Carpocratis autem iniustitia. Refellit impiam & obscenam Carpocratis communicationem,
qua volebat omnem mulierē omni petēti sui corporis facere copiam & coniunctionē, eam autem accipie-
bat ex illo Luca, Omni petenti à te tribue, vbi aduertendum est, id quod statim sequitur in Græco Clemen-
tis aliter habere, quam nec in excuso nouo testamento Græco, nec in nostra versione. Nam & in Græco ex-
cuso, & in nostra versione, ita habet; Et qui auferit quæ tua sunt ne repetas. In Græco autem Clementis ita
habet: καὶ πῶν ἡλιότης ἀνεῖκαθεύει μὴ ἀποστροφῆς, id est, & eum qui vult mutuo accipere ne auerferis. Ex vtrouis
autem refellitur impia illa communio Carpocratiana. In ea enim non potest is qui mutuatur esse qui petit
& accipit, si nullus sit qui habeat & det mutuo. Non intelligenda est autem hæc communio de synaxi, sed

Caluini im-
picias.Dist. 81. Si
quis vitupe-
rat. & dist.
30. si quis
nuptias.

1. Cor. 1.

de erogatione in pauperes. Quod ostendunt ea quæ sequuntur. ¹⁰ *Quid verò quando dicit Dominus. Quæcunque hic citantur eo tendunt, ut ostendatur magnam esse mercedem communicationis, erogationis, dispersionis & elemosinæ in pauperes: per eam enim acquiruntur cælestia & æterna. Non vituperantur diuitiæ, sed eæ solum quæ nimis augentur, & quæ absconduntur, & non erogantur & distribuuntur. Quod autem dicit sibi dicere per proloporoçiam, significat ad se verba facere tãquam ad aliam personam. ¹¹ *Humana ergo continentia.* Hæc est differentia inter continentiam Philosophicam & Christianam, quod Philosophica pugnat cum cupiditate: Christiana autem ne concupiscit quidem. Non potest autem accipi nisi à Dei gratia, & ideo ea est à Deo petenda. Eam habuit Moses, qui quadraginta dies nec esuriit nec sitiit. Sanum esse & de sanitate disputare inter se differunt, melius est autem sanum esse, quam de sanitate differere. Lux non est qui loquitur de luce: melius est autem esse lucem, quam loqui de luce. Vera est Christiana continentia, quæ eo deuenit ut nihil concupiscat: non est autem vera Philosophica quæ pugnat quidem cum cupiditate, sed eam non tollit. Nam etsi in actum non exeat cupiditas, nec exerceatur à corpore, ea tamen licet non sit præfens retinetur memoria: in continentia autem Christiana nulla est pœnitentia concupiscentia. ¹² *In summa autem & in genere.* Et in matrimonio & in esu ita se gerere oportet, ut in nobis sit voluntas non cupiditas, & ea solum velimus quæ sunt necessaria, ad eò ut etiam in matrimonio sit continentia, ut non tam nos moueat ardor libidinis, quam voluntas procreandæ sobolis, & ea sit in matrimoniali congressu honestas, quæ diem, nempe Christum redoleat, dies enim & lux est Christus. Ab ea luce absunt comestiones & ebrietates, lites & contentiones. Ita nos oportet gerere, qui sumus filij non voluptatis, sed voluntatis. Filius voluptatis est, qui in matrimonio non tam spectat filiorum procreationem, quam insanum implendæ voluptatis desiderium. ¹³ *Iam verò Angeli quoque quidam.* Non soli homines sunt incontinentes, sed quidam etiam Angeli, cum suam non possent continere cupiditatem, ea victi è cælo in terram descenderunt. Ii autem Angeli sunt fortasse qui in Genesi vocantur filij Dei. Videntes, inquit, filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Non me fugit alios aliter sentire, sed ita videretur sensisse Clemens.*

Genes. 6.

VI. ¹⁴ *VALENTINVS autem in epistola ad Agathopodem: Cùm omnia, inquit, sustinisset, erat continens, diuinitatem operabatur Iesus: edebat & bibebat proprie, non reddens cibos: tanta inerat ei vis continentia, ut etiam nutrimentum in eo non interierit, quoniam ipse non habuit interitum. Nos ergo propter dilectionem in Dominum, & propter ipsum honestum, amplectimur continentiam, templum spiritus sanctificantes. Honestum enim est, propter regnum cælorum seipsum castrare ab omni cupiditate, & emundare conscientiam à mortuis operibus, ad seruiendum Deo viuenti. Qui autem propter odium aduersus carnem susceptum, à coniugali coniunctione, & ciborum quos sumere conuenit participatione, liberari desiderant, indocti sunt & impij, & absque ratione continentes, sicut alia gentes plurimæ. ¹⁵ *Brachmanes quidem certè neque animatum comedunt, neque vinum bibunt: sed aliqui quidem ex iis, quotidie sicut nos cibum capiunt: nonnulli autem ex iis tertio quoque die, ut ait Alexander Polyhistor in lib. de rebus Indicis: mortem autem contemnunt, & viuere nihili faciunt: credunt enim esse regenerationem: aliqui autem colunt Herculem & Panem. Qui autem ex Indis vocantur σέμνοι, hoc est, honesti ac venerandi, nudi totam vitam transigunt: ij veritatem exercent, & futura prædicunt, & colunt quandam pyramidem, sub qua existimant alicuius Dei ossa reposita. Neque verò Gymnosophistæ, nec qui dicuntur σέμνοι, id est, venerandi, utuntur mulieribus, hoc enim præter naturam & iniquum esse existimant: qua de causa seipsos castos conseruant. Virgines autem sunt etiam mulieres quæ dicuntur σέμναι, hoc est, venerandæ. Videntur autem obseruare cælestia, & per eorum significationem quadam futura prædicere. ¹⁶ *Quoniam autem qui introducunt indifferentiam, paucas quasdam scripturas detorquentes, titillanti suæ voluptati ea suffragari existimant: quinetiam illam quoque, Peccatum enim vestri non dominabitur: non estis enim sub lege, sed sub gratia: & aliquas alias huiusmodi, quarum propter hæc non est rationi consentaneum ut faciam mentionem: non enim nauem instruo piraticam: agè paucis eorum argumentum perfringamus. Ipse enim egregius Apostolus, prædictæ dictioni subiungens, intentati criminis afferet solutionem. Quid ergo peccabimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. adeò diuinè & prophetice euestigio dissoluit artem voluptatis sophisticam. Non intelligunt ergo, ut videtur, quòd omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque per corpus***

Rom. 6.

1. Cor. 5.

ea que

ea quæ fecit, siue bonum, siue malum: ut quæ per corpus fecit aliquis recipiat. ¹⁷ *Quare si quæ est in Christo noua creatura, ea non est amplius peccatis dedita. Vetera præterierunt. Vitam antiquam exuimus: ecce enim noua facta sunt, castitas ex fornicatione, & continentia ex incontinentia, iustitia ex iniustitia. Quæ est enim participatio iustitiæ & iniustitiæ? aut quæ luci cum tenebris societas? quæ est autem conuentio Christo cum Belial? quæ pars est fideli cum infideli? quæ est autem consensio templo Dei cum idolis? Has ergo habentes promissiones, mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctitatem in timore Dei. ¹⁸ *Qui autem Dei creature resistunt per speciosam illam continentiam, illa quoque dicunt, quæ ad Salomen dicta sunt, quorum prius meminimus: habentur autem, ut existimo, in Euangelio secundum Aegyptios. Aiunt enim ipsum dixisse Seruatorem: Veni ad dissoluendum opera famina: faminae quidem, cupiditatis: opera autem generationem & interitum. Quid ergo dixerint, Soluta est hæc administratio? Non dixerint: manet enim mundus in eadem œconomia. Sed non falsum dixit Dominus. Reuera enim dissoluit opera cupiditatis, auaritiæ, contentionem, gloria cupiditatem, mulierum insanum amorem, pedicatum, ingluuiem, luxum & profusionem, & quæ sunt his similia. Horum autem ortus, est anima interitus: siquidem delictis mortui efficimur. Ea verò femina est intemperantia. Ortum autem & interitum, qui est in creatura, præcipue fieri necesse est, usque ad perfectam & omni ex parte absolutam distinctionem, & electionis restitutionem, per quam, quæ etiam sunt modo permixtæ & confusæ substantiæ, proprietati suæ restituntur. Vnde merito cùm de consummatione verbum significasset, ait Salome: Quousque morientur homines? ¹⁹ *Hominem autem vocat scriptura dupliciter: & eum qui apparet, & animam: & eum rursus qui seruatur, & eum qui non. Mors autem animæ dicitur peccatum. Quare cautè & consideratè respondet Dominus: Quousque pepererint mulieres, hoc est, quandiu operabuntur cupiditates. Et ideo quemadmodum per unum hominem peccatum ingressum est in mundum, per peccatum quoque mors ad omnes homines peruasit, quatenus omnes peccauerunt. Et regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, inquit Apostolus: naturali autem diuinæ œconomia necessitate, mors sequitur generationem: & corporis & animæ coniunctionem consequitur eorum dissolutio. Si est autem propter doctrinam & agnitionem generatio: restitutionis autem est dissolutio. Quomodo autem existimatur mulier causa mortis, propterea quòd pariat: ita etiam dicitur dux vitæ propter eandem causam. Iam quæ prior inchoauit transgressionem vitæ est appellata, propter causam successione: & eorum qui generantur, tam iustorum, quam iniustorum, mater est, unoquoque nostrum seipsum iustificante, vel contra inobedientem seipsum constituyente. ²⁰ *Vnde non ego quidem arbitror Apostolum abhorreere vitam quæ est in carne, cùm dicit: Sed in omni fiducia, ut semper, nunc quoque Christus magnificabitur in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Mibi enim viuere Christus est, & mori lucrum. Si autem viuere in carne est hoc quoque mihi fructus operis, quid eligam nescio, & coarctor ex duobus, cupiens resolui, & esse cum Christo: multo enim melius: manere autem in carne, est magis necessarium propter vos. Per hæc enim, ut puto, aperte ostendit, exitus quidem corporis perfectionem, esse in Deum dilectionem: eius autem præsentia in carne, ex grato animo perfectam tolerantiam, propter eos qui opus habent ut salui fiant. ²¹ *Quid verò, an non etiam quæ deinceps sequuntur, ex iis quæ dicta sunt ad Salomen subiungunt ij, qui quiduis potius quàm quæ est ex veritate Euangelica regulam sunt secuti? Cùm ea enim dixisset, Rectè ergo feci quæ non pepererit: utpote quòd non ut oportet assumeretur generatio, excipit Dominus: dicens: Omni herba vescere, ea autem quæ habet amaritudinem ne*****

2. Cor. 6.

1. Cor. 7.

Euangelium secundum Aegyptios.

Rom. 5.

Philip. 1.

Rr

vescatis. Per hæc enim significat, in nostra esse potestate, & non esse necessariam ex prohibitione præcepti, vel continentiam, vel etiam matrimonium: eo quod matrimonium creationi aliquid auxiliij afferat, præterea explicans. Nemo ergo peccatum existimet esse matrimonium quod est ex ratione seu per verbum, nisi existimat esse amaram filiorum educationem: multis enim contra, carere liberis videtur esse molestissimum. Neque amara videatur alicui liberorum procreatio, à diuinis abstrahens propter ea quæ ad usum necessaria geruntur negocia. Hic autem non facile ferens vitam solitariam, desiderat matrimonium: quandoquidem id quod cordi est, cum temperantia est innoxium: & habet unusquisque nostrum potestatem eligendi an velit gignere liberos. Considero autem quemadmodum aliqui quidem qui matrimonij prætextu difficultatum ab eo abstinerunt, non conuenienter sanctæ cognitioni, ad inhumanitatem & odium hominum defluerunt, & perit apud ipsos charitas. Aliqui autem qui legis concessionem acquiescentes sunt alligati, & titillanti sensuum voluptate perfusi, fuerunt, ut ait Propheta, assimilati iumentis. Quinam autem sunt illi duo aut tres, qui congregantur in nomine Domini, in quorum medio est Dominus? an non virum & mulierem & filium tres dicit, quoniam mulier cum viro per Deum coniungitur? Sed si accinctus quis velit esse & expeditus, non volens procreare liberos, propter eam quæ est in liberis procreandis molestiam & occupationem, maneat, inquit Apostolus, calebs ut ego. Velle enim dicere Dominum exponunt, cum pluribus quidem esse creatorem, effectorem Deum generationis: cum uno autem, nempe electo, Seruatorem, qui est alterius scilicet Dei, qui bonus est, filius. Hoc autem non ita habet: sed est quidem etiam cum iis qui honestè ac moderatè in matrimonio versati sunt & liberos susceperunt, Deus per filium: est autem etiam cum eo qui rationi seu verbo cõuenienter fuit continens idem Deus similiter. Fuerint autem aliter quoque tres quidem, ira, cupiditas, & ratio: caro autem & anima & spiritus alia ratione. Fortè autem & vocationem & electionem secundam, & tertium genus quod in primo honore collocatur, tacitè significat trias quæ prius dicta est: cum quibus est quæ omnia cõsiderat Dei potètia, absque diuisione cadens sub diuisionem. Qui ergo anima quæ sunt secundum naturam ita ut oportet utitur operationibus, desiderat quidem ea quæ sunt conuenientia, odio autem habet ea quæ lædunt, sicut iubent mandata. Benedices enim, inquit, benedicenti, & maledices maledicenti. Quando autem hæc transiliens, iram scilicet & cupiditatem, creaturam reuera amauerit, propter eum qui est Deus & effector omnium, is ex recta viuet cognitione, non laborioso continentie habitu acquisito per eam quæ est Seruatori assimilationem, vnita cognitione, fide, dilectione: ut qui finis iudicio vnus sit, & verè spiritualis, quæ ex ira & cupiditate procedunt cogitationes omnino non admittens, qui ad Domini imaginem ab ipso artifice efficitur homo perfectus, dignus qui iam frater à Domino nominetur, is simul est amicus, & filius. Sic ergo duo & tres in eodem congregantur, nempe in homine cognitione prædito. Fuerit autem multorum quoque concordia ex tribus numerata, cum quibus est Dominus, vna Ecclesia, vnus homo, genus vnus. An non cum vno quidem Iudæo erat Dominus legem ferens. Iam autem prophetans, & Hieremiam mittens Babylonem, quin etiam eos qui erant ex gentibus vocans per prophetiam, congregauit duos populos. Tertius autem est vnus, qui ex duobus creatur in nouum hominem, quo inambulat & inhabitat in ipsa ecclesia. Et lex simul & propheta, vnà cum Euangelio, in nomine Christi congregantur in vnâ cognitionem. Qui ergo propter odium uxorem non ducunt, vel propter concupiscentiam carne indifferenter abutuntur, non sunt in numero illorum qui seruantur, cum quibus est Dominus. His sic ostensis, agè quacunque scripturæ aduersantur iis Sophistis qui sunt ex hæresibus, iam adducamus, declarantes regulam cõtinentiæ quæ rationi seu Verbo conuenienter obser-

natur.

natur. Vnaquæque autem hæresis scripturam habet quæ sibi conuenienter affertur. Qui autem intelligit, opportunè eligens, utetur ad eos consutandos qui præter præcepta decreta constituunt. Atque ut ab alto rem repetamus, lex quidem sicut prius diximus, illud, non concupisces uxorem proximi tui, prius exclamauit ante propinquam & coherentem Domini vocem, quæ dicit ex sua ipsius persona: Audiuistis legem præcipientem, Non mœchaberis. Ego autem dico, non concupisces. Quod enim vellet lex viros uti moderatè vxoribus, & propter solam liberorum susceptionem, ex eo est perspicuum, quod prohibet quidem eum qui non habet uxorem, statim cum captiua habere consuetudinem. Quod si semel desiderauerit, ei cum tonsa fuerit capillos, permittere ut luceat triginta diebus. Si autem ne sic quidem emarcescat cupiditas, tunc liberis operam dare, cum quæ dominatur impulsio, probata sit præfinito tempore rationi consentanea appetitio. Vnde nullum ex veteribus ex scriptura ostenderit, qui cum prægnante rem habuerit, sed postquam gesta vitæ, & postquam editum foetum à lacte depulit, rursus à viris cognitæ fuisse uxores. Iam hunc scopum & institutum inuenies seruantem Moses patrem, cum triennium post Aaronem editum intermisset, genuisse Mosem. Et rursus Leuitica tribus seruans hanc naturæ legem à Deo traditam, aliis numero minor ingressa est in terram promissionis. Non enim facile multiplicatur genus, cum viri quidem feminant qui legitimum incunt matrimonium, expectant autem non solum veteri gestatione sed etiam à lacte depulsionem. Vnde merito Moses quoque Iudæos paulatim prouehens ad continentiam, cum tribus diebus deinceps consequentibus à venerea voluptate abstinuissent iussit audire verba Dei. Nos ergo Dei templum sumus, sicut dixit Propheta: Inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero eorum Deus, & ipsi erunt populus meus: si ex præceptis vitam instituamus, siue unusquisque nostrum, siue tota simul ecclesia. Quare egredimini è medio ipsorum, & separamini dicit Dominus, & immundum ne tangatis, & ego vos suscipiam, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Non ab iis qui uxores duxerunt, ut aiunt, sed à gentibus quæ adhuc viuebant in fornicatione, præterea autem à prius quoque dictis hæresibus, ut immundis, & impiis, propheticè nos iubet separari. Vnde etiam Paulus quoque verba dirigens ad eos, qui erant his qui dicti sunt similes: Has ergo promissiones habete, inquit, dilecti: mundemus corda nostra ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctitatem in timore Dei. Zelo enim vos zelo Dei: despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Ecclesia autem nõ alij iungitur matrimonio, sponsum possidens. Sed unusquisque nostrum habet, si velit, potestatem ducendi legitimam uxorem, in primis, inquam, nuptiis. Vereor autem ne sicut serpens seduxit Euam in astutia, corrumpantur sensus vestri à simplicitate quæ est in Christo, piè admodum & doctoris instar dixit Apostolus. Quocirca admirabilis quoque Petrus, Charissimi, inquit, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinete vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: quoniam sic est voluntas Dei, ut bene facientes obmutescere faciatis imprudētium hominum ignorantiam, quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed ut serui Dei. Similiter etiam scribit Paulus in epistola ad Romanos: Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuimus in ipso? Quoniam vetus noster homo simul est crucifixus, ut destruat corpus peccati, usque ad illud: Neque exhibete membra vestra arma iustitiæ peccato. Atque ad eum cum in hunc locum deuenierim, videor mihi non esse prætermittendus innotatum, quod eundem Deum per legem & Prophetas & Euangelium prædicet Apostolus. Illud enim, Non concupisces, quod scriptum est in Euangelio, legi attribuit in Epistola ad Romanos, sciens esse vnus eum qui prædicauit per legem & Pro-

Rr ij

phetas, & patrem qui per eum est annunciat. Dicit enim, *Quid dicemus? Lex est ne peccatum? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Concupiscentiam enim non cognouissem, nisi lex diceret, Non concupisces. etiam si ij qui sunt diuersae sententiae, repugnantes, existimant Paulum sua verba dirigentem aduersus Creatorem, dixisse ea quae deinceps sequuntur: Noui enim quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Sed legant ea quae prius dicta sunt, & ea quae consequuntur. Prius enim dixit, sed inhabitans in me peccatum: propter quod consentaneum erat dicere illud: Non habitat in carne mea bonum. Consequenter subiunxit: Si autem quod nolo, hoc ego facio, non utique ego id operor, sed quod inhabitat in me peccatum: quod repugnans, inquit, legi Dei & legi mentis meae, captiuat me in lege peccati quae est in membris meis. Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et rursus (nunquam enim quouis modo iuuando defatigatur) non veretur veluti concludere. Lex enim spiritus liberauit me a lege peccati & mortis: quoniam per filium Deus condemnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Prater haec adhuc declarans quae prius dicta sunt, exclamat: Corpus quidem mortuum propter peccatum: significans id non esse templum, sed animae sepulchrum. Quando enim sanctificatum fuerit Deo, spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in nobis. Qui uiuificabit etiam mortalia uestra corpora, per eius spiritum qui habitat in nobis. Rursus itaque voluptarios increpans, illa adiicit: Prudentia enim carnis, mors: quoniam qui ex carne uiuunt, ea quae sunt carnis cogitant: & prudentia carnis est cum Deo gerere inimicitias: legi enim Dei non subiicitur. Qui autem sunt in carne, non ut quidam decernunt, Deo placere non possunt, sed ut prius diximus. Deinde ut eos distinguat, dicit ecclesiae: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus Dei habitat in uobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, is non est eius. Si autem Christus in uobis, corpus quidem est mortuum per peccatum, spiritus autem uiuus per iustitiam. Debitorum itaque sumus fratres, non carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uiuimus, estis morituri: si uero spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Et aduersus nobilitatem & aduersus libertatem, quae execrabiliter ab iis qui sunt diuersae sententiae introducit, qui propter libidinem & intemperantiam gloriantur, subiungit dicens: Non enim accepistis spiritum seruitutis rursus in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater: hoc est, ad hoc accepimus, ut cognoscamus eum quem oramus, qui est uere pater, qui eorum quae sunt solus est pater, qui ad salutem erudit & castigat ut pater, & timorem minatur.*

COMMENTARIUS.

⁴ VALENTINVS autem in epistola ad Agathopoden. Cum dixisset aliquot ex Angelis fuisse incontinentes, refert quid de Christo dixerit Valentinus. Dicit enim Christum ad se fuisse continentem, ut quidquid comederat & biberat continens, ex eo nihil egeret, ut quod non esset interitum, sicut ipse non habuit interitum. ⁶ Brachmanes quidem certe. De Brachmanibus sic scribit Eusebius, Apud Indos autem & Bactros, multa milia hominum sunt qui Brachmanes appellantur. Ii tam traditione patrum quam legibus, nec simulachra colunt, nec animatum aliquid comedunt, vinum & ceruisiam nunquam bibunt, ab omni demum malignitate absunt, soli Deo attendentes. Gymnosophistarum autem & Aegyptiorum Sacerdotum quanta esset & a cibis abstinentia & a Venere continentia, fufe scribit Caelius Rhodiginus lib. xiiij. cap. xxv. lect. antiq. ⁶ Quoniam autem qui introducunt. De indifferentibus antea diximus. Ii autem erant qui quidquid agerent, peccare se non posse dicebant. Peccatum enim eis non dominari, quod non essent sub lege, sed sub gratia. In hoc autem fallebantur, quod cum per gratiam data eis esset remissio peccatorum, ea gratia eo usque extendi uideretur, ut quidquid agerent, postea id non esset peccatum, eis omnia condonante gratia. Hunc eorum sensum refellit Paulus, qui aperte dicit non esse peccandum, quod sumus sub gratia. Non esse scopum gratiae ut peccemus, sed ut remissis peccatis noua simus creatura, & quae olim admissa erant non amplius admittamus, & meminerimus nos esse sistendos ante tribunal Christi, recepturos quaecumque ges-

serimus

serimus per corpus, siue bona siue mala. Multas alias afferebant sententias, sed huius solum meminit, quae erat praecipua. Nam si caeterarum faceret mentionem, uideretur quodammodo nauem instruere piraticam, in qua multa sunt congesta latrocinia. ⁴ Quae autem Dei creaturae resistunt. Dixit quid pro se afferret A diaphorista, & quid eis responderet, nunc dicit quid afferant ij qui resistunt Dei creaturae per speciosam continentiam. Ii autem dicuntur Eucratitae seu Tatiani, de quibus scribit Irenaeus lib. 1. A Saturnino & Marcione qui uocantur continentes abstinentiam a nuptiis annunciauerunt, frustrantes antiquam plasmationem Dei, & oblique accusantes eum, qui & masculum & foemina ad generationem hominum fecit, & eorum qui dicuntur apud eos animalia abstinentiam induxerunt, ingrati existentes ei qui omnia fecit Deo, contradicunt quoque eius saluti qui primus plasmatus erat. Et hoc nunc adinuentum est apud eos, Tatiano quodam primo hanc introducente blasphemiam, qui cum esset Iustini auditor, in quantum quidem apud eum erat, nihil enarrauit tale, post uero illius martyrium abstitens ab ecclesia, & presumptione magisterij elatus, quasi praeter ceteris esset secundum proprium characterem doctrina constituta, non quasdam inuisibiles, similiter atque ij qui a Valentino sunt, ueluti fabulas enarrans, nuptiarum autem corruptelas & fornicationes, similiter ut Marcion & Saturninus dicens, Ad eum saluti ex se contradictionem faciens. Qui ergo Dei creaturae resistebant, ij erant Eucratitae seu Continentes. Qui erant Marcionista & Tatiani, pro defendenda sua haeresi afferebant quae in Euangelio secundum Aegyptios dicitur Seruator dixisse Salome. Non est autem hoc Euangelium a Catholica Ecclesia approbatum, licet apud Clementem uideatur non leuis autoritatis, non enim id reicit nec reprobatur, sed quod male exponebant haeretici, interpretatur. Sic ergo in eo dicebat Seruator; Veni ad dissoluendum opera foeminae. Hoc sic exponebant Eucratitae. Foeminae uocabant cupiditatem seu concupiscentiam. Eius opera dicebant generationem & interitum, quae quidem opera ut dissolueret uenisse Christum. Non ita autem esse intelligendum pulchre sic ostendit Clemens; Quod Christus dixit uerum est, sed uerum non est quod dixit, si intelligatur ut intelligunt Eucratitae. Non est ergo sic intelligendum. Si uenisset Christus ut dissolueret generationem & interitum ut intelligunt Eucratitae, iam olim defecisset generatio & interitus. Sed non defecit. Non est ergo sic intelligendum. Venit ergo Christus ad dissoluendum opera foeminae, nempe cupiditatis & intemperantiae. Ea sunt auaritia, contentio, gloriae cupiditas, infans mulierum amor, & caetera quae enumerantur. Horum operum generatio est anima interitus. Per peccatum enim interit & moritur anima. Ita est ergo intelligendum. ⁶ Quid uero an non etiam quae deinceps sequuntur. Aliud etiam afferebant Eucratitae ex eodem Euangelio secundum Aegyptios, quod existimabant pro se facere. Id autem in eos retorquet Clemens dicens illud: Omni herba uescere, ea autem quae habet amaritudinem ne uescaris, significare in potestate nostra esse uel continentiam eligere, uel matrimonium. Id tantum esse spectandum ut non sit molestum & ingratum uitae genus quod suscipitur. Esse utrobique difficultates & molestias quae magis procedunt ab iis qui suscipiunt, quam ab ipso suscepta uitae genere, licere uel matrimonium contrahere, uel profiteri continentiam, dum intelligas a continentia quam sis professus non esse resiliendum. Utrobique esse adhibendam temperantiam, & moderationem, & neque caelibes debere abhorreere eos qui dant operam liberis, neque eos qui uxores duxerunt libidini ad se esse deditos, ut merito possint assimilari iumentis. ⁷ Quinam autem sunt illi duo aut tres. Matth. cap. xvij. dicit Christus, Ubi sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Varias huius dicti expositiones affert Clemens. Prima est quod id dicatur de viro muliere & filio, quoniam mulier cum viro per Deum coniungitur, & ex ea coniunctione procreatur filius. In medio itaque duorum & trium est Deus. In medio quidem duorum, si sit tantum maritus & uxor: in medio autem trium si genitus sit filius. Quod autem dicunt Eucratitae in medio duorum uel trium in matrimonio esse Deum Creatorem, effectorem generationis, non autem bonum Deum Christi Seruatoris filium, sed cum esse cum uno electo, nempe cum caelibe seu continente, est falsum. Est enim idem Deus qui certe unus est, per filium, & cum duobus uel tribus, in honesto & modesto matrimonio, & cum uno caelibe seu continente, qui se continet, non in odium Creatoris, ut Eucratitae & Tatiani, sed propter regnum Dei, ut Verbum iubet. ⁸ Eucratitae autem aliter quoque tres. Postquam confutauit quae pro se facere putabat Eucratitae, nunc eas adducit scripturas quae eis aperte aduersantur, tam ex veteri quam ex nouo testamento. Ex veteri quidem; Non concupisces uxorem proximi tui: ex nouo autem; Audiuitis legem precipientem, Non moechaberis. Ego autem dico; Non concupisces. Quod ita interpretatur Clemens ut sentiat Deum iubere, ne cum propria quidem uxore cum concupiscentia habendam consuetudinem. Quod autem cum sola uxore uelit haberi consuetudinem, idque propter solam liberorum susceptionem, probatur ex eo quod ne cum captiua quidem statim uelit rem haberi, sed tum demum cum triginta diebus postquam toto uiderit capillos, sedatus sit ueneris impetus, successeritque moderata & honesta appetitio. Veteres autem cum pregnante nullam habebant consuetudinem, nec ante pueri a lacte depulsionem seu ablationem. Hinc est quod Moyses erat Aaron minor natu tribus annis, quod pater non cognouit uxorem, antequam ab lactatus esset Aaron. Hanc etiam ob causam ex tribu Leuitica pauciores ingressi sunt terram promissam quam ex caeteris tribubus, quod cum uxoribus rem non haberent ante filiorum a lacte depulsionem. ⁹ Unde merito Moyses quoque Iudeos. Quod dicit Deus apud Prophetam; Egre dimini in medio ipsorum, & separamini, non est intelligendum ab iis qui duxerunt uxores, ut intelligebant Eucratitae, sed a gentibus quae adhuc fornicabantur, sed & ab iis de quibus prius dictum est haeresibus, & ab obscenis & impiis hominibus. ¹⁰ Unde etiam Paulus quoque. Volunt quidem Apostoli Petrus & Paulus, ut hic ostendunt quae citantur eorum testimonia, Christianos omnes & singulos caste & continenter uiuere & abstinere a carnalibus desideriis: & ecclesiam quae sponsum habet Christum, non alij coniungi sponso, potest tamen uniusquisque si uelit, modo se castitatis uoto non obstrinxerit legitimam ducere uxorem. Quod autem dicit eum id posse in primis nuptiis, non est intelligendum, quod non liceat secundum contrahere matrimonium, cum id permittat Paulus, modo fiat in Domino, sed significat id minus esse honestum. Apud veteres quidem certe minus laudabilis & honesta habita est polygamia, qua scilicet prima uxore defuncta, alia ducitur. Multas autem simul ducere tantum abest ut liceat, ut

Rr iij

Iren. lib. 1. cap. 30.

Rom. 8.

Deest aliquid. 1. Cor. 7.

Euseb. De praeparat. Euang. 6. cap. 8.

Exod. 19.

ne sit existimandum quidem matrimonium. Quam male autem olim audierit Polygamia, vide apud No-
mocanonem Photij in Canonibus sancti Basilij.

VII. ^a QVOD autem ex consensu ad tempus orationi vacat coniugium, doctrina est conti-
nentia. Adiecit enim illud quidem, ex consensu, ne quis dissolueret matrimonium. Ad
tempus autem, ne ex necessitate exercens continentiam is qui uxorem duxerit, aliquando
labatur in peccatum, ut qui in id incidat ut suo quidem coniugio parcat, alienum autem
concupiscat. Qua ratione eum etiam qui turpiter se & indecore gerere existimat, quod vir-
ginem alat, recte eam dicit esse nuptum daturum. Propositum autem uniuscuiusque, tam
eius qui seipsum castravit, hoc est, qui castitatem delegit, & qui rursus propter libero-
rum procreationem seipsum coniunxit matrimonio, debet perseverare, non cedens & ac-
quiescens ei quod est minus & inferius. Si enim vita sua aliquid incrementi poterit ad-
iicere, ipse sibi in Deo maiorem acquirat dignitatem, ut qui pure simul & considerate
fuerit continens. Si autem eam quam elegit regulam superaverit, in maiorem deinde spe
gloriam recidet. Habet enim sicut castitas, ita etiam matrimonium propria munera & 10
ministeria, quae ad Dominum pertinent, filiorum, inquam, curam gerere & uxoris. Quod
enim honeste causatur is qui est in matrimonio perfectus, est coniugij necessitudo, ut qui om-
nium curam ac providentiam in domo communi ostenderit. ^b Iam episcopos, inquit, oportet
constitui, qui ex domo propria toti quoque ecclesiae praesse sint meditati. ^c Unusquis-
que ergo in quo vocatus est opere ministerium peragat, ut liber in Christo fiat. Et rursus
de lege differens, utens allegoria: Nam quae sub viro est mulier, vivente viro alligata
est legi, & quae sequuntur. Et rursus: Mulier est alligata, quandiu vivit vir eius: sin-
autem mortuus fuerit, liberata est ut nubat, modo in Domino. Beata autem est si sic per-
manserit, in ea quidem sententia. Sed in priori quidem particula: Mortificati estis, in-
quit, legi, non matrimonio, ut efficiamini vos alteri, qui excitatus est ex mortuis, sponsa &
ecclesia, quam castam esse oportet, & ab iis quae sunt intus cogitationibus, quae sunt con-
trariae veritati, & ab iis qui tentant extrinsecus, hoc est, ab iis qui sectantur haereses, &
persuadent vobis fornicari ab uno viro, nempe omnipotenti Deo: ne sicut serpens de-
cepit Euam, quae vita dicitur, nos quoque inducti à callidis haeresum illecebris, trans-
grediamur mandata. Secunda autem particula statuit monogamiam. Non enim, ut
quidam existimarunt, mulieris cum viro alligationem, carnis cum interitu connexio-
nem, significari putandum est. Impiorum enim hominum, qui matrimonij inventionem
diabolo aperte tribuunt, reprehendit commentum, & in periculum venit Legislator ne
incessatur maledictis. Tatianum arbitror Syrum talia audere dogmata decernere. His
verbis quidem certe scribit in libro de Perfectione secundum Servatorem: Consensum qui-
dem coniungit orationi: communio autem seu coniunctio, interitus solvit interpellatio-
nem. Admodum certe circumspicere arcet per concessionem. Nam cum rursus per-
mittit simul convenire propter Satanam & intemperantiam, pronunciauit eum qui est
pariturus, serviturum duobus Dominis: per consensum quidem, Deo: per dissentio-
nem autem, intemperantiae & fornicationi & diabolo. Haec autem dicit, Aposto-
lum exponens. Sophisticè autem eludit veritatem, per verum falsum confirmans: in-
temperantiam enim & fornicationem, diabolica vitia & affectiones nos quoque confi-
temur. Moderati autem matrimonij intercedit consensio, & ad procreationem continen-
ter deducens, & ad procreandos liberos cum honestate concilians. Cognitio quidem cer-
te dictum est à scriptura tempus liberorum procreationis, cum dixit: Cognovit autem
Adam Euam uxorem suam, & concepit, & peperit filium, & nominavit nomen
eius Seth: suscitavit enim mihi Deus aliud semen pro Abel. ^d Vides quemnam maledictis
incessant,

1. Timot. 3.
Rom. 7.

1. Timot. 3.
Rom. 7.

incessant, qui honestam & moderatam incessunt seminationem, & diabolo attribuunt
generationem. Non enim Deum absolute dixit, qui articuli adiectione, nempe ο θεός di-
cens, significavit eum qui est omnipotens. Quod ab Apostolo autem subiungitur: Et rursus,
simul convenire propter Satanam, illud prius rescindit, ne unquam ad alias declinent cu-
peditates. Non enim perfecte repellit naturae appetitiones, qui à verecundia motus fit ad
tempus consensus, per quem rursus inducit coniugationem matrimonij, non ad intempe-
rantiam & fornicationem & opus diaboli, sed ne subiungatur intemperantia, fornicatio-
ni & diabolo. ^e Separat autem veterem quoque hominem & novum Tatianus, sed non
ut nos dicimus. Veterem quidem virum, legem: novum autem, Euangelium, ei assenti-
mur, nos quoque dicentes, sed non eo modo quo vult ille, dissolvens legem ut alterius Dei.
Sed idem vir & Dominus vetera renouans, non amplius concedit polygamiam. Tunc enim
id exigebat Deus, quando oportebat augeri & multiplicari. Monogamiam autem intro-
ducit propter liberorum procreationem, & domus curam gerendam, ad quam data est mu-
lier adiutrix; & si cui Apostolus propter intemperantiam & vstionem, ex venia secun-
dum concedit matrimonium: nam hic quoque non peccat quidem ex testamento: non est
enim à lege prohibitus: non implet autem summam illam vitae perfectionem quae agitur ex
Euangelio. Gloriam autem sibi acquirit caelestem, qui apud se manserit, eam quae est morte
dissoluta impollutam servans coniunctionem, & grato ac lubente animo paret aeternae,
per quam effectum est ut diuelli non possit à Domini ministerio. ^f Sed nec eum qui ex con-
iugali surgit cubili, similiter ut olim, tingi nunc quoque iubet diuina per Dominum pro-
videntia: non enim necessario à liberorum abducit procreatione, qui credentes per unum
baptismum, ad consuetudinem omni ex parte perfectam abluit Dominus, qui etiam mul-
ta Mosis baptismata per unum comprehendit baptismum. Olim itaque lex, per carnalem
generationem, nostram praedicens regenerationem, propter generantem seminis facultatem
abhibebat baptismum, non abhorrens hominis generationem. Quod enim apparet homo
generatus, hoc potest seminis deiectio. Non sunt ergo multi coitus genitales, sed matricis
susceptio proficitur generationem, in naturae officina semine formato in foetum. ^g Quomo-
do autem vetus quidem est solum matrimonium & legis inuentum, alienum autem est
quod est ex Domino matrimonium, cum idem Deus servetur à nobis? Non enim quod
Deus coniunxit, homo iure dissoluerit. Multo autem magis quae iussit Pater, servabit
quoque filius. Si autem idem simul est & legislator & Evangelista, nunquam ipse secum
pugnat. Vivit enim lex cum sit spiritualis, & intelligitur ex cognitione. Nos autem mor-
tui sumus legi per corpus Christi, ut gigneremur alteri qui resurrexit ex mortuis, qui pra-
dictus fuit à lege, ut Deo fructificaremur. Quare lex quidem est sancta, & mandatum
sanctum & iustum & bonum. Mortui ergo sumus legi, hoc est, peccato quod à lege signi-
ficatur: quod lex ostendit, non autem generat, per iussione eorum quae sunt facienda, &
prohibitionem eorum quae non sunt facienda: reprehendens subiectum peccatum ut appa-
reat peccatum. Si autem peccatum est matrimonium quod est ex lege, nescio quomodo quis
dicet se Deum nosse, dicens Dei iussum esse peccatum. Quod si lex sancta est, sanctum est
matrimonium. Sacramentum ergo hoc ad Christum & Ecclesiam ducit Apostolus.
^h Quemadmodum quod ex carne generatur, caro est: ita quod ex spiritu, spiritus, non solum
in pariendo, sed etiam in discendo. Iam sancti sunt filij, Deo gratia oblectationes verborum
Dominicorum, quae desponderunt animam. Sunt ergo separata fornicatio & matrimo-
nium, quoniam à Deo longè abest diabolus. Et vos ergo mortui estis legi per corpus Christi,
ut vos gigneremini alteri, qui surrexit à mortuis. Simul enim proximos exaudit qui fue-
runt obedientes: quando quidem etiam ex veritate legis, eidem Domino obedimus qui pra-

1. Timot. 3.
Rom. 7.

Rom. 7.
1. Timot. 3.

1. Timot. 3.
Rom. 7.

1. Tim. 4. *Maiores, decepto-ribus.* *capit' eminus. Nunquid autem de iisdem hominibus merito aperte dicit spiritus? In posterioribus temporibus deficient quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, in hypocrisis falsoquorum, cauteriatam habentium conscientiam, & prohibentium nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad participationem cum gratiarum actione, fidelibus, & qui agnouerunt veritatem, quòd omnis creatura Dei bona est, & nihil est reiiciendum quod sumitur cum gratiarum actione. Sactificatur enim per verbum Dei & orationem. Necessario ergo non est prohibendum iungi matrimonio, neque carni-
 Rom. 14. *bus vesci, aut vinum bibere. Scriptum est enim: Bonum est carnem non comedere, nec vi-
 1. Cor. 7. num bibere, si comedat per offendiculum. Et: Bonum est manere sicut ego: sed & qui vitur, cum gratiarum actione, & qui rursus non vitur, ipse quoque cum gratiarum actione, & cum moderata ac temperanti viuat perceptione, rationi conuenienter. Et ut in summa dicam, omnes Pauli epistola, quæ moderationem docent & continentiam, cum & de matrimo-
 20 nio, & de liberorum procreatione, & de domus administratione innumerabilia præcepta contineant, nusquam honestum moderatumque matrimonium prohibuerunt aut abro-
 garunt, sed legis cum Euangelio seruantes conuenientiam, utrumque admittunt: & eum, qui Deo agendo gratias, moderate vitur matrimonio: & cum qui, ut vult Dominus, viuunt in castitate, quemadmodum vocatus est unusquisque inoffense & perfecte eligens.
 1 Et erat terra Iacob laudata super omnem terram, inquit Propheta, ipse vas spiritus gloria afficiens. Insectatur autem quispiam generationem, in eam dicens interitum cadere eamque perire: & vim affert ac detorquet aliquis, dicens de filiorum procreatione dixisse
 Marci 6. *Seruatorem: Non oportere in terra thesauros recondere, ubi tinea & arugo demolitur: nec
 Lucæ 12. erubescit his addere ea quæ dicit Propheta: Omnes vos sicut vestimentum veterascetis, & tinea vos exedet. Sed neque nos contradicimus scripturæ, in nostra corpora cadere interitum, eaque esse fluxa. Fortasse autem ipsi cum quibus differuit, utpote peccatoribus, prædicat interitum. Seruator autem non dixit de liberorum procreatione, sed ad impertiendum ac communicandum eos adhortans, qui solum opibus volunt abundare, egentibus autem nolunt opem ferre. Quamobrem dicit. Operemini non cibum qui perit, sed eum qui manet in vitâ eternam. Similiter autem afferunt etiâ illud dictum de resurrectione mortuorum: Filij
 Ioan. 6. illius seculi nec nubunt nec nubuntur. Sed hanc interrogationem & eos qui interrogant, si quis
 Matth. 22. ruminauerit, inueniet Dominum non reprobare matrimonium, sed afferre remedium expecta-
 Lucæ 20. tioni carnalis cupiditatis in resurrectione. Illud autem, filij huius seculi, non dixit ad distinctionem alicuius alius seculi, sed perinde ac si diceret: Qui in hoc nati sunt seculo, cum propter generationem sint filij, & gignunt & gignuntur: quoniam non absque generatione hanc quis vitam prætergredietur. Sed hæc generatio similem suscipiens interitum, non amplius expectat eum qui ab hac vita est separatus. Unus est ergo pater noster qui est in
 50 calis. Sed ipse quoque pater est omnium per creationem. Ne vocaueritis ergo, inquit, patrem vobis super terram. Quasi diceret: Ne existimetis eum qui vos carnali seuit satui, authorem & causam vestræ essentia, sed adiuantem causam generationis, vel ministra potius. Sic ergo nos rursus conuersos vult effici ut pueros, eum qui verè pater est agnoscentes, ut qui simus regenerati per aquam, cum hæc sit alia ratio in creatione.***

COMMENTARIVS.

60
 * QVOD autem ex consensu ad tempus orationi vacat coniugium. Etiam in matrimonio locum habet continentia, sed in ea duo sunt consideranda, nempe ut & contineant ex consensu, & ad tempus. Ex consensu quidem, quoniam nec maritus nec vxor debent alter alterum fraudare coniunctione quæ est debitum coniugale, & timendum est, ne si paulo diuturnior sit continentia, dum à sua se coniuge abstinere, appetat alienam. ⁶ Iam Episcopos, inquit, oportet constitui. Ii sunt eligendi Episcopi quos constat suæ bene præesse familiar. Nam in domus suæ ratione iam sunt meditati quomodo sit regenda Dei Ecclesia. In eligendo ergo Episcopo

Episcopo non spectatur an nunc habeat aut olim habuerit vxorem, sed an bene præsit familiar. Vnde sumetur coniectura & argumentum, fore ut recte administret ecclesiam. Nam siue habuerit siue non habuerit vxorem, si modo bene præsit familiar, sufficit ad hoc ut eligatur Episcopus. Apud eos quidem recte qui ecclesiasticam exacte obseruarunt regulam, in Clero perpetuus fuit cœlibatus. Apud eos verò qui ab ea defecerunt, nec Episcopis licet habere vxorem, sed si habeant cum ordinantur, ab ea separari oportet. ⁶ Unusquisque ergo in quo vocatus est. Christo mortuo qui erat veluti vir legis, licet nobis Christi qui excitatus est à mortuis esse sponsa & ecclesia, quam oportet esse castam, & à malis cogitationibus quæ sunt contraria veritati, & ab hæresibus, quæ nos tentant & conantur inducere, ut ab Omnipotente, à creatore, inquam, deficiamus, & eius mandata non seruemus. Mulier quoque, quæ est in potestate viri, tum demum est libera à lege viri, quando vir eius fuerit mortuus. Repulsa enim Polygamia, à verbo constituta est monogamia. Vir enim vnâ solam ducit vxorem, & mulier nubit vni viro. Porro autem Clemens ostendit esse falsam verborum Pauli à Tatiano adductam interpretationem, qui sophisticè eludens veritatem, per verum confirmabat falsum. Nec est ei assentiendum qui in eodem numero habebat matrimonium & fornicationem, Quamuis enim à concubitu coniugali liceat ad tempus abstinere ex consensu ut vacetur orationi, non ideo tamen non licet cognoscere vxorem & operam dare liberis. Quod quidem tantum abest ut sit probro dandum, ut ipse Deus omnipotens dicatur semen suscitare quando generatur filius. ⁴ Vides quemnam maledictis incessant. Quod Deum omnipotentem blasphemant, & maledictis incessant qui seminationem vituperant & generationem diabolo attribunt, ex hoc probat. Nam si est Deus omnipotens, qui suscitatur semen ex quo fit generatio, est perspicuum quod eum blasphemant qui diaboli dicit esse generationem. Quod fit autem Deus omnipotens semen qui suscitatur, ex hoc probat quod non dicatur Deus absolute, sed Deus cum articulo. Volentes enim Græci significare Deum, à quo est principium diuinitatis, is autem est Deus pater omnipotens creator cæli & terræ, non eum dicunt absolute sed, sed *θεός*, cum articulo, ut videre licet & apud Origenem in Euangelium Ioannis, & apud Gregor. Nazianzenum in Orat. de Deo. ⁶ separat autem veterem quoque hominem. In hoc quidem conueniunt & Clemens & Tatianus, quod homo vetus dicatur lex, & homo nouus, Euangelium. Sed in hoc non conueniunt, quod non vnus & eiusdem Dei censet Tatianus legem & Euangelium: Clemens autem censet utrumque esse vnus Dei qui vetera renouat. In veteri quidem lege exigebat Deus polygamiam, id est multas ducere vxores, ut multiplicaretur genus humanum quod oportebat crescere: in nouo autem testamento, id est in Euangelio, exigit monogamiam, id est ut vna tantum ducatur vxor ad procreandos liberos & ad domum administrandam, ad quam adiumentum præbet mulier. Mortua autem vxore aliam quidem ducere permittitur ab Apostolo ei qui non potest continere, & libidinis ardorem non potest sustinere. Et non peccat quidem, sed minus est perfectus, & minorem in cælis gloriam assequitur, quam is qui manet solitarius, & non polluit dissolutam morte coniunctionem, nec solitudine matrimoniali abstrahitur à Domini ministerio. ⁵ sed nec eum qui ex coniugali surgit cubili. Scriptum est in Leuitico: Vir de quo egredietur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum, & immundus erit vsque ad vesperam. Mulier cum qua coierit, lauabit aqua & immunda erit vsque ad vesperam. Huc locum sic exponit Hefychius. Necessariam habere regenerationem baptismatis humanum genus, ipse Dominus ostendit dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum. Cuius quidem sordis in nobis inobedientia ex Adam est transfusa. Vnde & Dauid in iniquitatibus se natum, & in peccatis asserit esse conceptum, non matrem suam accusans, sed peccatum innuens, quod decurrit ex genere. Et nunc legislator eum de quo egreditur semen coitus, id est eum qui pro filiis procreandis semen effudit, sed & mulierem quæ suscepit, lauare corpus præcepit, ob hoc quia semen suscepit, per quod hoc templum nostrum totum, id est integer homo describitur ex anima & corpore. Et paulo post: Quod autem sordidus effectus Adam per inobedientiam, sordidum esse etiam semen effecit, necessariè que corpus sordidum est, eo quod ex semine processit, in quo immundum est vsque ad vesperam, id est seculi finem, quia in fine seculorum Christus veniens ostendit aquam, qua genus nostrum mundaretur: & quod permansimus vsque tunc immundi, probatur ex eo quod & ij qui nec dum peccauerunt, id est in ætate infirma constituti, signaculum baptismi necessarium habent, ne forte morte superueniente sordidi transeant, sordem quæ ex Adam transit in semetipsis habentes, & propterea non volentes intrare in regnum cælorum. Hæc Hefychius, & multa alia. Significat ergo Clemens multa olim fuisse Mosis baptismata quæ erant figuræ nostræ per baptismum regenerationis, quo eluitur peccatum originis. Quisquidem baptismus solus est necessarius, sit enim per eum ut non sit amplius semen immundum, quod sit amplius mundandum, ut munderetur scilicet is qui effuderit, licet sit mundandus qui ex eo est coagulatus ut purgetur peccatum originis. Licet ergo sæpius conueniant maritus & vxor, non sunt censendi multi coitus, sed vnus. Si enim ad quemlibet coitum necessarium est baptisma, seu manis tinctio ac lotio: quotiescunque autem in matricem deiciatur semen, quæ deiectio est coitus, nec ideo coeuntibus repetendus sit baptismus, non plures sunt censendi coitus, sed vnus. Adeo enim per baptismum purgatur qui baptismum tingitur, ut quod ad ipsum quidem attinet semen sit mundum, quotiescunque sit deiectum, nec ipsum polluat, licet qui ex ipso generetur, propter peccatum originis tandiu sit immundus, donec baptismum regeneratus, omnem ex primi patris inobedientia ingeneratam exuat maculam. Hinc elici potest quod idem semen, quod quidem videtur admirabile & plane paradoxum, emittenti quidem est mundum propter baptismum, edito autem factui immundum, donec ipsum mundauerit baptismus, cui si accesserit matrimonium, & plene est sanctificatus qui est baptismum tinctus ut qui sit iustificatus, & qui ex eo nati sunt, ipsi quoque ideo sunt sancti, quod baptismum paulo post regenerati, si vxores ducant coniugali concubitu minime polluantur, nec vlla amplius lotionem egeant. ⁸ Quomodo autem vetus quidem est solum matrimonium. Non minus esse in nouo quam in veteri testamento matrimonium ex hoc probat, quod & legis & Euangelij idem sit Deus, & nec lex à Christo sit abrogata, sed consummata, & quod pater iussit, seruet quoque filius, nec inter se pugnent lex & Euangelium. Sed nec lex mala est, sed bona potius & sancta, quæ peccatum non generat, sed ostendit. Mortui quidem sumus

Epiph. lib. 2. tom. 1. Syn. in Trull. 1. Cau. 12.

Leuit. 15.

Ioan. 3.

Psal. 50.

legi, id est peccato, per corpus Christi mortuum, ut in resuscitato Christo viueremus & fructificaremus. Si quod Deus iussit non est peccatum, nec matrimonium quod Deus iussit est peccatum. Sanctum quoque esse matrimonium ex eo probat, quod hoc sacramentum ducat Paulus ad Christum & Ecclesiam. Sacramentum, inquit, hoc magnum est in Christo & Ecclesia. Græce est autem mysterium, quod est proprie id quod continetur sub signo & simbolo quod proprie est sacramentum. Coniunctio enim viri & mulieris quod est symbolum, significat Christi sponsi & ecclesie sponse coniunctionem, quæ sub eo signo continetur. Est autem istud mysterium ideo sanctum, quod non sit carnale sed spirituale, ex spirituali autem generatur spiritus, non solum pariendo, sed etiam discendo. ^b Nunquid autem de istis hominibus. Exorturos huiusmodi hæreticos dicit Apostolus, qui & matrimonia prohiberent, & à cibis abstinere iuberent, ipse autem nusquam honestum & modestum prohibuit matrimonium, nec abstinere iussit à cibis qui perciperentur cum gratiarum actione: & in hominis potestate situm esse voluit, malitine uxorem ducere, an caste vivere. Quod quidem est intelligendum de iis qui necdum uxorem duxerunt, nec castitatis instituto se addixerunt, aut eam viuendi rationem non sunt secuti, quæ perpetuam exigit continentiam. ^c Et erat terra Iacob laudata super omnem terram. Illud: Et erit terra Iacob laudata &c. nusquam memini me legere in Prophetis, nec video quid faciat ad id de quo agitur: inueniet fortasse aliquis diligentior & perspicacior. Quæ deinceps sequuntur, citantur ab iis qui matrimonium reiciunt & reprobant generationem. Postquam autem offendit eorum sensum esse violentum & detortum, ipse hanc dicit esse sententiam, quod diuites adhortetur ut egentibus impertiant & eis operam ferant. ^d Similiter autem afferunt euan illud. Dicebant Eucratitæ reprobare matrimoniū, per hoc quod scriptū est de resurrectione: Filij illius seculi non nubunt nec nubentur. Sed non est verum. Nihil aliud enim significat quam hic esse generationem, cui cum successerit interitus, non est amplius expectanda generatio ab eo qui ab hac vita est separatus. Idem autem est pater omnium, siue per creationem, siue per generationem, siue per regenerationem. Is est quem dicimus patrem nostrū qui est in cælis, neque enim vult Christus nos vocare patrē nobis super terram. Non est enim pater noster is qui nos dicitur gignere, est enim tantum causa adiuuans generationis, ut sine quo nō fiat generatio, vel potius est minister generationis. Deus autem est proprie pater nostræ generationis, ut qui sit author & causa efficiens nostræ cuiusmodicunque sit, essentia. Non proprie enim dicitur essentia, nisi eorum quæ sunt æterna, & tamen à Deo etiam esse dicuntur quæ hic fiunt & oriuntur, ut qui sit pater omnium.

VIII.
1. Cor. 7.

^a AT qui est, inquit, celebs curat quæ sunt Domini: qui autē duxit uxorem, quomodo placebit uxori? Quid verò, an non licet etiam eis qui secundum Deum placent uxori, Deo gratias agere? An non permittitur etiam ei qui uxorem duxit, unā cum coniugio, esse etiam sollicitum de ijs quæ sunt Domini? Sed quemadmodum quæ non nupsit sollicita est de ijs quæ sunt Domini, ut sit sancta corpore & spiritu: ita etiam quæ nupsit, & de ijs quæ sunt mariti, & de ijs quæ sunt Domini, est in Domino sollicita, ut sit sancta corpore & spiritu. Ambæ enim sunt sanctæ in Domino: hæc quidem ut uxor, illa verò ut virgo.

Ibid. 6.
Heb. 13.

^b Ad eos autem pudore afficiendos & reprimendos qui sunt proclines ad secundas nuptias, aptè Apostolus alto quodam tono eloquitur: Iam, inquit, omne peccatum est extra corpus: qui autem fornicatur, in proprium corpus peccat. ^c Si quis autem matrimonium audet dicere fornicationem, rursus legem & Dominum insectans, maledictis impetit. Quemadmodum enim auaritia & plura habendi cupiditas dicitur fornicatio, ut quæ aduersetur sufficientiæ: & ut idololatria est ex uno in multos Dei attributio: ita fornicatio est ab uno matrimonio ad plura prolapsio. Tribus enim modis, ut diximus, Fornicatio & adulterium sumitur apud Apostolum. ^d De his dicit Propheta: Peccatis vestris venundati estis. Et rursus: Pollutus es in terra aliena: coniunctionem sceleratam existimans, quæ cum alieno corpore facta est, & non cum eo quod datur in coniugio ad liberorum procreationem. Vnde etiam Apostolus: Volo, inquit, iuniores nubere, filios procreare, domui præesse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam diuerterunt post Satanam. ^e Iam verò unius quoque uxoris virum utique admittit, seu sit presbyter, seu diaconus, seu laicus, sine reprehensione utens matrimonio. ^f Seruabitur autem per filiorum generationem. ^g Et rursus Seruator dicens Iudæos generationem prauam & adulteram, docet eos legem non cognouisse, ut lex vult: sed seniorum traditionem, & præcepta hominum sequentes, adulterare legem non ut quæ data sit vir & dominus eorum virginittatis. Fortasse autem eos quoque nouit alienis mancipatos cupiditatibus, propter quas assidue quoque seruientes peccatis, vendebantur alienigenis. Nam apud Iudæos non erant admittæ communes mulieres: quinetiam prohibitum erat adulterium. ^h Qui autem dicit, Uxorem duxi, non possum

Esa. 59.
1. Tim. 5.

Ibid. 3.
Ibid. 2.
Matth. 12.

Luca 14.

non possum venire ad diuinam cœnam, est quidem exemplum ad eos arguēdos, qui propter voluptates abstinent à diuino mandato: nam hac ratione nec qui iusti fuere ante aduentum, nec qui post aduentum uxores duxerunt, seruabuntur, etiam si sint Apostoli. ⁱ Quòd si illud attulerint, quod Propheta quoque dicit: Inueteraui inter omnes inimicos meos, inimicos peccata audiant. Est autem unum quoddam peccatum, non matrimonium, sed fornicatio. Nam alioqui dicat & generationem peccatum, & creatorem generationis. ^k Talibus argumentis utitur quoque Iulius Casianus, qui fuit princeps visionis seu phantasiæ. In opere certè de Continentia, vel de Castitate, his verbis dicit: Nec dicat aliquis quoniam tales habemus partes, ut sic quidem sit figurata femina, sic verò masculus: illa quidem ad suscipiendum, hic verò ad seminandum, concessam esse à Deo consuetudinem. Si enim à Deo, ad quem tendimus, esset hæc constitutio, non beatos dixisset esse eunuchos, neque Propheta dixisset eos non esse arborem infrugiferam: transferens ab arbore ad hominem qui sua sponte & ex instituto se castrat tali cogitatione. Et pro impia opinione adhuc decertans subiungit: Quomodo autem non quis iurè Seruatorem reprehenderit, si nos transformauit, & ab errore liberauit, & à coniunctione partium & additamentorum & pudendorum? in hoc eadem decernens quæ Tatianus, hic autem prodijt ex schola Valentini. Propterea dicit Casianus: Cùm interrogaret Salome, quando cognoscentur ea de quibus interrogabat, ait Dominus: Quando pudoris indumentum conculcaueritis, & quando duo facta fuerint unum, & masculum cum femina, nec masculum nec femininum. ^l Primum quidem in nobis traditis quatuor Euangelijs, non habemus hoc dictum, sed in eo quod est secundum Ægyptios. Deinde mihi videtur ignorare quod masculus quidem iram & vehementem impetum, femina verò significet cupiditatem: quæ cum operata fuerint, penitentia & pudor consequitur. Cùm quis ergo neque iræ neque cupiditati obsequens, quæ quidem & ex consuetudine & ex mala aucta educatione, obumbrant & contegunt rationem, sed quæ ex ijs proficiscitur exuens caliginem, & pudore affectus ex penitentiâ spiritum & animam unierit in obedientia rationis: tunc, ut ait Paulus, non est in nobis nec masculus nec femina. Recedens enim anima ab ea figura qua discernitur masculus à femina, traducitur ad unionem, cùm sit neutrum. ^m Existimat autem hic vir præclarus plus quàm par sit Platonicè, animam quæ est ab initio diuina, cupiditate effæminatâ, huc venire ad generationem & interitum. Iam verò vel inuitum cogit Paulum dicere, generationem ex errore constare, cū dicit: Vereor autē ne sicut serpens Euam decepit, corrupti sint sensus vestri à simplicitate quæ est in Christo. Sed certū est Dominū quoque venisse ad ea quæ aberrauerāt: aberrauerūt autem non à superis repetita origine, in ea quæ hic est generatione: est enim generatio creatio omnipotentis, qui nunquam ex melioribus ad deteriora deduxerit animam: sed ad eos qui sensibus seu cogitationibus aberrauerant, ad nos inquam venit Seruator: quæ quidem ex nostra in præceptis inobedientia corruptæ sunt, dum nimis auide voluptatem persequeremur, cùm utique protoplastus noster tempus prauenisset, & non in tempore matrimonij gratiam appetisset, & aberrasset: quoniam quicumque aspicit mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est in corde suo, ut qui voluntatis tempus non expectauerit. Is ipse ergo erat Dominus, qui tūc quoque damnabat cupiditatem quæ præuenit matrimonium. Cùm ergo dixit Apostolus, Induite nouum hominē qui secundū Deum creatur, nobis dicit, qui ab omnipotentis voluntate effecti sumus, sicut sumus effecti. Veterem autem dixit, non respiciens ad generationem & regenerationem, sed ad vitam quæ est inobedientia, & obedientia. ⁿ Pelliceas autem tunicas existimat Casianus esse corpora: de quibus postea & eum, & qui idem cum eo sentiunt aberrasse ostendemus, cùm de ortu hominis, ijs consequenter quæ prius dicēda sunt, aggrediemur expositionē. Quoniam,

ἡς δὲ δὲ
σῶς,
hoc est, sc-
dæ Doc-
tarum, qui
dicebant
Dominum
corp' sum-
pisse phan-
tasticum.

1. Cor. 11.

Ephes. 4.

inquit, qui à terrenis reguntur & generant & generantur: nostra autem habitatio est in caelo, ex quo etiam Saluatore expectamus. Recte ergo nos haec quoque dicta esse scimus, quonia ut hospites & aduenae peregrinantes debemus vitam instituere: qui uxorem habent, tanquam non habentes: qui possident, tanquam non possidentes. Qui liberos procreant, tanquam mortales gignentes, tanquam relicturi possessiones, tanquam etiam sine uxore victuri, si opus sit: non cum affectione possessione utentes, sed cum gratiarum actione, & magna quadam ac praecleara animo agitantibus. Et rursus cum dicit: Bonum est homini mulierem non tangere, sed propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat: id veluti exponens rursus dicit, Ne vos tentet Satanas. Non enim is qui continenter utuntur matrimonio propter solam liberorum procreationem, dicit, Propter incontinentiam: sed is qui etiam finem liberorum procreationis cupiunt transilire: ne cum nimium annuerit noster aduersarius, excitet appetitionem ad alienas voluptates. Fortasse autem quoniam is qui iuste viuunt resistit propter emulationem, & aduersus eos contendit, volens eos ad suum ordinem traducere, per laboriosam continentiam, eis vult praeberere occasionem. Merito ergo dicit, Melius est matrimonio iungi quam vri, ut vir reddat debitum uxori, & uxor viro, & ne frustrentur inuicem hoc diuino ad generationem dato auxilio. Qui autem, inquit, non oderit patrem, vel matrem, vel filios, non potest meus esse discipulus. Non debet odisse genus: Honora, inquit, patrem & matrem, ut tibi bene sit: sed ne abducaris, inquit, à verbo alienis appetitionibus: sed neque cum ciuilibus coniungaris moribus. Domus enim constat ex genere, ciuitates autem ex domibus, quemadmodum Paulus quoque eos qui occupantur in matrimonio, mundo dixit placere. Rursus per Paulum dicit Dominus: Qui uxorem duxit, ne expellat: & qui non duxit, ne ducat. Qui ex proposito castitatis, professus est uxorem non ducere, maneat caelebs. Vtrisque ergo idem Dominus per prophetam Esaiam conuenientes dat promissiones, sic dicens: Ne dicat Eunuchus, sum lignum aridum. Haec autem dicit Dominus eunuchis: Si custodieritis sabbata mea, & feceritis quaecunque praecipio, dabo vobis locum meliorem quam filiis & filiabus. Non sola enim sufficit castitas, sed nec sabbatum eunuchi, nisi fecerit mandata. Infert autem is qui duxerunt uxores, & dicit: Electi mei non laborabunt in vanum, neque procreabunt filios in execrationem, quia semen est benedictum à Domino. Ei autem qui conuenienter verbo seu rationem filios procreauit & educauit & erudit in Domino, sicut etiam ei qui genuit per veram catechesim & institutionem, merces quaedam est proposita, sicut etiam electo semini. Alij autem execrationem accipiunt liberorum procreationem, & non intelligunt aduersus illos ipsos dicere scripturam. Qui enim sunt reuera electi Domini, non dogmata decernunt, nec filios progignunt qui sunt ad execrationem, ut haereses. Eunuchus ergo non qui per vim excisas habet partes, sed nec qui est caelebs, dictus est, sed qui non gignit. Veritatis lignum hic prius erat aridum: si autem verbo obedierit, & sabbata custodierit per abstinentiam à peccatis, & fecerit mandata, erit honorabilior is qui absque recta vita institutione solo verbo erudiuntur. Filioli, adhuc modicum sum vobiscum, inquit magister. Quare Paulus quoque scribens ad Galatas, dicit: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Si enim decies mille, inquit, pedagogos habeatis in Christo, sed non multos patres. In Christo enim per Euangelium ego genui vos. Propterea non ingreditur eunuchus in ecclesiam Dei, qui est sterilis, & non fert fructum, nec vita institutione, nec sermone. Sed qui se quidem castrarunt ab omni peccato propter regnum caelorum, is sunt beati qui à mundo ieiunant. Execranda autem sit dies, in qua natus sum, & non sit optanda, inquit Hieremias: non absolute execrans generationem, sed populi peccata agere referens & inobedientiam. Subiungit itaque: Cur enim natus sum ut viderem labores & dolores, & in perpetuo

perpetuo probro fuerunt dies mei? Iam verò omnes qui praedicabant veritatem, propter eorum qui audiebant inobedientiam, querebantur ad poenam, & veniebant in periculum. Cur enim non fuit uterque matris meae sepulchrum, ne viderem afflictionem Iacob, & laborem generis Israël? ait Hieremias propheta. Nullus est à sorde mundus, ait Iob, nec si sit quidem una dies vitae eius. Dicant ergo nobis, ubi fornicatus est infans natus? vel quomodo sub Ada cecidit execrationem, qui nihil est operatus? Restat ergo eis, ut videtur, consequenter, ut dicat malam esse generationem, non solum eam quae est corporis, sed etiam quae est anima, propter quam etiam corpus. Ea quando dixit Dauid, in peccatis conceptus sum, & in iniquitatibus concepit me mater mea: dicit Prophetice quidem matrem Euam, sed Eua fuit mater viuentium: & in peccatis fuit conceptus, sed non ipse in peccato, neque verò ipse peccatum. Quod autem etiam quicumque à peccato ad fidem conuertitur, à consuetudine peccatrice tanquam matre conuertitur ad vitam, feret mihi testimonium vnus ex duodecim prophetis, qui dixit: Si dederò primogenita pro impietate fructum ventris mei, pro peccato animae meae. Non accusat eum qui dixit, Crescite & multiplicamini: sed primas impulsionem & motum ex generatione, per quos Deum non cognoscimus, dicit impietates. Si quis autem ea ratione dicit malam generationem, illa etiam ratione dicat bonam, quatenus in ipsa veritatem cognoscimus. Abluatis iuste, & ne peccetis. Ignorantem enim Dei quidam habent, videlicet qui peccant. Quoniam nobis est colluctatio non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritualia. Possunt autem tentare principes tenebrarum huius mundi, & ideo datur venia. Et ideo Paulus quoque: Corpus meum, inquit, castigo, & in seruitutem redigo. Quoniam qui certat, in omnibus abstinet, hoc est, ad omnia continens, non ab omnibus abstinens, sed continenter utens is quae utenda iudicauit: illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem ut incorruptibilem, in lucta vincentes, non autem sine puluere coronam accipientes.

COMMENTARIVS.

* At qui est, inquit, caelebs, curat quae sunt Domini. Hic est alia obiectio quae fit à Tatianis, quae quidem sumpta est ex epistola Pauli ad Corinthios. Dicit enim Paulus eum qui est sine uxore curare quae sunt Domini, cum autem qui duxerit uxorem, curare quomodo placeat uxori. Ex quo colligebant reiciendum esse matrimonium, cum qui duxit uxorem, de uxore non de Domino sit sollicitus. Ad quod responderet Clementis, non sequi quin si maritus sit de uxore sollicitus, non sit etiam sollicitus de Domino. Ad eos autem pudore afficiendos. Honorabile est matrimonium, inquit Paulus, & torus immaculatus. Sed hoc intelligit Clementis de primis nuptiis. Secundae autem nuptiae licet sint permissae, apud veteres tamen adeo male audierunt, ut multi eas habuerint pro fornicatione, ut videre licet in canonibus Basilij in Nomocanone Photij. Si quis autem matrimonium audet. Eucratia & Tatiani & aliquot alij haeretici eodem loco habebant matrimonium quo fornicationem. Ii & vetus & nouum testamentum maledictis incessunt, cum in vtroque proberur & laudetur matrimonium. Fornicatio autem tribus modis accipitur ab Apostolo, & pro auaritia, & pro idololatria, & ab vno matrimonio ad multa prolapsione. Auaritia, eo quod sufficit non contenta, plura quam par sit appetit. Idololatria non satis habens Deum qui est vnus colere, Dei nomen multis attribuit & multos colit. Fornicatio quae est proprie libidinis, non vna uxore contenta cum multis rem habet quasi cum uxore, & ita ab vno matrimonio prolabitur ad multa, quae non sunt quidem vera matrimonia, sed sunt instar matrimonij. De his dicit Propheta: Peccatus vestris venundati estis. De hac triplici fornicatione, auaritia scilicet, idololatria, & libidiosa cum mulieribus quae non sunt uxores coniunctione, dicit Esaias, Peccatis vestris venundati estis. Quod sic exponit Hieronymus. Scelera atque peccata vestra vos Daemonibus vendiderunt, ut praesentis seculi voluptatibus irretiti, & vos parentem, & illa coniugem dereliqueret. Vnde adulteram matrem vestram ultra tenere non porui, sed volentem abire permisi. Quod autem peccatis suis vnusquisque venundatur, dum proprio arbitrio derelicti, nostra voluntate vel ad bonum vel ad malum, ducimur, & Paulus Apostolus docet: Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Et quomodo auari atque raptores serui sunt mammonae: sic omne peccatum dominatur peccatoribus. Quibus dicitur: Non regnet peccatum in mortali vestro corpore &c. In aliena autem terra polluitur qui sua relicta uxore, cum qua rem habens dat operam liberis, cum meretrice fornicatur solius causa libidinis. Vnde est illud apud Plautum:

Fundum alienum colis, tuum incultum deseris.

Vt ergo vitetur omnis libidinis suspicio, nec tentanti & ad se abducenti Sathanae detur occasio, vult Paulus iuniores nubere & domus curam gerere. Iam vero vnus quoque uxoris virum admittit. Nunquam repr-

Epiph. lib.
3. to. 2. cap.
cōp. Doct.

hendit Paulus matrimonium. Nam & presbyterum & diaconum vult esse vnus vxoris virum, qui non sit scilicet bigamus. Sed nec laicum vult esse polygamum. De sacerdotio certe sic scribit Epiphanius: Sacerdotium quidem ex virginibus vt plurimum procedit: si verò non ex virginibus at ex solitariam vitam degentibus. Si verò non suffecerint ad ministerium solitariam vitam agentes, sumantur de his qui continent à propriis vxoribus, aut de his qui ab vnus nuptiis seruāt viduitatem. Nam cum qui secundas nuptias contraxit, non licet ex ipso ad sacerdotium suscipere, etiam si is qui ab initio continens viduus fuerit possit habere locū Episcopi, & presbyteri, & diaconi, & subdiaconi. *Seruabitur autem per filiorum generationem.* Mulieri non sufficit ad salutem si nupserit & filios generauerit, sed addendum est etiam quod statim sequitur, Si permanferit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate. Cæterum ad laudem matrimonij plurimum facit, quod dicat Paulus; Saluam fieri mulierem per filiorum generationem, etiam si alia requirantur. *Et rursus seruatur dicens: iud. eos generationem.* Ex eo quod Christus vocet Iudæos generationem prauam & adulteram, colligebant Eucratitæ à Christo reprobari generationem. Sed id esse aliter intelligendum docet Clemens, nempe quod ij legem adulterarent, vt qui Dei præcepta non sequerentur, sed præcepta hominum & traditiones, quas vocant Deuterofes. Eas sequentes legem adulterabant, quæ erant eis tanquam Dominus, & dux eorum virginittatis. Venustius autem id Græcè dicitur quam Latine, quod *vōuoc*, sit masculini generis. Fortasse autem eos dicit aliam ob causam adulterare legem, quod scilicet alienas sequerentur cupiditates, alienas, inquam, à quibus naturaliter humana abhorret natura, cuiusmodi sunt execrandi puerorum amores & concubitus. De fornicatione non intelligit quod apud Hebræos non essent cōmunes mulieres, quòd apud eos veritum esset cōmunes habere mulieres, nempe meretrices, & apud eos prohibita essent adulteria. *Qui autem dicit.* Ex iis qui ad cœnam inuitati venire recusarunt, fuit etiā is qui dixit, vxorem duxi. Hoc pro se facere dicebant Eucratitæ, causantes impedire nuptias quominus pareatur Dei præceptis. Sed cum & ante Christi aduentū, & post Christi aduentum esset matrimonium, hic tantum arguit eos, qui propter voluptates abstinent ab exequendis diuinis mandatis, alioqui si salui esse non possunt qui matrimonium contrahunt, nec salui esse possent qui iusti fuerunt ante Christi aduentum, vt qui vxores duxerint, nec qui iusti fuerunt post Christi aduentum, cum ex iis vxores habuerint etiam Apostoli. *Quod si illud etiam attulerint quod Propheta dicit: Inueteraui inter.* Eucratitæ omnia adducunt quæ putabant pro se facere, hoc quoque propheta, Dauidis scilicet, afferebant: Inueteraui inter omnes inimicos, per inimicos intelligentes generationem: sed Clemens per inimicos intelligit peccata. Sed vnum ex peccatis est, non matrimonium sed fornicatio. Alioqui si matrimonium dicant esse peccatum, & generatio ipsa est peccatum quæ est ex matrimonio, & creator ipse qui est causa efficiens generationis. *Talibus argumentis vitur quoque Iulius Cassianus.* Quisnam fuerit hic Iulius Cassianus nusquam memini me legere, nec scio cur eum vocet principem sectæ *δοκίμων*, seu visionis, qui etiam dicuntur *δοκίμοι*. Authores enim fuerunt & Simon Magus & Basilides. Recenser autem eius argumenta quibus conatur probare, nō nobis ideo esse permissum coitum, quod vterque sexus habeat sua membra, masculinus quidem ad generandū, fœmininus verò ad suscipiendum. Nam si hoc Deus voluisset, non dixisset beatos esse Eunuchos, nec Propheta Eunuchos non esse arborem infertilem, trāllatione sumpta ab arbore, & translata ad hominem qui sua sponte se castrat propter regnum Dei. Quinetiam dicit Christum merito fore reprehendendum, si nos non transformasset & à membrorum coniunctione non liberasset. Subiungit etiam quæ Christus respondet Salomæ, sciscitanti quando cognoscereut ea quæ petebat, nempe quando conculcatum fuerit indumentum pudoris, hoc est quando pudendorum nullus fuerit vsus, & duo fuerint vnum, masculus scilicet & fœmina. Hæc quidem sunt Cassiani & Tatiani argumenta, ad quæ statim respondet Clemens. Et primum ad id quod adducit de Salome. *Primum quidem in nobis traditis quatuor Euangelijs.* Primum ergo dicit id quod ab eis citatur de Salome, esse sumptum ex Euangelio secundum Ægyptios, quod non est tantæ authoritatis quantæ sunt quatuor Euangelia quæ nobis tradidit ecclesia Catholica, in quibus nihil tale inuenitur de Salome. Deinde licet eis tanquam veris credatur & authenticis, ea tamen non ita esse accipienda vt volunt Eucratitæ, nempe vt id pertineat ad generationem & matrimonium. Sed masculus quidem significat iram & vehementem imperum: fœmina autem cupiditatem. Ea quidem pudorem afferunt iis qui illis vtuntur, tenebrasque & caliginem offundunt rationi. Quod si pudore affecti & ducti pœnitentia hos animi motus ira vnierint vt pareant rationi, non erit amplius masculus nec fœmina, nam nec ira dominabitur nec cupiditas, sed regnum obtinebit ratio, efficietque vt ira & cupiditas neutrum sit, nempe nec masculus nec fœmina, vt quæ sint traductæ ad vnionem. Rationi autem vnita ira & cupiditas, exuunt omnem figuram masculi & fœminæ. Ex quo potest perspici, allegoricos sensus non parum valere ad stabilienda dogmata. Masculus enim & fœmina hic capiuntur allegorice pro ira & cupiditate. *Existimat autem hic vir præclarus plus quam par sit Platonice.* Hic Cassianus Platonem secutus, existimabat animas cum essent ab initio diuinæ, tractu temporis effœminatæ, & cupiditate motas, à superis in terras descendere ad generationem & interitum. *Iam vero vel inuitum cogit Paulum dicere.* Dicebat Cassianus animam à superis descendere in generationem quam vocabat errorem. Hoc vt ostenderet citabat illud Pauli ad Corinthios: Vereor ne sicut Serpens Euam decepit &c. Ad quod respondet Clemens, generationem non esse errorem, cum ipsa generatio sit Dei omnipotentis creatio, qui à meliori ad deterius animam nunquam deduxerit. Constare quidem Christum venisse ad ea quæ aberrauerunt, id est ad nos, sed nos non ideo errasse quod venerimus ad generationem, sed in eo quod sensus & cogitationes nostræ aberrauerunt, dum Dei præceptis non obediimus, nimis auide voluptatem persequentes. *Pellicæas autem tunicas existimat.* Quod citat ex Paulo Cassianus, Nostra habitatio est in cælo, ex quo Saluatorem expectamus, vt ostenderet à Christianis nō admittendum esse matrimonium, recte dictum esse dicit Clemens, & nos eundem sequentes Paulū, vitam instituire tanquā peregrinantes, & licet vxores habeamus, eas habere perinde, atque si non habeamus, & licet possessiones possideamus, possidere tanquam non possidentes, vt qui in possessiones cogitationes nostras & affectiones non defigamus, & nec matrimonium, nec quæ possideamus, impedire quominus

quominus cælestia cogitemus, & in cælis nostra sit habitatio. *Qui autem, inquit, non odit patrem.* Ad ostendendum generationem esse reiiciendam, adducebant etiam Eucratitæ, id quod dixit Christus: Qui nō odit patrē, vel matrē, vel filios, non potest meus esse discipulus. Sed non animaduertebant non intellexisse Christum, patrē & matrē absolute odio habendum, alioqui sibi contradiceret, qui alibi iussit honorare patrē & matrē: sed tum demum cum patris & matris & filiorum & totius generis appetitiones sunt *ἡρώδης*, id est à verbo seu ratione alienæ, vt quæ pugnent cum verbo seu ratione, & cum pietate ac religione. Sed nec mores ciuiles seu ciuitatis sunt sequendi, si ij à verbo, nempe à pietate ac religione discrepent. *Rursus per Paulum dicit Dominus.* Quod matrimonium non sit reiiciendum, ex hoc patet quod Christus nōlit eum qui duxit vxorem eam expellere. Et quod cœlibatus itidem non sit improbandus, ex hoc intelligitur quod velit eum manere cœlibem qui professus est castitatem. Sed neutrum esse reiiciendum ex hoc etiam est perspicuum, quod vtrique à scriptura sua sit merces constituta. Sed vtrisque tum demum est sua merces, quando mandata custodierint & bona fecerint opera. Eunuchis enim non sufficit castitas. Sed nec dicēdi sunt Eunuchi, licet eis exēta sint virilia, & vxorē nō duxerint, ij qui bonas edūt actiones, & bona doctrina instituunt. Eunuchus enim est qui nō gignit. Gignit autē & qui se castrat à peccatis, & bonis actionibus & sancta doctrina affert fructum. Alioqui nō ingreditur Eunuchus in Dei ecclesiā vt qui plane sit sterilis. Ex hoc autem reprobari generationem quod dicat Deus per Prophetam, Electi non procreabunt filios in execrationem, vt volebat Cassianus, est plane ridiculum. Nam hoc ipsum dicebat Deus de iis qui vxores duxerant, quod Deus minime reprobabat. Qui autem non reprobat matrimonium, nec reprobat generationem. Electi autem nihil vnquam gignūt ad execrationem, quod faciunt hæretici, qui execranda procreant dogmata. *Execranda autem sit dies in qua natus sum.* Ad probandum malam esse generationem, adducebant Eucratitæ eos qui execrabantur diem in quo nati sunt. Ad quod respondet Clemens, eos non idēo execrari diem quod in eo essent geniti, sed propter labores arumnas & afflictiones quæ postea sunt secuta. Rursus citabant quod Iob dixerat: Nullum esse mundum à forde, ne infantem quidem vnus diei, & quod in Psalmis dixit Dauid se in peccatis esse cōceptum. Ad quod respondet Clemens, Dauidem per matrem intellexisse Euam quæ fuit mater viuientium. Quod si mater deducit ad vitam, nō eo nomine esse malam generationem, quæ deducit ad id quod est bonum. Res enim bona est vita, sicut etiam non est mala regeneratio, quæ à peccandi consuetudine, quæ est veluti mater, conueritur ad vitam, vitam, inquam, æternam. Sed nec sequi, quod si Dauid vel quiuis alius in peccatis sit conceptus, ipse peccauerit, vel fuerit peccatum. Et mala dici fortasse potest generatio, quatenus ab ea sunt quidā motus & impulsionēs, quæ efficiūt, vt peccando Deum non cognoscamus. Rursus autem est bona, quatenus ex ipsa veritatem, Deum scilicet qui nos genuit, cognoscimus. Ex quo sequitur quod nec sit accusandus Creator qui iussit crescere & multiplicari, nec vituperanda sit generatio, cum si ex ea sint motus ad malum, sint etiam ad bonum. Ad quod malum, nempe ad peccatum, cum nōs impellant motus generationis, & nos etiam tentent principes tenebrarum, & corpus nostrum est castigandum, & cum principibus tenebrarum est strenue decertandum, vt victoriam consecuti coronam accipiamus. Ita sentit quidem Clemens, sed est perspicuum eum non satis intellexisse peccatum originis. Constat enim ex Diuo Paulo, omnes ex primo parente trahere peccatum, & non solum concipi & nasci in peccato, sed ipsos etiam peccare, non actū quidem, sed per sordem & maculam ab ipso parente deriuatam, quæ non nisi à Christo potest elui & deleri per salutare lauacrum regenerationis. Sed quamuis concipiamur, & nascamur in peccato, non ideo non est bona generatio, qua vti iussit homini qui dixit, Crescite & multiplicamini.

I A M nonnulli quoque præferunt viduam virgini, quod attinet ad continentiam, vt IX. quæ, quam experta est voluptatem, magno & excelso animo contempserit. Si autem est malum generatio, in malo dicant blasphemi fuisse Dominum qui fuit particeps generationis, in malo virginem quæ genuit. Hæc mihi quot & quanta mala: Dei voluntatem maledictis incessunt, & mysteriū creationis, dum inuehuntur in generationem. Et ideo visio seu phantasia Cassiano, ideo enim Marcioni & Valentino quoque corpus animale: quoniā homo, inquit, assimilatus est iumentis, veniens ad coitum. Sed quando aliena inire cubilia, vera insania percitus, voluerit, tunc reuera qui talis est efferatur. Et qui in fœminas furentes facti sunt, unusquisque hinniebat ad vxorem proximi sui. Quod si cum ex brutis insidiosi consilij rationem cepisset serpens, & persuasisset, dicat Adam assensum esse cum Eva coniunctioni, nempe quod hac natura alias nisi non essent Protoplasti, vt nonnulli existimant: rursus maledictis incessitur creatio, vt quæ rationis expertium animantium natura homines fecerit imbecilliores, quas cōsecuti sunt qui à Deo primi fuerunt formati. Sin autē natura quidē eos sicut bruta deduxit ad filiorū procreationem: moti autē sunt citius quam oportuit, fraude inducti cum adhuc essent iuuenes, iustam quidem est Dei iudicium in eos qui non expectarunt voluntatem: sancta autem est generatio, propter quam mundus constituit, propter quam essentia, propter quam natura, propter quā Angeli, propter quam

Esaiz 40.

potestates, propter quam anima, propter quam præcepta, propter quam lex, propter quam Evangelium, propter quam Dei cognitio. Et omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni: & fœnum quidem exiccatur, flos autem decidit, sed verbum Domini manet, quod vixit animam & vixit spiritui.¹ Quomodo autem quæ est in Ecclesia apud nos æconomia accepisset finem absque corpore, cum etiam ipse qui est caput ecclesiæ, in carne quidem informis & specie carens transferit, docens nos respicere ad id quod est diuinæ causæ informis & incorporeæ? Arbor enim vitæ, inquit Propheta, est in bono desiderio, docens bona & munda desideria quæ sunt in Deo viuenti.² Iam verò volunt viri cum uxore in matrimonio consuetudinem, quæ dicta est cognitio, esse peccatum: eam enim significari ex esu ligni boni & mali, per significationem huius vocabuli Cognouit, significantem mandati transgressionem. Si autem hoc ita est, veritatis quoque cognitio, est esus boni & mali. Potest ergo honestum ac moderatū matrimonium illius quoque ligni esse particeps. Nobis autem prius dictum est, quòd licet bene & malè uti matrimonio. Et hoc est lignum cognitionis, si non transgrediamur leges matrimonij.³ Quid verò, num Seruator noster, sicut animam, ita etiam corpus curauit ab affectionibus? Neque verò si esset caro inimica animæ inimicam aduersus ipsam munisset, per sanitatem* instruens.⁴ Hoc autem dico, fratres, quòd caro & sanguis regnum Dei non possunt possidere, neque corruptio possidet incorruptionem. Peccatum enim cum sit corruptio, non potest habere societatem cum incorruptione, quæ est iustitia. Adeo stulti, inquit, estis, cum spiritu cœperitis, nunc carne consummami.⁵ Iustitiam ergo & salutaris harmoniam, quæ est veneranda firmaque & stabilis, alij quidem, ut ostendimus, nimium intenderunt, blasphemè ac maledicè cum quauis impietate suscipientes continentiam, cum liceret ex sana regula castitatem eligere cum pietate, gratias quidem agendo propter datam gratiam, non habendo autem odio creaturam, neque eos aspèrmando qui iuncti sunt matrimonio. Est enim creatus mundus, creata est etiam castitas.⁶ Ambo autem agant gratias in ijs, in quibus sunt collocati, si modò ea quoque norint in quibus sunt collocati. Alij autem effrenati se petulanter & impudenter gesserunt, reuera effecti equi in fœminas insanientes, & ad proximorum suorum uxores hinnientes, ut qui & ipsi contineri non possunt, & proximis suis persuadeant ut dent operam voluptati, infeliciter illas audientes scripturas: Quæ tibi obtigit partem pone nobiscum, crumenam autem unam possideamus communem, & unum fiat nobis marsupium. Propter eos idem Propheta dicit nobis consulens: Ne ambulaueris in via cum ipsis, declina pedem tuum à semitis eorum. Non enim iniuste tenduntur retia pennatis. Ipsi enim cum sint sanguinum participes, thesauros malorum sibi recondunt, hoc est, sibi vendicantes immunditiam, & proximos similia docentes, bellatores, percussores caudis suis, ut ait Propheta, quas quidem Græci χέρους appellat. Fuerint autem ij quos significat prophetia ad malum procliuēs, intemperantes, qui sunt caudis suis pugnaces, tenebrarum iræque filij, manus sibi afferentes, & homicidæ propinquorum:⁷ Expurgate ergo vetus fermentum, ut sitis noua conspersio, nobis exclamat Apostolus.⁸ Et rursus propter quosdam eiusmodi homines indignans, præcipit ne conuersari quidem, si quis frater nominetur vel fornicator, vel avarus, vel idololatra, vel maledicus, vel ebriosus, vel raptor, cum eo qui est talis ne unà quidem comedere. Ego verò per legem legi mortuus sum, inquit, ut Deo viuam, cum Christo sum crucifixus: viuo autem non amplius ego, per cupiditates, viuit autem in me Christus castè & beatè per obedientiam præceptorum. Quare tunc quidem viuebam carnaliter: quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei.⁹ In viam gentium ne abieritis, & ne ingrediamini in urbem Samaritanorum, & contraria vitæ institutione nos dehortans dicit Dominus: quoniam iniquorum virorum mala est conuersatio. Et hæc

Græcum
habet
ἡμαρτία, sed
puto
legendum,
ἐπιμαρτία
instruens.

Prouerb. 11.

1. Cor. 5.

Galat. 2.

Malach. 10.

via sunt omnium qui ea quæ sunt iniqua efficiunt. Vg autem homini illi, inquit Dominus, bonum ei esset si non natus esset, quàm ut vnus ex electis meis scandalizaret. Melius esset ut ei mola imponeretur, & in mari demergeretur, quàm ut vnus ex meis electis peruerteret. Nomen enim Dei blasphematur propter ipsos. Vnde præclare Apostolus: Scripsi, inquit, vobis in Epistola, non fornicari cum fornicatoribus, vsq; ad illud, corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori.¹⁰ Et quòd matrimonium non dicat fornicationem, subiungit: An nescitis quòd qui adheret meretrici, vnus est corpus? an virginem dicet meretricem quispiam priusquam nupserit? Et ne fraudetis, inquit, vos inuicem, nisi ex consensu ad tēpus. Per dictionem, Fraudetis, ostendēs matrimonij debitum esse liberorum procreationem: quod quidem in ijs quæ præcedunt ostendit, dicens: Mulieri vir debitum reddat: similiter autem mulier quoque viro: post quam exolutionem, est in domo custodienda, & in ea est in Christi fide, adiutrix. Iam verò quid potest hoc esse manifestius, cum dixerit ijs qui sunt iuncti matrimonio, præcipio, inquit, nō ego, sed Dominus, uxorem à viro non separari. Sin autem separata fuerit, maneat innupta, vel viro reconcilietur. Et virum uxorem non dimittere. Reliquis autem dico ego, non Dominus. Si quis autem frater, vsq; ad illud, nunc autem sancta est. Quid autem ad hæc dicunt qui in legem inuehuntur, & in matrimonij, ut quod sit solum in lege concessum, nō autem etiam in nouo Testamento? Quid ad has leges latas possunt dicere, qui sationem abhorrent & generationem, cum Episcopum quoque qui domui rectè præsit, Ecclesiæ ducem cōstituat? Domū autem dominicam vnus mulieris constituit coniugium. Omnia ergo dicit esse munda mundis. Pollutis autem & infidelibus nihil est mundum, sed polluta est eorum & mens & conscientia.¹¹ De ea autem voluptate quæ est præter regulam: Ne erretis, inquit, nec fornicatores, nec idololatra, nec adulteri, nec molles, nec masculorum concubitores, neque fures, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores, regnum Dei possidebunt. Et nos quidem abluti sumus qui in his eramus. Qui autem in hanc tingunt intemperantiam, ex temperatā in fornicationem baptizant, voluptatibus & vitijs esse indulgendum decernentes, incontinentes ex moderatis esse docentes, & spem suam suorum membrorum impudentiæ attribuentes, ut à regno Dei abdicentur, non autem ut inscribantur qui ad eos ventitāt efficientes, falsò nominatæ cognitionis appellatione, eam quæ ad exteriores ducit tenebras viam ingredientes.¹² Quod reliquum est, fratres, quæcunque vera, quæcunque honesta, quæcunque iusta, quæcunque casta, quæcunque bona fama: si qua virtus, & si qua laus, ea considerate quæ & didicistis, quæ etiam accepistis & audistis & vidistis in me, ea facite, & Deus pacis erit vobiscum. Et Petrus similia dicit in Epistola: Vt fides vestra & spes sit in Deum, cum animas vestras castas effeceritis in obedientia veritatis: quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus desiderijs quæ fuerunt in ignorantia, sed secundum eum qui vocauit vos sanctum, & ipsi sancti sitis in omni conuersatione. Quoniam scriptum est, sancti eritis quoniam ego sanctus sum. Sed enim quæ aduersus eos qui cognitionem falso nomine simulant, necessario suscepta est à nobis disputatio, nos longius quam par sit abduxit, & orationem effecit prolixiorē. Vnde tertius quoque liber Stromateus, eorum quæ sunt in vera philosophia cognitionis monumentorum, hunc finem habeat.

Matth. 18.
Marci 9.

1. Cor. 6.

Tit. 1.

1. Cor. 6.

Philipp. 4.

1. Petri 1.

COMMENTARIVS.

* I A M nonnulli quoque præferunt viduam virgini. Non video quomodo hoc cohæreat cum præcedentibus, nisi dicamus quòd cum dictum sit antea de matrimonio & generatione, matrimonij autem & generationis sint expertes virgo & vidua & vtraque sit continens, præferri dicant nonnulli viduam virgini, quòd attinet ad continentiam, est enim difficilius viduæ cōtinere quæ voluptatem est experta, quam virgini quæ minime est experta. ^b Si autem est malum generatio. Si res mala dicatur generatio, ut dicunt blasphemantes hæretici, hæc sequuntur absurda, quòd & in malo fuerit Dominus qui est genitus, & virgo Maria quæ ge-

nuit. Non possunt autem vituperare generationem, quin eadem opera vituperent Dei voluntatem, qui per generationem vult homines crescere & multiplicari, est autem generatio mysterium creationis. Nam licet Deus noua non amplius creet opera, perinde tamen est atque si crearet, cum arcana & ineffabili potestate per generationem efficiat ut quæ sunt creata consistant, alioqui dilapsura & peritura. *Et ideo visio seu phantasia.* Quoniam res esse mala ab hereticis existimabatur generatio, & indignum videbatur ut in malo fuisse videretur Dominus, hinc factum est ut Cassianus existimaret eum habuisse corpus phantasticum, ut Simoniani, Marcion vero & Valentinus corpus animale in quo scilicet non esset caro, hac moti ratione quod homo veniens ad coitum assimilaretur iumentis. Quod Clemens non negat quidem esse verum, sed non semper. Id enim tum demum euenire quando furentes cum alienis vxoribus committunt adulteria. Qui enim cum sua vxore rem habet, dans operam liberis, voluntate motus non cupiditate nec libidine, is non dicitur furere, nec efferari, nec similis esse iumentis. *Quod si cum ex brutis.* Quæritur an peccarit Adam cum vxore coiens. Et si persuasus quidem à serpente qui de eo consilium acceperat, à brutis quæ priora naturali vfa erant coniunctione, coiuit cum Eva vxore, ut quidam existimant peccauit Adam, & reprehenditur creatio quæ imbecillior deditur naturam homini quam brutis, à quibus acceperunt coniunctionem ad procreandos liberos. Sin autem vtriusque data est natura ad coniunctionem, & homo fraude serpentis incitatus est ad coniunctionem priusquam oportuit, ut qui libidine vsus non expectauit voluntatem, peccauit etiam. Et ideo Deus in eum iustam tulit sententiam. Non autem ideo mala est generatio. Nō enim in eam, sed in eos qui non vt oportuit coniunctione vsi sunt, culpa est conferenda. *Sancta autem est generatio.* Postquam ostendit quamnam sequantur absurda si mala esse dicatur generatio: nunc excurrit in eius laudem dicens quænam propter eam fiant, nempe quæcunque sunt in mundo. Nam cum propter hominem factus sit mundus, quæcunque etiam in eo sunt propter hominem fiunt. *Quomodo autem quæ est in ecclesia.* Ad ostendendum non esse malam generationem hoc quoque plurimum facit, quod Christi susceptæ carnis dispensatio non potuit perfici absque corpore, corpus autem non fuit absque generatione, ut quod de Spiritu sancto ex puro sanguine virginis, in vtero eius sit conceptum. Ipse autem Christus qui est caput ecclesiæ transiit in carne informis & carens specie, per hoc docens nobis esse considerandam quæ in corpore latens sub visum non cadit diuinitatem. Ea autem diuinitas latens in Christi corpore est arbor vita, in qua sunt bona & munda desideria, ad quæ aspirant fideles, nempe vt ea assequantur quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. *Iam vero volunt viri cum vxore in matrimonio consuetudinem.* Dicebant Tatiani, viri cum muliere coniunctionem quæ dicitur cognitio, esse peccatum, cognitionem enim significare transgressionem mandati, quæ significatur ex esu ligni boni & mali. Ad quod respondet, esum ligni boni & mali vtrumque significare, & transgressionem mandati, & cognitionem veritatis. Nam cum bene & male liceat vti matrimonio, lignum erit cognitionis ac scientiæ boni & mali, nō solum si male vtratur matrimonio, sed etiam atque adeo multo magis si obseruet leges matrimonij, nempe si cognoscat vxorem non propter libidinem, sed vt procreet liberos. *Quid vero num seruator noster sicut animam.* Cum Christus vtrumque curauerit, corpus scilicet & animam, nec anima corpori, nec corpus animæ est inimicum. Certe si caro esset inimica animæ, Christus carni non dedisset sanitatem qua insultaret animæ. *Hoc autem dico fratres.* Ex hoc quod Christus & animam & carnem à morbis curauerit, potest intelligi eum non odisse generationem, nec matrimonium. Quamuis autem carnem & sanguinem non oderit, nec caro tamen nec sanguis regnum Dei possunt possidere, si non adsit spiritus qui datur per regenerationem. Hic spiritus efficit vt caro & sanguis qui antea erat corruptio & peccatum, mundetur & regnum Dei possit possidere, in quod nihil intrat immundum & pollutum. Ex se ergo caro & sanguis regnum Dei non potest possidere, sed potest per spiritum. Cum autem à spiritu per baptismum inceperimus, cauendum est ne spiritu excluso carnem solum relinquentes, simus tantum carnales, & ne in nobis rursus inhabitans peccatum non possideat incorruptionem, id est iustificationem illam quæ nobis data erat in baptismo. Hæc iustitiam non habent nec qui creatorem blasphemant & maledictis insectantur, nec rursus qui totos se immergunt in cœnum libidinis & voluptatis. *Iustitiam ergo & salutaris harmoniam.* Iustitiæ nomen significat quamuis virtutem. Est ergo & castitas iustitia, & matrimonialis continentia, ambæ enim sunt virtutes, sed tum demum est castitas iustitia, si non excedat modum. Modum autem excedit si sit coniuncta impietati & blasphemiam. Est autem impietas inueli in creatorem, & damnare matrimonium. Quod si castitatem eligit cum pietate, & propter regnum cælorum eam eligat, non quod oderit creatorem & creaturas, aut damnat matrimonium, & Deo agat gratias quod ei largitus sit donum castitatis, eos qui iuncti sunt matrimonio minime despiciens, is est laudandus, vt qui castitatis vt par est obseruet regulam. Neutrum autem est vituperandum, nec castitas nec matrimonium, cum sit vtrumque à Deo creatum. *Ambo autem agant gratias.* Sunt quidem laudandi qui casti sunt cum pietate: nec sunt vituperandi qui dant operam liberis, legitimo iuncti matrimonio non autem libidini seruientes & voluptati. Illi autem sunt maxime vituperandi, qui nec casti sunt propter regnum cælorum, nec in matrimonio continenter viuunt vt dent operam liberis, sed tanquam equi effrenati præcipites feruntur ad libidinem, & alios secum attrahunt ad voluptatem. Eos censet Propheta à nobis esse vitandos, ne altius quam pat sit volantes extensis retibus implicemur, sicut aues volantes dum se altius extollunt merito paratis retibus irretiuntur. Merito autem in mala plurima incidunt, qui cum sint sanguinis solum participes, spiritum repellunt, & mala sibi accersunt & recondunt, non satis habentes quod sint immundi, nisi etiam proximos immunditiam doceant & salacis verbere cauant eos oppugnent (nam κακός Græcè, sicut etiam Latine cauda *αἰδώς* significat) & tam sibi quam eis mortem afferant. Hunc ergo opinor esse sensum Clementis, sed quisnam sit is Propheta de quo loquitur ingenue fateor me nescire. *Expurgate ergo vetus fermentum vt sitis noua.* Iubet Paulus, nos expulsa libidine, quam per fermentum intelligit, fieri puros & mundos. Non solum autem à libidine vult nos esse puros, sed etiam ab omni scelere. *Et rursus propter quosdam eiusmodi homines indignans.* Vt puri conferuemur sunt vitanda consortia malorum, & ne cum fratribus quidem est comedendum si sint impij & scelerati. Vt sim

Esaie 55.

Esaie 6.
1. Cor. 2.

ti. Vt sim autem purus & mundus lex non efficit, quæ poenam quidem minitas deterreret à vitiis, sed vt recte & ex virtute viuatur, sola præstat Dei gratia, quæ in animis nostris creat cor mundum, & spiritu principali nos confirmat: Per Christum autem id assequimur, qui cruci fuit affixus, vt mala desideria nostra & affectiones crucifigeremus: quod dum facimus, legi sumus mortui. Actiones enim nostræ bonæ non ex lege procedunt, sed ex Christo qui est nostra vita. Vt autem legi moreremur, & ab ea recederemus, ipsa lex nos induxit, quæ tanquam Pædagogus nos ad Christum deduxit. In Christo autem viuentes non amplius viuimus. Tunc enim vt homines viuimus, quando in nobis nostræ viuunt cupiditates, sed viuunt in nobis Christus, quando Christo induti non amplius carnaliter, sed spiritualiter viuimus, castitatem exercentes, & Dei præcepta obseruantes. Sic autem viuimus, si in carne in filij Dei fide viuimus. *In viam gentium ne abieritis.* Pergit ostendere ex Euangelio & ex Paulo quam malum sit cum malis versari, & quantum imminet periculum, iis qui sua consuetudine alios corrumpunt & offendunt. *Et quod Matrimonium non dicat.* Ex Diuo Paulo citat aliquot testimonia, ex quibus est perspicuum, matrimonium non esse fornicationem: ex eis autem conuincitur error Eucratitarum & Tavianorum, qui matrimonium dicebant fornicationem, & id solum fuisse permissum in lege veteri, non autem in nouo testamento. *De ea autem voluptate.* Postquam ostendit non solum in lege veteri concessum esse matrimonium, sed etiam in nouo testamento, nunc inter cæteros capitalibus vitiis affectos qui regnum Dei non possident, enumerat etiam fornicatores, & masculorum concubitores, & reliquos qui venere vtuntur non legitima nec regulæ consentanea. Sola autem Venus legitima & regulæ consentanea est matrimonium. Non solum autem ipsi damnantur, sed ij etiam qui ab ipsis baptizati eorum imitantur libidinem, & Venerem nefariam. Qui autem hanc nefariam exercent libidinem, sunt hæretici qui dicuntur Gnostici, de quibus antea sæpe diximus. *Quod reliquum est fratres.* Quoniam nihil est quod hominis famæ maius probrum afferat & dedecus quam impudicitia, ideo finem imponens huic libro qui est fere totus de matrimonio, citatis vtriusque Apostoli verbis, hortatur vt obedientes Dei præceptis, amplectantur pudicitiam & honestatem. Sed enim quæ aduersus eos qui cognitionem falso nomine simulant, necessario suscepta est à nobis disputatio, nos longius quam par sit abduxit, & orationem effecit prolixiorē. Vnde tertius quoque liber Stromateus, eorum quæ sunt in vera Philosophia cognitionis monumentorum, hunc finem habeat.

FINIS LIBRI TERTII STROMATVM.

Sf iij

CLEMENTIS ALEXAN- DRINI STROMATVM LIBER QVARTVS.

CONSEQVENS^a autem deinceps esse existimo, ut de martyrio tractemus, & quisnam sit perfectus. Quibus comprehenduntur ea quæ consequuntur, ex eo quod exigunt illa quæ sunt dicenda: & quod æquè sit philosophandum & seruo & libero, siue sit vir sexu, siue femina. Et cum quæ deinceps sequuntur, & de fide & de inquirendo absoluerimus, genus symbolicum adducemus, ut cum concluderimus, orationem quæ ad mores pertinet, summam ostendamus utilitatem quæ allata est Græcis à barbara philosophia. Quam quidem postquam oculis subiecerò, & aduersus Græcos & aduersus Iudæos tradetur compendiosa scripturarum explicatio, & quæcunque in libris præcedentibus, cum in præmij ingressu, vno Commentario statuissemus perficere, rerum autem multitudini necessariò seruiuerimus, non licuit comprehendere. ^b Post hæc à nobis, quoad eius fieri potest, rerum propositarum impleta declaratione, quæ de naturalibus principiis & à Græcis & ab aliis barbaris, prout ad nos peruenerunt opiniones, tradita sunt, oportet recensere, & aduersus præcipua eorum quæ sunt excogitata à philosophis argumentari. Quibus fuerit consequens, ut postquam Theologiam cursim percurrerimus, ea quæ in prophetiis tradita sunt tractemus: ut cum etiam Scripturas quibus credidimus, validas ac ratas esse omnipotenti auctoritate ostenderimus, serie possimus per ipsas progredi, & hinc omnibus hæresibus vnum Deum ostendere, & Dominum omnipotentem, qui per legem & prophetas & beatum etiam Euangelium fuit sincerè & germanè prædicatus. Multa autem sequuntur dicenda aduersus eos qui sunt diuersæ opinionis, cum conamur ea dissoluere, quæ in scriptis ab ipsis afferuntur, & vel inuitis persuadere, per ipsas conuincendo scripturas. ^c Perfecto itaque nobis vniuerso proposito, iis quibus voluerit spiritus commentariis ad vsum instantem adiuti (quædam enim ante veritatem omnino præfari necesse est) tunc reuera gnosticam id est, homini cognoscendi potestate prædito conuenientem, naturæ ag gredimur contemplationem, paruis ante magna initiati mysteria, ut verè diuinæ sacrorum interpretationi nihil sit impedimento, prius expurgatis atque informatis iis quæ antè oportet scribi & tradi. ^d Quæ est ergo ex veritatis regula gnosticæ traditionis naturæ contemplatio, vel potius superna quædam speculatio, dependet ex ea oratione quæ traditur de ortu mundi, hinc ad formam ascendens theologiam, seu quæ in diuinitatis consistit contemplatione. Vnde ab eo ortu qui propheticè est literis mandatus, nempe à Genesi, in parte principium duces narrantur, & quæ ab iis, qui diuersa sentiunt, dicuntur adducuntur, & quoad eius à nobis fieri poterit dissoluentur. ^e Sed hoc quidem mox scribetur, si Deus velit, & nos inspirauerit. Nunc autem ag grediendum est id quod est propositum, & absoluenda est ea quæ ad mores pertinet oratio. ^f Sint autem nostra, ut sæpe diximus, Commentaria, propter eos qui impudenter ac imperitè ad ea legenda sunt accessuri, varia, & ut ipsum nomen indicat, contexta, ab vno ad aliud continens transeuntia, & per verborum quidem seriem ac contextum aliud significantia, aliud verò indicantia. Qui enim aurum, inquit Heraclitus, querunt, multum terræ fodiunt, & parum inueniunt: qui autem id quod verè aurei generis cognatum est scrutantur, multum in pauco inueniunt: inueniet enim Scriptura vnum qui eam sit intellecturus. Iuuant ergo & ad reuocandum in memoriam, & ad veritatem apertè declarandam, ei qui potest quærere cum ratione, Stromata cõmentariorum.

^g Oportet

^h Oportet autem nos quoque ad laborare, & his alia adinuenire, quoniam iis qui ea via abeunt quam nesciunt, sufficit eam quæ ducit solummodo indicare, postea autem iam est ingrediendum, & reliquum viæ inueniendum. Quemadmodum dicunt, seruo quoque aliquando sciscitanti, quidnam agens Domino sit placiturus, respondisse Pythiam, inuenies si quæsieris. ⁱ Et est quidem reuera, ut videtur, difficile, pulchrum & honestum quod latet inuenire, quoniam sudor ante virtutem est positus:

10 Via longa est & accliuus ad ipsam. Hesiodus:
Ardua nanque prius, sed cum ad fastigia ventum est,
Fit facilis, quæ difficilis valde antè clueret.

Est enim reuera arcta & angusta via Domini, & regnum Dei est violentorum. Vnde Matth. 7.
Matth. 11.
quære, inquit, & inuenies, tenens viam verè regiam, & non prætercurrens. Est ergo in exiguo quidem spacio multa genitalis copia seminum dogmatum quæ comprehenduntur in hoc opere, tanquam ager omnibus herbis plenus, ait Scriptura. ^k Aut etiam propriam habent inscriptionem Stromata Commentariorum, reuera multum similem illi veteri floridæ παραβολῶν
τῷ ἀγροῦ.
oblationi, de qua scribit Sophocles:

Quis enim erat vellus, eratque vitium
Libamen, vnaque & probè recondita.
Eratque fructus mixtus omnis generis,
Pinguèque oliuum variùmque maximè
Flauæque quod apes munere fit cereum.

30 ^l Iam Stromata nostra, ut inquit agricola Timoclis Comici, ficus, oleum, caricæ, mel reddunt tanquam ex agro feracissimo, propter quam feracitatem subiungit:
Irefionem, non agrum cultum refers.

Consuerant enim acclamare Athenienses:
Fert ficus pingues, & panes Irefione,
Mella quoque in catino, atque oleum quo te vngere possis.

40 ^m Sæpè ergo oportet tanquam ex contextis calatis, multa eaque confusa semina excutendo & iaciendo, frumentum legere. ⁿ Multi autem habent affectionem non absimilem cõstitutioni hyemis, instabilem & inconsiderabilem. Multa incredulitas facit bona, fides mala. Et Epicharmus: Ne credas, sunt articuli hi præcordium. Iam non credere quidem μη πισθῆσαν
ἄρα τῷ
φρενῶν.
In non credendo summa sita est prudentia.
veritati affert mortem, sicut credere vitam. Contra autem, falso credere, non credere autem veritati, trahit in exitium. Eadem est ratio de continentia & incontinentia. Si continere quidem est bonum opus, malum est non continere: ab iniustitia autem abstinere est principium salutis. Atque mihi quidem videtur Sabbatum per abstinentiam à malis significare continentiam. ^o Et quidnam est in quo homo differt à bestia, & eo rursus Dei angeli sapientiores? Minuisti eum, inquit, paulò minus ab Angelis. De Domino enim Psal. 8.
non accipiunt Scripturam, quanquam ille quoque carnem ferebat, sed de eo qui est perfectus & gnosticus, seu cognoscendi potestate præditus, qui & tempore & indumento diminitus est ab Angelis. Sapientiam autem nihil aliud dico quàm scientiam, quoniam vita non differt à vita. Naturæ enim humanæ, hoc est, homini, cum eo quod dignum est habitum immortalitate, commune est viuere, & habitus contemplationis & continentie, cum sit alterum præstantius. ^p Atque mihi quidem certè videtur Pythagoras solum Deum sapientem esse dicere. Nam Apostolus quoque scribit in epistola ad Romanos: (Ad obedientiam fidei) in cunctis gentibus, cogniti soli sapienti Deo per Iesum Christum. Propter eam autem quæ illi cum Deo intercedebat amicitiam, vocabat se philosophum. Loquebatur itaque cum Mose, inquit Deus, ut amicus cum amico. ^q Itaque verum, quod Deo est Exod. 33.

manifestum, generat veritatem. Gnosticus autem, seu qui est cognitionis potestate præditus, amat veritatem. Vade, inquit, ad formicam o piger, & apis efficere discipulus, ait Solomon. Si enim vniuscuiusque propriæ naturæ unum est munus, & bouis similiter & equi & canis, quodnam dicemus esse proprium munus hominis? Videtur autem, ut opinor, similis esse centauro, figmento Thessalico, ut qui sit compositus ex rationis particeps, & experte rationis, anima & corpore. Sed corpus quidem & terram operatur, & tendit ad terram: anima autem ad Deum extollitur: quæ quidem per veram erudita philosophiam, contendit ad suos qui supra sunt cognatos, auersa à corporis cupiditatibus, & præterea à labore & metu: quanquam bonum esse & tolerantiam & metum ostendimus. Si enim per legem est agnitio peccati, ut dicunt qui legem insectantur, & usque ad legem peccatum fuit in mundo, sed sine lege peccatum est mortuum: nos eis contra occinamus, Si enim timoris causam peccatum abstuleris, aufer etiam timorem: multo autem magis supplicium, cum id abfuerit cui innatum est ut concupiscat. Iusto enim, Scriptura inquit, lex non est posita. Pulchrè ergo Heraclitus: Iustitia, inquit, nomen nesciuiissent, si hæc non essent. Socrates autem dicit: Legem non fuisse factam propter bonos. Sed neque hoc cognouerunt accusatores quomodo dicit Apostolus, quod qui propinquum suum diligit, malum non operatur. Illud enim, Non occides, non mæchaberis, non furtum facies, & si quod sit aliud præceptum, in hoc solo sermone in unam veluti summam redigitur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Hac utique ratione, diliges, inquit, Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo: & diliges proximum tuum sicut teipsum: siquidem qui proximum diligit, malum non agit: & omne præceptum in hoc veluti in summam redigitur, in diligendo proximum. Quæ autem præcepta efficiunt ut metus impendeat, ea dilectionem pariunt, non odium. Vitium ergo non est lex, quæ timorem procreat: quare lex est sancta, & reuera spiritualis ex sententia Apostoli.

COMMENTARIUS.

CONSEQUENS autem deinceps esse existimo. Proponit ea de quibus est tractaturus, nempe de martyrio, & quis sit perfectus, & de iis quæ eorum tractatio exigit ut dicantur: quod scilicet & vitis, & fœminis, & liberis, & seruis sit philosophandum. Deinde de fide tractandum, & de inquisitione, & de iis quæ ad mores pertinent symbolicè explicandis. Quibus est subiiciendum, quæ ex barbara philosophia à Græcis capitur vtilitas, quo in loco breuiter explicabuntur scripturæ aduersus Iudæos & Græcos, & adiciuntur ea quæ propter rerum multitudinem omiſsa fuerant in primo Stromate. Post hæc à nobis. Pergit ostendere ea de quibus est tractaturus. His, inquit, quæ iam diximus declaratis, recedebimus quæ à Græcis & ab aliis tã barbaris quam Hebræis de naturalibus dicuntur principiis, & argumentabimur aduersus præcipua philosophorum argumenta. Postquam ea absoluerit dicit se totam percursum Theologiam, & postquam tractauerit quæ dicuntur in Prophetiis, ostensurum esse firmam & validam scripturarum quibus credidimus auctoritatem, & ex iis probaturum esse omnibus heresibus, vnum esse Deum & Dominum omnipotentem: ibique prolixè disputaturum aduersus eos qui suis scriptis contrariam tuentur sententiam. Perfecto itaque nobis vniuerso proposito. In omnibus quæ docentur certo ordine est procedendum, neque enim maiora disci possunt nisi prius doceantur minora. Ea ergo de quibus dixit, quæ parua vocat mysteria, prius se dicit tractaturum, ut cum ea absoluerit, aggrediatur naturæ contemplationem, quæ conuenit homini qui est præditus potestate cognoscendi, ita enim vocat hominem in sacris & arcanis literis bene versatum. Et hæc sunt quæ maiora dicit mysteria. Erant autem Eleusina magna & parua mysteria: Magna quæ Cereri, parua quæ Proserpinæ erant sacra. Ad ea alludens dicit Clemens magna & parua mysteria. Discuntur autem parua, ut nihil sit impedimento venientibus ad magna. Quæ est ergo ex veritatis regula. De Theologia seu de diuinitatis contemplatione tractaturus Clemens, incipit ab ortu mundi, nempe à Genesi, in qua ostenditur mundum à Deo esse creatum, ea etiam adducens & refellens quæ dicuntur ab iis qui diuersa sentiunt. Sed hoc quidem mox scribetur. De iis quidem quæ dixit est paulo post tractaturus, sed prius sunt absoluenda quæ ad mores pertinent. Sint autem nostra, ut sæpe diximus. Quoniã proposuit Clemens de quibus sit tractaturus, expectare autem posset lector perpetuam de singulis tractationem, ne id frustra expectet, admonet, suos Commentarios, nempe Stromata, esse varios, & ab vno ad alterum transire, & aliud quidem significare, aliud iudicare, se autem uti hoc scribendi genere ad eos arcendos qui impudenter & imperite ad legendum accedunt. Qui aurum quidem querit, multum terræ effodit, sed parum auri inuenit: qui autem scrutatur quæ sunt auri generis, auri autem generis vocat breues & egregias sententias, quales sunt quas adducit, is in paucis multum inuenit. Sed non omnes ea percipiunt. Scriptura enim vix vnum inuenit qui eam sit intellecturus.

intellecturus. Profunt autem Stromata & ad reuocandum in memoriam, & ad declarandam veritatē si querat cum ratione, id est si ea non legat pigre & negligenter. Oportet autem nos quoque adlaborare. Sunt quidem diligenter legenda quæ nobis legenda offeruntur, sed non sufficit: oportet enim præter ea nos laborare, & alia inuenire. Quod ita esse faciendum ostendit similitudine & exemplo. Hæc est autem similitudo. Si quis eat via quam non nouit, satis est si ostendatur via quæ ducit ad illam, tunc est illi ingrediendum, & viæ quod restat est inueniendum & conficiendum: ita cum nobis fuerit ostensus doctrinæ quam nescimus scopus & institutum, ad eum nobis est contendendum, & quod restat inueniendum. Exemplum verò est huiusmodi. Sciscitabatur quidam seruus ab Apolline, quidnam agens Domino sit placiturus, respondet Apollo per vatem Pythiam, Inuenies si quaeris. Scopus quidem & institutum serui erat placere Domino, restabat ut scopum attingeret. Id autem tum demum erat assecuturus & inuenturus quomodo ei placeret, si quomodo id fieri posset diligenter quaereret. Ita cum doctrinæ scopum & institutum intellexeris, ut eo peruenias est elaborandum, & omni studio contendendum. Et est quidem reuera, ut videtur. Refertur inter prouerbia δύσκολα & κενὰ, Difficilia quæ pulchra. Hinc factum est ut Hesiodus viam ad virtutem diceret esse arduam, & Seruator noster Christus viam ad vitam pronunciaret esse arctam & angustam, utpote quod via regia sit incedendum, & neque ad dexteram neque ad sinistram sit declinandum: & affirmaret regnum cælorum vim pati, quoniam ij demum ad id peruenirent, qui omni animi studio & imperu ad id contenderent. Aut etiam propriam habent inscriptionem. Assimilat sua Stromata, propter varietatem, oblationi quam describit Sophocles compositam ex lana, vino, vua, fructibus omnis generis, ex oleo & cera. Iam Stromata nostra. Tanta est varietas Commentarij Stromatum, ut de eo dici posset quod de agro suo apud Timoclem Comicum dicit Agricola, quod tunc ferat, oleum, caricas, mel. Quod autem dicit Iresionem, non agrum cultum refert, alludit ad Iresionem Atheniensium. Erat autem Iresione ramus oleaginus, lana obuolutus, arborum fructibus circumpendentibus, quem ex responso Apollinis in eius honorem ad famem arcendam offerebant Athenienses. De quo vide Commentarium Aristoph. in Pluto, & in Equitibus, & Cælium Rhodig antiq. lect. lib. xij. cap. xx. Sæpe ergo oportet. Cum sit in Stromatis tanta varietas, in iisque sint tanquam in contextis calathibus permulta & confusa semina, iis excussis & iactis eligendum est frumentum. Vbi enim bona & mala sunt simul confusa, quod bonum est ex iis est colligendum. Quod Græcè autem est πλοκαμος, verto contextum calathum, in hoc sequens Galenum & ὑγιεινόν, lib. 3. Multi autem habent affectionem. Mihi videtur afferre veluti quædam exempla eorum quæ sunt in Stromatis, ex quibus quædam sunt eligenda, quædam reiicienda. Multi, inquit, habent affectionem non ab similem hyem. Nam ut hyems est instabilis, & considerari non potest certus eius status & constitutio, ut quæ sit varia & mutabilis, ita sunt multi de quorum affectione nihil certi possis statuere, nunc enim sunt ad bonum propensi, nunc ad malum. De fide quoque dicit varia, ex quibus potest credere aliquando esse bonum, aliquando malum. Incredulitas, inquit, multa fecit bona, fides mala. Nam si improbis temerè credamus, ab eis persuasi in mala incidimus, & ita mala facit fides. Si non credamus & ideo in mala non incidamus, bona fecit incredulitas. Præcipiebat autem Epicharmus non credere. Sunt enim hi articuli præcordiorum. Articuli iuncturas confirmant & corroborant. Præcordia autem quæ dicuntur ὀφθαλμοὶ dicuntur esse sedes mentis, & sæpe accipiuntur pro prudentia. Non temerè ergo credere mentem confirmat & corroborat, & in hoc summa est prudentia si non leuiter credas. Et quidnam est in quo homo differt. In multis quæ continentur in Stromatibus est hoc quoque, quod in iis scriptum sit in quoniam homo differt à bestia, & in quo rursus Angeli Dei sint eo sapientiores. Dicit Dauid Psalmographus in psalmo octauo Deum alloquens: Minuisti eum paulominus ab Angelis. Hominem autem intelligit, quem dicit à Deo ita esse creatum, ut non multum cedat Angelis Dei. Accipitur autem hæc scriptura de homine non de Domino, etsi Dominus carnem susceperit. Quo factum est ut Paulus quoque ad Hebræos id de Domino acceperit quatenus est homo. Quamuis autem de quouis homine possit accipi, propriè tamen accipitur de homine perfectè & cognitione prædito. Licet autem in homine sit sapientia, quæ idem est quod scientia, sunt tamen Angeli sapientiores hominibus. Sapientia autem seu scientia, pro eodem enim accipit Clemens, ideo est homo inferior Angelis, quod Angeli sint tempore antiquiores, ut qui simul cum ipso cælo sint creati, & in eis nihil sit concretum nec coagmentatum: sunt enim simplices, utpote incorporei. Homines autem sunt posterius à Deo creati, & non sine tamen eius adminiculo, quotidie gignuntur, sintque corporati, est autem corpus indumentum hominis. Est ergo homo inferior Angelo quod attinet ad sapientiam & scientiam. Quamuis autem Angelus sit homine præstantior ut qui sit immortalis, est tamen vtrique vita communis, vita enim non differt à vita, habitusque contemplationis & continentia. Viuit enim homo ut Angelus, & Deum contemplatur, ab iisque quæ concupiscuntur vterque se continet. Nec ideo non est eadem vita, nec eadem contemplatio, nec eadem continentia quod alter altero plus viuat, aut magis contempletur, aut se magis contineat. De re enim ipsa agitur, non de rei actione quæ est maior & minor. Atque mihi quidem certe videtur. Dixerat Angelos esse homine sapientiores, nunc autem dicit ne Angelos quidem esse sapientes, sed solum Deum. Hoc probat & auctoritate Pythagoræ, qui ideo se vocauit Philosophum, quod Dei esset amicus à quo discebat sapientiam, solus enim Deus est sapiens: & Apostoli Pauli, qui disertis verbis dicit solum Deum esse sapientem. Dicit quoque scriptura Mosem loqui cum Deo, tanquam amicam cum amico, quo fiebat ut diuinam ex eo hauriret sapientiam. Itaque verum quod Deo est manifestum. Cum sit sapientia cognitio veritatis, Deus autem solus sit sapiens, verum autem quod Deo est manifestum, generat veritatem quæ à Deo habetur per participationem. Qui est autem cognoscendi potestate præditus, amat veritatem. Hinc fit quod non nisi à Deo possit haberi veritas, qui solus est sapiens & verus, vel ipsa potius veritas, ut ipse se vocat Christus. Vade, inquit, ad formicam, o piger. Non sufficit homini teneri studio sapientia & cognoscendæ veritatis, sed cum ex animo constet & ex corpore, oportet eum etiam esse prudentem, & ea prouidere quæ ad corporis alimentum pertinent. Hoc autem cum ex ipsa sua possit discere natura, facilius tamen discet, si exemplum acceperit ex formica & apibus, ad quas pigros & vacantes misit Solomon in Pro-

uerb. cap. sexto, in quo tamen nulla fit apud mētio in Hebræo. Atque habet quidem vnumquodque animal munus suæ naturæ conueniens. Sed cum cætera animantia sint rationis expertia, hinc fit quod eorum munus in iis tantum versetur quæ sunt corporis, homo autem ex anima constat & ex corpore. Et quatenus quidem corpus est terrenum, homo in terra colenda versatur, & ad eam tendit. Quatenus autem est cælestis, ad cælos dirigitur, & ad eos contendit, à quibus cum descenderit, dici possunt cognati, reiectis cupiditatibus & omnibus affectionibus, & perturbationibus, & labore, & metu. Qui enim tendit ad cælos nihil aliud quam diuina contemplatur: neque tamen ideo malus est metus & tolerantia. Vtrumque enim antea ostendit esse bonum. Homo ergo est similis Centauro, id est animali quod constat ex homine & ex equo, id est quod est & rationis particeps, & expertus rationis. Centauros autem vocat signum Thessalum. Nam cum primi ex Thessalis centauro equos domuissent & eis insedissent, eis insidentes à sergo visi sunt equi & homines. ¹⁰ Si enim per legem est agnitio peccati. Dixerat quod homo cælestis ad cælos tendit reiectis cupiditatibus & labore & metu, id est sponte & libere, & absque vlllo labore & metu, venit illi in mētem se cum illis disputantem qui legem vituperabant, dixisse legem non esse malam quod laborem afferret, & metum incuteret. Hac ergo se offerente occasione, visum est illi aliquid dicere aduersus eos qui legem vituperabāt. Vituperabant autem quod à Paulo diceretur per legem esse cognitionem peccati: non est enim malum cognoscere peccatum. Nam etsi non cognoscatur, est tamen peccatum, sed per legem cognoscitur ut caueatur. Sed non potest ut oportet cauere & vitari, nisi Christi gratia nos adiuuet. Dicebant etiam ex Paulo, vsque ad legem peccatum fuisse mortuum in mundo, sed sine lege mortuum esse peccatum: quo significabatur, non fuisse cognitum peccatum nec reputatum, non reputabatur enim esse peccatum, vbi nec iubebatur aliquid, nec prohibebatur, & ideo malam dicebant esse legem, quod per eam & peccatum esset & cognosceretur & reputaretur, cum in primis esset quasi mortuum. Respondet autem Clemens quod si auferatur peccatum, auferendus est etiam metus & supplicium, metu enim & supplicio mali deterretur à peccato. Cum sit autem peccatum malum, non est malus metus nec malum supplicium quod ab eo deterret. Quare nec lex est mala quæ pœnas irrogat, ut id absit quod improbe concupiscitur, quod est peccatum. Peccator ergo per legem intentatis scilicet minis & pœnis auocatur. Iusto autem, ut ait scriptura, lex non est posita: lex enim ei imponitur qui à sceleribus legis terroribus arcetur: qui autem virtutem & bene viuendi consilium, ei lex non est imposita. ²⁰ Pulchrè ergo Heraclitus. Conuenienter ei quod scribit Paulus ad Timotheum, iusto lex non est posita, scripsit Heraclitus, iustitiæ nomen nesciissent si hæc non essent, id est, si non esset timor pœnæ & supplicium quod deterret à delictis, nesciissent nomen iustitiæ, ignorassent enim quomodo appellaretur iustitia, tantum abest ut scirent quidnam ea esset. Socrates autem dicit legem non fuisse factam propter bonos. Nam qui ex libero instituto & proposito bene viuunt, non est quod eos ad bonam vitam reuocet metu pœnæ. ³⁰ Sed neque hoc cognouerunt. Qui legem vituperant, non satis considerant quid dicat Apostolus, quod qui diligit proximum malum non operatur. Quod si proximum diligere est præceptum legis, malum autem non operatur qui diligit proximum, non est ergo lex mala quæ proximum iubet diligere. Quod autem lex iubeat diligere proximum, ex hoc cognoscitur, quod omnia præcepta quibus lex vetat proximo iniuriā facere, ea omnia versentur in dilectione proximi, & in eam tanquam in summam redigantur. Quod si etiam sint aliqua præcepta à quibus impendit metus iis quibus fiunt, ut exempli gratia quæ minantur pœnam talionis, & si quæ sint eiusmodi alia, ea dilectionem pariunt, non odium, legem enim diligimus, quæ metu pœnæ efficit ne aliis iniuriam faciamus. Non est ergo lex mala, quæ metum procreat, cum ipse metus nihil mali afferat. Concludit itaque Clemens ex sententia Apostoli legem non esse malam, sed bonam, sanctam, & spiritualem. ⁴⁰

II. ¹ OPORTET autem, ut est consentaneum, cum & corporis naturam, & animæ essentiam diligenter considerauerimus, utriusque finem comprehendere, & non mortem malum esse putare. Quando enim serui eratis peccati, inquit Apostolus, liberi fuistis iustitiæ: quem ergo fructum tunc habuistis ex iis propter quæ non erubescitis? Finis enim illorum est mors. Nunc autem liberati à peccato, Deo autem serui effecti, habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem autem, vitam æternam. Stipendium enim peccati mors est. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Res itaque eò videtur esse deducta, ut ostensum sit, mortem quidem esse eam in corpore animæ coniunctionem, quæ est dedita peccato: vitam autem à peccato separationem. Multi autem nos impediunt valli & fossæ cupiditatis, iræque & excandescentiæ voragine, quas transilire necesse est, & omnem insidiarum effugere molitionem, eum qui non est amplius per speculum visurus Dei cognitionem. ⁶⁰

¹ Altitonánque viro virtutis Iuppiter aufert Dimidium, quem alij miserè seruire necesse est.

Seruos autem eos qui sunt sub peccato, & qui peccatis sunt venundati, qui voluptati & libidini sunt dediti, & tenentur amore corporis, nouit scriptura: & bestias potius quam ho-

quàm homines eos qui assimilati sunt iumentis, equos in fæminas insanientes, ad proximo- Hierem. 5.
rum uxores hinnientes. Est asinus insolens is qui est intemperans: efferatus lupus, auarus: & serpens, is qui est impostor & fraudulentus. ¹ Corporis ergo ab anima separatio, quam toto vitæ tempore meditatatur philosophus, quandam cognitione præditam parit animi alacritatem, ut possit facile ferre mortem naturæ, quæ est solutio vinculorum animæ à corpore. ² Mihi enim crucifixus est mundus, & ego mundo, inquit. ³ Viuo autem iam cum sim in Galat. 6.
carne, ut si in cælo versarer. ⁴ Vnde meritò qui Gnosticus vocatur facile exaudit, & ei qui corporum quid petit donat offerens, & huius caruncule affectiones prius exuens, tentatorem non iniuria afficiens, sed simul docens & arguens,

Et quantis opibus quàm ex magno & lapsus honore, ut ait Empedocles, hic deinceps versetur cum mortalibus. ¹ Is verò feret testimonium, sibi quidem, quòd sit in Deum syncerus & germanus, fidelis: tentatori autem, quòd sit frustrà æmulatione percitus in eum, qui est fidelis per dilectionem. Domino autem, quòd à Deo sit ²⁰ inspirata doctrinæ persuasio, à qua non deficiet metu mortis: quinetiam factò confirmat veritatem prædicationis, potentem eum esse ostendens ad quem contendit. Mireris eius dilectionem, quam ostendit euidenter, ei quod est cognatum & unius generis grato animo unitus, quinetiam precioso sanguine infideles pudore afficiens. Is ergo metu propter præceptum declinat Christum negare, ut metu fiat testis. Sed neque propter spem donorum paratorum fidem vendens: sed propter suam in Dominum dilectionem, lubentissimè ab hac vita liberabitur, habens fortasse gratiam, & ei qui causam præbuit ut hinc exiret, & ei qui molitus est insidias, honesta accepta occasione, quam ipse non præbuit, se ipsum ostendendi quisnam sit, illi quidem per tolerantiam, Domino verò per charitatem, per quam ostendebatur Domino, qui etiam antequam nascatur, nouit institutum & liberam animi voluntatem eius qui tulit testimonium. Bono itaque animo venit ad amicum Dominum, pro quo corpus atque etiam animam, ut iudices expectabant, tradidit, & à Seruatore nostro, ó frater dilecte, ut poetice dicam, compellatur. ³ Iam consummationem vocamus martyriū, non ⁴⁰ quòd vitæ finem homo acceperit, ut reliqui, sed quòd perfectum opus ostenderit charitatis.

⁴⁰ Porro autem veteres quoque Græci laudant finem eorum qui mortui sunt in bello, non mortem violentam consulentes, sed quòd qui in bello vitam finit, mortem non timens recessit, amputatus à corpore, cum nec prius animo laborasset, nec emollitus esset, cuiusmodi solent in morbis accidere hominibus: recedunt enim effæminati & viuere cupientes, & ideo neque puram emittunt animam, sed quæ, veluti notas plumbeas, secum effert cupiditates, nisi fuerint aliqui eorum docti & ex virtute considerati. Sunt etiam qui moriuntur in bello cum cupiditatibus, quod perinde est atque si morbo contabuerint. Si itaque quæ ⁵⁰ est apud Deum confessio, est testimonium, quæcunque anima se purè & syncerè gessit cum Dei agnitione, & quæ præceptis paruit, & vita & sermone est testis, quomodocunque liberetur à corpore, fidem, tanquam sanguinem, per totam vitam, etiam in exitu profundens. ¹ Iam verò dicit Dominus in Euangelio: Qui reliquerit patrem vel matrem vel fratres, & quæ deinceps sequuntur, propter Euangelium & nomen meum, is est beatus: non quod uis significans testimonium, sed quod est ex cognitione, ut qui ex regula Euangelij vitam egerit ⁶⁰ propter dilectionem in Dominum. Cognitionem enim significat scientia nominis & intelligentia Euangelij, sed non nudam ac simplicem appellationem, relinquere quidem genus mundanum, relinquere autem facultates & omnem possessionem, propterea quòd uiuat citra vllam ad ea affectionem. Dicitur quidem certè patria mater & nutrix allegoricè, ¹ patres autem leges ciuiles: quæ quidem grato animo sunt contemnenda viro iusto, qui est magni & excelsi animi, ut Deo fiat amicus, & consequatur dexteram partem sanctificatio-

vóμe, lex,
Græcè est
masculini
generis.
καρπίατος.

nis, sicut etiam fecerunt Apostoli. Deinde dicit quidem Heraclitus: Marte caesos dii honorant & homines. Et dicit Plato in quinto de Republica: Eorum autem qui in bello mortui fuerint, qui praclare se gerens obierit an non primum quidem dicemus cum esse aurei generis? Omnium maxime. Aureum autem genus per deos est ex iis qui sunt in caelo & in sphaera inerrante, qui maxime principatum obtinet in homines providentia. ¹⁰ Quidam autem ex hereticis, cum male Dominum audiissent, impie simul & timide vitae tenentur cupiditate, dicentes verum esse testimoniū, seu martyrium eius qui verè est Deus cognitione: quod quidem nos quoque fatemur: eum autem esse sui occisorē & sibi mortem consciscere, qui per mortem fuerit confessus: & alia eiusmodi sophismata callidique commenta timiditatis in medium afferunt. Aduersus quos dicitur cum tempus postulauerit: dissident enim à nobis in principiis. Dicimus autem nos quoque eos qui ad mortem prosiliunt (sunt enim quidam non nostri, sed tantum nominis participes, qui quidem seipsos magno studio contendunt tradere, propter odium in Creatorem miseri mortem cupientes) eos, inquam, dicimus seipsos producere absque ullo martyrio ac testificatione, etsi publice puniantur. Fide-
²⁰ lis enim testimoniū non seruant characterem, qui eum qui verè est Deus, non cognouerunt. Vanæ autem morti seipsos tradunt, sicut se temerè in ignem coniiciunt Indorum Gymnosophista. Quoniam autem isti qui falsum sibi nomen sumpserunt in corpus inuehuntur, discant quod bona corporis compages, & recta compositio animo confert ad ingenij solertiam. Quare in tertio de Republica Plato, quem maxime citant testem ad vituperandam generationem, dixit oportere curam gerere corporis propter harmoniam animæ, per quod licet & viuere & rectè viuere ei qui annunciat prædicationem veritatis. Per vitam enim & sanitatem ingredientibus, ediscimus cognitionē. Cui enim nihil penitus licet in altum
³⁰ progredi absque eo quod sit in necessariis, & per ea facere omnia quæ tendunt ad cognitionem, ei rectè viuere quomodo non est eligendum? In viuendo ergo, bene viuere se rectè gerit, & ad aternitatis habitum transmittitur, qui per corpus ad bene viuendum se exercuit. ¹ Equum est autem Stoicos quoque admirari, qui dicunt animam nihil affici à corpore, neque ad vitium à morbo, neque ad virtutem à sanitate, sed hæc utraque dicunt esse indifferentia. ^m Quamquam Iob quoque propter insignem continentiam & fidem eximiā, ⁴⁰ ut qui pauper quidem ex diuite, ex illustri abiectus, ex pulchro deformis, ex sano morbidus factus sit, est nobis præclarum exemplar propositus, pudore afficiens eum qui tentaue-
^{Iob. 1.} rat, benedicens ei qui formaue-
<sup>secunda ferens ita ut prima, rectè docens Peripatericos, eum qui est cognitione præditus rectè posse uti omnibus. Et quod quæ à veteribus rectè & ex virtute gesta sunt, ad nostras bonas actiones, proposita sint imagines, ostendens
^{Philip. 1.} Apostolus: Ut mea, inquit, vincula fuerint in Christo manifesta in omni prætorio & reli-
<sup>quis, & plures fratres in Domino, confisi meis vinculis, auferent abundantius absque metu loqui verbum Dei: quandoquidem martyria quoque sunt exemplaria conuersionis,
^{Rom. 15.} gloriose sanctificata. Quæcunque enim, inquit, scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus consolationis. Videtur autem si adsit dolor, anima quodammodo ab ipso declinare, & magnifacere à præsen-
<sup>ti liberari molestia. Illo certè tempore quiescit etiam à disciplinis, quando alia quoque con-
<sup>tempta sunt virtutes. Non autem utique dicimus ipsam pati virtutem, nam nec egrotat
<sup>virtus. Qui est autem utriusque particeps & virtutis & morbi, ab eo quod urget premi-
<sup>tur: & si non fuerit magni & excelsi animi qui nondum continentia habitum acquisit, loco pellitur, & instar fugæ inuenitur non tolerare. Eadem est autem etiam ratio de pau-
<sup>peritate. Nam ipsa quoque à necessariis, contemplatione in qua, & pura peccati amotione cessare
<sup>cogit animam, ut quæ versandi in acquirendo necessitatem asserat ei qui non se totum Deo
^{dedicauerit.}</sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup>

dedicauerit. Sicut rursus sanitas & rerum necessariorum copia, liberam custodit ani-
¹⁰ mam, & quæ nullum habeat impedimentum, & sciat rectè uti rebus præsentibus. Tribulationem enim carnis habebunt, inquit Apostolus, qui sunt huiusmodi. Ego autem vobis
^{1. Cor. 7.} parco: volo enim vos non esse sollicitos ad hoc ut decorè & honestè domino indiuisè assi-
<sup>deatis. Hæc ergo sunt retinenda non propter se, sed propter corpus: habetur autem cura
<sup>corporis propter animam, ad quam fit relatio. Neesse est enim eum, qui vitam instituit
<sup>ex cognitione, in ea discere ea quæ conuenit: nam bonum quidem non esse voluptatem, pa-
<sup>ret ex eo quod malæ sint quedam voluptates. Hæc ratione apparet bonum esse malum, &
<sup>malum bonum. Præterea autem si aliquas quidem expetimus voluptates, aliquas verò fu-
<sup>gimus, non est quæuis voluptas malum. Similiter autem eadem quoque est ratio in dolori-
<sup>bus, quorum alios quidem toleramus, alios verò fugimus. Fit autem electio & fuga ex
<sup>scientia, adeò ut bonum sit scientia, non voluptas, propter quam, voluptatem quoque ali-
<sup>quam nonnunquam eligimus. Iam Martyr, eam quæ propter spem capitur voluptatem,
²⁰ eligit atque expetit per præsentem dolorem. Si autem in siti quidem dolor intelligitur, in
<sup>potu autem voluptas: dolor qui præcessit fuerit efficiens voluptatis: boni autem malum
^{non fuerit efficiens: neutrum ergo est malum.}</sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup>

COMMENTARIVS.

¹ OPORTET autem ut est consentaneum. A suo instituto digressus Clemens, cum ex metu arrepta occa-
³⁰ sione ostēdisset malum non esse legem, reuertitur ad id quod reliquerat. Dixerat autem hominem Centau-
<sup>ro similem cōstare ex anima & corpore, & hominem quidem terrestrem sibi terrena proponere, cœlestem
<sup>autem ad cœlos contendere. Nunc autem dicit oportere utriusque natura diligenter considerata, utriusque
<sup>finem comprehendere, & cum intellexerimus terram esse finem corporis, ad eam enim tendit tanquam ad
<sup>extremum, cœlum autem animæ, ut enim eo perueniat eius est scopus, non putare malum esse mortem quæ
<sup>est separatio animæ à corpore. Quamquam in ipsa quoque animæ cum corpore coniunctione mors est,
<sup>quando peccato seruitur, vita verò quando libere seruitur iustitiæ, & peccati quidem stipendium est mors,
<sup>iustitiæ autem finis est gratia Dei & vita æterna. In hac autem animæ cum corpore coniunctione, vir cœ-
<sup>lestis Deum videt tanquam per speculum, sed occurrunt & iræ, & cupiditatis, & carerum animi pertur-
<sup>bationum multa impedimenta, quæ sunt transilienda, & effugiendæ omnes quæ parantur insidiæ, ut eum
<sup>tādē videat aperte & euidenter omnibus amotis impedimentis. ¹ Alitōnansque viro virtutis Iuppiter aufert.
⁴⁰ Inter cætera quæ impediunt ne ad Dei visionem perueniatur est seruitus, ei enim, quem dies seruilis
<sup>inuaserit Iuppiter aufert dimidium virtutis, ut ait Homerus. Cum ergo in cœlum euehat virtus, virtutis au-
<sup>tem dimidium seruo auferatur, non facile accidit, ut is ad cœlum perueniat. Non de quibuslibet autem ser-
<sup>uis id est intelligendum, sed de seruis peccati: omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati, sed ij
⁵⁰ perueniunt, qui toto vitæ tempore meditantur separationem animæ à corpore, ut Philosophi. Subiungit
<sup>ergo Clemens. ⁴ Corporis ergo ab anima separatio. Qui mortem assidue meditatur, & intelligit eam esse se-
<sup>parationem à corpore, per eam enim soluntur animæ vincula à corpore, tantum abest ut timeat naturæ
<sup>mortem, ut eam subeat alacriter, & eam ferat facile. Cupit enim dissolui & esse cum Christo, ut à corpore
<sup>tanquam à sepulchro liberatus, expeditius eum possit contemplari. Dum ego autem, inquit, meditor mor-
<sup>tem, id est animæ separationem, & eam cupio, & mundus tanquam crucifixus à me irridetur, & ego vicissim
<sup>ab eo irrideor, & quamuis sim adhuc in carne, viuo tamen perinde atque si sim in cœlo. ¹ Vnde merito qui
<sup>Gnosticus vocatur. Hic incipit exponere in quam multis se præclare gerat, qui perpetuo mortem meditatur.
<sup>Is autem & Philosophus dicitur & Gnosticus, id est cognitione præditus. Is ergo Philosophus seu gnosti-
<sup>cus, aures non claudit petenti elemosynam, & si quid corporeum vel temporale ab eo petatur, id donat ei
⁶⁰ offerens, si quæ forte sint carnis affectiones quæ eius retardant beneficentiam, eas à se amouens, & non so-
<sup>lum nullum hominem iniuria afficiens, sed etiam aduersarium suum Diabolum qui tentator dicitur & ca-
<sup>lumniator, docens & arguens, quod è cœlo lapsus & Dei visione, quæ summæ sunt diuitiæ, & summus ho-
<sup>nor, priuatus, hic deinceps versetur cum mortalibus, ad scelera & maleficia eos incitans. Quamobrem à
<sup>scriptura appellatur tentator, ut qui non solum homines, sed etiam Christum ipsum tentarit. Ut ostendat
<sup>autem quantis opibus, & quanto honore sit priuatus, citat versus Empedoclis, sed opera eius ho-
<sup>die non extant. Sed id ipsum longe melius scribit Esaias cap. xij. dicens: Quomodo cecidisti de cœlo
<sup>Lucifer qui mane oriebaris &c. ¹ Is vero feret testimoniū. Qui perpetuo mortem meditatur, is & Philo-
^{T r ij}</sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup></sup>

Ioan. 8.
Esa. 50.
Rom. 6.

Phil. 1.

Math. 4.

animam ad meliora circum actionem, quae etiam accepit conuersionem ex nocturno quodam die. ¹ Iam uero etiam uiro bono permittunt philosophi, ut liceat animam iusta de causa abducere, si quis ab agendo adeo fuerit remotus, ut nulla ei spes amplius reliqua sit actionis. ² Iudex autem qui vim intulit ut negaretur dilectus, uidetur probare quoniam sit Deo amicus, & quis non. Hic autem ne comparatio quidem relinquitur, quid quoniam magis elegerit, minusne hominum, an Dei dilectionem. Et abstinentia à malis actionibus, inuenitur quodammodo diminutio & extinctio malorum, dum eorum tollitur operatio per cessationem ab agendo. Et hoc est, *Vende omnia quae habes, & da pauperibus, & ueni & sequere me*, hoc est, sequere ea quae dicuntur à Domino. Et cum Graece sit *ἑρπύρα*, quod & ea quae sunt, & facultates quas habemus significat, nonnulli dicunt eum dixisse ea quae sunt aliena, in anima, & quomodo ea distribuatur pauperibus minime possunt dicere. Sed enim Deus omnia omnibus distribuit pro meritis, cum iusta sit dispensatio & aconomia. Facultatibus ergo, inquit, contemptis, quas Deus distribuit propter tuam magnificentiam, sequere ea quae à me dicuntur, contende ad ascensum spiritus, non solum iustificatus per abstinentiam à malis, sed etiam Dominica consummatus beneficentia. ¹ Iam uero eum qui gloriabatur se legis praecepta perfecte adimpleisse, refellit, ut qui non dilexisset proximum. Beneficentiam autem profitetur charitas, quae dominatur Sabbato per ascensum cognitionis. Existimo autem oportere, neque propter metum supplicij, neque propter aliquam doni promissionem, sed propter ipsum bonum accedere ad uerbum salutare. Qui autem tales sunt, stant à dextris sanctuarij. Qui autem pro donatione eorum in qua cadit corruptio & interitus, existimant se uicissim accepturos incorruptionem, in duorum fratrum parabola ² vocati sunt mercenarij. ¹ Et nunquid hic quoque illud, ad imaginem & similitudinem reflectitur? ut illi quidem ex ea quae est cum Seruatore similitudine, simul cum eo uersentur. Qui autem stant à sinistris, ad imaginem. Tria ergo sunt, cum à ueritate ambobus sit una subiecta radix, non sit autem aequalis electio, vel potius non sit aequalis quae est ex electione differentia. Differt autem, ut existimo, elegisse ex imitatione, ab eo quod elegit ex cognitione, ut id quod est ignitum, & id quod est illuminatum. Lumen ergo eius quae est ex scriptura similitudinis, est Israël alius autem imago. ³ Quid autem sibi uult Lazari parabola, ostendens Domino similitudinem diuitis & pauperis? Quid uero, Nemo potest duobus dominis seruire, Deo & Mammonae, cum pecuniae amore sic uocasset Dominus? Iam qui suarum possessionum amore tenebantur, ad caenam uocati non ueniunt, non quod possiderent, sed quod possiderent cum affectione. Vulpes itaque foveas habent, eos qui in effodiendis & infodiendis uersantur diuitiis, homines prauos & plane terrae filios, vulpes appellauit. Similiter etiam de Herode. Abite, dicite huic vulpi, ecce demonia eiicio, & curationes efficio hodie & cras, & tertio consummor. Volucres autem caeli, eos qui caelo ⁴ ab aliis aibus sunt distincti, qui natura sunt mundi, qui ad caelestis uerbi cognitionem euolare possunt, uocauit. ¹ Non solum autem diuitiarum, gloriae, & matrimonij, sed etiam paupertatis, ei qui non fert, innumerabiles sunt sollicitudines. Atque has quidem curas significauit in parabola seminis quadripartiti, dicens semen uerbi quod cecidit in spinas & sepes, fuisse ab eis suffocatum, & fructum nequiuisse producere. ² Discere ergo necesse est quomodo unoquoque eorum quae accidunt utendum sit, ut per bonam uitam ex cognitione ⁵ agendam, ad habitum uitae aeternae exerceamur. Vidi enim, inquit, impium qui super exaltabatur & efferebatur supra cedros Libani, & transij, inquit scriptura, & ecce non erat, & quasi ipsum, & non est inuentus locus eius. Custodi innocentiam, & uide rectitudinem, quoniam sunt reliquiae homini pacifico. Is autem fuerit qui non simulate credit ex toto corde, & toto est animo tranquillus. ³ Alius autem populus me labijs honorat, cor uero eius longè

Matth. 19.
Marc. 10.

ἐπιμαρτυρία.

Luc. 16.

Luc. 14.

Matth. 3.

Luc. 9.

Matth. 13.

Luc. 13.

Luc. 8.

Psal. 36.

Esa. 29.

Marc. 7.

eius longè abest à Domino: ore suo benedicant, corde uero suo execrantur. Dilixerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum ipso, neque fideles fuerunt in testamento suo. Et ideo disperdat Dominus uniuersa labia dolosa, & linguam magniloquā, qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, Labia nostra à nobis ¹ sunt, quis noster est Dominus. Propter misericordiam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus, ponam in salutari, liberè agam in ipso. Est enim Christus eorum qui humiliter se gerunt, non eorum qui eriguntur in gregem suum. ² Ne thesaurizetis ergo uobis thesauros in terra, ubi tinea & arugo demolitur, & fures effodiunt & suffurantur: fortasse quidem eos insectans, qui tenentur amore possessionum, id dicit Dominus: fortasse autem etiam qui sunt absolute solliciti & curis affecti. Iam uero eos quoque qui tenentur amore corporis. Amores enim & morbi, & mala cogitationes, rationem & totum hominem perfodiunt. Est autem reuera noster thesaurus, ubi est mentis cognatio: quādoquidem comunicantem ac distribuentem vim tradit iustitiae, indicans oportere reddere consuetudinis ³ ueteris conuersionis, ea quae ab ipsa sunt nobis acquisita, & ad Deum recurrere, peretes misericordiae. Is est reuera crumena quae non ueterascit, uaticum uitae aeternae, thesaurus in caelo non deficiens. Quoniam miserens miserebor cuius miserebor, ait Dominus. ⁴ Dicunt autem haec ijs quoque qui uolunt esse pauperes propter iustitiam. Audierunt enim per mandatum, latam & spaciosam esse uiam quae ducit ad interitum, & multi qui per eam transcunt, de nullo alio loquuntur, quam de luxu, & amore mulierum, gloriae cupiditate & ambitione, & similibus animi uitijs & perturbationibus. Sculte enim, sic inquit, hac nocte animam ⁵ tuam repetunt: quae autem ei parasti, cuius erunt? Et mandatum quidem his uerbis & hoc modo se habet. ¹ Cauete ergo ab omni auaritia & plura habendi cupiditate, quoniam non in eo quod alicui abundant facultates, uita eius. Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur, animae autem suae detrimentum patiat? aut quod dabit homo precium pro anima sua? Et ideo dicit: Ne solliciti sitis animae uestrae quid comedatis, neque corpori quid induamini. Anima enim est plus quam cibus, & corpus plus quam uestimentum. Et rursus: Scit enim pater uester quod his omnibus opus habetis. Querite autem ² primum regnum caelorum & iustitiam, ea enim magna sunt: parua autem & quae ad uictum pertinent, ea adicientur uobis. ³ An non aperte nos iubet persequi uitam quae ex cognitione instituitur, & uerbo & facto hortatur querere ueritatem? Non diuitem ergo donationem, sed institutum ac uoluntatem docet Christus animam instituens. Zachaeum itaque, alij autem dicunt Matthiam publicanorum principem, cum audisset Dominus qui dignatus fuerat esse apud ipsum, dixisse, Domine dimidium bonorum meorum do elemosynam, & si alicuius aliquid habui per calumniam, reddo quadruplum. De eo dixit ⁴ Seruator: Filius hominis cum uenisset hodie, inuenit quod perierat. Et rursus cum uidisset in gazophylacium iecisse quidem diuitem conuenienter suis facultatibus, uiduam autem duos nummos, dixit uiduam iecisse plus quam omnes. Ille enim ex abundantia, haec uero ex egestate contulit. ⁵ Quoniam autem omnia reduxit ad animae institutionem, Beati inquit, mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Mites autem sunt, qui insidam quae est in anima pugnam sedauerunt, irae & cupiditatis, & eorum quae sub eas cadunt. Mites autem laudat eos qui tales sunt sponte & ex animi instituto, non eos qui necessitate. ⁶ Sunt autem apud Dominum complures mercedes & mansiones, ex uita eorum proportionem. Qui enim Prophetam, inquit, in nomine prophetae suscepit, mercedem propheta accipiet: & qui iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet: & qui suscepit unum ex paruis his discipulis, non amittet mercedem. Et rursus, uirtutis pro meritis differentias, & praecelaras remunerationes, per horas numero non aequales. Praeterea autem unicuique & opera-

Psal. 77.
Psal. 30.

Psal. 11.

Marci 6.

Exod. 33.

Rom. 9.

Luc. 11.

Matth. 6.

Luc. 19.

Ibid. 21.

Matth. 10.

Ibid. 20.

riorum equalis reddite mercedis, hoc est, salutis, quam significat denarius, æquum ius significat, per eos qui operati sunt horis inter se minimè conuenientibus. Operabuntur ergo conueniēter mansionibus, quæ proportionē respondent ijs quibus dignati sunt præmij, ineffabilis æconomia & muneris adiutores. ¹⁰ Qui autem, inquit Plato, visi fuerint insigniter euocati ad hoc ut sanctè uiuant, ij sunt qui ab ijs quæ sunt in terra, tanquam à carceribus, liberantur & soluantur, sursum autem ad supernam ueniunt habitationem. Et rursus apertius idem dicit: Ex ijs autem ipsis, qui in philosophia satis sunt expurgati, & sine corporibus omnino uiuunt in uniuersum tempus. Quamquam figuram quasdam illis adijcit, alijs quidem ex ipsis, aëreas, alijs uerò etiam igneas. Subiungit præterea. Et ueniunt in habitationes adhuc his pulchriores, quæ nec sunt explicatu faciles, nec tempus ad id sufficit in præsentia. ²⁰ Vnde meritò dicit: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient. Qui enim malè actæ uitæ ducti sunt pœnitentia, adierunt ad uocationē. Hoc enim sibi uult *ἡ ἀποκατάστασις*, quod & consolationem accipere significat, & aduocatum esse. ³⁰ Duo autem sunt modi eius qui ducitur pœnitentia: unus quidem communior timor propter ea quæ facta sunt: alter autem magis proprius, animæ apud seipsam uerecundia ex conscientia. Sine ergo hîc, siue alibi: quoniam nullus locus uacat Dei misericordia. Rursus dicit: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. ⁴⁰ Misericordia autem non est, ut quidem existimarunt Philosophi, molestia propter alienas calamitates affici, sed est potius quid diuinum, ut dicunt Prophetæ: Misericordiam, inquit, uolo, & non sacrificium. Misericordes autem esse uult, non solum qui faciunt misericordiam, sed etiam qui misereri uolunt, etsi non possint, quibus adest ut sponte & libera uoluntate operentur. Nonnunquam enim uolumus, uel dando pecuniam, uel corpoream dando operam, facere misericordiam, utpote egenti opem ferre, uel agrotanti inferuire, uel ei adesse qui est in aliqua calamitate, nec possumus uel propter paupertatem, uel morbum uel senectutem (nam ea quoque morbus est naturalis) exequi institutum, ea quæ cupimus, & ad quæ interno animi motu ferimur, non potentes efficere. Eundem autem honorem consequentur ij qui uoluerunt, cum ijs qui potuerunt, quorum est uoluntas equalis, etsi alij superent facultatibus. ⁵⁰ Quoniam autem eorum quæ ad salutis ducunt perfectionem diuina inueniuntur, opera & cognitio, beatos dixit eos qui sunt mundi corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et si reuera uerum consideremus, cognitio est principis animi partis purgatio, & bona operatio. Atque bona quidem sunt, alia quidem ipsa per se: alia autem, ut quæ bona participant, ut bonas dicimus actiones. Absque ijs autem quæ intercedunt, quæ quidem obtinent locum materiae, neque bonæ neque malæ constant actiones, utpote, exempli gratia, uita & sanitate, & alijs quæ uel sunt necessaria, uel circumsistentia. Corporeis ergo cupiditatibus & sanctis cogitationibus uult esse mundos eos qui ueniunt ad Dei cognitionem, quando animæ princeps facultas, nihil habet adulterinum quod se ei obijciat, & eam impediatur. Quando ergo uersatus & immoratus fuerit in contemplatione, cum Deo puram habens consuetudinem, qui est ex cognitione sanctæ qualitatis particeps, propinquius accedit ad habitum impatibilis identitatis: ut non amplius habeat scientiam, & possideat cognitionem, sed sit scientia & cognitio. ⁶⁰ Beati uerò pacifici, qui legem mentis nostræ sententiæ repugnantem, iræ minas, & cupiditatis escas, & alias affectiones quæ rationem oppugnant, mansuefecerunt, quietasque reddiderunt, qui cum scientia bonorum operum & ueræ rationis uixerint, restituentur in amiciores, & gratiores filiorum adoptionem. Fuerit autem perfecta pacificatio, quæ in quocumque casu pacificum seruat immobilem, sanctamque & honestam dicit administrationem, posita in rerum diuinarum & humanarum scientia, per quam eas quæ sunt in mundo repugnantias, creaturæ pulcherrimam

Matth. 5.

ἀσπίον
Græcè,
id est, Vr-
banum.
sed lege
ἡσίου,
diuinum.
Osæ 6.
Matth. 9.

ἡ ἐστὶν ἡ ζωὴ

ἡ αὐτὴ ἡ ζωὴ

pulcherrimam existimat harmoniam & concordiam. Pacificant autem eos quoque qui hîc oppugnantur à belli duce peccato, eos docentes ut ad fidem pacemque transeant. Totius autem uirtutis summa est, ut existimo, Dominus docens oportere ex cognitione, propter charitatem in Deum, nos mortem contemnere. Beati, inquit, quos persequitur iustitia, quoniam ipsi erunt perfecti: & beati qui persecutionem patiuntur propter me, quoniam locum habebunt ad quem non perueniet persecutio. ¹⁰ & : Beati eritis, quando uos odio haberint homines, quando exterminarint, quando nomen uestrum ut sceleratum expunxerint, propter filium hominis: si eos uidelicet qui nos persequuntur non abominemur, & sustineamus quæ ab eis infliguntur supplicia, nequaquam eos odio habentes, cogitantes nos esse tentatos tardius quam expectauimus. ²⁰ Sed illud quoque scientes, martyrij occasionem esse quamuis tentationem. Deinde, qui mentitus quidem est, & seipsum ostendit infidelem, & ad diaboli transfugit exercitum in quanto eum malo uersari credimus? Mentitur itaque Domino, uel potius spei suæ mentitur, eamque frustratur, qui Deo non credit. Non credit autem, qui non facit ea quæ mandauerat. Quid uerò, an non seipsum negat, qui negat Dominum? Domino enim non aufert dominium, qui se ea quæ cum illo intercedit priuat necessitudine. Qui negat ergo Seruatorem, negat uitam, quoniam lux erat uita. Eos quidem non dicit esse modicæ fidei, sed infideles, & hypocritas, qui nominis quidem suscipiunt inscriptionem, fideles autem esse abnegant. Fidelis autem dictus est & seruus & amicus. Quare si quis seipsum diligit, diligit Dominum, & confitetur Dominum, ut suam seruet animam. Atqui si uel pro proximo moriaris propter charitatem, existimes Seruatorem nostrum esse propinquum. Deus enim appropinquans dictus est is qui seruat, & qui seruatur, mortem eligens propter uitam, & propter teipsum potius, quam propter illum patiens. Et nunquid propterea dictus est frater, qui passus propter suam in Deum dilectionem, passus propter suam propriam salutem, & qui rursus moritur propter suam salutem, sustinet propter dilectionem Domini? Et enim ipse cum esset uita, propter nos pati uoluit, ut eius passione uiueremus. Quid mihi dicitis, inquit, Domine Domine, & non facitis quæ dico? ³⁰ Qui enim labijs diligit proprijs, cor autem longè habet à Domino, est alius alio persuasus, & ei se sua sponte uendidit. ⁴⁰ Matth. 7.

COMMENTARIVS.

¹⁰ ²⁰ ³⁰ ⁴⁰ ⁵⁰ ⁶⁰ ⁷⁰ ⁸⁰ ⁹⁰ ¹⁰⁰ ¹¹⁰ ¹²⁰ ¹³⁰ ¹⁴⁰ ¹⁵⁰ ¹⁶⁰ ¹⁷⁰ ¹⁸⁰ ¹⁹⁰ ²⁰⁰ ²¹⁰ ²²⁰ ²³⁰ ²⁴⁰ ²⁵⁰ ²⁶⁰ ²⁷⁰ ²⁸⁰ ²⁹⁰ ³⁰⁰ ³¹⁰ ³²⁰ ³³⁰ ³⁴⁰ ³⁵⁰ ³⁶⁰ ³⁷⁰ ³⁸⁰ ³⁹⁰ ⁴⁰⁰ ⁴¹⁰ ⁴²⁰ ⁴³⁰ ⁴⁴⁰ ⁴⁵⁰ ⁴⁶⁰ ⁴⁷⁰ ⁴⁸⁰ ⁴⁹⁰ ⁵⁰⁰ ⁵¹⁰ ⁵²⁰ ⁵³⁰ ⁵⁴⁰ ⁵⁵⁰ ⁵⁶⁰ ⁵⁷⁰ ⁵⁸⁰ ⁵⁹⁰ ⁶⁰⁰ ⁶¹⁰ ⁶²⁰ ⁶³⁰ ⁶⁴⁰ ⁶⁵⁰ ⁶⁶⁰ ⁶⁷⁰ ⁶⁸⁰ ⁶⁹⁰ ⁷⁰⁰ ⁷¹⁰ ⁷²⁰ ⁷³⁰ ⁷⁴⁰ ⁷⁵⁰ ⁷⁶⁰ ⁷⁷⁰ ⁷⁸⁰ ⁷⁹⁰ ⁸⁰⁰ ⁸¹⁰ ⁸²⁰ ⁸³⁰ ⁸⁴⁰ ⁸⁵⁰ ⁸⁶⁰ ⁸⁷⁰ ⁸⁸⁰ ⁸⁹⁰ ⁹⁰⁰ ⁹¹⁰ ⁹²⁰ ⁹³⁰ ⁹⁴⁰ ⁹⁵⁰ ⁹⁶⁰ ⁹⁷⁰ ⁹⁸⁰ ⁹⁹⁰ ¹⁰⁰⁰ ¹⁰¹⁰ ¹⁰²⁰ ¹⁰³⁰ ¹⁰⁴⁰ ¹⁰⁵⁰ ¹⁰⁶⁰ ¹⁰⁷⁰ ¹⁰⁸⁰ ¹⁰⁹⁰ ¹¹⁰⁰ ¹¹¹⁰ ¹¹²⁰ ¹¹³⁰ ¹¹⁴⁰ ¹¹⁵⁰ ¹¹⁶⁰ ¹¹⁷⁰ ¹¹⁸⁰ ¹¹⁹⁰ ¹²⁰⁰ ¹²¹⁰ ¹²²⁰ ¹²³⁰ ¹²⁴⁰ ¹²⁵⁰ ¹²⁶⁰ ¹²⁷⁰ ¹²⁸⁰ ¹²⁹⁰ ¹³⁰⁰ ¹³¹⁰ ¹³²⁰ ¹³³⁰ ¹³⁴⁰ ¹³⁵⁰ ¹³⁶⁰ ¹³⁷⁰ ¹³⁸⁰ ¹³⁹⁰ ¹⁴⁰⁰ ¹⁴¹⁰ ¹⁴²⁰ ¹⁴³⁰ ¹⁴⁴⁰ ¹⁴⁵⁰ ¹⁴⁶⁰ ¹⁴⁷⁰ ¹⁴⁸⁰ ¹⁴⁹⁰ ¹⁵⁰⁰ ¹⁵¹⁰ ¹⁵²⁰ ¹⁵³⁰ ¹⁵⁴⁰ ¹⁵⁵⁰ ¹⁵⁶⁰ ¹⁵⁷⁰ ¹⁵⁸⁰ ¹⁵⁹⁰ ¹⁶⁰⁰ ¹⁶¹⁰ ¹⁶²⁰ ¹⁶³⁰ ¹⁶⁴⁰ ¹⁶⁵⁰ ¹⁶⁶⁰ ¹⁶⁷⁰ ¹⁶⁸⁰ ¹⁶⁹⁰ ¹⁷⁰⁰ ¹⁷¹⁰ ¹⁷²⁰ ¹⁷³⁰ ¹⁷⁴⁰ ¹⁷⁵⁰ ¹⁷⁶⁰ ¹⁷⁷⁰ ¹⁷⁸⁰ ¹⁷⁹⁰ ¹⁸⁰⁰ ¹⁸¹⁰ ¹⁸²⁰ ¹⁸³⁰ ¹⁸⁴⁰ ¹⁸⁵⁰ ¹⁸⁶⁰ ¹⁸⁷⁰ ¹⁸⁸⁰ ¹⁸⁹⁰ ¹⁹⁰⁰ ¹⁹¹⁰ ¹⁹²⁰ ¹⁹³⁰ ¹⁹⁴⁰ ¹⁹⁵⁰ ¹⁹⁶⁰ ¹⁹⁷⁰ ¹⁹⁸⁰ ¹⁹⁹⁰ ²⁰⁰⁰ ²⁰¹⁰ ²⁰²⁰ ²⁰³⁰ ²⁰⁴⁰ ²⁰⁵⁰ ²⁰⁶⁰ ²⁰⁷⁰ ²⁰⁸⁰ ²⁰⁹⁰ ²¹⁰⁰ ²¹¹⁰ ²¹²⁰ ²¹³⁰ ²¹⁴⁰ ²¹⁵⁰ ²¹⁶⁰ ²¹⁷⁰ ²¹⁸⁰ ²¹⁹⁰ ²²⁰⁰ ²²¹⁰ ²²²⁰ ²²³⁰ ²²⁴⁰ ²²⁵⁰ ²²⁶⁰ ²²⁷⁰ ²²⁸⁰ ²²⁹⁰ ²³⁰⁰ ²³¹⁰ ²³²⁰ ²³³⁰ ²³⁴⁰ ²³⁵⁰ ²³⁶⁰ ²³⁷⁰ ²³⁸⁰ ²³⁹⁰ ²⁴⁰⁰ ²⁴¹⁰ ²⁴²⁰ ²⁴³⁰ ²⁴⁴⁰ ²⁴⁵⁰ ²⁴⁶⁰ ²⁴⁷⁰ ²⁴⁸⁰ ²⁴⁹⁰ ²⁵⁰⁰ ²⁵¹⁰ ²⁵²⁰ ²⁵³⁰ ²⁵⁴⁰ ²⁵⁵⁰ ²⁵⁶⁰ ²⁵⁷⁰ ²⁵⁸⁰ ²⁵⁹⁰ ²⁶⁰⁰ ²⁶¹⁰ ²⁶²⁰ ²⁶³⁰ ²⁶⁴⁰ ²⁶⁵⁰ ²⁶⁶⁰ ²⁶⁷⁰ ²⁶⁸⁰ ²⁶⁹⁰ ²⁷⁰⁰ ²⁷¹⁰ ²⁷²⁰ ²⁷³⁰ ²⁷⁴⁰ ²⁷⁵⁰ ²⁷⁶⁰ ²⁷⁷⁰ ²⁷⁸⁰ ²⁷⁹⁰ ²⁸⁰⁰ ²⁸¹⁰ ²⁸²⁰ ²⁸³⁰ ²⁸⁴⁰ ²⁸⁵⁰ ²⁸⁶⁰ ²⁸⁷⁰ ²⁸⁸⁰ ²⁸⁹⁰ ²⁹⁰⁰ ²⁹¹⁰ ²⁹²⁰ ²⁹³⁰ ²⁹⁴⁰ ²⁹⁵⁰ ²⁹⁶⁰ ²⁹⁷⁰ ²⁹⁸⁰ ²⁹⁹⁰ ³⁰⁰⁰ ³⁰¹⁰ ³⁰²⁰ ³⁰³⁰ ³⁰⁴⁰ ³⁰⁵⁰ ³⁰⁶⁰ ³⁰⁷⁰ ³⁰⁸⁰ ³⁰⁹⁰ ³¹⁰⁰ ³¹¹⁰ ³¹²⁰ ³¹³⁰ ³¹⁴⁰ ³¹⁵⁰ ³¹⁶⁰ ³¹⁷⁰ ³¹⁸⁰ ³¹⁹⁰ ³²⁰⁰ ³²¹⁰ ³²²⁰ ³²³⁰ ³²⁴⁰ ³²⁵⁰ ³²⁶⁰ ³²⁷⁰ ³²⁸⁰ ³²⁹⁰ ³³⁰⁰ ³³¹⁰ ³³²⁰ ³³³⁰ ³³⁴⁰ ³³⁵⁰ ³³⁶⁰ ³³⁷⁰ ³³⁸⁰ ³³⁹⁰ ³⁴⁰⁰ ³⁴¹⁰ ³⁴²⁰ ³⁴³⁰ ³⁴⁴⁰ ³⁴⁵⁰ ³⁴⁶⁰ ³⁴⁷⁰ ³⁴⁸⁰ ³⁴⁹⁰ ³⁵⁰⁰ ³⁵¹⁰ ³⁵²⁰ ³⁵³⁰ ³⁵⁴⁰ ³⁵⁵⁰ ³⁵⁶⁰ ³⁵⁷⁰ ³⁵⁸⁰ ³⁵⁹⁰ ³⁶⁰⁰ ³⁶¹⁰ ³⁶²⁰ ³⁶³⁰ ³⁶⁴⁰ ³⁶⁵⁰ ³⁶⁶⁰ ³⁶⁷⁰ ³⁶⁸⁰ ³⁶⁹⁰ ³⁷⁰⁰ ³⁷¹⁰ ³⁷²⁰ ³⁷³⁰ ³⁷⁴⁰ ³⁷⁵⁰ ³⁷⁶⁰ ³⁷⁷⁰ ³⁷⁸⁰ ³⁷⁹⁰ ³⁸⁰⁰ ³⁸¹⁰ ³⁸²⁰ ³⁸³⁰ ³⁸⁴⁰ ³⁸⁵⁰ ³⁸⁶⁰ ³⁸⁷⁰ ³⁸⁸⁰ ³⁸⁹⁰ ³⁹⁰⁰ ³⁹¹⁰ ³⁹²⁰ ³⁹³⁰ ³⁹⁴⁰ ³⁹⁵⁰ ³⁹⁶⁰ ³⁹⁷⁰ ³⁹⁸⁰ ³⁹⁹⁰ ⁴⁰⁰⁰ ⁴⁰¹⁰ ⁴⁰²⁰ ⁴⁰³⁰ ⁴⁰⁴⁰ ⁴⁰⁵⁰ ⁴⁰⁶⁰ ⁴⁰⁷⁰ ⁴⁰⁸⁰ ⁴⁰⁹⁰ ⁴¹⁰⁰ ⁴¹¹⁰ ⁴¹²⁰ ⁴¹³⁰ ⁴¹⁴⁰ ⁴¹⁵⁰ ⁴¹⁶⁰ ⁴¹⁷⁰ ⁴¹⁸⁰ ⁴¹⁹⁰ ⁴²⁰⁰ ⁴²¹⁰ ⁴²²⁰ ⁴²³⁰ ⁴²⁴⁰ ⁴²⁵⁰ ⁴²⁶⁰ ⁴²⁷⁰ ⁴²⁸⁰ ⁴²⁹⁰ ⁴³⁰⁰ ⁴³¹⁰ ⁴³²⁰ ⁴³³⁰ ⁴³⁴⁰ ⁴³⁵⁰ ⁴³⁶⁰ ⁴³⁷⁰ ⁴³⁸⁰ ⁴³⁹⁰ ⁴⁴⁰⁰ ⁴⁴¹⁰ ⁴⁴²⁰ ⁴⁴³⁰ ⁴⁴⁴⁰ ⁴⁴⁵⁰ ⁴⁴⁶⁰ ⁴⁴⁷⁰ ⁴⁴⁸⁰ ⁴⁴⁹⁰ ⁴⁵⁰⁰ ⁴⁵¹⁰ ⁴⁵²⁰ ⁴⁵³⁰ ⁴⁵⁴⁰ ⁴⁵⁵⁰ ⁴⁵⁶⁰ ⁴⁵⁷⁰ ⁴⁵⁸⁰ ⁴⁵⁹⁰ ⁴⁶⁰⁰ ⁴⁶¹⁰ ⁴⁶²⁰ ⁴⁶³⁰ ⁴⁶⁴⁰ ⁴⁶⁵⁰ ⁴⁶⁶⁰ ⁴⁶⁷⁰ ⁴⁶⁸⁰ ⁴⁶⁹⁰ ⁴⁷⁰⁰ ⁴⁷¹⁰ ⁴⁷²⁰ ⁴⁷³⁰ ⁴⁷⁴⁰ ⁴⁷⁵⁰ ⁴⁷⁶⁰ ⁴⁷⁷⁰ ⁴⁷⁸⁰ ⁴⁷⁹⁰ ⁴⁸⁰⁰ ⁴⁸¹⁰ ⁴⁸²⁰ ⁴⁸³⁰ ⁴⁸⁴⁰ ⁴⁸⁵⁰ ⁴⁸⁶⁰ ⁴⁸⁷⁰ ⁴⁸⁸⁰ ⁴⁸⁹⁰ ⁴⁹⁰⁰ ⁴⁹¹⁰ ⁴⁹²⁰ ⁴⁹³⁰ ⁴⁹⁴⁰ ⁴⁹⁵⁰ ⁴⁹⁶⁰ ⁴⁹⁷⁰ ⁴⁹⁸⁰ ⁴⁹⁹⁰ ⁵⁰⁰⁰ ⁵⁰¹⁰ ⁵⁰²⁰ ⁵⁰³⁰ ⁵⁰⁴⁰ ⁵⁰⁵⁰ ⁵⁰⁶⁰ ⁵⁰⁷⁰ ⁵⁰⁸⁰ ⁵⁰⁹⁰ ⁵¹⁰⁰ ⁵¹¹⁰ ⁵¹²⁰ ⁵¹³⁰ ⁵¹⁴⁰ ⁵¹⁵⁰ ⁵¹⁶⁰ ⁵¹⁷⁰ ⁵¹⁸⁰ ⁵¹⁹⁰ ⁵²⁰⁰ ⁵²¹⁰ ⁵²²⁰ ⁵²³⁰ ⁵²⁴⁰ ⁵²⁵⁰ ⁵²⁶⁰ ⁵²⁷⁰ ⁵²⁸⁰ ⁵²⁹⁰ ⁵³⁰⁰ ⁵³¹⁰ ⁵³²⁰ ⁵³³⁰ ⁵³⁴⁰ ⁵³⁵⁰ ⁵³⁶⁰ ⁵³⁷⁰ ⁵³⁸⁰ ⁵³⁹⁰ ⁵⁴⁰⁰ ⁵⁴¹⁰ ⁵⁴²⁰ ⁵⁴³⁰ ⁵⁴⁴⁰ ⁵⁴⁵⁰ ⁵⁴⁶⁰ ⁵⁴⁷⁰ ⁵⁴⁸⁰ ⁵⁴⁹⁰ ⁵⁵⁰⁰ ⁵⁵¹⁰ ⁵⁵²⁰ ⁵⁵³⁰ ⁵⁵⁴⁰ ⁵⁵⁵⁰ ⁵⁵⁶⁰ ⁵⁵⁷⁰ ⁵⁵⁸⁰ ⁵⁵⁹⁰ ⁵⁶⁰⁰ ⁵⁶¹⁰ ⁵⁶²⁰ ⁵⁶³⁰ ⁵⁶⁴⁰ ⁵⁶⁵⁰ ⁵⁶⁶⁰ ⁵⁶⁷⁰ ⁵⁶⁸⁰ ⁵⁶⁹⁰ ⁵⁷⁰⁰ ⁵⁷¹⁰ ⁵⁷²⁰ ⁵⁷³⁰ ⁵⁷⁴⁰ ⁵⁷⁵⁰ ⁵⁷⁶⁰ ⁵⁷⁷⁰ ⁵⁷⁸⁰ ⁵⁷⁹⁰ ⁵⁸⁰⁰ ⁵⁸¹⁰ ⁵⁸²⁰ ⁵⁸³⁰ ⁵⁸⁴⁰ ⁵⁸⁵⁰ ⁵⁸⁶⁰ ⁵⁸⁷⁰ ⁵⁸⁸⁰ ⁵⁸⁹⁰ ⁵⁹⁰⁰ ⁵⁹¹⁰ ⁵⁹²⁰ ⁵⁹³⁰ ⁵⁹⁴⁰ ⁵⁹⁵⁰ ⁵⁹⁶⁰ ⁵⁹⁷⁰ ⁵⁹⁸⁰ ⁵⁹⁹⁰ ⁶⁰⁰⁰ ⁶⁰¹⁰ ⁶⁰²⁰ ⁶⁰³⁰ ⁶⁰⁴⁰ ⁶⁰⁵⁰ ⁶⁰⁶⁰ ⁶⁰⁷⁰ ⁶⁰⁸⁰ ⁶⁰⁹⁰ ⁶¹⁰⁰ ⁶¹¹⁰ ⁶¹²⁰ ⁶¹³⁰ ⁶¹⁴⁰ ⁶¹⁵⁰ ⁶¹⁶⁰ ⁶¹⁷⁰ ⁶¹⁸⁰ ⁶¹⁹⁰ ⁶²⁰⁰ ⁶²¹⁰ ⁶²²⁰ ⁶²³⁰ ⁶²⁴⁰ ⁶²⁵⁰ ⁶²⁶⁰ ⁶²⁷⁰ ⁶²⁸⁰ ⁶²⁹⁰ ⁶³⁰⁰ ⁶³¹⁰ ⁶³²⁰ ⁶³³⁰ ⁶³⁴⁰ ⁶³⁵⁰ ⁶³⁶⁰ ⁶³⁷⁰ ⁶³⁸⁰ ⁶³⁹⁰ ⁶⁴⁰⁰ ⁶⁴¹⁰ ⁶⁴²⁰ ⁶⁴³⁰ ⁶⁴⁴⁰ ⁶⁴⁵⁰ ⁶⁴⁶⁰ ⁶⁴⁷⁰ ⁶⁴⁸⁰ ⁶⁴⁹⁰ ⁶⁵⁰⁰ ⁶⁵¹⁰ ⁶⁵²⁰ ⁶⁵³⁰ ⁶⁵⁴⁰ ⁶⁵⁵⁰ ⁶⁵⁶⁰ ⁶⁵⁷⁰ ⁶⁵⁸⁰ ⁶⁵⁹⁰ ⁶⁶⁰⁰ ⁶⁶¹⁰ ⁶⁶²⁰ ⁶⁶³⁰ ⁶⁶⁴⁰ ⁶⁶⁵⁰ ⁶⁶⁶⁰ ⁶⁶⁷⁰ ⁶⁶⁸⁰ ⁶⁶⁹⁰ ⁶⁷⁰⁰ ⁶⁷¹⁰ ⁶⁷²⁰ ⁶⁷³⁰ ⁶⁷⁴⁰ ⁶⁷⁵⁰ ⁶⁷⁶⁰ ⁶⁷⁷⁰ ⁶⁷⁸⁰ ⁶⁷⁹⁰ ⁶⁸⁰⁰ ⁶⁸¹⁰ ⁶⁸²⁰ ⁶⁸³⁰ ⁶⁸⁴⁰ ⁶⁸⁵⁰ ⁶⁸⁶⁰ ⁶⁸⁷⁰ ⁶⁸⁸⁰ ⁶⁸⁹⁰ ⁶⁹⁰⁰ ⁶⁹¹⁰ ⁶⁹²⁰ ⁶⁹³⁰ ⁶⁹⁴⁰ ⁶⁹⁵⁰ ⁶⁹⁶⁰ ⁶⁹⁷⁰ ⁶⁹⁸⁰ ⁶⁹⁹⁰ ⁷⁰⁰⁰ ⁷⁰¹⁰ ⁷⁰²⁰ ⁷⁰³⁰ ⁷⁰⁴⁰ ⁷⁰⁵⁰ ⁷⁰⁶⁰ ⁷⁰⁷⁰ ⁷⁰⁸⁰ ⁷⁰⁹⁰ ⁷¹⁰⁰ ⁷¹¹⁰ ⁷¹²⁰ ⁷¹³⁰ ⁷¹⁴⁰ ⁷¹⁵⁰ ⁷¹⁶⁰ ⁷¹⁷⁰ ⁷¹⁸⁰ ⁷¹⁹⁰ ⁷²⁰⁰ ⁷²¹⁰ ⁷²²⁰ ⁷²³⁰ ⁷²⁴⁰ ⁷²⁵⁰ ⁷²⁶⁰ ⁷²⁷⁰ ⁷²⁸⁰ ⁷²⁹⁰ ⁷³⁰⁰ ⁷³¹⁰ ⁷³²⁰ ⁷³³⁰ ⁷³⁴⁰ ⁷³⁵⁰ ⁷³⁶⁰ ⁷³⁷⁰ ⁷³⁸⁰ ⁷³⁹⁰ ⁷⁴⁰⁰ ⁷⁴¹⁰ ⁷⁴²⁰ ⁷⁴³⁰ ⁷⁴⁴⁰ ⁷⁴⁵⁰ ⁷⁴⁶⁰ ⁷⁴⁷⁰ ⁷⁴⁸⁰ ⁷⁴⁹⁰ ⁷⁵⁰⁰ ⁷⁵¹⁰ ⁷⁵²⁰ ⁷⁵³⁰ ⁷⁵⁴⁰ ⁷⁵⁵⁰ ⁷⁵⁶⁰ ⁷⁵⁷⁰ ⁷⁵⁸⁰ ⁷⁵⁹⁰ ⁷⁶⁰⁰ ⁷⁶¹⁰ ⁷⁶²⁰ ⁷⁶³⁰ ⁷⁶⁴⁰ ⁷⁶⁵⁰ ⁷⁶⁶⁰ ⁷⁶⁷⁰ ⁷⁶⁸⁰ ⁷⁶⁹⁰ ⁷⁷⁰⁰ ⁷⁷¹⁰ ⁷⁷²⁰ ⁷⁷³⁰ ⁷⁷⁴⁰ ⁷⁷⁵⁰ ⁷⁷⁶⁰ ⁷⁷⁷⁰ ⁷⁷⁸⁰ ⁷⁷⁹⁰ ⁷⁸⁰⁰ ⁷⁸¹⁰ ⁷⁸²⁰ ⁷⁸³⁰ ⁷⁸⁴⁰ ⁷⁸⁵⁰ ⁷⁸⁶⁰ ⁷⁸⁷⁰ ⁷⁸⁸⁰ ⁷⁸⁹⁰ ⁷⁹⁰⁰ ⁷⁹¹⁰ ⁷⁹²⁰ ⁷⁹³⁰ ⁷⁹⁴⁰ ⁷⁹⁵⁰ ⁷⁹⁶⁰ ⁷⁹⁷⁰ ⁷⁹⁸⁰ ⁷⁹⁹⁰ ⁸⁰⁰⁰ ⁸⁰¹⁰ ⁸⁰²⁰ ⁸⁰³⁰ ⁸⁰⁴⁰ ⁸⁰⁵⁰ ⁸⁰⁶⁰ ⁸⁰⁷⁰ ⁸⁰⁸⁰ ⁸⁰⁹⁰ ⁸¹⁰⁰ ⁸¹¹⁰ ⁸¹²⁰ ⁸¹³⁰ ⁸¹⁴⁰ ⁸¹⁵⁰ ⁸¹⁶⁰ ⁸¹⁷⁰ ⁸¹⁸⁰ ⁸¹⁹⁰ ⁸²⁰⁰ ⁸²¹⁰ ⁸²²⁰ ⁸²³⁰ ⁸²⁴⁰ ⁸²⁵⁰ ⁸²⁶⁰ ⁸²⁷⁰ ⁸²⁸⁰ ⁸²⁹⁰ ⁸³⁰⁰ ⁸³¹⁰ ⁸³²⁰ ⁸³³⁰ ⁸³⁴⁰ ⁸³⁵⁰ ⁸³⁶⁰ ⁸³⁷⁰ ⁸³⁸⁰ ⁸³⁹⁰ ⁸⁴⁰⁰ ⁸⁴¹⁰ ⁸⁴²⁰ ⁸⁴³⁰ ⁸⁴⁴⁰ ⁸⁴⁵⁰ ⁸⁴⁶⁰ ⁸⁴⁷⁰ ⁸⁴⁸⁰ ⁸⁴⁹⁰ ⁸⁵⁰⁰ ⁸⁵¹⁰ ⁸⁵²⁰ ⁸⁵³⁰ ⁸⁵⁴⁰ ⁸⁵⁵⁰ ⁸⁵⁶⁰ ⁸⁵⁷⁰ ⁸⁵⁸⁰ ⁸⁵⁹⁰ ⁸⁶⁰⁰ ⁸⁶¹⁰ ⁸⁶²⁰ ⁸⁶³⁰ ⁸⁶⁴⁰ ⁸⁶⁵⁰ ⁸⁶⁶⁰ ⁸⁶⁷⁰ ⁸⁶⁸⁰ ⁸⁶⁹⁰ ⁸⁷⁰⁰ ⁸⁷¹⁰ ⁸⁷²⁰ ⁸⁷³⁰ ⁸⁷⁴⁰ ⁸⁷⁵⁰ ⁸⁷⁶⁰ ⁸⁷⁷⁰ ⁸⁷⁸⁰ ⁸⁷⁹⁰ ⁸⁸⁰⁰ ⁸⁸¹⁰ ⁸⁸²⁰ ⁸⁸³⁰ ⁸⁸⁴⁰ ⁸⁸⁵⁰ ⁸⁸⁶⁰ ⁸⁸⁷⁰ ⁸⁸⁸⁰ ⁸⁸⁹⁰ ⁸⁹⁰⁰ ⁸⁹¹⁰ ⁸⁹²⁰ ⁸⁹³⁰ ⁸⁹⁴⁰ ⁸⁹⁵⁰ ⁸⁹⁶⁰ ⁸⁹⁷⁰ ⁸⁹⁸⁰ ⁸⁹⁹⁰ ⁹⁰⁰⁰ ⁹⁰¹⁰ ⁹⁰²⁰ ⁹⁰³⁰ ⁹⁰⁴⁰ ⁹⁰⁵⁰ ⁹⁰⁶⁰ ⁹⁰⁷⁰ ⁹⁰⁸⁰ ⁹⁰⁹⁰ ⁹¹⁰⁰ ⁹¹¹⁰ ⁹¹²⁰ ⁹¹³⁰ ⁹¹⁴⁰ ⁹¹⁵⁰ ⁹¹⁶⁰ ⁹¹⁷⁰ ⁹¹⁸⁰ ⁹¹⁹⁰ ⁹²⁰⁰ ⁹²¹⁰ ⁹²²⁰ ⁹²³⁰ ⁹²⁴⁰ ⁹²⁵⁰ ⁹²⁶⁰ ⁹²⁷⁰ ⁹²⁸⁰ ⁹²⁹⁰ ⁹³⁰⁰ ⁹³¹⁰ ⁹³²⁰ ⁹³³⁰ ⁹³⁴⁰ ⁹³⁵⁰ ⁹³⁶⁰ ⁹³⁷⁰ ⁹³⁸⁰ ⁹³⁹⁰ ⁹⁴⁰⁰ ⁹⁴¹⁰ ⁹⁴²⁰ ⁹⁴³⁰ ⁹⁴⁴⁰ ⁹⁴⁵⁰ ⁹⁴⁶⁰ ⁹⁴⁷⁰ ⁹⁴⁸⁰ ⁹⁴⁹⁰ ⁹⁵⁰⁰ ⁹⁵¹⁰ ⁹⁵²⁰ ⁹⁵³⁰ ⁹⁵⁴⁰ ⁹⁵⁵⁰ ⁹⁵⁶⁰ ⁹⁵⁷⁰ ⁹⁵⁸⁰ ⁹⁵⁹⁰ ⁹⁶⁰⁰ ⁹⁶¹⁰ ⁹⁶²⁰ ⁹⁶³⁰ ⁹⁶⁴⁰ ⁹⁶⁵⁰ ⁹⁶⁶⁰ ⁹⁶⁷⁰ ⁹⁶⁸⁰ ⁹⁶⁹⁰ ⁹⁷⁰⁰ ⁹⁷¹⁰ ⁹⁷²⁰ ⁹⁷³⁰ ⁹⁷⁴⁰ ⁹⁷⁵⁰ ⁹⁷⁶⁰ ⁹⁷⁷⁰ ⁹⁷⁸⁰ ⁹⁷⁹⁰ ⁹⁸⁰⁰ ⁹⁸¹⁰ ⁹⁸²⁰ ⁹⁸³⁰ ⁹⁸⁴⁰ ⁹⁸⁵⁰ ⁹⁸⁶⁰

pauperes sunt beati, nec omnes qui patiuntur persecutione: nec qui esuriunt, & sitiunt, nec omnes qui sunt bonis moribus, & pulchro corpore: nec omnes qui student filij Dei fieri. Nam nec in paupertate, nec in persecutione, nec in fami, nec siti, nec in ipso desiderio, sed in eo propter quod ipsa suscipiuntur, nempe in ipsa iustitia, & in regno Dei. Nam cum ea ad quae contendunt, optima esse sciant, testatur illud eorum testimonium quod sunt Martyres. ^d Et ut in summa dicam. Extremum martyrij est, ut anima à corpore abducatur & Deo uniat, & in eo exercetur tota vita Dei athletae ut animam abducatur à corpore. Hoc facit is cuius omnes cogitationes in Deum & caelestia sunt defixa. Ipsa certe anima cupit dissolui & à corpore liberata, alio, nempe ad Christum transire. Hoc est id quod dicit Paulus: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Se enim suam dicit animam: Qui est huiusmodi, qui meditatur, inquam, animam à corpore separationem, is non amat animam, id est, non est φιλοψυχός, nempe vitae cupidus, quae tota est addicta rebus terrestribus. Eam ergo lubenter perdit, perditam autem rursus inuenit, sed non amplius sensibus addictam, sed Deo uniatam & in iis versantem quae cadunt sub intelligentiam. Viuit autem & Deum contemplan, & praecioso Christi corpore, qui vere est cibus, vescens. Est enim Dei voluntas ut ipsum agnoscamus, ipse vero nobis suam communicet incorruptionem. ^e Eam autem quae fit ad diuina conuersionem. Quoniam animam amissio & inuentione est eius veluti quaedam mutatio, affert quaedam dicta ex Stoicorum & Platonis placitis. Stoici dicunt ad diuina fieri conuersionem animam, quando ea mutata fit sapiens quae prius erat insipiens. Plato autem qui animam motum tribuebat circulari, dicebat ad diuina conuersionem esse ad meliora circumactionem, quae accepit conuersionem ex quodam die nocturno. Nam priusquam ad rerum diuinarum ueniat considerationem, est in ea quiddam instar diei, sed non puri, verum qui adhuc habet aliquod nocturnarum tenebrarum. Tum demum enim ad veram venit lucem, quando ad Dei conuertitur cognitionem, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. ^f Iam vero etiam viro bono permittunt philosophi. A deo verum est Martyri iustam esse causam ut suam offerat animam à corpore abducendam, ut etiam viro bono veteres permiserint philosophi animam à corpore abducere, si ab agendo adeo sit remotus, ut nullus ei relinquatur locus exercendae actionis. Sentiebant enim à commisso sibi à Deo praesidio licere discedere, quando eis nihil penitus relictum esset quod agerent. ^g Iudex autem qui vim intulit. Est quidem quoddam genus martyrij, quo quispiam ab agendo omnino remotus animam abducit à corpore. Sed nullum maius est martyrium, quam quo iudex cogens negare Christum, quem vocat dilectum ut David saepe in Psalmis, probat suis tormentis quis sit, & quis non sit Deo amicus. Sed in illo martyrio, in quo propter cessationem ab operatione licet animam abducere à corpore, adhiberi non potest comparatio, magisne eligat quis minas hominum an amorem Dei: quod fit in illo martyrio quod suscipitur coram Iudice urgente ad Christi abnegationem. Haec est ergo bonorum suorum renunciatio, qua iubet Christus, ut contemptis suis facultatibus & distributis pauperibus, & à malis cesserit actionibus & bona fiant. Quod autem Graece est ἀπαρτησις, significat quidem, & ea quae sunt, & facultates, sed necesse est ut accipiat pro facultatibus, alioqui nulla poterit iniri ratio, ut, quod iubet Christus, distribuatur pauperibus. ^h Iam vero eum qui gloriabatur. Naetus occasionem loquendi de praecipis ex eo quod iussit Dominus vendere ea quae habet & dare pauperibus & se sequi, hoc est sua praecipia, docet ex verbis Christi praecipia non perfecte seruari sine charitate, quam sequitur beneficentia & elemosyna. Qui ergo eam non habet, frustra gloriatur se seruasse praecipia: nam absque ea non est in proximum beneficus. Charitatis autem tanta est auctoritas ut si quod bonum opus fiat etiam die sabbati, id in ipsum sabbatum dominatum obtineat, neque propter ipsum censetur violari sabbatum, ipsa enim cognitio eo ascendit, ut intelligat, nullo non die licere benefacere. In verbi quoque salutaris, in Domini, inquam, praecipis, id est spectandum, ut neque propter intentatas minas, neque propter dona promissa ea seruentur, sed propter bonum & honestum. Et dant quidem poenas quas Deus minatur iis, qui non seruant: dona vero promissa consequuntur qui seruant. Sed nec minae debent deterrere, nec promissa incitare. Bonum & honestum est nobis proponendum, quod ipse Deus praecipit qui est bonus. ⁱ Et nunc quid hic quoque illud. Quid haec sibi velint ingenue fateor me nescire. Sunt verba quidem satis clara, sed non video quoniam sensus ex iis possit elici. Quod ergo ipse non possum inuenire, relinquo examinandum perspicacioribus. ^k Quid autem sibi vult Lazari parabola. Quoniam hic agitur, ut iam diximus de praecipis, ad praecipia autem magna ex parte pertinent pecuniae, paucis perstringit aliquot Evangelij parabolas quae loquuntur de pecuniis. In parabola Lazari ostenditur sceleratum diuitem totum esse deditum libidini & luxuria, & dum se lautis cibis ingurgitaret, pauperem Lazarum omnino nihil fecisse: deinde vero quid post mortem utriusque acciderit. In eo autem quod dicit, neminem posse duobus seruire, nempe Deo & mammonae, id est pecuniae, Mammonam enim vocat amorem pecuniae, intelligitur non esse malum habere pecuniam, si modo ei non ita seruiatur ut negligatur Dei seruitium: Deo enim & pecuniae non potest simul serui. Iam vero parabola de inuitatis ad cenam, id est ad regnum caelorum qui non ueniunt, non omnes dicuntur non venire qui habent pecuniam & possessiones, sed ij demum quorum est in illis ita fixa affectio, ut de Deo & sua salute nihil omnino cogitent. Vulpes autem foveas habere dicuntur maligni homines & toti terrenis rebus dediti, & quorum omnis versatur opera & industria in congerendis pecuniis. Volucres autem caeli dicuntur qui cum terra nihil habent commercij, & ideo sunt puri & mundi, & ad caelestis verbi cognitionem facile euolant. ^l Non solum autem diuitiarum. Quoniam locutus est de pecunia & diuitiis, in quibus sunt multae curae & sollicitudines, existimare autem posset aliquis nullam esse alibi curam & sollicitudinem, eam dicit Clemens esse etiam in gloria, & matrimonio, imò etiam in paupertate si quis sit qui eam ferre nequeat. De iis autem curis & sollicitudinibus dicit locutus esse Dominum in parabola seminis quadripartiti: quadripartitum autem semen dicit, quod terra sit quadruplex in quam cadit: ibi dicit, semen cadens in terram spinosam suffocari à spinis quas vocat curas & sollicitudines, nec posse fructum producere. De curis autem matrimonij videre licet apud Paulum in epist. ad Corinthios. Suas quoque curas habet gloria, quae facile labitur nisi industria & diligentia cõseruetur. Paupertas autem si facile feratur non est in ea magna sollicitudo: sin autem & de parandis opibus, & de victo quaerendo est sollicita, habet quod

Math. 10.

Ibid. 12.

1. Cor. 7.

eam angat & cruciet. ^m Discere ergo necesse est quomodo vnoquoque. Neque vero cura & sollicitudine oportet omnino esse vacuum. Discere enim oportet, quod quidem non fit citra curam & sollicitudinem, quomodo sit utendum vnoquoque quod accidit, ut bene viuendo, ex praecipis diuinæ scientiæ & cognitionis, ita procedamus in exercitatione, ut paratus sit nobis habitus ad adipiscendam vitam æternam. Ad bene autem & ex virtute viuendum, nihil magis est fugiendum quam superbia. Quod eo facilius faciemus, si cogitemus superbum, quo altius efferatur, eo facilius cadere, & ad nihilum redigi. Quod si custodiatur innocentia & æquitas, vir bonus & pacificus eo nunquam recidit, ut non bonum, nempe vita æterna ei remaneat. Pacificus autem est qui & firmiter credit, & nullis agitur animi perturbationibus. ⁿ Alius autem populus me labijs honorat. Impij quidem sunt superbi & elati, sed mox corruunt, & ad nihilum redeunt, ut qui vitam non habeant æternam. Contra autem pij & infideles, & qui non laborant vitiis & animi motibus, vitam æternam consequuntur. Porro autem impij non solum sunt superbi & elati, sed etiam hypocritae, ut qui ore & labijs tantum Deum colunt, non corde. Nec est mirum quod in Dei cultu ita se gerant, qui ne Deum quidem pro Domino agnoscent, sed in Deum & homines verbis vtuntur dolosis & arrogantibus. Sed vana tandem & irrita est eorum simulatio & arrogantia: se enim simulato cultu despici videns Dominus, & pauperum qui opprimuntur misertus, à miseris eos eripit & dat eis salutem: Christus enim resistit superbis, humilium autem est defensor & patronus, nec sinit ut impune ferant, qui elati superbia populum suum vexant & opprimunt. ^o Ne thesaurizetis ergo vobis thesauros in terra. Nec terrenarum diuitiarum, nec amoris corporis studio nos teneri oportet, ea enim sunt fluxa & caduca, sed thesaurum nostrum oportet in caelis recondere. Ibi autem est noster thesaurus ubi fixa est mentis cognatio. Qui est autem in caelis thesaurus, in eum nullus cadit interitus. Docet autem is thesaurus per vim iustitiæ communicantis & distribuentis, dispersenda & distribuenda esse pauperibus quae à veteri conuersatione sunt acquisita, deinde recurrendum esse ad Dominum petendo misericordiam. Eius enim qui in dandis elemosynis miseretur pauperum, miseretur Dominus. Is thesaurus in caelo recõditus est veluti crumena semper noua, quae nunquam exhauritur & nunquam deficit, & tanquam viaticum quod nos deducit ad vitam æternam. Sic reprehendit Clemens auaros & de bonis fortunæ & corporis nimis sollicitos, eos autem laudat qui miserentes pauperum, Dei misericordiam consequuntur, & non in terris thesauros infodiunt, sed in caelis recondunt. ^p Dicunt autem hæc iis quoque qui volunt esse pauperes. Sunt diuites quorum iam meminit, qui thesaurum suum recõdunt non in terris, sed in caelis: sunt alij non diuites sed pauperes, qui voluntariam profitentur paupertatem propter iustitiam, distinguuntur autem ab iis qui nequitia & nimis profusis sumptibus redacti sunt ad inopiam, ea enim paupertas non datur laudi, sed vitio. Iis ergo qui voluntariam sectantur paupertatem propter iustitiam, nempe propter Christum, dicuntur quae sunt hic verba, per mandatum dicta, nempe per Euangelium, latam esse viam quae ducit ad interitum. Multi autem per eam transeunt, nempe ij qui sunt dediti libidini, voluptati, amori, luxui & ceteris huiusmodi vitiis & animi perturbationibus. Lata autem est via ut quae multos capiat, & in ea nihil sit difficile & asperum quod eos remoretur, quominus in ea ingredientibus tendant ad exitum. Sed in hoc falluntur, quod cum vitam in voluptatibus & delitiis diuturnam sibi spondeant, ij repente & prater spem & expectationem, morientes simul cum morte omnia amittant, ex iis quae sibi parauerant nihil penitus habituri, & ne iis quidem quos sperabant heredes relicturi. ^q Caute ergo ab omni auaritia. Fugiendam dicit auaritiam: non enim in eo consistit vita hominis quod abundet diuitiis, contra autem accidit, ut in magna abundantia diuitiarum pereat anima. Est autem longe melius non habere diuitias quam amittere animam: amittit autem animam qui cum ex hac vita excellerit vitam non habet æternam. Neque vero est nimium studium in diuitiis ideo conferendum, quod necessarius sit victus & vestitus. Nam cum pater noster caelestis non ignoret quid nobis sit necessarium, maxime autem à nobis contendant ut regnum caelorum quaeramus & iustitiam, non denegabit quae parua sunt, nempe victum & vestitum, si quae magna sunt, nempe regnum caelorum, bonamque & iustam vitam persequamur. ^r An non aperte nos iubet persequi. Ex his infert Clemens Christum iubere ut vitam instituamus ex scientia & cognitione praceptorum Euangelij, & verbo & facto quaeramus veritatem. Non satis est enim fidei nosse veritatem, nisi factis eam ostendamus. Sed nec fides & facta sufficiunt, nisi ea procedant ex animi instituto & voluntate. Hoc cum verum sit in omnibus actionibus, in nulla tamen est euidentius quam in donatione, in qua non tam spectantur facultates quam voluntas & institutum donantis. Dimidium bonorum suorum pauperibus dabat Zacchaeus princeps publicanorum, de quo dubitabat Clemens fueritne Matthias. Sed non tam spectabat Christus quid donaret, quam promptam donandi voluntatem & institutum, & ideo ei dedit salutem qui alioqui perierat. Longe maiora in Gazophylacium conferebant diuites, sed nemo plura dedit quam vidua quae solos duos dedit nummos, erat enim maior & propensior eius dandi voluntas. Plura enim dat qui ex paucis multa donat, quam qui pauca ex multis. ^s Quoniam autem omnia reduxit ad anime institutionem. Iis quae prius dicta sunt subiungit praecipium de componendis animi motibus: dicit enim beatos mites, quoniam ipsi terram possidebunt, terram, inquam, viuendum. Ii autem demum viuunt, quorum est vita æterna. Mites autem sunt quorum sunt tranquilli & compositi motus irae & cupiditatis, nec inter se bella gerunt: tum demum autem sunt mites & ideo beati, si non coacti sed ex libero animi sui instituto tales sunt, neque enim dicendus est mitis, qui inuitus à vita æterna comprimatur & coeretur. ^t Sunt autem apud Dominum. Pro operationum meritis varia sunt mercedes, id enim significant multae mansiones quas dicit Christus esse in domo patris, æquum enim est ut praemia proportione operibus respondeant. Quamuis autem omnes qui in vinea Domini laborauerunt, pro laboris & temporis diuersitate varia consequantur praemia, in hoc tamen sunt æquales quod omnibus detur salus, quae est denarius de quo conuenit paterfamilias. Sed eorum quibus datur salus varij sunt ordines & gradus. Vide quid de eo dicat Hieronymus aduersus Iouinianum. ^v Qui autem, inquit Plato, visi fuerint insigniter. Ab iis quae Christus dicit in Euangelio, ostendit Clemens non esse aliena quae dicit Plato, cum dicit eos qui ad sanctè viuendum sunt vocati, à rebus terrenis tanquam à carceribus liberatos, ad supernam venire vocationem: & rursus eos qui

sunt expurgati à philosophia viuere sine corporibus, vt qui per assiduam philosophiæ meditationem habeant animam à corpore separatam, viuere in perpetuum. Quomodo autem dicit Christus, iis qui salui sũt multas esse mansiones, ita Plato iis qui sanctè viuunt, varias tribuit figuras, iis aëreas, alii igneas, & alias his quoque tradit pulchriores habitationes: quæ quidem videntur respondere mansionibus, quas dicit Christus esse in domo patris. * *Vnde merito dicit: Beati qui lugent.* Dixit in domo patris multas esse mansiones, in quibus qui habitant sunt felices. Primo autem enumerat eos qui lugent, nempe eos qui de admittis peccatis ducuntur pœnitentiæ. Statim autem reddit causam cur sint beati. Est miser qui à Deo propter peccatum repellitur. Quod cum eum peccasse pœniteat, ab eo reuocatur, & ideo accipit consolationem. *Secundum* certe, & vocari significat, & accipere consolationem. Nihil certe eum qui repulsi fuerit magis consolatur, quam ab eo reuocari à quo fuerat expulsi. *¶ Duo autem sunt modi eius qui ducitur pœnitentiæ.* Duobus autem modis mouentur pœnitentiæ qui ea mouentur. Mouentur enim & quod eos peccata admittisse pœniteat, & quod eos non facta admittisse, sed cogitante conscientia remordeat: est autem communior timor pœnitere de admittis, pœnitere autem de cogitatis est magis proprius animi dolor & pudor: magis certe occurrit & frequentius, dolere quod feceris quam quod cogitaris, & tamen vtriusque duci oportet pœnitentiæ: est videatur leuius tantum cogitasse, quam cogitatum effecisse, non minus tamen est turpe, delictum concipere quam id velle si possis exequi. Quæ autem ex luctu accipitur consolatio, ex eo procedit, quod Deus vbique sit misericors. Quo fit vt qui dolent de peccatis, eos Deus vel in hac vita vel in futura consoletur. Quod si Deus est misericors, & beati sunt misericordes, beati sunt quorum Deus miseretur. *¶ Misericordia autem non est vt qui lum existimant Philosophi.* Si Deus est misericors, Deus autem nulla aliena calamitate afficitur, non est misericordia aliena affici calamitate. Porro autem si Deo maxime conueniat sacrificium, Deo enim maxime conuenit adoratio & sacrificium, & tamen Deus magis vult misericordiam quam sacrificium, ad Deum propius accedit, qui proximi miserentur quam qui Deo sacrificat. Nullum autem obstat impedimentum, quominus miseremur quacunque ratione, vel egenti vel aegroto, vel alicui finio cōfecto inseruiamus, si prompta non desit voluntas, licet aliis pares desint facultates. Parem enim honorem consequuntur quorum par est voluntas, licet dispares sint facultates. *¶ Quoniam autem eorum quæ ad salutem ducunt perfectionem.* Christus in Euangelio pronunciat beatos esse mundos corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Ratio cur mundi corde sint beati, hæc est, quoniam ipsi Deum videbunt. Sed quinam dicuntur mundo corde? Cor in Scripturis dicitur princeps pars animæ, quæ Græcè dicitur *ἡγεμονία*, quæ scilicet animæ obtinet principatum. Nulla autem est pars vel facultas animæ, quæ ad Deum propius accedat, vel eum, quoad eius fieri potest magis intelligat, quam principis illius partis intelligentia. Ea sola Deum videt, id est intelligit. Nam quod vilis est in sensilibus, id est, id est mens, seu intelligentia in iis quæ cadunt sub intelligentiam. Sed quomodo non nisi simili simile cernitur, ita similitudo & conuenientia sit oportet inter id quod intelligit, & id quod intelligitur. Quomodo autem Deus est omnino secretus à materia, est quam actus purus & simplex, & plane remotus ab omni concreione & admistione, ita qui Deum vult videre, mundo cordo sit oportet, id est pura & munda sit intelligentia, & in qua nulla resideant labe cogitationum, nec ab ea vlla mala procedant operationes. Arque tendimus quidem omnes ad salutem: ad eam autem duæ sunt viæ, opera & cognitio. Cognitio autem est qua purgatur, princeps pars animæ: ab illa vero procedit bona operatio: non possunt enim bonæ esse actiones, nisi à bona procedant intelligentia. Quoniam autem locutus est Clemens de bonis operationibus, visum est admonere, bona dici & per se & per participationem, sola diuina absolute & per se dici bona, cetera dici per boni participationem, & nõ sine admistione materiæ. Quo fit vt nec bonæ nec malæ actiones, cōstare possint sine intercessione & admistione materiæ, sola enim diuina sunt à materia remota. Nec vita ergo, neque sanitas, neque quæ vel ex necessitate habemus vel à casu & fortuna, per se sunt & absolute bona, sed cum sint materiæ, si quid boni habent, id habent per participationem. Qui vult ergo venire ad Dei cognitionem seu Dei visionem, eum mundum esse oportet à materialibus, vt nihil sit quod impediatur principem animæ facultatem. Principem autem animæ facultatem impediunt, vt quæ cum ea nullam habeant conuenientiam quæ sunt crassa & materialia. Qui ergo in Dei contemplatione versatur, & cum eo puram habet consuetudinem, vt qui se totum sepatet à materia, nihil enim habet materiæ Deus qui est semper idem, & non mutatur, quæ quidem Dei qualitas accipitur ex Prophetis, is prope accedit ad cognoscendum veri Dei habitum, qui est, idem semper esse, & nunquam mutari, & eo procedit vt nõ tam dicatur Deum scire, quam ipse esse Dei cognitio & scientia. Tuncque vere dicitur Deum videre facie ad faciem, imò vero ipse quodammodo Deus fieri. *¶ Beati vero pacifici qui legem mentis nostræ sententiæ repugnantem.* Inter cetera beatos pacificos quoque recenset Christus. Cur sint autem beati, hanc affert rationem, quoniam filij Dei vocabuntur. Nec sane immerito. Nam cum Deus sit omni ex parte tranquillus, & omni motu ac perturbatione vacuus, qui est ei similis, is dici potest eius filius, non quidem naturalis, est enim vnicus Dei patris filius Iesus Christus, sed qui per fidem & Dei gratiam est in filium adoptatus. Cum sit autem à Deo adoptatus, est & Christi frater, regnique cælestis & vitæ æternæ cum eo coheres. Iustificati autem per fidem & in Christi sanguine Deo reconciliati, cum Deo pacem habemus. Qui cum Deo autem pacem agunt, mente repugnant legi quæ est in membris, ferocisque animi motus iram, inquam, & libidinem, & cetera vitia quæ rationi aduersantur, leniunt & reprimunt. Ita simul & in filios adoptamur, & cum Deo & hominibus pax initur. Sed illa demum pax est perfecta, quæ efficit, vt quicquid accidit, immotus maneat pacificus. Hoc ita demum fiet, si vitam suam sanctè & honestè administrat, vt qui diuinarum & humanarum rerum habeat scientiam. Qui est hac scientia præditus, videt quidem in hoc mundo plurimas esse repugnantias, sed eas omnes, sicut videmus fieri in elementis, reduci ad harmoniam & concordiam. Hinc sunt nonnulli iique celebres Philosophi qui censuerunt vniuersitatē constare ex lite & amicitia. Porro autem cum nihil sit hic grauius quam à peccatis oppugnari, danda est opera vt ad fidem transeat & pacem, quæ pacatis animi motibus efficiunt vt sit pax cum Deo & hominibus. *¶ Totius autem virtutis summa est existimo. Totius virtutis summa est charitas. Cum ea autem multis*

multis modis se ostendat, est enim charitatis propter Deum probra ferre, maledicta, cruciatus, tormenta & persecutiones: charitas omnium maxima est propter Deum lubenter mortem subire, modo id fiat ex cognitione, id est non leuiter & temere, sed cum, quam pulchrum sit propter Deum mori diligenter cogitaris & intellexeris. Multa autem citantur ex Euangelio aliter quam habeat contextus nostri Euangelij, sunt enim multa transposita. Verisimile est tempore Clementis nonnullos sic legisse, sed quamuis sic legatur, non sunt tamen aliena, neque admodum diuersa. Sunt autem omnia æquo animo ferenda quæ propter Deum patimur, ea ita meditantur vt tentemur priusquam expectemus. Ita fiet vt tentatio sit occasio martyrij. *¶ sed illud quoque scientes martyrij occasionem.* Si est præclarum esse martyrem & de Christo ferre testimonium, optandum est nobis, quamuis dari occasionem qua ad id perueniamus.

10

¶ QVICVNQVE autem Seruatoris mandata exequuntur, in vnaquaque actione sunt martyres, id est, testes facientes quidem quod vult, consequenter autem nominantes Dominum, & reipsa testates ei cui credunt esse carnem, cum eam cruci affixerint cum vitijs & concupiscentiis. Si spiritu viuimus, inquit, spiritu ambulemus. Qui seminat in suam carnem, ex carne metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritum, ex spiritu metet vitam æternam. Miseris autem hominibus, quod præbetur per sanguinem de Domino testimonium, videtur esse mors violentissima, nescientibus hanc mortis ianuam, esse veram vitæ principium. Et nec honores post mortem eorum qui sanctè vixerunt, nec supplicia eorum qui iniuste & libidinoze se gesserunt, volunt intelligere, non ex nostris solum dico scripturis, hæc enim omnia ferè mandata significant, sed nec suorum scriptis volunt aures præbere. Scribit enim Theano Pythagorica: Effet enim reuera pulchris vitæ conuiuium, ijs qui se improbè gesserunt, deinde moriuntur, si non esset anima immortalis mors esset lucrum. Et Plato in Phadone: Si enim esset mors ab vniuersitate liberatio, & quæ sequuntur. Non est ergo cogitandum ex sententia Telephi apud Æschilum, simplicem ac vnicam viam ferre ad inferos: sunt enim viæ multæ, & multæ quæ abducunt peccata. Errabundos hos, vt est, verisimile, infideles comicè ludificans Aristophanes: Agite, inquit, obscuræ vitæ homines, generationi foliorum similes, imbecilli, ceræ figmenta, folia instar umbræ reddentia, euanidi, inuolucres, vnius tantum diei vitam habentes. Et Epicharmus: Ipsa, inquit, hominum vitæ sunt vtres inflati. Nobis autem dicit Seruator: Spiritus promptus, caro autem infirma, quoniam prudentia carnis est Deo inimica, vt exponit Apostolus: Legi enim Dei non subijcitur, neque enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Et id amplius explicans subiungit, ne quis ingrato animo, vt Marcion, esse malam accipiat creaturam. Si autem Christus est in nobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem viuus propter iustitiam. Et rursus: Si secundum carnem viuistis, estis morituri. Considero enim quod non sunt condigna passiones huius mundi ad futuram gloriam quæ reuelanda est in nobis, si quidem compatimur, vt & conglorificemur, vt coheredes Christi. Scimus autem quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui vocati sunt secundum propositum. Quoniam quos præsciuit, eos & prædestinavit conformes imagini filij Dei, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, eos & vocauit. Quos autem vocauit, eos & iustificauit. Quos autem iustificauit, eos & glorificauit. Vides per dilectionem doceri martyrium. Quod si velis martyr esse, & testimonium ferre propter bonorum remunerationem, rursus audies: Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Sed etsi patimur propter iustitiam, inquit Petrus, timorem autem eorum ne timueritis, neque cõturbemini. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris. Parati autem semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea qua in vobis est spe, sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam, vt in quo detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bo-

IIII.

Matth. 15.

Galat. 6.

Matth. 2.

Rom. 8.

1. Petr. 2.

nam in Christo conuersationem. Melius est enim beneficientes, si voluntas Dei velit, pati, quam malefacientes. ⁵ Et si quis altercans dicat: Et quomodo fieri potest ut caro imbecilla resistat potestatibus & spiritibus dominationum? Illud sciat, quod omnipotenti & Domino freti in eoque habentes fiduciam, aduersamur potestatibus tenebrarum & morti. Adhuc te loquente, inquit, dicet, Ecce adsum. Vides adiutorem inuictum, qui nos defendit. Ne vobis noua & aliena, inquit Petrus, videatur qua ad tentationem vobis fit per ignem probatio, sed quatenus communicatis Christi passionibus, gaudete, ut etiam in reuelatione eius gloriae gaudeatis, exultantes si in nomine Christi probris afficiamini: beati, quod gloriae & Dei spiritus super vos requiescit, sicut scriptum est, propter te mortificamur tota die: reputati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui nos dilexit:

^h Ex mente sed mea quae vis resciscere,
Non audies, nec si cremes: ferras graues
Nec capite summo si ad pedes imos liges,
Duris nec omnibus si vinclis vincias:

Ut dicit in Tragedia foemina se gerens viriliter. Et Antigone Creontis dictum despicit & dicit audacter:

Non, Iuppiter mihi nanque haec edixerat.

Sed Deus nobis edicit & praedicat, ei estque parendum. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. ¹ Dicit itaque scriptura: Omnis qui credit in eum, pudore non afficietur. Merito ergo scribit Simonides: Fertur virtus habitare in rupibus ³⁰ aditu difficilibus, nunc autem celerem, castum tenere locum, & quae nec aspici possit omnium mortalium cilijs, sed ab eo demum ad quem sudor venerit, qui medetur iracundiae, & processerit ad summam animi magnitudinem. Et Pindarus: Iuuenum autem cura quae versantur cum laboribus, gloriam inueniunt. Tempore autem resplendent facta in aethere illustrata. Hanc cum apprehendisset sententiam Aeschylus, dicit:

Laborem qui tulit,
Debetur huic laboris natus gloria.

Maiores enim mortes maiora sortiuntur fata, ex sententia Heracliti:

Qui mortis est seruus, timore is haud vacat.

Non enim dedit nobis Deus spiritum seruitutis rursus in timorem, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis. Ne ergo te pudeat mei qui sum eius vinculus, scribit ad Timotheum, Fuerit autem huiusmodi qui bono adheret, ex sententia Apostoli, odio habens malum, habens charitatem non fictam. Qui enim alterum diligit, legem impleuit. Si est autem Deus spei, is cuius testes sumus, sicut est, spem nostram confitemur, ⁵⁰ ad spem contendentes, & quod est bonitatis maximum, impleti, inquit, omni cognitione. ⁶ Indorum Philosophi dicunt Alexandro Macedonum: Traduces quidem corpora de loco ad locum, animas autem nostras non coges facere quae nolumus. Ignis est hominibus maximus cruciatus, eum nos contemnimus. Hinc Heraclitus unam gloriam omnibus praeposuit, profitetur autem se vulgo cedere, ut se expleant tanquam pecora:

Multi labores gratia sunt corporis,
Propter id & fortes domos inuenimus,
Effodere argentum, & agros colere,
Aliaque quae nos nouimus nominibus.

Vulgo ergo inanis hic labor videtur expetendus. Nobis autem minime, inquit Apostolus. Hoc autem

Hoc autem scimus, quod vetus noster homo simul est crucifixus, ut aboleatur corpus peccati, ut non amplius seruiamus peccato. An non illa quoque aperte subiungit Apostolus, ostendens quam sit fides apud multos pudenda? Puto enim quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos. Quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis & hominibus. ¹⁰ Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis caedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris, maledicimur & benedicimus; persecutionem patimur, & sustinemus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus. Talia sunt etiam quae dicit Plato in Republica, etiamsi torqueatur iustus, etiamsi ei effodiantur oculi, eum futurum esse beatum. Is ergo qui est cognitione praeditus, nunquam finem habebit positum in anima, sed in eo quod sit semper felix & beatus, & regius Dei amicus: & licet quis ei inurat ignominiam, eumque & exilio & publicatione facultatum, & postremo morte afficiat, nunquam auelletur a libertate, & praecipua in Deum charitate. Omnia sustinet, omnia ²⁰ fert charitas, quod ei sit persuasum diuinam providentiam omnia recte administrare. ¹ Rogo ergo vos, inquit, imitatores mei estote. Primus ergo gradus corporis, est doctrina cum timore, propter quam abstinemus ab iniuria: secundus autem est spes, propter quam desideramus, quae sunt optima: perficit autem, ut est consentaneum, charitas, quae iam docet per viam cognitionis. Graeci autem, nescio quomodo, cum necessitati quae caret ratione, ea quae eueniant tribuerint, inuiti se parere consentunt. Dicit certe Euripides:

³⁰ Quae tibi suadeo mulier ea accipe.
Qui non labore nullus est mortalium.
Humet natos, & novos dein ferat,
Atque obeat mortem. Hac aegre homines ferunt.

Deinde subiungit:

Oportet haec natura quae vult perpeti.

Ast eo decet

⁴⁰ Migrare, nil vbi necessarium graue est.

Iis autem qui tendunt ad perfectionem est proposita cognitio rationalis, cuius fundamentum est sancta trinitas, fides, spes, charitas, maior autem horum est charitas. ^m Omnia quidem certe licent, sed non omnia expediunt. Omnia licent, sed non omnia adificiant, inquit Apostolus; &: Nemo querat quod suum est solummodo, sed etiam quod alterius, ut possit simul & facere & docere, adificans & superadificans. Quod enim Domini sit terra, & plenitudo eius, certum est & extra controuersiam. Sed infirmi sustinetur conscientia. Conscientiam autem dico, non suam, sed alterius. Cur enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Si ego cum gratia participo, cur vituperor propter id propter quod gratias ago? Siue ergo comeditis, siue bibitis, siue aliquid facitis omnia ad gloriam Dei facite. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Arma enim militiae nostrae non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munimentorum, cogitationes destruentes, & omnem altitudinem se extollentem aduersus cognitionem Domini. His armis munitus is qui est cognitione praeditus, ⁶⁰ Domine, inquit, da causam & afflictionem, & accipe ostensionem, accedat quod est graue & formidabile. Pericula ego despicio propter meam in te dilectionem:

Nam sola virtus, in rebus mortalium,
Non praemia ex clypeis capit militiae,
Sed ipsa seipsam habet laborum praemium.

Induite ergo, sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiarum, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem, lenitatem. Super omnia autem hæc, charitatem, quæ est vinculum perfectionis, & pax Christi regnet in cordibus vestris, in qua etiam vocati estis in uno corpore: & grati estote, qui estis adhuc in corpore, sicut veteres iusti, percipientes animæ impatibilitatem & vacuitatem perturbationis. Nam non solum Asopij & Macedones & Lacones dum torquentur fortiter tolerant, ut ait Eratosthenes in ijs quæ scribit de bonis & malis, sed Zeno quoque Eleates dum cogèretur arcanum aliquod enunciare, restitit tormentis nihil confitens, qui etiam postremò linguam erodens, eam expuit in tyrannum, quem alij quidem Nearchum, alij verò Demylum appellant. Similiter etiam fecit Theodotus Pythagoreus, & Paulus Lacidis familiaris, ut dicit Timotheus Pergamenus in libro de Magnitudine animi philosophorum, & Achaicus in Moralibus. Quinetiam Posthumus Romanus captus à PeuceSSIONE, non modo nihil ex ijs quæ erant occulta aperuit, sed cum etiam manum in ignem tanquam in æs, immisisset, constitit vultu firmo & planè immutabili. Taceo Anaxarchum exclamantem, Tunde Anaxarchi capsam, Anaxarchum non tundis, cum pistillis ferreis tunderetur à tyranno. Neque ergo spes felicitatis, neque in Deum charitas, agrè fert ea quæ accidunt, manet autem libera, etiamsi in bestias incidat immanissimas, & in ignem voracissimum, & licet tyrannicis conficiatur tormentis, à diuinis pendens amicitijs, minimè redacta in seruitutem, superas obit regiones corpore ijs iradito qui id solum possunt tenere. Dicitur autem gens barbara non aliena à gustu philosophiæ, quot annis eligere legatum ad Zamolxim Heroëm: erat autem Zamolxis vnus ex familiaribus Pythagoræ. Maclatur ergo is qui fuerit iudicatus probatissimus, ijs qui sunt philosophati quidem, sed non electi, mærentibus, ut qui sunt repulsi à beato ministerio. Plena est ergo tota ecclesia ijs qui per omnem vitam meditati sunt mortem, quæ excitat ad Christum, sicut virorum, ita etiam mulierum temperantium. Licet enim ei qui ex more nostro vitam instituit, etiam absque literis philosophari, seu sit barbarus, seu Græcus, seu liber, seu seruus, seu senex, seu puellus, seu vir, seu mulier. Est enim temperantia communis omnium hominum, qui eam suo arbitrio delegerint. Est autem apud nos extra controuersiam, eandem naturam in vnoquoque genere, eandem etiam habere virtutem. Non aliam ergo habet naturam mulier, quod attinet ad humanitatem, aliam verò videtur vir habere, sed eandem: quare etiam virtutem. Si autem viri utique virtus est temperantia & iustitia, & quæcunque eas consequi existimantur: soli viro conuenit esse virtute præditum, intemperantem autem & iniustam mulierem, sed turpe hoc est vel dicere. Temperantiæ ergo & iustitiæ, & cuiusuis alterius virtutis, similiter quidem virum & mulierem, liberum & seruum, curam gerere oportet, quoniã accidit ut sit vna & eadem virtus eiusdem naturæ. Atque quòd sit quidem eadem natura fæminæ quæ viri, quatenus est fæmina, non dicimus. Omnino enim conuenit utrique eorum aliquam esse differētiam, per quam vnus quidem eorum fæmineum, alterum verò factum est masculinum. Vterum gestare ergo & parere, fæminæ adesse dicimus, quatenus est fæmina, non quatenus est homo. Si autem viri & fæminæ nulla esset differentia, vtrumque eorum eadem ageret & pateretur. Quatenus ergo est idem, eò quòd eadem sit anima, veniet ad eandem virtutem: quatenus autem diuersum per proprietatem corporis, ad vtero gestandos fœtus, & seruandam domum. Volo autem, inquit Apostolus, vos scire, quod cuiusuis viri caput est Christus, caput autem mulieris vir. Non est enim vir ex muliere, sed mulier ex viro. Sed neque mulier est separata à viro, neque vir separatus à muliere in Domino. Sicut enim virum esse temperantem, & vincere voluptates oportere dicimus: ita etiam mulierem censuimus oportere esse temperantem, & in pugna aduersus voluptates exercitatam. Dico autem, spiritu

tem, spiritu ambulate, & desideria carnis non feceritis, præceptum consulit Apostolicum. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, Spiritus autem aduersus carnem. Hæc ergo opponuntur, non ut malum bono, sed ut quæ pugnant utiliter. Subiungit itaque: Ut non quæ volueritis ea faciatis. Manifesta enim sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, idolorum cultus, veneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, ira, rixa, dissensiones, sectæ, inuidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, quòd qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, constantia, bonitas, fides, mansuetudo. Carnem, ut existimo, peccatores, ut spiritum iustos dixit. Iam verò assumenda est fortitudo & magni animi virtus, pro animi fiducia & pro tolerantia, ut ei qui pulsat maxillam porrigatur alia, & ei qui aufert pallium, cedatur etiam tunica, iram coërcendo fortiter. Non enim Amazones aliquas ad bellicam virtutem exercemus fæminas, cum etiam velimus homines esse pacificos. Audio autem mulieres quoque Sarmaticas, non minus belligerari quàm viros: & alias Sacides, quæ à tergo sagittant, simulantes fugere, æque atque viri. Scio etiam fæminas Iberiæ propinquas, & factis & laboribus virilibus vtentes, etiamsi vterum gestent & iam parturiant, nihil de ijs quæ sunt agenda remittere, sed sepe in ipsa laborum contentione, mulier quæ peperit, infantem sublatum domum portat. Iam ergo mulieres, non minus quàm masculi, & domum custodiunt, & venantur, & greges pascunt.

Acriter & cerui vestigia Cressa secuta est.

Est ergo philosophandum mulieribus similiter atque viris, etiamsi præstantiores masculi primas in omnibus partes ferant, nisi euaserint molles & effæminati. Vniuerso ergo hominum generi necessaria est disciplina & virtus, si quidem tendant ad felicitatem. Quomodo autem non temerè variè scribit Euripides, aliquando quidem, Est quæuis viro coniux deterior, etiamsi optimus ducat probatissimam; aliquando autem: Quæuis mulier pudica est viri serua. Quæ non est autem pudica, eum qui vnà versatur superat amentia.

Nam non est melius nec præstantius vllum,
Concordes quàm cum in tecto versantur eodem
Vir simul & mulier.

Caput ergo est id quod principatum obtinet. Si est autem Dominus viri caput, mulieris autem vir, vir est Dominus uxoris, ut qui sit imago & gloria Dei. Quocirca dicit etiam in epistola ad Ephesios, subiecti inuicem in timore Dei. Mulieres suis viris subiectæ sint, sicut Domino, quoniam vir est caput mulieris, ut etiam Christus caput ecclesiæ, ipse Saluator corporis: sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita etiam mulieres propriis viris in omnibus. Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam. Ita etiam viri debent diligere suas uxores, ut sua corpora. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim carnem suam vnquam odio habuit. Iam verò in epistola quoque ad Colossenses inquit: Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet in Domino. Viri diligite uxores, & nolite esse amari in illas. Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim beneplacitum est in Domino. Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, tanquam hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Dominum. Et quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Domino seruientes, & non hominibus, scientes quòd à Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino enim Christo seruitis. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit: & non est personarum

Vu ij

acceptio apud Deum: Domini, quod iustum est & equum, seruis præstate, scientes quod & vos Dominum habetis in cælo, ubi non est Græcus nec Iudæus, circumcisio & præputium, nec Barbarus nec Scythæ, nec seruus nec liber, sed omnia & in omnibus Christus. Cælestis autem ecclesiæ imago est terrestris. Quocirca præcamur etiam in terra fieri voluntatem Dei sicut in cælo, induentes viscera miserationis, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem, lenitatem, sustinentes nos inuicem, & condonantes nobis inuicem, si quis aduersus aliquem habeat querelam, sicut Christus condonauit nobis, ita & nos. Super hæc omnia autem Charitas, quod est vinculum perfectionis, & pax Christi premium ferat in cordibus nostris, ad quam etiam vocati estis in uno corpore, & grati estote. Nihil enim vetat quo minus sæpe eadem adducatur scriptura, ut pudeat Marcionem, si qua fortè ratione persuasus mutetur, sciens oportere fidelem esse gratum in opificem qui nos vocauit, & nobis Euangelium annunciauit in corpore. Ex his ergo nobis est aperta quæ est ex fide unitas, & ostensum est quis sit perfectus. Quare vel inuitis aliquibus & valde resistentibus, etiamsi à marito vel à Domino impendeant supplicia, philosophabitur seruus & mulier. Quinetiam liber quoque, etiamsi tyrannus ei mortem minitetur, etiamsi ducatur ad iudicia, & trahatur ad vltima supplicia, & de facultatibus ac fortunis suis omnibus veniat in periculum, nullo modo abstinebit à pietate & vero Dei cultu, neque ab eo unquam dissentiet: mulier quidem quæ cum malo marito habitat, filius autem si malum habeat patrem, vel improbum dominum seruus, forti ac generoso animo virtutem persequentes. Sed ut viro pulchrum & honestum, & pro virtute, & pro libertate, & pro seipso mori, ita etiam femina. Non est enim hoc proprium masculorum naturæ, sed bonorum. Et senex ergo & iuuenis, & mulier & seruus mandatis obediens fideliter viuet, & si opus fuerit, morietur, quod quidem fuerit per mortem viuificari. Scimus quidem certè & filios & mulieres & seruos sæpe inuitis parentibus & maritis & dominis euasisse optimos. Non minus ergo prompto & alacri animo eos esse oportet qui piè vitam sunt acturi, cum visi fuerint aliqui eos arcere: sed multò magis conuenit contendere & egregiè decertare, ne victi excidant ab optimis & maximè necessarijs consilijs. Neque enim existimo ullam admittere comparationem, vtrum sit melius adscribi in consortium omnipotentis, an demonum tenebras eligere. Quæ enim à nobis aguntur propter alios, ea semper egerimus, ad illos conantes respicere propter quos videntur fieri, mensuram esse dicentes id quod est illis gratum. Quæ autem propter nos ipsos potius quàm propter alios aguntur pari studio à nobis fiant, siue videantur aliquibus placere, siue non videantur. Quod si nonnulla ex ijs quæ sunt indifferentia, tantum honorem sunt affecuta, ut etiam aliquibus inuitis videantur esse expetenda ac eligenda, multò magis existimandū est esse pro virtute decertandū, non aliquid aliud respiciendo, quàm id quod rectè honestèque geri potest, siue id aliquibus alijs videatur, siue non. Pulchrè ergo Epicurus quoque dicit, scribens ad Menæceum: Nec si sit aliquis iuuenis, differat philosophari: neque si sit senex, de fatigetur philosophando: nam neque aliquis est immaturus, neque nimis prouecta & exhausta ætatis, ad adipiscendam animi sanitatem. Qui autem dicit nondum esse vel præterisse tempus philosophandi, similis est ei qui dicit ad beatitudinem, vel nondum adesse tempus vel tempus præterisse. Quare ut iuniori philosophandū est & seni: huic quidem ut senescens iuuenescat bonis, per gratiam eorum quæ facta fuerint: illi autem, ut sit simul iuuenis & senex, per futurorum metus vacuitatem.

COMME N-

COMMENTARIVS.

Quicunque autem Seruatoris mandata exequentur. Dixit summam esse beatitudinem propter Christum mortem contemnere, & morte illius esse Martyrem seu testem: nunc autem dicit eum demum esse Martyrem qui Deo credit, & eius mandata exequitur. Ipsa enim Dei mandatorum executio, de eo cuius mandata exequitur fert testimonium. Deinde exponit quænam mala sequantur & incommoda, si non seruentur præcepta. Qui quæ se seruaturum promiserat mandata non seruat, Domino mentitur, Dominum abnegat, se sua spe frustratur, quod enim sperat non assequitur qui non implet quod promiserat. Dominum autem negans, seipsum quoque negat, neque enim fieri potest, ut ipse consistat qui rerum omnium Domino suum tollit dominium, à quo ipse quoque pendet & cui nititur, & sine quo nec potest viuere, nec frui luce: ipse enim Dominus est lux & vita. Qui est eiusmodi, is plane est hypocrita & infidelis, ut qui se Christianum quidem inscribat, nihil autem minus sit quam Christianus, ut qui Christo non credat, nec fidem habeat. Quam male autem sibi consulat ex hoc potest intelligi, quod cum Dominum non diligit, nec seipsum quidem diligit, & ipse suæ propriæ salutis aduersatur. Qui autem seipsum diligit, Dominum quoque diligit, & confitetur Dominum qui est salus, ut saluam suam faciat animam. Præclara quidem res est pro proximo mori propter charitatem: sed & Seruator est noster propinquus, est enim Deus appropinquans, & is etiam cui datur salus, est propinquus, ea enim ad se inuicem referuntur. Seruat ergo Seruator hominem qui est suus proximus. Homo autem qui est etiam Dei propinquus, mortem eligit propter vitam, id est propter Deum, & propter seipsum potius patitur, quam propter illum, moritur enim ut uiuat, & quæ sunt contraria contrarios operantur effectus. Misericordia autem hominibus. Non solum ex sacris scripturis, sed etiam ex prophanis scriptoribus intelligitur, quod sanguine fuso suscipitur martyrium non esse fugiendum, nam id quidem est ianua mortis: dum enim de Domino fertur testimonium, mors aditur, sed ea ipsa mors est veræ vitæ, nempe æternæ & immortalis, initium: vita enim præsens est potius mors censenda, quam vita. Id testantur & beatorum præmia, & malorum supplicia, de quibus multa scribuntur in sacris literis, & quorum meminerunt etiam Græci scriptores, quæ miseri homines non considerant. Ex his Græcis scriptoribus primam recenset Theano Pythagoricam virginem, quæ lyrico carmine scripsit elegantissimè, eorum autem quæ dicit hic videtur esse sensus: Si anima non esset immortalis, qui malè se gesserunt, essent hic tanquam in conuiuio, magnum autem lucrum facerent, cum superueniente morte animæ ab omni pœna essent liberæ: sed cum sit anima immortalis ea suorum peccatorum pœnas non effugiet. Deinde citat Platongem ex Phædone, in quo agit de immortalitate, sed paucis, quoniam liber est prolixus. In eo autem probat Socrates, mortem non esse animum à tota vniuersitate liberationem, sed à corpore separationem, eamque vel præmia consequi pro meritis, vel pœnas luere pro peccatis. Non est ergo cogitandum. Ex his infert Clemens non esse assentiendum Æschylo Tragico apud quem dicit Telephus esse vnicam & simplicem viam quæ ducit ad inferos, esse enim multas vias quæ ad eos ducunt, sicut etiam sunt multa peccata quæ ibi puniuntur. Errabundos hos, ut est verisimile. Ex Aristophane Comico & Epicharmo ostendit qualis sit vita hominum maxime infidelium, ut inde intelligatur quanti sit faciendum martyrium, quod à vita tam breui & misera ad vitam nos ducit æternam & beatam. Nobis autem dicit Seruator. Infirmos & imbecillos esse homines viderunt quidem etiam Poëtæ Græci Aristophanes & Epicharmus, quod ad mortem fortiter obeundam & suscipiendum martyrium magnum affert impedimentum. Vidit id quoque, sed longè melius Christus, qui carnem quidem dicit infirmam, sed promptum spiritum. Quo fit ut carnis non obftet imbecillitas, quominus strenuè mors subeatur & fortiter feratur martyrium. Est quidem prudentia carnis Deo inimica, ut quæ sit mollis eneruata & effæminata, nec pro Dei nomine, gloria & honore præclara aggredi audeat, neque eius legi pareat, atque adeo ne parere quidem possit quatenus est caro, quæ à Deo, qui est spiritus, est plane aliena. Quo fit ut qui sunt in carne, nisi habeant spiritum qui à Dei spiritu agatur, Deo placere non possint. Neque tamen caro censenda est mala, quæ à Deo creatore est condita qui est bonus, neque assentiendum est hæretico Marcioni Pontico, qui malum Creatorem & creaturam dicebat esse malam. Nec caro est mala, nec corpus malum, nisi quatenus sunt mortua propter peccatum. Quod si Christus est in nobis, viuunt spiritus propter iustitiam. Quo fit ut carne à spiritu absorpta, per Dei spiritum fiat homo spiritualis, & non amplius per carnem viuunt, sed per spiritum. Qui autem per spiritum viuunt, non est moriturus, sed & ametur, & in eum speretur. Oportet enim ut & eum esse credas, de quo fertur testimonium, & cum eum esse bonum credas, necesse est ut diligas. Quem bonum autem esse credis & diligis, de eius promissis minime dubitabis. Quod certius autem ea expectabis, eò facilius feres quæ sunt patienda propter iustitiam, cum non possit deesse quæ proponitur remuneratio. Et si quis altercans dicat. Respondet tacita quæ fieri posset obiectioni. Nam cum multa sint patienda, caro autem sit infirma, & nos inuadant maligni spiritus, quos vocat Paulus spiritualia nequitia, dubitari posset quomodo eis possemus resistere, responderet Clemens nos eis resistere quod Deum habeamus adiutorem. Quæ patienda inferuntur esse veluti quædam per ignem probationes, quæ tantum abest, ut nobis debeant esse molesta & graues, ut etiam iucunda esse debeant, quod per eas communicamus Christi passionibus. Communicamus autem, quod pro eo qui pro nobis mortem est perpeffus probra patiamur & contumelias, atque adeo morte afficiamur tanquam oues quæ occiduntur. Ea cum pro Christi nomine patiamur, exultare debemus, quod quando reuelanda est eius gloria, nempe in eius aduentu, super nos requiescet eius spiritus, qui pro vita mortali vitam reddet immortalem & æternam. Sunt hæc quidem difficilia, sed victores euadimus propter eum qui nos dilexit: dilexit autem cum nos sua morte à peccato liberarit, morte, & Cacodæmone. Ex mente sed mea. Exemplo mulierum quæ citantur in Tragedijs, docet fortiter esse ferendos labores & tormenta in ferendo pro Christo martyrio. Nam si hoc fecerunt mulieres pro hominibus, quanto magis viri pro Christo? Sunt autem posteriores quidem versus in Antigone Sophoclis, in qua Antigone dicit audacter se non parituram esse

Creonti qui edicto cauerat ne sepeliretur frater eius mortuus in bello. Cuiusnam autem Tragici sint priores versus fateor me ignorare. Sunt certe cuiusdam fortis mulieris, quæ nullis tormentis se adigi posse dicit, ut arcana aperiret quæ Tyrannus volebat extorquere. Et merito quidem dicit Antigone se non paruisse Creonti, qui impia iubet: sed nos oportet parere iis quæ Deus iubet, Deus enim est corde credendus & ore confitendus, ut salutem consequamur. *Dicit itaque scriptura.* Si salutem autem consequitur is qui Dei preceptis, & qui Deo corde credit & ore confitetur, non est quod quenkam pudeat quod crediderit, & Deum fuerit confessus. Est ergo ad salutem fides necessaria, & Dei confessio. Sed non sufficit fides & Dei confessio, nisi accedat virtus, quæ magno labore parata magnam parit gloriam. Dicit itaque Simonides Poeta, virtutem habitare in rupibus aditu difficilibus, non facile enim attingitur, celeremque & in altum volantem tenere castum locum, nullus enim est locus virtutis cum voluptate & libidine: virtutem certe ij demum vident, qui sudant & laborant, iramque refrænant, suntque magno & excelso animo. Ita etiam Pindarus dicit, iuuenum curas complicatas cum laboribus inuenire gloriam. Ad inueniendam ergo gloriam opus est cura & labore. Piger autem & ignauus semper est ingloriosus. Hinc est quod cum cura, & labore, & industria inuenta gloria, in lucem exeunt præclara & illustrata facinora. Recte ergo dicit Æschylus, ei qui laborat deberi gloriam quæ est filia laboris. Nulla autem sunt præclariora & insigniora facinora, quam quæ mortem obeundo eduntur: suntque ea facta veluti quædam facta à diuina constituta prouidentia. Cum ergo sint præclara quæ morte eduntur facinora, mors minimè est timenda, quam qui timeret, is est seruus mortis, neque magno & excelso animo esse potest. Non vult autem Deus nos esse timidos tãquam seruos, sed magno & forti animo esse præditos, ut qui habeamus spiritum virtutis & dilectionis & modestiæ, quo vitiis omnibus & sceleribus resistamus, & omnes Dæmonis insultus & tétationes propulsemus. Fortis quidem certe est, inquit Solomon, ut mors dilectio. Quod si mors non est timenda per quam eduntur præclara virtutis facinora, & de Christo insignia feruntur testimonia, multominus est erubescendum, si, ut Diuus Paulus, pro eius nomine coniciamur in vincula. *Indorum philosophi dicunt Alexandro.* Labore parari gloriam superius dixit Clemens. Nunc autem dicit nullis cruciatibus & tormentis cogi posse sapientem & iustum, ut faciat quod nolit, eum enim semper esse liberum & nõquam desinere esse beatum. Hoc ut probet, affert quæ Alexandro magno minanti responderunt Gymnosophystæ, qui etiam ignem qui est cruciatus maximus, dixerunt se contemnere: Heraclitus verò se cæteris omnibus dicebat vnã præferre gloriam, quã magnificiunt quidem sapientes, vulgus autem nihil facit, quod hoc vnum sibi proponit, ut se expleat & exfatiget voluptatibus corporis, non secus atque bestia. Multi pro corpore inanes suscipiuntur & expetuntur labores, quos tãtum abest, ut expetatur Christianus, qui veterem hominem crucifixit ut moriatur peccatum, & fiat homo nouus, ut probra etiam, ignominias, afflictiones & tormenta despiciat. Quod ipsum quoque viro iusto tribuit Plato, quem dicit esse beatum etiam si torqueatur, & oculi ei effodiantur. Qui est Christianæ scientiæ cognitione præditus, non sibi constituit finem in vita temporalis (ita enim vocat animam) sed in eo quod sit semper sælix & beatus, & Regis, summi inquam Dei, amicus. Erit autem huiusmodi recte & ex virtute viuens. Qui ita se gerit, is beatus semper est futurus quidquid ei acciderit, eritque semper liber, & à charitate in Deum nunquam separabitur quæ omnia sustinet, & omnia suffert, credit enim omnia rectè cessura quæ diuina administrat prouidentia. *Rogo ergo vos, inquit, imitatores.* Non video quomodo hæc satis cohæreat præcedentibus, nec satis intelligo quid sibi velit, primus gradus corporis, nec secundus gradus, nec tertius. Fortasse autem non reliquit græcè scriptum *ὁρῶμαι*, id est corporis, sed *ἡρώστος*, id est cognitionis, quod si ita scribatur, hic forte erit sensus. Primus cognitionis gradus, est doctrina coniuncta cum timore. Propter eam doctrinam abstinemus ab iniuria: cum enim quid sit bonum & honestum didicimus, timemus autem ne si iniuriam faciamus pœnas demus, ea doctrina nos prohibet ab iniuria. Secundus gradus cognitionis est spes, propter quam desideramus. Quando enim didicimus quæ sint præmia virtutis, & speramus fore ut ea assequamur, optima desideramus, per spem enim expectamus ea quæ desideramus. Tertius gradus cognitionis est, quæ cum Deum & proximum diligendum esse docuit, ex ea cognitione omni virtutis genere hominem reddit perfectum & absolutum. Hi quidem sunt tres gradus cognitionis quæ est apud Christianos, Græci autem non doctrina quæ verbo seu ratione nititur, cum necessitati seu facto omnia tribuunt, confitètur se vel inuitos parere fatis, nec aliquid habere in sui arbitrij potestate. *Omnia quidem certe licent.* Diuinæ quidem verbi cognitionis fundamentum est fides, spes & charitas, quod qui habet, ei videtur nihil deesse. Nam qui in Deum credit, & vitam sperat æternam, Deumque diligit, & propter eum proximum, nihil videtur in eo desiderari. Videtur itaque esse liber & omnia sibi posse permittere, sed non solum sui, sed etiam alterius est habenda ratio. Sunt quædam quæ videntur *ἀδελφῶν*, nempe indifferentia, & quibus uti possimus indiscriminatim, & tamen eis uti non licet, si id non fiat citra offensionem alterius. Immolatis uti licet, iis enim vesci licet ut quæ sint à Deo creata, sed si offendatur infidelis, quod immolatis vescatur fidelis, ut qui à Dæmonibus non abhorreat, abstinendum ei est ab immolatis. Omnis quidem cibus est mundus, nec est vllus immundus qui cum gratiarum actione comeditur, non licebit tamen ei carnem comedere, cui certis diebus ieiunium ecclesia indixerit, vel qui ex iusta causa ab aliquo cibo abstinentiæ voto se obstrinxerit. Quinetiam ab aliquo cibo quo vesci licet est abstinendum, si is offendatur qui ipsum comedentem viderit. Et ita abstinetur non propter suam, sed propter alterius conscientiam: sunt enim omnia referenda ad Dei gloriam. In carne ita viuamus oportet, ut carni non obtemperemus, Christo nomen dedimus, & sub eo militamus. Arma itaque nostra eiusmodi sunt oportet, ut omnia contendant destruere quæ Deo aduersantur. *Nam non solum Alopj & Macedones.* Cum hic agatur de martyrio, Christi autem Martyres fortiter ferrent tormenta, Clemens suo more Christianis subiungit externa, & adducit tum nationum, tum etiam singulorum aliquot exempla patientiæ. Dicit ergo Alopj & Macedones & Lacones fortiter tolerare tormenta. Sed quisnam hoc dicat de Alopj qui sunt populi Bæoriæ, non meminime legere, sed neque de Macedonibus legi quod publica esset eorum patientia. Sed nobilis pueri Macedonis miram legi fuisse patientiam, qui cum sacrificanti Alexandro præsto esset, & in eius brachio carbo

ardens delapsus esset, & adusti corporis odor ad adstantium nares perueniret, tamen & dolorem silentio pressit, & brachium immobile tenuit, ex eo tamen colligi potest patientes fuisse Macedones. Quod autem patientes fuerint Lacedæmonij satis arguit patientis epitheton quod eis tribuit Horatius:

*Me, inquit, nec tam patiens Lacedæmon,
Nec tam Larissæ percussit campus opime.*

Horat. lib. 1.
Carm.

De mira autem eorum patientia, & quam fortiter ferrent tormenta in furto deprehensi, vide apud Cælium Rhodig. Quos autem citat auctores Clemens referentes exempla patientiæ, ij hodie non exstant, sed eorum meminerunt etiam nostri scriptores. Sed Pauli Lacydis familiaris nescio an sit vllus qui meminerit, de eo ergo sit fides penes Clementem: sed neque Posthumi Romani capti à Peucetione. Suspicio autem locum esse corruptum, & pro, Quinetiam Posthumi Romanus captus à Peucetione, esse legendum; Quinetiam Q. Mutius Romanus à Pæsona &c. *Dicitur autem gens barbara.* Xamolxis Geta seruiit Pythagoræ Samio, ab eo doctus, & in Ægyptum deductus summus euasit Philosophus. Domum reuersus in tanta fuit autoritate ut Regi esset à consiliis, & à Geris, quos barbaram gentem vocat Clemens, pro Deo sit habitus. Hæc quidem à multis scripta sunt, sed quod eligeretur legatus qui ad eum mitteretur, mittendus autem mactaretur, egrè ferentibus Philosophis quod eis mandatum non fuisset beatum hoc ministerium, non facile apud alium inuenietur. *Plena est ergo tota Ecclesia.* Socrates apud Platonem appellat Philosophiam meditationem mortis: sed apud Græcos non omnes philosophantur. In Christiana autem ecclesia omnes meditantur mortem quæ ducit ad Christum per Martyrium, & ita omnes philosophantur, etiam qui sunt absque literis, neque quod ad virtutem attinet vlla est differentia inter Græcum & barbarum, seruum & liberum, senem & puerum, virum & scæminam. Scæminam quidem à viro distinguit sexus, non natura, uterque enim est homo, nec virtus ut temperantia & iustitia quæ est in vtroque. Scæminæ est vterum gerere, & parere, non viri. Si idem esset vir & scæmina, vterque idem ageret & pateretur, quod non fit propter sexus diuersitatem: sed quatenus est homo in natura & virtute, nulla est diuersitas. *Volo autem, inquit Apostolus.* Viri & mulieris eadem est natura & virtus, & tamen sicut Christus est caput viri, ita etiam vir est caput mulieris: Caput autem est quod tenet principatum. Merito autem vir tenet principatum, quoniam non est vir ex muliere, sed mulier ex viro. Quamuis autem vir teneat principatum, & viro subiecta sit mulier, in Domino tamen neque vir separatus est à muliere, neque mulier à viro. In Domino, inquam, id est in Christo: in Christo enim baptizati & Christo induti, eandem habent naturam & eandem virtutem. Nam & vir est temperans & itidem mulier, & in vtroque est fortitudo, non virtus quidem bellica, qualis erat in Amazonibus, & Sarmaticis & Sacidibus, sed patientia & tolerantia qua æquo animo feruntur iniuriæ. In vtroque autem, nempe & in viro & in muliere, & spiritus est & caro, quæ viro respondent & mulieri. Idem autem est spiritus quod ratio, caro autem idem est quod appetitio: ut autem vir dominatur, ita etiam ratio imperat. Non sunt autem inter se contraria ratio & appetitio, licet inter se bellum gerant. Concupiscit spiritus seu ratio aduersus carnem, id est appetitionem seu concupiscentiam, & caro id est appetitio aduersus rationem: Est autem hæc pugna vtilis. Nihil est enim quod homini maiorem afferat noxiam, quam si spiritus seu ratio superetur à carne, id est à concupiscentia. Ita autem se gerere ut spiritus seu ratio imperet, seruiat autem cupiditas, vocat Paulus ambulare spiritu. Ut autem sciamus quidnam sit ambulare spiritu, id est, sequi institutum rationis, enumerat Paulus opera carnis, quæ qui agunt regnum Dei non possunt possidere, & fructus spiritus qui colliguntur, dum reprimuntur opera carnis. Per carnem ergo & eius opera intelliguntur peccatores, per spiritum autem & eius fructus intelliguntur viri iusti: iusti autem sunt qui non faciunt quod iubet libido, sed quod iubet spiritus. Peccatores autem sunt qui faciunt quod volunt. Facere enim dicuntur quod volunt, quorum libidinem nulla refrænat ratio. Quoniam autem dixerat, in vtroque, nempe in viro & muliere esse fortitudinem, & eam non esse bellicam, sed eam esse patientiam & tolerantiam, ne existimaret quispiam, non esse etiam mulieres in bello fortes, adducit etiam mulieres, quarum fuit magna in bellis fortitudo, & quæ non minus bellum gerunt quam viri. Eæ sunt Amazones, Sarmaticæ, & Sacides quæ erant ex gente Scytica. Sunt etiam mulieres vicinæ populis Iberiæ, quæ nec dum vterum gestant, nec postquam pepererunt à bellicis laboribus abstinere, imò verò recens natum infantem secum asportant. Non solum autem tantquam viri belligerantur mulieres, sed agunt quæcûque viri, ut quæ domum custodiant, & venentur, & gregis pascendi fungantur officio. Quamuis autem sint viri excellentiores scæminis, & primas partes ferant nisi sint nimis effæminati, philosophantur tamen etiam mulieres, & quicunque vult peruenire ad æternam sælicitatem, ei est necessaria virtus & disciplina. *Quomodo autem non temere.* Multis iisque variis versibus docet Euripides mulierem esse viro deteriorem, licet ipse optimus mulierem duxerit probissimam. Est etiam eiusdem alius versus qui docet mulierem pudicam ita se debere gerere, ut seruiat marito, ut quæ nunquam supra eum se efferat, impudicam autem eo ipso quod sit impudica, suam arguere amentiam, & se esse amentiosem eo qui cum ipsa versatur, nihil enim est quod mulierem magis stultam ostendat quam impudicitia. Impudicitia quidem certè est vituperanda & in viro & in muliere, sed plus in muliere. Ideo autem vituperatur impudicitia, quod cum nihil sit melius mariti & vxoris concordia sub eodem tecto, concordia esse non potest vbi est impudicitia. *Ex his ergo nobis est aperta.* Ex iis quæ dixit concludit, & veluti quendam breuem facit epilogum, quod cum fide vnum sint qui credunt, & inter masculum & scæminam, Græcum & Barbarum, & liberum & seruum nulla sit distinctio, sunt enim vnum in Christo, aperta sit vnitas quæ est ex fide, cui addita spe & charitate, ex iis existit perfectio. Quod si alteruter eorum sit malus, & ut qui sit hostis fidei, minis, iudiciis & extremis suppliciis à fide conetur auellere, nunquam à vera abducet religione: qui enim mandatis obedit, fideliter viuit, & tantum abest ut intentata morte terreatur, ut mortem existimet viuificationem, nec immeritò, cum mors non sit dicenda quæ sit transitus ad vitam æternam quæ est vera vita, est autem mors illa, qua transitur ad vitam æternam, martyrium seu testimonium fidei. Nec malus autem pater, nec malus coniux, nec malus Dominus possunt impedire quominus & filius, & vxor, & seruus, optimi euadant. *Non minus ergo prompto & alacri animo.* Quo plura

Cel. lect. antiq. lib. 18.
cap. 1.

Can. 8.

1. Cor. 13.

Valer. Max.
De patient.
in externis.

impedimenta afferuntur, & quo magis prohibentur qui pie volunt viuere, eo magis est contendendum ne à suis bonis institutis excidant. Bonum autem pij viri institutum est ad vitam aeternam contendere: vitam autem aeternam assequi, est admitti in consortium Dei omnipotentis. Qui hoc agit, non propter se agit, sed propter Deum. Est autem citra comparationem melius, Dei consortium eligere quam Daemonis tenebras. Qui autem Dei consortium expetit propter alium agit: qui autem Daemonis tenebras, propter se agit. Qui propter alium agit, eo suam metitur actionem, quod velit esse gratum id quod agit, illi propter quem agit. Qui propter se agit, nihili facit placeant ne an non placeant quae agit. Sunt autem ea indifferentia, quae nonnulli tantum faciunt, ut velint nolint alij, eis videantur expetenda & eligenda. Quod si ea quae sunt indifferentia sunt expetenda & eligenda, quanto magis decertandum est pro virtute, non alio respicietes, quam ad bona & honesta opera, quidquid de iis sentiant alij. Propter se autem agi dicuntur, quae sunt ut voluptati & libidini seruiantur. Propter alium autem ut puta propter Deum, aguntur, quae sunt ut bona opera Deo propter quem fiunt, grata sint. Indifferentia autem sunt quae nec sunt bona nec mala, sed pro rerum & circumstantiarum varietate aliquando sunt bona, aliquando mala. ^v Pulchrè ergo Epicurus dicit scribens. Dixit ante Clemens quamlibet aetatem esse aptam ad Christianam discendam Philosophiam. Nunc autem dicit idem quoque dicere Epicurum de Graeca Philosophia, cuius discenda, nunquam dicendum, nec tempus nondum venisse, nec praeteriisse. Ad assequendam animi sanitatem quam docet Philosophia, nemo est nec immaturus, nec nimis prouectus. Qui secus dicit, similis est illi qui dicit beatitudinis nondum esse tempus vel praeteriisse. Senex autem dum discit, per ea quae facta fuerint iuuenescit: iunior autem discens, simul est & iuuenis & senex. Nam cum adhuc iuuenis habeat quae didicit, non est quod futura timeat.

v. ^v DE martyrio autem seu testimonio aperte dixit Dominus (ea autem simul aperte coniungemus quae diuersis in locis scripta sunt) Dico autem vobis, quicumque in me confessus fuerit coram hominibus, filius etiam hominis confitebitur in eo coram Angelis Dei. Qui autem me negauerit coram hominibus, negabo ipsum coram Angelis. Quem enim mei vel meorum verborum puduerit in hac generatione adultera & peccatrice, filium quoque hominis eius pudebit, quando venerit in gloriam patris sui cum Angelis suis. Quicumque ergo in me confessus fuerit coram hominibus, ego quoque in eo confitebor coram patre meo qui est in caelis. Cum autem induxero vos in synagogas & ad magistratus & potestates, ne prius solliciti sitis quomodo respondeatis, aut quid loquamini. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid loquamini. ^b Hunc locum exponens Heracleon, cuius in schola Valentini fuit maxima existimatio, his verbis dicit confessionem quidem unam esse fidei & vitae institutione, alteram vero voce. Atque quae sit quidem voce confessio, sit etiam apud potestates, quam solam, inquit, multi non recte confessionem esse existimant. Possunt autem hac confessione uti etiam hypocrite: sed nec haec oratio inuenietur dicta esse uniuersè & generaliter. Non enim omnes qui salui sunt, ea confessione quae voce fit usi sunt, & excessere, ex quibus est Matthaeus, Philippus, Thomas, Leuis & alij multi. & est quae voce fit confessio, non uniuersa & generalis sed singularis. Uniuersam autem & generalem nunc dicit eam quae fit factis & operibus, & quae est in ipsum fidei congruentibus. Hanc autem confessionem sequitur etiam singularis quae fit apud potestates, si opus fuerit, & ratio impulerit. Nam in voce quoque recte confitebitur, cum affectione prius recte fuerit confessus. Pulchrè autem in iis qui confitentur quidem, In me, dixit: in iis autem qui negant, adiecit illud, me. Nam etsi ij ipsum voce confessi fuerint, ipsum negat, actione minime confitentes. Ij autem soli in ipso confitentur, qui in ea quae est in ipsum confessione & actione viuunt, utpote quod & ipse iis complicitur quae confitetur, & ab ipsis teneatur. Quocirca nunquam potest seipsum negare. Eum autem negant qui non sunt in ipso. Non enim dixit, Qui negauerit in me, sed me. Nullus enim unquam qui est in ipso, eum negat. Illud autem coram hominibus, & iis qui salui sunt, & etiam gentilibus similiter, apud alios quidem vita institutione, apud alios vero etiam voce. Quamobrem nunquam possunt ipsi eum negare: eum autem negant qui non sunt in ipso. ^c Haec quidem Heracleon: & in aliis quidem videtur nobiscum sentire in hac parte. Illud autem non aduertit, quod etsi non actione aliqua & vita confessi sunt Christum coram hominibus, eò tamen quod voce confiteantur in iudiciis, & usque ad mortem cruciati non negent, ex affectione credidisse cernuntur.

cernuntur. Confitens autem affectio, & maxime quae ne morte quidem mutatur, omnia vitia quae gignuntur per cupiditatem corporis, omnino rescindit. Est enim, ut semel dicam, repente accumulata per actionem poenitentia, & vera in Christum confessio, voce testificante. Si autem spiritus patris in nobis testificatur, quomodo sumus adhuc hypocrite, quos dixit sola voce testari? Dabitur autem aliquibus si expediat respondere ac defendere, ut & per testimonium & confessionem omnes iuuentur, dum confirmantur quidem qui sunt in ecclesia, admirantur autem & ad fidem deducuntur, qui ex gentibus salutem curiosè quaesierint, reliqui autem stupore afficiuntur. Quamobrem oportet omnino confiteri, id enim situm est in nostra potestate: respondere autem & defendere, non omnino. Non est enim hoc quoque situm in nostra potestate. Qui autem sustinuerit in finem, is saluus erit. Nam quis ex iis qui sapiunt, non elegerit potius in Deo regnare, quam seruire? Deum ergo confitentur quidem nosse, ut ait Apostolus, factis autem negant, cum sint abominandi, & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. Illi autem etsi hoc solum confessi fuerint, aliquod unum bonum effecerint in fine. Videtur ergo Martyrium esse expurgatio peccatorum cum gloria. ^d Iam verò dicit pastor: Effugietis operationem ferae agrestis, si cor vestrum fuerit mundum & ab omni reprehensione alienum. Quinetiam ipse Dominus, Expetiuit, inquit, vos Satanas ut cribraret, ego autem rogavi. Solus ergo Dominus propter eorum qui ei insidiabantur hominum, & infidelium expurgationem, bibit calicem. Quem imitantes Apostoli, ut qui reuera essent cognitione praediti & perfecti, pro ecclesiis quas fundarunt passi sunt. Sic ergo ij qui sunt cognitione praediti & vestigiis insistentes Apostolicis, debent ita se gerere ut in eos non cadat peccatum, & propter dilectionem in Dominum, diligant etiam proximum, ut si casus aliquis pro ecclesia euocet, citra offensionem patientes afflictiones bibant calicem. Quicumque autem factis quidem in vita, verbis autem in iudicio ferunt testimonium, & spem expectantes, & timorem reformidantes, ij sunt meliores iis qui solum ore confitentur salutem. Quod si quis etiam transierit ad charitatem, is reuera est beatus & germanus testis, ut qui sit perfectè confessus, & praeceptis & Deo, per Dominum, quem diligens significauit esse fratrem, totum seipsum tradiderit, propter Deum, tanquam depositum, gratè & amanter reddens hominem qui exigitur. ^e Cum rursus autem dixerit, Quando persecuti vos fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam: non suadet fugere, tanquam malum sit pati persecutionem: nec ut mortem extimescentes, iubet nos eam fuga declinare. Vult autem nos nulli esse autores, nec alicuius mali causae adiutores, nec nobis ipsis, nec ei qui persequitur, nec ei qui interimit. Denunciat enim quodammodo ut caueat. Qui autem non obedit, est audax & temerarius, & inconsultè in manifesta se pericula coniciens. Si autem qui hominem Dei interimit in Deum peccat, is quoque eius cadis reus tenetur qui se offert iudicio. Is autem fuerit qui non vitat persecutionem, se capiendum praebens per audaciam. Is est, qui quantum in se est, iuuat improbitatem eius qui persequitur. Quod si etiam ipse causam praebens, feram planè irritet, similiter etiam si praebet aliquam causam pugnae, vel damni, vel iudicij, vel inimicitiarum, is occasionem praebuit persecutionis. Et ideo iussi sumus nihil retinere ex iis quae ad hanc vitam pertinent: sed ei qui tollit pallium, praeterea etiam dare tunicam: non solum ut permaneamus obnoxij nullis animi perturbationibus, sed ne ea vendicantes, eos qui in iudicio contendunt, in nos reddamus efferatos, & per nos eos commoueamus ut nomen maledictis appetant. At inquit: Si Deus vestri curam gerit, cur patimini persecutionem, & morte afficimini? an ipse vos eis tradit? Nos autem non sic existimamus, velle Dominum ut in casus incidamus, sed propheticè praedixisse ea quae essent euentura: fore scilicet ut propter nomen eius pateremur persecutionem, ut occideremur, & ut suspenderemur. Quamobrem noluit nos

Matth. 10.
Marc. 8.

Matth. 10.
Luc. 12.

Matth. 14.

Tim. 2.

Luc. 12.

Matth. 10.

pati persecutionem, sed ea quæ passuri sumus prius significauit, per eam quod sint euentura prædictionem, exercens ad tolerantiam, cui promisit hereditatem. Quanquam non soli, sed cum multis supplicio afficimur. At illi, inquit, cum sint malefici, iure pœnas luunt: ergo vel inuiti nobis iustitiam suo testimonio tribuunt, qui iniuste propter iustitiam punimur. Sed neque iniuria iudicis attingit Dei prouidentiam. Oportet enim iudicem in sua potestate habere sui animi sententiam, non qui instar in animatorum instrumentorum quodammodo trahatur funibus, ut qui ab externa fortasse solū causa capiat occasiones. Examinatur ergo ipse, & probatur sicut nos, in eo quod iudicat, & per eorum quæ sunt eligenda, electionem, & per patientiam. Quamuis autem non faciamus iniuriam, tamen tãquam iniuriam facientes, nos intuetur Iudex. Non enim nostra nouit, neque uult scire, quodam autem inani præoccupato abripitur præiudicio, quocirca etiam iudicatur. Nos ergo persequuntur, non ut qui nos iniustos esse deprehenderint, sed quod nos uitæ iniuriam facere existiment, eò quod simus Christiani, & ipsos inquam qui sic uitam instituimus, & alios quos adhortamur ut uitam degant similem. Cur autem, inquit, cum vos persequuntur, nihil uobis affertur auxilij? Quid enim, quod ad nos quidem attinet, nobis sit iniuria, cum morte dissoluamur ituri ad Dominum, & ueluti atatis, uitæ sustinentes mutationem? Si autem sapuerimus, iis gratias habebimus qui nobis præbuerint occasionem celeris migrationis, si testimonium feramus propter dilectionem. Si autem mali quidam homines nos multis esse uisi sumus, si ipsi quoque nouissent ueritatem, omnes quidem in uiam insiliissent, non fuisset autem electio. Sed enim nostra fides, cum sit lux mundi, arguit infidelitatem. Nam me Anytus quidem & Melitus interfecerint, nullo autem modo me læserit quispiam. Neque enim fas esse existimo, ut id quod est melius, ledatur ab eo quod est deterius, adeò ut unusquisque ex nobis secure dicat & confidenter: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Iustorum enim animæ in manu Dei sunt, & non tanget eas tormentum. Basilides autem in uicesimo tertio Exegeticôn, de iis qui in martyrio puniuntur, his uerbis hæc dicit: Dico enim, quicumque incidunt in eas quæ dicuntur afflictiones, siue cum imprudentes peccauerint in aliis lapsibus, ad hoc bonum deducuntur, benignitate eius qui adducit, cum reuera alia ex aliis crimina intententur, ne patiantur ob ea quæ mala esse certum est, & extra omnem controuersiam, neque maledictis appetiti ut adulter, vel occisor, sed accusati quod sint Christiani: quod quidem eos consolabitur, ut ne uideantur quidem pati. Si quis, qui omnino non peccauerit, accesserit ad patiendum, raram id quidem, ne is quidem aliquid patietur à paratis à potestate insidiis, sed patietur ut passus est infans qui uidebatur nihil peccasse. Deinde paulò inferius subiungit: Sicut ergo infans qui prius non peccauit, aut actu quidem in se nihil peccauit, sed quod habeat id quod peccauit, postquam coniectus fuerit ad patiendum, afficitur beneficio, ut qui lucratur multa difficilia: ita etiam si perfectus quoque qui actu nihil peccauerit, patietur, & passus fuerit, passus est similiter atque infans, in se quidem habens peccandi potestatem, non accepta autem occasione ad peccandum non peccauit: quare non est sibi imputandum, quod non peccauerit. Quomodo enim qui uult adulterium admittere, est adulter, etiamsi non consequatur effectus? & qui uult cadem facere, est homicida, etiamsi non possit occidere? Ita etiam eum quem dico non peccasse si uidero patientem, etiamsi nihil mali fecerit, malum dicam, eò quod uelit peccare. Quiduis enim potius malum dicam, quàm quod prouidet. Deinde inferius, apertè quoque de Domino dicit tanquam de homine: Sin autem his omnibus prætermisissis orationibus, accesseris ad hoc ut mihi adducta aliquarum personarum reuerentia dicas, uerbi causa, hic ergo peccauit, hic enim est passus: si permittas quidem dicam, Non peccauit quidem, sed erat infanti similis qui patiebatur. Sed si uehementius urgeas,

Pfal. 117.

Sap. 3.

tius urgeas, dicam, quemcunque hominem nominaueris, eum esse hominem, iustum autem Deum. Nullus enim est mundus, ut dixit quispiam, à sorde. Sed Basilidis fundamentum dicit animam quæ prius peccauerat in alia uita, hic pati supplicium, electam quidem, ut puniatur, aliam autem, ut quæ suo purgetur supplicio. Quomodo autem hoc uerum est, cum in nostra potestate situm sit confiteri & puniri, aut non? In eo enim qui est negaturus, soluitur ea quæ est ex Basilidis sententia prouidentia. Rogabo ergo eum in eo qui tenetur cõfessore, utrum feret testimoniũ, & punietur ex prouidentia, annon. Nam si neget, non punietur: sin autè & exitus, & quod nõ oporteat eum puniri, dicet esse interitũ eorum qui sunt negaturi, ex prouidentia, inuitus feret testimonium. Quomodo autem adhuc in cœlis reponetur gloriosissima merces ei qui testimonium tulerit, propterea quod fuerit testis? Sin autem eum qui erat peccandi potestate præditus, non fuit prouidentia uenire ad peccandum, in utroque est iniusta, & quod eum non liberet qui propter iustitiam traditur ad supplicium, & quod eum qui uolebat iniuriam facere liberauerit, cum ille quidem fecerit propterea quod uoluit, hæc uerò opus prohibuerit, & non iure ei faueat qui est peccandi potestate præditus. Quomodo autem non est uerè impius & à Deo alienus, qui diabolus quidem in Deos referat, hominem autem peccandi potestate præditum, ausus est dicere Dominum? Est enim tentator diabolus, sciens quidem quod sumus, nesciens autem an tolerabimus: sed nos uolens à fide excutere, ad se etiam conatur adducere, quod quidè est ei solum permissum, & propterea quod nos, quod ex nobis ipsis saluos esse oporteat, occasiones ex præceptis acceperimus: & propter eius probrum & ignominiam qui tentauit, & non est assecutus: & propter eorum confirmationem qui sunt in ecclesia, & propter eorum consciẽtiam qui sunt admirati tolerantiam. Si autem martyrium est retributio per supplicium: & fides quoque & doctrina, per quas est martyrium. Sunt ergo hæc quoque adiutrices supplicij, quo quidnam aliud possit esse absurdius? Sed ad illa quidem dogmata, an à corporibus in corpora migret anima, & de diabolo, dicitur suo tempore. Nunc autem iis quæ dicta sunt, hoc quoque adiiciamus. Vbi est adhuc fides, si pro luendis pœnis eorum quæ prius peccata sunt subeat martyrium? Vbi est autem charitas in Deum, eius qui propter ueritatem persecutionem patitur & sustinet? Vbi est autè laus eius qui confessus est, & uituperatio eius qui abnegauit? Ad quid autem est adhuc utilis recta uitæ institutio, morte afficere cupiditates, & nullam odisse creaturam? Si autem ut ipse dicit Basilides, unam partem ex Dei quæ dicitur uoluntate, existimamus omnia diligere, quod omnia, rationem ac proportionem conseruent ad uniuersum: alteram autem, nihil concupiscere, & tertiã nihil odisse, uoluntate Dei erunt etiam supplicia, quod quidem impium est cogitare. Neque enim Dominus passus est uoluntate Patris, nec qui patiuntur persecutionem, eam Dei uoluntate patiuntur. Nam ex duobus alterum, aut bonum quid & honestũ erit persecutio propter Dei uoluntatẽ, aut erunt infontes qui eos afficiunt & affligunt. Sed nihil fit sine uoluntate Domini uniuersorum. Restat itaque, ut breuiter dicamus, ea quæ sunt huiusmodi, euenire Deo non prohibente. Hoc enim solum seruat & prouidentiam, & Dei bonitatem. Non est ergo existimandum eum operando exercere afflictiones, neque enim hoc cogitare licuerit: sed non prohibere eos qui illas exercent, persuasum habere conuenit, & ad bonum uti audacibus ceptis aduersariorum. Destruam, inquit, murum, & erit in conculcationem, cum eiusmodi ars erudiens sit ipsa prouidentia: in aliis quidem propter sua uniuscuiusque peccata: in Domino autem & apostolis, propter nostra. Iam uerò diuinus Apostolus: Hæc enim, inquit, est Dei uoluntas sanctificatio uestra, ut uos abstineatis à fornicatione, & sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore, non in affectione cupiditatis sicut gentes quæ non norunt Dominum: & non exuperet, & per auaritiam circumscribat in

Esa. 4.

1. Theff. 5.

negocio fratrem suum, quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut vobis etiam prædiximus, & testificati sumus. Non enim vocauit nos Deus propter immunditiam, sed in sanctificatione. Itaque qui spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit nobis spiritum suum sanctum. Propter hanc ergo sanctificationem nostram, non prohibitus fuit pati Dominus. Si quis autem ex eis respondens, dicat puniri quidem Martyrem, propter peccata quæ sunt admissa ante hanc in corpus migrationem: fructum autem rursus percepturum esse vitæ quæ hic acta fuerit: sic enim constitutam esse administrationem: cum rogabimus an remuneratio fiat ex prouidentia. Nam si quidem non fuerit diuinæ administrationis, perit consilium & dispensatio expiationis, & eis suum excidit argumentum, & fundamentum eorum opinionis. Si autem à prouidentia sunt expiationes, sunt punitiones quoque ex prouidentia: prouidentia autem etsi à Principe, ut ita dicam, moueri incipit, immixta tamen est & insita in substantiis, cum eo etiam quod facta est substantiarum à Deo uniuersorum. Quæ cum ita habeant, necesse est ut ipsi fateantur, vel non esse iniustam punitionem, & recte iustèque se gerunt qui condemnant & persequuntur Martyres: aut ex Dei voluntate exerceri persequutiones. Non utique ergo labor & dolor rebus accidit, ut ipsi dicunt, tanquam rubigo ferro, sed ex propria voluntate accedit ad animam. Sed de his quidem multa reseruantur dicenda, quod ad eorum, quæ quidem postea fiet, attinet considerationem, eam in tempore tractantibus. Valentinus autem in quadam homilia scribit his verbis: Ab initio estis immortales, & filij estis vitæ æternæ, & mortem voluistis inter vos ipsos dispartiri, ut eam consumeretis, & mors in vobis moreretur, & per vos. Quando enim mundum quidem soluitis, vos autem non dissoluimini, estis Domini creature, & cuiusuis interitus. Natura enim fieri saluum, genus ponit ipse quoque similiter atque Basilides: ad nos autem huc desuper venire hoc diuersum genus, ad mortem de medio tollendam: mortis autem ortum, esse opus eius qui creauit mundum. Quamobrem sic etiam accipit illam scripturam, Nemo videbit faciem Dei, & viuet, ut qui sit author & causa mortis. De hoc Deo illa tacite innuit, scribens his verbis: Quo est minor imago viua facie, eo est minor mundus, viuo æone. Quænam est ergo causa imaginis? Faciei maiestas, quæ pictori exhibuit figuram, ut per eius nomen honoraretur. Non enim ex se & sua autoritate fuit forma inuenta, sed impleuit nomen quod erat defectum ex latitudine. Adiuuat autem quod Dei quoque est inaspectabile, ad fidem eius quod effectum est. Creatorem enim, ut qui Deus & pater sit vocatus, veri Dei imaginem & Prophetam appellauit: pictorem autem, sapientiam, cuius figmentum est imago, ad gloriam eius qui est inaspectabilis. Nam quæcunque procedunt ex coniugatione, ea sunt pleromata, id est, implementa: quæcunque autem ab uno, imagines. Quoniam autem non est id quod eius apparet: quæ est ex dimidio anima venit, nempe id quod est differens, & hoc est, insufflatio differentis spiritus, & in summa id quod inspiratur in animam imaginem spiritus. Et ut in summa dicam, quæ dicuntur de creatore qui factus est ad imaginem, ea in imagine sensili in generatione dicunt fuisse prædicta de generatione hominis. quinetiam ad seipsos quoque transferunt similitudinem, eius qui differt spiritus interiectionem Creatori ignotam fuisse tradentes. Atque quando quod sit quidem vnus Deus qui prædicatur per legem & Prophetas & Euangelium, tractabimus, aduersus hoc quoque differemus: est enim princeps oratio. Ei autem quod urget est occurrendum. Si ad dissoluendam mortem venit genus differens, Christus mortem non aboleuit, nisi ipse quoque dicatur eiusdem cum eis essentia: si autem vnus eam aboleuit, ita ut genus non attingeret differens, non isti mortem abolerent qui sunt æmuli Creatoris, qui eius quæ est ex dimidio animæ suæ inspirat imagini vitæ supernam,

Genes. 33.

aior, æuum, seculum.

supernam, conuenienter ei quod à se susceptum est dogmati, etiam si hoc dicant euenire per matrem. Sed etsi dicant vnà cum Christo aduersus mortem belligerari: occultum confiteantur decretum, quod audeant Creatoris diuinam insectari potentiam, corrigentes eius creaturam, tanquam potentioris, quam ipse non potuit liberare ab interitu. Fuerit autem Dominus quoque Deo creatore melior ac præstantior. Nunquam enim filius cum patre contenderit, idque inter Deos. Quod autem hic sit pater filij, Creator uniuersorum Dominus omnipotens, ad illam differemus contemplationem, in qua aduersus hæreses differere promissimus, ostendentes eum esse solum qui est ab ipso prædicatus. Sed nobis quidem scribens Apostolus ad tolerantiam afflictionum: Et hoc, inquit, ex Deo quod vobis donatum est pro Christo, ut non solum in ipsum credatis, sed etiam pro eo patiamini, idem habentes certamen, quod vidiſtis in me, & nunc auditis in me. Si qua est ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera, & miserationes, implete meum gaudium, ut idem sentiat, eandem habentes charitatem, unanimes, idem sentientes. Si autem immolatur super sacrificio & ministerio fidei gaudens & congratulans, eos ad quos loquitur Apostolus, Philippenses vocans gratiæ consortes & socios, quomodo ipsos dicit unanimes & animales? Similiter etiam de Timotheo quoque scribens & seipso: Neminem enim, inquit, habeo tam unanimum, qui germanè de vobis futurus sit sollicitus. Omnes enim quæ sua sunt quarunt, non quæ Iesu Christi. Neque ij ergo qui prius dicti sunt, probri instar nos animales dicant. Quinetiam Phryges: iam enim ij quoque illos qui nouam non attendunt Prophetiam, animales appellant, aduersus quos differemus, cum agemus de Prophetia. Eum ergo qui est perfectus, oportet exercere charitatem, & hinc ad diuinam tendere amicitiam, per charitatem exequendo mandata. Diligere autem inimicos, non dicit malum amare, neque impietatem, vel adulterium, vel furtum, sed furem, & impium, & adulterum non quatenus peccat, & aliqua ratione inquinat hominis appellationem, sed quatenus est homo, & opus Dei. Peccare certè inter actiones ponitur, non inter substantias, quamobrem nec Dei est opus. Dei autem inimici dicti sunt peccatores, qui sunt inimici mandatorum quibus non obediunt, sicut amici qui audiunt: hi quidem propter coniunctionem, illi verò propter alienationem ex libero animi arbitrio profectam, appellati. Nihil enim sunt inimicitia neque peccatum, absque inimico & peccatore: & non concupiscere, non tanquam sint aliena quæ sunt desiderabilia, docet non affici desiderio, ut existimarunt qui Creatorem alium esse à primo Deo discernunt: neque tanquam sit execranda & mala generatio: ea enim sunt impiæ opinioniones. Quæ autem sunt mundi, aliena dicimus, non ut quæ sint absurda, nec ut quæ non sint Dei Domini uniuersorum, sed quoniam per totum seculum non in eis permanemus, ut quæ possessione sint aliena, & successorum: vsu verò sunt uniuersiusque nostrum propria, propter quos etiam facta sunt: sed tamen eatenus, quatenus vnà cum eis nobis esse necesse est. Igitur conuenienter naturali appetitioni, rectè utendum est iis quæ sunt prohibita, cauendo ne quouis modo nimium dilabamur, & supra modum in ea afficiamur. Porro autem quanta est etiam benignitas? Diligite, inquit, inimicos vestros. Benedicite iis qui vos execrantur, & orate pro eis, qui vos afficiunt contumeliis, & similia. Quibus adiicit: Ut sitis similes patris vestri qui est in cælis, significans eam quæ Deo fit assimilationem. Rursus autem inquit: Sis cito beneuolus aduersario tuo, dum es in via cum ipso. Aduersarius autem non est corpus, ut quidam volunt, sed diabolus, & qui ei assimilantur, qui vnà nobiscum in via ingreditur, per homines qui eius facta imitantur in hac vita terrena. Fieri ergo non potest, ut non patiantur inimicissima, qui se Christi quidem esse confitentur, in diaboli autem

Philipp. 1. Philip. 2.

Luc. 6. Matth. 5.

versantur operibus. Scriptum est enim: Ne forte te tradat Iudici, Iudex autem ministro imperij diaboli. Persuasum enim habeo, quod neque mors, quam afferunt ij qui persequuntur, neque vita quæ hic agitur, neque Angeli qui defecerunt, neque principatus (Satana autem principatus est vita quam elegit: tales enim sunt, qui sunt ex eo principatus, & potestates tenebrarum) neque presentia, in quibus sumus tempore huius vitæ, ut spes quidem militis, lucrum verò mercatoris: neque altitudo, neque profunditas, neque aliqua alia creatura, quæ per propriam homini operationem resistit fidei eius qui suo eligit arbitrio. Creatura autem dicitur uniuocè operatio, ut quæ sit nostrum opus, non poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

COMMENTARIUS.

^a DE Martyrio autem seu testimonio apertè dixit Dominus. Adducit hic aliquot scripturæ testimonia quæ docent, eos qui de Christo ferunt testimonium, quod idem est quod esse Martyres, & qui audacter & intrepidè se eius esse affectas & discipulos confitentur coram hominibus, à Christo quoque coram patre & Angelis eius esse agnoscendos, & nec ab eo esse abnegandos, sed propter eorum fidem suo testimonio esse approbandos. ^b Hunc locum exponens Heracleon. Postquam adduxit Clemens aliquot loca scripturæ, in quibus agitur de Martyrio & confessione, non satis habens ea adduxisse nisi aliquam afferret expositionem, non contentus Catholicis, affert etiam ex hæreticis si quid sit in quo non male sentiant. Affert ergo ipsa verba Heracleonis Valentini discipuli de Christi confessione. Tradit autem duplicem Christi confessionem nempe generalem & singularem, seu particularem. Generalem quæ fit vitæ institutione & actione fidei congruente. Singularè verò, quæ fit voce, cui locus est etiam apud Præsides & potestates, & ea vti possunt etià hypocritæ. Ea sola, etiam si non adit generalis, est confessio, quod tamen secus videtur nonnullis. Singularis autem seu particularis dicitur, quod non omnes qui salui fiunt ea vtuntur. Quisnam autem sit is Leui quem enumerat inter eos qui vti sunt confessione vocis, non satis scio, nisi forte is sit qui adscribitur in catalogum Episcoporum Hierosolymitanorum, qui aliter etiam dictus est Lebes. Præcedit autem confessio generalis singularem: salui autem sunt qui generali vtuntur confessione. Non omnes autem qui singulari seu vocis confessione vtuntur sunt salui, nisi præcedat generalis. Obseruat autem Heracleon, quod confitenti sequatur, In me, Neganti autem, non in me, sed me, quod is demum confiteatur Christum qui est in ipso: Christum autem negat qui ipsum voce confitetur si non sit in ipso. Sed hanc obseruationem non admittit nostra versio, in qua non est, in me quod Græcè est *ἐν ἐμοί*, in iis autem demum est Christus, qui actione vtuntur & operibus fidei conuenientibus. ^c Hæc quidem Heracleon. In hoc laudat Heracleonem, quod in hac parte nobiscum sentiat, sed in hoc non laudat quod non admittat confessionem quæ fit voce in iudiciis & ante præsidēs, & in qua vsque ad mortem fertur testimonium, & sustinetur cruciatus, quod quidem satis arguit bonam eorum affectionem, & veram esse fidem, nec esse hypocritas in quibus testificatur spiritus patris. Est autem hæc confessio eiusmodi actio quæ omnia rescindit peccata quæ oriuntur ex cupiditate, & est veluti accumulata pœnitentia qua omnia simul delentur delicta, & cætera quæ dicuntur à Clemente, qui concludit Martyrium esse gloriosam peccatorum expurgationem. Nam & gloriosum est mori pro Christo, & ea morte omnia expurgantur peccata. ^d *Iam verò dicit pastor.* Hermes in pastore, quem sæpius citat Clemens, dicit feram agrestem, nempe Cacodæmonem, nihil posse in eum agere, cuius cor fuerit mundum, & ab omni reprehensione alienum per Christi martyrium & confessionem. Voluit quidem Satanas, nempe Diabolus, vt qui hoc à Deo petiisset, nihil enim potest, nisi ei à Deo permittatur, Apostolos variis agitare tentationibus vt laboretur eorum fides. Sed Christus tanquam homo mox passurus, rogauit ne fides eorum deficeret, ipseque mox bibit calicem, id est sustinuit passionem, vt expurgarentur infidelium & inimicorum peccata, præioso sanguine eis applicato per fidem & sacramenta. Apostoli quoque Dominum imitantes, qui pro purgandis peccatis est mortuus, passi sunt pro ecclesiis quas fundarunt pretioso suo sanguine, quem fuderunt pro Christi confessione, à quibus etiam dictæ sunt Ecclesiæ Apostolicæ. Apostolos quoque sequantur oportet, qui Christi fidei habent cognitionem, nempe vt non peccent, & Deum diligant, & propter Deum proximum, & si contingat vt ab ecclesia euocentur ad subeunda tormenta, patienter & non grauè oblatam perpetiantur passionem. Triplex autem est confessio, & quæ fit rectè viuendo, & quæ fit ab eo qui vocatus respondet coram Iudice, beatam regni spem expectans, & timens intentatum æternæ metum damnationis, & ea quæ tantum ore fit confessio salutis. ^e *Cum rursus autem dixerit.* Respondet obiectioni quæ fieri possent. Nam cum dicat Christus: Cum vos persecuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam, videtur iubere fugere persecutionem tanquam malam, & timere mortem, sed non ita est. Tantum nos vult cauere, ne alicui mali aut damni vilam demus causam aut occasionem, nempe nec nobis ipsis, nec persecutoribus, nec occisoribus. Quod si eius iussui non pareamus, audaces sumus & temerarij, & authores, vt & persecutores & occisores cædes admittant, & qui se consulto offert iudici, is sibi affert cædem. Hac ipsa de causa iubet Christus auferenti pallium dare etiam tunicam, ne si eos qui aduersus nos contendunt irriteremus, ij efferati sanctum Christi nomen blasphement. ^f *At illi, inquit.* Aduersus id quod dicebant Christiani, non esse sibi dandum vitio quod patiantur, patiuntur enim cum multis, respondent Græci Philosophi, verum esse quod multi apud eos patiantur, sed malefici, respondet Christianus eos vel inuitos cogi fateri, quod cum non puniantur vt malefici, eos esse iustos, vt qui patiatur propter iustitiã. Ipsos quidè esse iudices, sed non quales esse oportet. Oportet

Oportet Iudicem in sua potestate firmam & stabilem habere sui iudicij sententiam, non autem ab externa quauis occasione pendere, agique & ferri tanquam instrumenta quæ trahuntur funibus. Sunt ipsi quidem Iudices, sed est etiam Iudex qui de eis laturus est sententiam, & vt alios examinant, ipsi quoque examinabuntur, perpendeturque quid elegerint, & quid securi & passi sint. Nos quidem nullam facimus iniuriam, ab eis tamen iudicamur tanquam iniuriam facientes. Iniuriam enim putant esse, Christianos, & alios adhortari vt sint Christiani. Hoc leue solum sequuntur præiudicium, cum tamen ipsi nec quid sit Christianum esse norint, nec nosse velint. ^g *Cur autem, inquit, cum vos persequuntur.* Respondet Clemens ad rogatum Græci Philosophi rogantis, cur nihil affertur auxilij iis qui patiuntur persecutionem. Respondet quod cum eis nulla afferatur iniuria, ne ferendum quidem est auxilium. Tantum enim abest, vt si mors eis afferatur doleant, vt egrè ferant si retardetur eorum ad Dominum migratio. Anytus & Melytus sua accusatione effecerunt, vt veneni potione occideretur Socrates, eum tamen non læserunt. Quæcumque sint persecutiones, Dominus est semper adiutor, & in manu Dei sunt iustorum animæ, nec eas vllum tanget tormentum. Nam quæ bonæ sunt animæ, in eas nulla cadit mali permissio. ^h *Basilides autem in vicesimo tertio Exegeticon.* Quoniam de confessione & martyrio scripserunt etiam hæretici, ex quibus fuit Basilides, eius nonnulla adducit Clemens ex libro quem inscripsit Exegetica. De eius impia doctrina scripserunt Irenæus, Epiphanius, & Theodoretus, qui tamen ne verbum quidem dicunt quod statuat *μετεμύζωσιν*, id est animarum transmigrationem, nec quod animæ quæ in alia vita peccauerant, in hanc mitterentur, vt vel punirentur, vel expurgarentur, quod dicit Clemens esse fundamentum eius opinionis de Martyrio. Est autem eorum quæ dicit sensus, si qui in martyrij afflictionibus incidunt prius peccauerunt, & plane constat ea esse mala, ne de iis puniantur tanquam adulteri vel occisores, ad hoc bonum martyrij Dei prouidenti benignitate deducuntur, vt tanquam Christiani puniantur, quod eis magnam affert consolationem, adeo vt ne videantur quidem pati, cum non puniantur ob scelera quæ prius admiserunt. Quod si non peccauerint, quod raro contingit, eis nihil nocebunt, Cacodæmonis insidiæ, sed patienter tanquam infantes qui non videntur peccasse. Potest autem infans, etsi actu non peccauerit, quo tempore patitur habere peccandi potestatem & voluntatem, & tunc martyrium patiens ex eo magnum accipit beneficium, & multum lucratur, efficit enim martyrium, vt ei nihil imputetur quod non peccet. Ei enim imputatur peccatum qui vult peccare, si peccandi se offert occasio. Hoc ipsum dicendum est de perfecto qui actu non peccauerit. Peccat enim qui vult peccare, etsi actu non peccet. Adulter certe est qui vult admittere adulterium, & est occisor qui vult cædem admittere. ⁱ *Multum ergo lucratur propter Martyrium, cui cum posset imputari peccatum, non imputatur, propterea quod sit passus.* Plane enim malum esse non potest id quod Dei adducit prouidentia. Quidquid autem dicatur infansem actu non peccare, solus Deus est iustus, & ne infans quidem vnus diei est mundus à forde. Basilidem autem reprehendit Clemens, quod martyrium ita tribuat Dei prouidentie, vt confiteri & non confiteri nolit esse in nostra potestate. Deinde ostendit quam multa sequantur absurda ex iis quæ docet. Primum quidem falsum est fundamentum Basilidis, quod anima quæ in alia vita peccauit, mittatur à prouidentia vt puniatur vel vt purgetur. Nam si ita esset, non esset in nostro libero arbitrio puniri & confiteri: & tamen certum est in nostra esse potestate vel negare vel confiteri. Quod si quis negauerit qui missus est vt puniatur & confiteatur, non est verum quod dicit Basilides, puniretur enim & confiteretur, si ad id missus esset à prouidentia. Quod si non neget, sed puniatur & confiteatur, inuitus punitur & confitetur. Quod si inuitus punitur & confitetur, non est situm in nostra potestate confiteri. ^k *Quod si est inuitus martyr, & confitetur, non assequetur gloriosam illam mercedem Martyrij in cælis à Christo promissam.* Prima est, quod ex præceptis accipimus occasiones vt ex nobis ipsis possimus esse salui. Dato enim libero arbitrio, & Dei adiuuante gratia, frustra nos tentat Diabolus, cum eius tentationi possimus resistere. Secunda est vt probro & ignominia afficiatur Diabolus, qui frustra tentauit quod non potuit assequi, cum fidelis omnes eius insidias effugerit & insultus superauerit. Tertia, vt magis confirmetur in Ecclesia fideles, cum viderint eos qui strenue decertant aduersus Cacodæmonem, non posse suparari. Quarta, vt qui eos viderint perpessus esse grauiam & difficilia, admirati eorum constantiam, sibi dictantem habeant conscientiam, se quoque ea sibi obiecta posse ferre. ^l *si autem martyrium est retributio per supplicium, & fides quoque.* In iis quæ dicebat Basilides, est etiam hoc absurdum, quod ipsam pœnam ac supplicium statuebat esse retributionem ac remunerationem confessionis, ac martyrium, & ipsam quoque fidem ac doctrinam ferre opem ad supplicium, quod est, vt statuebar, merces & remuneratio testimonij ac martyrij. Est autem hoc absurdissimum quod ipsum supplicium sit merces, cum ipsius supplicij quod toleratur in confessione & martyrio expectetur merces in cælis. Et adiuuat quidem fides & doctrina ad Christi confessionem & ferendum testimonium, & hoc verè dici potest, sed absurdum est dicere, quod sit adiutrix ad supplicium. ^m *Sed ad illa quidem dogmata.* De migratione animarum è corporibus in corpora disputationem, & de Diabolo, in aliud tempus reiiciens, adiicit alia absurda quæ sequuntur ex iis quæ dicit Basilides. Nam si verum esset pro luendis peccatorum pœnis subiri martyrium, nec esset fides, nec charitas, nec recta vitæ institutio, nec laus confessionis, nec vituperatio negationis. Cum autem sit reuera & fides & charitas, & laus eius qui est confessus, & vituperatio eius qui abnegauit, & recta vitæ institutio, non essent autem, si verum diceret Basilides, & falsa sunt & absurda quæ dicit. Quod non esset autem fides sic probatur. In martyrio est fides, quando in eo est fidei testimonium & confessio, sed vult Basilides in martyrio priorum peccatorum lui pœnas. Sed in eo non consistit fides, est autem absurdum non esse fidem in martyrio, cum in eo sit fidei confessio. In martyrio quoque est charitas, quando propter veritatem patitur qui persecutionem sustinet. Sed si pro luendis peccatis suscipiatur supplicium, non est in eo charitas, sed in martyrio Basilidis non est charitas, quod est absurdum. In martyrio laudatur qui est confessus, & vituperatur qui abnegauit. Sed si in martyrio puniantur peccata, neutrum sit,

quod est absurdum. Est autem hoc quoque absurdum in Basilidis martyrio, quod si in eo priora peccata puniantur, frustra docetur recta vitæ institutio, ut quæ plane sit inutilis. Quid enim proderit docere esse mortificandas animi affectiones & peccatum solum esse odio habendum, non autem creaturam, cum satis sit in martyrio prioris vitæ puniri peccata. Sed est absurdum dicere esse inutilem rectæ vitæ institutionem. Falsum est ergo & absurdum quod dicit Basilides. ¹ Si autem ut ipse dicit Basilides. Quæ hic dicuntur à Basilide, non satis intelliguntur, quod non adducta eius integra à Clemente sit sententia. Possumus autem hinc colligere, nihil quidem fieri sine Dei voluntate. Sed eam voluntatem non ita accipiendam, ut ipse persecutiones exercent & afflictiones, sed Dei voluntate dicuntur sæpe fieri quæ sunt Deo vel permittente, vel non prohibente. Passus est Christus propter nostram sanctificationem, Patre quidem volente, non quod ea delectaretur perpessione, sed quod eam fieri permitteret, nec prohiberet propter nostram salutem. Patiuntur etiam Martyres Deo volente, non quod eas velit exerceri afflictiones, sed quod permittat & non prohibeat aduersarios eas exercere, ut Martyrum confessio & tormentorum perpessio eis bono cedat. ² Si quis autem ex eis respondens dicat. Ad ea quæ dixit Clemens responder quidam ex Basilidianis, puniri quidem Martyrem propter peccata in prioris vita commissa, sed fructum rursus percepturum ex iis quæ gessit in hac vita. Eum autem rogat Clemens, an remuneratio ex diuina fiat prouidentia, ut si dicat non esse penitus, corruat fundamentum quo nititur Basilides: si non sit, iuste puniuntur martyres, & recte se gerunt qui eos & condemnant, & ex Dei voluntate eos persequuntur, quod est absurdum. Ex hoc dilemmate falsum esse infert quod dicit Basilides, laborem & dolorem ex rebus ipsis accedere tanquam ex ferro rubiginem. Labor enim & dolor non accedit ex ipsis rebus, sed ex hominis voluntate qui lubenter confitetur Christum, & de eius fide non grauante fert testimonium. Hunc quidem opinor esse sensum, sed quo minus intelligatur, causa est illa clausula, Cum eo etiam quod facta est substantiarum à Deo vniuersorum &c. Hic certe locus est truncus & mutilus, nec potest restitui, nisi inueniatur alterum exemplar quod non habemus. Sed de his postea se dicturum dicit Clemens. ³ Valentinus autem in quadam homilia. Quoniam loquurus de martyrio, de morte quoque est locutus, relicto Basilide, venit ad Valentinum, qui præter multa stulta & impia quæ scripsit, de quibus scripsit & quæ confutauit Irenæus & Epiphanius, scripsit etiam quod diuersum seu differens genus descendisset à supernis, ut dispersitam inter homines mortem aboleret. Cæteris ergo relictis, vel potius in aliud tempus referuatis, Valentini dogmatibus, huic vni occurrit quod dicit diuersum genus à cælo descendisse quod mortem aboleuit. Ostendit autem quænam sequantur absurda si hoc verum statuatur, nempe quod Christus mortem non aboleuerit, nisi fuerit eiusdem essentia cuius diuersum genus. Quod si vnus Christus eam aboleuit, ita ut ea abolitio mortis ad diuersum genus non pertineat, mortem non aboleret qui sunt aduersarij Creatoris. Ij autem sunt qui duos Deos constituunt, vnum malum qui est Creator, alterum verò bonum qui est Deus in nouo testamento. ⁴ Sed nobis quidem scribens Apostolus. Quod inter Deum veteris testamenti & Dominum nullæ sunt inimicitia, probat ex Paulo in epistola ad Philipenses, qui eos exhortans ad laborum tolerantiam, dicit eis à Deo esse donatum, ut non solum in Christum credant, sed etiam pro eo patiantur. Si ergo Deus donat & fidem in Christum, & testimonium & martyrium, non est Deus Domino inimicus. Eos ergo exhortatur ut idem sentientes pro Christi fide strenue decertent, firmumque ac stabile ferant testimonium, ipsum imitantes qui pro eorum fidei sacrificio & ministerio delibatur, iam enim appetebat tempus eius passionis. Hoc eo alacrius & lubentius est ab eis faciendum, quod & Valentinus & Phryges, Montanus scilicet & Priscilla & Maximilla, qui recentem sancti Spiritus descensum, & nouam commentum erant prophetiam, licet non Catholici & Orthodoxi pro Christo patiebantur, & inter se erant vnanimis, & animales vocabant qui non hanc nouam sequebantur prophetiam. Quod si illi nos irridentes vnanimis vocant & animales, non est quod hæreticorum contumelias, & maledicta nobis quis probro ducat. Huius loci coniectio hunc quidem esse sensum. Sunt tamen quædam quæ videntur non satis coherere, in primis autem illa, Vnanimis & animales. ⁵ Eum ergo qui est perfectus. Is demum vere est martyr qui est omnibus virtutis numeris absolutus. Omnes autem virtutis numeros absoluit qui est perfectus. Perfectus autem est qui exercet charitatem. Charitas autem exercetur Deum diligendo, & diuina exequendo mandata. Summa autem inter homines dilectio est diligere inimicos. Quod quidem ita est intelligendum, ut non inimici malum, nempe vitium & peccatum ametur, sed homo, id est ipsum Dei opus & creatura. Peccare autem est agere, non est autem substantia: quo fit ut nec Dei sit opus. Homo autem est Dei opus, ut qui ab ipso sit creatus. Idem autem homo est ex suo libero arbitrio Dei amicus, quod ei sit coniunctus si eius pareat præceptis, & inimicus si non pareat. Non sunt autem inimicitia neque peccatum, si non sit homo qui peccet. Quatenus autem homo peccat, peccat autem qui eius præceptis non pareat, est Dei inimicus. Diligendus autem est inimicus, non quatenus inimicus peccans & malum faciens, sed quatenus est Dei opus, Dei, inquam, creatura. Omnis autem creatura, quatenus est Dei creatura, bona est, & ideo diligenda: quatenus autem peccat & male agit, est odio habenda, vel potius ipsum peccatum & malum est odio habendum. Porro autem inter cætera Dei præcepta quæ nos Dei constituent inimicos, si eis non pareatur est & hoc, Non concupisces, quod docet non desiderare. Quamuis autem prohibeamur desiderare, à vero tamen Deo non sunt aliena quæ sunt desiderabilia. Vnus autem & idem est verus Deus & Creator: nec est Creator alius à vero Deo qui est & primus, nec mala & execranda existimanda est generatio ut, censerunt Manichæi & Marcionistæ, sunt enim impia horum Hæreticorum opiniones. Quod si vnus est idem Deus & Creator, est etiam mundus vnus eius qui creauit, & eius propter quem est creatus, nempe hominis. Sicubi autem dicantur quæ sunt mundi esse aliena, non dicuntur aliena quod ad alium Deum pertineant, quam ad Deum Dominum vniuersorum. Postquam autem docuit diligendos esse inimicos, tanquam homines & Dei creaturas, odio autem habendum peccatum & malum, subiungit ex iis quæ dicit Christus in Euangelio, non solum diligendos esse inimicos, sed etiam pacem esse habendam cum aduersario, dum sumus in

sumus in via, ne si veniatur ad iudicem priusquam liberemur ab aduersario, aduersarius autem nos debitorum reos peragat, à Iudice condemnati mittamur in carcerem, inde nunquam soluendi, & æternas pœnas illic daturi. Aduersarius noster est diabolus qui nullum non mouet lapidem, ut nos debitis, id est peccatis obruat. Ad iudicem autem, id est ad Christum qui est omnium iudex tendit nobiscum, debita debitis, id est peccatis peccata semper adiungens, ut ei semper simus obnoxij. Erimus semper obnoxij, donec pœnitentia remissis peccatis pro eis fuerit satisfactum, & ab aduersario qui nos & ad scelera incitat, & de eis accusat ut à iusto iudice iuste damnemur. Danda est ergo opera, ut priusquam ad iudicem veniatur, ab aduersario qui nos accusat liberemur. Liberabimur autem si iudice nostra pœnitentia placato, nihil inueniat aduersarius quod in nobis iure reprehendat. Hic locus varie & à variis exponitur, sed existimo hunc esse sensum Clementis. Quoniam autem videri poterat alienum ut diabolus cum homine in via ingrederetur, dicit diabolus in via ingredi cum homine per homines sibi similes, qui scilicet eius facta in vita terrena imitantur. Fieri autem non potest ut homines qui Christum quidem verbis profitentur, versantur autem in operibus diaboli, ut quorum facta sint similia diaboli operibus non inimicissima, id est grauissima patiantur. Nihil autem potest esse grauius quam iussu Iudicis, Christi scilicet condemnantis, per diaboli ministrum, qui est etiam diuinæ minister iustitiæ, in tenebras mitti exteriores. Hæc autem accepta ab hominum tribunalibus transferuntur ad diuinum iudicium, quo damnatur qui graua admiserit delicta. Huiusmodi homines qui sunt diaboli similes & eius opera imitantur, nunquam fuerint veri Christi martyres, ut qui sint separati à charitate Dei quæ est in Christo Iesu. Christi autem veros martyres nihil est, imo vero nec dici nec cogitari quidem quidquam potest, quod eos possit separare à charitate Dei. Quæ quidem charitas incitat fideles, ut citra vllam dubitationem ferat certum & firmum de Christo testimonium. Ex iis cum inter primos esset Paulus Apostolus, enumerat ea quæ frustra essent laboratura ut eum à Dei charitate auellerent.

⁶ H A B E S summam Martyris cognitione præditi. Scimus autem quod omnes habemus cognitionem quæ est in communibus, & quod vnus sit Deus. Scribebat enim ad fideles, unde infert: Sed non est in omnibus cognitio, quæ traditur in paucis. Sunt autem qui dicunt eam, quæ est de ijs quæ simulachris sunt immolata, cognitionem non ferre in omnibus, ne fortè potestas nostra fiat offendiculo infirmis: perit enim infirmus tua cognitione. Quod si dicant, oportere emere quicquid venditur in macello, per interrogationem subiungentes illud, nihil interrogantes, æquè ac interrogantes, ridiculam afferunt interpretationem: dicit enim Apostolus: Omnia alia ex macello emite, nihil interrogantes, conuenienter exceptioni eorum quæ ostenduntur in generali omnium Apostolorum epistola, quæ, quod ita visum sit spiritui sancto, scripta quidem inest Actis Apostolorum: lata autem fuit ad fideles per ipsum Paulum qui ministrabat: significarunt enim necessario oportere abstinere ab immolatis, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus se conseruantes, rectè esse facturos. Aliud autem est quod dictum est ab Apostolo: Nunquid non habemus potestatem comedendi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, ut etiam reliqui Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? sed non vni sumus, inquit, hac potestate, sed omnia sustinemus, ne demus offensionem Euangelio Christi, aut onera circumferentes, cum oporteat esse expeditos ad omnia, aut effecti exemplum ijs qui volunt continere, ut qui non ita instructi simus, ut quæ nobis apponuntur non libenter comedamus, & temerè cum muliere habeamus consuetudinem. ⁷ Maximè autem eos quibus est credita tanta dispensatio, conuenit esse purum, & nulla labe pollutum exemplar discipulis. Nam cum liber, inquit, essem ex omnibus, omnium me seruum feci, ut omnes lucrifacerem. Omnis autem qui in certamine contendit, est continens in omnibus: sed Domini est terra & plenitudo eius. Propter conscientiam ergo abstinendum est ab ijs, à quibus abstinendum est: conscientiam autem dico, non suam, est enim cognitione prædita, sed alterius, ne malè adiscetur per ignoracionem, imitando id quod non cognoscit, & pro magni & excelsi animi viro fiat contemptor. Cur enim mea libertas indicatur ab alia conscientia? Si ergo cum gratia participo, cur maledictis appetor pro eo quod gratias ago? Omnia ergo quæ facitis, in gloriam Dei facite, quæ scilicet à regula fidei permissum est facere. Corde quidem creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Dicit autem Scriptura: Quisquis credit in ipsum, pudore non afficietur. Hoc est verbum fidei quod

prædicamus: quòd si confessus fueris verbum in ore tuo, quòd Dominus Iesus: & credi-
 dideris in corde tuo, quòd Deus eum suscitauit à mortuis, saluus eris: euidenter perfe-
 ctam describit iustitiam, & opere impletam & contemplatione. ¹⁰ Benedicere ergo oportet
 ijs qui persequuntur. Benedicite, & nolite execrari. Gloriatio enim nostra hæc est, testi-
 monium conscientia nostra, quòd in sanctitate & sinceritate Deum cognouimus: per
 hanc paruam occasionem, opus ostendentes charitatis, quòd non in sapientia carnali,
 sed in gratia Dei conuersati sumus in mundo. ²⁰ Hactenus quidem de Dei cognitione.
 Communem autem fidei doctrinam, dixit odorem cognitionis, in secunda epistola
 ad Corinthios: Nam in hodiernum usque diem, idem velum multis manet in lectio-
 ne veteris Testamenti, ut quòd non sit apertum per conuersionem ad Dominum. Pro-
 pterea ostendit etiam resurrectionem, ijs qui possunt perspicere eam quæ est adhuc in carne,
 vitæ serpentis super ventrem. Vnde etiam eos qui sunt eiusmodi, vocauit fetus viperarum,
 libidinosos, ac voluptarios, ventrique ac peni seruietes, & propter mundanas cupi-
 ditates sua inuicem capita abscondentes. ³⁰ Filioli, non diligamus sermone, nec lingua, ait
 Ioannes, perfectos esse docens, sed opere & veritate. In hoc cognoscemus, quòd ex veritate
 sumus. Si autem Dei est charitas, charitas quoque est Dei pietas ac Dei cultus. Timor
 non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. Hæc est charitas Dei, ut
 eius præcepta seruemus. Et rursus, ei qui cupit fieri cognitione præditus, scriptum est: Sed
 sis forma fidelium, in sermone, in conuersatione, in charitate, in fide & castitate. Fidei
 enim, ut arbitror, perfectio, arguitur à communi fide. Porro autem diuinus quoque Apo-
 stolus per hæc tradit regulam eius qui est præditus cognitione, sic scribens: Ego enim didici
 in ijs in quibus sum, esse contentus. Scio & esse humilis, scio & abundare. Ubique & in
 omnibus sum institutus, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia
 possum in eo qui mihi dat vires. Iam verò cum alijs quoque differens, ut eos arguat & ad-
 moneat, non veretur dicere: Recordemini autem priorum dierum, in quibus illuminati
 magnum certamen sustinistis passionum, partim quidem opprobrijs & afflictionibus fa-
 cti spectaculum, partim autem socij taliter conuersantium effecti. Nam & vincula mea
 commiserati estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscetes
 vos habere meliores & manentes facultates. Nolite itaque amittere confidentiam vestram,
 quæ magnam habet remunerationem: opus enim habetis patientia, ut cum Dei volunta-
 tem feceritis, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulumque: Qui ve-
 nit veniet, & non tardabit. Iustus autem meus ex fide uiuit. Quòd si subtraxerit se, non
 placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis in perditionem, sed fidei in ac-
 quisitionem animæ. ⁴⁰ Deinde adducit tibi examen exemplorum diuinorum. An non, in-
 quit, fide se rectè gesserunt qui ludibria & flagella, & vincula præterea & carcerem ex-
 perti sunt? Lapidati fuerunt, tentati sunt, in cæde gladij mortui sunt, circuiuerunt in oui-
 nis & caprinis pellibus, egentes, afflicti, vexati, quibus dignus non erat mundus: in soli-
 tudinibus errantes, & montibus, & speluncis, & foraminibus terræ. Et hi omnes testi-
 monio fidei probati, non acceperunt repromissionem. Restat intelligendum quòd per
 ἡλιθιωπρωτων, id est, reticentiam dictum est, soli. Subiungit itaque: Cum de nobis melius
 aliquid Deus præuidisset, bonus enim erat, ut non sine nobis consummarentur. Itaque cum
 & nos circa nos habeamus tantam nubem sanctam & pellucidam testium, deponentes om-
 ne pondus, & nos facile circumstans peccatum, per patientiam curramus ad nobis pro-
 positum certamen, respicientes ad fidei authorem & consummatorè Iesum. Et quòd unam
 quidem dicit salutem in Christo, & iustorum, & nostram, prius quidem dixit aperte: ni-
 hilo tamen secius de Mose quoque dicens, subiungit: Maiores existimans diuitias quam
 thesauros

thesauros Egypti, Christi improprium: respiciebat enim remunerationem. Fide reliquit
 Egyptum, non veritus iram Regis. Inuisibilem enim tanquam qui videret, sustinuit.
 Diuina sapientia dicit de Martyribus: Visti sunt in oculis insipientium mori, & reputa-
 ta est vexatio eorum exitus, & à nobis discessus, contritio: illi verò sunt in pace. Etenim
 si in oculis hominum supplicijs affecti fuerint, spes eorum plena est immortalitatis. Deinde
 subiungit, gloriosam expurgationem docens esse martyrium: & in paucis castigati, magnis
 10 afficientur beneficijs, quoniam Deus tentauit eos, hoc est, ad eorum probationem. & ut pu-
 dore afficiatur tentator, fuit eos tentari. Et inuenit eos se dignos, ut scilicet vocentur filij. Ibidem.
 Tanquam aurum in fornace probauit eos, & tanquam solidam sacrificij oblationem excepit
 eos, & in tempore inspectionis eorum fulgebunt, & tanquam scintilla in stipula percur-
 rent. Iudicabunt gentes, & dominabuntur populis, & Rex eorum erit Dominus in secu-
 la. ²⁰ Porro autem Clemens quoque Apostolus in epistola ad Corinthios, ipse quoque nobis
 quandam formam eius qui est præditus cognitione describens, dicit: Quis enim apud vos
 versatus, omni virtute perfectam, firmamque ac stabilem fidem vestram non probauit?
 temperantemque ac moderatam vestram in Christo pietatem non est admiratus? & vestri
 in hospites amoris magnificos vestros mores nõ prædicauit? & perfectam firmamque ac stabilem
 cognitionem nõ beatam esse censuit? nam citra personarum acceptionem omnia fecistis, &
 in Dei legitimis ambulastis. Deinde apertius: Fixis ergo oculis eos intueamur, qui magni-
 ficæ eius gloriæ perfectè seruiuerunt. Accipiamus Enoch, qui in obedientia iustus inuentus
 fuit translatus: & Noë, qui cum credidisset, fuit seruatus. Et Abraham, qui propter fi-
 dem & hospitalitatè Dei amicus, pater autem Isaac est appellatus. Propter hospitalitatem
 30 autem veramque religionem, Loth fuit seruatus ex Sodomis. Propter fidem & hospitali-
 tatem seruata est Raab meretrix. Propter patientiam & fidem, in pellibus caprinis & oui-
 nis, & ex camelorum pilis contextis vestibus ambulauerunt, prædicantes regnum Christi:
 dicimus autem Eliam & Eliseum, Ezechielem & Ioannem, prophetas. Qui enim Dei
 amicus, propter fidem liberam, vocatus est Abraham, non fuit gloria elatus, sed magna
 utens modestia, dixit: Ego autem sum terra & cinis. Et de Iob sic scriptum est: Iob au-
 tem erat iustus, & reprehensionem non obnoxius, Deum ritè colens, abstinens ab omni ma-
 lo. Is qui sua patientia superauit tentatorem, & simul fuit testis, & à Deo accepit testi-
 monium, humilitatem amplectitur, & dicit: Nullus est mundus à sorde, ne si sit quidem
 40 vnus diei vita eius. Moses fidelis seruus in tota domo eius, dixit ei qui ex rubo dabat re-
 sponso: Quis ego sum, quòd me mittis? Ego autem sum & voce tenui, & lingua tardiori,
 ut Domini vocem ministrem per linguam humanam. Et rursus: Ego autem sum vapor ex
 50 olla. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Iam verò David quoque,
 de quo testimonium ferens dicit Dominus: Inueni hominem secundum cor meum, David
 Iesse filium, oleo sancto unxi eum: sed ipse quoque dicit Deo, Miserere mei Deus, se-
 cundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tua-
 rum dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo mun-
 da me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum in conspectu meo
 est semper. Deinde tacitè significans peccatum quòd legi non subiicitur, scitè ostendens
 60 suam modestiam, subiungit: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Dicit enim ali-
 cubi scriptura: Spiritus Domini lucerna, scrutans ventris penetralia. Et quò quis se iuste
 gerens, euadit maiori cognitione præditus, eò est ei propinquior lucidus spiritus. Sic iustis
 appropinquat Dominus, & nihil eum latet ex nostris cogitationibus, & quas facimus di-
 sputationibus. Dominum Iesum dico, qui omnipotenti sua voluntate corda nostra intue-
 tur, cuius sanguis fuit pro nobis sanctificatus. Obseruemus ergo eos qui nobis præsent, &

veniremur seniores, honoremus iuvenes, Dei doceamus disciplinam. Beatus enim qui docuerit & fecerit quae sunt Domini, pro dignitate; est autem praeclara magnificaque notio- nis, & contemplantis veritatis. Vxoribus nostras ad id quod bonum est corrigamus: ama- biles, inquam, mores castitatis ostendant: puram & sinceram suae mansuetudinis demon- strent voluntatem: linguae suae moderationem, silentio efficiant manifestam: charitatem suam non per prouocationes, sed omnibus qui timent Dominum, sancte praebeant aqua- lem: Filij nostri sint disciplinae Domini participes, discant quid valeat apud Deum humi- litas, quid possit casta apud Deum dilectio, quomodo timor Domini bonus & magnus, seruans omnes qui in ipso sancte versantur in puro corde. Est enim scrutator cogitationum, & mentis consiliorum, cuius spiritus est in nobis, & cum voluerit, cum aufert. Haec au- tem omnia confirmat fides quae est in Christo. Adeste filij, audite me, ait Dominus, timo- rem Domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Deinde hebdomadis & octoadis, septenarij, inquam, & octonarij numeri subiungit mysterium quod inducit cognitionem. Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur do- lum. Declina a malo, & fac bonum: quare pacem, & persequere eam. Per haec enim significat cognitionem, cum abstinentia a malis, & cum operatione bonorum, docens per- fici & opere & sermone. Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Vul- tus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Clamauit autem Dominus, & exaudivit, & ex omnibus afflictionibus liberavit eum. Nam multa quidem flagella peccatorum: sperantes autem in Domino misericordia circumdabit. A multitudine misericordiae contineri dicit eum qui germane & sincere sperat: quoniam scriptum est in epistola ad Corinthios: Per Iesum Christum insipiens & obscurata mens nostra in lucem pullulat. Per eum voluit Dominus nos immortalem gustare cognitionem. Unde etiam evidentiis ostendens proprietatem cognitionis, subiunxit: Cum haec ergo sint manifesta, vel procumbentes in profundum diuinae cognitionis, debemus omnia rite & ordi- ne facere, quae nos iussit Dominus peragere, ordinatis temporibus. Sapiens ergo suam ostendat sapientiam, non in verbis solum, sed in bonis operibus. Humilis ferat testimo- nium, non sibi, sed in eo quod ipse testimonium accipiat ab alio. Qui est carne castus, non insoleat sciens esse alium qui ei suppeditat continentiam. Videte fratres, quomodo maiori cognitione digni sumus habiti, eodem maius subimus periculum. Venerabilis ergo & casta in- stitutio nostra benignitatis, ex sententia Clementis, quaerit id quod est communiter utile, siue testimonium praebeat, siue doceat opere & sermone: eoque duplici, & non scripto, & scripto. Haec est charitas, diligere Deum & proximum: ea extollit in altitudinem quae non potest explicari. Charitas operit multitudinem peccatorum: charitas omnia sustinet, in omnibus est patiens: charitas nos Deo conglutinat, omnia facit in concordia. In chari- tate consummati sunt omnes electi Dei: absque charitate nihil est gratum Deo: eius per- fectionis non est, inquit, explicatio. Quis est idoneus ut in ipsa inueniatur, nisi quos ipse Deus dignos esse censuerit? Iam vero apostolus Paulus, Si corpus, inquit, meum tradide- ro, charitatem autem non habeam, sum aes sonans, & cymbalum tinniens. Si non ex affe- ctione electa, inquit, per charitatem cognitione praeditam, tulero testimonium, propter metum autem forte, & eam quae expectatur mercedem, labra mouens ad testimonium, fuero confessus Dominum, sum homo communis, Dominum resonans, non agnoscens. Est enim & populus qui diligit labijs: est etiam alius qui tradit corpus ut comburatur. Et si distribuero omnes facultates meas ad alendos pauperes, inquit, non ex ratione communi- cationis quae proficitur a charitate, sed ratione remunerationis, quae vel ab ipso qui be- neficio afficitur, vel a Domino qui promisit, expectatur: & si habeam omnem fidem, ut

montes

montes transferam, & vitia quae tenebras offundunt abijciam, non fuero autem fidelis Domino propter charitatem, nihil sum, ut qui si conferar cum eo qui ex cognitione in vulgus fert testimonium, nihil reputet egregium. Omnes autem generationes ab Adam in hodie- rum usque diem praeterierunt: sed qui per Dei gratiam consummati sunt in charitate, habent locum piorum, qui manifestabuntur in visitatione regni Christi. Charitas non si- nit peccare. Quod si etiam inuitus in aliquem talem casum inciderit per suggestiones ad- uersarij, David imitans psallet: Confitebor Domino, & placebit ipsi super vitulum no- uellum cornua producentem & ungulas. Videant pauperes, & letentur. Dicit enim: Sacrifica Deo sacrificium laudis, & redde Domino vota tua, & inuoca me in die afflictionis tuae, & liberabo te, & glorificabis me. Sacrificium enim Deo spiritus contribulatus. Cha- ritas ergo etiam Deus dicitur cum sit bonus: cuius charitas proximo malum non operatur, neque iniuriam faciens, nec referens omnibus autem, ut semel dicam, benefaciens, ad Dei ima- ginem. Plenitudo ergo legis est charitas: sicut Christus, hoc est, praesentia Domini qui nos diligit, & quae est nostra ex Christo doctrina charitatis, & vitae institutio. Charitas er- go perficit non machandi praecipuum, & praecipuum uxorem proximi non concupiscendi, quod prius metu non fuerat prohibitum. Idem ergo factum refert, sit ne factum per me- tum, an perfectum per charitatem, & per fidem, ne an etiam ex cognitione exerceatur. Merito ergo conuenienter eorum differentia, ei quidem qui est praeditus cognitione, parata sunt quae nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Ei autem qui nude & solummodo credidit, concedit suo testimonio centum partibus plura, quam ea esset quae reliquit: quam promissionem contingit cadere in hominum intelligentiam. Hoc in loco mihi venit in mentem cuiusdam, qui se dicebat esse gnosticum, hoc est, cognitione praeditum: exponens enim illud, Ego autem dico, qui aspexit mulierem ad concupiscentiam, iam machatus est, non censebat nudam iudicare cupiditatem, sed si per cupiditatem, quod ex ea fit opus procedens ultra cupiditatem, in ipsa peragatur. Aut enim in somnis simul visione utitur aut etiam corpore. Atque qui historias quidem conscripsere, iusti Bocchoridis tale referunt iudicium. Adolescens captus amore meretricis, persuadet certa quadam mercede constituta, ut postridie puella ad eum veniat: cum autem eum in somnis praenisset cupi- ditas, praeter spem expleta libidine, puellam quam amabat ad se venientem, ut constitu- tum fuerat, arcet aditu. Illa autem cum id quod euenerat didicisset, exigebat mercedem, dicens se ea ratione amatoris explese cupiditatem. Venerunt ergo ad iudicem. Is iusso ado- lescente crumenam in qua erat merces, in sole extendere, iussit meretricem umbram ap- prehendere: lepide imperans, ut simulachrum mercedis redderet pro simulachro comple- xus. Atque somniat quidem aliquis visioni assentiente anima. Vere autem somniat, qui aspicit ad concupiscentiam, non solum ut ille dicebat gnosticus, si simulatque viderit, cum muliere consuetudinem animo comprehendat, hoc enim iam est cupiditatis opus ut cupidi- tatis: sed si corporis respexerit pulchritudinem, ait verbum, & ei ex libidine ac cupidi- tate caro pulchra visa fuerit, cum carnaliter & propenso animo ad peccandum viderit, pro- pterea quod eam sit admiratus, condemnatur. Contra autem, qui per castam aspicit dile- ctionem, non carnem, sed animam pulchram esse existimat, corpus, mea quidem sententia, admirans tanquam statuam, per quam pulchritudinem ipse quoque seipsum transmittit ad artificem, & id quod est vere pulchrum, sanctum signum, lucidum iustitia caracte- rem ostendens Angelis qui praesunt assensionem, inquam, bene composita & quae Deo placet mentis, qualitatem affectionis inditam animae quae gestit & exultat propter inhabitationem sancti Spiritus. Hanc gloriam quae in Moysis facie refulserat, non pote- rat populus intueri, & ideo gloriae velamen assumebat apud eos qui intuebatur carnaliter.

Psal. 33.

Ibid. 31.

1. Cor. 13.

Psal. 68.

Psal. 80.

Psal. 49.

Psal. 50.

Ioan. 4.

Rom. 13.

Eos enim qui aliqua inducunt ex rebus mundanis, ij detinent qui vectigal exigunt ab ijs qui suis grauantur vitijs & animi perturbationibus: cum autem qui nudus quidem est ab ijs in quæ cadit vectigal, est autem plenus cognitione & ea quæ est ex operibus iustitia, simul precantes virum transmittunt, eum cum opere beatum pronunciantes. Et eius folium non defluet, ligni, inquam, vitalis quod est nutritum secus decursus aquarum. Comparatur autem iustus arboribus frugiferis, non ijs solis quæ sublimè feruntur sacrificijs.² Erant autem in sacrificiorum quoque oblationibus, penes legem qui hostiarum vitia considerabant. Appetitionem itaque discernunt à cupiditate, qui sunt in his rebus cognoscendis pulchrè exercitati: & hanc quidem voluptati tribuunt & intemperantiæ, appetitionem autem esse statuunt in ijs quæ sunt secundum naturam, vt qui sit motus qui est ex ratione.³ Huius perfectionis potest & vir & mulier æquè esse particeps. Iam verò non solus Moyses qui audiuit à Deo, Locutus sum ad te semel & bis, dicens: Vidi populum hunc, & ecce est dura ceruice, sine me eos perdere, & delebo nomen eorum sub celo, & faciam te ingentem magnam & admirabilem, & longè magis quàm hanc: respondet rogans, non id quod suum erat spectans, sed communem salutem: Nequaquam Domine, dimitte peccatum huic populo, aut dele me etiam de libro viuentium: tanta fuit eius perfectio, vt maluerit vnà mori cum populo, quàm solus esse saluus. Sed etiam Iudith quæ consummata fuit in mulieribus, cum esset vrbs circumfessa, precatà seniores, ingreditur quidem in castra alienigenarum, omne periculum contemnens pro patria, seipsam tradens hostibus in fide Dei: præmia autem fidei mox accipit, cum mulier in hostem fidei se præclare gesserit, & potita sit capite Holophernis. Et rursus perfecta illa in fide Esther, Israëlè à tyrannica potestate liberans, & à crudelitate Satrapæ, sola mulier afflicta ieiunijs, restitit armatis copijs innumerabilibus, tyrannicum per fidem soluens decretum, & tyrannum quidem mitigauit: Amam verò repressit, & Israëlè perfecta ad Deum oratione illasum conseruauit. Taceo etiam Susannam & Moysis sororem, quòd hæc quidem duxerit exercitum vnà cum Propheta, princeps omnium mulierum quæ apud Hebræos erant insignes sapientia: illa verò per summam honestatem, vel ad mortem vsque procedens, cum ab intemperantibus condemnaretur amatoribus, perstitit firma & constans testis pudicitia.

COMMENTARIVS.

¹ H A B E S summam Martyris cognitione præditi. Est Martyr qui patiendo de Christo fert testimonium. Est & Martyr qui non solum patitur sed etiam scientiam habet & cognitionem. De eo in summa dicit Paulus: Scimus quod omnes habemus scientiam seu cognitionem. Illa autem scientia seu cognitio est de cõmunibus, nempe fide & spe & charitate & cæteris huiusmodi, & quod sit vnus Deus. Hæc quidem scientia de cõmunibus, & quod sit vnus Deus, est omnium fidelium. Scribebat enim Paulus ad fideles, sed non omnes fideles, imo potius pauci intelligunt citra conscientiam licere vesci immolatis, quoniam nihil sit in mundo idolum. Sed quoniam sæpe contingit vt offendantur qui vescuntur idolothythis, est ab eis abstinendum, non propter suam conscientiam, sed propter conscientiam infirmi qui offenditur, quod non habeat quam habere oporteret idolothythi cognitionem. E macello quidem emenda sunt omnia quæ venduntur, siue de eis interrogetur, siue non. Quod si sciatur ea esse idolothytha, consultius est ab eis abstinere, propter epistolam Hierosolymis scriptam ab Apostolis & à Paulo latam ad fideles, qua Spiritui sancto visum esse scribebatur abstinendum esse ab immolatis, & suffocato, à fornicatione. Est ergo scientia & vescendi idolothythis citra conscientiam quod in mundo nihil sit idolum, & ab eis abstinendi, propter conscientiam, non suam, sed alterius, nempe infirmi qui sibi videbatur idolorum, quod comedisset ex immolatis, cum tamen si in eo vera fuisset scientia, intellexisset non esse ab eis abstinendum, cum nihil sit idolum cui fuit immolatum. Fuit etiam alia Pauli scientia. Nam cum omnes cibos esse mundos, & à nullo, tanquam communi & immundo esse abstinendum pronunciasset Dominus, essent tamen aliqui qui aliqua moti religione à nonnullis cibis abstinere, et si sciret esse sibi datam comedendi potestatem, abstinere, ne fratrem infirmum offenderet. Et cum Apostolis & discipulis à Domino data esset potestas circumducendi mulierem, non vxorem, sed sororem, id est, cum qua re Venerea non magis vteretur quam si esset soror, sed tantum secum duceret, vt eius victus curam gereret. Paulus, licet hoc sibi liceret sicut cæteris, nullam tamen circumducebat, ne & nimio sumptu grauaret & oneraret ecclesiam, & vt esset alienus ab omni suspitione incontinentiæ. Erat autè ita institutus Paulus, vt & libenter vesceretur ijs quæ apponebantur, nec temere cum muliere vllam habebat consuetudinem, vt qui non ignoraret mulierem magnas ad libidinem habere illecebras.

² Maxime

³ Maxime autem eos quibus est credita tanta dispensatio. Affert causam cur Paulus, licet nō ignoraret idolothythis vesci licere cum in mudo nihil sit idolum, ab eis abstineret, & cum sciret datam esse potestatem circumducendi mulierem, nullam tamen circumduceret. Causa autè erat quod cum & doctrinæ hdei & mysteriorū esset dispensator, quæ maxima est dispensatio, oporteret ita se gerere, vt iis quos docebat & influebat esset exemplo. Quod si infirmorum nulla habita ratione & immolatis vesceretur indiscriminatum, & mulierem circumduceret, timendum erat ne infirmis afferret offensionem, vt pote quod eis venire posset in mentem, eum & idolorum fauere cultui, & non omni ex parte esse castum qui secum haberet mulierem, licet eum ea Veneris nullam haberet consuetudinem. Ab vtroque ergo abstinere propter conscientiam, non suam, qui vtrumque sibi licere intelligebat, sed propter conscientiam alterius, qui cum non haberet quam pat est scientiā, vana laborabat suspitione propter infirmitatem. Sciebat quidem se ex omnibus esse liberum, Iudeis tamen & Græcis, atque adeo omnibus seruiebat, & se eorum captiui accommodabat, vt omnes iuerificeret, & ad rectam cognitionem, & ad certam fidei notitiam perduceret. Hæc causa erat cur abstineret ab idolothythis, ne si viderent eum non abstinere & Iudæi & Græci, male edificarentur, quod nescirent licere, & cum oporteret eos magno & excelso animo vesci idolothythis, cum nihil referret, Domini enim esse terram & eius plenitudinem, & cum gratiarum actione esse omnium participationem, illi nō habentes scientiam, efficerentur veræ religionis contemptores, nō minoris æstimantes cultum idolorum quam pietatem Christianam. Licet ergo vesci idolothythis & omnibus quæ apponuntur, modo omnia fiant in gloriam Dei, & nihil fiat contra regulam fidei, quæ in hoc consistit, quod corde creditur ad iustitiam. Corde enim creditur vt iustus simus. Iustus autem est qui Deum esse credens vt præscribit scriptura, eumque diligens & in eum sperans, eius custodit præcepta. Ore autem confessio fit ad salutem. Non sufficit enim corde habere iustitiam fidei ad hoc vt salui simus, sed etiam martyres esse oportet, ore, inquam, confiteri, quod Dominus est Iesus, & eum Deus suscitauit à mortuis. Hæc est perfecta fidei iustitia, quæ ex operibus, nempe præceptorum obseruatione est absoluta, & rerum diuinarum scientia & contemplatione. ⁴ Benedicere ergo oportet ijs qui persequuntur. Cum ore, inquit, fiat confessio ad salutem, confitendi autem occasione præbent qui persequuntur, ij non sunt execrandi sed benedicendi. Benedicendo autem iis qui nos persequuntur, testatur nostra conscientia, quod sancte & sincere Deum cognouimus. Sancte autem & sincere Deum cognouit cuius non est carnalis sapientia. Carnalis autem est sapientia quæ est mundana, non spiritualis, ex qua carnali sapientia existit amor terrestris qui versatur in rebus crassis & terrenis, nempe in diuitiis, honoribus, inani gloria, voluptatibusque & libidinibus, & qui non est propter Deum sed propter hominem. Spiritualis autem sapientia, quæ est etiam cælestis, contemptis rebus terrenis versatur tantum in diuinis. Ex ea existit amor diuinus, qui dicitur etiam charitas, qua & Deus propter ipsum diligitur, & homo propter Deum. Hæc parua occasio persequendi fideles efficit, vt ostendant non leue opus charitatis, cum inimicos suos propter Deum diligant. Quod quidem ostendit eos in hoc mundo, non versari in sapientia carnali, sed in gratia Dei. Qui enim spreto rebus crassis & carnalibus Deum propter ipsum diligunt, & hominem propter Deum, ij Deo grati sunt, & sunt in Dei gratia. ⁵ Hactenus quidem de Dei cognitione. Absoluta tractatione de Dei cognitione, & ad aliud transiturus, dicit communem fidei doctrinam esse odorem cognitionis. Per fidem enim qua Deum esse creditur, veluti per quandam odorem manifestatur & dispergitur Dei cognitio. Nisi enim credatur, Deus non cognoscitur, sed si credatur & cognoscatur, simul etiam diligitur, vt qui sit bonus & suauis vniuersis. Per fidem ergo seu per doctrinam fidei cognitio manifestatur. Sed non ita per legem. Hoc autem significabat & gloriosa Moysis facies quæ velabatur & eo tempore quo est lex lata, & multis Iudæis adhuc manebat velum dum legeretur vetus testamentum, licet iam conuersi essent ad Dominum, nondum enim erat in eis doctrina fidei quæ manifestat Dei cognitionem. ⁶ Filii non diligamus sermone nec lingua, ait Ioannes. Christianæ doctrinæ initium est fides quæ manifestat Dei cognitionem. Dei autem cognitio est charitas, quæ homines reddit perfectos, si non diligant lingua & sermone, sed opere & veritate. Res est enim planè inanis, si non sit quod dicitur. Quod si dicamus nos diligere, & vere diligamus, vera est charitas: vera autem Dei charitas, est pietas qua Deus vere diligitur & colitur. Vera autem non est Dei charitas, nec vera pietas, & verus Dei cultus, quando populus Deum labijs honorat, cor autem eorum longe est à Deo. Qui autem est in perfecta charitate, id est fortis & excelsi animi, neque vlla quantumuis grauius formidat pericula, nec ei pro Christi confessione quidquam videtur formidabile. Omnia enim tormenta despicit atque adeo ipsam mortem. Perfecta enim charitas expellit timorem. Non est autem existimandum fidei solam sufficere fidem: nam & Dei charitate opus est. Dei autem charitas in hoc consistit, vt Deus diligatur, & eius præcepta seruentur. Ad hoc autem vt Dei præcepta seruentur, doctrina & cognitio est opus. Sed doctore non sufficit docere, nisi sit iis quos docet bonæ vitæ forma & exemplum, loquendo, conuersando, charitatem exercendo & caste viuendo, fidem quoque eius oportet esse perfectam, vt communem fidem exuperet, & eam in credente possit augere. ⁷ Deinde adducit tibi examen exemplorum diuinorum. An non, inquit, fide. Non solum in nouo sed etiam in veteri testamento fuerunt Christi martyres, qui authorem & consummatorem fidei Iesum, perinde ac si eum viderent licet esset inuisibilis, respicientes & in eum credentes, plurima passi sunt promissam expectantes remunerationem, nempe vnā salutem & Iudæis & gentibus per Christum datam. Ij autem dum & multis afficerentur tormentis, atque adeo ipsam subirent mortem, expurgati à peccatis vitam adepti sunt æternam, & Deo digni inuenti, non amplius serui, sed filij Dei sunt vocati. ⁸ Porro autem Clemens quoque Apostolus in epistola ad Corinthios. Postquam ostendit Clemens virum cognitione præditum institui & formari à diuinis scripturis, id ipsum dicit facere quoque Clementem quem vocat Apostolum in epistola ad Corinthios. De ea epistola sic scribit Eusebius lib. iij. histor. Ecclesiastica, Rufino interprete, vbi agit de Clemente Romano pontifice. Huius Clementis epistola habetur ad Corinthios scripta præcipua plane & valde mirabilis, quam velut ex persona Romanæ ecclesiæ dictauit, cum dissensio apud Corinthios fuisset exorta: quam epistolam in plurimis ecclesiis publice legi, & veterum & nostris etiam temporibus constat,

Yy

sed illius, ut arbitror, nihil aliud extrat quam quod nobis hic reliquit noster Clemens Alexandrinus. In ea autem primum laudantur Corinthij, deinde citantur veteres Patriarchæ & Prophetæ, & eorum virtutum imitanda proponuntur exempla. Ut cæteros autem omittam quos hic licet videre, dicit Iob fuisse Dei martyrem, nempe testem, & ipsum Deum de eo tulisse testimonium, Davidis quoque laudat modestiam, quod dicat se soli Deo peccasse, significans se non admisisse peccatum quod lege esset puniendum. Non est enim puniendum quod non excedit terminos cogitationis quæ pœnam non meretur. Domini autem nostri nempe Iesu Christi spiritus, etiam internas penetrat & scrutatur cogitationes, quo sunt iustiores & maiori cognitione præditi quos intuetur. Eum nulla nostra latet cogitatio. Intuetur enim corda nostra omnipotenti sua voluntate, cuius sanguis est pro nobis sanctificatus, dum vel in ara crucis, vel in sacra mensa est susus & à nobis hauustus. Postea autem excurrit in locos morales de reuerendis præfectis & se-
 10 *Deinde hebdomadis & octo adis, septenarij, inquam.* Septenarium & octonarium numeros constat in scripturis esse valde mysticos, sed quomodo hi dicantur inducere cognitionem, & quomodo cum præcedentibus & sequentibus cohæreant, non possum satis intelligere. *Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.* Multa sunt hic præclara documenta ex Psalmis sumpta quæ pertinent ad cognitionem, nempe abstinendum à malis, & bona esse agenda, Dominum Deum iustos respicere, & preces eorum exaudire: irasci autem iis qui male agunt, & eis afferre exitium, Peccatores quidem, multis & variis affici vexationum flagellis, affici etiam bonos, sed si in Deum sperent, illis non defuturam eius misericordiam, sit modo spes ea germana & sincera. Quod quidem ut boni sperent eo facilius sunt inducendi, quod mens nostra, licet insipiens & obscura, per Iesum Christum illuminetur: vult enim Deus nos per Christum immortalem gustare scientiam. Quod cum ita
 20 sit, diuinæ scientiæ profundum intuentes, debemus rite facere quæ iussit Dominus, ab eo constitutis & ordinatis temporibus. Non sunt enim semper facienda quæ iussit Dominus, sed est etiam habenda ratio præstituti temporis. Non frustra autem dicit debere nos intuentes profundum diuinæ cognitionis, facere quæ Dominus iussit: nam & patris & filij vna est & eadem doctrina, licet non videatur esse vna, quatenus sunt diuersæ personæ. Ex his infert sapientem oportere & verbis suam ostendere sapientiam, humilem autem non oportere de sua humilitate ferre testimonium, sed alium eam illi suo ferre testimonio. Castum non debere de sua superbia continentia, cum eam non sibi, sed Deo acceptam ferre oporteat. Quo autem maiorem adepti sumus cognitionem & scientiam, eo maius est periculum ne labamur. Magnam cognitionem habuere Dæmones, qui ideo etiam dicti sunt *dæmones*, id est scientes, & tamen superbia ex celo eos dedit præcipites. *Venerabilis ergo & casta institutio nostra benignitatis ex sententiâ Clementis.* Per cognitionem seu scientiam instituitur benignitas seu humanitas. Ea verò benignitas seu humanitas quæ docetur à cognitione seu scientia, quærit, ut vult Clemens in hac epistola, id quod est communiter vile. Humanitas autem & benignitas ita sunt coniuncta charitati, ut vnum ab altero non seiungatur. Hinc est quod id quod Clemens tribuit benignitati, tribuit Paulus charitati, dicens eam non quæ sua sunt querere. Charitas verò & de fide fert testimonium, Christum ostendens esse passum & surrexisse à mortuis, & docet ea quæ pertinent ad vitæ & morum institutionem. Docet autem duobus modis, nempe opere, id est exemplo, & sermone. Duplex autem est sermo, nempe & scriptus & non scriptus. Scriptus est qui est mandatus literis: non scriptus autem, qui non est mandatus literis, sed per manus traditus. *Hæc est charitas, diligere Deum & proximum.* Quæ hic scripta sunt à Clemente, sumpta sunt fere omnia ex epistola Pauli ad Corinthios: sed ea ipsa paulo clarius explicat. Primum autem dicit charitatem esse, diligere Deum & proximum. Deum autem & proximum merito simul coniungit. Neque enim diligitur Deus si non propter Deum. Tanta autem est charitas ut quanta sit verbis nequeat explicari. Quid est enim maius quam quod ad ipsum Deum pertingit, atque adeo est ipse Deus? Deus enim est charitas. Magna res est assequi remissionem peccatorum, sed longè est maius non solum peccata remitti, si etiam operari, atque adeo ita obrui ut non amplius appareant. Hoc ita demum euenit si Deus diligitur & proximus. Quid verò aduersa omnia quæcunque acciderint, & quantumuis graua tormenta ita perpeti, ut ea despicias propter Dei amorem, an non est præclarum & eximium? Quid vero Deum non solum sequi, sed ei etiam ita conglutinari, ut sis diuinus, & prope dixerim Deus, quid est magis optandum? Quid est pulchrius quam toto vitæ tempore perpetuo esse concordēs: hoc verò præstat charitas. Multos esse vocatos, paucos verò electos dicit Christus. Sed ij demum sunt electi qui sunt in charitate consummati: perfectos enim & omni ex parte absolutos reddit charitas. Ea certe tanta est, ut absque ea Deo placere non possis. Cum ergo tanta sit charitas ut ab illa omnis sit perfectio, quis eam explicare poterit pro dignitate? Quanta sit autem charitas nulla ex re magis potest intelligi, quam quod ij demum inueniuntur in charitate, quos Deus ea dignos censuerit. Nam qui vel propter metum, vel propter mercedem tantum confitetur, non autem propter Dei charitatem & amorem, is nihil differt ab homine communi. Quantumuis enim verbis Dominum resonet, eum tamen non cognoscit quem non diligit. Qui labijs tantum diligit non est martyr. Is autem est verè martyr qui non solum verbis Dominum confitetur, sed etiam suum corpus tradit vrendum. Res est quidem valde commendanda suas distribuere facultates ad alendos pauperes, si id modo fiat propter charitatem & Dei amorem. Sed si id fiat quod expectetur remuneratio, vel ab ipsis qui sunt affecti beneficio, vel ab ipso Domino qui promisit, non est iam reputanda charitas. Porro autem affert etiam causam cur charitas dicatur Deus: ea verò est, quod ad Dei imaginem proxime accedit. Nam Deus est bonus, bona quoque est charitas nemini iniuriam faciens, nec vlli referens, & omnibus benefaciens. Est præterea charitas plenitudo legis, sicut Christus, hoc est, præsentia Domini qui nos diligit, & quæ est nostra ex Christo doctrina & vitæ institutio. Christus venit, non ut legem solueret, quod per summam calumniam ei obiciebant Iudæi, sed ut adimpleret. Cum autem præsens sit & nos diligit, & præceptum nos doceat charitatis, eius præsentia & doctrina & vitæ institutio est plenitudo legis quæ adimpleretur per

1. Cor. 12.

pletur per charitatem. Pulchre autem dicit Augustinus: Plenitudo legis charitas est qua Deus proximisque diligitur, in quibus præceptis charitatis tota lex pædet & Prophetæ. Meritò est omnium reus qui contra illam facit in qua pendet omnia. Nemo autem peccat nisi aduersus illam faciendo, quia non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, in eo quod est, diliges proximum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur: Plenitudo autem legis charitas. Nemo autem diligit proximum nisi diligens Deum, ut hoc quantum potest proximo impendat quem diligit tanquam seipsum, ut ille diligat Deum, quem si ipse non diligit, nec se nec proximum diligit. Hæc Augustinus: Si autem plenitudo legis est charitas, sequitur ut absque charitate nullum plene perficiatur legis præceptum. Sine charitate ergo non perficitur præceptum de adulterio non committendo, neque præceptum de proximi vxore non concupiscendo. Quo fit ut si propter metum non admittatur adulterium, vel non concupiscatur vxor proximi, non autem propter eius dilectionem, factum quidem sit præceptum per metum, non autem perfectum per charitatem. *Hoc in loco mihi venit in mentem cuiusdam qui se dicebat esse gnosticum.* Quis sit is gnosticus quem dicit noster Clemens, ipse non dicit: Fuerunt autem Gnostici heretici de quibus Irenæus & Tertullianus, qui sibi de sua placebant scientia. Is dicebat eum qui concupiscit non mæchari, nisi concupiscentia processerit ad aliquid actum, nempe quod vel animus visione aliquid apprehendat in somnis, aut etiam propter libidinem corpus se contamine. Huius autem iusti iudicis, nempe Bocchoridis qui de adolescente & meretrice iustam tulit sententiam, meminit Plutarchus in libello de malo pudore, & in vita Demetrii. De hoc Bocchoride vide Erasmus in Adagijs. Condemnatur autem de concupiscentia non solum si mulierem
 20 aspiciens cum ea consuetudinem animo comprehendat, sed etiam si carnaliter & propenso animo ad peccandum viderit: *Contra autem qui per castam aspiciunt dilectionem, non carnem sed animam pulchram esse existimat.* Postquam dixit quædam accidit qui aspiciunt mulierem ad concupiscentiam, exponit quid contra accidat iis qui nulla incitati libidine nec cupiditate, sed per castam aspiciunt dilectionem: ij non carnem sed animam existimant esse pulchram, corpus autem admirantur tanquam statuam, in qua apparet ars artificis. Per pulchritudinem autem quæ est in rebus singulis, ipsi seipso transmittunt ad artificem, ad vniuersitatis, inquam, creatorem & opificem, qui est ipse per se bonum & pulchrum. Ostendunt autem angelis qui præfunt assensionis, id est, quorum opera animæ euehantur ad superos, sanctum signum, seu symbolum, iustitiæ, inquam, characterem, qui animæ imprimitur per Spiritum sanctum. Spiritus enim sanctus quo vngimur, vnde & vnctio dicitur, reddit mentem bene compositam & Deo gratam, & ei talem indit qualitatem ut perpetua fruatur lætitia, cum in se inhabitantem habeat Spiritum sanctum, qui est lucidus, & abstergit ac expellit omnes vitiorum fordes & maculas. *Hanc gloriam quæ in Mosis facie resplendebat, non poterat populus intueri, & ideo gloria velamen.* Eum qui per castam aspiciens dilectionem pulchram existimat, non carnem, sed animam, assimilat Clemens noster Mosis, cuius propter diuturnum cum Deo consortium, & longam eius contemplationem tantus erat fulgor, ut populus eius faciem non posset intueri, & ideo Moses eam velabat. Causa autem erat quod carnalis esset populus, & carnaliter aspiceret. Spiritualem autem eum esse oportet qui Deum velit contemplari. Ut contempletur autem eum nudum esse oportet à rebus mundanis, ne si grauentur vitiis & animi perturbationibus, qui veltigal exigunt, eum retineant & impediunt, & à cæpto cursu, nempe Dei contemplatione auocent. Qui autem nudus est à vitiis & animi perturbationibus, quæ sunt obnoxia veltigalibus quæ penduntur, 40 plenus est autem scientia & bonis ac iustis operationibus, eum non retinent publicani, sed simul cum eo precantes, & opera eius laudantes, & beatum predicantes ad superos transmittunt. Publicanos autem forte vocat angelos, quibus Deus mandat negotium examinandi ea quæ in hac vita geruntur ab hominibus. Qui autem Deum contempletur, bonasque & iustas producit operationes, is assimilatur arbori, quæ cum sit iuxta aquas semper virefcit, & nunquam intermoritur, & suo tempore semper fructus producit. Quod autem verti: Non iis solis quæ sublimis feruntur sacrificiis, Græcè quidem est, *ἡ μόνον τῶν ἁγίων μυστηρίων*, locus videtur esse mutilus, nec ex eo vllus elici potest sensus: non memini quidem certe me legere iustum assimilari sacrificiis quæ sublimis feruntur. *Erant autem in sacrificiorum quoque oblationibus penes legem.* Non solum hominibus suæ sunt virtutes & vitia, sed etiam brutis animantibus. Hinc est quod cum in veteri testamento Deo offerrentur in sacrificium animalia, Deo autem vitiosa non essent offerenda, essent inter Hebræos qui vitiosas bestias à sanis discernent. Sape autem contingit, ut inter vitia & virtutes non sit magnum discrimen, quo fit ut in iis discernendis magna cautione & diligentia opus sit. Non videntur inter se differre appetitio & cupiditas, & tamen appetitio est naturæ, cupiditas autem est voluptatis. *Huius perfectionis potest & vir & mulier æque esse particeps.* Cū in epistola ad Hebræos perfecti & consummati dicantur esse Martyres, sit autem sexus virilis sexu muliebri perfectior, occurrebat dici posse solos viros esse martyres, non etiam mulieres. Huic obiectioni respondet Clemens, hanc martyrij perfectionem ex æquo competere & viris & mulieribus. Mosis tanta fuit perfectio ut mori maluerit cum populo, quàm solus esse saluus. Iudith manifestum adiit mortis periculum, ut obsessam Hierosolymā liberaret ab Holoferne. Hester regina fidei suæ constantia liberauit Hebræos edicto Regio mox occidendos. Maria Mosis soror zelo fidei mota, simul cum fratre subiit labores & pericula militiæ. Susanna tanta fuit fidei constantia, ut impudicis senibus qui eam falso accusabant ad mortem vsque restiterit, à qua Deo volente liberauit eam adhuc infans Daniel. In his exponendis non est quod immoremur, cū historiam habeamus in Bibliis.

Lib. 2. ad Hieronym.

Chiliad. 2. cent. 7. in adagio Bocch.

DION certè Philosophus refert quandam mulierem *Lyfidisam*, propter insignem pudorem, se lauasse cum ipsa tunica: Philoteram autem, cum esset ingressura solium, paulatim contraxisse tunicam, quantum quæ nuda erant tegebantur ab aqua: deinde rursus paulatim ascendente induisse. An non enim tormenta quoque tulit fortiter *Leena Attica*, quæ cum esset conscia insidiarum quæ ab *Armodio* & *Aristogitone* parabantur in *Hipparchum*, nihil omnino est elocuta, etsi valde cruciaretur? Aiunt autem *Argolicas* quoque *Telefilla* poëtria duce, *Spartanos* qui magna erant virtute in rebus bellicis, cum primum se eis ostendisset, fugasse, & effecisse ut illæ mortem nihil extimescerent. De filiabus quoque *Danai* dicit similia is qui fecit *Danaidem*:

Tuncque citò *Danai* sumpserunt arma puellæ,
In ripis pulchro labentis flumine *Nili*: & quæ sequuntur.

Canunt autem reliqui Poëtae velocitatem *Atalantæ* in venatione, & egregiam *Anticleæ* amicitiam, & *Alcestitis* in maritum amorem, & *Macariae* & *Hyacinthidum* magnum & excelsum animum. Quid verò non *Theanò* quidem *Pythagorica* eò processit philosophiæ, ut ei qui ipsam curiose aspexerat, & dixerat, Pulcher cubitus responderit, At non publicus? Eiusdem grauitatis fertur illud quoque dictum. Rogata enim, Postea mulier à quo viro descenderit in *Theismophorium*, A proprio quidem, inquit: & statim subiunxit, Nunquam verò ab alieno. Quinetiam *Themisto* quoque *Zoili* filia *Lampsacena*, uxor *Leontei* *Lampsaceni*, dabat operam philosophiæ *Epicuræ*: sicut *Myia* *Theanús* filia, *Pythagoreæ*, & *Arginete* quæ scripsit res gestas *Dionysij*. Filia autem *Diodori*, cui fuit cognomen *Saturnus*, fuerunt omnes dialecticæ, ut ait *Philo* dialecticus in *Menexeno*, quarum feruntur hæc esse nomina *Menexene*, *Argia*, *Theognis*, *Artemesia*, *Pantaclea*. Memini autem etiam *Cynicæ* cuiusdam. *Hipparchia* autem vocabatur *Maronitis*, uxor *Cratetis*, propter quam in *Poëcile* quoque celebrata fuere *Cynogamia*. *Arete* autem *Aristippi* *Cyrenaica*, eradit *Aristippum* qui *ἠριστιππος*, id est, à matre doctus, fuit cognominatus. Apud *Platonem* etiam philosophabantur *Lasthenia* *Arcadia*, & *Axiothea* *Phlasiæ*. *Aspasia* autem *Milesia*, de qua multa quoque conscribunt *Comici*, usus quidem est *Socrates*, ad philosophiam: *Pericles* autem, ad rhetoricam. Prætermitto alias, ne sit prolixior oratio, neque recensens *Poëtrias*, *Corynnam* & *Telefillam*, *Myiam* & *Sappho*, aut pictrices, ut *Irenem* *Cratini* filiam, & *Anaxandram* *Nealcis*, ut dicit *Dydimus* in *Symposiacis*. *Cleoboli* autem sapientis & *Lyndiorum* monarchæ filiam, non pudebat lauare pedes paternorum hospitum. Nam *Abrahæ* quoque uxor *beata* *Sarra*, parauit ipsa Angelis panes subcineritios: & puellæ regie pascebant oues apud *Hebræos*. Vnde etiam quæ est apud *Homerum* *Nausicaa*, iuerat ad pannos lauandos. Velit ergo pudica mulier, primum quidem si fieri possit marito persuadere, ut sit ei socius eorum quæ ferunt ad beatitudinem: si id autem fieri non possit, sola contendat ad virtutem, marito quidem parens in omnibus, ut inuito illo nihil unquam faciat, præter ea quæ censentur pertinere ad virtutem & salutem. Sed & si quis citra ullam pergentem simulationem, aut uxorem, aut etiam ancillam, arceat à tali affectione, nihil aliud videbitur tunc facere, quàm à iustitia quidem & temperantia statuisset abducere: iniustam autem simul & intemperantem voluisse domum suam efficere. Fieri ergo non potest ut nec vir, nec mulier, sit in ulla re doctus, qui non fuerit usus disciplina, meditationeque & exercitatione. Virtutem autem non in aliquibus alijs, sed vel in nobis maxime sitam esse dicimus. Itaque alia quidem potest quis arcere bellum gerens, quod autem in nostra situm est potestate, nequaquam, nec si maxime quidem institerit. Est enim donum datum diuinitus, & quod non alicui alijs subicitur. Vnde intemperantia quidem non videri potuerit esse alicuius

alicuius malum, quàm eius qui se gerit intemperanter. Temperantia autem rursus eius bonum qui potest se temperare. Mulierem autem quæ cum honestate amat maritum, describit *Euripides*, sic monens:

Bonisque verbis prosequi

Videri oportet si quid coniux dixerit:

Si haud dixerit, laborare ut ad gratiam

Dicat mariti. Et his rursus utique similia:

Dulce estque coniugem, mali

Si euenerit quid, cum viro tristariet,

Dolorisque & gaudij esse participem.

Sic morum mansuetudinem ostendens & benevolentiam esse vel in calamitatibus. Deinde subiungit:

Ægrotus & si sis, ægra simul feram

Tuaque patiar mala: & certè mihi,

Non quicquam acerbi: vnà cum amicis nam decet

Fieri beatos: quid nisi hoc amicitia est?

Sanctificatur itaque etiam quod per Verbum perficitur matrimonium, si coniugium se Deo submittat, & cum vero corde administratur in fidei certitudine: sanctificationum corda à mala conscientia, & ablutorum corpus aqua munda, & habentium confessionem fidei. Fidelis enim est qui promisit. Oportet autem felix matrimonium, neque unquam diuicijs, nec pulchritudine censerit, sed virtute.

Nulli quidem (ait *tragedia*)

Coniugi in maritum pulchra forma profuit,

Multis autem profuit virtus.

Quævis enim bona mulier, quæ viro adhæret, scit esse temperans. Deinde veluti dans admonitiones, ait:

Hoc primum, deformis maritus si fiet,

Formosum ei quæ sapit decet viderier.

Non oculus, sed mens ea est quæ iudicat:

& quæ consequuntur. Valde autem propriè dixit scriptura mulierem datam esse à Deo adiutricè. Clarum est ergo, quod unicuique ex ijs: quæ à marito eueniunt molestiis, ratione cum persuasione moderari apud se constituet. Sin autem non obediat, conabitur, quoad eius fieri potest, ab humana natura, vitam nulli peccato affinem transigere, & seu cum Verbo mori oporteat, seu viuere, talis actionis adiutorem & socium Deum esse existimans, qui reuera & adest, & est Seruator, & in præsentia & in futuro, illumque ducem & principem omnis actionis constituens, temperantiam quidem & iustitiam suam esse munus existimans, religionem autem & in Deum pietatem & amorem finem suum esse statuens.

Eleganter itaque *Apostolus* in epistola ad *Titum* dicit, anus debere esse in habitu sancto non calumniatrices, non vino multo seruietes, ut erudiant adolescentes, ut sint virorum suorum amantes, & filios suos diligant, prudentes, castæ & sobriæ, domus curam habentes, benignæ, subditæ viris suis, ne verbum Dei blasphemetur. Potius autem, pacem, inquit, sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum: attendentes ne quis sit fornicator aut profanus, ut *Esau*, qui pro cibo vno vendidit suam primogenitam: ne qua radix amaritudinis sursum nascens molestiam afferat, & per eam inquinentur multi. Deinde veluti colophonem imponens quæstioni de matrimonio, subiungit: Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. Fornicatores autem & adul-

teros iudicabit Deus. ^h Cum unus utique scopus & unus finis, & viro & mulieri sit ostensus, de eo qui est perfectus dicit Petrus in Epistola: Modicum nunc si oportet tristitia affecti in variis tentationibus, ut probatio vestrae fidei multo preciosior auro quod perijt, & per ignem est probatum, inueniatur, in laudem & gloriam in reuelatione Iesu Christi, quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc cum non videatis, credatis autem, exultatis letitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei, salutem animarum vestrarum.

Quamobrem Paulus quoque gloriatur se propter Christum fuisse in laboribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. Hic inuenio perfectum multis modis accipi, prout is est qui in unaquaque virtute se recte gerit. Perficitur itaque & consumatur aliquis, & ut pius ac religiosus, & ut tolerans, & ut continens, & ut operarius, & ut martyr, & ut cognitione prae datus. In omnibus autem simul perfectus, nescio an ullus sit qui est adhuc homo, nisi solum is qui propter nos induit hominem. Quamquam ex nuda lege fuerit quis utique perfectus, qui profitetur abstinentiam a malis. Ea autem est via ad Euangelium, & ad bene faciendum. Sed legis quidem ex cognitione perfectio, est assumptio Euangelij, ut fiat is qui est ex lege perfectus. Ita enim praedixit is qui est ex lege Moses, esse audiendum ut accipiamus ex Apostoli sententia, Christum legis plenitudinem. In Euangelio autem iam proficit is qui est cognitione praedatus, non solum utens lege tanquam gradu, sed eam percipiens & mente intelligens, ut tradidit Apostolis qui dedit testamenta Dominus. Quod si etiam vitam recte instituerit, sicut certe fieri non potest ut in bene operando difficultatem consequatur cognitio, & praeterea rectissime confessus, Martyr fiat, maximam inter homines dignitatem meritumque accipiens, ne sic quidem eo perueniet, ut vocetur in carne perfectus, quoniam hanc appellationem praecipue vitae finis, cum, qui est martyr ex cognitione, eo peruenit ut perfectum opus ostenderet & proprie produceret, per charitatem ex cognitione profectam benigne donato sanguine emittent spiritum: beatus autem hinc fuerit & iure vocetur perfectus, ut sublimitas potestatis sit Dei, & non ex nobis, ut dicit Apostolus: Solum conseruemus liberum eligendi arbitrium & charitatem: in quolibet afflicti, sed non redacti in angustias: egentes, sed non oppressi egestate: persecutionem patientes, sed non derelicti: deiectione, sed non perditum. Oportet autem eos qui ex sententia Apostoli contendunt ad consummationem, nullam in nulla re dare offensionem, sed in re qualibet commendare seipsum non hominibus, sed Deo. Sit autem accessio & additamentum parere etiam hominibus: etenim etiam ipsi parere est consentaneum, propter insultantia maledicta. Commendatio autem in tolerantia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, & carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, & ieiuniis, in castitate, & cognitione, in patientia, & benignitate, in sancto spiritu, in charitate non ficta, in verbo veritatis, & virtute Dei, ut simus templa Dei emundata ab omni inquinamento carnis & spiritus. Et ego, inquit, vos accipiam, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, ait Dominus omnipotens. Perficiamus ergo, inquit, sanctitatem in timore Dei. Nam etsi tristitiam timor generat, gaudeo, inquam, non quod tristitia affecti estis, sed quod tristitia affecti estis ad poenitentiam. Tristitia enim affecti estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum a nobis accipiatis. Nam quae est secundum Deum tristitia, poenitentiam ad salutem operatur impoenitentiam. Tristitia autem mundi, mortem operatur. Etenim hoc ipsum quod tristitia affecti estis secundum Deum, quantum in vobis operatur studium, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed vindictam? In omni exhibuistis vos esse castos negotio. Haec sunt exercitationis quae ex Dei cognitione profiscitur praexercitamenta. Quoniam autem Deus ipse omnipotens dedit alios quidem Apostolos, alios vero Prophetas, alios

Ephes. 4.

autem

autem Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad perfectionem sanctorum, ad opus ministerij, ad adificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis Dei filij Dei in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi: studendum est viri euadere ex cognitione, & quam maxime perfici adhuc in carne manentes, ex perfecta hic concordia & consensione, meditates cum Dei voluntate concurrere, ad restitutionem eius quae vere perfecta est nobilitatis & cognationis, ad plenitudinem Christi quae ex perfectione perfecta est absolute. Iam cernimus quam ratione & quomodo & quando perfectum dicit diuinus Apostolus, & ut perfectorum ostendit differentias. Et rursus: Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem, alij quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alij autem sermo scientiae secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij autem gratia sanctorum in eodem spiritu, alij vero operationes virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij autem interpretatio linguarum. Omnia autem haec operatur unus & idem spiritus, diuidens seorsum unicuique prout vult. Quae cum ita se habeant, Prophetae quidem perfecti sunt in prophetia, iusti autem in iustitia, & martyres in confessione. Alij autem in praedicatione, non expertes quidem virtutum communium, sed recte se gerentes in iis in quibus sunt ordinati. Quis enim sanae mentis dixerit Prophetam non esse iustum? Quid enim, non iusti quoque sicut Abraham prophetarunt?

Bellica nanque Deus dedit huic ut munera obiret,

Illi ut saltaret, cithara cantuue sonaret,

ait Homerus. Sed unusquisque habet proprium donum a Deo hic quidem sic, ille vero sic: Apostoli autem fuere pleni in omnibus. Inuenies itaque, si volueris, ex eorum rebus gestis & scriptis, eorum cognitionem, vitam, praedicationem, iustitiam, castitatem, prophetiam. Sciendum est autem quod etsi Paulus sit tempore recentior, ut qui statim floruerit post Domini assumptionem: eius tamen scriptura dependet ex veteri testamento, illinc & spirans & loquens. Quae est enim in Christum fides, & Euangelij cognitio, est expositio & legis adimpletio. & ideo dictum est Hebraeis: nisi credideritis, non intelligetis: hoc est, nisi ei credideritis qui per legem est praedictus, & a legis oraculo est significatus, non intelligetis vetus testamentum, quod ipse per propriam exposuit personam: Qui autem intelligit & perspicit, hic est, qui est cognitione praedatus. Est autem eius opus non a malis abstinentia, ea est enim basis maximi profectus, sed nec aliquid boni facere, vel propter metum. Scriptum est enim: Quod fugiam, & ubi abscondar a facie tua? Si ascendero in caelum, tu illic es: si abiero ad extrema maris, illic est dextera tua: si descendero in abyssos, illic spiritus tuus. Sed neque propter spem promissi honoris: dictum est enim, Ecce Dominus, & merces eius a facie eius, ut reddat unicuique secundum opera sua, quae oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quae preparauit Deus iis qui ipsum dilexerunt. Sola autem quae propter charitatem sit beneficentia, propter ipsum honestum est expetenda ei qui est cognitione praedatus. Iam vero ex persona Dei, Domino dictum est: Pete a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Petitio maxime regia, quae docet hominum salutem peti sine mercede, ut nos simus haeredes & possideamus Dominum. Contra autem alicuius usus gratia, nempe ut hoc fiat, vel illud non fiat, eam quae circa Deum versatur desiderare scientiam, non est proprium eius qui est cognitione praedatus: causa autem contemplationis ei sufficit, ipsa cognitio. Ausim enim dicere, non eo quod velit saluus esse, eliget cognitionem, qui persequitur cognitionem propter iustam diuinam scientiam. Intelligere enim ex continentia & exercitatione, extenditur ad id quod est semper intelligere: Est autem semper intelligere, cum per temperationem nullis disiunctam in

Yy iij

teruallis, facta fuerit eius qui cognoscit essentia, & perpetua contemplatio *uis* manet substantia. Si quis ergo per hypothesein ei qui est cognitione praeeditus proposuerit, utrum malit, Dei cognitionem, an salutem aeternam, sint autem ea separata, cum sint omnino eadem, nihil penitus dubitans elegerit Dei cognitionem, propter se iudicans esse expetendam eam quae fidem transcendit per charitatem ad cognitionem, proprietatem. Haec est ergo prima eius qui est perfectus beneficentia, quando non fit propter aliquem usum eorum quae ad se pertinent. Cum autem iudicauerit pulchrum esse & honestum id quod est bonum facere, vehementer incitata operatio bene se gerit in omni actione, non in aliqua quidem recte, in aliqua vero non, sed in benefaciendi habitu constituta, neque praeterea propter gloriam, aut ut philosophi dicunt *ἕνεκα*, id est, famam illustrem, neque propter mercedem aut ab hominibus, aut à Deo, ad imaginem & similitudinem Dei vitam peregerit. Et si aliqua ratione ei bonum operanti aliquid contrarium occurrerit, talionem parisque pari relationem ut bonam, citra ullam acceptam iniuriam recordationem, proiciet, ut qui erga iustos & iniustos, existat iustus & bonus. Eis qui sunt huiusmodi dicit Dominus: *10* Estote sicut pater vester perfectus. Ei caro est mortua, vivit autem ipse solus, ut qui sepulchrum in sanctum templum Domino consecrauerit, veterem peccatis obnoxiam animam ad Deum conuertens. Is non est amplius continens, sed praue nit ad habitum impatibilitatis, ut diuinam figuram induat expectans. Si elemosynam, inquit, feceris, nemo sciat. & si ieiunaueris, ungere, ut Deus solus cognoscat, nullus autem homo. Sed neque ipse qui miseretur, debet scire se misereri: sic enim erit aliquando quidem misericors, aliquando vero non. Cum autem ex habitu fecerit id quod est beneficium, naturam boni imitabitur. *30* Affectio autem & natura erit & exercitatio. Non oportet autem elatos transmutari, sed ingredientibus peruenire quod oportet. Hoc est enim trahi à patre, dignum effici ut gratia virtutem à Deo accipiat, & currat citra impedimentum: & si electum odio habeant aliqui, is nouit eorum inscitiam, animi eorum miserens ignorationis. Merito ergo ipsa diligit cognitio, & eos qui ignorant docet & erudit omnem Dei omnipotentis honorare creaturam, si quidem Deum didicit diligere. Is non ita habebit virtutem ut ea vel vigilando possit amitti, vel in somniis, vel ulla visione, quoniam nec à seipso unquam excedit habitus, ab eo quod est esse habitum, excidens. Siue ergo cognitio dicatur esse habitus vel affectio, eò quod nunquam subeant diuersae notiones, principalis pars animae manens non alterabilis, non assumit aliquam visorum diuersitatem, quae ex diurnis motibus fiunt simulachra somnians. Propterea certe Dominus quoque praecipit vigilare, ut nec nostra quidem in somnis unquam moueatur anima animi perturbationibus, sed noctis quoque vitae institutionem, tanquam quae interdum operetur, duram & immaculatam imperat custodire. Haec est enim, quae fit, quoad eius fieri potest, Deo assimilatio, mentem conseruare in ea habitudine ad ea quae sunt eadem. *40* Varia autem affectio, est per eam quae est ad res materiales assensionem. Qua quidem ratione mihi videntur noctem vocasse *ἡ νύκτις*, quoniam anima tunc cessans à sensibus conuertitur ad seipsam, & est magis prudentiae particeps. Propterea ergo sacra quoque mysteria maxime noctu fiunt, significantia eam quae noctu fit, animae à corpore contractionem. Ne dormiamus igitur ut reliqui, sed vigilemus & sobrii simus. Qui enim dormiunt, noctu dormiunt: & qui inebriantur, noctu inebriantur: nos autem cum simus diei, sobrii simus, induentes loriam fidei & charitatis, & galeam spem salutis. Quaecunque autem dicuntur de somno, eadem etiam oportet exaudire de morte: utrunque enim significat abscissum animae, mors quidem magis, somnus vero minus: quod quidem potest etiam accipi ab Heraclito. Homo in letitia tangit lucem sibi mortuus, extinctus: viuus autem tangit mortuum, dormiens extinctus oculos.

Vigilans

Vigilans tangit dormientem: Beati enim qui viderunt Dominum, ex sententia Apostoli. Quoniam tempus est iam nos ex somno surgere: nunc enim est propius nostra salus, quam cum credidimus. Nox processit, dies appropinquauit. Deponamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Diem autem allegoricè dicit filium & lucem, & rursus praecepta arma lucis metaphoricè. *10* Haec ratione dicunt oportere nos ablutos, ad sacrificia & preces ire mundos & splendidos, & hoc quidem fieri symboli signiue gratia, esse scilicet extrinsecus ornatum & emundatum. Emundatio autem est, ea quae sunt sancta animo agitare & sentire. Quinetiam imago quoque fuerit baptismatis, quae etiam à Mose poëtis tradita fuit hoc modo:

Cum hausit aquam, mundas gestans in corpore vestes,
Penelope venit ad preces, Telemachus autem
Ablutusque manus pelago, edit vota Mineræ.

Hic erat mos Iudaeorum, ut etiam saepe in lecto tingeretur. Bene ergo illud quoque dictum *20* est: Non lauacro mundus esto, sed animo. Est enim perfecta, ut sentio, mundities, quae est mentis & operum & cogitationum, & praeterea sermonis quoque sinceritas, & ultima peccati in insomniis vacuitas. Est autem sufficiens, ut ego quoque quidem opinor, homini purgatio, perfecta firmaque ac stabilis poenitentia, si cum de praecedentibus nos damnauerimus actionibus, antequam procedamus, postea intelligentes, & mentem immersam sustolentes, tam ab iis quae per sensum delectant, quam à prioribus delictis. *30* Si itaque scientiae quae dicitur *ἡ σπουδή*, danda est etymologia ex statione & quiete, quae dicitur *στάσις*, eius sumenda est explicatio, quoniam nostram in rebus sistit mentem, quae prius aliàs aliter ferebatur. Similiter fidei quoque *πίστις* inquam, danda est etymologia, anima nostra *ἡ ἐπιπέδησις*, id est, circa id quod est statio & quies. Nos autem eum qui semper est & in omnibus iustus scire cupimus, qui nec timens supplicia quae à lege statuuntur, nec eorum cum quibus versatur, & qui peccata persequuntur, odium vitans in improbos, nec quod ex ipsis sceleribus & flagitiis impendet periculum reformidans, iustus permanet. Qui enim propter haec abstinet à faciendo aliquid ex iis quae sunt iniusta, non est sua sponte, sed metu *40* bonus. Atque Epicurus quidem ait eum qui est ex eius sententia sapiens, velle propter aliquod lucrum facere iniuriam. Non enim suadere sibi posse fore ut lateat. Quare si sciuerit fore ut lateat, faciet iniuriam, ut est eius sententia. Et haec quidem sunt tenebricosa dogmata. Si autem ab iniuria facienda abstinerit propter spem remunerationis à Deo consequenda ob ea quae iuste fecerit, ne sic quidem sua sponte est bonus. Sicut enim illum metus, sic hunc quoque merces iustum facit, vel potius efficit ut videatur iustus.

50

COMMENTARIVS.

* DION certe Philosophus. Postquam egit de perfectione mulierum Hebraearum, nunc accedit ad mulieres Graecas, quarum ostendit perfectionem in virtute & doctrina. De Lisydis & Philotherae pudore fides sit penes authorem: nam Dionis quem citat non opinor quidquam hodie extare. A Leana Attica Aristogitonis amica, cum Aristogiton & Armodius Hipparchum tyrannum occidissent, quaestione habita extorquere non potuit Hippis ut conscios proderet. Argolicae mulieres Thelesilla Poetria duce, Argos defenderunt aduersus Cleomenem Spartanorum regem. Vulgo nota est fabula de filiabus Danae quinquaginta quae maritos suos Aegypti filios omnes vna nocte interfecerunt, praeter Hypermetram quae Lyno marito peperit, sed Danaidem quam hic citat non opinor hodie extare. Atalanta autem quod fuerit virgo velocissima, & quod cum Achaeorum iuuentute Calydonium aprum interfecerit, est notius quam ut hic sit recitandum. Anticlea mater fuit Ulyssis, an autem ex Laerte, an ex Sisypho latrone, incertum: Ulyssis quidem certe obiicit Aiax apud Ouidium, quod esset cretus ex genere Sisyphio. Sed cum egregiam eius *12* Ouid. 12. Metam. amicitiam praedicet Clemens, non est verisimile Laerte marito suspectam fuisse eius fidem. Alcestidis autem seu Aceste tantus fuit amor in maritum suum Admetum regem Thessaliae, ut cum eum breui mortuum nisi quis pro eo moreretur, respondisset oraculum, ipsa ut eum à morte liberaret sibi mortem conficiuit. Spectant subeuntem fata mariti, Alcestem, inquit Iuuenalis, & Seneca, Coniugis fatum redimés Phœrei, Vxor impendit animam marito. Porro autem non solum viri, sed etiam foeminae, fuerunt magni & ex-

Paul. in At-
ticis.Eras. in Pro-
uerb.
Cel. lib. 7. c.
13. ex Pha-
nodemo &
Phrynico.Cel. lib. 14.
cap. 1. &
Laert. lib. 6.
Plutarch. in
Pericle.Plin. lib. 35.
cap. 11.

Odyss.

celsti animi. Ex iis adducit primam Macuriam Herculis ex Dejanira filiam. Nam cum Herculis filij Euristeum fugientes Athenas venissent supplices ad Theseum, bellum autem se ei illaturum minaretur Euristeus, oraculum monuit Athenienses victoriam spem eis esse futuram, si vnus ex liberis se vltro deuouisset: Macuria sibi mortem consciiuit. Quo factum est vt aduersus Peloponesios victoria potiti sint Athenienses, & fons in Marathone ex ea nomen accepit. Eius autem tumulus floribus & coronis ornabant Athenienses, dicentes *βῆμας εἰς μακάρων*. Iace in Macariam. Quod prouerbum postea fuit vsurpatum de iis, qui sua virtute se in periculum coniciebant. Ex sex quoque filiabus Eriethei Athenarum Regis, quarum nomina erant, Protogenia, Pandora, Procris, Creusa, Orchya, Chtomia, quæ κατ' ἔξοχὴν dictæ sunt virgines, duæ Protogenia & Pandora pro patriæ salute se iugulandas obrulere in grauisimo bello aduersus Eumolpum. Dictæ autem sunt Hyacinthides quod immolatæ sunt in pago cui nomen erat Hyacinthus. Multæ autem fuerunt puellæ nomine Theano, hæc autem de qua nunc scribit Clemens, fuit natione quidem Metapontina, disciplina autem Pythagorea, in Philosophia egregie docta. Eius meminit Plutarchus in libro de præceptis coniugialibus, & eius dicti, de cubito, quod hic refert Clemens. Non minus autem grauitate respondit, proprio: Sed quænam ea fuerit non memini me legere. De his autem mulieribus quas recenset Clemens, non est quod plura dicamus quam ipse Clemens. Earum aliquæ fuerunt Poetriæ, aliæ in Philosophia eruditæ, adeo vt ipsæ etiam Philosophos docuerint & fecerint. De his autem penes Clementem fides sit oportet: non extant enim authores ex quibus sumpsit Clemens: Qui plura volet, legat Theatrum humanæ vitæ in titulo de Poetriis. Ad laudem autem mulierum non parum facit, quod iis quas citat mulieribus ad Philosophiam vsi sint Principes Philosophorum Plato & Socrates. Dicearchus certe testis est apud Cælium Laetheniam Mantineam & Axiotheam Phlasiam Platone vfas esse præceptore, & ornatu virili, nonnunquam intrasse auditorium. Aspasia vero Milesia in Philosophia multum profecit, Rhetoricam exercuit Periclis magistra & tandem vxor. Eius in Politicis præcepta secutus est Plato, sicut & Diotima, quam etiam magistræ suam appellare non veretur: Philosophis & Poetriis, nempe Corynnæ, Telestilla Myiæ & Sappho adiungit etiam eas quæ sciebant pingere, Irenem Cratini filiam, & Anaxandram Nealcis. Fuit autem Cratinus Irenes pater & præceptor, pinxit verò Irene puellam quæ est in Eleusine. Nealcis à Plinio recensetur inter pictores, sed Anaxandræ eius filia non meminit. Hospitalitas semper fuit in honore habita, non solum apud Hebræos, & fideles qui eis successerunt Christianos, sed etiam apud gentes exteras. Cleobuli certe Lindij sapientis filia hoc nomine commendatur à Clemente, quod patris sui hospitium pedes lauaret: quod genus officij in hospites fuisse vfitatissimum testatur in pluribus locis & vetus & nouum testamentum. Videbatur autem hoc genus officij apud Gentes esse valde abiectum, propterea Cleobuli filia laudatur à Clemente, quod cum eius pater esset Lindiorum Monarcha, eam tamen non puderet lauare pedes hospitum patris. ^b Nam Abraham quoque vxor beata Sara. Fuit etiam hospitalis Abraham & vxor eius, quæ peregrinos aduenientes hospitio excipiebat, subcineribus panes eis parabat, eorum pedes lauabat. Quo factum est vt pro hominibus Angelos hospitio exciperet. ^c Et puella regia pascebat oves apud Hebræos. Quod puellæ regis oves pascerent, eo minus est mirandum quod ipsi quoque viri se pastores dicerent. ^d Vnde etiam quæ est apud Homerum Nausicaa. Ne videatur nimis abiectum & indecorum hospitium pedes lauare, adducit Nausicaam, quæ cum apud Homerum in Odyssæa pannos lauaret, ab ea repertus est Ulysses maris fluctibus eiectus, & ad Alcinoium deductus. ^e Velit ergo pudica mulier. Iam ostendit & virum & mulierem posse esse perfectos, contingit autem matrimonio esse coniunctos virum & mulierem, qui vitæ institutis & moribus inter se differunt. Docet ergo Clemens quomodo pudicam mulierem tunc se gerere oporteat. Dicit eam oportere ita se gerere, vt marito obediat in omnibus, præterquam in iis quæ pertinent ad virtutem & ad salutem. Dei enim cultus & pietas, & quæ ex virtute geritur, vita est omnibus præferenda. Id ipsum quoque dicendum est de ancilla. Nam si quis velit vxorem suam, vel ancillam ad virtutem bene affectam citra vllam dissimulationem, ab ea affectione abducere, is aperte ostendit se velle suam familiam iniustam reddere & intemperantem. Non potest autem nec vir nec mulier in vlla re esse doctus, qui non didicerit, meditatursque sit & se exercuerit. Virtus autem sita est in nostra potestate. Quo fit vt nullus eam à nobis possit arcere aut expellere, maxime cum sit donum à Deo datum, & in quod nullus externus potest suam exercere potestatem. Est itaque virtus, eius qui habet, bonum. Virum autem, eius qui id habet, malum: est ergo vtrumque situm in nostro libero arbitrio, quo ne vtamur non potest quispian prohibere. Quod autem dixi de libero arbitrio, ita est intelligendum si diuinum non desit auxilium. ^f Mulierem autem quæ cum honestate amat maritum. Tractando de mulierum perfectione res eo est deducta, vt fieret mentio eius quæ coniuncta est matrimonio. Eam itaque instituens, adducit aliquot egregias sententias ex Tragædiis Euripidis. Quarum prima est, vt si quid recte dicat maritus, laudet mulier. Si non dixerit, loquatur tamen ad gratiam mariti, ne eum offendat. Secunda est, vt in iis quæ marito accidunt, sit gaudij & doloris sociæ & particeps. In tertia hoc ipsum marito dicentem introduxit vxorem, se & cum ægroto ægrotam futuram, & quiduis mali cum eo perpessuram: eam enim esse veram amicitiam, gaudere cum gaudente, dolere cum dolente: his addit Clemens, id demum esse sanctum matrimonium vt à verbo sanctificatum & perfectum, sit sit Deo subditum, vt quod ab eo pendeat, non à voluptate, sique eorum qui coniunguntur munda conscientia, & corpore per lauacrum mundato sit etiam sincera fidei confessio. Hinc matrimonium dicitur sacramentum, non solum quod sit rei sacræ signum, nempe coniunctionis ecclesiæ Christi sponsæ cum Christo sponso, sed etiam quod sit res sancta. Est enim res sancta quando coniunguntur ij quorum est cor mundum, pura conscientia, & sincera fidei confessio. Non esset autem res sancta, si in matrimonio sola esset coniunctio corporis ad explendam libidinem. Neque mirum est si sanctum sit Matrimonium; cum sit fidelis Deus qui eos coniunxit, & in vnam carnem futuros promisit. ^g Eleganter itaque Apostolus in epistola ad Titum. Hæc sunt præcepta moralia sumpta ex epistolis Pauli. Eorum interpretatio sumatur ex commentariis eius epistolarum, non enim ob aliud ea citabat quam

tabat quam vt pauca afferret quæ illic sunt de matrimonio, quæ per se sunt satis clara. Quæstionis autem de matrimoniis dicit Clemens hunc esse veluti colophonem & summam, honorabile connubium, & torus immaculatus: quid enim honestius quam per Deum coniungi, per Verbum sanctificari, pura & munda esse conscientia, nulla admittere probra stupri & adulterij, & ita se gerere, vt in lecto matrimoniali nulla penitus insideat macula nec labes? ^h Cum vnus itaque scopus & vnus finis. Dixit superius esse perfectionem in viris & mulieribus, nunc autem dicit quisnam sit perfectus. Dicit autem ex verbis Petri eum esse perfectum qui per Christum quem non vidit, & tamen in eum credit & eum diligit, reportat suæ fidei finem, salutem animæ. Idem sentit Paulus qui gloriatur se propter Christum plurimum laborasse, & grauisissima, atque adeo multis mortibus maiora esse persequum. Horum omnium scopus & finis salus est animæ, quæ est Christiani perfectio. ⁱ Quoniam autem Deus ipse omnipotens. Volens Deus & suam ecclesiam, & eius singulos esse perfectos, dedit Apostolos, Prophetas, Euangelistas, Pastores & Doctores, qui & ipsi in suo genere essent perfecti, & alios perficerent. Quo magis adnitendum est iis propter quos sunt à Deo dati, vt viri euadant & sint perfecti in plenitudine fidei, dum manent in hac vita. Porro autem ij qui ad alios perficiendos sunt à Deo dati, licet sint perfecti in iis ad quæ sunt ordinati, habent tamen etiam suam in communibus virtutibus perfectionem, sicut etiam qui communes habent virtutes, possunt habere Dei dona & charismata. Et sunt quidem varia & diuersa dona quæ dantur ab eodem spiritu, & non iisdem sed diuersis dantur, & raro contingit vt omnia iisdem dentur, Apostolorum tamen ea fuit prærogatiua, vt in omnibus excelleret. Inter ceteros autem Apostolos fuit etiam Paulus, qui tempore quidem fuit recentior, vt qui statim fuerit post Christi assumptionem, sed quæ scripsit dependent ex veteri testamento: Christum enim prædicans qui in lege fuit prædictus & significatus, quæ non intelligitur nisi in Christum credatur, qui venit non vt legem solueret, sed vt adimpleret, atque hoc quidem intellexit, & perspexit Paulus, docens non posse intelligi, nec perferri legem sine Christo. Quod quidem qui intelligit, & perspicit, is est cognitione præditus. ^k Iam verò ex persona Dei Domino dictum est. Eum qui Dei habet scientiam, & qui ex charitate bene facit, nihil aliud dicit sibi proponere quam ipsum bonum & honestum. Qui aliter facit, nempe qui bene facit, vel propter remunerationem, vel propter gloriam & honorem, is non est Dei cognitione præditus. Hoc vt melius intelligamus citat ex psalms vericulum, quo Deus iubet Domino, vt ab eo petat gentes. Quod si fecerit eas illi gratis daturum hereditatem, significans Christum & citra remunerationem gentes à Deo accepisse, & gentes ipsas bene facientes nulla tibi propolita remuneratione, sed sola boni & honesti, atque adeo ipsius Christi consideratione, salutem consecuturos, & ipsum Christum possessuros. Hoc Dei præstat cognitio quæ non est desideranda, vt aliquid quod nobis sit vtile assequamur, vel quod sit noxium repellamus, sed propter solam Dei contemplationem, in qua consistit salus hominis, dum Deum contemplando eo fruatur. Contemplationis autem causa est Dei cognitio. Et sunt quidem hæc duo, nempe salus hominis & Dei contemplatio, ita coniuncta, vt non possit vnus ab altero separari. Quod si fieri posset vt separarentur, inallet vir bonus Dei cognitione præditus æterna carere salute, quam Deum non cognoscere, & non contemplari. Et est quidem contemplatio, rerum diuinarum in mente agitatio, quod Græci dicunt νοεῖν, nos autem id vtcunque significantes dicimus intelligere. Et incipit quidem hæc contemplatio in iis qui se à voluptatibus continent exercet in Dei meditatione, sed ea non est sempiterna contemplatio, etsi ad sempiternam tendat contemplationem, quæ tum demum existit, quando nullis interrupta interuallis, ei qui Deum cognoscit, ita inhareret, vt dici possit in eo consistens essentia. Propter se autem expetenda à cognoscente iudicatur hæc Dei cognitio, vt cuius hæc sit proprietas, vt propter charitatem fidem superet. Credi quidem potest esse Deum, etsi non diligatur, cognosci autem non potest nisi diligatur, & charitas efficit vt cognoscatur. Hinc ergo fit vt Dei cognitio sit maior fide, cum fides esse possit sine charitate, cognitio autem minime. Nam nec Deus cognoscit hominem, nisi diligat: peccatores enim non nouit quos non diligit, eos certe dicit se nescire: nec homo Deum diligit, quem non nouit: non nouit autem qui præcepta eius non seruat: non seruat autem qui non propter Deum seruat, & propter ipsum bonum & honestum, penitus neglecta sua utilitate. Is autem qui ita Deum nouit, vt qui sit perfectus, & propter Deum & ipsum honestum bene facit, & semper & ex habitu bene facit, bonaque est omnis eius actio, vt qui non gloriam, non honorem, non mercedem, non remunerationem, sed solum bonum sibi proponit, in vita agenda Deum imitans, qui non propter aliud benefacit quam quod sit bonus. ^l Non oportet autem elatos transmoueri. Qui Dei habet cognitionem, ex habitu bene facit: sed qui bene facit, eum non oportet in altum superbia efferri, sed Deum sequendo qui sua gratia eum volentem trahit, ingrediendo superare, quæ sunt alioqui ardua & difficilia, & peruenire quo oportet, nempe ad regnum Dei. Perueniet autem si Dei virtutis habens gratiam per arctam viam currat citra impedimentum. Qui per arctam viam ita currit citra impedimentum, is à Deo est electus. Qui licet à nonnullis odio habeatur, eum tamen retardare non poterunt, Deus enim nouit eorum inscitiam, & miseretur eorum ignorantis: quo fit vt in eo impediendo frustra laborent. Porro autem Dei cognitio nos & Deum docet diligere, & eius opera. Nam cum Deus sit bonus, & omnia bene fecerit, fit vt bona sint quæ fecit. Quæ autem bona sunt & pulchra diliguntur: hinc fit vt & Deus diligatur & eius creaturæ: qui ergo Dei habet cognitionem, habet charitatem quæ est Dei & proximi dilectio. Cum autem quæcunque Deus fecit, & sint & bona sint, nulla creatura est odio habenda, sed peccatum quod non est Dei opus, sed vitium & defectus creaturæ qui nihil est. Solum ergo vitium & peccatum est odio habendum, vitium autem & peccatum non est in eo qui Dei habet cognitionem, sed virtus, quæ cum sit habitus, qui nunquam à se excedit, ea nec interdium, nec noctu, nec vllis somniis, nec visione amittitur: maxime cum quæ principatum obtinet facultas anime sit inalterabilis, & nullas diuersas suscipiat notiones, & ne in somnis quidem ex diurnis motibus accipiat visorum simulachra. Ideo Christus suos discipulos iubet vigilare, significans nullis animi pertur-

rationibus agendam esse animam, & perinde atque si interdiu operaretur, à visis & insomniis puram & immaculatam esse conseruandam. A visis autem & insomniis pura & immaculata conseruabitur, & Deo, quoad eius fieri potest, assimilabitur, si mens versetur in habitudine ad ea quæ sunt eadem, seu quæ similiter & eodem modo se habent, nempe quæ sunt diuina & æterna, & cadunt sub intelligentiam. Varia autem incertaque & instabilis erit animæ affectio, si versetur in iis quæ cadunt sub sensum, & sunt materialia. Atque ea quidem perturbant animam, ut quæ eam in varia distrahant, & est ea nox in qua hoc fit turbulenta, sed non ea nox quæ *εὐπρόσθι* dicitur *κατὰ τὸ ὄρατον*, id est ab eo quod est esse prudentem, quod anima cessans à sensibus ad se conuersa, & à corpore contracta, fiat prudens. In hac etiam nocte olim fiebant mysteria, in qua à corpore contracta & separata anima euadebat prudens. Separatur autem anima à corpore, & somno & morte, sed morte maxime. Hanc autem animæ quæ noctu fit separatio, nempe pulchrè quidem sed obscure significauit Heraclitus dicens Græcè, *αἱ ψυχῆς ἐν εὐπρόσθι πάλαι ἀφίστανται τῶν ὄρατον κατὰ τὸν ὄρατον*. Vbi non existimo esse legendum *εὐπρόσθι*, id est latitia, sed *εὐπρόσθι*, id est, nocte, ut hic sit sensus; homo noctu tangit lucem sibi mortuus, extinctus, id est, homo mortuus & extinctus, ut qui à somno sit priuatus sensibus, tangit lucem, id est, apprehendit diuina, & quæ cadunt sub intelligentiam. Viuus autem tangit mortuum, id est viuens anima tangit corpus mortuum, licet enim sit somno separata, adhæret tamen corpori quod est mortuum, ut quod non sentiat, & cuius extincti sunt oculi, ut quod non videat. Vigilans tangit dormientem: vigilat enim anima, corpus autem dormit. Qui rerum autem diuinarum & æternarum se dedunt contemplationi, ij dicuntur vigilare. Qui verò se in rerum sensilium & materialium immergunt studio, ij & dormire dicuntur & inebriari. Et ideo iubet Christus Discipulis ut vigilent, id est diuina & æterna cogitent, & præcipit Paulus ne dormiamus ut ceteri, sed ut vigilemus & sobrii simus. Ceteri quidem noctu dormiunt & inebriantur, sed qui sunt Dei cognitione præditi, ij Deum meditantur & contemplantur, & cum sint filij lucis, tantum abest ut versentur in operibus tenebrarum, ut etiam noctu opera lucis cogitent, & de vita recte agenda solliciti, ea prouideant quæ pertinent ad salutem. Diem autem & lucem allegoricè appellat Paulus Dominum, Dei scilicet filium, cuius appropinquare dicit aduentum: arma autem lucis quibus nos vult indui, ea sunt Dei præcepta quæ sunt ad salutem necessaria. Seruanda enim ea dicit Deus si velimus esse salui. *Ἡσὺν ἡσὺν* dicitur oportere nos ablutos. Ex eo quod citauit Paulum dicentem deponenda opera tenebrarum, & induenda arma lucis, ex eo arripuit occasionem dicendi non oportere nos nisi præparatos accedere ad preces & sacrificia. Præparatio autem erat aquis ablui & mundari, extrinsecus autem ablui est signum seu symbolum internæ emundationis: interna autem emundatio est cogitare quæ sunt sancta. Externa quoque emundatio quam à Mose acceperunt Iudæi, ut in multis locis videre licet in Leuitico, & qua etiam à Mose accepta ante preces & sacrificia utebantur Græci, ut testis est Homerus in Odyssæa, dicens Penelopen & Telemachum se laualle priusquam venirent ad vota & preces, significabat Baptisimum Christianum. Utebantur autem lotionem Iudæi, non solum in sacrificiis, sed etiam in conuiujs, & hoc est quod dicit Clemens hunc fuisse morem Iudæorum, ut etiam sæpe in lecto tingerentur nempe in triclinio vel mensa. De iis dicit Marcus; Pharisei & omnes Iudæi non comedebant nisi crebro lauerint manus, tenentes traditionem seniorum. De iis etiam scribit Tertullianus lib. de Baptismo. Iudæus Israel quotidie lauat, quia quotidie inquinatur. Ablutio autem significat internam emundationem quæ est externa longe præstantior, quo anima est melior quam corpus. Dicit itaque; Animo esto mundus non lauacro: balneo enim emundantur externæ sordes, internæ verò animo. Perfecta autem est emundatio, quando nec in mente, nec in verbis, nec in operibus, & nec in somnis quidem est aliquid pollutum. Nihil est autem quod magis purget hominem, quam de malis actionibus ira dolere, ut ad eas nunquam redeas, mentem autem sursum tollas, & ad bonas actiones antè semper progrediaris. Hac autem est firma & stabilis pœnitentia. *Ἡσὺν ἡσὺν* scientiæ quæ dicitur. Antea sæpe locutus est de Gnostico, id est de eo qui per fidem habet cognitionem, quæ etiam dicitur scientia, ut autem quisnam is sit melius intelligamus, utriusque, nempe & scientiæ & fidei dat etymologiam, sed sua lingua nempe Græca, quem sermo latinus non admittit. *Ἡσὺν ἡσὺν* ergo quæ est latine scientiæ etymologia, quam accepit ex Cratylo Platonis, est ex eo quod sistat mentem. Tum demum enim mens sistitur & quiescit, quæ prius per res singulares seu particulares errabat innumerabiles, quando vniuersè consistit in vno genere, id est contemplans, à singulorum quæ mentem confundunt & distrahunt desistens consideratione: *ἡσὺν ἡσὺν* autem, id est latine fides hæc est etymologia *ἡσὺν ἡσὺν*, id est statio & quies circa id quod est. Esse autem dicitur, id quod est diuinum & æternum. Neque enim propriè esse dicuntur quæ perpetuo oriuntur & occidunt. Qui ex hac iustitiæ scientia & ex fide in Deum est iustus, is semper est iustus, & sua sponte iustus non metu. Non enim est iustus quod timeat supplicia quæ à lege irrogantur, nec minas formidet quæ vel à ludicibus intentantur, vel ab improbis hominibus. Sola eos propter se in officio continet iustitia, non metu. *Ἡσὺν ἡσὺν* Atque Epicurus quidem ait. Est verisimile his verbis fuisse conceptam Epicuri sententiam, sapientem propter lucrum non facturum fuisse iniuriam. Neque enim sperare futurum ut lateat. Ex quo infert Clemens, Epicurum in hac fuisse sententia, sapientem propter lucrum facturum esse iniuriam, si speraret fore ut lateret. Sed qui iniuriam non facit eo quod metuat ne non lateat, is non sua sponte est iustus, sed metu: imò ne iustus quidem est, sed videtur. Sic & qui ab iniuria facienda abstinet, vel facit quod iustum est propter spem assequendæ remunerationis, is non sua sponte est iustus: sed iustus est qui propter ipsam iustitiam iustè facit: Merces enim non tam iustum facit, quam efficit ut videatur. Quod si etiam reuera est iustus, non est tamen tam perfecte iustus, quam qui iustè facit propter iustitiam.

Etiam autem

Etiam autem spem quæ est post mortem, non solum sciunt qui barbaram persequuntur philosophiam, bonis quidem bonam, malis autem contrariam, sed etiam Pythagoræi: nam illi quidem spem in fine denunciabant iis qui philosophabantur, cum etiam Socrates dicat in Phædone, bonas animas hinc cum spe bona excedere: & rursus malos vituperas, ei opponit dicens: viuunt enim cum mala spe. Et videtur etiam consentire Heraclitus, per ea quæ dicit differens de hominibus: Homines mortuos manent quæ non sperant, nec expectant.

10 Diuine ergo Paulus aperte scribit ad Romanos: Afflictio patientiam operatur; patientia verò probationem, probatio autem spem, spes verò pudore non afficit. Propter spem enim futuram est patientia spes autem est etiam æquiuocè spei redditio & restitutio, quæ etiam pudore non afficit, ut quæ probis & contumeliis non amplius afficiatur. Qui autem nudæ vocationi, quatenus vocatus est, obedit, is neque propter timorem, neque propter voluptates, tendit ad cognitionem. Non enim cõsiderat an aliquod vtile lucrum aut delectatio aliqua extrinsecus cõsequatur, sed tractus à dilectione eius qui verè est amator, & ad id quod fieri oportet adductus, pius est Dei cultor. Vnde nec si per hypothèsim à Deo acceperit potestatem faciendi ea quæ sunt prohibita, citra ullam pœnam: neque si propterea beatorum bona accepturum eum esse ei promissum fuerit: sed nec si persuasum habuerit fore, ut Deum lateant ea quæ gerit (quod quidem fieri nõ potest) in animum vnquam esse inducitur, ut aliquid agat præter rectam rationem, cum id quod verè est honestum, & ex seipso eligendum, & ea ratione expetendum amandumque, semel elegerit. Non enim in esca ventris esse quod bonum est acceperimus. Audiuit autem ille quod cibis Deo nos non commendabit, neque matrimonium, sed neque abstinentia à matrimonio in ignoratione: sed opus ex virtute quod fit per cognitionem. Nam canis quoque qui est animal expers rationis, sic dicatur esse continens, dum eum timet qui tollit baculum, & ideo à cibo abstinet. Horum ergo scias quod ablata quæ facta est promissio, & circumscriptus is cuius mina intentata sunt metus, & separatam quod impendet periculum, arguit propositum. Non enim ipsi rei naturæ se propriè coniungunt, & accommodant, ut reuera comprehendant per cognitionem, esse quidem bona omnia quæ creata sunt ad usum nostrum: ut matrimonium, exempli gratia, & liberorum procreatio si assumpta sint cum temperantia: bona autem esse melius per eam quæ est Deo assimilationem, euadere impatibilem & virtute præditum: sed ex iis quæ extrinsecus adducuntur bonis vel malis, ab aliis quidem abstinent: ab aliis verò minimè. Quinetiam ea à quibus abstinet abhorrentes, creaturam & opificem cernuntur accusare: & licet ipsa specie versentur fideliter, habent tamen impium iudicium. Illud autem, Non concupisces, neque necessitate eget quæ est ex timore, quæ cogit abstinere à suauibus: neque mercede, quæ per promissionem persuadet reprimere appetitiones. Neque obedientiam propter mandatum, sed propter promissionem eligunt, qui Deo propter promissa obediunt, à voluptate inescati. Sed neque auersatio à rebus sensilibus, effecerit consequenter coniunctionem cum iis quæ cadunt sub intelligentiam. Contra autem, cum iis quæ cadunt sub intelligentiam coniunctio, ei qui est cognitione præditus, secundum naturam deducitur à rebus sensilibus, ut qui per eorum quæ sunt pulchra electionem, bonum scienter elegerit, & admiretur quidem generationem & sanctificet Creatorem: sanctificet autem eam quæ sit Deo assimilationem. Sed ego me à cupiditate liberabo, dixerit, o Domine, ut mihi tecum intercedat coniunctio: pulchra enim est quæ utique creata est dispensatio, & omnia rectè administrantur, & nihil fit sine causa. In tuis me esse oportet, o Omnipotens, & licet hic fuero, sum apud te. Volo autem expers esse metus, ut ad te possim appropinquare, meditans ut tua paucis contèta sit electio, quæ iusta est, eorum quæ sunt bona ex similibus. Mystice admodum & sanctissimè nos docens Apostolus, eam quæ verè grata est electionem, non quod

1. Cor. 7.
 alia tanquam mala reprobet, sed quod bonis censeat esse meliora, significauit dicens: *Quare & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit, ad id quod honestum est, & facultatem prabet induisse Domino assidendi. Scimus autem quæ difficiliter quidem parari possunt, non esse necessaria: quæ autem sunt necessaria, paratu facilia benigne facta esse à Deo. Quamobrem bene dicit Democritus, naturam & doctrinam rem esse persimilem. Causam autem breuiter reddimus. Doctrina enim hominem concinnat & componit: concinnans autem ac componens, naturam ei tribuit: neque interest an fuerit natura effectus talis, an tempore & disciplina transformatus: utrumque autem tribuit Dominus, illud quidem per creationem, hoc verò per recreationem & renouationem, quæ fit ex testamento. Quod autem conducit ei quod est magis princeps, id est magis eligendum: est autem omnium maximè princeps, mens: sic ergo videtur reuera honesta esse iucundissima, & ex se præbere eum quem desiderant fructum, nempe animæ tranquillitatem. Qui autem me audit, inquit, requiescet in pace confidens, & sine metu conquiscescet ab omni malo. Confide in toto corde tuo & mente tua in Deo. Hoc modo fieri potest ut qui est cognitione præditus, iam Deus euaserit, Ego dixi Dij estis, & filij Altissimi. Dicit autem Empedocles quoque sapientum animas Deos fieri, hoc modo scribens:*

Postremò vates, & qui hymnos carmine dicunt,
 Et medici in seclis qui hominum terrestribus insunt:
 Hinc existunt Dij, sunt quorum maximi honores.

Atque homo quidem qui est in genere, fingitur ex idea spiritus qui est congenitus. Neque enim informis & figura expers creatur in officina natura, ubi hominis generatio mysticè perficitur, cum sit communis & ars & essentia. Homo autem hic quispiam, seu homo singularis, charactèrem suscipit ex forma animæ insita eorum quæ elegerit. Qua ratione Adam quoque dicimus fuisse perfectum, quod attinet ad formationem: nihil enim ei defuit ex iis quæ homini formæ & speciei charactèrem tribuunt. Ille autem dum fieret, accepit perfectionem, & iustificatus est per obedientiam. Hoc erat quod in virum crescebat, nempe quod in eius potestate erat situm, seu liberum arbitrium. Quod autem elegerit, atque adeo id quod erat vetitum elegerit, non est culpa in Deum conferenda. Duplex enim est generatio, una quidem eorum quæ gignuntur, altera verò eorum quæ fiunt: & hominis quidem magni & fortis animi virtus cum sit, ut aiunt, sua essentia perturbationibus & animi motibus obnoxius, reddit metus expertem & insuperabilem eum qui est eius particeps, & est ira mentis satelles in patientia, & tolerantia, & iis quæ sunt similia. Sub cupiditate autem collocatur & temperantia, & salutaris prudentia. Deus autem est impatiens, iræque expers & cupiditatis, & non per eam est metus expers, aut ea declinat quæ sunt molesta & graua. Sed neque est temperans aut imperat cupiditatibus: neque enim in graue aliquod aut molestum Dei natura inciderit. Neque fugit Deus timorem, sicut nec concupiscet, ut etiam imperet cupiditati. Mysticè ergo apud nos quoque dictum est illud Pythagoræum, Oportere hominem quoque fieri unum. Nam ipse quoque Pontifex est vnus, cum sit vnus Deus per immutabilem huius habitum, quod bona scilicet semper currant. Iam verò Seruator per cupiditatem vnà etiam sustulit iram, quæ est vindictæ cupiditas. In summa enim, patibilitas est per quoduis genus cupiditatis. Qui autem ad impatibilitatem deductus homo, Deus efficitur citra vllum inquinamentum, fit vnicus. Quomodo ergo qui in mari anchora stabiliuntur, trahunt quidem anchoram, non illam autem attrahunt, sed seipsos ad anchoram: ita qui per vitam quæ proficitur à cognitione, Deum trahunt imprudentes, & non aduertentes, seipsos ad Deum adducunt. Qui enim Deum colit, seipsum colit. In vita ergo quæ versatur in contemplatione, sui quis curam

Prou. 1.
 Psal. 8.
 Ioan. 10.

curam gerit, dum Deum veneratur, & per suam synceram purgationem Deum sanctum sanctè contemplatur. Quæ enim assistit temperantia, seipsum assidue considerans & contemplan, Deo quoad eius fieri potest, assimilatur.

COMMENTARIVS.

* EAM autem spem quæ est post mortem. Cùm sint tres Theologicæ virtutes, fides, spes, & charitas, dixisset autem de iustitia quæ est propter spem remunerationis, arripuit occasionem loquendi de spe quæ est post mortem. Eam spem dicit non solum scire Hebræos quos vocat barbaros, sub eis comprehendens etiam Christianos, verum etiam Græcos, ad id ostendendū citans Pythagoreos Platonem, & Heraclitum. Quæ autem nuda vocationi. Quinam bene faciant & quomodo perfecte bene faciant superius exposuit. Nunc autem dicit quinam perfecte bene faciant. Perfecete autem bene faciunt qui à Deo vocati nuda parent vocationi. Dicitur autem nuda parere vocationi, qui nihil aliud sibi proponit, quam vt Deo vocanti obediat propter Dei amorem, non aliquam vtilitatem se sperans inde cōsecuturum. Is pie Deum colit qui non propter aliud quam propter Deum bene facit, & ne si Deus quidem ei permittat quod fieri non potest, & id dicimus per hypotheseim, vt faciat quæ sunt prohibita, nunquam id faciet quod est præter rectam rationem. Bona quidem sunt omnia quæ à Deo ad vsum nostrum sunt creata, sed tum demum nobis sunt bona, si iis vtamur ex recta ratione & cognitione, vt cibus, matrimonium, à matrimonio abstinentia. Bonum enim est id opus quod fit ex virtute & recta ratione. Illud autem, Non concupisces. Pergit adhuc ostendere quid sit perfecte bene facere, nempe quando bene fit propter Deum & propter ipsum bonum & honestum. Quando autem propter aliud, id non est perfecte bene facere. Vnum ex Dei præceptis est, Non concupisces. Ex eo præcepto perfecte bene fit, quando propter ipsum Deum, & eius præceptum non concupiscitur. Sin autem à suauibus & iucundis abstinetur, quod timeatur ne ex eo nobis aliquid mali accidat, aut ideo nostram reprimamus appetitionem quod se continenti sit aliquid promissum, non recte non concupiscitur. Neque enim propter Deum, & eius præceptum non concupiscitur. Non est enim præcepto obediendum propter promissum, sed propter præceptum, & quod Deus id præceperit. Nam qui propter promissum bonum præceptū exequitur, is non à præcepto inducitur, sed à voluptate inescatur. Quoniam autem hic agitur de non concupiscendo, videri autem posset non concupiscere qui auocatur à rebus sensilibus, vt qui coniunctionem habeat cum iis quæ cadunt sub intelligentiam, tacitæ obiectioni responderet Clemens, non omnem qui auocatur à sensilibus, coniunctionem habere cum iis quæ cadunt sub intelligentiam. A sensilibus quidem auertuntur, atque ad eas auersantur hæretici, qui Creatorem oderunt & res creatas, sed non ideo coniunctionem habent cum iis quæ cadunt sub intelligentiam. Aliter autem se habet in eo qui cognitione præditus contemplatur & coniungitur cum iis quæ cadunt sub intelligentiam. Is enim secundum naturam auocatur à rebus sensilibus, vt qui ea quæ cadunt sub intelligentiam sensilibus præstantiora esse intelligat & ea eligat, non audit autem generationem, sed eam laudat & admiratur, nec vituperat Creatorem, sed eum sanctum pronunciat, eam quoque vitam censeat esse sanctam, quæ, quoad eius fieri potest, accedit ad Dei similitudinem qui nullis affectibus & animi perturbationibus est obnoxius. Bona quidem esse omnia quæ sunt à Deo creata, & sine causa nihil ab eo esse factum, se autem non concupiscere quod Deo velit coniungi, se etiam hic fit, cum eo esse, paucis esse contentos à Deo electos. Non actiuam quidem vitam esse reprobendam, sed eligi vt meliorem eam quæ versatur in Dei contemplatione. Ita censeat Paulus bene facere patrem qui virginem iungit matrimonio, melius autem qui non iungit, vt ipsa à matrimonij oneribus & molestiis libera Deum colat liberius. Esse quidem matrimonium necessarium, non itidem vitam contemplatiuam, sed facilius & expeditius est matrimonium, difficilius autem vita contemplatiua. Parari enim facile voluit Deus quæ sunt necessaria, non itidem quæ sunt non necessaria. Quamobrem bene dicit Democritus. Locutus de coniunctione cum iis quæ cadunt sub intelligentiam, quæ est contemplatio, nunc loquitur de doctrina, quæ est coniuncta contemplationi. Citans autem Democritum dicit naturam & doctrinam rem esse persimilem: cur autem sint persimiles, hanc affert rationem. Natura quidem facit & format, doctrina autem non facit & format, sed quod factum fuerat & formatum, mutatum autem erat & deprauatum, concinnat & componit, & quodammodo reformat, & quam amiserat naturam ei tribuit. Id enim dici potest de doctrina quod dici solet de consuetudine, Doctrinam esse alteram naturam: inter id autem quod fit natura & quod fit doctrina hoc interest, quod repente quidem faciat natura, longo autem tempore & disciplina, doctrina: & quem facit quidem natura is factus dicitur, quem autem mutatum in pristinam formam restituit doctrina, is non dicitur factus, sed transformatus. Vtrumque autem datur à Domino Deo, & quod facit natura, & quod reformat doctrina, & dat quidem id quod facit natura per creationem. Deus enim assidue operatur & semper creat per naturam, quo fit vt etiam dicatur Deus natura naturans. Dat etiam quod reformat doctrina per recreationem & renouationem quæ fit ex testamento: vtrumque enim datum est testamentum vt lapsa repararetur natura. Quod autem in homine principatum obtinet, id reparatur. Quod principatum autem obtinet, id est mens: quod autem confert ei quod principatum obtinet, id est eligendum: menti autem quæ principatum obtinet, nihil magis confert, nec maiorem fructum affert, quam id quod est bonum & honestum. Fructus autem quem affert bonum & honestum, & quem mens maxime desiderat, est animæ constantia & tranquillitas. Hoc autem assequitur qui intrinsecus loquentem audit sapientiam, & toto corde & mente confidit in Deo. Cuius autem mens per doctrinam ita est reparata, vt tota in Deo confidat, & ita nullis affectionibus & animi perturbationibus sit obnoxius, is Deus euaserit: non quod ad Dei naturam peruenerit & essentiam, sed quod prope accedat ad Dei similitudinem, per quandam participationem. Neque verò mirum, si quos Deus suo spiritu inspirauit ab ipso Dij vocentur, & filij excelsi, cum non vereatur Empedocles Vates hym-

nographas, & medicos Deos vocare. Porro autem duplicem esse hominem dicit Clemens, & eum qui in genere & absolute est homo, & eum qui est hic, vel ille, nempe singularis seu particularis. Formatur autem homo qui est absolute & in genere, ex idea spiritus congeniti, in officina naturæ, nempe in vtero mulieris. Et sunt quidem in mente diuina rerum omnium ideæ, ex quibus formantur quæcunque hic oriuntur: & variarum quidem rerum sunt variæ ideæ, hominis autem idea est congenitus spiritus. Ex hac autem spiritus idea quæ formam & figuram habet intelligentiæ præditam arcano & ineffabili modo, quem vocat mysticum, efficitur hominis generatio, hominis, inquam, qui in genere & absolute est homo. Quod quidem fieri non est mirum, cum artificis, nempe Creatoris, ars sit communis & essentia: ita ergo à Creatore ex idea congeniti spiritus formatur homo perfectus, & perfectus fuit Adam, quod attinet ad formationem, nihil enim ei defuit quod pertineret ad exprimendam hominis figuram & characterem. Qui est ergo homo in genere & absolute, ita formatur, ut forma & figura hominis non magis sit in vno quam in altero. Non ita autem se habet homo singularis seu particularis, qui si consideretur quidem eius formatio, ab alio homine nihil differt, differt autem si consideretur liberum arbitrium, quod ex anima suscipiens characterem, non eodem modo se habet in omnibus. Nam etsi omnes habeant liberam eligendi potestatem, non omnes tamen idem eligunt, sed & in vnoquoque & eodem crescit liberum arbitrium, quod à Deo quidem datum hominem reddit perfectum, si eo rectè utatur. Sin autem in eligendo peccarit, ut quod vel malè vel malum elegerit, Deo non est imputandum qui liberum dedit arbitrium, sed homini qui eo male est vsus quo bene uti poterat. Non est culpa in Deum conferenda, quod Adamo eligendi liberum dedit arbitrium, sed in Adamo, qui male elegit malum quod erat vitium. ¹⁰ *Duplex enim est generatio.* Qui est homo in genere & absolute, nullam ab alio homine habet differentiam, non est enim homo aliud quam homo. Homo autem singularis qui non consideratur ut homo propter formationem, sed ut qui characterem acceperit ex iis quæ eligit anima, cum non sit omnibus vna & eadem, sed diuersa electio, à singulis aliis differt hominibus. Eorum autem hanc affert causam, quod duplex sit generatio. Vna quidem eorum quæ generantur, altera verò eorum quæ fiunt. Quæ generantur quidem sunt eadem, cum sit vna & eadem omnibus forma: quæ fiunt autem non sunt eadem, cum incrementum accipiant & diminutionem. Fiunt autem virtutes, ut quæ spatio temporis doceantur: quo fit ut sint alij magis, alij minus virtute præditi. Atque consistunt quidem virtutes in regendis & moderandis animæ facultatibus, mente scilicet, ira & cupiditate, quæ si limites excedant & modum non teneant, vitia vocantur: sin autem in medio consistent & ratio quidem regat mentem, fortitudo autem refrenet iram, & temperantia libidinem & cupiditatem, exclusis vitiis in anima regnat virtus. Atque in homine quidem sunt animi motus & perturbationes quos regit & moderatur virtus. Non est autem mirum quod sint in homine motus & animi perturbationes: non enim est proprie homo vnus, in quo est mens, ira, & cupiditas. Quo fit ut cum non sit vnus, necesse sit ut sit patibilis, Deus autem cum sit vnus, non est affectibus obnoxius, & est impatibilis, & neque in eo est vitium, cum omnibus careat affectibus, ex quibus modum non tenentibus, existit vitium, & nec est in eo qualis in homine virtus. Non est enim virtus vbi non sunt qui regantur affectibus & motus: in Deo autem non sunt affectus & animi motus, cum in Dei naturam nihil graue cadat & molestum, graues autem & molesti sunt affectus, Deus ergo nec irascitur, nec metuit, nec concupiscit, sed nec iram refrænât, nec metum fugit, nec imperat cupiditati, cum in eo nec sit ira, nec metus, nec cupiditas, etiamsi ei tribuantur in scriptura per figuram quæ dicitur *ai-¹⁰ spomnêta*. Cum autem quod Deus sit impatibilis, causa sit quod sit vnus, homo autem, quoad eius fieri potest vult Deum imitari, & esse impatibilis, oportet eum non esse quidem vnum, quod Dei est solum, sed fieri vnum, mysticè, id est arcano & ineffabili modo, quod à Pythagora quidem dictum, à nostris quoque est vsurpatum. Oportere autem hominem fieri vnum, sicut vnus est Deus, per hoc quoque significatur quod vnus Dei sit vnus Pontifex. Vnus autem est Deus quod sit immutabilis eius habitus, quo bona currunt omnia: ducta est enim Dei etymologia *αὐτὸς ὁ θεός*, quod currere significet. Impatibiles autem sunt, qui à nullis agitantur animi motibus & perturbationibus. De quo etsi disertis verbis nullum sit à Domino seruatore nostro in lege datum præceptum, eo tamen quod statuit non esse concupiscendum; simul etiam omnes alios sustulit affectus. Nam & in ira est vindictæ cupiditas, nec vnus est animi motus & perturbatio, quæ dicitur Græcè *πένθος*, latine autem, si liceat dicere, passio, quæ non suam habeat cupiditatem. Ut ergo ostenderet omnes tollendos esse affectus, legislatori satis esse visum est si diceret, Non concupisces: Qui est autem impatibilis, & nullis inquinatus animi perturbationibus, Deus, quoad eius fieri potest, efficitur seu deificatur, non est quidem vnus, quod Dei est solum, sed *μοναδικός*, id est vnicus, seu singularis. Qui autem ita sustulit omnes animi motus, & perturbationes, is est aptissimus Dei contemplationi. Qui autem Deum contemplatur similis est ei qui in mari stabilitur ab ancora. Nam ut trahitur quidem ancora, sed non attrahitur, imò verò ipsa ad se trahit: ita qui Deum contemplatur, ad se quidem vult Deum attrahere, sed ipse ad Deum attrahitur imprudens & non aduertens. Nam qui Deum colit, seipsum colit, & Deum venerans suæ salutis curam gerit, & cum se pure & sincere expiarit ac purgauerit, Deum sanctum sanctè intuetur & contemplatur. Cum ea autem expiatio & expurgatio non fiat sine temperantia, ea seipsam considerans & contemplans, Deo, quantum fieri potest, similis redditur. ⁶⁰

Non concupisces.

VIII. ¹ I A M verò id est in nostra potestate, cuius ex aequo sumus Domini, & eius quod ei aduersatur, ut philosophari, vel non: & credere, aut non credere. Per hoc ergo quod sumus æquè participes vtriusque eorum quæ inter se aduersantur, inuenitur fieri posse id quod est in nostra potestate. Quinetiam præcepta sunt eiusmodi ut à nobis possint fieri vel non fieri, quæ

fieri, quæ consentaneum est ut consequatur laus & vituperatio: & qui rursus puniuntur propter ea quæ ab ipsis admissa sunt peccata, propter ipsa sola puniuntur. Præterierunt enim ea quæ facta sunt, neque fieri potest ut sit vnquam infectum quod factum est. Dimittuntur ergo quæ facta sunt ante fidem, non ut non facta sint, sed tanquam non facta sint. Sed ne omnia quidem, dicit Basilides, sed sola dimitti inuoluntaria, & quæ sunt per ignoracionem, perinde ac si homo aliquis, non Deus, tam magnum præberet donum. Huic dicit Scriptura: Existimasti inique, quod ero tui similis? Sed etsi punimur propter voluntaria, non ut non facta fuerint, sed quod facta sint punimur. Punitio autem non iuuat eum qui peccauit ad hoc ut non fecerit, sed ad hoc ut non peccet amplius, neque vnus alius incidat in similia. Hic ergo bonus Deus castigat propter has tres causas: primum quidem, ut is qui castigatur, seipso melior euadat: deinde, ut ij qui possunt salui fieri per exempla, præparentur admoniti: & tertio, ne is qui iniuria afficitur, contemptui habeatur, & aptus sit ad iniuriam accipiendam. Sunt autem duo quoque modi correctionis: vnus quidem, docendo: alter verò, corrigendo, quem etiam castigantem diximus. Scindum est autem eos qui post lauacrum in peccata incidunt eos esse qui castigantur. Quæ enim prius facta sunt, dimissa sunt: quæ autem postea fiunt, expurgantur. ¹⁰ De incredulis dictum est, eos esse reputatos tanquam puluerem quem proiicit ventus à facie terræ, & stillam quæ à situla excidit. Beatus est qui habet scientiæ disciplinam, & neque ad damna ciuium, neque ad iniustas impellitur actiones, sed immortalis naturæ senij expertem intuetur ornatum, quam ratione, & quo pacto, quoue modo constiterit. Iis autem qui sunt eiusmodi, nunquam turpium factorum insidet meditatio. Merito ergo Plato quoque eum qui ideas contemplatur, dicit esse victurum Deum inter homines: mens autem est locus idearum, mens verò est Deus. Eum qui Deum in quem non cadit aspectus contemplatur, dixit Deum viuentem inter homines. Porro autem in Sophista quoque Eleatem hospitem qui erat dialecticus, Socrates Deum nominauit, quales sunt externis diis hospitibus similes, qui in vrbes ventitant. Quando enim anima quæ transcendit generationem, per se fuerit, & cum ideis versatur, qualis est qui est Coriphæus in Theateto, is factus tanquam angelus, erit cum Christo, ut qui versetur in contemplatione, semper Dei voluntatem considerans: reuera hic solus prudens, isti volitant velut umbra. Mortui enim sepeliunt mortuos suos. Vnde dicit Hieremias: Implebo ipsam mortuis terra genitis, quos percussit ira mea. ⁴⁰ Atque Deus quidem cum non possit demonstrari, non cadit sub scientia: filius autem est & sapientia, & scientia, & veritas, & quæcunque sunt cum eo genere coniuncta. Quinetiam habet & demonstrationem, & ratiocinationem. Omnes autem spiritus potestates, cum simul vna res facta fuerint, itidem perficiunt, nempe filium. Est autem indefinitus vnaquaque suarum potestatum notione. Quamquam non sit verè vnus ut vnus, neque multa ut partes filius, sed ut omnia vnum, vnde etiam omnia. Est enim idem circulus omnium potestatum, quæ in vnum circumuoluuntur & vniuntur. Et ideo Verbum dictum est Alpha & ω, cuius solius finis sit principium, & rursus desinit in id quod est desuper principium, nusquam distantiam accipiens & dimensionem. Quamobrem in ipsum & per ipsum credere, est vnicum fieri scilicet in ipso indiuisibile unitum: non credere autem, est dubitare, spaciòque ac interuallo disjungi ac diuidi. ⁶⁰ Propterea hæc dicit Dominus: Omnis filius alienigena, incircuncisus corde, & incircuncisus carne, hoc est, immundus & corpore & spiritu. Non ingredietur in sancta ex alienigenis in medio domus Israel, præterquam Leuitæ. Alienigenas autem dixit eos qui noluerunt credere, sed volunt esse increduli: soli ergo ij qui puram agunt vitam, verè sunt Dei sacerdotes. Ea de causa cum omnes tribus circun-

Psal. 49.

Psal. r. Etia. 40.

Hesiodus.

Math. 8.

Ezech. 44.

ciderentur, reputata sunt sanctiores quæ ungebantur in Pontifices, & Reges, & Prophetas. Vnde eis præcipit ne tangere quidem mortuos, nec ingredi ad obeuntes, non quòd sceleratum sit corpus, sed quòd peccatum & inobedientia sit carnalis, & in corpore versetur, sitque mortua, & ideo abominanda. Ad solum ergo patrem & matrem, filiumque & filiam mortuam permissum est ingredi sacerdoti, quoniã hi soli sunt cognati carnis & seminis, à quibus proximam & continentem causam ingressus in vitam accepit quoque sacerdos. Mundantur autem hi quoque septem diebus, per quot dies fit generatio: septimo enim quies celebratur, octauo autem offert propitiationem, ut scriptum est in Ezechiele, per quam propitiationem potest accipi promissio. Perfecta est autem, ut existimo, purgatio ac emundatio, quæ per legem & prophetas est propitia fides in Euangelium, & quæ est per omnem obedientiam puritas, cum rerum quoque mundanarum depositione, usque ad gratam tabernaculi depositionem à iucundo usu animæ. Siue ergo fuerit tempus quod per septem quæ enumerantur periodos, in summam redit quietem: siue septem cæli, quos quidem per ascensum numerant: siue etiam inerrans regio, quæ appropinquat mundo qui percipitur intelligentia, dicatur Octaua: dicit tamen oportere eum qui est præditus cognitione, emergere ex generatione & ex peccato: septem itaque diebus sacrificantur hostiæ pro peccato. Cautio enim mutationis adhuc tangit septimum ambitum. ^{Iob. 1.} Iob autem iustus: Ipse, inquit, nudus sum egressus ex utero matris meæ, & nudus illuc reuertar: non nudus à possessionibus, hoc enim est & paruum & commune, sed ut iustus recedit nudus à vitio & peccato, & ab informi simulachro, quod eos consequitur qui iniuste vixerunt. ^{Matth. 18.} Hoc enim fuit quod dictum est: Nisi conuersi effecti fueritis ut paruuli, mundi quidem carne, sancti verò anima, per abstinentiam à malis operibus: ostendens quòd nos tales esse vult, quales etiam genuit ex matrice aquæ. Generatio enim excipiens generationem, vult immortales reddere per profectum: impiorum autem lucerna extinguetur. ^{Genes. 24.} Porro autem castitatem in corpore & anima, quam is persequitur qui est cognitione præditus, sapientissimus Moses pulchra epanalepsi seu repetitione usus, significauit, corporis & animæ incorruptionem describens in Rebecca hoc modo: Virgo autem erat pulchra, vir non cognouit ipsam. Rebecca autem exponitur Dei gloria: Dei autem gloria est incorruptio. Hæc est quæ verè est iustitia, plura habendo per auaritiam alium non superare, sed totum esse templum Domini sanctificatum. Iustitia ergo est pax vitæ & stabilitas ac tranquillitas, ad quam Dominus amandauit dicens: Abi in pacem. Salem enim pax exponitur, cuius Seruator noster Rex describitur, quem dicit Moses, Melchizedech, Rex Salem, Sacerdos Dei altissimi, qui panem & vinum sanctificatum dedit nutrimentum, in typum Eucharistiæ. Quinetiam Melchizedech exponitur Rex iustus. Vniuoca autem sunt iustitia & pax. Basilides autem qui defecit, iustitiam, & eius filiam pacem, existimat manere collocatas in octaua. ⁶⁰ Transcendum est autem à naturalioribus ad moralia, quæ sunt apertiora. Quæ enim de illis habetur oratio, sequetur post eam quæ est in manibus tractationem. Verè ergo Seruator noster nos mysteriis iniciat, conuenienter iis quæ dicit tragædia,

Videns videntes, donat & ipsa Orgia.

Quòd si roges, hæc Orgia quàmnam tibi habeant speciem, rursus audies:

Arcana non bacchantibus scire haud licet.

Quòd si quis rursus curiose scrutetur cuiusmodi ea sint, rursus audiat:

Te scire nefas, sed scire est operæ precium.

Qui est impius, sunt huic Dei infesta Orgia.

Deus autem est expers principij, perfectum & omni ex parte absolutum vniuersorum principium,

principium, principij efficiens: & quatenus quidem est essentia, est principium loci efficientis: quatenus autem est bonum, moralis: quatenus autem rursus est mens, ratiocinantis loci & iudicantis. Vnde etiam solus est magister, qui est solus altissimi casti patris, qui erudit hominem. ¹⁰ Non ergo rectè faciunt, qui figmentum insectantur, & corpus vituperant, non considerantes corporis constitutionem rectam factam esse ad calum contemplandum & instrumentorum sensuum effectiorem tendere ad cognitionem, & membra & partes aptè esse compositas ad honestum, non ad voluptatem. Vnde suscipit hoc habitaculum animam Deo preciosissimam, & Spiritu sancto dignum censetur per animæ & corporis sanctificationem, ut quod perfectione Seruatoris perficiatur. Quinetiam mutua trium virtutum consequentia inuenitur in homine cognitione prædito, qui moraliter, naturaliter & logicè circa Deum versatur. Sapientia enim est scientia rerum diuinarum & humanarum. Iustitia autem est concentus partium animæ. Sanctitas autem est Dei cultus. ²⁰ Si quis autem dicat se accusare carnem, & propter ipsam generationem, adducens Esaiam qui dicit: Omnis caro fænum, & omnis gloria hominis tanquam flos fæni. Exiccatum est fænum, & flos cecidit, verbum autem Domini manet in æternum: audiat spiritum per Hieremiam interpretantem id quod queritur: Et dispersi ipsos tanquam paleas quæ à vento agitatae volant in solitudinem. Hæc est fors & pars vestra incredulitatis, dicit Dominus: Sicut oblitus es mei, & sperasti in falsis, ego quoque reuelabo posteriora tua super faciem tuam, & videbitur ignominia tua, adulterium tuum, & hinnitus tuus, & quæ deinceps consequuntur. Hic est enim flos fæni, & secundum carnem ambulare, & carnales esse ex ³⁰ Apostoli sententia, eos qui sunt in peccatis. ⁴⁰ Præstantiorem quidem hominis partem esse animam, est extra controuersiam, corpus autem deteriolem. Sed neque anima bonum est natura, neque rursus malum natura corpus. Neque verò quod non est bonum, hoc est protinus malum: sunt enim quædam quæ medium locum obtinent, & in medijs sunt præposita & reiecta. Oportebat ergo hominis compositionem, quæ est in sensilibus, consistere ex diuersis, sed non ex contrarijs, corpore & anima. Semper ergo bonæ actiones, ut meliores, attribuuntur ei quod est præstantius, nempe spiritui principali: voluptuarie autem & peccantes, ei quod est deterius, nempe peccanti spiritui. ⁵⁰ Iam verò sapientis anima, & eius qui est cognitione præditus, ut quæ hospitio à corpore excipitur, in id se rectè gerit & honorificè, non in id ipsum nimiam affectionem ostendens aut indulgentiam, ut quæ sit euestigiò relictura tabernaculum, si excedendi & migrandi tempus eam vocauerit. Aduena, inquit, sum in terra, & peregrinus sum ego vobiscum. Et hinc externam mundi electionem Basilides eam dicit accepisse, ut quæ sit natura supramundana. Hoc autem non ita se habet: vnius enim Dei sunt omnia, & non fuerit aliquis natura mundi hospes, cum sit vna quidem essentia, vnus autem Deus. Sed electus vitam agit tãquam hospes, sciens omnia quæ sunt acquirenda, & quæ reijcienda: quæcunque autem bona triplicia esse volunt Peripatetici, eis vititur: quinetiam corpore, sicut aliquis qui procul peregrè proficiscitur, diuersorij & habitaculis quæ ei in via occurrunt, curam quidem gerens etiam rerum mundanarum loci in quo diuersatur, habitationem autem & possessionem, sicut etiam usum, relinquens, nulla motus affectione: prompto & alacri animo eum sequens qui è vita abducit: nulla occasione se vnquam retrò conuertens, de incolatu quidem agens gratias, benedicens autem propter exitum, caelestem amplectens mansionem. Scimus enim quòd si ⁶⁰ terrena nostra habitatio tabernaculi dissoluta fuerit, ædificium à Deo habemus, domum non manu factam æternam in calis. Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculum nostrum quod est ex celo superindui cupientes, siquidem etiam induti non nudi inueniemur. Per fidem enim ambulamus, non per speciem, ut ait Apostolus: magis autem volumus peregrin-

nari à corpore, & apud Deum versari. Magis autem est in comparatione: comparatio autem est in ijs quæ cadunt in similitudinem, ut fortior fortibus fortior, fortium autem fortissimus. Unde subiunxit: Quamobrem contendimus, siue peregrinantes, siue apud eum versantes ei placere, uni scilicet Deo, cuius omnia sunt opus & creatura, & mundus, & supermundana. ^m Admiror Epicharmum qui aperte dicit: Si fueris mente pius, nihil mali patieris mortuus. Superius manet in celo spiritus. Et poetam lyricum canentem: Impiorum autem animæ sub celo volant in cruentis doloribus, sub malorum iugis incuitabilibus: pio-
 10 rum autem, in calis habitant, cantibus beatum, magnum canentes in hymnis. Non ergo huc de calis anima ad ea quæ sunt deteriora demittitur: Deus autem facit omnia ad ea quæ sunt meliora, sed ea quæ vitam elegit optimam ex Deo & iustitia, celum terra commutat. Merito ergo Iob qui peruenit ad cognitionem: Nunc, inquit, scio quod omnia potes, nihil est autem quod tu non possis. Quis enim annunciat mihi quæ non noueram, magna & admirabilia quæ nesciebam? Ego autem meipsum vilipendi, existimans meipsum esse terram & cinerem. Nam qui est in ignoracione, est peccato obnoxius, & terra & cinis: qui
 20 consistit autem in cognicione, Deo quantum potest assimilatus, iam est spiritualis, & ideo electus. ⁿ Quod autem amentes & inobedientes terram vocet scriptura, planum faciet Hieremias propheta de Ioachim & eius fratribus, dicens: Terra, terra, audi verbum Domini, scribe virum hunc hominem abdicatum. Alius autem rursus propheta dicit, Audi celum, & ausculta terra: auditum appellans intelligentiam, & celum animam eius qui est præditus cognicione, qui cali & rerum diuinarum suscepit cognicionem, & ea ratione factus est Israelita. Contra enim eum qui elegerat inscitiam & cordis duritiem,
 30 terram dixit. Et illud, Ausculta, appellauit ab auribus quæ sunt instrumenta auditus, carnalia attribuens ijs qui rebus attendunt sensilibus. Hi sunt de quibus dicit Micheas propheta: Audite populi verbum Domini, qui cohabitatis simul cum doloribus. Et Abraham: Nequaquam, dixit Dominus qui iudicat terram. Nam qui non credidit, conuenienter saluari voci iam iudicatus est. Scriptum est autem in libris quoque Regum iudicium & sententia Domini, quæ sic habet: Iustos exaudit Deus, impios autem non seruat, eò quod ipsi nolint nosse Deum. Absurda enim non faciet omnipotens. ^o Quid ad hanc vocem adhuc dicunt hæreses, cum omnipotentem bonum Deum prædicet scriptura, & vitij & iniustitiæ minimè esse authorem? siquidem ignorantia quidem propterea oritur quod non cognoscat. Deus autem nihil facit absurdum. Hic est enim, inquit, Deus noster, &
 40 non est præter eum qui seruet. Non est enim apud Deum iniustitia, ex sententia Apostoli. Aperte autem adhuc propheta Dei consilium, & cognicionis profectum per hæc docet: Et nunc Israël, quid Dominus Deus tuus à te petit, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus vijs eius? Ut & eum diligas, & illi soli seruias, petitur à te qui habes potestatem eligendæ salutis. Quid ergo sibi volentes Pythagoræi, iubent cum voce præcari? non quod, ut mihi quidem videtur, existimarent Deum non posse exaudire eos qui tacite loquuntur, sed quod iustas vellent esse preces, quas non vereretur quis funderere multis eas scientibus. Nos autem de prece quidem, procedente oratione, in tempore tractabimus. Debemus autem habere opera clamantia, tanquam in die ambulantes. Luceant enim opera tua. Et ecce homo, & opera eius ante faciem eius. Ecce enim Deus,
 50 & opera eius. Deum oportet imitari, quoad eius fieri potest ab eo qui est cognicione præditus. ^p Mihi autem videntur poetæ quoque electos appellare θεοειδίας, id est, Deiformes, & δειους, id est, diuos, & ἀνθρώπους, hoc est, Deo æquales, & διμῆτιν ἀπαλάτους, id est, consilio Ioui pares, & θεοῖς ἐπισημῶν μὴδ' ἐργατες, id est, est quorum similis prudentia diuis, & θεοειδίας, id est, Deo similes, circumrodentes illud, ad imaginem & similitudinem. ^q Atque Euri-

que Euripides quidem, In meo, inquit, tergo sunt pennæ aureæ, & aptantur amabilia Sirenum talaria, Ibóque in immensum sublatus athera, Iouem conuenturus. Ego autem Christi spiritum orauerim, ut me in meam sustollat Hierusalem. Dicunt enim Stoici quoque, celum quidem propriè esse ciuitatem, quæ autem sunt hîc in terra, non utique ciuitates: dici enim, sed non esse. Res enim bona est ciuitas, & populus, honestus aliquis cætus & multitudo hominum quæ regitur lege, sicut verbo ecclesia, ciuitas quæ non potest circumferri, nec opprimi tyrannide. In terra diuina voluntas, in terra sicut in celo. ^r Huius autem ciuitatis imagines poeta quoque condunt, scribentes: Hyperborea enim & Arimaspeia ciuitates, & campi Elysij, sunt Reipublicæ & ciuitatis iustorum instituta. Scimus autem Platonis quoque Rempublicam esse positam in celo ut exemplar.

COMMENTARIVS.

^r Iam vero id est in nostra potestate. Quoniam superius dixerat hominem singularem qui differt ab homine qui est in genere seu absolute, accipere characterem ex forma animæ insita eorum quæ elegerit, eligitur autem & virtus & vitium ex libero arbitrio, quod est in nostra potestate, visum est ei aliquid dicendum de eo quod est in nostra potestate, id est de libero arbitrio, quod Græcè dicitur, τὸ ἐφ' ἡμῶν. & τὸ αὐτοκράτορον, id est, quod est in nobis, seu in nostra potestate. Ita autem definit liberum arbitrium, id per quod alicuius faciendi vel contrarij, sumus domini. Ex quo inferitur quod cum vtriusque contrarij sumus participes, id potest à nobis fieri quod facere situm est in nostra potestate, & in nostro libero arbitrio. Cum ergo sit in nostra potestate vel bonum vel malum eligere, & virtus est habitus electius & iudem vitium, nec liberum tollit arbitrium Dei gratia nos ad virtutem adiuuans, nec maligni tentatio nos ad vitium incitans. Bene enim vel male nostra sponte facimus, nec voluntas nostra vnquam cogitur. Quod autem faciendi vel non faciendi liberum habeamus arbitrium, ex hoc licet intelligere quod nobis à Deo data sint præcepta, quæ si fecerimus, laudamur, si non fecerimus, vituperamur. Sed nec punirentur qui peccata admiserunt, si non esset in eorum potestate ea vel admittere vel non admittere. Propter peccata autem non solū vituperamur, sed etiā punimur nisi ea dimittantur. Dimittuntur autem quæ facta sunt, non ut nō facta sint: nam quod factum est infectum esse non potest, sed quasi non facta sint. Quæ ante fidem facta sunt peccata, in baptismo dimittuntur. Quod quidem ita est intelligendum, quod efficiat baptisimus, non ut ita deleantur ut facta non sint, sed ut non magis imputentur quam si facta non essent. Dimittuntur autem in baptismo omnia peccata, neque est adhibenda Basilidis distinctio, sintne voluntaria an inuoluntaria, & an admissa sint à sciente an ab ignorante. Hæc distinctio adhibita est à Basilide, non considerante omnium peccatorum in Baptismo remissionem esse donum non hominis sed Dei. Donum autem hominis longe superatur à dono Dei, quod non existimauit Basilides. Siue ergo remittantur peccata, siue puniātur, remittuntur quidem, non ut non facta, sed quasi reputentur esse nō facta, puniuntur autem non ut non facta sint, sed quod facta sint. ^b De incredulis dictum est. Fidelium peccata ante fidem admissa baptismo remittuntur: quæ autem post fidem, pœnitentia. Quo fit ut fiant puri & mundi & apti ad vitam recte & ex virtute agendam. Qui autem sunt increduli, & ut qui fide careant, impij, reputantur ut puluis quem proicit ventus à facie terræ, & ut stilla quæ cadit ex strula. Nam ut puluere nihil est leuius & instabilius qui in omnem partem à vento facile impellitur: ita impius qui non in fide firmas & stabiles egit radices, in omnes malas actiones & quæuis scelera à maligno spiritu impellitur. Ita etiam reputantur similes stillæ cadenti ex strula, quæ nihil habet momenti ut arbor irrigata fructum ferat. Atque pulchrum quidem est esse mundum à peccatis, sed beatus ille est qui expurgatus à peccatis, & nulli faciēs iniuriam totum se dedit scientiæ & contēplationi, & cōsiderat quomodo diuina natura sit immortalis, & in eam nō cadat senium nec vllus interitus. Qui ita diuinam cōtemplatur naturam, nihil vnquam turpe cogitat, sed in summi boni versatur meditatione: quo fit ut beatus iure dicatur. Eum certe Plato nō solum dicit beatum, sed etiam dum Ideas contempletur, viuere Deum inter homines. Quod autem Deus sit hanc affert causam, quod sicut Deus est mens in qua rerum omnium consistunt ideæ, dicitur enim mens locus idearum, ita mens quoque hominis quæ Ideas contempletur, Deus à Platone dicitur, Socrates autem in Theateto, paulo modestius Philosophum non esse Deum dicit sed diuinum, θεός μοι δοκεῖ εἶναι, inquit, ἀλλ' ἢ θεὸς ἢ δαίμων εἶναι, θεός μὲν πάντας τὸ ἐξ ἑσθ' ἐστὶ φιλοσόφους τῶν τοῦ πνεύματος οὐρανίου. Mihi quidem vir, inquit, nullo modo videtur Deus. Nam omnes, inquit, ego Philosophos tales appello. Non omnes Philosophi Dij aut diuini dicuntur, sed qui sunt Coryphæi, nempe qui peruenerunt ad summum gradum philosophiæ, & quorum quidem corpus iacet in ciuitate, & ibi versatur, mens autem hæc inferiora parua ducens & nihilifaciens, quoquo versus fertur, ut ait Pindarus, quæ sunt sub terram & quæ super terram dimetiens, & vniuersam vniuersi cuiusque eorum quæ sunt scrutans naturam, ad nihil eorum quæ prope sunt se demittens. Ita anima transcendens generationem, nempe ea quæ cadunt sub ortum & interitum, & per se est & versatur cum ideis, est tanquam Angelus cum Christo semper contemplanus & Dei considerans voluntatem. Hic solus est prudens, cuius ita contempletur anima, reliqui omnes qui terrena tantum considerant, tanquam vmbra volant, & nec sapiunt & planè sunt mortui. De iis intelligit Christus cum dicit mortuos sepelire suos mortuos. Nam cum ea demum viuant quæ vere sunt, non viuit qui quæ verè sunt non considerat, sicut nec viuit corpus quod caret anima. ^c Atque Deus quidem cum non possit demonstrari non cadit sub scientia. Cum contemplantationem magis ornasset laudibus

occurrit dubitatio, quidnam Deum iuuet contemplari, cum Deus sciri non possit. Quod autem sciri non possit ex hoc probatur, quod cum scire sit per causam cognoscere, quod sit per demonstrationem, Deus autem non possit demonstrari, ergo nec sciri. Respondet autem Clemens, Deum quidem per se sciri non posse. Quoniam enim comprehendere posset prima rerum omnium causa? Potest tamen sciri per filium, qui est sapientia, scientia & veritas. Solus certe patrem nouit filius qui est in sinu patris, & est eius, cuius ipse essentia. Is autem filius cum sit λόγος, id est & ratio, & verbum, utrumque enim significat λόγος, & creatione & mundi administratione Patris demonstrat essentiam. Demonstrat enim patrem, & per ipsam reum omnium causam quam à patre accipit & docet homines per rerum creaturarum effectus, quis sit effectus. Est enim filius & demonstrator & ratiocinator, quod non cadit in patrem, qui neque suam ostendit essentiam nec effectus nisi per filium explicat hominibus. Et ita filius demonstrationem habet & ratiocinationem seu discursum, ut qui non solum efficiat ut sciat Deus, sed ipse quoque sciat. Quamuis autem Deus non possit haberi scientia quatenus est demonstrabilis, nisi ipsum demonstrat filius qui est à patre emanans sapientia scientia & veritas, potest tamen ab expurgato homine cognosci per visionem contemplationis quæ ἐπιθεωρία Græcè dicitur. Ab ea tamen necessaria quam probabilis absunt argumenta: sola autem mens à corpore abstracta & veluti excedens in Dei qui comprehendendi non potest definitur gloriam & maiestatem. Sed licet Deus non comprehendatur, ut qui nec definitur, nec diuidi nec componi potest, per filium tamen nempe per Verbum sciri potest & cognosci, ut qui & eandem ab eo acceptam demonstrat essentiam, & ex operibus explicet quis sit rerum opitex. Postquam autem ostendit Clemens filium esse sapientiam, scientiam, & veritatem, aliquid addendum esse censuit ad intelligendum ipsum filium qui nos docet scire patrem. Dicit ergo eum non solum esse sapientiam, scientiam, veritatem, demonstrationem & discursum seu ratiocinationem, sed etiam cum omnes spiritus potestates in filio simul fuerint, eas simul perficere & cōsummare filium, in eo significans omnem esse perfectionem: Quod autem verti potestatem id Græcè est *δυναμὴς* quod non est intelligendum de ea potestate seu potentia quæ exit in actum. Nam in rebus quidem naturalibus cum prodiit actus definit potentia. In rebus autem diuinis adeo simul stant potestas & actus, ut nulla sit potentia, si non sit actus: esse enim & posse idem est in rebus perpetuis. Ipse certe Deus qui est potens, atque adeo potentia est merus actus. Quod autem verti potestates, verti poterat virtutes, sed tollenda erat *ἐπιθεωρία*, virtutis & potentia. Quomodo unquam autem verterim, per potestates existimo intelligendum, vires seu facultates & potentias seu magis virtutes. Eiusmodi tunc quas vocat Elias spiritum intellectus, spiritum consilij & fortitudinis, & eiusmodi alia quæ filio sunt attributa. Neque vero mirum est si quod vni personæ est attributum, alteri quoque attribuitur, quando est ex iis quæ vni Deo conueniunt. Ut autem filius Dei cum sit Deus, nullis continetur terminis ac limitibus, ut qui sit infinitus, ita vnaqueque eius potestatum seu attributorum notio infinita sit oportet. Cum autem Verbum, Deus, inquit, filius sit infinitus, vnum quoque sit necesse est. Nam quod in multas partes est dissectum, id non potest esse vnum. Deus autem nec eius attributa, quæ ipsa quoque sunt Deus, cum Dei nihil sit quod non sit Deus, in partem non potest diuidi, quo sit ut & Deus, & eius attributa sint vnum. Sed quid sibi vult Clemens cum dicit filium esse vnum, sed non ut vere vnum. Nam si non sit vere vnum, non est vnum. Ad quod respondendum est, considerari filium, & ut qui carnem suscepit, & ut qui nondum suscepit. Si consideretur ut qui carnem non suscepit, filius est vere vnus, opitex scilicet scripto contentus & clausus, qui supernaturaliter ita est vnus, ut cum omnia contineat, nullam tamen admittat diuisionem. Neque enim diuisio dicenda est ab vno progressus & ad eundem per ternarium regressus, tantum enim abest ut sit diuisio, ut ea potius sit perfectissima vnitas. Sin autem consideretur filius ut qui carnem suscepit, efficit carnis susceptio ut vere non sit vnum. Nam & si vnum sit subiectum, aut, ut cum Theologis dicam, suppositum, cum tamen reuera Deus sit & homo, & in eo sit diuina & humana natura, vnum quidem subiectum est Christus, non vnum tamen est diuina & humana natura ex qua constat Christus Dei filius carne reclusus. Dicendum itaque erit, filium ut Deum esse vere vnum: ut Deum autem & hominem non vere esse vnum. Nam licet utrumque coniunctum sit vnum subiectum seu suppositum, distincta tamen est & discreta diuinitas ab humanitate. Vere autem vnum est, quod est simplex & nullam admittit discretionem & separationem. Porro autem quamuis in Christo dicatur esse multa, ut cum in eo dicitur esse diuina & humana natura, nullæ tamen in eo sunt partes, cum neutra natura suscipiat diuisionem. Quod si etiam Christo attribuantur sapientia, scientia & veritas, & quæ sunt huiusmodi, ea minime sunt partes. Nam cum quidquid est Dei, Dei ipsi sit essentia, Deus autem non possit diuidi, Dei nullæ possunt esse partes, non est ergo filius multa ut partes, sed est vnum ut omnia, id est, ut essentia quæ est in tribus hypostasibus, seu tribus personis. Trium enim personarum vna est essentia, quæ ab vno prodiens ad ternarium, & ad eum regrediens, plane est totum & perfectum atque adeo omnia. Et ita est filius vnum ut omnia à quo vno sunt omnia, & ad vnum redeunt omnia. In ternario certe qui inanis ab vno, rerum est omnium summa perfectio. Assimilatur autem hæc beata trinitas circulo qui est figura omnium capacissima, & neque habet principium nec finem, & in eo dari non potest principium quod non sit idem finis, nec finis qui non sit principium, & in eo vnita omnia circumuoluuntur. Quæcunque certe Deo attribuantur, ea simul vnita circumuoluuntur, & ubicunque est vnum ibi est & alterum, & id alterum est vnum. Nam quantumcunque ea se iungantur & separentur vocabulis & hominum appellationibus, re tamen sunt eadem, nec aliud dici potest Dei sapientia quam iustitia, nec iustitia quam scientia. Hinc est quod Verbum apud Ioannem in admirabili illa reuelatione dicit se esse principium & finem, & quod ubicunque incipiat, illic & terminetur. Nec principium autem nec finis eius dici potest, qui nullam suscipit diuisionem nec dimensionem. Ex eo autem quod verbum sit eiusmodi ut nullam suscipiat distantiam & dimensionem, docet Clemens qualem nostram oporteat esse fidem. Oportet enim eos qui in ipsum credunt & per ipsum, non credunt nisi qui fidem quæ est Dei donum ab ipso acceperint, ita se gerere ut sint cum eo vnum, & ab eo minime separentur, vnum autem sunt non essentia sed adhesionem qui tota mente & cogitatione ei adherent. Non credunt autem qui dubitant, ut qui magno ab eo abstant intervallo. Nulli autem melius credunt,

Arist. cap. 4. lib. 3. Phys.
Aristot. 12. Metaph. in 5. 6. 7. & vlt. 8. Phys.
Elaia. 11.

Arist. 1. de celo cap. 1.

Apocal. 21 & 22.

credunt, nec magis ei vniuntur, quam martyres, de quibus hic agitur, qui nec morte quidem ab eo separantur. Quos secum sic loquentes inducit Paulus: Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia &c. Eum autem locum sic diuine concludit; Certus sum quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque longitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Fides certe quam hic dicit, summam complectitur charitatem. *Propterea hæc dicit Dominus: Omnis filius alienigena.* Qui erant incircumcisi erant à Deo alieni, ut qui non haberent circumcisionem quæ erat signaculum fidei. Circumcidebantur autem non solum Hebræi, qui erant Dei populus peculiaris, sed etiam alienigenæ qui prius Catechumeni in lege fuerant instituti. Sed ad hoc ut atria Domini & sancta possent ingredi, non satis erat præputij cutem circumcidi, sed oportebat eos esse circumcisos & corde & carne, hoc est esse mundos & corde & spiritu. Cor cultello Dei circumciditur, & aufertur de corde præputium, quando turpes cogitationes nequaquam exeunt e corde ut dici possit: Impinguatum est cor populi huius, & auribus suis grauiter audierunt. Et caro similiter circumciditur, ut nequaquam fiant opera terrena, quæ pro necessitate corporis facere compellimur, cibum capere & potum & somnum, & uti vestibus, quæ tunc circumcidimus, si non ad delicias & luxuriam, & ad inertiam, sed ad necessitatem naturæ, & corporis istius sustentaculum cuncta faciamus. Ij qui sic sunt incircumcisi non intrant in sancta, sed soli Leuitæ, quos Deus vult esse sanctos & puram vitam agere. Ij enim sunt vere Dei Sacerdotes. Circumcidebantur quidem etiam alia tribus, sed sola Leuitica tribus propter sanctitatem vngebat Pontifices, Reges & Prophetas, ut videre licet in Leuitico. Adeo autem mundos oportebat esse sacerdotes, ut ne ad mortuum quidem hominem liceret ingredi, præterquam ad patrem, matrem, filium & filiam, fratrem & sororem quæ non nupsisset, alioqui fuissent contaminati. Huius rei causam hanc affert Hieronymus, quod is qui pro aliorum peccatis deprecatur, mundus ad altare debeat accedere. Nam quamuis corpus mortuum non sit peccatum, fuit tamen peccatum causa mortis, & in ipsa carne iam mortua fuit peccatum & inobedientia. Quamuis autem propter ceteros mortuos polluantur Sacerdotes, hoc tamen non habet locum in patre & matre & ceteris quos diximus, propter propinquitatem generis & seminis, ex quo Sacerdos habet generationem, & ideo propter ingressum ad illos mortuos non contaminatur. Quamuis autem ad illos ingressus sacerdotes non omnino reddit impuros & immundos propter cognationem, generatio tamen est eiusmodi, ut restet semper aliqua eluenda macula. Et ideo quantumuis dicantur à Mose incontaminati, septem tamen diebus qui est generationis terminus, (sex enim diebus absoluto opere generationis, Dominus quieuit sabbato) mundantur: Octauo autem offertur hostia placationis, seu pro peccato. Septem autem illi dies quibus mundantur perfectam significant penitentiam: octauus autem quo offertur hostia pro peccato, significat Dei placationem, qui significat nobis dandam promissam à Deo hereditatem. Perfecta autem purgatio & emundatio, est fides in Christum deducta à Lege & Prophetis. Sed non sufficit credere in Christum, nisi Dei obediendo præceptis vita sit pura, & res mundana, secularia inquam desideria deponantur, vsque ad tabernaculi depositionem à iucundo vsu animæ, id est, vsque ad mortem. Quoniam autem variis modis accipitur quod dicitur de diebus septem, siue significet certas periodos quiete conclusas ac terminatas, siue septem caelos quos sequitur octaua regio inerrans mundo appropinquans, qui cadit sub intelligentiam, his relictis statuit eum qui est cognitione præditus, id est qui per fidem habet Dei cognitionem, debere emergere ex generatione & ex peccato, nempe terrenarum rerum relictæ contemplatione ad cælestia assurgere, & à peccatis discedere. Sed cur septem diebus sacrificium hostiæ pro peccato? Quoniam penitentia & purgatio est vitæ à peccato mutatio: peccatum autem est generationis. Quæ est autem à peccato mutatio, etsi recedat à peccato, adhuc tamen tangit generationem quæ significatur ambitu septem dierum. Nam licet recedat à peccato, adhuc tamen remanet nobis à generatione innata quædam ad peccatum propensio. Quo fit ut septem diebus merito sacrificetur pro peccato, ut id vitetur, & ne amplius reuertatur. *Iob autem iustus, ipse, inquit, nudus sum egressus ex utero matris meæ.* Dixit paulo ante in viro cognitione prædito esse emergendum ex generatione, & ita peccatum esse relinquendum. Ex generatione autem, egreditur qui est Iob iustus similis, qui dicit se nudum ex utero matris egressum, & nudum illuc reuersurum. Nudus autem regreditur qui recedit nudus à vitiiis & peccatis, & nec animo impressam sceleris habet imaginem. Tales sunt qui baptismi lauacro regenerati, dimissis peccatis à malis operibus abstinentes, & in virtutibus proficientes, tendunt ad immortalitatem. Nam in peccato quidem est prior generatio, à peccato autem liberat, & vitam dat æternam regeneratio qua renascimur. Eos esse dicit ex aquæ matrice genitos, alledens ad matricem mulieris ex qua concipitur & editur infans. Quoniam autem dixerat eos qui sunt regenerati, ut qui sunt pij, immortales futuros, ex aduerso dicit impiorum lucernam, id est, prosperitatem esse extinguendam. *Porro autem castitatem in corpore & anima quam is persequitur.* Qui est regeneratus & verbi diuini cognitionem est assecutus, inter ceteras virtutes persequitur castitatem animi & corporis. Eam Moses significat in describenda Rebecca, pulchra vtens repetitione, dum dicit: Virgo erat pulchra, vir autem eam non cognouit. Idem enim est esse virginem, & à viro non fuisse cognitam. A viro autem non esse cognitam, idem est quod esse incorruptam. Porro autem incorruptio est Dei gloria, quæ significatur vocabulo Rebecca. Rebecca quidem est patientia, est autem fortis animi ita se gerere, ut nec corpus polluat nec anima. Ita autem se gerere maxime pertinet ad Dei gloriam, in quo nihil est gloriosius, quam quod in eum nulla cadit corruptio & interitus. Eius autem incorruptionem, quoad eius fieri potest, imitatur castitas. Hæc autem castitas est etiam iustitia quæ suum cuique tribuit, & cauens ne per auaritiam vlli faciat iniuriam, efficitur templum Deo consecratum. Ita autem sunt coniuncta pax & iustitia, ut vnum sine altero vix possit consistere: iustitia enim est pax & tranquillitas ac stabilitas vitæ. Nam si iustitia suum cuique tribuat, tolletur omnis belli causa & seditionis, & erunt pacata omnia. Pax autem quanti sit facienda ex hoc est perspicuum, quod in salute dāda, nullum aliud quam pacis vocabulum in veteri & in nouo testamento à Domino sæpius sit vsurpatum. Quid quod Christus

Rom. 3.

Hieron. in 24. Ezech.

Prou. 13.

esse voluit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech? Significat autem Melchisedech regem iustitiæ, & re vera erat rex Salem, id est Rex pacis, & certe iustitiæ & pax sunt vniuoca. Rex autem Melchisedech qui fuit figura Christi, non quemuis panem dedit in alimentum Abraham reuertenti à cæde Regum, sed panem sanctificatum, id est consecratum, ut qui esset sacerdos Dei excelsi, in typum Eucharistiæ, in qua sub symbolis panis & vini Deo cõsecratur, sacrificatur & offertur præciosum corpus & sanguis Christi. Quoniam autem de iustitiæ & pace fuerat locutus, visum est ei subiungere quid de eis dixisset Basilides quem vocat *Ἰουδαῖον*, sed ego legendum censeo *Ἰουδαῖον*, id est qui à fide defecit. Is dicit iustitiæ & filiam eius pacem manere in octonario, alludens ad id quod dicebat Pythagoras, octonario numero significari iustitiæ, quæ soluitur in numeros pariter pares. *Transendum est autem à naturalioribus.* Ab obscurioribus quæ vocat 10 naturalia transit ad ea quæ sunt clariora, nempe ad moralia. Ea nos docet Christus qui est præceptor noster, & qui nos mysteriis inuitat. Habebant autem etiam Græci sua mysteria, quæ qui Baccho celebrabant, vocabant orgia. Ea docebat quidem Bacchus, sed non nisi eos qui erant initiati mysteriis, ab eis autem prophanos, id est qui ad sacra non erant admissi, arcebat. Ita etiam Christus præceptor noster sanctum non esse dandum canibus, nec margaritas ante porcos iaciendas esse statuens, ad doctrinam suam mysteria eos demum admittit, quibus mysteriorum pater aditus, per baptismi sacramentum aperta ianua. Sed ne cum Christo Seruatorem nostrum dixisset esse magistrum & initiatorum, patrem videretur à nobis excludere, ne ea inquam, nos subiret cogitatio, subiungit quidem Deum esse expertem principij, sed vniuersorum principium. Quo fit ut cum gignat filium, ipse quoque filius ab eo genitus sit principium. Et ut pater est essentia, bonum & mens, ea quoque sit filius. Quatenus autem filius est essentia, est ipse quoque principium loci efficietis, effectus scilicet & creator. Quatenus autem est bonum, bonos docet mores. Quatenus vero est mens, docet in differendo ratiocinationem & artem iudicandi. Est ergo filius, nempe Verbum, & creator & vnus magister, ut qui sit vnicus Dei filius. Sed quæ sunt filij, eadem quoque sunt patris, & quæ sunt à filio, eadem quoque sunt à patre, ut quæ sint vna & eadem essentia. Efficit ergo & creat Pater per Verbum filium, & docet itidem pater per filium, est enim vna & eadem doctrina patris & filij, & est vterque & creator & magister. *Non ergo faciunt qui figmentum insectantur.* Erant hæretici, nempe Marcionistæ, qui in Deum veteris testamenti, quem creatorem dicebant inuehebantur, & creaturam insectabantur ut malam. Et iam quidem diximus esse vtrique eandem creandi potestatem, nec alterum creare sine altero, cum vnus sit Deus & eadem vtriusque essentia: nunc autem dicit non esse causam cur accusetur creatura, & maxime corpus hominis: non esse enim malum quod factum est rectum ad Deum contemplandum. Primum ergo ex ipsa figura corporis ostendit non esse corpus malum, quod ita factum est, ut cælum contempleretur. Deinde quod in eo sint collocata sensuum instrumenta, quæ tendunt ad cognitionem: omnis enim nostra cognitio procedens à sensibus, peruenit ad intelligentiam, propterea quod omnia membra & omnes partes corporis ita sunt compositæ, ut aptæ sint ad honestum, non ad voluptates. Nam et si sit in corpore voluptas, ea tamen sibi proponit quod est honestum, nempe liberorum susceptionem. Est itaque corpus animæ habitaculum quæ à Deo in maximo prætio habetur, ut quæ facta sit ad eius imaginem & similitudinem, & dignum est habitum, postquam est à Domino sanctificatum, ut in eo sanctus habitaret Spiritus. Sancto enim regenerationis lauacro à Domino sanctificatur & anima & corpus, & hoc est quod vocat Clemens Domini perfectionem. Deus enim est qui in baptismo perficit, non signa quæ cadunt sub sensum. Ad hæc accedit quod quæ sunt in homine virtutes, eæ quoque sunt in corpore. Nam anima quidem est subiectum virtutum: corpus autem est animæ habitaculum. Pulchre autem dicit esse mutuam trium virtutum consequentiam, sapientiæ & iustitiæ & sanctitatis, quæ ita sunt coniunctæ, ut non possit vna separari ab altera. Nam & qui rerum diuinarum & humanarum habet scientiam, is Deum recte colit, & qui Deum recte colit, in eius anima ira & cupiditas parent rationi. Qui has autem habet virtutes, est cognitione præditus, circa Deum autem versatur moraliter: in pietate enim ac religione cernuntur boni mores. Naturaliter autem versatur is, cui tanquam à natura est ingenerata Dei cognitio: logice autem versatur, qui & de Dei natura & de moribus ita differit, ut à pietate non recedat. *Si quis autem dicat se accusare carnem.* Qui carnem accusabant, citabatur illud tritum ex Esaia, Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis quasi flos fœni &c. Sed Clemens adducit Hieremiam hunc locum interpretantem, & dicentem carnis gloriam significare gloriationem in peccato. Ex quo colligitur non esse vituperandam carnem, sed peccatum. Dicuntur itaque secundum carnem ambulare & esse carnales qui sunt in peccatis, iique sunt vituperandi, non autem qui corpus castigant, & in seruitutem redigunt. *Præstantiorem quidem hominis partem esse animam.* Constat homo ex anima & corpore, & anima quidem est pars præstantior, corpus vero deterior: neutrum autem est nec bonum nec malum sed medium & indifferens. Non sequitur autem quod si quid sit non bonum, id sit malum. Hæc autem dicit Clemens conuenienter sententiæ Stoicorum, qui solam virtutem dicunt esse bonam, vitium autem malum, cætera autem nec bona nec mala, sed media & indifferentia. Ex medijs autem illis & indifferentibus alia sunt quæ vocant *ἀρετὰ*, id est præposita, cuiusmodi sunt opes & sanitas, alia vero *ἀπορετὰ*, cuiusmodi sunt morbus & paupertas. Constat vero homo ex anima & corpore, quæ sunt quidem diuersa, sed non contraria. Nec enim ea inter se pugnant ut bonum & malum, est enim vtrumque medium & indifferens, & tamen præstat anima, corpus vero est deterius. Porro autem vtrumque habet suas actiones: & quæ sunt quidem bonæ actiones, procedunt à bono spiritu, nempe principali qui est Spiritus sanctus, malæ vero, à Dæmone qui est malignus, ita tamen ut neuter liberum tollat arbitrium. Nam siue Spiritus sanctus bonum inspirauerit, vel malus malum suggererit, est in hominis potestate vtrum malit eligere. *Iam vero sapientis anima.* Constat, ut iam diximus, homo ex anima & corpore, sed anima est corpore melior & præstantior, à corpore autem hospiti accipitur. Cum sit autem anima & corpore præstantior, & hospes corporis, ut quæ in eo peregrinetur, sapientis anima seuerè & censoriè se in id debet gerere, ita scilicet ut ipsum castiget, non autem nimia affectione & indulgentia corrumpat, ut quæ cum primum Deus eam

Deus eam vocarit, à tabernaculo, id est è corpore mox sit excessura. Quamuis autem anima sit hospes corporis, non tamen dicendum est eam esse hospitem mundi, ut quæ sit supramundana, ut dicebat Basilides: nam & mundi & supermundanorum vna est essentia, sicut vnus est Deus qui creauit omnia. Nullus est ergo mundi hospes, sed tamen qui est electus, et si mundi non sit hospes, viuit tamen tanquam hospes. Electus est autem qui à Deo vocatus parer vocanti, & ab eo seruatis mandatis ad vitam æternam eligitur. Quomodo autem viuat hospes docet Clemens: Scit, inquit, quæ sunt acquirenda, & quæ sunt reicienda. Acquirenda vocat, ea quibus est opus & quæ sunt ad vitam necessaria: reicienda autem, ea quæ sunt superuacanea, & quibus non est opus. Necessaria autem sunt ea bona quæ triplicia statuunt Peripaterici, & quibus vtendum est hospiti, bona animæ, bona fortunæ, & bona corporis, & ipsum corpus. Eis vtitur hospes sicut qui peregre proficiscitur, occurrentibus in via diuersis, & curam quidem gerit rerum mundi quæ sunt in loco in quo diuersatur: sed ita ut nec ibi velit habitare, nec eas res possidere, nec eis perpetuo vti tanquam propriis, & nullam ad eam habet affectionem ut cuius sit scopus æceptum iter persequi, præptoque & alacri animo Deum sequens, qui ab hac vita cadauca deducit ad vitam æternam, quidquid acciderit ad anteriora pergens nunquam retro aspicit, sed quod hic quidem tanquam incola & peregrinus vitam egerit, agit gratias, Deum autem laudat & benedicit quod hinc sit migraturus, ut qui cælestem expetat mansionem. *Admiror Epicharmum qui aperte dicit.* Non solum ex sacris scripturis, sed etiam ex libris Poëtarum ostendit cognosci, & bonorum post mortem esse præmia, & malorum pœnas. Duos autem citat Poëtas Epicharmum & Pindarum. Vterque certe eorum bonos post mortem Deum in cælis laudare, malos autem sub terra tormentis affici dicit. Ex his autem concludit saluum esse quod dicunt nonnulli, à Deo in terram animas dimitti ut puniantur, cum quæ Deum sequens recte & iuste vixerit, tantum abest ut tormenta patiat, ut relicta terra in cælos ascendat. Non quibus autem in cælos ascendit, sed is demum qui est spiritualis, & ideo cognitione præditus & à Deo electus. A Deo autem non cognoscitur, id est non approbatur nec eligitur, qui est terrestris, & qui Verbi non habet cognitionem. In peccato autem est qui versatur in ignorantia: cælum autem non ascendit qui est in peccato. Nihil enim intrat in cælum quod sit pollutum & inquinatum. *Quod autem amentes & inobedientes terram vocet scriptura.* Dixit antea eos cælum ingredi qui sunt spirituales, spiritualibus autem aduersantur peccatores qui Dei non habent cognitionem, Deum autem non cognoscunt qui eius præceptis non obediunt, & ideo nec ipsi à Deo cognoscuntur, eos enim demum nouit qui sunt sui & quos ut suos approbat. Qui sunt ergo spirituales, ij & Deum cognoscunt, & à Deo sunt cogniti & electi: ij autem sunt qui Dei præceptis parentes ex virtute vitam agunt. *Qui Dei autem præceptis non obediunt, & vitis & peccatis se dedunt, ij non sunt spirituales, sed amentes, terrestres & carnales, à Deo autem non cognoscuntur nec eliguntur, sed reprobantur.* Quo fit ut cælum minime ingrediatur: cælum enim non ingreditur qui Deo non credit, incredulus autem est qui Dei præceptis non obedit. Quod autem tales sint peccatores, probat Clemens testimonio Hieremiæ, Esaia, & Michæ, qui peccatores, qui plane sunt amentes, non solum vocat terrestres, sed etiã terram. Qui autem Dei præceptis non parent, ij vt impij & increduli, ipsi iure sunt iudicati: nam cum in eorum sit potestate Deum nosse, cum nolunt cognoscere. Quo fit ut ipse Deus eos nec cognoscat, nec tanquam suos approbet & eligat. Eos itaque nec exaudit nec seruat. Iusta est enim eius sententia qui iustos quidem approbat & eis dat salutem: iniustos autem & impios reprobat & cõdemnat. Quod nisi faceret, esset iniustus, in Deum autem non cadit iniustitia. *Quid ad hanc vocem adhuc dicunt hæretici.* Ex eo quod dicit scriptura Deum omnipotentem esse iustum, & nihil in se habere absurdi, arripit occasionem insectandi Marcionistas & alios hæreticos, qui dicebant Deum veteris testamenti esse malum, noui autem bonum, cum vtriusque sit vnus Deus, & nec vitij nec iniustitiæ sit author. Ex eo enim oritur vitium quod Deus non cognoscatur: consistit autem vitium ex Dei ignorantia. Non aliud autem à nobis petit Deus, qui eligendæ salutis habemus potestatem, quam ut eum diligamus, & eius præcepta custodiamus, non alio autem tēdunt eius præcepta quam ut eis parētes iuste viuamus, & ita vitam æternam assequamur. Est ergo Deus bonus & iustus, & nos vult bene & iuste viuere. *Mihi autem videntur.* Dixit paulo ante electos, Deum, quoad eius fieri potest, imitari. Hos autem electos nūc dicit à Poëtis Græcis, Dijs similes esse appellatos, vsurpatis id quod à Mose scriptum est, Deum Genes. 1. creasse hominem ad imaginem & similitudinem suam. *Atque Euripides quidem.* Quod hic adducit Clemens ex Euripide, videtur Euripides scripsisse, cum præter fabulosas Sirenes legisset quod scriptum est in Esaia propheta de Seraphim. Orat autem Clemens Christi spiritum, ut eum tollat in suam ciuitatem, id est in cælum. Esaia 6. Cælum autem dicit suam esse ciuitatem, ut quod eius sit tanquam Christi cohæredis, cuius est frater per gratiam, cum sit Christus Dei filius per naturam. Cælum autem proprie esse ciuitatem dicunt etiam Stoici, cum id accepissent ex sacris scripturis, eas enim quæ sunt in terra dici quidem, sed non esse ciuitates. Atque lege quidem terrena regitur ciuitas, verbo autem ecclesia, quæ est Dei ciuitas, quæ nunquam est peritura, & in qua sit Dei voluntas & in cælo & in terra. Ciuitas autem proprie est ecclesia, id est, bonus & honestus conuentus fidelium, qui à verbo regitur qui est Deus, non proprie autem dicitur ciuitas, quæ est in terris, cum ea regatur non tam à Deo, quam à lege terrena. Ecclesia autem est in cælo & in terra, siquidem vtroque sit Dei voluntas. *Huius autem ciuitatis imagines Poëta quoque condunt scribentes.* Ciuitas quidem proprie est in cælis, & est veluti exemplar earum ciuitatum quas Poëta dicunt esse in terris, ut Arimasporum, Hyperboreorum, & Elysiarum, apud quos dicuntur esse respublicæ & bona iustorum virorum instituta. Sunt autem eæ ciuitates, non ciuitates, sed cælestis ciuitatis imagines. Plato quoque scripsit librum de republica, sed quæ ab eo est instituta nusquam est in terris, sed eius exemplar situm est in cælis.

CLEMENTIS ALEXAN-
DRINI STROMATVM
LIBER QVINTVS.



DE EO quidem qui est cognitione præditus, hæc quodammodo cursum sumus persecuti: iam autem pergamus ad ea quæ deinceps consequuntur. 10
Atque fides quidem rursus est consideranda: sunt enim qui fidem quidem nostram esse de filio, cognitionem autem de spiritu, distinguant. Nō animaduertent autem quod verè quidem oportet credere filio, & quod filius, & quod venerit, & quo modo, & propter quid, & de passione. Nosse autem necesse est quis sit filius Dei. Iam verò neque est cognitio sine fide, neque fides sine cognitione. Sed neque pater est sine filio: simul enim cum eo quod est pater, est filij pater. Filius autem verus est de patre magister. Et ut credat quis filio, oportet nosse patrem, 20 ad quem refertur etiam filius. Et rursus, ut patrem prius cognoscamus, oportet credere filio, quoniam docet Dei filius. Ex fide enim ad cognitionem per filium pater. ^b Cognitio autem filij & patris, quæ est ex cognoscendi regula, quæ est verè regula cognitionis, est aggressio & tractatio veritatis per veritatem. Nos ergo sumus, qui sumus fideles in eo quod non creditur, & qui sumus cognitione præditi in eo quod non cognoscitur: hoc est, in eo quod ignoratur & non creditur ab omnibus: cognitione autem præditi, in eo quod à paucis creditur, & cognoscitur. Cognitione autem præditi, non sermone opera describentes, 30 sed contemplatione. Beatus qui dicit in aures audientium. Fides autem, sunt aures animæ. **Hanc autem fidem tacitè innuit Dominus, dicens: Qui habet aures audiendi, audiat, ut cum crediderit, intelligat ea quæ dicit, ut dicit. ^c Caterùm Homerus quoque poetarum antiquissimus, pro eo quod est sentire, verbo audire, specie pro genere usus scribit: Cum audiebant maximè & ipsi. In summa enim, concentus & consensio fidei amborum, in vno sine versatur, nempe salute. Verus autem nobis testis est Apostolus, dicens: Desidero enim videre vos, ut aliquod vobis donum impertiar spirituale, ut vos confirmemini. Hoc au- 40 tem est, ut simul consolationem in vobis accipiatis per eam quæ est inter nos inuicem fidem, vestram, inquam, & meam. Et rursus paulò inferius subiungit: Iustitia autem Dei in ipso reuelatur ex fide in fidem. Videtur ergo Apostolus duplicem fidem annunciare, vel potius vnã, quæ augmentum suscipit & perfectionem. Nam communis quidem fides subiicitur tanquam fundamentum. Iis quidem certè qui cupiebant curari, ut qui fideliter mouerentur, dicebat: Fides tua te saluum fecit. Quæ autem eximie superædificatur, fideli consummatur, & rursus perficitur per eam quæ accedit ex doctrina, & ratione peragendi man- 50 data, quales erant Apostoli, de quibus dictum est, fidem montes transmouere, & arbores transplantare. Vnde cum sensissent magnitudinem potestatis, rogabant ut adderetur eis fides, quæ ut granum sinapis morderet utiliter animam, & in ipsa adeo cresceret, ut in ipsa requiescerent de rebus sublimibus rationes. ^d Si quis autem Deum scit natura, ut existimat Basilides, intelligentiam eximiam fidem simul & regnum vocans, & creaturam essentia dignam, prope eum qui fecit ipsam esse interpretans essentiam, sed non potestatem: & natu- 60 ram, & substantiam, & creaturæ quæ superari non potest indefinitam pulchritudinem, non autem libero arbitrio utentis animæ rationalem assensionem dicit fidem: sunt ergo superuacanea præcepta tam in veteri quàm in nouo Testamento, cum natura saluus fiat aliquis, ut vult Valentinus, & sit natura fidelis & electus, ut putat Basilides: fieri autem poterat ut absque aduentu Seruatoris aliquo tandem tempore posset natura resplendere.**

Sin autem

Sin autem necessarium dixerint aduentum Domini, eis euanescent naturæ proprietates, cum doctrina & purgatione & bonorum operum effectione, non autem natura seruetur electio. Abraham itaque qui per auditum credidit voci quæ sub quercu, quæ erat in Mâbre, est pollicita: Do tibi terram hanc & semini tuo, electus ne erat, an non? Sed si non erat quidem, quomodo statim credidit tanquam naturaliter? sin autem erat electus, solutum est eorum fundamentum, cum inueniatur atque etiã salua fiat electio ante aduentum 10 Domini: Reputatum est enim ei ad iustitiam. Si quis autem ausit dicere, sequens Marcionem, Creatorem seruare eum qui in ipsum credidit etiam ante aduentum Domini, cum propria eius salute seruetur etiam electio: plus quàm par sit ab eo commendabitur boni potestas, ut quæ serò, & post eum, qui ab eis iactatur, Creatorem, ipsa quoque salutem dare aggrediatur, vel doctrina, vel etiam eius imitatione. Sed etiam si ita se habens, det salutem bonus ex eorum sententia: neque suos seruat, neque cum eius voluntate qui fecit creaturam aggredditur dare salutem, sed vi, vel dolo. Et quomodo erit utique bonus qui sic facit, 20 & est posterior? Si autem differt locus, & mansio omnipotentis remota est à mansionem boni: at eius qui dat salutem voluntas non est remota à bono? ut quæ prior cæperit. Ex ijs ergo quæ prius confecimus, infideles esse amentes ostenditur. Semita enim eorum sunt peruersæ, & nesciunt pacem, inquit Propheta. Stultas autem & ineruditas quæstiones vitare diuinus iussit Paulus, quoniam generant pugnas: & clamat Æschylus,

Ne in iis labores temerè quæ nihil iuuant.

Nam eam quidem quæ vnà cum fide conuenit quæstionem, quæ supra fundamentum fidei 30 superædificat, splendidam ac magnificam veritatis cognitionem, optimam esse scimus. ^e Scimus autem quod neque ea utique quærentur quæ sunt manifesta, ut, exempli causa, an sit dies, cum sit dies. Neque ea quæ sunt incerta, & nunquã futura sunt manifesta, ut illud, sintne stellæ pares an impares. Sed neque ea quæ conuertuntur: quæ etiam ab ijs qui aduersantur in differendo, ex æquo dici possunt, ut illud, an sit animal quod est in utero, an non animal. Quartus modus est, quando ex alterutra horum parte conceptum produciuntur argumentum, contra quod dici, & quod solui non potest. Si ergo quærendi causa omnibus 40 modis de medio tollitur, fides firmatur ac stabilitur. Eis ergo illud proponimus, cõtra quod dici non potest, quod Deus est qui dicit, & de vnoquoque eorum de quibus quæro, traditum adducit in scriptis. Quis est ergo adeo impius & à Deo alienus, ut Deo non credat, & probationes à Deo postulet tanquam ab hominibus? Rursus ex quæstionibus, aliæ quidem sensu indigent, ut si quis quærat an ignis sit calidus, aut nix alba. Aliquæ verò admonitione & increpatione, ut ait Aristoteles: ut illa interrogatio, an oporteat honorare parentes. Sunt etiam quedam dignæ quæ puniantur, cuiusmodi est, quærendi probationes, an sit prouidentia. Cum sit ergo prouidentia, non ex prouidentia factam fuisse & prophetiam, & eam quæ in Seruatorem facta est æconomiam ac dispensationem, putare, est nefarium. Et fortasse ne conari quidem oportet hæc probare, cum sit manifesta diuina prouidentia, ex aspectu omnium quæ videntur effectorum, quæ arte consistunt & sapientia, & quorum 50 alia quidem sunt ordine, alia verò ordine manifestantur. ^f Qui nos autem essentia & vita impertijt, dedit etiam verbum seu rationem, nos simul conuenienter rationi volens & bene viuere. Verbum enim patris vniuersorum, non est hoc quod profertur, sed est sapientia, & Dei bonitas manifestissima: & rursus omnipotens potestas & verè diuina, quæ nō est eiusmodi ut intelligentia comprehendi non possit vel ab ijs qui nō consentunt, voluntas quæ omnia potest. Quoniam autem alij quidem sunt infideles, alij verò contentiosi, non omnes assequuntur boni perfectionem. Nam neque fieri potest, ut sine libero animi nostri arbitrio & instituto id cõsequamur: neque vniuersum est positum in nostra voluntate, quale

Aaa ij

fit quod est euenturum: gratia enim seruamur, sed non absq; bonis operibus: sed oportet quidem cum natura apti simus ad bonū, ad id aliquod adhibere studium. Oportet autem mentem quoq; habere sanam, & quæ nulla retardetur pœnitentia à boni uenatione, ad quod quidem maximè diuina opus habemus gratia, rectaque doctrina, castaque & munda animi affectione, & patris ad ipsum attractione. Terreno enim corpori illigati, sensilia quidem per corpus apprehendimus: quæ intelligentia autem percipiuntur, per ipsam vim rationis. Si quis autem expectauerit fore ut omnia sensiliter comprehendat, longè à veritate excidit.

2. Cor. 13.

Spiritualiter quidem certè scribit Apostolus de Dei cognitione: Videmus enim nunc tanquam per speculum, tunc autem facie ad faciem. Paucis enim datum est spectaculum veritatis. Dicit itaque Plato quoque in Epinomide: Non dico fieri posse ut omnes homines sint beati & felices, præterquam pauci: donec vixero, hoc desinio. Bona autem spes est fore, ut postquam hinc excessero, omnia consequar. Eadem sibi volunt quæ dicuntur apud Mosem: Nemo videbit faciem meam, & viuet. Clarum est enim neminem unquam vitæ tempore posse Deum euidenter comprehendere. Qui sunt autem mundi corde, Deum

1. Cor. 1.

videbunt, postquam ad extremam perucnerint perfectionem. Cum enim ad ea quæ sunt comprehendenda imbecilla esset anima, & diuino magistro egeremus, deorsum mittitur Seruator, boni possessionis & doctor & suppeditator, arcanum magnæ prouidentia, sanctumque signum & indicium. Vbi est ergo scriba? ubi inquisitor huius seculi? non insatuauit, inquit, Deus sapientiam huius mundi? Et rursus: Perdam sapientiam sapietum, & intelligentiam intelligentium reprobabo, eorum scilicet qui sibi videntur sapientes, & sunt

Hierem. 6.

contentiosi.^b Pulcherrimè itaq; dicit Hieremias: Hæc dicit Dominus, State in vijs, & interrogate semitas aternas quanam sit via bona, & in ea ambulate, & inuenietis expiationem animabus vestris. Interrogate, inquit, & audite ab ijs qui norunt, citra cõtentionem & decertationem. Cum didicerimus autè viam veritatis, rectà ingrediamur, minimè nos retrò conuertentes, donec consecuti simus id quod desideratur. ^c Meritò ergo rex quidem Romanorum, Numa erat ei nomen, cum esset Pythagoreus, primus ex omnibus hominibus posuit templum fidei & pacis. ^d Abrahæ autem qui credidit reputata fuit iustitia. Is cum sublimem eorum quæ in aère eueniunt, & excelsam eorum quæ in celo mouentur persequeretur philosophiam, Abram vocabatur, quod exponitur Pater sublimis. Postea autè cum in caelum respexisset, siue viso in spiritu filio, ut quidam exponunt, siue glorioso angelo, siue etiã aliàs cognito Deo creatura præstantiore, & quolibet qui est in ipsa ordine, assumit alpha, nempe cognitionè unius & solius Dei, & dicitur Abraam, ut qui pro natura indagatore, sapiens, piusq; in Deū, & eius amicus factus est. Exponitur enim pater electus, sonitus. Verbum enim audibili voce editū. Huius autè pater, est mēs: eius autem qui est virtute præditus, est mēs electa. ^e Mihi autè venit in mētem Agrigentini poetæ laudare, qui fidem laudibus sic celebrat: Dilecti, scio quod verum sermonibus inquit

Quos dico, res difficilis sed & ardua valde,
Ægrè hominum subiens, fidei est impulsio, mentes.

1. Cor. 12.

Propterea hortatur quoque Apostolus: ut fides nostra non sit in sapientia hominum, qui profitentur persuadere, sed in Dei virtute, quæ sola & absque demonstrationibus, per solam fidem potest dare salutem. ^m Eorum enim qui sunt probi, probissimus nouit seruare. ⁿ Quinetiam falsorum quoque architectos & testes comprehendet iustitia, inquit Ephesius. Nam hic quoque nouit, ut qui ex barbara didicerit philosophia, eam quæ fit per ignem expurgationem eorum qui malè vixerunt, quam ἐκπύρωσις, hoc est, exustionem seu inflammationem postea vocarunt Stoici: qua ratione etiam eum, qui est propriè certa præditus qualitate, statuunt futurū ut resurgat, eo ipso tuentes resurrectionem. Plato autem terram quibusdam

quibusdam temporibus dicit per ignem & aquã expurgari, hoc modo: Multi sæpe fuerunt hominum interitus, & erunt igne quidem & aqua maximi: quinetiam alijs quoque innumerabilibus alijs breuiore. Et paulo post subiungit: Reuera autem est eorum quæ terram & caelum obeunt immutatio, & qui post longa temporum interualla, eorum quæ sunt in terra multo igne fit interitus. Deinde subiungit de diluuiio: Quando autem rursus dii terram aquis expurgantes inundant, qui sunt quidem in montibus bubulci & pastores, conseruatur: ^o qui autem sunt in ijs quæ sunt apud nos urbibus, in mare feruntur à fluuijs. ^p Ostendimus autem in primo Stromate, Græcorum philosophos dici fures, qui à Mose & Prophetis præcipua dogmata non gratè acceperunt. Quibus illud quoq; adijciemus, quod angeli illi quibus superna fors obtigerat, delapsi ad voluptates, enunciarunt arcana mulieribus, & quæcunq; ad eorum venerunt cognitionem, cum alijs celarent angeli, vel potius reseruarent in aduentum Domini. Illinc profluxit doctrina prouidentia, & sublimium rerum reuelatio. Cum autè prophetia iam Græcis esset tradita, tractatio de dogmatibus suscepta est à philosophis, alicubi quidem vera rectè, alicubi verò falsa & quæ aberrabant coniectantibus, cum quod allegoria occultaretur prophetica minimè intelligerēt, quod etiam paucis propositum est adnotare, ea quæ urgent persequentibus. ^q Fidem ergo non ociosam & solam, sed cū inquisitione ostendere oportere dicimus. Nō hoc enim dico, nō oportere omnino quærere. ^r Quære enim, inquit, & inuenies: Quod enim quæritur,

Capi potest, quod negligitur verò effugit, ut ait Sophocles.

Similia autem dicit etiam Menander Comicus. Quæcunque autem quæruntur studio & solitudine opus habere dicunt qui sunt sapientissimi: sed perspicentem quidem animæ facultatem ad inuentionem oportet dirigere, & quæ impedimentum afferunt expurgare: & rursus contentionem, inuidiam, & ipsam litem pessimè perdendam abijcere. Pulcherrimè enim scribit Timon Phliasius:

Pernities hominum resonans lis venit inane,
Cui soror & focia est faciens contentio cædes,
Cunctas res alias quæ circumuoluitur: at dein
Ceruicem obfirmans, hominem ad spes trudit inanes.

Deinde paulò inferius subiungit:

Quis pugnaturos lite hos commisit acerba?
Concurrans cum Echo turba indignata, silentes
Vlti viros morbum immisit, multique cadebant.

De oratione falsa negante, * & ceratine & latente, & crocodile, & sorite præterea, & de ea quæ est detecta, & de ambiguitatibus & sophismatibus. ^s De Deo ergo quærere, si non ad litē, sed ad inuentionem cēdas, est salutare. Scriptum est enim in David: Comedēt pauperes, & implebuntur, & laudabunt Dominum qui quærunt ipsum, viuet cor eorum in seculum seculi. Qui enim vera quærunt inquisitione, laudantes Dominum, implebuntur dono quod à Deo proficiscitur, hoc est, cognitione, & viuet anima eorū. Anima enim per allegoriã dicitur cor, quæ vitam suppeditauit, quoniam pater per filiū cognoscitur. Sed nec omnibus qui impudenter & temerè dicunt & scribunt, oportet aures præbere. Nam calices quoque qui à multis sumuntur auribus, hoc est, ansis, aures quidem amittunt, præterea autem ipsi etiam excidentes cōfringuntur. Eodem modo qui multis nugis fidei castam incestarint auditionem, ad veritatem iam tandem obsurdescentes, & inutiles fiunt, & in terram decidunt. Non ergo temerè pueris præcipimus, auribus eos apprehendentes, ut osculentur eos qui ad ipsos attinent, hoc utique tacitè significantes, ingenerari per auditum sensum dilectionis. Deus autem est dilectio, qui cognosci potest ab ijs qui diligunt, sicut Deus

Aaa ij

est fidelis qui fidelibus traditur per disciplinam, & oportet nos ei effici coniunctos ac familiares per diuinam dilectionem, ut simile simili contemplemur, pure & citra fraudem verbum audientes veritatis, instar puerorum qui nobis obediunt. ⁹ Hoc autem erat quod tacite significabat, quicumque is fuerit qui inscripsit in aditu templi in Epidauris:

Esse decet castum, sancti qui limina templi
Ingreditur.

Matth. 18. Castitas autem est, sancta cogitare. Quod si non facti fueritis, inquit, ut hi puelli, non intrabitis in regnum caelorum. Hic enim Dei templum tribus cernitur fundamentum fide, spe, & charitate.

COMMENTARIUS.

⁴ DE eo quidem qui est cognitione prae dicitur. Superius tractauit de Gnostico, hoc est de eo qui est cognitio-
ne prae dicitur. Sed quoniam nec cognitio est sine fide, nec fides sine cognitione, postquam tractauit de Gno-
stico, nempe de eo qui est cognitione prae dicitur, accedit ad fidei speculationem. Atque primum quidem
ostendit eos non esse satis consideratos, qui ita distinguunt fidem a cognitione, ut fides sit de filio, cognitio
autem de spiritu, cum vtrumque dicatur & de fide & de spiritu: nam & filio credere oportet, nempe is que
dicit filius, & illum oportet credere, nempe eum esse Deum, & in illum credere, ut scilicet non solum credas
iis quae ab ipso dicuntur, sed etiam eum diligas & in eum speres: sed ut filio Dei credas, vel ipsum esse Deum
credas, vel ita in eum credas, ut etiam diligas, & in eum speres: necesse est ut Dei filium esse cognoscas:
neque enim fieri potest ut credatur, qui sit ne an non, non cognoscitur. Quod si filius Dei cognoscitur, a
Deo quoque generatus esse creditur, licet eius generatio a nemine possit enarrari. Cum autem filius Dei
humanam susceperit naturam, quod in mundum quoque venerit credendum est, venerit, inquam, conce-
ptus ex Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, venerit autem propter nostram salutem, passus sit autem ut
peccata nostra expiaret, & nos a mortis & Diaboli tyrannide liberaret. Pater autem & filius ita inter se inui-
cem referuntur, ut nec credi, nec cognosci potest alter sine altero. Cum autem olim quidem Deus cogno-
scretur & crederetur, non cognosceretur autem nec crederetur pater, ut pater, cum nesciretur filius, venit a
patre missus filius, ut ipse doceret patrem, est enim filius vere magister seu praeceptor de patre. Ipsa certe do-
ctrina filij, est doctrina patris, ita sit ut dum credimus in filium qui est missus a patre, per eius fidem veniam
mus ad cognitionem patris. ⁵ Cognitio autem filij & patris. Cum Pater cognoscatur per filium, & filius per
patrem, vterque autem est veritas, est veritatis notio & perceptio per veritatem. Per veritatem autem sum-
mus & fideles & cognoscentes. Sed cum veritas lateat in abdito, per eam autem & creditur & cognoscitur,
hinc fit ut vnus fideles in eo quod non creditur. Nam quae credunt fideles, non creduntur ab incredulis
quorum est maximus numerus, & cognoscentes in eo quod ignoratur ab his qui fidem non habent, non
cognoscuntur enim quae sunt fidei nisi ab iis qui credunt. Qui sunt autem cognitione prae diti, fidei opera
non describunt sermone, sed contemplatione: nam est verbis explicetur fides, non est tamen in eis sita,
sed in intelligentia. Quamuis autem fides sit per auditum, non est tamen auris carnalis quae fidem audit, sed
anima intelligens: non satis est enim credere quae dicuntur, nisi intelligantur ut dicuntur. Et ij sunt quos
dicit Christus habere aures audiendi: qui scilicet credunt quae audiunt, & quae credunt intelligant. Est au-
tem vterque beatus & qui verbum Dei audiens id credit, intelligit & custodit, & qui docens, iis loquitur
qui audiunt & intelligunt, & quae credunt verbis exequuntur. ⁶ Ceterum Homerus quoque Poetarum. Quod
mirum non sit si audire significet in scripturis ea quae dicuntur credere & intelligere, ex hoc ostendit quod
etiam apud Homerus Poetarum antiquissimum legatur audire pro sentire, ita scilicet ut species ponatur
pro genere. Quod autem sint beati & discipuli qui credunt quae docentur, & Doctores qui docent, arguit
amborum fidei finis & scopus, nempe salus, qui scopus & finis est eis vnus & idem. Quod quidem magnam
affert consolationem iis qui credunt: non datur autem salus nisi iis qui conuenienter Dei praeceptis iuste
vixerunt, quae Dei dicitur iustitia. Et latebat quidem olim Dei iustitia in lege veteris testamenti in qua etiam
erat fides: neque enim Dei praeceptis parere poterat, qui Deo non crederet. Aperta autem fuit & reuelata,
cum quisnam esset Deus qui dedit praecepta per Christi fidem est reuelatum. Aliter etiam dici potest latuisse
Dei iustitiam in lege naturae, quae dictabat in corde & conscientia hominum quid esset agendum, quae
postea fuit reuelata per fidem Christi. Quamuis autem videatur Apostolus dicere duplicem esse fidem, ea
tamen potius dicenda est vna, quae primo quidem est imperfecta, cum solummodo creditur, postea autem
consummatur & perficitur ex doctrina & cognitione, quae efficit ut seruentur mandata, & ea fiant virtutes
quae superant omnem potestatem naturae: & imperfecta quidem illa fides dicitur communis, quae est veluti
fundamentum eorum quae superaedificantur, quae eam tandem reddunt perfectam. Nam & qui a Chri-
sto curabantur, fidem quidem habebant qua impetrabant ut curarentur, & corporis acciperent salutem,
sed nondum eam habebant fidem, qua mandata exequentes animae adipiscerentur salutem, & supernatu-
rales operarentur virtutes. ⁷ Si quis autem Deum scit natura. Si extarent quae literis mandarunt Basilides &
Valentinus, facilius intelligerentur quae hic dicuntur, sed cum ea perierint, ex iis quae citat Clemens colligimus
quod possumus. Erat quidem Clemens in hac sententia, ut existimaret fidem quae in initio erat com-
munis, ita augeri, ut doctrina & cognitione accedente & Dei praecepta seruantur, & supernaturales fierent
virtutes, & ideo dicebat fidem esse animae libero arbitrio vrentis rationalem assensionem. Basilides autem
Deum dicebat sciri natura, & eam fidei dabat definitionem, quae non statueret esse rationalem assensionem,
sed exi-

sed eximiam intelligentiam, creaturam essentia dignam, naturam & substantiam, & caetera quae hic dicuntur.
Dicebat etiam Valentinus fieri quempiam saluum natura, ut Basilides fidelem & electum esse natura.
Ex his sequebatur quod praecepta essent superuacanea & in nouo & in veteri Testamento. Quotum enim
praecepta, si salui simus natura? Neque necessarius esset Christi aduentus, & ita esset inutilis Christi Oeco-
nomia. Sin autem dicerent necessarium esse Christi aduentum, sequebatur non esse naturae proprium ut
nos seruariet: seruari enim electos eos scilicet qui crediderunt, doctrina, purgatione, id est poenitentia, &
bonis operibus. ⁸ Abraham itaque qui per auditum creditur. Necessarium fuisse aduentum Domini ex hoc
probat, quod Abraham crediderit voci quae erat sub quercu quae erat in Mambre, ea vox autem erat Ver-
bum. Erat autem electus Abraham, nam nisi credidisset non fuisset electus, vel potius fuit electus ut crede-
ret. Ij enim demum sunt electi qui credunt, aut credunt qui sunt electi. Quod si saluus fuit Abraham, qui verbo
credidit ante verbi aduentum, ut qui esset electus, quanto magis salui erunt electi qui verbo credent post
eius aduentum? Ita corrui eorum fundamentum qui dicunt Christi aduentum non esse necessarium. Sal-
uus enim fuit Abraham propter fidem verbi quod erat venturum, non saluus futurus nisi venisset. A Do-
mino enim data est salus post eius aduentum. Marcion autem Ponticus qui duos statuebat esse Deos, vnum
veteris testamenti, nempe creatorem, quem dicebat esse iustum, alterum noui, quem asserbat bonum, dice-
bat creatorem etiam ante aduentum Christi seruari eum qui in ipsum credidit, & tamen propria boni salu-
tate, est enim proprie Seruator Christus seruans etiam electos, nempe eos qui crediderunt. Valde ergo lau-
datur a Marcione noui testamenti bonus Deus, quod post creatorem vel doctrina vel sui imitatione det
salutem. Sed non sibi consentit, & secum videtur pugnare Marcion. Bonus enim ille noui testamenti Deus
non suis dat salutem, sed iis qui sunt creatoris, & eos seruat quos seruari pollet creator, qui cum sit iustus
creaturas mallet perire quam esse saluas. Nolente ergo creatore seruat bonus, idque faciens non eius vo-
luntate, vi vel dolo id facit. Qui autem sic facit, & non prior sed posterior incipit bene facere, nempe serua-
re, immerito dicitur bonus. Bonus enim potius dicendus esset creator, quod non vult Marcion. Quod si
etiam creatoris & boni Dei distinctae essent mansiones, ut censuisse Marcionem est verisimile ex iis qui bo-
ni dicuntur, non tamen fuit distincta creatoris voluntas in salute danda a voluntate boni, quae etiam prior
cepit, cum etiam antequam aduenisset Dominus creator, seruauerit eos qui in ipsum credebant. Male ergo
duos Deos statuit Marcion, iustum qui est creator, & bonum qui est Seruator, cum sit vnus & idem Deus
qui creauit & dedit salutem, licet eorum sint distinctae hypostases quae dicuntur personae. Qui autem duos
Deos esse statuunt, cum sit vnus, ut statuebat Marcion, sunt infideles. ⁹ Scimus autem quod neque ea vique
quaeruntur quae sunt manifesta. Cum dixisset eam solum esse admittendam quaestionem quae cum fide conue-
nit, agit de quaestionibus. Primum autem ostendit quoniam sunt ea de quibus nulla existat quaestio. De re-
bus ergo manifestis nulla est quaestio: proponitur enim quaestio de iis de quibus dubitatur. Cum ergo si sit
dies diem esse non dubitatur, non quaeritur an sit dies. Quaestio quoque non proponitur de iis quae sunt in-
certa, & nunquam futura sunt manifesta. Nunquam ergo quaeritur si sitne stella numero pares an impares:
nam hoc est incertum, & nunquam erit certum: frustra ergo quaeritur de eo quod qui quaerit nunquam
potest fieri certior. De iis quoque non proponitur quaestio quae sunt *ἀντιπεπρωμένα*, id est, quae inter se inuicem
conuersa opponuntur & reciprocantur, ut est esse animal, & non esse animal. Si ergo quaeratur, si sitne animal,
an non, id quod est in vtero, yana erit quaestio. Vterque enim eorum qui aduersas partes tuetur in disputan-
do, ex equo dicere poterunt, id quod est in vtero esse vel animal vel non animal, nam semen quidem in vte-
ro deiectum est potentia sit animal, re ipsa tamen nondum est: animal autem erit cum sensum acceperit
& motum. Quod si etiam id mori in vtero contigerit, non erit amplius animal. Quod si quis dicat propo-
ni de eo posse quaestionem, cum sit dubium si sitne animal an non, dicendum est non esse hac ratione dubium,
quod siue dicatur esse vel non esse animal, vtrumvis dicatur erit verum. Ex aequo ergo verum vel falsum
dicit vterque disputator, siue dicat quod est in vtero esse animal vel non animal. Nonnunquam etiam vsu-
uenit ut frustra proponatur quaestio, quando alteruter ex disputantibus producit argumentum, quod solui
non potest neque contra id aliquid dici. Cum enim huiusmodi adducitur argumentum, cessat dubitatio,
cessante autem dubitatione tollitur etiam quaestio. Quomodo autem in his quae dicta sunt, cessante dubi-
tatione nulla existit quaestio, ita etiam si a fide omnibus modis tollatur causa quaerendi, quaerendi autem
causa est dubitatio, efficitur fides firma & stabilis. Quod autem omnem tollit dubitationem & quaestionem,
est argumentum quod proponitur gentibus incredulis, aduersus quod nihil dici potest. Hoc autem est eius-
modi: Quod a Deo dictum & traditum est in scripturis, id est credendum. Quod credimus, a Deo dictum
est & traditum in scripturis. Id ergo est credendum. Quod autem Deo sit credendum, ex hoc demonstra-
tur, quod nullus sit adeo impius, qui a Deo probationes postulet tanquam ab hominibus: est enim per se fi-
de dignus qui est ipsa veritas. ¹⁰ Qui nos autem essentia & vita impertit. Dixit paulo ante eam solum admit-
tendam quaestionem, quae supra fundamentum fidei aedificat cognitionem veritatis. Ea autem quaestio non
est, an sit Deus. Ad Deum enim accedentem credere oportet quod sit, sed quaerendo de summis eius in nos
beneficiis, nostram in eum excitare & augere fidem aeternas agentes gratias. Summa sunt autem Dei in nos
beneficia, quod cum nihil essemus esse fecerit, neque solum esse sed etiam viuere. Vbi aduertendum est quae
apte & proprie locutus sit Clemens. Non enim dixit nobis dedit essentiam & vitam, sed essentiam & vitam
impertit. Solus enim Deus est & viuunt, essentiam tamen & vitam ab eo habemus per participationem. Non
solum autem voluit nos esse & viuere, sed etiam sentire & esse animalia, non rationis expertia, sed ratione
praedita, & ideo nobis dedit rationem, ut bene & rationi conuenienter vitam ageremus. Ea ratio Graece
dicitur *λόγος*, Latine autem verbum, sermo & ratio. Illud autem Dei, nempe patris vniuersorum, verbum, quod
nobis dedit, non est *αεθροειδών*, id est, quale est quod ex hominis ore profertur & pronunciat, sed est
νοηδόν, id est, essentiale, & quod est eiusdem cuius pater essentiae. Dedit autem nobis, non ut essemus eius-
dem cuius ipse essentiae, ut dici possumus vnum & idem esse quod Deus, sed ut filij Dei participes effecti,
qui est eius ratio, sapientia, bonitas, virtus, & quae omnia potest voluntas, bene & ex ratione viuendo eum

imitaremur. Hoc verbum seu rationem non solum intelligunt fideles qui id credunt & consentunt, sed etiam infideles qui non agnoscunt & consentunt, possunt intelligere. ^b Pulcherrime itaque dicit Hieremias. Quod ex Hieremia citat Clemens pulcherrime exponitur à Diuo Hieronymo in commentariis in Hieremiam his verbis: Euangelica parabola si fuerit intellecta, huius loci præbebit intelligentiam, in qua negociator bonus omnes vendere dicitur margaritas, ut de prætio earum vnam emat pretiosissimam margaritam, quod scilicet per Patriarchas & Prophetas, veniamus ad eum qui dicit; Ego sum via. Standum est igitur in prophetis, & diligentissime contemplandum, & interrogandum de semitis antiquis siue sempiternis, quæ multorum sanctorum sunt trita vestigiis, quæ significantius Græcè appellantur *τρίβη*, quæ sit via bona in Euangelio, & ambulandum in ea, quæ via cum inuenta fuerit, præbet refrigerium seu purificationem animabus credentium &c. Cui congruenter statim dicit Clemens; Interrogate, inquit, & audite ab iis qui norunt citra contentionem & decertationem. Nã de iis quidem quæ pertinent ad pietatē & veram Dei religionem, interrogandum quidem & petendum ab iis qui eius habent cognitionem, sed contentionē abesse oportet & decertationē ex quibus oriuntur lites. Cum autē ad viam veritatis venerimus, id est ad Christum, qui vera est via, recta est ingrediendum, nec retro aspiciendum, sed pergendum & perseverandum, donec perueniatur ad id quod desideratur, nempe regnū cælorū & æterna felicitas. ^c Merito ergo. Et si alia est fides cuius primus omnium templum posuit Numa Pompilius, de quo fuerit ne Pythagoreus an non, antea satis diximus, alia autem quæ à Christianis fides dicitur, Clemens tamen qui solet quæ sunt Græcorum suo accommodare instituto, non alienum duxit si diceret à Numa Pompilio primum fuisse positum templum fidei & pacis. Quomodo cum que autem accipiatur fides, hoc est dignissimum, quod obseruetur nō abs re Numam posuisse templum fidei & pacis, cum nihil sit quod feros hominum mores magis molliat & ab odio & bello auerrat, & inter se pacatos reddat, quam fides. Quod quidem sapientissime à Numa excogitatum ei optime successit, qui Romanos tot bellis à Romulo effertatos ad Dei cultum traduxit & ad religionem, Dei metum incutens. ^d Abraham autem qui credidit reputata fuit iustitia. Cum de fide hic agatur, merito inter primos recenset Abraham qui fuit pater credentium. Abraham, inquit, qui credidit, reputata fuit iustitia: id est, fides, qua Dei credidit promissis, non minoris à Deo est existimata, quam si bona & iusta fecisset opera. Perinde est enim atque si ea fecisset, qui Dei promissis credens, eius quoque præceptis parere sit paratus. Abraham certe, qui Deo crediderat promittenti fore ut cresceret & multiplicaret in infinitum eius genus, Deo quoque paruit iubenti ut suum immolaret filium. Ea demum ergo fides reputatur iustitia, quæ non credere contenta, eam quoque est parata ostendere factis & bonis operationibus. ^e Mibi autem venit in mentem. Empedocles Agrigentinus fuit Poeta qui Philosophiam scripsit versibus. Is dicebat quidem vera esse quæ scribebat, sed ea hominibus non facile persuaderi. Quod autem is de suis dicebat versibus, id de fide nostra sensit Clemens. ^f Eorum enim qui sunt probi. Conuenienter sacra scripturæ quæ Christum nostrum dicit esse Seruatorem, Heraclitus Ephesius dicit proborum probissimum nosse seruare, id est dare salutem. Omnium autem proborum probissimus est Christus, de quo dicit Petrus; Qui peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. Neque verò solum bonis dat salutem, sed etiam scelerum architectos, eos, inquam, qui male faciunt & male dicunt, de aliis detrahentes iustè punit, & castigat eos qui male vixerunt igne expurgans. Quam quidem igne expurgationem à barbara Philosophia didicit Heraclitus, & vocauit *ἐκπύρωσις*, id est exustionem seu inflammationem, & qui cum secuti sunt Stoici, qui etiam fuerunt in hac sententia, ut certa qualitate præditos, nempe bonos & pios crederent resurrecturos. Quod à regio Psalte, nempe Dauide acceperunt qui disertis dicit verbis; Non resurgunt impij in iudicio, neque peccatores in consilio. Ex quo est perspicuum Stoicos non male sensisse de resurrectione. Ab iisdē etiam Hebræis didicerunt totam mundi machinam tandem conflaturam, & rursus esse reficiendam. Quibus congruenter cecinit Ouidius:

Ouid. Metamorph.

*Esse quoque in fati reminiscitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli
Ardeat, & mundi moles operosa labore.*

Hæc autem eorum sententia pulchrè consentit cum iis quæ sæpe repetit Diuus Petrus in secunda epistola; Cælum & elementa igne absumenda, in die iudicij, referuata igni. Plato autem non mundum quidem dicit esse conflaturum & reficiendum, sed terram quibusdam temporibus per ignem & aquam expurgari. ^g Ostendimus autem in primo Stromate. Ingrati fuerunt Græci Philosophi, qui cum à Mose & Prophetis multa suffurati essent dogmata, ne eorum quidem meminerunt: non solum autem à Mose & Prophetis sua dogmata acceperunt Græci Philosophi, sed etiam à mulieribus quibus arcana reuelarunt Angeli à supernis delapsi, qui cum essent propensi ad voluptates, & cum mulieribus concubuisent, dicti sunt incubi, reuelarunt, inquam, mulieribus arcana, & quamcunque rerum habuerunt cognitionem, quæ à bonis Angelis qui lapsi non fuerant, non erat reuelanda ante aduentum Domini. Cum autem in linguam Græcam versis scripturis ex eis dogmata Græci Philosophi accepissent, aliquando quidem veram, aliquando verò falsam coniecturam de eis habuerunt. Cuius rei hæc potissima fuit causa, quod quæ in scripturis latent allegorias minime intelligerent. ^h Fidem ergo non otiosam & solam. Fides non est sola, est enim simul cum fide spes & charitas. Neque fidem oportet esse otiosam. Otiosa autem est quæ non habet opera: Quæ est autem sine operibus est mortua. Ab ea quoque sunt quærenda quæ ad doctrinam & bonos mores pertinent, quæ non inueniuntur sine cura & sollicitudine. Ad inueniendum autem dirigere oportet perspicacem vim animæ, & ab ea sunt auferenda quæ ei impedimentum afferunt. Nihil autem maius affert impedimentum, quam ira, odium, inuidia, lis & contentio. Nam ut ait Sapiens; In maleuolam animam non intrabit sapientia. Quod si non intrabit sapientia, nec fides, est enim verbum Dei sapientia, sine quo non est fides. Quænam autem hominibus incommoda afferat lis & contentio docet Timon; Facit, inquit, cædes, circa res omnes voluitur, induratoque & obfirmato capite ad spes vanas trudit & impellit homines. Hæc facere dicit Timon de syllogismis & argumētis contentiosis, quæ disputantes misere perdunt & conficiunt, nullos

10 nullos enim non aggrediuntur, & cum omnibus prælia committunt, & ad vanam spem inducentes, efficiunt ut de futura victoria nihil non sibi promittant. Ad hæc autem incitat frequens & strepens turba populi: ij enim in disputatione solent euadere superiores qui voce vincunt & clamore, in eo autem tumultu misere affliguntur qui tacent, & indigne pereunt. Quæ autem sint hæc argumenta, paucis hic recēset Clemens, volens ostendere, quod si de his expediat quærere argumentis, quæ non alio tendunt quam ad litem & decertationem, quanto magis de Deo est quærendum, si non de eo quæratur, ut de eo sophistica agitentur certamina, sed ut ab eo æterna nobis pareatur salus. ⁱ De Deo ergo quærere si non ad litem. Deus quidem est quærendus, sed non ideo ut de eo litigeretur, & de eo Sophistica exerceatur disputatio, sed ut & inueniatur quomodo sit colendus, rectèque & ex virtute componendi sint mores, & ut corporis Christi & sanguinis viatico repleti Deum laudemus, & æterna & immortalis vita nostra fruatur anima. Non est autem quod à Dauide cor pro anima vsurpetur: nam anima quidem & totum corpus informat, & singulas partes corporis, nulla autem est pars quæ citius viuat & informetur quam cor, licet anima sit prima vita quæ aliis vitam tribuit, secunda autem cor. Quod hinc licet perspicere, quod in eo sint arteriæ, in quibus est purissimus sanguis & plane spiritualis, vel potius ipsius sanguinis spiritus. Neque verò solum replemur pretioso Christi viatico quod nobis conciliat immortalitatem, sed etiam Dei cognitione. Deus enim pater, per Verbum quod est Dei filius, & eius sapientia cognoscitur. ^j Hoc autem erat quod tacitè significabat. Oportere esse castos qui templum ingrediuntur, viderunt etiam Græci veteres. Decere enim esse castum eum qui templum ingreditur, scriptum erat in aditu templi Æsculapij quod erat Epidauri, quicumque id scripserit. Quanto magis autem castos esse oportet Christi Sacerdotes, qui sacrosanctum corpus Christi conficiunt, idque Deo offerunt, & populo distribuunt.

^k ATQUE de fide quidem satis testimonium adduximus earum quæ sunt apud Græcos scripturarum. Ne autem sit nostra prolixior progressio, si de spe & charitate plurima conemur colligere, sufficet hæc sola dicere, quod Socrates in Critone, bene viuere & mori vitæ præponens, aliquam spem alterius vitæ se post mortem habere existimat. Etenim in Phædro quoque dicens ipsam animam cum per se fuerit, solam posse veræ sapientiæ, & quæ vires humanas superat, esse participem, quando ipsam qui est hinc amor in altum sustulerit, per philosophicam charitatem ad spei finem peruenientem, dicit accipere precium alterius vitæ æternæ. In conuiuio autem dicit, omnibus quidem esse immixtum naturalem amorem generandi simile, & hominibus quidem solum homines, viro autem bono, similem: hoc autem non potest vir bonus efficere, qui non perfectas habeat virtutes, per quas sit eruditurus iuuenes qui ad eum ventitant: & ut dicit in Theæteto, generabit, & homines efficiet. Alios enim procreare quidem corpore, alios verò anima. Nam apud barbaros quoque philosophos, per auditum instituire & illuminare, dicitur regenerare. Et ego genui vos in Christo Iesu, dicit alicubi præclarus Apostolus. Empedocles autem in principiis connumerat etiam amicitiam, intelligens quandam charitatem quæ cogit ac conciliat:

Quam mente aspicias, oculis nec cernere cures.

Quinetiam Parmenides in suo poemate de spe tacitè significans, hæc dicit:

Attamen & quæ absunt, cum iis quæ sunt mente videto

Firma, nanque quod est ab eo nunquam refecabis,

Vndique nec toto quod dispergatur in orbe,

Nec quod consistat.

^l Nam is qui sperat, sicut etiam qui credit, mente videt ea quæ cadunt sub intelligentiam, & ea quæ sunt futura. Si ergo dicimus aliquid esse iustum, dicimus autem etiam esse pulchrum & honestum: quinetiam veritatem aliquid esse dicimus: ex his autem oculis nihil unquam vidimus, præterquam sola mente, Verbum autem Dei, Ego sum, inquit, veritas: est ergo verbum mente considerandum. Veros autem, inquit, philosophos quosnam dicis? ^m Eos, dixi ego, qui sunt studiosi contemplandæ veritatis. In Phædro autem Plato veritatem declarauit esse ideam. Idea autem est Dei intelligentia, seu quod à mente diuina intelligitur, quod quidem Barbari dixerunt *λογος* *ἴδεια*, id est, verbum Dei seu rationem. Eius autem sic habet dictio: Audendum enim est verum dicere, maxime cum dicatur de veritate. Quæ est enim coloris & figuræ expers, & re vera non tactilis, & quæ verè est animæ essentia, à solo gubernatore Deo potest aspici. Progressum autem verbum opificij causa

Ioan. 1.
2. Cor. 8.
Luc. 11.
Matth. 11.

est & creationis. Deinde etiam seipsum generat quando verbum caro factum fuerit, ut etiam cadat sub aspectum. ^b Iustus ergo quæret inuentionem quæ existit ex charitate, ad quam contendens, efficitur fortunatus. Pulsanti enim, inquit, aperietur. Petite, & dabitur vobis. Qui enim regnum rapiunt, sunt violenti, non contentiosis sermonibus, sed rectæ vitæ assiduitate, & orationibus quæ fiunt sine intermissione, dicti sunt vim afferre, ut qui ex prioribus peccatis contractas abstulerint maculas.

Turmatim certè vitium vel prendere possis,
Deus laboranti fed fert auxilium.

Non enim expugnata difficilia Musarum dona sunt in medio sita, à quolibet auferenda. Ignoratio itaque animaduersione est prima disciplina ei qui verbo seu rationi conuenienter ambulat. Cum ignorasset quispiam, quæsiuit: & cum quæsiuisset, inuenit magistrum: & cum inuenisset, credidit: & cum credidisset, sperauit: & cum ex eo dilexisset, dilecto similis efficitur, hoc esse studens quod prius dilexit. Hanc viam & rationem Socrates indicat Alcibiadi, sic roganti, Non aliter existimas me de iis quæ sunt iusta cognoscere? Certè, si quidem inueneris. Sed non putas me posse inuenire? & maximè quidem, si quæseris. Deinde existimas me non posse quærere? Ego quidem existimo, si putaris te non nosse. ^d Hac ratione sunt etiam prudentum virginum lampades, quæ noctu sunt accensæ in densis tenebris castitatis, quas esse noctem tacitè significauit scriptura. Prudentes animæ mundæ ut virgines, cum intelligant se esse sitas in mundana inscitia, lumen accedunt, & mentem excitant, & tenebras illuminant, & ignorationem expellunt, & quærunt veritatem, & expectant aduentum præceptoris. Fieri ergo non potest, inquam ego, ut sit vulgus philosophum.

Thyrfigeri multi, pauci sunt re quoque Bacchi,

Matth. 20.
2. Theff. 3.

Ex sententia Platonis. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Et non est, inquit Apostolus, in omnibus cognitio. Orate autem ut liberemur à prauis & peruersis hominibus. Non est enim omnium fides. Quinetiam Cleanthis quoque Stoici philosophi Poëtica, hoc modo scribit similia:

Ne spectes famam dum vis sophos esse repentè,
Terreat amentis nec te sententia vulgi.
Iudicium sapiens & iustum non habet vllum
Vulgus, & in paucis vix hoc reperire licebit.

Magis autem sententiosè & breuiter Comicus:

Pulchra in tumultu iudicare non decet.

Audierunt enim, ut existimo, pulchram illam quæ nobis dicit sapientiam: In medio insipientium, obserua occasionem. In medio autem cogitantium versare perpetuò. Et rursum: Sapientes abscondent sapientiam. Pignus enim veritatis exigit vulgus demonstrationem, non contenti nuda salute quæ est ex fide.

In prauis sed qui vincunt non credere valde est,
Præcipit at nostræ tibi sic persuasio musæ.
Dissecto noscas intra tua viscera verbo.

Prauis enim, inquit Empedocles, hoc est familiare, velle quæ sunt vera vincere ex eo quod non credant. Quod autem nostra sint probabilia, & digna quæ credantur, cognoscunt Græci si verbum magis examinetur, per ea quæ consequuntur. Simili enim simile edocemur. Dicit enim Solomon: Responde stulto secundum stultitiam suam. Quocirca iis quoque qui petunt eam quæ est apud ipsos sapientiam, ea sunt exhibenda quæ eis conueniunt & sunt familiaria, ut facillimè per propria veniant, ut est consentaneum, ad fidem veritatis. Omni-

Prover. 16.

tatis. Omnibus enim omnia factus sum, inquit, ut omnes lucrifaciam. Nam imber quoque diuinæ gratiæ, super iustos & iniustos demittitur. Num Iudæorum solùm est Deus, non etiã gentium? Certè etiam gentiũ, siquidẽ vnus est Deus, egregius clamauit Apostolus. Sed quoniam nec bono iustè, nec cognitioni ad salutem volunt credere, nos ipsi ea quæ sunt illorum propria existimantes, quoniam Dei sunt omnia, & maximè quandoquidem quæ sunt pulchra & honesta à nobis ad Græcos peruenerunt, ea ag grediamur prout ipsi sunt apti ad audiendum. Sapientiam enim vel iustitiam, non ex veritate, sed ex ijs quibus delectatur, maxima pars vulgi metitur. Delectatur autem non magis alijs, quam ijs quæ sunt ei similia. ^f Quicquid enim est adhuc surdum & cæcum, & nec habet intelligentiam neque animæ contemplandi cupida interitum & perspicacem aspectum, quem solus præbet Seruator, sicut in mysterijs prophanum, vel in choreis non musicum, nondum mundum, nec casta veritate dignum, inconcinnumque & inordinatum & adhuc materiale, stare oportet extra chorum diuinum. Spiritualia enim spiritualibus comparamus. Propterea certè per modum occultationis qui est verè diuinus, & maximè nobis necessarius, in adyto veritatis repositum verbum reuera sacrum, Ægyptij quidem per ea quæ apud ipsos vocantur adyta, Hebræi autem per velum significarunt licere solis ijs adire, qui erant ex ipsis consecrati, hoc est, Deo dedicati, quibus erant circumcisæ vitiorum cupiditates, per suam in solum Deum charitatem. Non mundo enim mundum tangere, Platoni quoque videbatur esse nefarium. Hinc prophetiæ & responsa dantur per ænigmata. Nec ostenduntur mysteria ijs qui temerè & impudenter accedunt, sed cum quibusdam expiationibus & prædicationibus. Musa enim non erat tunc lucri cupida, neque operaria, neque dulcia venduntur mellifona, à Terpsichore vultu deargetata, molli voce prolata cantica. ^g Iam verò qui docentur ab Ægyptijs, primùm quidem discunt Ægyptiarum literarum viam ac rationem quæ vocatur ἐπιστολογραφικὴ, hoc est, apta ad scribendas epistolas: secundam autem Sacerdotalem, qua vtuntur ἱερογραμματεῖς, id est, qui de rebus sacris scribunt: ultimam autem ἱερολογικὴν, id est, sacram quæ insculpitur scripturam, cuius vna quidem est per prima elementa κωμολογικὴ, id est, propriè loquens, altera verò symbolica, id est, per signa significans. Symbolica autem vna quidem propriè loquitur per imitationem, alia verò scribitur veluti tropicè, alia verò apertè sumitur allegoricè per quædam ænigmata. Qui solem itaque volunt scribere, faciunt circulum: lunam autem, figuram lunæ cornuum formam præseferentem, conuenienter ei formæ quæ propriè dicitur. Tropicè autem, per conuenientiam traducunt & transferentes, & alia quidem immutantes, alia verò multis modis transfigurantes, imprimunt. Regum itaque laudes fabulis per quas in deos referuntur mandantes, insculptis inscribunt notis. Tertij autem generis quod sit per ænigmata, hoc sit indicium. Alia quidem astra propter obliquam conuersionem, assimilabant corporibus serpentum: Solem verò, Scarabei, quoniam cum rotundam ex bubulo stercore effinxit figuram, eam vultu aduerso conuoluit. Aiunt autem hoc quoque animal sex quidem mensibus sub terra, alteram verò partem anni viuere super terram, & semen in globum emitte- re, & gignere, & non nasci feminam scarabeum. ^h Omnes ergo, ut semel dicam, qui de rebus diuinis tractarunt, tam barbari quàm Græci, rerum quidem principia occultaauerunt: veritatem autem ænigmatibus, signisque & symbolis, & allegorijs rursus & metaphoris, & quibusdam talibus tropis modisque tradiderunt, cuiusmodi sunt etiam apud Græcos oracula: & Apollo quidem Pythius dicitur ὀβελίας, id est, obliquus. Quinetiam dicta eorum qui apud Græcos dicuntur sapientes, paucis dictionibus rem maiorem significant: cuiusmodi certè est illud, Parce temporis: aut quoniam vita est breuis, & non est hoc tempus temerè consumendum, aut contrà parcendum est priuatis sumptibus, ut, esti,

1. Cor. 8.
Matth. 5.
Rom. 3.

1. Cor. 11.

inquit, multos annos vixeris, non desint tibi necessaria. Similiter etiam illud, Noscere te ipsum, multa indicat: & quod sis mortalis, & quod homo natus es, & quod si fiat collatio aliorum quæ sunt in vita præstantissima & excellentissima, nullam esse tui putas habendam rationem, si dicas te gloria insignem vel diuitem: vel contra, quod cum sis diues & gloria insignis, non de solis commodis quibus alios superas, te iactare oporteat, & ad quod natus sis, inquit, cognosce, & cuius sis imago, & quenam tua sit essentia, & quod opificium, & quenam cum Deo coniunctio & affinitas, & quæ sunt his similia. Dicit autem per Esaiam quoque Prophetam spiritus: Dabo tibi thesauros tenebrosos, occultos. Dei autem thesauri, & quæ non deficient diuitiæ, est quæ est venatu difficilis sapientia. Quinetiam poetæ qui à prophetis didicere Theologiam, per arcana sensa multa philosophantur, Orpheus, inquam, Linus, Musæus, Homerus & Hesiodus, & qui ea sunt ratione sapientes. Velum autem eis apud vulgus est poetica delectatio, somniæque & symbola, quæ sunt omnia hominibus obscuriora, non propter inuidiam, neque enim est Deum intelligere patibilem, sed ut anigmatum notionem subiens inquisitio, ad inueniendam recur-

rat veritatem. Ea ratione dicit utique Sophocles Poëta tragicus:
Eiusmodique ego cognoui esse Deum,
Diuina semper exhibet sapientibus:
Prais malus sed est, magisterque breuis:

Psal. 77. malum ponens pro simplici. ^k Apertè itaque de tota nostra Scriptura in Psalmis scriptum est, ut quæ dicta sit in parabola: Audite populus meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aperiã in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Præclarus quoque Apostolus sic dicit quodammodo similia: Loquimur autem sapientiam inter perfectos. Sapientiam autem non huius seculi, neque principum huius mundi qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam præfinit Deus ante secula in gloriã nostram, quam nullus ex principibus huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, Dominum gloriæ non crucifixissent. Philosophi autem non laborarunt ut aduentum Domini afficerent ignominia. Restat ergo ut impugnet & inuehatur Apostolus in vanam persuasionem, eorum qui erant sapientes apud Iudæos. Et ideo subiungit: Sed prædicamus, inquit, ut scriptum est, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparauit Deus iis qui ipsum diligunt. Nobis enim reuelauit Deus per spiritum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Spiritualem enim & cognitione præditum nouit sancti Spiritus discipulum qui à Deo suppeditatur, qui est mens Christi: animalis autem homo non suscipit ea quæ sunt spiritus: est enim ei stultitia. ¹ Iam verò Apostolus ad distinctionem perfectionis quæ existit ex cognitione, communem fidem alicubi quidem dicit fundamentum, alicubi verò lac, scribens hoc modo: Fratres, non potui loqui vobis tanquam spiritualibus, sed tanquam carnalibus: tanquam infantibus in Christo lac vobis potum dedi, non cibum, nondum enim poteratis, sed neque nunc adhuc potestis, adhuc enim carnales estis. Vbi enim inter vos est emulatio & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? quæ quidem eliguntur & sponte suscipiuntur ab hominibus peccatoribus. Qui autem ab eis abstinerunt, quæ sunt diuina cogitant, & cognitionis cibi sunt participes. Secundum gratiam, inquit, mihi datam, ut sapiens architectus posui fundamentum. Alius autem superedificat aurum, argentum, & lapides preciosos. Hæc sunt ædificia cognitionis, quæ ponuntur super fundamentum fidei quæ est in Christo Iesu. Stipula autem sunt quæ imponuntur ab heresibus, & ligna & fœnum. Quale sit autem vniuscuiusque opus, ignis probabit. ^m Cognitionis ædificium in epistola quoque ad Romanos tacitè significans, inquit: Desidero enim videre vos, ut

vos, ut aliquod vobis donum impertiar spirituale, ut vos confirmemini. Non poterant apertè literis scribi eiusmodi dona.

COMMENTARIVS.

* ATQVE de fide quidem satis testimonium adduximus. Postquam ostendit etiam veteres Græcos meminisse fidei, restaret autem ostendere, eos etiam meminisse spei & charitatis, prolixior autem esset futurus, si omnia afferret quæ de ea re dici possent, cæteris omissis loca aliquot adducit ex Platone, Empedocle, & Parmenide. Socrates enim in Critone bene viuere & mori vitæ præferens, in hac est opinione, ut existimet se habere spem alterius vitæ post mortem. Ex quo colligitur eum credere vitam æternam. Hoc ipsum statuit in Phædro, cum dicit ipsam per se animam posse veræ, diuinæ, inquam, sapientiæ esse participem, & cum per charitatem ad spei finem peruenierit, accipere premium, nempe vitam æternam. Quo in loco & charitatis & spei, & vitæ æternæ meminit. In conuiuio autem meminit duplicis amoris, & terrestris quo generantur corpora, & diuini, quo virtutes in anima. Diuino autem illo amore qui est idem quod charitas, à viris bonis spiritualibus erudiuntur iuuenes, qui dicuntur generari & homines effici ut loquitur Plato in Theæteto. Ij apud Hebræos Philosophos dicuntur illuminari, quod etiam idem est quod regenerari. Paulus quoque dicit se eos in Christo Iesu gignere quos Christi fidem docet & disciplinam. Quoniam autem hæc doctrina audiendo dicitur, qui sic instituantur dicuntur Cathecumeni, id est audiendo instituti. Porro autem Empedocles quoque in principiis annumerat φιλομίαν, id est amicitiam, ea autem significat charitatem quæ congregat, cogit & conciliat. Cum autem principia consent ex contrariis, sint autem contraria amicitia & lis, cogit quidem & congregat amicitia, lis autem discernit ac disgregat. Parmenides quoque de spe ænigmaticè intelligit, quando dicit quæ absunt non separari ab iis quæ sunt. Perinde enim sunt atque si adessent quæ cernuntur intelligentia, & quæ sunt futura spe representantur perinde atque si aduenissent. Sperando enim & credendo mente videntur ea quæ sperantur & creduntur. ⁶ iustus ergo quæret inuentionem. Dixit antea fidem non oportere esse solam & otiosam, sed diligenter & sollicitè querere. Per hoc autem quod dixit fidem querere, iustum querere intellexit. Iustus enim est qui ex fide viuunt. Sed quidnam quærit iustus? Inuentionem ex charitate. Ea est bona actio seu operatio quæ procedit ex charitate iuncta fidei. Fides enim tum demum est salutaris quando operatur per dilectionem. Ea ratione ad salutem contendens iustus euadit beatus. ⁷ ignorantis itaque animaduersio. Socrates apud Platonem in Alcibiade dicit cum demum iustitiæ habiturum cognitionem, qui existimat se non nosse iustitiam. Nulli certe minus sapiunt quam qui sunt, ut Græci dicunt αἰσχροί, hoc est, qui se putant esse sapientes. Cognoscuntur autem quæ sunt inuenta, inueniuntur verò quæ queruntur: queruntur autem quæ vel ignorantur vel putantur ignorari. His gradibus peruenitur ad disciplinam. ⁴ Hac ratione sunt etiam prudentium virginum lampades. Parabolam de virginibus quæ noctu accenderunt lampades, accommodat ei quod dixit de ignorantia. Virgines illæ sunt mundæ animæ, quæ cum intelligunt se esse in inscitia huius mundi, accendunt lumen & querunt veritatem, expectantes mox venturum præceptorem. Veritatis ergo ignorantia, est primus gradus ad disciplinam, cum excitatur anima & accenditur lumen ad quarendam veritatem, quam qui inuenit, is demum est Philosophus. Vulgus autem eam non querit, & ideo non inuenit: quo fit ut nec vulgus sit Philosophus. Sed nec omnes qui profitentur philosophiam sunt Philosophi: multi enim sunt tantum titulo tenus & nomine Philosophi, de quibus hoc tritum dicitur proverbium, Thyrsigeri multi, pauci sunt re quoque Bacchi: cuius expositionem vide apud Cælium Rhodiginum lect. antiq. lib. 8, cap. 13. Quod quidem optime congruit ei quod est in Evangelio: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Non sunt enim à Christo electi omnes quos vocauit ad fidem, sed ij demum qui fidei adiunctam habent spem & charitatem, & qui vel bonis actionibus certam suam reddant vocationem, vel quos prædestinavit Deus, ut quos præcuerit si viuant bene esse operaturos. Sed nec est omnium fides qui eam profitentur: nec quicumque dicit Domine Domine intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatē patris qui est in cælis. ⁸ Quinetiam Cleanthis quoque stoici Philosophi. Cleanthes Stoicus non solum soluta oratione, sed etiam versibus scripsit Philosophiam: in iis docet non esse spectandum quid sentiat vulgus, sapiens enim & iustum iudicium, non in vulgo, sed vix in paucis qui sunt sapientes inuenitur: cui subscribit Comicus, is est, ut opinor, Menander, qui sententiosè dicit quæ sunt bona & pulchra non posse iudicari tumultu, qualis solet esse in magna multitudine, oportet enim ut sedat & tranquilla sit mens iudicis. Hæc dicit Clemens eos accepisse ex sapientia Solomonis, sed vbi nam, mihi non occurrit. In medio, inquit, insipientum obserua occasionem, ut scias quando sit vel audiendum vel loquendum, quod non faciunt insipientes. Atque in medio quidem insipientum obseruanda est occasio si se offerat quod sit rarius. Aliud autem est si verberis perpetuò cum viris sapientibus & cordatis: cum iis enim versanti nunquam deerit occasio. Sæpe tamen contingit, ut sit abscondenda sapientia, ut suo tempore prolata maiorem afferat fructum. Nam si non suo tempore vulgo proferrantur fidei mysteria, erit labor sæpe irritus. Vulgus enim exigit demonstrationem tanquam pignus veritatis, sed accipienda est nuda fides absque demonstratione. ⁹ Quidquid enim est adhuc surdum & cæcum. Quamuis apud Græcos multa inueniantur vera, ut & quæ Dei sint, & à nobis accepta, non ea tamen sunt confenda stare in choro diuino. Nam sicut in mysteriis non est id quod est prophanium, neque in choræis id quod musicam non habet & consonantiam: ita in choro diuino non est id quod est surdum & cæcum, nec habet intelligentiam, nec audacem & inrepidum contemplantis animæ aspectum, nec quod nondum est mundum, nec veritate dignum, & quod est inconcinnū & inordinatū, & adhuc materiale. In choro autem diuino sunt Sacerdotes qui sacra Deo offerunt. Eos nullam oportet habere maculam & omni carere vitio, nec esse immundos & indignos qui ad puram accedant veritatem, nec immodestos, nec addictos rebus sensilibus crassis & materialibus. Alioqui eos oportet esse extra chorum diuinum, ut qui sint indigni qui Deo sacros panes offerant & hostias. Spirituales enim oportet esse eos qui tractant

quæ sunt spiritualia, & cum spiritualibus comparare spiritualia. Mystica autem & arcana ratione, quam modum occultationis diuinum, & maxime nobis necessarium dicit Clemens ad Verbum veritatis quod latet in adito, significarunt Ægyptij & Hebræi solis licere Deo consecratis Sacerdotibus adire. Ægyptij quide-
 10 dem per templi adita in quæ soli intrabât Deo dedicati Sacerdotes, & Hebræi per velum, quod vulgus ar-
 cebat à sancto sanctorum in quod solus intrabat pontifex. His Sacerdotibus non satis erat fuisse circunci-
 sam carnem preputij, quæ circuncisio populo dabatur in signum, sed omnes oportebat esse amputatas libi-
 dines & cupiditates. Hoc autem fiebat cum relictis rebus sensilibus & materialibus, rebus, inquam, huius
 seculi, omnem suum amorem in Deum conuerterent. Ita enim erant mundi, & ad Deum qui est purus &
 mundus eis licebat accedere. Nam Plato quoque sentiebat non licere immundo mundum tangere: mundus
 autem is est, ut ipse dicebat in Sophista, qui est discretus à foribus materiæ. Postquam autem dixit per mo-
 dum occultationis, id est arcana & mystica, & Ægyptios & Hebræos significasse solis consecratis Sacerdo-
 15 tibus licere ad sacratum veritatis aditum accedere, subiungit & Prophetas & responsa dari per ænigmata,
 id est per verba obscura & quorum sensus non facile intelligitur, nec ad mysteria, id est arcana sacra, eos qui
 temere & impudenter accedunt, id est eos qui sunt imparati, non sunt autem parati qui non sunt expiati &
 expurgati. Quinetiam oportet eos qui sacris præsumunt, quædam prædicere quæ pertinent ad mysteriorum ri-
 tus & ceremonias. Quid autem sibi velit, id quod sequitur, nempe Musa enim non erat &c. & quomodo
 præcedentibus cohæreat, & ex quo auctore sumptum sit dicit fortasse alius, ego certe me fateor ignorare.
 20 *Iam verò qui docentur.* Cum dixisset Ægyptios mystica quadam & arcana ratione per templi adita signifi-
 casset, ad sacrum Dei Verbum non licuisse accedere nisi Deo cõsecratis Sacerdotibus, essent autem apud Ægy-
 ptios præter cõmunes & cuiusque proprias, mysticæ & arcanae literæ quæ dicebantur hieroglyphicæ, de eis
 visum est ei aliquid dicere. De eis olim scripsit Cheræmon & Orus Apollo. Haud ita pridem autem Pie-
 rius Valerius quæ ad hoc argumentum pertinent doctè & copiosè omnia est persecutus. Ad eum ergo erit
 remittendus lector qui plura volet discere. Quod earum autem literarum esset institutum paucis verbis
 expressit Lucanus dicens:

*Nondum flumineas Memphis contexere biblos
 Nouerat, in saxis tantum volucresque feræque,
 sculptaque seruibant magicas animalis formas.*

Quamuis autem sculperentur, tamen etiam propriis scribebantur literis, & pingebantur ad imitationem, &
 exprimebantur quibusdam signis & ænigmatibus. Sol scribitur factò circulo, Luna verò per crescentis Lu-
 næ figuram, quæ dicitur *μηνωειδής*. Cum autem multa sint quæ variis describuntur notis & ænigmatibus, eo-
 rum duo sola affert exempla, nempe & astrorum, quæ assimilantur corporibus Serpèrum, & Solis, qui Scar-
 30 abæo. De serpente inter cætera quæ de eo scribit Pierius, hoc quoque addit: Squamæ verò, stellarum mun-
 dum ambientium varietatem quique ignes in supremo micant orbe hieroglyphicè significant. Nam &
 hinnulæ pellis varietatem quam Pan gemitare fertur, stellæ ex maculis imitari ait Probus &c. De Scarabæo
 quoque idem scribit Pierius. Quod pertinet ad Scarabæum, Appion ille Grammaticus quem cymbalum
 mundi Tyberius appellare est solitus, rideri à plerisque visus, quod curiosa nimium interpretatione, Solis o-
 perum similitudinè vermiculo tam exiguo, tam bruto inesse collegerit ad excusandos gentis suæ ritus, quæ
 pillularum Scarabæum magna ex Ægypti parte inter numina coluerit, quem reliqui in fabulis tanta vene-
 ratione profecuti sunt, ut scribere non dubitarent, quemadmodum Scarabæus inexorabilem se vel ad Iouis
 preces opposuerit, qui multis ab eo verbis contendebar, ut cum Aquila rediret in gratiam, coactumque Io-
 40 uem ipsum tantæ ire obuiam inimicitia. Cæterum si quæ de Scarabæo traduntur vera sunt, vera autè ut cre-
 damus esse, non ipsius Appionis tantum autoritas, ve. um & Aristotelis, & Plutarchi, & aliorum scriptorum
 excellentium consensus efficit. Imo ut nihil hi scripserint, quæ passim nosmetipsi fieri possumus occulata
 fide perspicere, non verum asseuerare, peruicacis esset ingenij. Hæc & plura alia Pierius, sed plurima eaque
 elegantissima Erasmus in proverbio, Scarabæus Aquilam quærit. *Omnes ergo, ut semel dicam.* Arcana
 fuerunt & mystica quæ de principis & rebus diuinis tractarunt Græci & Barbari, nempe Hebræi: obscura
 enim & ænigmatica fuerunt Græcorum oracula. Vnde etiam Apollo Pythius dictus est *λαβύρας, ἀπό τῶν λαβύρων*
ἔστι τῶν τῶν ὀφειδῶν, ab eo quod vocem emittat obliquam & tortuosam, ut volunt Pythagorici. Sapientum
 quoque dicta fuerunt obscura, ut quæ essent breuia & paucis verbis res magnas comprehenderent.
 Ex iis duo adducit, & ea doctè & eleganter explicat, nempe Parce tempori, & Nosce teipsum. Atque de
 50 dicto quidem, Nosce teipsum, antea satis diximus, nec opus est ut eadem repetamus. De hoc autem dicto,
 Parce tempori, hoc tantum dicam ex explicatione nostri Clementis, facile intelligi id quod est apud Cice-
 ronem lib. 3. de finib. Quæ sunt, inquit, præcepta sapientum, quæ iubent tempori parere & sequi Deum,
 & se noscere, & nihil nimis legendum esse, non Tempori parere, ut legit Erasmus, sed Tempori parcere.
 Græcè enim legitur *χρόνος φείδω*, non autem *παίδω*. Nec dubito quin ita legisset, si Clemens exisset in lucem,
 quo tempore editæ sunt Chiliades. *Quinetiam Poeta qui à prophetis didicerit Theologiam.* Apud Græcos
 non est alia Theologia quam Poetarum: ab Hebræorum autem Prophetis, ij suam accepere Theolo-
 giam. Philosophantur autem per arcana sensu quæ latent sub delectatione poetica, & sub somniis &
 symbolis: quæ quidem sunt obscura, nec facile intelliguntur ab hominibus. Ea autem huiusmodi esse
 60 vult Deus, non quod scientiam inuideat hominibus, in Deum enim non intelligitur vlla cadere animi per-
 turbatio nec motus, sed ut dum obscura inquiruntur ænigmata, ex eorum inquisitione perueniatur ad
 cognitionem veritatis. Nam ut est Sophoclis sententia, Deus bonis & sapientibus semper exhibet diui-
 nâ, sed prauos pauca docet, & quæ nõ sunt magnificienda. *Aperte itaque de tota nostra scriptura.* Obscu-
 ram esse nostram scripturam apertè ostendunt Psalmi qui eam dicunt esse in parabolis & in ænigmatibus.
 Sunt autè parabolæ rerum similitudines, cum per rerum adductam similitudinem, quod de aliis dicitur, de
 aliis intelligitur. Ænigmata autè sunt propositiones seu quæstiones aliquid disputatione soluendû habentes.
 Loquitur etiam Apostolus de sapientia in mysterio absconsa, etiam principibus Iudæorum ignota, nobis
 autem reuc-

Pierius lib. 14. cap. De iis quæ per serpen. in genere si- gnificantur.

Pierius lib. 8. cap. 1. de Scarabæo.

Chil. 2. cent. 2. adag. 38.

August.

autem reuelata per spiritum, id est per mentem, seu intelligentiam Christi. Quod autem non de philoso-
 phis, sed de Iudæis loquatur Paulus, ex hoc patet, quod Philosophorum non fuit institutum, ut Chri-
 stum probro afficerent, Iudæorum autem Principes cum non solum ignominia affecerunt, sed etiam cru-
 cifixerunt. Et ideo non in Philosophos, sed in Iudæos inuehitur. Quod autem sit in mysterio absconsa quæ
 reuelata est sapientia, hoc arguit quod prædicentur, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho-
 minis ascenderunt. Quibus autem reuelata fuit hæc sapientia, ij sunt spirituales: quibus autem non est re-
 uelata, animales, qui minime percipiunt quæ sunt spiritus Dei. Nam etiam ipsa Dei sapientia stultitia est ab
 eis reputata. *Iam verò Apostolus.* Distinguitur fides à cognitione, est enim fides fundamentum, cognitio
 autem perfectio, fidei autem fundamento imponuntur, ab aliis quidem, aurum, argentum & lapides præ-
 10 tiosi, quæ sunt fidei orthodoxæ dogmata, ab aliis verò stipula, fenum & lignum, ea sunt falsa & peruersa
 dogmata, quæ fidei fundamento imposita eam corrumpunt & euertunt. Quale autem sit opus quod supra
 fidei fundamentum est positum probat ignis, manent enim integra & incorrupta orthodoxa fidei dogma-
 ta, suntque eo puriora quo magis fuerint ab igne probata. Quæ autem fidei fundamento imponuntur ab
 hæreticis, ea vim ignis non possunt sustinere, sed corruunt & intereunt. *Cognitionis adificium in epistola.*
 Cum ad Romanos scriberet Paulus se desiderare eos videre ut impertiretur donum spirituale, significabat
 non omnem cognitionem tradi posse literis: esse enim quædam quæ solo percipiuntur spiritu, ad quæ do-
 cenda præsentis esse oportet.

*Iam verò à barbara philosophia admodum reconditè dependent symbola Pythagori- III.
 ca. Suadet itaque Samius domi non habere hirundinem, hoc est, loquacem, & susurronem,
 20 & effrenatæ linguæ hominem, qui non potest continere, nec capere ea quæ illi fuerint com-
 municata. Hirundo enim & turtur, & passeris, agnouerunt tempora suorum ingressuum, Hierem. 8.
 inquit scriptura: nec oportet unquam simul habitare cum nugis. Iam verò turtur murmu-
 rans, quærela ingrata ostendens maledicentiam, ædibus merito expellitur,*

Edatis varios mihi ne hinc illincque susurros.

*Hirundo autem tacitè innuit fabulam Pandionis, abominanda sunt autem quæ pro-
 30 pter illam vulgò iactantur accidisse: ex quibus Tereum alia quidem esse passum, alia verò
 etiam fecisse accepimus. Persequitur autem cicadas quoque muscas, unde merito expelli-
 tur qui verbum persequitur, per eam quæ Olympum aspicit sceptriferam Iunonem.*

*Est mihi in lingua fidele penarium, ait poetica, & Æschylus:
 Sed est mihi in lingua clavis custodiens.*

*Rurfus Pythagoras, olla ab igne sublata, præcipit non relinquere figuram in cinere, sed
 eam confundere: & qui surgunt è cubili, conturbare stragula. Tacitè enim significabat,
 40 non solum esse delendum fastum & superbiam, sed ne iræ quidem relinquendum esse ve-
 stigium. Cum autem ebullire cessauerit, eam esse componendam & omnem esse delendam
 iniuria memoriam. Sol autem vobis ne occidat super iracundiam vestram, inquit Scriptu- Ephes. 5.
 ra. Et qui dixit, Non concupisces, sustulit omnem acceptæ iniuriæ recordationem. Ira e-
 nim inuenitur mansuetæ animæ cupiditatis impulsio, ultionem citra rationem supra mo-
 dum desiderans. Similiter etiam suadetur ut cubile quoque conturbetur, ut nec alicuius
 somni & insomni interdiu, sed nec alicuius quæ fuit in nocte voluptatis meminerimus.*

*Fortè autem caliginosam quoque phantasiam, significabat oportere luce veritatis confun-
 50 dere. Irascimini, & nolite peccare, inquit Dauid: non assentiri viso, neque factum inducere
 iram confirmando, oportere docens. Rurfus super terram non esse nauigandum, est
 symbolum Pythagoræ. Significat autem, vectigalia, & similes conductiones, quæ sunt
 turbulenta & instabiles, esse recusandas: propterea dicit verbum Publicanos difficiliter
 salutem esse assecuturos. Rurfus autem non esse gestandos annulos, neque Deorum imagi-
 nes esse eis insculpendas, præcipit Pythagoras: sicut Moses multis ante seculis apertè legem Exod. 20.
 sanxit, nullam oportere sculpsilè vel fusilem vel fictam vel pictam imaginè simulachrum-
 ve facere, ut sensilia minime attenderemus, sed ad ea transiremus quæ percipiuntur intel-
 ligentia. Vt Dei enim maiestas vilis & contempta reddatur, efficit quæ est in promptu
 videndi consuetudo: & quæ intelligentia percipitur essentiam colere per materiam, est
 eam per sensum vilipendere. Quocirca Ægyptiorum quoque Sacerdotum sapientissimi,*

Græcum exemplar habet parvum, id est, colli sed credo legendum esse ἀνθρώπου, id est, hominis: alioqui aut nullus, aut frigidus est sensus.

Minervæ ædem sub dio esse constituerunt, ut Hebræi qui templum posuerunt absque imagine. Sunt etiam qui Deum colentes, facta hominis effigie quæ astra continet, cum adorant, cum nostra quidem certè dicat scriptura; Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Operæ precium autem existimo Eurysi quoque Pythagoræi vocem adducere, qui cum in opere de fortuna dixisset, opificem seipso exemplari utentem fecisse hominem, subiunxit: Tabernaculum est reliquis simile, ut quod factum fuerit ex eadem materia: à præstantissimo autem effectum artifice, qui ipsum est fabricatus seipso usus Archetypo. Et in summa, Pythagoras, et qui ex eo sunt cognominati, unà etiam cum Platone maximè aliorum philosophorum, usi sunt legislatore, ut conici potest ex ipsis dogmatibus: et cum per rectè coniectantem famam divinationis, non absque instinctu diuino concurrissent, in quibusdam vocibus prophetis, veritatem per partes et species tractatam, non obscuris appellationibus, nec extra rerum declarationem ingredientibus, honorarunt, cum accepissent manifestationem coniunctionis quæ intercedit cum veritate. Unde Græca quidem philosophia est similis illuminationi, quæ fit ex scirpo, quem homines accendunt, lucem artificiosè à sole suffurantes. Verbo autem predicato, uniuersa illa sancta lux eluxit. Deinde furtum quidem noctu est utile in adibus, interdum autem illustratur ignis, et uniuersa nox illuminatur sole lucis quæ percipitur intelligentia. Iam verò eorum quæ à Mose dicta sunt de iustitia, compendium fecit Pythagoras, dicens stateram non esse transfiliendam: hoc est, non prætergrediendam esse æqualitatem quæ versatur in distributionibus, honorando iustitiam.

Amicis semper colligat,

Simulque amicos, atque etiam oppida oppidis,

Ac socios focis: ius est æqualitas.

Hominibus infestum est ei quod amplius,

Minus, inimicitiaque mites gerit,

ut venustas habet poetica. Propterea Dominus, Tollite, inquit, iugum meum, quoniam benignum est et leue: et iis qui de primatu contendunt familiaribus, cum simplicitate precipit æqualitatem, dicens oportere eos fieri ut puellos. Similiter etiam scribit Apostolus, nullum esse in Christo seruum, vel liberum, vel Græcum, vel Iudæum. Noua est enim creatura quæ est in Christo, contentione et auaritia vacua, et iusta æqualitas. Stat enim inuidia extra chorum diuinum, et amulatio, et tristitia. Quara-tione mystæ quoque prohibent vesci corde, docentes non oportere animum mordere et exedere socordia et dolore, propter ea quæ præter consilium et opinionem eueniunt. Miser ergo ille est, quem Homerus quoque dicit solum errantem, suum animum exedere.

Rursus verò cum duas vias ponat Euangelium, et Apostoli, similiter atque omnes Prophetæ: et unam quidem vocent arctam et angustam, alteram verò contrariam, latam et spaciosam, et cui nihil obsistit: et dicant, Beatus vir qui non ambulauit in consilio impiorum, et in via peccatorum non sedit: hinc et proficiscitur Prodicus Chij fabula de virtute et vitio: et Pythagoras iubens ingredi via regia, non veretur prohibere sequi vulgi sententiam quæ caret iudicio, et non est sine controuersia. Aristocritus autem in primo libro eorum quæ sentit contra Heracleodorum, meminit cuiusdam epistole quæ sic habet: Rex Scytharum Atæas populo Byzantino: Nolite afferre detrimentum meis vectigalibus, ne mei equi aquam vestram bibant. Symbolicè enim bellum quod eis erat illaturus significauit barbarus. Similiter Euphorion quoque Poëta inducit dicentem Nestorem:

Mouimus à fluuio nondum Simoente caballos.

Et ideo

Et ideo Aegyptij quoque in sacris ponunt Sphingas, utpote quòd de Deo oratio sit ænigmatica et obscura. Fortè autem quòd Deum oporteat amare et timere: amare quidem, ut sanctis benignum et propitium: timere autem, ut qui sit impiis iustus inexorabiliter. Fera enim simul et hominis imaginem Sphinx significat. Longum autem fuerit omnia persequi Prophetica et legalia, ea afferendo quæ dicta sunt per ænigmata: ferè enim uniuersa hoc modo loquitur scriptura. Ei aut qui est sanæ mentis, ad ostendendum id quod est propositum, sufficiunt, ut existimo, quædam pauca exempla exposita. Iam enim confite-tur occultationem, quæ in veteri templo narratur septem ambituum ad aliquid spectans apud Hebræos relatio, et quæ erat in talari per varia symbola compositio, quæ referuntur ad ea quæ apparent, significans compositionem quæ à celo ad terram usque pertingit. Et operimentum et velum hyacintho et purpura et cocco et bysso erat variatum. Significat autem, quòd natura elementorum continet Dei reuelationem. Purpura enim est ex aqua, et byssus ex terra: et hyacinthus assimilatus est aëri, cum sit ater et obscurus, sicut coccus igni. In medio autem operimenti et veli, quo licebat ingredi Sacerdotibus, erat situm thuribulum, symbolum terræ quæ est sita in hoc mundo medio, ex qua oriuntur exhalationes. Ille quoque locus medius qui est intra velum, in quem soli permissum erat Pontifici ingredi statis diebus, et exterius atrium quod patebat omnibus Hebræis, dicunt esse medium cæli et terræ. Alij autem dicunt esse symbolum mundi qui intelligentia percipitur, et sensibilis. Operimentum ergo quo arcebat populi infidelitas, expansum erat ante quinque columnas, arcens eos qui erant in ambitu. Ea ratione valde mystica franguntur quinque panes à Seruatore, et multiplicantur eorum qui audiunt multitudi-ni. Multi enim solis attendunt sensilibus, ut quæ sola sint. Vide autem circumspiciens, inquit Plato, ne quis exaudiat ex iis qui non sunt mysteriis initiati. Sunt autem ij qui nihil aliud esse putant, nisi quod possint manibus tenaciter apprehendere: actiones autem, et generationes, et quicquid non est aspectabile, non admittentes in ordinem essentia. Tales autem sunt qui attendunt solum sensuum quinarium: Auditus autem, et quæ sunt eius generis, adire non possunt Dei intelligentiam. Hinc facies patris dicitur est filius, sensuum quinario effectus, carnem gestans verbum, index paternæ proprietatis. Si autem spiritu viuimus, spiritu et ambulemus. Per fidem autem, non per speciem ambulemus, egregius dicit Apostolus. Igitur intra operimentum abditum fuit Sacerdotale ministeriū, et eos qui in ipso laborant, longè arcet ab iis qui sunt extrinsecus. Rursus et velum adytus ad sancta sanctorum, illic quatuor columnæ declarant sanctum quaternionem quatuor testamentorum. Quinetiam mysticum illud nomen tetragrammatum, quod iis solis imponebatur qui poterant ingredi adytum, dicitur autem Iehoua, quod exponitur, qui est, et qui est futurus. Iam verò nomen quoque apud Græcos, id est, Deus, literarum continet quaternionem. Cum autem in mundo qui percipitur intelligentia solus fuisset Dominus, ingreditur perpeffiones, subiens cognitionem eius quod est ineffabile, exuperans omne nomen quod voce cognoscitur. Iam verò candelabrum quoque erat situm in australibus partibus thuribuli, per quod declarati sunt motus septem luminarium quæ australes faciunt conuersiones. Ex utraque enim parte candelabri tres inserti sunt rami, et in ipsis lucernæ, quoniam Sol quoque tanquam candelabrum collocatus in medio aliarum errantium, et iis qui sunt sub ipso, et iis qui sunt super ipsum, diuina quadam musica indit lucem. Habet autem aliud quoque ænigma, aureum candelabrum, signi Christi, non figura sola, sed eò etiam quod lucem immittat multifariam multisque modis in eos qui in ipsum credunt, sperant, et respiciunt, per ministeriū eorum quæ sunt primò creata. Dicunt autem esse septem oculos Domini, septem spiritus, requiescentes in vir-

Bb ij

ga quæ floret ex radice Iesse. Ad Boreales autem partes thuribuli, sita erant mensa super quam panum erat propositio, quoniam ex spiritibus maximè nutriunt Boreales. Fuerint autem quedam mansiones ecclesiarum quæ conspirant in unum corpus & unum cætum. Quæ autem de sancta arca narrantur, significant mundum qui percipitur intelligentia, qui est occultus & vulgo oclusus. Porro autem aureæ illæ imagines, utraque sex habens alas, aut duas vrsas, ut quidam volunt, significat, aut, quod magis quadrat, duo hemisphæria. Vult autem nomen Cherubim significare multam cognitionem. Sed habet ambo duodecim alas, & per circulum Zodiacum, & tempus quod in ipso fertur, significant mundum sensilem. De his, ut existimo, dicit etiam tragedia loquens naturaliter: Et indefessum tempus perenni fluente plenum circuit, ipsum seipsum pariens. Et geminæ vrsæ perniter errantibus alarum motionibus Atlanticum seruant polum. Atlas autem qui non patitur, potest quidem esse polus, & incerrans sphaera: melius est autem fortasse intelligi æuum immobile. Melius autem existimo arcam quæ ex Hebraico nomine appellatur Thebota, aliquid aliud significare. Exponitur autem unum pro uno ex omnibus locis. An ergo octoas, id est, octonarius, & mundus qui percipitur intelligentia, an etiam qui omnia comprehendit, estque figura expertus, & non cadit sub aspectum, Deus significetur, in presentia dicere differatur. Ceterum significat quietem quæ est cum spiritibus glorificantibus, quos significat Cherubim. Nunquam enim qui ne sculptile quidem fabricari suasit simulacrum, ipse sanctorum effinxisset imaginem. Neque est omnino compositum & sensile aliquod in cælo animal, quod ita se habeat. Est autem facies quidem symbolum animæ prædita ratione. Alæ autem sunt ministeria & operationes sublimes, dexterarum simul & sinistrarum potestatum. Vox autem est gratia mentis gloria, in contemplatione, quæ non potest cessare. Sufficit mysticam interpretationem huc usque procedere. Pontificis autem vestis talaris est signum mundi sensilis. Septem quidem errantium, quinque gemmæ, & duo carbunculi, propter Saturnum & Lunam. Ille enim est meridionalis quidem, & humidus & terrestris, & grauis: hæc verò æria: unde à nonnullis dicta est *ἄρτεμις* quasi *ἀέρος* quos, hoc est, secans ærem: est autem ær obscurus. Eos autem qui conferunt ad eorum quæ hic sunt generationem, eos, inquam, qui præsent stellis errantibus, diuina providentia & in pectore & in humeris meritò describit fuisse positos, per quos actio effectrix generationis est primus septenarius. Pectus autem est habitaculum cordis & animæ. Fuerint autem aliæ quoque gemmæ varij modi salutis: aliæ quidem in supereminentibus, aliæ verò in inferioribus partibus posita cuiusuis corporis quod salutem assequitur. Trecenta autem & sexaginta sex tintinabula quæ pendent à veste talari, est tempus annum: annus, inquam, Domini acceptus, prædicans & resonans maximum aduentum Seruatoris. Quinetiam pileus aureus qui est extensus, significat regalem Domini potestatem: siquidem caput ecclesiæ est Seruator. Signum certe principalis imperij, est pileus capiti impositus: & alioqui audiuiimus, Et Christi caput est Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi. Iam verò Pectorale quidem constat, & ex superhumerali, quod est symbolum operis, & ex rationali: hoc autem significat rationem, & est imago cæli, quod verbo seu ratione factum est, & subiicitur omnium capiti Christo, ut quod similiter & eodem modo mouetur. Lucidæ verò smaragdi gemmæ quæ sunt super superhumerali, significant Solem & Lunam, qui sunt adiutores naturæ. Manus autem, ut opinor, principium est humerus. Duodecim autem illæ quæ sunt in quatuor ordinibus locatæ super pectus, describunt nobis circulum Zodiacum, conuenienter quatuor anni conuersionibus. Et alioqui oportebat capiti Dominico, legem quidem subiici & Prophetas, propterea quod iusti significantur in utrisque testamentis. Prophetas enim simul & iustos dicentes esse Apostolos,

1. Cor. II.

Apostolos, rectè dixerimus, cum vnus & idem sanctus Spiritus operetur per omnes. Quomodo autem Dominus est supra mundum vniuersum atque adeo ultra mundum qui percipitur intelligentia: ita etiam nomen quod inscriptum est in lamina, dignum fuit habitum quod esset super omnem principatum & potestatem. Inscriptum est autem & propter præcepta mandata literis, & propter sensilem præsentiam. Dictum est autem nomen Dei, quoniam sicut filius aspicit bonitatè Patris, operatur Deus Seruator vocatus, qui est vniuersorum principium, quod ex Deo quidem qui non cadit sub aspectum, imago effectum est primum, & ante secula. Figurauit autem omnia quæ post se facta sunt. Iam verò rationale, Prophetiam quæ per verbum clamat & prædicat, & futurum iudicium significat. Nam idem est verbum quod simul prædicat, & iudicat, & singula discernit. Aiunt autem indumentum, vestem inquam talarem, prædicere carnis susceptæ dispensationem, per quam in mundo visus est propinquus. Ea certè ratione sanctificatam exuens Pontifex tunicam (mundus autem, & quæ in mundo est creatura, sanctificata est ab eo, qui quæ facta sunt bona simul composuit) lauatur, & induitur aliam sanctam sancti, ut ita dicam, tunicam, quæ vnà cum eo ingreditur in adyta ostendens, ut mihi videtur, Leuitam, & cognitione præditum, ut qui sit princeps aliorum Sacerdotum, cum illi quidem aqua sint abluti, & sola fide induti, & propriam expectant mansionem, ipsum cum ea quæ percipiuntur intelligentia discreuerit à sensilibus, superatis alijs Sacerdotibus, contendentem ad peruadendum id quod percipitur intelligentia, ab ijs quæ hic sunt elui, non amplius aqua emundatum, ut prius, cum in tribus Leuiticæ referretur ordinem. Sed cum iam verbo cognitionis toto quidem corde sit mundus, valde autem se rectè gesserit, & vitæ institutionem in extremis à Sacerdote datam in maius auxerit, reuera & verbo & vitæ sanctificatus, indutus exultatione gloriae, spiritalis illius & perfecti viri arcana accepta hereditate, quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, effectus filius & amicus, facie iam ad faciem impletur contemplatione quæ non potest satiari. Sed nihil melius fuerit quàm ipsum audire Verbum, quod per scripturam, maiorem affert intelligentiam. Sic enim dicit: Et exuet vestem lineam, quam induerat cum ingrederetur in sancta, & eam illic deponet, & lauabit corpus suum aqua in loco sancto, & induet vestem suam. Aliter autem, ut opinor, Dominus exiit & induit, descendens ad sensum: aliter autem qui per ipsum credidit, exiit & induit, ut etiam significauit Apostolus, vestem sanctificatam. Hinc ad imaginem Domini eligebantur Pontifices qui erant probatissimi ex tribu sanctificata: & qui ad regnum, & qui ad prophetiam erant electi, ungebantur. Vnde etiam Aegyptij non quibuslibet ea quæ erant apud ipsos committebant mysteria: neque rerum diuinarum cognitionem deferrebant ad prophanos: sed ad eos solos qui erant ad regnum peruenturi, & ex Sacerdotibus ijs qui iudicati fuerant probatissimi, & educatione, & doctrina, & genere. Ergo quod attinet ad occultationem, sunt Hebraicis similia Aegyptiorum anigmata. Ex Aegyptijs alij quidem in nauigio, alij verò in Crocodilo Solem ostendunt. Significant autem quod Sol per ærem dulcem & humidum ingrediens, gignit tempus quod anigmaticè significat Crocodilus per quandam aliam Sacerdotalem historiam. Porro autem Diospoli quoque, quæ est vrbs Aegypti, in æde sacra quæ vocatur Pylon, figuratus quidem est puellus, signum generationis: senex verò, interitus: & rursus Dei symbolum, accipiter, ut piscis symbolum odij. Et in alio rursus significato, Crocodilus est signum impudentiæ. Videtur ergo vniuersum hoc symbolum simul positum hoc significare: O qui nascimini & interitis, Deus odio habet impudentiam. Et aures & oculos fabricantes ex materia preciosa, consecrant Dijs dedicantes, hoc utique tacitè significantes, quod Deus omnia videt & audit. His accedit, quod roboris quidem & fortitudinis signum

est eis Leo: sicut certè & ipsius terra, & agricultura, & alimenti, est bos: magnique ani-
mi virtutis & libertatis, equus: roboris autem rursus cum ingenij solertia, sphinx, quæ to-
rum quidem habet corpus Leonis, faciem autem hominis. His quoque similiter, ingenij so-
lertiam & mentem & vires potentiâque & artem homo significans, ab eis in sacris in-
sculptur. Iam verò in ijs quoque quæ ab ipsis vocantur deorum καμαστια aureas imagines,
duos quidem canes, vnum autem accipitrem, & Ibis vnam circumferunt: & quatuor
imaginum simulachra, vocant quatuor literas. Atque duo quidem canes, sunt symbola
duorum hemisphæriorum, ut quæ circumceant & custodiant: accipiter verò, Solis: est enim
igneus, & qui vim habet interimendi. Pestilentes itaque morbos Soli attribuant. Ibis au-
tem, Luna: umbrosa quidem, nigra: lucida autem, alba, plumis referentibus. Sunt au-
tem qui volunt quidem tropicos significari à canibus, qui custodiunt, & instar ianitorum
obseruant, accessum Solis ad Austrum & Septentrionem: æquinoctialem aut, qui est altus
& perustus, significat accipiter, sicut Ibis obliquum seu signiferum. Numeri enim inuen-
tionis & mensuræ, maximè ex animalibus, Ibis videtur principium prabuisse Egyptijs, sicut
ex circulis obliquus.

COMMENTARIUS.

* IAM VERO à barbara philosophia admodum recondita. Postquam ostendit nostram scripturam in se
habere parabolas & ænigmata, nunc ostendit à barbara philosophia, nēpe Hebraica Pythagoram Samium
sua accepisse symbola. Vnum autē est ex Pythagoræ symbolis, Hirundinē sub eodem recto ne habeas, quo
significari dicit Clemēs, nō esse domi habendū fufurronē, & effrænate linguæ hominē qui non possit conti-
nere ea quæ ipsi fuerint communicata, quod quidem non probat Plutarchus Symposiæcon decade octaua,
nec referendum esse symbolum ad Terei & Prognæ tragædiam, quæ est in fabulis, sed vitandam esse hiru-
dinem vt animal ingratum, vt quæ diuturno commercio non cicuretur, nec hominem agnoscat benefacto-
rem. Est ergo eius sententia hoc symbolū intelligendum de ingratis. Idem tamen quod noster Clemens fen-
tit Diuus Hieronymus Aristotelem secutus, vide Erasmm in Adagijs. Quod autem hirundo agnoscat
tempus sui aduentus, est illi commune cum alijs auibus, nec hoc vllam habet affinitatem cum symbolo
Pythagorico. Sed vt persuadeatur non esse sub eodem recto habendas hirundines, plurimum facit, quod ex
persequantur cicadas Muscas, ex quo discimus procul esse arcendos qui verbum Dei persequuntur, & sunt
inimici fidei Christi. Idem autem quod Pythagoræ quod diximus symbolum, videtur significare prouer-
bium; Turture loquacior, cuius est eiusmodi natura, vt non ore tantum sed etiam postica parte corporis
feratur clamare, ob id quod vocem edens illam etiam videatur mouere. De eo vide Erasmm in adagijs.
Qui autem à Clemēte citatur versus Poætæ, quos ego arbitror esse Sappho, & Æschyli, significant linguam
esse continendam, & tanquam in penario, & perinde atque si eam custodiret clauis. *Rursus super terram
non esse nauigandum.* Esse Pythagoræ symbolum, Non esse nauigandum super terram, credendum est Clemen-
ti, quod tamen nescio an alibi legatur. Admittenda est etiam eius expositio, quæ dicit reicienda esse vcti-
galia, & incertas & instabiles conductiones. Licet autem nusquam dicat Verbum, nempe Christus, publica-
nos difficiliter esse salutem assecuturos, disertis tamen dicit verbis, facilius esse camelū transire per foramen
acus, quam diuicē intrare in regnū cælorum. *Rursus autem non esse gestandos annulos.* De annulo duo sunt
symbola Pythagoræ; vnum est, Arctum annulum ne gestato, quo significatur non oportere seipsum conii-
cere in seruitutem, in vincula enim quodammodo se cōiicit, qui nimis arctum induit annulum. Alterum, In
annulo, Dei figuram ne gestato, quo significatur Dei figuram non esse ita contrectandam, vt ipse Deus ha-
beat contēptui. Hoc à Mose sumpsit Pythagoras. Lege enim cauit Moses, ne Dei qui sub sensum nō cadit,
sed sub intelligentiam, vlla fieret imago quæ adoraretur: Dei enim qui sola percipitur intelligentia, essen-
tiam colere per materiam, est per sensum eum despiciere. Ab Ægyptiorum sacerdotibus Mineræ ædes sub
dio ponebatur: Hebræi autem in templo nullam posuerunt imaginem quæ coleretur vt Deus. Sub dio au-
tem ponebatur ædes Mineræ, vt significaretur nihil esse sensile quod eam posset exprimere. In templo au-
tem apud Hebræos nulla erat imago, nulla enim res sensilis repræsentat id quod sola percipitur intelligentia,
nempe Deum. Si autem Deus nulla re sensili potest repræsentari & effingi, constat eos Deum non rectè
colere, qui facta hominis effigie quæ astra continet, eum adorant. Falluntur autem ex eo quod Deus dicit in
Genesis: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Factus quidem est homo ad Dei ima-
ginem & similitudinem, sed sicut Deus est expers materiæ & sub sensum non cadit, ita non est Deus tan-
quam homo adorandus. Quæ est autem in homine Dei imago & similitudo, est intelligentia, memoria &
voluntas, quæ sunt remota à sensu & materia. *Opereratum autem existimo Euryfi.* Hoc est quod signifi-
cat Euryfus Pythagoreus, Deū seipso vsu exemplari archetypo, fabricatum quidem esse hominem, vt qui
hominis in se haberet quæ sub intelligentiam, cadit ideam: eius autem tabernaculum, nempe corpus, esse
simile cæteris, cæteris inquam rebus à Deo creatis. *Et in summa Pythagoras & qui ex eo sunt cognominati.*
Ex Pythagoræ & Platonis dogmatibus est perspicuum, eos in Mosis legislatoris scriptis esse versatos, &
hinc per partes & species veritatem accepisse, cum vidissent quæ ab eo scripta fuerant manifeste esse con-
iuncta cum veritate. *Vnde Græca quidem philosophia.* Comparat lucem philosophiæ cum luce Euangelij.
Lux philosophiæ

Chiliad. 1. cēt. 1. adag. Hirudinem sub eodem recto non habeas.

Chiliad. 1. cent. 5.

Matth. 10.

Genes. 1.

10

30

40

50

60

Lux philosophiæ est similis luci scirpi, qui furtim ex Sole accenditur, & est noctu utilis in ædibus. Prædica-
to autem Euangelio tota nox illuminatur Sole lucis quæ cadit sub intelligentiam. Is autem sol est Christus
qui illuminat omnem hominem veniētem in hunc mūdum. *Iam verò eorū quæ à mose dicta sunt de iustitia.*
Breui symbolo, nempe staterā ne transgrediaris, comprehendit Pythagoras quidquid dicit Moses de iusti-
tia. Significat autem æqualitatem esse seruandam, & in distributiua iustitia ita se gerendum, vt neque mi-
nus detur nec plus quam oportet. Quid autem per venustatem poetica intelligat non satis scio, nisi forte
significet Sappho. *Propiterea Dominus: Tollite, inquit, iugum meum.* A symbolo Pythagoræ non discrepant
Christi præcepta, nempe & quo iubet suum iugum tolli, vt quod sit benignū & leue. Leue autem est quod
facile fertur, facile autem fertur, quod non immodico onere grauat & opprimit. Vult etiā suos discipulos
esse ab ambitione alienos. Ambitiosi enim non sunt qui sunt pueris similes, nempe in quibus est simplicitas
vt magna non affectet, & æqualitas, vt non plura appetat, quam quæ sibi conueniant. Qui eius sunt, eos
nouam vult esse creaturam, vt se Christianos tatum esse sentiant, neque sibi placeant quod sint vel Iudæi vel
Græci, & ab eis abesse contentionem, inuidiam, æmulationem & tristitiam: mysticè autem cor edere dicitur
affici tristitia, quod est etiam vnum ex symbolis Pythagoræ. Quod exponitur ab Erasmo in Agad. Vbi est
etiam versus ille Homericus cuius meminit Clemens:

*Solus at ille quidem vacuis errabat in agris.
Cor adedens curis, hominum vestigia vitans.*

Merito autem referuntur hæc præcepta ad iustitiam, non facile enim erit ambitiosus, nec contentiosus, nec
inuidus, nec tristis & iracundus qui plura quam par est non appetit, & est sua sorte contentus. *Rursus
verò cum duas vias ponat Euangelium.* Quod apud Xenophontem narrat Prodicus Chius de duabus mulieri-
bus virtute scilicet & vitio, quæ Herculi occurrerunt in solitudine, quarum alteram nempe virtutem, secu-
tus est Hercules, id sumptum est ex scriptura quæ duas dicit esse vias, nempe vnam arctam & angustam, alter-
teram verò latam & spatiosam. Ita etiam quod dicit Pythagoras eundem esse via regia, Regia autem via
non incedit qui corruptam vulgi sequitur sententiam. Non solum autem in scripturis tam sacris quam pro-
phanis, sed etiam in epistolis scribuntur ænigmata, vt in epistola Arctæ regis Scytharum ad Byzantinos, &
in carminibus elegiacis, cuiusmodi erant quæ scripsit Euphorion Chalcidicus, quem Cornelius Gallus fer-
tur imitatus. Sphinx autem erat monstrū facie muliebri, habens pedes & caudam leonis, pennas volucris.
Hoc monstrum transeuntibus proponebat ænigmata è monte præcipitandos nisi soluissent. Quoniam hoc
monstrum proponebat ænigmata, id ab Ægyptijs adhibebatur in sacris: significabant autem obscurum
esse & ænigmaticum quod de Deo dicitur, aut quoniam hominis & feræ habet imaginem, Deum quidem
bonis esse propitium, inalis autem & impiis iustum & inexorabilem. *Longum autem fuerit omnia persequi.*
Cum dixisset in prophanis scriptoribus multa esse ænigmatica & obscura, & veniendum esset ad scripturas
sacras, quæ sunt huiusmodi vt in eis ferè sit perpetua allegoria & ænigma, maxime in legalibus & propheti-
cis, futurisque esset prolixior si ea omnia vellet adducere, suffecturum dicit si pauca afferatur exempla ex
quibus cætera poterunt intelligi. Dicit ergo ex expositione eorum quæ narrantur de tabernaculo, operi-
mento, velo, thuribulo & candelabro, & de indumentis sacerdotibus, facile videri posse quam multa sint
in eis mystica obscura & arcana, à quibus operimentum expansum ante quinque columnas, arcebat popu-
lum infidelem, eos scilicet qui erant in ambitu. Quinque autem illæ columnæ supra quas expansum erat
operimentum arcens populum, significabāt quinque panes à Domino mysticè fractos & distributos multi-
tudini. Mysticè autem dicit fractos & distributos, vt nō intelligamus de corporalibus & sensilibus panibus,
sed de iis qui sunt insensiles & cadunt sub intelligentiam. Fallunt enim qui ea tantum esse putant, quæ
sub sensum cadunt & sunt corporalia. Verè enim & proprie sunt incorporeæ rerum idea, à quibus corpo-
ra suam habent essentiam. Sunt autem qui putant nihil esse præter quinque sensus, & quæ sub eos cadunt,
sed nec auditus, nec vllus sensus peruenire potest ad Dei intelligentiam, sed sola mens, quæ cum sit incor-
porea Deum adit incorporeum. Hinc est quod filius Dei qui est verbum patris dicitur vultus patris, quod
habeat eundem essentia characterem, & est iudicium paternæ proprietatis, in qua nihil est sensile & corpo-
reum. Idem tamen Verbum carne suscepta per quinarium sensuum, seu per quinque sensus efficitur sensilis,
& non sola mente sed etiam sensu potest percipi. Non quatenus quidē est verbum, sed quatenus in vno &
eodē subiecto, seu maui supposito, est Deus & homo. Atq; cum quidem qui viuunt spiritu, spiritu decet am-
bulare: viuunt autem spiritu qui relictis carnalibus se dedit contemplationi spiritualium. Sed non satis est
spiritualia contemplari, nisi etiam vita agatur spiritualis, quæ tunc viget quando spretis libidinibus & volu-
ptatibus ad æternam vitam aspiratur. Ad eam autem contendimus per fidem non per speciem: nam cre-
dimus quidem & speramus, sed id nondum videmus nec eo fruimur. Porro autem intra operimentum ab-
ditum erat ministerium sacerdotale, & ita erant à vulgo separati sacerdotes. Quid autem sibi velit quod in
velo aditus ad sancta sint quatuor columnæ, quæ declarant sanctum quaternionē veterum testamētorum,
non satis intelligo quænam sint hæc quatuor verera testamenta. Solis autem sacerdotibus templi aditum
ingressuris imponebatur lamina aurea, in qua insculptum erat mysticum nomen tetragrammatum, id est
quatuor literarum, quod Hebraicè dicitur mmm. Affigebatur autem hæc lamina galero, pertingebatque ab
aure ad aurem, & id quidem in parte capitis anteriore. Quaternarij autem numeri hæc potestas est admi-
randa, quod apud omnes fere gentes Dei nomen scribatur quatuor literis, Græci enim Θεός, Latini Deum
vocant, Ægyptij Theut, Arabes Alla appellant. Atque in mundo quidem intelligibili Dominus erat solus,
sed cum in mundum descendisset sensilem, perpeffurus, & carnem suscepisset, quatenus est homo venit ad
cognitionem nominis ineffabilem, & quod superat omne nomen quod voce profertur: & ita vsuuenit vt
cum vnum esset subiectum ex duabus constans essentis, diuina & humana, humana quæ minor est, diui-
nam quæ verbis exprimi non potest cognosceret. Candelabri quoque forma suam mysticam habet signifi-
cationem, significantur enim motus septem luminarium quæ vergunt ad Austrum. Et cum ex vtraque par-
te candelabri sint tres radij seu calami, Sol tanquam candelabrum in medio collocatus aliarum stellarum
errantium,

Chiliad. 1. cent. 1. Iliad. 2.

Xenoph. lib. 2. de factis & iustis Socrat.

Exod. 28.

Cœl. Rhod. dig. antiq. 22. lib. cap.

errantium, illuminat & superiores & inferiores stellas errantes. Significat etiam candelabrum aureum mysticè signum Christi, non solum figura, sed etiam quod multifariam multisq; modis lucem immitat in eos qui in ipsum credunt, sperant & ad eum respiciunt. Habent etiam sua ænigmata & mensurarum proportionis, & Cherubim, & arca testamenti, quæ cum satis exponat Clemens, non est opus in iis diutius immorari. Quod si quis de his plura volent videre, legat Origenem, Cyrillum, Hieronymum, & alios sacros doctores: ¹ *sufficit mysticam interpretationem.* De vestibus Sacerdotalibus & pontificalibus, & quid sit rationale, quid pectorale, quid superhumeralis, & quid lamina cui est nomen Domini inscriptum, vide in Exod. cap. 28. & apud Iosephum antiq. lib. 3. cap. 8. Quænam sit autem mystica & ænigmatica eorum significatio diuersi diuersa scribunt, sed reliquis omisis videamus quid significare dicat noster Clemens. Pontifici est vestis talaris quæ est demissa vsque ad talos, Ea vestis significat mundum sensilem, mundum, inquam, qui cadit sub sensum. Dicitur autem sensilis, vt distinguatur à mundo, si Latine dici potest, intelligibili qui est in mente diuina, & consistit in ideis quæ sola percipiuntur intelligentia. Quinque gemmae, & duo carbunculi significat septem stellas errantes quas vocant planetas propter Saturnum & Lunam. Est autem Saturnus humidus terrestris & grauis: Luna verò est æria, & ideo à nonnullis dicitur ² *septimus* quasi secans aërem, qui aër est obscurus, est enim tenebricosus nisi illuminetur. Moses quoque per diuinam prouidentiam describit septem lapides qui adsunt septem stellis errantibus, positos & in pectore & in humeris, qui profunt ad eorum quæ hic sunt generationem, per quos primus septenarius est actio effectrix generationis. Non est autem mirum, quod septenarius numerus sit actio effectrix generationis: nam qui septimo mense nascuntur fetus sunt vitales, moriuntur autem qui octauo. Merito autem sunt gemmae illæ posita in pectore & in humeris, nam pectus est habitaculum animæ & cordis. Sunt alia quoque gemmae quæ & in superioribus & inferioribus partibus posita significant variis modis dare salutem. Trecenta autem & sex tintinabula quæ pendent à veste talari, significant futurum aduentum Seruatoris. Pileus seu Galerus significat regalem Domini potestatem, est enim Christus caput ecclesiæ: Deus autem est Christi caput. De pectorali superhumerali & rationali non opus est plura dicere: se enim satis explicat Clemens, nec tentandum est frustra aliquid addere. Nec de duodecim gemmis quæ Zodiacum significant plura sunt dicenda. Quod vero capiti Dominicæ subiiciatur Lex & Prophetæ, eo quod sint iusti in vtroque testamēto, & idem spiritus per vtroque operetur, & iusti sint & Prophetæ & Apostoli, non est quod plura dicamus. In ornamentis autem Pontificalibus erat & lamina aurea, in qua inscriptum erat nomē Domini quod ab Hebræis vocatur Iehoua. Quomodo autem ipse Dominus est supra mundum non solum sensilem, sed etiam intelligibilem, sic enim Latine si liceat dicamus ³ *νοητός*, ita etiam nomen Domini quod est inscriptum in lamina exuperat omnem principatum & potestatem. Inscriptum autem erat in lamina, quod & Dei præcepta essent mandata literis, & ita Deus ipse esset præsens, nomen certe Dei, vt volunt Hebræi, est ipse Deus. Ideo autem dictum est nomen Dei, quoniam sicut filius aspicit in bonitatem Patris, ita Deus qui dictus est Seruator, qui est principium vniuersorum, & qui ex Deo inuisibili primū & ante secula effectus est imago, operatur ad Deum aspiciens, ad æternas, inquam, Ideas quæ sunt in mente Patris aspiciens, effinxit & figurauit omnia quæ post se facta sunt, tam quæ cadunt sub sensum, quam quæ sub intelligentiam, cum ipse ante secula non factus esset, sed genitus, & fuisset imago Patris, non accidentalis, sed plane essentialis. Rationale verò quod est vnum ex indumentis Sacerdotalibus, significat prophetiam quæ per Verbum clamat & prædicat, & significat futuram iudicium: idem enim Dei Verbum, quod etiam Deus est, & prædicat futura, & iudicat quæ facta sunt, & singulis rebus suam tribuit differentiam eas ab aliis discernens. Porro autem omnium indumentorum Sacerdotalium præcipuum indumentum est vestis talaris, nempe quæ est demissa vsque ad talos. Ea autem prædicat & significat carnis à Christo susceptæ economiam ac dispensationem, hoc est Christi incarnationem, per quam proprius visus est in mundo. Nam etsi in mundo esset, vt qui & mundum creasset, & ipsum administraret, à mundo non agnoscebar, sed postquam carnem suscepit, nobiscum habitans in terris, visus est & versatus est cum hominibus. Hoc significat Pontifex qui priusquam ingrediatur in sancta, exiit sanctificatam tunicam. Sanctificata autem tunica est ipse mundus, & eius creatura, quam is sanctificauit, qui omnia composuit & fabricatus est. Exiit autem tunicam mundanas omnes deponens cogitationes. Eam postquam exiit, lauatur, mundus enim sit oportet qui sancta est ingressurus: sed non prius ingreditur, quam lotus aliam sancti induatur tunicam, nempe pias & sanctas cogitationes quas secum defert in adita, hoc est in sancta sanctorum. ⁴ *Sed nihil melius quam ipsum audire verbum.* Vt res melius explicetur, adducit ipsa verba textus. Vestem autem sanctificatam aliter induit Christus qui carnem suscepit, aliter autem Sacerdos, qui per ipsum credidit. ⁵ *Hinc ad imaginem Domini eligebantur Pontifices.* Apud Hebræos vnguebantur qui erant electi Pontifices, & Reges, & Prophetæ. Non omnes autem eligebantur Pontifices, sed ij demum qui erant ex tribu Leuitica, quæ erat tribus sanctificata, nempe Deo consecrata. Sed nec omnes ex ea tribu eligebantur, sed ij demum qui ex illa tribu erant probatissimi, ita etiam Reges & Prophetæ. Nec Ægyptij sua mysteria omnibus committebant, sed iis demum qui erant futuri Reges, & iis ex Sacerdotibus qui digni fuerant iudicati propter educationem, doctrinam, & genus. ⁶ *Ergo quod attinet ad occultationem.* Sicut Hebræi ita & Ægyptij doctrinam suam occultant arcanis ac mysticis quibusdam symbolis & ænigmatibus. De Ægyptiæ autem illis symbolis scripsit Orus Apollo, & eius interpres Pierius. Quod autem multa prætermiserit, videre licet apud quem multa inuenias quæ non sunt alibi. Quod certe nauigium & Crocodilus significant Solem per dulcem & humidum aërem ingredientem, tempus gignere, non alibi inuenies. Sed quænam sit Sacerdotalis illa historia cuius meminit, ne verbum quidem facit ipse Clemens. Quod puer senex, accipiter, Pifeis Crocodilus symbolicè significet, O qui nascimini & interitis, Deus odio habet impudentiam, penes eum sit fides, vt etiam quod aures & oculi ex prætiosa materia Deo consecrati, significant Deum omnia videre & audire. ⁷ *His accedit quod roboris quidem & fortitudinis signum est eis Leo.* Paucis multa perstringit symbola, Leonis, bouis, equi, Sphingis, hominis, ostendens quid singula significant. Quænam autem sint Deorum ⁸ *νοητός*, in quibus circumferuntur duo canes, vnus accipiter, & vna Ibis, quæ erant

quæ erant quatuor aureæ imagines, nō memini me legere, suspicor autem fuisse quādam publicam comensationem. Quænam autem ea significaret satis explicat Clemens, nempe duo canes duo hemisphæria, accipiter, Solem, Ibis lunam: aut, vt nonnulli dicunt, canes significant Tropicos qui obseruant Solis accessum ad meridiem & Septentrionem, Accipiter Æquinoctialem, Ibis verò signiferum. Quod autem numeri & mensuræ principium ab Ibi acceperint Ægyptij, dicit quidem Clemens, sed vnde id didicerit, sicut nec de circulo Zodiaco, nihil dicit.

¹⁰ *SED enim non solum qui ex Ægyptijs vi ratiocinandi plurimum valere, sed ex alijs quoque barbaris qui erant dediti studio philosophia, symbolicum genus sunt consecrati. Aiunt quidem certè Idanthuram quoque Scytharum regem, vt refert Pherecydes Syrus, Dario qui Istrum traiecerat bellum minantem, symbolum misisse pro literis, murem, ranam, auem, iaculum, aratrum. Cùm autem de his, vt erat consentaneum, exorta esset dubitatio, Orontopagas quidem Tribunus militum, dicebat eos tradituros imperium, coniectans ex mure quidem, habitationes: ex rana autem, aquas: ex aue verò aërem: ex iaculo autem, arma: ex aratro verò, regionem. Xiphodres autem contra est interpretatus. Dicebat enim. Nisi tanquam aues euolauerimus, aut tanquam mures terram, aut tanquam ranam aquam subierimus, illorum tela non effugerimus: non sumus enim domini regionis. Anacharsim quoque Scytham dicit dormientem, sinistra quidem continuisse pudenda, os autem dextera, significantem oportere quidem vtrunque, sed maius esse, linguam cohibere, quàm voluptatem. ²⁰ Et quid opus est vt in barbaris referendis immorer, cùm liceat ostendere ipsos Græcos valde esse vsos occultatione? Androcides certè Pythagoricus literas quæ vocantur Ephesæ, in vulgus autem valde fuisse iactata, dicit locum tenere symbolorum. Significare autem ³⁰ *ἀσχυρον* quidem tenebras, eas enim non habere umbras: *καὶ φωσφορον* autem lucem, quoniam illustrat umbram. *λίξ* autem prisca appellatione est terra, *ἔρ τεσσαρς*, hoc est, quaternio, annus, propter horas. *δαμναδης* autem Sol qui domat, *ἔρ αἰρία*, vox vera. Significat autem Symbolum, rerum diuinarum eum esse ornatum, qui est tenebrarum si conferatur cum luce, *ἔρ Sol cum anno, ἔρ terra cum omnis generis nature generatione.* ⁴⁰ *Quinetiam Dionysius Thrax Grammaticus, in libro de declaratione symboli de rotulis, dicit his verbis: Significabant autem non per verba solum, sed etiam per symbola, nonnulli actiones: per verba quidem, vt se habent, quæ dicuntur præcepta Delphica, Nihil nimis, ἔρ, Nosce teipsum, per symbola autem, vt ἔρ rota quæ vertitur in deorum templis, quæ tracta est ab Ægyptijs, ἔρ rami qui dantur ijs qui adorant. Dicit enim Orpheus Thracius:**

Ramorum, at quibus sunt hominum terrestria curæ,
Non vno stant fata loco in mente, omnia circum
Voluntur, nec fas vna est consistere parte,
⁵⁰ Vt cœpit cursus, verum est pars cui libet æqua.

⁶⁰ *Rami autem, aut sunt symbolum primi nutrimenti, aut vt sciat vulgus fructus quidem omnino germinare & augeti longissimo tempore permanentes: se autem accepisse exiguum vitæ tempus, ea de causa volunt dari ramos. Fortasse autem etiam vt sciant, sicut ij rursus vruntur, ita illos quoque hanc vitam citò esse relicturos, & ignis opus futuros.* ⁷⁰ *Genus ergo symbolica interpretationis est ad multa utilissimum, vt quod & ad rectam conferat Theologiam, & pietatem, & ad indicandam ingenij solertiam, & breuitatis exercitationem, & ad ostendendam sapientiam. Sapientis enim esse vti dictione symbolica, apposite dicit Didymus Grammaticus, & declarare id quod per eam significatur. Iam puerorum quoque doctrina quæ versatur in elementis, complectitur interpretationem quatuor elementorum. Dicit enim Phryges aquam vocare Bedy, sicut etiam Orpheus:*

Nympharumque Bedy promanat limpida lympa.

Quinetiam Dion Thytes, id est, sacrificator, videtur scribere similiter: Et acceptum Bedy effunde manibus, & conuertere ad aruspicinam. Contra autem Comicus Philydaus, Bedy, aërem, qui vitam suppeditat, per hæc intelligit:

Traham vt Bedy salutare deprecor.

Quod sanitatis est pars vel potissima.

vt traham, inquit, aërem purum, non perturbatum. Huic opinioni consentit etiam Ne-anthes Cyzicenus, scribens, sacerdotes Macedonum in precibus inuocare Bedy, vt sit eis propitius & filiis, quod quidem interpretantur, aërem. Zaps autem indoctè alij quidem acceperunt ignem, à verbo ζαψ, quod significat ebullitionem. Sic autem vocatur mare, vt Euphorion in ijs quæ scripsit aduersus Theoridam:

Naubus exitio fuerat, quem cantibus vrget

Zaps.

Et Zaps infano nunc plangit in æquore falsus.

Similiter autem Cratinus iunior Comicus:

Producit & squillas Zaps & pisciculos.

Et Simmias Rhodius:

Ex Amasignetis Cabrisque enatus amarus

Est Zaps.

ζων autem est terra quæ est effusa in magnitudinem. Et πλῆξ, id est, plectrum, alij quidem polum, alij verò aërem, qui omnia pulsat & mouet ad naturam & augmentum, aut qui omnia implet. Non legerunt autem isti Cleanthem philosophum, qui Solem apertè vocat πλῆξ. In oriente enim iubar fulciens mundum veluti pulsans, in coccinum aptumq; cursum lucem deducit. Ex Sole autem reliqua quoque astra significat. Sphinx autem non est intelligentia vniuersorum, & ex poetæ Arati sententia, mundi conuersio: sed fortasse fuerit quidam spiritalis tenor qui peruadit, & mundum continet: melius autem fuerit accipere æthera, qui omnia continet & constringit, sicut etiam dicit Empedocles:

Principium Solis tibi nunc agè carmine dicam,

Atque orta vnde sient quæ à nobis cuncta videntur,

Tellus, atque mare exundans, atque humidus aër.

Titan, atque æther qui cuncta astringit in orbem.

Apollodorus autem Corcyraeus dicit hos versus fuisse prolatos à Brancho vate, Milesios expiante à fame. Ille enim multitudinem ramis lauri aspergens hymnum dicendo præiuit hoc modo:

Cantetis pueri heus Hecaërgon atque Hecaërgam.

Ita aut acclamauit populus vt diceret, Bedy, Zaps, Chthon, Plectrū, Sphinx, Cnachzbi, Chryptes, Phlegmo, Drops. Meminit autem historiae Callimachus quoque in Iambis. Cnachzbi autem per deriuationem est morbus, ex eo quod est κναψ, id est, angere & dolore afficere; & διασπέρν quod est differre ac dispergere, & σπύλας quod est fulmine comburere. Thespis autem Tragicus per hæc dicit aliquid aliud significari, scribens hoc modo: Ecce tibi libo Cnachzbi candidum, quod ex Cneis expressi lactentibus. Ecce cū tibi chryptem caseum, rubro melle miscuerim, Pandiorum tempore in tuis sanctis id pono altari- bus, Ecce tibi Bromij candens fulgur libo. Significat autem, vt existimo, primum lacteum nutrimentum quod est ex xxiiij elementis animæ, post quod cibus iam est lac concretum. Postremum autem sanguis vitis verbi, docet cādens vinum, nempe persipientem letitiam, educationis. Drops autem est verbum efficax, quod ex prima cathechesi, hoc est, quæ per auditum fit institutione, ad viri incrementum, in mensuram ætatis, hominem accendit

σπίγξ ἀπὸ τῆς σπίνης

ἐκείνη ἔστιν ἐπιθέτα Ἀπολλίνης & Διᾶς, ἰτα δὶκτα, quod operentur eminus.

cendit & illuminat. Fertur etiam tertia puerilis in hunc mundum descriptio, μὴ ἀλλ᾽ ὀφίγξ, κλωψ, ζυγνιδόν. Significat autem, vt opinor, per elementorum & mundi administrationem, oportere nos progredi ad perfectiorum cognitionem, vi & labore aeterna superata salute: μὴ ἀλλ᾽ ὀφίγξ enim significat comprehendere, Sphinx autem mundi compagem, ζυγνιδόν autem difficultatem, & κλωψ latentem Domini cognitionem simul & diem significat.

Quid verò, an non Epigenes quoque in libro de Poësi Orphei, ea quæ apud Orpheum eius sunt propria exponens, dicit κερκίσι καμπτωδὲς, id est radijs incurui corporis aratra significari? ἤμισον autem, hoc est staminibus, sulcos: μίτρον autem, hoc est filium, dici allegoricè semen, & Iouis lachrymas significare pluuiam: μῶϊες autem, hoc est Parcas, rursus partes Luna tricesimam quintamdecimam, & nouam Lunam. Quocirca dicit etiam Orpheum eas vocare λευκοσκότους, id est, candidatas, vt quæ sint partes lucis. Rursus ἀγχιόν

quidem, id est floridum ver significare propter naturam. Noctem autem ὄφραδα, propter quietem, & Lunam γαρρῶνιον, propter eam quæ est in ipsa faciem. Et ἀφροδίτω, id est Venere, apud Theologum dici tempus quo seminare oporteat. Huiusmodi etiam enigmatibus utebantur Pythagoræi, Proserpina quidem canes, stellas errantes: Saturni autem lachrymā, mare dicentes allegoricè. Et innumerabilia inuenerimus tam apud philosophos, quàm apud Poëtas dicta enigmaticè, cū etiam toti libri indicent abditam scriptoris voluntatem: eiusmodi est liber Heracliti de Natura, qui etiam propterea appellatus est σκταυρός, id est, obscurus ac tenebricosus. Huic libro est similis Pherecidis quoque Syri Theologia. Euphorion enim poëta, & Callimachi Causa, & Lycophronis Alexandra, & quæ sunt his similia, sunt instar gymnasij proposita ad explicandū, omnibus Grammaticis. Talia ergo Moses quoque præcipit, vt hæc communia: Non vesci porco, neque aquila, neq; accipitre, neque coruo. Nam porcus quidem, qui est animal voluptati deditum & immundum, ciborum cupiditatem, & salacem in re venerea libidinem, & inquinatam significat intemperantiam, materialēque & in luto iacentem, & quæ ad eadem pinguescit & interitum. Rursus autem permittit vesci ijs, quæ fissam habent ungulam & quæ ruminant, significans, inquit Barnabas, oportere adherere ijs qui timent Dominum, & in corde meditantur eam quam acceperunt verbi distinctionem: ijs qui loquuntur, & seruant Domini iustificationes: ijs qui sciunt quòd meditatio est opus letitiæ, & ijs qui verbum Domini ruminant. Quid verò est quod fissas & duplices habet ungulas? Quòd iustus & in hoc mundo ambulat, & sanctum expectat seculum. Deinde subiungit: Videte quàm pulchrè Moses legem tulerit. Sed vndenam illis in mentem venerit vt hæc cogitarent? Nos iure præcepta intelligentes, loquimur vt Deus voluit, propterea aures nostras & corda circumcidit, vt hæc intelligamus. Quando certè dixit, Non vesceris aquila, accipitre, & miluo, & coruo. Non adherebis, inquit, neque assimilaberis his omnibus, qui labore & sudore nesciunt sibi parare victum, sed in rapina viuunt & iniquitate. Aquila enim rapinam, accipiter autem iniustitiam, & coruus auaritiam, & plura habendi cupiditatem significat. Scriptum est autem: Cum viro innocente eris innocens, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Sanctis ergo conuenit adherere, quoniam ij qui eis adherent sanctificabuntur. Hinc scribit Theognis:

Te bona namque boni, si vnà versere, docebunt: Praui sed periment quod fuit ingenium.

Et rursus quando dicit in Cantico. Glorioso enim magnificatus est, equum & ascensorem deiicit in mare: multiplex, & beluinum, & quod appetitionis impetu fertur vitium, vnà cum auriga qui ascenderat, & habenas laxarat voluptatibus, in mare proiecit, in mundi deiiciens tumultus & perturbaciones. Ita etiam Plato in libro de Anima, & aurigam, &

id est, ociosus, ἀφροδίτη ἀπὸ τῆς ἀφροδῖας, id est, à spuma.

id est, à spu- ma.

id est, à spu- ma.

id est, à spu- ma.

equum qui defecerat, partem expertem rationis, quæ bipertito diuiditur, nempe in iram & cupiditatem, dicit cadere. Qua ratione Phaëtonem quoque propter incontinentiam pullorum fabula è curru excidisse significat.¹ Ita etiam se habet de Ioseph. Cum enim adolescenti fratres inuidissent, ut qui amplius aliquid præuideret in cognitione, eum varia exuerunt tunica, & acceptum in lacum proiecerunt (lacus autem inanis non habuit aquam) ut qui variam viri boni cognitionem, ex diligenti studio comparatam amādassent & ualere iussissent: aut nuda quæ est ex lege fide utentes, proiecerunt in lacum aqua vacuum, ut qui vendidissent in Ægyptum diuino uerbo defectum. Vacuus autem scientia lacus, in quem proiectus, cum exuisset cognitionem, uidebatur similis fratribus, est nudus cognitione qui delituerat sapiens. Alio autem significato fuerit cupiditas uarium indumentum, quæ in vastum barathrum est proiecta. Si quis autem, inquit, lacum aperuerit, uel edificauerit, & ipsum non texerit, vitulus autem uel asinus in eum incidit, dominus lacus soluet pretium, & dabit proximo, quod autem fuerit mortuum, eius erit. Hic mihi illam subiunge prophetiam: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israhel autem me non intellexit. Ne quis ergo ex ijs, cum incidit in eam quæ à te docetur cognitionem, nec possit continere ueritatem, non obediat & excidat, sis cautus in usu uerbi: & apud eos quidem qui accedunt citra uerbum ceu rationem, occlude fontem qui uiuit in profundo, potum autem præbe ijs qui sitierint ueritatem. Apud eos ergo qui non possunt accipere profunditatem cognitionis, tege lacum, Dominus ergo lacus, ipse inquam qui est cognitione præditus, multabitur, inquit, ut in quem culpa conferatur, quod is fuerit offensus & deuoratus uerbi magnitudine, cum tantas opes uerbi minimè caperet, aut quod eum qui operabatur traduxerit ad contemplationem, & à rudi & illaborata fide abduxerit per occasionem. Pecuniam autem dabit uoluntati omnipotenti, sui facti reddens rationem.² Hic est ergo typus & figura legis & prophetarum, quæ fuit usque ad Ioannem. Ille autem etiam si sit locutus apertius, ut qui nō amplius ut Propheta prædiceret, sed iam præsentem ostenderet, qui ab initio symbolicè annunciabatur, Non sum tamen, inquit, dignus qui soluem corrigiam eius calciamenti. Fatetur enim se non esse dignum qui tantam baptizet potestatem. Oportet enim eos qui mundos faciunt, animam exoluere à corpore & eius peccatis, tanquam pedem à uinculo. Fortasse autem postremam quoque in nos Seruatoris operationem, proximam, inquam, & continentem, quæ prophetiæ enigmate occultabatur per præsentiam, is qui per ipsum ostendit aspectum, eum qui prædicebatur, eam quæ procul in apertū ueniebat significando præsentiam, reuera soluit finem eloquiorum carnis dispensationis, detecta notione symbolorū. Et quæ à Romanis sunt in testamentis, locum obtinuerunt: nempe libræ illæ, & asses, propter iustitiam, fructuumque perceptiones, & aurium contrectationes: illa quidem, ut iustè quidem fiant: hæc autem, ad honoris diuisionem: tertium uerò ut qui incidisset, cum ei onus imponeretur, stans audiret, & teneret locum intercessoris. Sed, ut uidetur, quodam nimio demonstrandi studio, plus quàm par sit, sum progressus. Me enim uita deficiet adducentem eorum multitudinem qui symbolicè philosophantur. Memoria ergo causa, & breuitatis, & quod se extendant ad ueritatem, tales sunt scripturæ barbaricæ philosophiæ. Eorum enim qui sæpe ad eos accedunt, & dederunt sui experientiam, & in fide, & in uita uniuersa, solum esse uolunt eam quæ uerè est Philosophiam, & ueram Theologiam. Iam uerò nos quoque uolunt opus habere aliquo interprete & duce: sic enim fore ut maius in eam studium conferatur, & minimè decipiantur cum accipiant ab ijs qui norunt, & profint ijs qui se sunt digni existimarunt. Et alioqui omnia quæ ostenduntur per aliquod uelamentum, maiorem & præclariorem ostendunt ueritatem, sicut res quæ in aqua pellucet, & formæ quæ per tegumenta con-

cedunt aliquam sui euidenciam. Arguunt enim splendores, præter id quòd quæ sunt manifesta, uno modo intelligantur. Cum ergo liceat pluribus modis accipere, sicut certè accipimus in ijs quæ dicta sunt cum occultatione, ea cum sic habeant, fallitur quidè indoctus & imperitus, cōprehendit autem qui est cognitione præditus, iam ergo nec quibuslibet uolunt omnia exponi temerè, nec cōmunicari bona sapiētia, ijs qui ne in somnijs quidè sunt omnia expurgati (neque enim fas est quibuslibet obuijs ea expetere quæ parata fuere cum tot certaminibus) neque prophanis uerbis narrare mysteria. Aiunt certè Hipparchum Pythagoram accusatum quòd apertè scripsisset decreta Pythagoræ, expulsus fuisse è schola, & propter ipsum, tanquam propter mortuum, factam esse columnam. Quocirca etiam in barbara philosophia uocant mortuos, eos qui exciderunt à dogmatibus, & mentem subiecerunt animæ perturbationibus. Quæ est enim participatio iustitiæ & iniustitiæ? ut ait diuinus Apostolus: aut quæ societas luci cum tenebris? Quæ est autem conuentio Christo cum Belial? aut quæ pars est fideli cum infideli? Olympiorum enim & mortuorum sunt separati honores. Quocirca egredimini è medio ipsorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tangatis, & ego suscipiam uos, & ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias.³ Non soli autè Pythagoræ & Plato multa occultabant, sed etiam Epicurei dicunt apud se quædam esse arcana, & non permittere omnibus ut ea scripta legant. Quinetiam Stoici dicunt à Zenone primo quædam fuisse conscripta, quæ non facile permittunt legere discipulis, quorum non fuerit prius factum ab ipsis periculum, an germanè & syncerè philosophentur. Aristotelei quoque dicunt, ex suis scriptis alia quidem esse εσωτερικὰ, id est, interna: alia uerò κοινὰ & ἔξωτερικὰ, hoc est, externa. Quinetiam ij qui fecere mysteria, cum essent Philosophi, sua dogmata obscurauerunt fabulis, ut non essent manifesta omnibus: deinde illi quidem humanas celantes opiniones, arcebant indoctos ne ad eas adirent: eorum autem quæ uere sunt sanctam & beatam contemplationem, non multò magis celari conferebat. Sed neque ea quæ sunt barbara philosophiæ, neque fabula Pythagorica, neque quæ apud Platonem in Republica ab Armenio, & in Gorgia ab Æaco & Rhadamantho, & in Phadone fabula Tartari, & in Protagora Promethei & Epimethei, & præterea fabula belli gesti inter Atlantinos & Athenienses in Atlantico, nō sunt in omnibus nominibus exponenda allegoricè, sed quæcunque uniuersam ac generalem significant sententiam. Atque hæc certè inuenerimus significari per symbola sub uelo allegoriæ. Quinetiam cum Pythagora consuetudo, & quæ cum familiaribus erat duplex coniunctio, uocans quosdam ἀκουσμαδύκεις, id est, Auscultatores, quosdam uerò Mathematicos, qui syncerè ac germanè attingebant philosophiam, significabat aliud quidem dictum fuisse, aliud uerò fuisse à multis occultatum. Fortassis autem illud quoque duplex orationis genus Peripateticorum, nempe & quod opinabile, & quod ἐπιτημονικόν, id est, scientiam constituens uocatur, non multum abest quin diuidat opinionem ac famam à uera gloria quæ dicitur ἄρτα, & à ueritate.

Mortale à seculo flores decerpere honorum,

Te minimè subiget, pia possis quo mage fari.

Musæ certè Ionica dicunt dilucidè uulgus quidem hominum, & eos ex populis qui sibi uidentur sapientes, sequi Poetas, & uti legibus, ut qui sciant multos esse malos: eos autem qui sunt optimi, gloriam persequi: eligunt enim, inquit, optimi omnium contraria, perennem gloriam mortalium. Multi autem se explent & exaturant, tanquam pecora, ventre & pudendis, & rebus ex ijs quæ sunt in nobis turpissimæ, metientes beatitudinem. Magnus quoque ille Parmenides Eleates, introducit duarum uiarum doctrinam, sic scribens:

Ccc ij

Vna quidem veri est, bene quam cor credere constans
Possit, opinio sed nimium leuis altera vulgi,
Cui non certa fides, nec inest persuasio vera.

Ephes. 3. Merito ergo dicit diuinus Apostolus: Per reuelationem notum mihi factum est sacramen-
tum, sicut prius scripsi paucis, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in my-
sterio Christi, quod in aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicut nunc re-
uelatum est sanctis eius Apostolis & Prophetis. Est enim aliqua quoque perfectorum
Coloss. 1. doctrina, de qua dicit scribens ad Colossenses: Non cessamus pro vobis orare & petere,
ut impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intelligentia spiritali, ut
ambuletis dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes
in cognitione Dei, omni virtute confirmati, secundum potentiam gloriæ eius. Et rursus:
Secundum dispensationem Dei quæ data est mihi, inquit, in vobis, ut impleam verbum
Dei, mysterium quod fuit absconditum à seculis & à generationibus, quod nunc mani-
festatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notum facere, quæ sint diuitiæ gloriæ my-
sterij huius in gentibus. Quocirca alia quidem sunt mysteria quæ fuerunt absconsa us-
que ad Apostolos, & tradita sunt ab ipsis, ut à Domino acceperunt: absconsa autem in
veteri testamento, quæ nunc manifestata sunt sanctis. Aliud verò est quod est diuitiæ
gloriæ mysterij, quod est in gentibus, quod est fides & spes in Christum, quem alibi dixit
fundamentum. Et rursus veluti cupiens manifestare cognitionem, sic scribit: Admonen-
tes omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in
Christo. Non omnem hominem absolutè, quoniam nullus esset infidelis: sed nec omnem
qui credit, perfectum in Christo: sed omnem dicit hominem, perinde ac si diceret: totum
hominem, utpote sanctificatum corpore & anima. Quod enim non sit omnium cog-
nitio subiungit apertè: Constructi in charitate, & in omnes diuitias certitudinis intelligen-
tiæ, in agnitionem mysterij Dei in Christo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scien-
tiæ absconditi. Orationi instate, vigilantes in ea cum gratiarum actione: gratiarum autem
actio, non fit solum in animo & bonis spiritalibus, sed etiam in corpore & bonis corporis.
Adbuc quoque apertius ostendit, cognitionem non esse omnium subiungens: Orantes si-
mul & pro nobis, ut Deus nobis ostium aperiat ad loquendum mysterium Christi, propter
quod etià vincit sum, ut manifestem ipsum ita ut oportet me loqui. Iam enim erant quæ-
dam quæ Hebræis tradebantur sine scriptis. Etenim cum deberetis, inquit, esse doctores,
propter tēpus, ut qui in testamento veteri consenueritis, rursus opus habetis ut vos doceam
quanam sint elementa inij eloquiorum Dei, & facti estis quibus lacte sit opus, non soli-
do cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, est imperitus sermonis iustitiæ, est enim par-
uulus, ut cui sint primæ creditæ disciplina. Perfectorum autem est solidus cibus, qui propter
habitum habent sensus exercitatos ad discretionem boni & mali. Quocirca dimittentes
inij Christi sermonem, feramur ad perfectionem. Quinetiam Barnabas qui ipse quoque
prædicauit verbum vna cum Apostolo, Simplicius, inquit, vobis scribo, ut intelligatis.
Deinde paulò inferius, iam adducens manifestius vestigium traditionis quæ est ex cog-
nitione, dicit: Quid eis dicit alius Propheta Moses: Ecce hæc dicit Dominus Deus: Intra-
te in terram bonam, quam iurauit Dominus Deus, Deus Abraham, & Isaac, & Iacob,
& possidete eam terram fluentem lacte & melle. Quid dicat cognitio, discite: Sperate,
inquit, in eum qui in carne est vobis manifestandus Iesus Christus. Homo enim est terra
patiens: ex facie enim terræ fuit Adæ formatio. Quid ergo dicit in terrā bonam fluentē la-
cte & melle? benedictus Dominus Deus noster, o fratres, qui sapientiā & intelligentiam
posuit in nobis occultorū suorum. Dicit enim Propheta, Parabolā Domini quis intelligit,
nisi sapiens

nisi sapiens & sciens, & diligens Dominum suum? Paucorum est hæc capere. Non enim
inuidens, inquit, præcepit Dominus in aliquo Euangelio: Mysterium meum mihi, & fi-
liis domus meæ, in tuto & extra sollicitudinem statuens electionem, ut cum ea acceperit
quæ sunt cōiuncta & cōueniētia ijs quæ elegerit, sit Zelo superior. Qui enim nō habet boni
cognitionem, est malus, quoniā vnus est bonus, pater: patrem autem ignorare, est mors: ut
nosse, vita aterna, per participationem potestatis, in quam non cadit interitus: & non in-
terire quidem, est esse participem diuinitatis: interitum autem affert recessus à Dei cog-
nitione. Rursus Propheta: Et dabo tibi thesauros absconditos, obscuros, inuisibiles, ut co-
gnoscāt quod ego Dominus Deus. His cōuenienter David quoque psallit: Ecce enim veri-
tate dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Diem diei eructat ver-
bum, ut apertè scriptum est, & nox nocti indicat scientiam, quæ est abdita mysticè. Et non
sunt loquela neque sermones, quorum non audiantur voces eorum, Deo qui dixit, Faciet
quis clanculum, & non videbo ipsum? Propterea disciplina dicta est illuminatio, ut quæ
manifestauerit ea quæ erant occulta, cum magister solum aperuerit arcæ operculum, contra
quæ Poëtæ dicunt Iouem bonorū quidem dolium obturasse, malorū autem aperuisse. Scio
quod veniens ad vos, inquit Apostolus, veniam in plenitudine benedictionis Christi. Spi-
ritale donum, & traditionem quæ est ex cognitione, eis præsentibus præsens cupit impertire
(neque enim ea poterant significari per epistolam) plenitudinem Christi, vocans per reue-
lationem mysterij, quod aternis temporibus fuerat tacitum, nunc autem fuit manifesta-
tum per scripturas Propheticas, secundum mandatum æterni Dei, ad obedientiam fidei in
omnes gentes cogniti: hoc est in eos qui ex gentibus eum esse credebant, Paucis autem ex his
ostenditur quanam sunt ea quæ sunt in mysterio.

COMMENTARIVS.

* SED enim non solum qui ex Ægyptijs vi ratiocinādi plurimum valere. Non soli Ægyptij sed etiam alij Bar-
bari arcanis & occultis symbolis quæ volebant significabant, ut Idanthuras Dario Scytharum Regi bellum
minans, non literas sed symbolum misit pro literis. Eius Idanthiri meminit Herodorus sub nomine Idan-
thyri, sed aliter ab eo narratur hæc historia. Anacharsis quoque philofophus Scythia lepido symbolo si-
gnificat & voluptatem & linguam esse continendam, sed magis linguam. Dormiens enim sinistra cohibe-
bat pudenda, os autem dextera. ^b Et quid opus est vi in barbaris. Non solum Hebræi & Ægyptij, & Scythæ,
& alij Barbari vtuntur symbolis & mysticis enigmatibus, sed etiam Græci, qui literis vtuntur Ephesijs, loco
symbolorū. De iis antea diximus in libro aduersus gentes, nec opus est vt repetamus. Qui de iis plura cupit
videre, legat Cælium 16. lect. antiq. cap. 14. Quod autem dicit *πέντες*, id est quaternio annus propter horas,
per horas intelligit quatuor anni tempora. ^c Quinetiam Dionysius Thrax Grammaticus. Et verbis & ramis si-
gnificantur actiones, paucis quidem verbis constant præcepta Delphica, quæ admonent quid sit agendum,
vt Nolce te ipsum, & Ne quid nimis, quæ pulchre exponit Erasmus in Chilia dibus: symbolis autem, qualia
sunt quæ sculpuntur literis Hieroglyphicis, vt rotis quæ perpetuam significat reuolutionem. Ramis autem,
qui docent quidem ramos fructum producentes diu durare, homines autem breui tempore interire: aut vt
rami vtuntur, ita homines quoque breui morituros. ^d Genus ergo symbolica interpretationis. Concludit ad
multa conferre symbolicam interpretationem, deinde subiungit puerorum doctrinam, quæ eos docet ele-
menta ostendere esse multa vocabula, quæ præter propriam & naturalem significationem, mysticè etiam
& allegoricè significant, vt Bedy, quod etiam mysticè multa significat, Zaps, plectrum, quod etiam mysticè
& allegoricè diuersa significat. Citat quidem Clemens auctores qui de iis scribunt, sed cum ij nobis perie-
rint, imperfecta quoque necesse est sit eorum quæ dicunt cognitio, quæ multum iuuatur ex præcedentibus
& consequentibus. ^e Sphinx autem non est. Subiungit alterū vocabulum, nempe Sphinx, quod præter pro-
priam & naturalem, mysticam & allegoricam habet significationē. Eum alij dicunt esse vniuersorum intel-
ligentiam, alij mundi conuersionem, alij spiritualem quandam tenorem quæ peruadit, & mundum conti-
net. Sed melius est dicere argumento sumpto ex etymologia, Sphingem accipere pro athere qui omnia
continet & constringit. Dicitur enim Sphinx, *σφίγξ* quod significat constringo. Hoc probat autho-
ritate Empedoclis qui in suis dicit versibus:

Titan, atque ather qui cuncta astringit in orbem.

f Apollodorus autem Corcyreus dicit hos versus. Qui hic citatur versus prolati sunt à Brancho vate expiante Mi-
leſios qui laborabant fame, qui sequuntur autem à populo respondente. Iubebar autem vates cani Apolli-
nem & Dianam, qui dicti sunt *δίαπρησι*, quod procul operarentur. Sunt autem hæc carmina plane Magica,
quæ ab iis demū intelliguntur qui sunt Magicis initiati præstigijs. Chnachzbi certe quod conatur Clemēs
exponere, est barbarum, nec est ex Græcis quærenda eius etymologia quantumcunque videatur probabi-

lis. *Thespis autem Tragicus per hæc dicit.* Sunt hæc quoque Magica ænigmata, per quæ quid significari velit Thespis non intelligo. Sunt certe non minus obscura propria vocabula quam mystica & allegorica. In diuinana itaque eorum significatione suum sit cuique iudicium: ingenue enim fateor me ignorare quid sit Canachzbi, quid Chryptes caseus, & quid candens fulgur Bromij, nec quænam sint viginti quatuor elementa animæ, nec quid sit Drops quod verbum dicit esse efficax, & videtur innuere, id ad Christianam pertinere disciplinam. *Fertur etiam tertia puerilis descriptio.* Sunt hæc quoque ænigmatica vocabula, quæ simul coniuncta hanc mysticam habent significationem, oportere nos progredi ad perfectorum cognitionem vi & labore superata difficultate. *Quid verò an non Epigenes.* Epigenes scripsit librum de Poësi Orphei. In eo autem dicit multa esse propria vocabula, quæ mysticè & ænigmaticè alia significat. Radij incurri significant aratra, stamina, sulcos, filum, semen: Iouis lachrymæ, pluuiam: *μείρα*, id est parca vel partes, *10* ab Orpheo *λευκοπόλοι*, quasi dicas candidis vestibus induta: Nox dicitur *νύξ*, id est otiosa, quod in ea quiescat: Luna dicitur *γερβήσας*, quod in ea sit facies quæ putatur esse Gorgonis: Venus apud Theologum, nempe Poëtam Orpheum dicitur tempus seminandi. *Huiusmodi etiam ænigmatibus vtebantur Pythagorei.* Non solum Pythagoras vsus est symbolis, sed etiam eius discipuli sua habuerunt ænigmata, quæ aliud significabant quam verba præ se ferrent. Canes enim Proserpinæ vocabant Planetas, & lachrymam Saturni, mare. Nō solum autem Pythagorei, sed etiam alij Philosophi vsi sunt allegoricis ænigmatibus. Nec defuerunt qui enigmatica & obscura ex professo vsi sunt oratione, vt Heraclitus de natura, qui ideo dictus est *σκοτεινός*, id est obscurus & tenebrosus. Pherecydes quoque Syrus suam Theologiam itidem scripsit obscure. Is autem vt scribit Laertius, primus scripsit Græcis de natura & Diis. Fuerunt etiam quædam Poëtarum scri- *20* pta adeo obscura, vt in iis explicandis se exerceret Grammatici, ea enim erant tanquam gymnasium. Ij Poëte fuerunt Euphorion, & Callimachus in libro quem inscripsit *Causas*, & Lycophron in libro cui est titulus *Alexandra*. *Talia ergo Moses quoque præcepit.* Quæ præcepta dedit Deus per Mosem de mundis animalibus quibus licet vesci, & immundis quibus non licet, sunt ænigmatica & allegorica, quæ docent cum quibusnam sit versandum, & quorum sit fugiendum consortium, vt docet Barnabas hæc exponens fortasse in eo quod scripsit in Euangelio, quod licet sit apocryphum, id tamen citat Clemens. Vt hæc autem intelligamus, circuncidenda sunt aures & corda, vt scilicet nihil audiamus nec cogitemus quod à pietate & virtute sit alienum. *Et rursus quando dicit in Cantico.* Est etiam ænigmaticum & allegoricum quod in Cantico dicit Moyses, Equum & ascensorem deiecit in mare. Significat enim equum, id est animi motum qui est duplex ira scilicet & cupiditas, & ascensorem, id est rationem cuius est imperare, cum habenas laxasset voluptatibus, proiecit in mare, id est, in mundi tumultus & perturbationes. Idem significat Plato cum dicit, *30* Autigam & equum, id est partem expertem rationis quæ est duplex, ira & cupiditas, cecidisse. Idem etiam significat Phaëron, qui cum equos quos regendos acceperat non potuisset retinere, è curru cecidit. Fabula est apud Ouidium in *Metamorphosi*. *Ita etiam se habet de Ioseph.* Iosephi historiam exponit allegoricè: Ioseph erat varia cognitione præditus, & ideo scribitur variam habuisse tunicam. Eius autem fratres cum essent ignorantes, ipsi inuidebant, scientiæ enim inuidet inscitia. Eum itaque exuerunt varia tunica, id est varia & multiplici rerum cognitione magnis parta laboribus, & eum proiecerunt in lacum seu cisternam aqua vacuam, similem fratribus qui carebant scientia, & vtentes fide quæ est ex lege, vendiderunt eum in Ægyptum, quæ verbo caret diuino, est autem fides inutilis sine verbo & ratione. Significat etiam varia tunica cupiditatem, quæ proicitur in vastum barathrum. Non omnis autem est admittendus ad cisternam *40* qui tenet desiderio cognitionis, sed is demum qui sitit cognitionem, & potest continere veritatem quæ est in profundo. Quod si non possit, est ei ocludenda cisterna, sicut & ei qui accedit sine Verbo. *Quod si quis accesserit, multabitur Dominus cisternæ,* quod eum admiserit qui à verbi magnitudine opprimitur, aut traduxerit ad contemplationem cui sufficiebat si credens operaretur. Multabitur autem sui facti reddens rationem, quod verbo non sit vsus vt oportuit. Hæc est autem allegoria cisternæ de qua scribitur Exodi *xxj.* *Hic est ergo typus & figura legis & Prophetarum.* In lege quidem & Prophetis multi fuerunt typi & figuræ, durarunt autem vsque ad Ioannem, qui quidē locutus est apertius, non enim amplius venturū prædixit vt Propheta, sed Christum ostendit præsentem qui prius per figuras annuntiabatur venturus. Et ideo ab ipso Christo dictus est Propheta & plus quam Propheta. Quamuis autē aperte est locutus vt qui Christum qui venerat ostenderit, typice tamen nonnunquam est locutus, vt cum dixit se non esse dignum qui solueret *50* corrigiam eius calcei, significans se esse indignum qui eum baptizaret, qui cum sit mundus non est opus vt baptizetur. Mundantur autem ij quorum anima exoluitur à corpore & à peccatis vt pes à vinculo: in Christo autem non erant peccatum: baptizatus est autem vt eius contactu aqua mundata baptizatos sanctificaret. Quamuis autem Ioannes Christi animam non soluit à peccatis, vt in quo non esset peccatum, nec vllus dolus, Christum tamen præsentem ostendens, soluit finem eorum quæ prædicta sunt de carnis humana susceptione, & reuelauit quæ mysticè & symbolicè de Christo prædicta erant in figuris. Quod autem dicit, Et quæ à Romanis fiunt in testamētis &c. videtur alludere ad testamēta quæ fiebant per *as* & libram, & ad alios ritus Romanorū, sed quoniā non mihi videtur coherere cum iis quæ dicit de Ioanne, nec possum diuinare cur hæc afferat, id relinquo coniiciendum perspicacioribus. *Quæ est autem conuentio.* Magna *60* erat differentia inter columnas quæ ponebantur Olympiis, id est Diis caelestibus, & quæ mortuis. Habebant autem suos honores & Olympij, id est Dij caelestes, & mortui quibus fiebāt quæ vocantur iusta. Mortuos autem vocabant Hebræi quorū barbaram dicit esse Philosophiam, eos qui deficiūt à suis dogmatibus, & rationem subiiciunt vitii & animi perturbationibus. De iis intelligebat Christus quando dicebat, *Sine mortuos sepelire mortuos suos.* Iubet itaque Dominus ab eis exire & separari, & immundum non tangere. Immundum autem tangere dicuntur qui polluantur in mortuis ad quos accedunt, qui scilicet à suis dogmatibus discedunt & agitantur à vitii & animi perturbationibus. Qui autem à suis, nempe fidei dogmatibus non recedunt, nec agitantur animi motibus & perturbationibus, dicit Deus se illis futurum *in patrem*

Diog. Laertius in eius vita.

Plato in Phædro.

Metamo. 2.

Matth. 8.

in patrem, & ipsos ei futuros pro filiis. *Non soli autem Pythagorei.* Enumerat Philosophos apud quos fuerunt scripta arcana & symbolica, Pythagoreos, Platonem, Epicureos, Stoicos, Aristoteleos, quorum erant quædam popularia quæ vulgo scribebantur quæ quidem vocabant externa, quædam quæ à solis audiebantur discipulis, quæ dicebantur *ἑσotericά*. Qui mysteria scripserunt, cum essent Philosophi, à suis dogmatibus fabulis arcebant indoctos, quæquidem dogmata erant humanæ opinioniones, sed multo magis arcebant à beata diuinarum quæ veræ sunt rerum contemplatione. Non omnia autem quæ tanquam fabulæ narrantur apud Pythagoram, & apud Platonem intelliguntur allegoricè, maxime si ea de quibus in illis agitur sint priuata & singularia, sed allegoricè intelliguntur quæ vniuersam & generalem in se continent sententiam sub symboli velamento. Porro autem Pythagoræ quoque discipuli erant in duplici genere. Alij enim erant *10* *ἐκωνομαδικοί*, id est auscultatores, ij erant qui ea audiebant, quæ pertinebant ad mores. Alij erant Mathematici qui audiebant disciplinas. Qui audiebant quæ admores pertinebant, iis omnia dicebantur apertè, qui autem audiebant disciplinas, iis multa occultabantur, multa enim erant quæ non poterant statim allequi. Apud Peripatericos quoque erat duplex genus orationis, nempe & oratio quæ constat ex opinabilibus, & quæ constat ex iis quæ scientiam constituunt, nempe ex demonstrabilibus. Apud Platonem autem multæ narrantur fabulæ quæ nō sunt symbolicae. In decimo de repub. narratur, quomodo Armenius genere Pamphylus, cum duodecimo die post mortem in rogo iaceret comburendus, reuixerit, & narrarit quæ viderat illis duodecim diebus apud inferos. In Gorgia autem narratur quomodo Æacus & Rhadamantus post mortem à Ioue constituti sunt Iudices. In Phædone autem describitur tartarus in quo penas luunt, qui impie & scelerate vixerunt. In Protagora dicit se pluris facere Prometheum qui quæ sunt facienda præiudicidit, quam Epimetheum qui post factum errorem agnouit, quod quidem sumplit ex Hesiodo. In Critia seu *20* Athlantico narrat bellum, quod olim fuit gestum inter Athlanticos & Athenienses. Sunt autem omnes hæc fabulæ narrationes, quæ nullis sunt velatæ symbolis aut ænigmatibus. Sunt enim omnia aperta, neque est in his aliquid occultum & arcanum. *Musæ certe Ionica dicunt dilucide vulgus hominum.* Quasnam dicat Musæ Ionicas non satis possum conicere. Quæcunque autem ea sunt dicunt, vulgus & eos qui sibi videntur sapientes, sequi Poetas, & vt legibus quas sciunt esse malas: qui autem sunt optimi, eos persequi gloriam, & ea quæ sunt vulgo contraria, ea autem sunt æterna gloria. Vulgus autem hominum in voluptate suam constituit felicitatem, voluptate, inquam, ventris, & pudendorum. Parmenides autem Elcates statuit duplicem esse viam doctrinæ, vnā veritatis, alteram autem opinionis.

*MERITÒ ergo Plato quoque de Deo tractans in epistolis: Dicendum est, inquit, vt tibi per ænigmata, vt si tabulæ vel in mari vel in terra aliquid acciderit, qui legit non intelligat. Deus enim vniuersorum, qui omnem vocem, omnem cognitionem, & omnem superat notionem ac intelligentiam, nunquam mandari possit literis, cum sit potestate sua eiusmodi, vt verbis non possit exprimi: quod ipsum quoque Plato significauit, dicens: Hæc ergo considerans, caue ne te aliquādo pœniteat eorum quæ nunc indignè exciderunt. Maxima autem cautio est, non scribere, sed discere. Non potest enim, non potest fieri, vt quæ *30* scripta sunt non excidant.* *His germana dicit sanctus quoque Apostolus, Prophetica* *1. Cor. 2.* *& verè antiquam conseruans occultationem, à qua quæ Græcis fuerūt pulchra profluxere dogmata. Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam autem non huius seculi, neque principum huius seculi qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam. Deinde paulò inferius cautionem ne sermones in vulgus exeant, docet hoc modo: Et ego fratres, non potui loqui vobis tanquam spiritualibus, sed tanquam carnalibus: tanquam infantibus in Christo lac potum vobis dedi, non cibum: nondum enim *40* poteratis, sed neque adhuc potestis, adhuc enim carnales estis. Si ergo lac quidem est infantium, cibus autem, perfectorum nutrimentum, dictus est ab Apostolis: lac quidem intelligetur catechesis, veluti primum nutrimentum animæ: cibus autem, suspiciens contemplatio, quæ sunt ipsæ carnes & sanguis verbi, hoc est, comprehensio diuinæ potentie & essentia. Gustate & videte, inquit, quòd Christus est Dominus. Sic enim seipsum imperit iis qui sunt talis cibi spiritualis participes, quando anima ipsa seipsam nutrit ex sententia Platonis. Cibus enim & potus verbi diuini, est cognitio diuinæ essentia. Quamobrem Plato quoque dicit in secundo de Republica: Cum sacrificauerimus, non porcum, sed magnum aliquod & dubium sacrificium, ita demum oportere de Deo quærere. Apostolus autem: Et pascha, inquit, nostrum immolatus est Christus, reuera rarum & inexplicabile sacrificium, filius Dei qui pro nobis sanctificatur. Sacrificium autem Deo acceptum, est corporis & eius affectionum ac vitiorum separatio: is est verus reuera Dei cul- *50* *1. Cor. 3.* *1. Cor. 5.**

tus. ^a Num autem propterea merito dicta est à Socrate Philosophia mortis meditatio? qui enim neque visum trahit in cogitando, neque aliquem trahit ex aliis sensibus, sed ipsa pura mente se rebus applicat, is veram persequitur philosophiam. Hoc sibi vult etiam Pythagora quinque annorum silentium, quod præcepit discipulis, ut scilicet auersi à rebus sensibilibus, nuda mente Deum contemplarentur. Hæc ergo à Mose acceperunt philosophati Græcorum præstantissimi. Præcepit enim ut holocausta, cum ea excoriauerint, membra-
 tim diuidant, quoniam cognoscentem animam cum nuda fuerit à pelle materiali, absque
 10 nugis corporis & omnibus vitiis, quæ sibi vendicant inanes & falsæ opiniones, carnalibus exutam cupiditatibus, luci consecrari necesse est. ^c Plurimi autem homines, id quod est mortale tanquam cochleæ induentes, & circa suas ipsorum libidines & intemperantias, non secus atque histrices, instar globi circumacti, de beato Deo, & in quem non cadit interitus, talia qualia de se opinantur. Non animaduertunt autem etsi nobis sint propinqui, Deum dedisse nobis innumerabilia quorum ipse non est particeps: generationem quidem, cum ipse sit ingenuus: nutrimentum autem, cum ipse eo non egeat: & augmentum, cum
 20 sit in æqualitate: senectutis & mortis potestatem, cum ipse sit senij & mortis expers: quo circa & manus, & pedes, & os, & oculos, & ingressus, & egressus, & iras, & minas, nemo aliquo modo existimet dici Dei affectiones apud Hebræos. Sanctius est autem & magis pium, quædam ex his nominibus dici allegoricè, quæ quidem procedente tempore suo loco aperiemus. ^e Ex omnibus medicamentis est maximè salutæ sapientia. Callimachus scribit in Epigrammatibus. Alius autem ex alio sapiens. Olim & nunc, inquit Bacchylides in Pæanibus: neque enim arcanorum versuum fores facile est inuenire. Pulchrè
 30 itaque Isocrates in Panathenæico, cum prius posuisset, Quosnam ergo voco sapientes? subiungit: Primum quidem eos qui rectè utuntur iis rebus quæ quotidie accidunt, & quorum est eiusmodi opinio, ut temporum opportunitates facile assequatur, & magna ex parte coniectet id quod est utile: deinde eos qui honestè & iustè semper versantur cum iis quorum utuntur consuetudine: & quæ ab aliis quidem afferuntur molestias & indignitates toleranter & facile ferunt, se ipsos autem quam fieri potest minimè graues, & quam moderatissimos exhibent iis qui eis utuntur: præterea autem eos, qui voluptatibus quidem
 40 imperant, & sunt eis superiores: non vincuntur autem à rebus aduersis, sed in eis se strenuè gerunt, & pro dignitate naturæ cuius sunt participes. Quartum, quod quidem est maximum, eos quos non corrumpunt res secundæ, nec ab eis ad immoderationem traducuntur & insolentiam, sed permanent in ordine eorum qui sunt modesti & rectè sapiunt. Deinde colophonem addit orationi: Eos autem qui non solum ad unum ex his, sed ad ea omnia habent animi habitum bene compositum, eos dico esse & prudentes & perfectos viros, & omnes habere virtutes. Vides quomodo vitam quæ ex cognitione agitur, græci quoque
 50 (etsi nesciunt quomodo scire oporteat) diuinis laudibus celebrent: quænam autem sit cognitio, ne in somnis quidem norunt. Si ergo inter nos conuenit, cognitionem esse cibum rationalem, reuera sunt beati, qui conuenienter diuinæ scripturæ esuriunt & sitiunt veritatem, quoniam implebuntur alimento æterno. ^g Valde autem admirabiliter qui est in scena Philosophus Euripides, inuenitur iis quæ hic dicta sunt consentire per hæc, patrem & filium simul nescio quomodo tacitè significans: Tibi omnium regi libamen & molam offerens, Iupiter, siue maioris Dis vocari: Tu autem mihi sacrificium rarum & pretiosum
 60 omnis fructuum oblationis accipe, plenum, profusum. Perfecta enim & omni ex parte absoluta oblatio, rarumque & pretiosum, pro nobis Christus est sacrificium. Et quod Seruatorem ipsum nescius dicat, planum faciet, subiungens: Tu enim & in cælestibus scriptum Iouis tractans, terrestrium autem ô Dis es imperij particeps. Deinde dicit aperte: Mitte qui-

Mitte quidem lucem, animæ virorum scire volentium certamina vndenam germinauerint: Et quænam radix malorum, & quemnam ex beatis, cum exposuerint, inuenire possit quies laborum. ^h Non abs re ergo in mysteriis quoque quæ fiunt apud Græcos, primum locum tenent expiationes & expurgationes, sicut etiam apud Barbaros lauacrum. Post hæc autem sunt parua mysteria, quæ habent aliquod fundamentum doctrinæ & præparationis futurorum. In magnis autem de vniuersis non restat amplius discere, sed contemplari & mente comprehendere & naturam & res ipsas. Acceperimus autem expian-
 10 di quidem & expurgandi modum, confessione, contemplandi autem resolutione, procedentes ad primam intelligentiam per resolutionem, ex iis quæ sunt ei subiecta ducentes initium, auferentes quidem à corpore qualitates naturales, circuncidentes autem eam quæ est in profundum dimensionem: deinde eam quæ est in latitudinem, & post ea eam quæ est in longitudinem. Quod enim restat signum, est vnitatis, quæ, ut ita dicam, habet posituram: à qua si posituram abstuleris, vnitatis intelligitur. Si ergo ablatis omnibus quæ adsunt corporibus, & iis quæ dicuntur incorporea, nos ipsos proiecerimus ad Christi magnitudinem:
 20 & deinde in vastitatem immensatamque sanctitate procefferimus, ad intelligentiam omnipotentis utcumque procefferimus, non quod est, sed quod non est cognoscentes. Figura autem & motus, vel status, vel sedes, vel locus, vel dextera, vel sinistra, de patre vniuersorum ne sunt quidem cogitanda. Atqui hæc quoque scripta sunt, sed quid velit significare unumquodque eorum, ostendetur suo loco. Non est ergo prima causa in loco, sed supra locum & tempus & nomen & intelligentiam. Propterea Moses quoque dicit: Ostende no-
 30 bis te ipsum euidentissimè: tacitè innuens Deum non posse doceri, nec verbis exprimi ab hominibus, sed sola ea quæ ab ipso proficiscitur posse potestate cognosci. Inquisitio enim est informis, & quæ non cadit sub aspectum: gratia autem cognitionis, est ab ipso per filium. Apertissimè autem Solomon nobis feret testimonium, dicens hoc modo: Prouidentia hominis non est in me, Deus autem dat mihi sapientiam, scio autem sancta. ⁱ Iam verò diuinam prouidentiam allegoricè Moses nominauit lignum vitæ quod plantatum fuit in paradiso: qui quidem paradysus potest etiam esse mundus, in quo orta sunt omnia quæ proceffere ex creatione. In eo & verbum floruit & fructum tulit caro factum, & eos qui eius benignitatem gustarunt viuificauit, quoniam nec absque ligno nobis venit in cognitionem. Suspensa enim est vita nostra ad fidem nostram. ^k Porro autem Solomon rursus dicit: Arbor est immortalitatis iis qui ipsam apprehendunt. Et ideo dicit: Ecce do ante faciem tuam vitam & mortem, diligere Dominum Deum, & ambulare in viis eius, & audire vocem eius, & credere vitæ. Sin autem transgressi fueritis iustificationes & iudicia quæ dedi vobis, perditione perdemini. Hoc enim est vita & longitudo dierum tuorum, diligere Dominum Deum tuum. ^l Rursus Abraham cum venisset in locum quem dixit ei Deus, tertio die suspiciens videt locum eminentem. Nam primus quidem dies est qui fit per aspectum rerum pulchrarum & honestarum: secundus est optimæ animæ desiderium: tertio verò menses perspicit spiritalia, apertis oculis à Magistro qui tertio die resurrexit. Fuerint autem quoque tres dies mysterium signaculi, per quod, is qui verè est Deus, creditur. Eminentem ergo consequenter videt locum, est enim Dei regio captu difficilis, quem appellauit Plato ^m ἰδεῶν, hoc est, idearum regionem, seu campum ac receptaculum, cum à Mose eum accepisset esse locum, ut qui omnia & vniuersa contineat. Merito autem eminentem videtur ab Abraham, propterea quod sit in generatione, & per Angelum continenter ac proximè
 60 mysteriis initiatur. Hinc Apostolus: Videmus nunc, inquit, tanquam per speculum, tunc autem facie ad faciem, per solas illas puras & incorporeas mentis applicationes. Fieri autem potest ut quis in differendo de Deo, diuinet, si ag grediatur absque omnibus sensibus,

Exod. 33.

Prouer. 30.

Sap. 15.
Eccl. 15.
Deut. 30.

Gen. 22.

1. Cor. 13.

contendere ad id quod est unumquodque, & ab iis quæ sunt non prius discedere, quàm transcendens ea quæ id supereminet, id quod est bonum, ipsa apprehenderit intelligentia, versans in ipso sine eius quod potest apprehendi intelligentia, ex Platonis sententia. Rursus Moses non permittens aras & delubra multis in locis construere, uno Dei templo extructo, & unigenitum esse mundum, ut ait Basilides, & unum, ut non amplius videtur Basilidi, Deum annunciauit: & quoniam eum qui comprehendere non potest loco, non comprehendit Moses qui est præditus cognitione, in templo nullum posuit colendum simulachrum, Deum sub aspectum non cadere, & circumscribi non posse significans, ad Dei autem notitiam Hebræos utcunque adducens, per honorem eius quod est in templo nominis. Quinetiam verbum prohibens & sanctorum constructiones, & omnia sacrificia, omnipotentem non esse in aliquo tacite significat, per ea quæ dicit: Quam domum edificabitis mihi, inquit Dominus? Cælum mihi est sedes, & quæ deinceps consequuntur. Et de sacrificiis similiter: Sanguinem taurorum, & adipem agnorum nolo, & quæ post hæc per Prophetam prohibet spiritus Domini. Pulcherrimè igitur his quoque Euripides adstipulatur, scribens:

Constructa ab architectis quæ queat domus,
Corpus Dei plexu cohibere mœnium?

Et de sacrificiis similiter:

Nanque indiget Deus, Deus si rectè fiet.

Poëtarum sunt hæc verba infelicia. Deus enim non fecit mundum, quod ei opus esset, & honores scilicet ab hominibus, & ab aliis diis & demonibus, inquit Plato, perciperet, veluti quoddam vectigal accipiens à generatione: à nobis quidem fumos, à diis autem & demonibus propria eorum munera ac ministeria. Appositissimè ergo & efficacissimè ad docendum Paulus in Actis Apostolorum, Deus, inquit, qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, is cum sit Dominus cæli & terræ, non in manu factis templis habitat, neque ab humanis manibus colitur aliquo indigens, cum ipse det omnibus spiritum & vitam & omnia. Dicit autem Zeno quoque autor sectæ Stoicæ, in libro de Republica, neque oportere templa facere, neque imagines: nihil enim quod sit compositum esse diis dignum. Nec veritus est hæc his verbis scribere: Neque opus erit fana edificare, fanum enim quod non sit magni precij & sanctum, nihil est existimandum. Nullum autem magni precij & sanctum, est edificatorum opus & illiberalium opificum. Meritò ergo Plato quoque sciens mundum esse Dei templum, civibus ostendit unum locum civitatis, ubi eis essent reponenda simulachra. Priuatim autem prohibuit ut nemo haberet Deorum imagines. Nemo ergo alius, inquit, diis sacra consecret. Nam aurum quidem & argentum & in aliis civitatibus priuatim, & in sacris, res est invidiosa: ebur autem corporis quod amisit animam, est nefarium donarium: ferrum autem & as, sunt instrumenta bellorum. Ex ligno autem id quod est ex uno ligno compactum, quodcunque voluerit offerat: similiter etiam ex lapide quoque ad sacra communia. Meritò ergo in magna epistola: Verbis enim, inquit, nequaquam potest explicari ut aliæ disciplinæ. Sed cum in re ipsa diuturnus fuerit usus & longa vitæ consuetudo, repente tanquam ex igne qui exiliit lux accensa in anima, ipsa se ipsam iam alit. Annon hæc sunt similia iis quæ dicta sunt à propheta Sophonia? Et assumpsit me spiritus, & sustulit in quintum cælum, & contemplantur Angelos qui Domini vocabantur, & diadema eorum impositum in sancto spiritu, & erat sedes uniuscuiusque eorum septuplo maior luce Solis orientis, habitantes in templis salutis, & laudantes Deum ineffabilem, altissimum. Patrem enim effectorem huius universitatis, & inuenire est difficile, & cum inueneris, ut apud omnes eloquaris, nequit fieri. Verbis enim minimè explicari

Esa. 66.
Psal. 49.

Act. 17.

Lib. 10. de
legibus.

Plato epist.
7.

explicari potest, ut aliæ disciplinæ, veri amicus dicit Plato. Pulchrè enim audierat quod sapientissimus Moses montem ascendens propter sanctam contemplationem, ad fastigium eorum quæ percipiuntur intelligentia, necessariò distinguens, prohibet ne totus populus secum ascendat. Et quando dicit Scriptura: Ingressus est autem Moses in caliginem ubi erat Deus, hoc significat iis qui possunt intelligere, Deum nec esse aspectabilem, nec verbis posse enunciari. Caligo autem reuera, nempe multorum incredulitas & ignoratio, obicitur splendori veritatis. Et rursus Orpheus Theologus cum ex eo adiutus dixisset,

Vnus perfectus per se, ex vno omnia facta,
aliàs, Nata, nam sic quoque scribitur, subiungit:

Nullus & ipsum

Mortalis cernit, verùm omnes aspicit ipse.

Apertius autem subiungit:

Non video hunc, solidus positus nam nymbus in orbem est:

Namque pupillæ oculis hominum mortalibus insunt

Paruæ & mortales: iis insunt nam caro & ossa.

Iis quæ dicta sunt feret testimonium Apostolus dicens: Noni hominem in Christo rap- ptum usque ad tertium cælum, & illinc in paradysum, qui audiuit verba arcana quæ non licet homini loqui: sic tacite significans, Deum verbis non posse explicari: non lege & metu alicuius præcepti, illud, non licet, adiiciens, sed sancta potestate Deum verbis enunciari non posse significans. Siquidem super tertium cælum dici incipit, ut fas est iis qui illic sunt electas animas initiare sacris. Scio autem apud Platonem (multa enim exempla quæ sunt ex barbara philosophia, nunc mihi suggerit scriptura, conuenienter primis promissis, tempus expectans) multos cælos intelligi. Cum certè dubitasset in Timæo, an oporteat plures mundos, an hunc unum existimare, indifferenter utitur nominibus, citra ullum discrimen nominis, mundum & cælum appellans. Dictio autem sic habet: Vtrum ergo rectè diximus unum cælum, an multos & infinitos? Rectius fuerit unum dicere, siquidem effectus est ad exemplar. Quinetiam in epistola Romanorum ad Corinthios scriptum est: Oceanus infinitus, & qui sunt post ipsum mundi. His ergo consequenter exclamat diuinus Apostolus: O altitudo diuinarum sapientiæ & scientiæ Dei. Nunquid ergo hoc erat quod tacite significabat Propheta, iubens subcinericios, qui ἐκρυφία, id est, occulti dicuntur, facere azymos: significans verè sacrum de ingenito & potestatibus eius verbum mysticum oportere celari. Hæc confirmans in epistola ad Corinthios aperte dixit Apostolus: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam autem non huius seculi, neque principum huius mundi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditâ. Et rursus alibi dicit: Ad agnitionem mysterij Dei in Christo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Hæc obsignat ipse Seruator noster sic dicens: Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum. Et rursus Euangelium dicit Seruatorem nostrum dixisse Apostolis sermonem in mysterio. Dicit enim de eo Prophetia: Aperiet in parabolis os suum, & eruetabit quæ sunt absconsa à constitutione mundi. Iam verò per parabolam quoque de fermento significat Dominus occultationem. dicit enim: Simile est regnum cælorum fermento, quod cum accepisset mulier, abscondit in farina satis tribus, donec totum fuit fermentatum. Aut enim triplex ex obedientia salua sit anima: per spiritalem potestatem in ea absconsam, per fidem, aut quod vis verbi quæ data est nobis, cum sit valida & compendiosa, quemlibet qui eam exceperit & intra se possederit, occultè & latenter ad se trahit, & omnem eius coactam multitudinem colligit ad unitatem. Hæc ergo à Solone sapientissimè scripta sunt de Deo:

Exod. 19.
Deut. 4.

1. Cor. 12.

Rom. 11.

1. Cor. 2.

Col. 2.

Matth. 13.

Psal. 77.

Matth. 13.

Mensuram haud facile est obscuram mente videre,
Extrema ex rebus quæ omnia sola tenet.

De Deo enim dicit poeta Agrigentinus:

Illum non oculis nostris apprehendere fas est,
Aut manibus, via quæ reuera est maxima, mentes
Ut credant hominum quæ mox deducere possit.

Ioan. 1.

Et Ioannes Apostolus: Deum nemo vidit unquam, unigenitus Deus qui est in sinu pa-
tris, ille exposuit. Cum autem inaspectabilem & ineffabilem Dei sinum nominasset, hinc
quidam eum profundum vocauerunt, ut qui omnia comprehēderit, & veluti sinu comple-
xus sit, nec possit quis eum assequi, & sit infinitus. ^p Est quidem certè hæc de Deo oratio
tractatu difficillima. Quoniam enim cuiusvis rei principium est inuentu longè difficilli-
mum: est certè omnino primum & antiquissimum principium difficillimum ad demon-
strandum, quod quidem est etiam aliis omnibus causa ut fiant & facta sint. Quemadmo-
dum enim dici potuerit, quod neque est genus, neque differentia, neque species, neque indi-
uiduum, neque numerus, sed nec accidens aliquod, neque cui aliquid accidit. Neque verò
eum totum rectè dixerit quispiam: in magnitudine enim totum ponitur, & est pater uni-
uersorum. Sed neque dicendum est esse aliquas eius partes: in unum enim non cadit diui-
sio, & ideo est etiam infinitum, non quòd eiusmodi mente cogitetur ut peruari non possit,
sed quatenus nullam distantiam suscipit ac dimensionem, & finem non habet: & ideo est fi-
guræ expers, & quod nominari nò potest. Et si aliquando eum nominemus, non propriè vo-
cantes, aut unum, aut bonum, aut mentem, aut ipsum id quod est, aut patrem, aut Deum,
& creatorem, aut Dominum: non id dicimus tanquam nomen eius proferentes, sed propter
eius potestatem pulchris utimur nominibus, ut in aliis non aberrans, his inniti possit cogi-
tatio. Non enim unumquodque ex his Deum significat, sed omnia simul omnipotentis in-
dicant potentiam. Quæ enim dicuntur ex iis quæ ipsis adsunt, aut ex ea quæ est inter se in-
uicem habitudine ac relatione: eorum autem nihil potest de Deo accipi. Sed neque scientia
accipitur demonstratiua, ea enim ex prioribus constat & ex notioribus: nihil est autem
ante ingenitum, restat utique ut diuina gratia, & solo quod ab eo proficitur verbo, id
quod est ignotum intelligamus, quomodo Lucas quoque in Actibus Apostolorum Paulum
dicere commemorat: Viri Athenienses, per omnia tanquam superstitiones vos vi-
deo: præteriens enim & contemplans quæ colitis simulachra vestra, inueni etiam aram
in qua scriptum erat, Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, eum ego vobis annun-
cio. Quicquid ergo cadit sub nomen, est genitum, velint annon. Siue ergo pater ipse ad se
trahit quemlibet qui pure vixerit & processerit ad notionem beatæ naturæ, & in quam
non cadit interitus: siue liberum quod est in nobis arbitrium, veniens ad boni cognitio-
nem, septa transilit, ut dicitur in gymnasiis: non tamen absque diuina gratia erigitur
& exurgit anima, & extollitur supra ea quæ supereminet, quicquid graue est deponens,
& reddens ei quod est cognatum. ^q Dicit autem Plato quoque in Menone, virtutem
esse datam diuinitus, ut hæc eius verba ostendunt: Ex hac ergo consideratione, ô Menon,
videtur nobis virtus diuina sorte accedere quibus accedit. An non tibi videtur eum qui
ad omnes venit cognoscendi habitum, diuinam sortem tacitè significasse? Apertius au-
tem subiungit: Sin autem nos nunc in hac tota rectè quæsiuimus oratione, virtus nec fue-
rit natura, nec eiusmodi ut doceri possit, sed diuina sorte accedere, non absque mente, iis
ad quos accesserit. Ergo diuinitus data sapientia quæ est virtus Patris, adhortatur qui-
dem nostrum liberum arbitrium, admittit autem fidem, curamque & attentionem remu-
neratur electionis suprema communicatione. ^r Porro autem ipsum quoque tibi adducam
Platonem,

A.G. 17.

Platonem, apertè volentem ut credatur Dei filius. Nam cum de diis qui sub aspectum non
cadunt & sunt geniti, verba fecisset in Timæo, de aliis dicere demonibus, & eorum ortum
scire, dicit nostras vires superare: credendū autem esse iis qui prius dixerunt, qui à diis qui-
dem, ut dixerunt, genus duxere, apertè autem suos parètes cognouere. Fieri ergo non potest
ut Deorum filiis fides non habeatur, etiamsi absque probabilibus & necessariis dicant de-
monstrationibus. Non arbitror à Græcis posse manifestius ferri testimonium, Seruatorem
nostrū, & eos qui uncti sunt in Prophetiâ, hos quidè Dei filios esse appellatos: Dominū au-
tè cum sit verus & germanus filius, veros esse testes rerū diuinarū. Et ideo adiecit, oportere
eis credere, cum sint inspirati diuinitus, etiamsi quis paulò magis tragicè dixerit nò credere:

Nam non erat Iupiter hæc qui prædicauerat.

sed sciat ipsum Deum per filiū prædicasse scripturas. Fide autem dignus est is qui sua an-
nunciat: quoniam, Nemo, inquit Dominus, nouit patrem, nisi filius, & cui filius reuelauit.
Est ergo ex Platonis quoque sententia hoc credendum, etiam si absque probabilibus &
necessariis demonstrationibus, per vetus & nouum Testamentum prædicetur & dicatur.
Si enim non credideritis, inquit Dominus, in peccatis vestris moriemini. Contrà autem:
Qui credit habet vitam æternam. Beati ergo sunt omnes qui confidunt in ipso: fiduciā au-
tem habere, est quid fide amplius. Quando enim sciuerit quispiam magistrum nostrum esse
Dei filium, concipit fiduciam quòd eius doctrina sit vera. Quomodo autè doctrina, ex sen-
tentia Empedoclis, auget præcordia, ita in Dominum fiducia auget fidem. ^s Atque eorun-
dem quidem esse dicimus, philosophiam vituperare, fidem autem insectari, & laudare in-
iustitiam, & beatā vitam esse ducere quæ agitur ex cupiditate & libidine. Iam verò fides,
etsi est voluntaria animæ assensio, est tamen bonorum operatrix, & iustæ fundamentum a-
ctionis, etiamsi artificiosè disputet Aristoteles, facere quidem docens poni & in bestiis &
in inanimis, agere autem esse hominum tantum. Eos corrigat qui dicunt Deum esse facto-
rem vniuersorum. Quod autem agitur, est vel ut bonum, inquit, vel ut necessarium: iniu-
riam autem facere non est bonum: nemo enim facit iniuriam nisi propter aliquid aliud. Ex
iis autem quæ sunt necessaria, nihil est voluntarium: iniuriam verò facere est voluntarium,
quare nec est necessarium. Boni autem à malis maximè differunt, institutis, & electionibus
& bonis desideriis. Quæuis enim animæ nequitia est cum intemperatiâ, & qui agit propter
affectionē, propter intemperantiā agit & nequitia. Mihi itaque succurrit in singulis ad-
mirari diuinam illam vocem: Amen amen dico vobis, qui nò ingreditur per ostium in ouile,
sed aliunde ascendens, ille est fur & latro: qui autem ingreditur per ostium, est pastor
ouium, ei ianitor aperit. Deinde rem prosequens dicit Dominus: Ego sum ostium ouium.
Oportet ergo eos qui per Christum didicerunt veritatem fieri saluos, etiam si fuerint Græ-
cam philosophati philosophiam. Nunc enim apertè est ostensum, quod aliis generationibus
notum non euaserat, nunc hominum filius est reuelatum. Nam Dei quidem manifestatio
vnius omnipotentis erat, apud omnes qui rectè sapiunt omnino naturalis, & æternum ex
diuina prouidentia beneficium apprehenderunt plurimi, qui non planè omnem exuerunt
pudorem aduersus veritatem.

COMMENTARIVS.

⁶⁰ ^a MERITO ergo Plato quoque de Deo tractans. Postquam dixit in sacris scripturis tam veteris quam noui
testamenti multa dici mysticè & allegoricè, adducit etiam Platonem dicentem in epistolis de Deo loquen-
dum esse ænigmaticè. Quæ scribuntur facile excidere, Deum autem vniuersorum, nec verbis nec literis ex-
primi posse, longe esse melius eum discere quam scribere. Quod discitur remanet & non excidit: quod
autem scribitur necesse est ut excidat. Sed quod ex ænigmatibus discitur, non scribitur, & ideo non
excidit. ^b His germana dicit sanctus quoque Apostolus. Conuenienter iis quæ dicit Plato quod de Deo
dicendum sit per ænigma, Paulus quoque symbolicè arcanè & occultè loquitur, dicēs se inter perfectos lo-
qui sapientiā in mysterio absconditā. Dicit etiam se lac potum dedisse tanquā infantibus quando per cate-
Ddd

Soph in
Antig.

Matth. 11.

Ioan. 8.
Ioan. 3.
Psal. 2.

p. 6. v. 5.

p. 1. v. 1.

Ioan. 10.

chesim eos ad fidē format & instituit & solidum cibum, quando euehit ad supernā contemplationē diuinę
 essentia & potentia, quæ sunt ipsæ carnes & sanguis: nō solius enim corporis est caro & sanguis, sed diuina
 quoque essentia suā habet carnē & sanguinē. Is cibus & potus est cognitio diuinæ essentia. Dicit autē hæc
 Ioan. 6. omnia symbolice & allegorice, sicut dicit etiam Christus; Cibus meus est vt faciā voluntatem patris mei, &
 paulopost; Operamini non cibū qui perit. *Quamobrem Plato.* Ex Platone adducit aliud symbolicū, oportere
 nos de Deo quærere, cum sacrificauerimus non porcū, sed magnū & rarū sacrificium, ad Deum placandum
 opus est sacrificiis, sed non quibuslibet, maximē cū est accedendū ad Dei cōtemplationē. Ex omnibus autē
 animalibus nullum est porco vilius & impurius. Non est ergo porcus sacrificandus, quando est à nobis Dei
 quærenda cognitio, sed Deo est offerendum magnum & rarū sacrificium, pura scilicet mens & conscientia.
 Paulus quoque dicit Christū nostrū Pascha esse immolatum, quod scilicet sicut agnus Paschalis immolatus
 fit & comestus, & ideo fuit nostrū Pascha. Est autē re vera rarum & præciosum sacrificiū, quo sub symbolis
 panis & vini Christus Dei filius pro nobis consecratur & sanctificatur. Est etiā Deo gratū sacrificiū, quo ab
 Psal. 50. anima separatur corpus eiusque affectus & vitia, quod spiritus dicitur contribulatus, idque est vere Deū co-
 lere. Neque enim is Deū colit, qui corpori & eius affectibus ita est affixus, vt mens eius nunquā separetur à
 corpore. *Num autem.* Socrates apud Platonē in Phædone dicit Philosophiā esse mortis meditationē. Nā
 sicut is est plane mortuus cui desunt omnes sensus, ita qui cogitādo & contēplando se ab omnibus auocat
 sensibus, adeo vt neque videat, neque audiat, neque quidquā sentiat, is pura mente se rebus applicās veram
 persequitur philosophiā. Is enim verē est philosophus, qui se abstrahēs à sensibilibus, pura & sola mente con-
 templatatur quæ cadunt sub intelligentiā. Hęc fuit causa cur Pythagoras indiceret suis discipulis silentiū, vt
 scilicet eo temporis spatio relictis sensibilibus sola mente se dederent Dei contēplationi. *Plurimi autem.* Qui
 vere philosophātur se sensibus exuūt vt Deū contēplentur. Sed magna pars hominū tantū abest vt se exuat
 sensibus, vt se eis induat tanquā cochleæ, & vt histrices se tanquā pilā in orbem circūagunt, ita suis se circū-
 uoluit libidinibus & intēperantiis: Hinc fit vt Deū pura mente non possit contēplari, falsasque & absurdas
 de eo concipiat opiniones. De Deo enim idē sentiunt quod de hominibus, & quod habēt homines id Deū, sed
 de hominibus vere dicitur, Nemo dat quod non habet. Dat Deus generationem cū ipse sit ingenuus. Id de
 naturali dictum est generatione, quam non habet licet eā det aliis. Nam generatio qua Deus pater generat
 Psal. 18. filium, & de qua dicit Pater apud Psalmographū, Ego hodie genui te, est supernaturalis, & de ea iure dicit
 Esa. 53. Generacionem eius quis enarrabit. Dat nutrimentum quo alij nutriuntur, ipse autem non nutritur,
 nec eo eger. Dat augmentum, ipse autem non augetur nec diminuitur, vt qui sit semper æqualis. Dat aliis vt
 Dan. 7. ad senectutem perueniant & tandem moriantur, ipse autem licet sit dierum antiquissimus nunquā senescit,
 & nunquam moritur, cum ipse solus sit immortalis. Quæ autem per figuram quæ dicitur *ai* *σφαιρωτά* Deo
 tribuūt in scripturis, vt manus, pedes, os, oculi, ingressus & egressus, ira & minæ, & quæ sunt huiusmodi,
 non sunt Deo conuenientes affectiones, sed de ijs quædam de eo dicuntur allegorice. De ijs autem dicit se
 postea locuturum apertius. *Ex omnibus.* Nullum est medicamentum quod sapientia sit præstantius. Ex se
 nullus fit sapiens, sed alius ex alio: opus est enim aliquo qui arcanorum & abditorum fores aperiat. Qui ea
 autem aperit est sapiens. Quæ autē citat Clemēs ex Callimacho & Bacchilide non extāt hodie: quæ autem
 citantur ex Panathenæico Ilocratis, eum graphice describunt, qui suam vitā rectē & ex virtutibus instituit:
 ad quas qui animū suum bene ex habitu cōponit, is est perfectus, & omni ex parte absolutus. Eam autē vitā
 tam quæ ex cognitione agitur, laudāt quidem Græci, sed nesciunt quomodo ea sit cōparanda. Is enim demū
 verā habet cognitionē, qui Deum tanquā scopum sibi proponit, & ex Dei verbo cui credit, omnia sua con-
 Psal. 118. silia & actiones dirigit. Hęc autē cognitio est cibus rationalis, quo qui vescuntur sitiunt veritatem, quam
 Esa. 53. qui assequuntur, alimēto æterno satiātur, quod hic fumunt in mysterio, nempe sub symbolis panis & vini.
Valde autem admirabiliter. Euripides quidē fuit Poeta Tragicus, sed adeo doctus, vt in scenā in qua aguntur
 Tragediæ philosophiā introduxerit. In ijs quæ citat Clemēs mysticē & ænigmaticē significat, per Iouem
 patrē intelligens: per Ditem autem, filium. Et Patri quidē offert quicūque sit qui loquitur, ipsum Christum
 qui est plenū, & omni ex parte perfectū (vt quod omnia alia iam abrogata in se cōtineat) sacrificiū pro no-
 bis oblatū. Quod autē imprudens loquatur de Christo, hoc indicat, quod dicit alloquens Ditem, eum esse
 terreni imperij participem, vt qui in terras descēderit. Deinde rogat vt mittat lucē qua sciri possit, vndenā
 ad homines pro cesserint labores & certamina, & vndenā sit radix malorum, nempe ex peccato originis, &
 quifnā ex beatis cum labores suos exposuerit, sit quietem æternā assecutus. *Non abs re ergo in mysteriis.*
 Ostendit Clemens mysteria veterum Græcorū aliquam habuisse similitudinem cum nostro lauacro seu ba-
 ptismo: in vtrisque enim sunt expiationes & expurgationes. Mysteria autem apud Eleusinem terræ Atticę
 duorum generum celebrabātur magna & parua, Cereri sacra erant magna, Proserpinæ parua. Parua autem
 erant veluti *μεγάλα* & *μικρά*, id est præcedens purgatio & præparatio magnorū mysteriorum. Erant
 autem hæc parua mysteria veluti quoddam fundamentum doctrinæ & præparatio futurorum. In ma-
 gnis autē nulla erat quæ disceretur doctrina, id enim fiebat in paruis, restabat autem vt naturæ & rerum ip-
 sarum esset contemplatio, & per mētem cōprehensio. Fiebat autem expurgatio & præparatio confessione,
 contēplatio autē resolutione. Nam nec purgātur & expiātur peccata, nisi ea sis cōfessus, nec aliqua docetur
 doctrina, nisi qui discit ea quæ docetur vera esse, fuit cōfessus. Ita in nostro baptismo, & qui abluuntur, sce-
 lera sua confessi emundantur, & quam ex catechesi didicerūt fidei doctrinam veram esse agnoscunt & pro-
 fitentur. Naturæ autem & rerum contemplatio fit per resolutionē, quando à corpore per mentis agitatio-
 nem corporeis ablatis qualitatibus & triplici corporis dimēsiōne, restat vnum signū seu punctus, qui suum
 habet situm. Vt autem rem perfectē contempleris, tollendus est etiam ipse situs: quod si fiat, restabit sola
 vnitas, quam mens contemplanis intelligit per resolutionem, amotis omnibus quæ ei alioqui fuissent im-
 pedimento. Et cadunt quidem res omnes etiam naturales sub contemplationem per resolutionem, sed Dei
 omnipotentis contemplatione nihil est excellentius. Est ergo Deus contemplanus omnibus ablatis corpo-
 reis & in-

Ioan. 6.
 Psal. 50.
 Psal. 18.
 Esa. 53.
 Dan. 7.
 Cæl. Rhodig. antiq. lect. lib. 16. cap. 9.

reis & incorporeis, neque tamen recte processerit contemplatio nisi nos in Christum cōiecerimus, qui nos
 fulciat & sustentet sua magnitudine, eumque sancte colentes, vastaque & immensa totius orbis spatia su-
 perantes, eum quæramus & cogitemus qui fecit, regit, & implet omnia. Hoc cum fecerimus eo vsque pro-
 cedet contēplatio, vt non quid Deus sit intelligamus, neque enim ab vllō mortali comprehendere potest Dei
 essentia, sed quid nō sit. Deus enim ab hominibus non melius cognoscitur quam per negationes, vt optime
 docet Nazianzenus in oratione de Deo. Multa autem de Deo dicuntur in scripturis quæ de eo nō sunt qui-
 dem cogitanda, sed quomodo ea sunt intelligenda se alibi dicturum dicit Clemens, ea sunt autem figura,
 motus, itatus, sedes, locus, dextera & sinistra. Deus autem qui est prima omnium causa loco non cōtinetur,
 sed est supra locum, nec tempore comprehenditur qui est æternus & cuius propriū est æuum, qui *αὐτὸν αἰών*
 Græce dicitur quod semper sit, nec vllum potest dari nomen quod eius conueniat essentia, sed nec mēs hu-
 mana eam potest assequi. Deum rogat Moses vt seipsum ostendat manifeste, ita scilicet vt eum cognoscat:
 Deus enim non potest doceri, nec verbis exprimi, nec cognosci, nisi cognoscendi ipse dederit potestatem.
 Cognosci certe non potest quod caret forma quæ cadit sub aspectum, sed licet Deus nec videri possit nec
 cognosci, sui tamen cognoscendi dat gratiam per filium. Dicit quidem certe Solomon se humanā non ha-
 bere sapiētiam, sed Deum eam illi dedisse, per eam autē Deum cognoscebat. *Iam verò diuinam.* Quod Mo-
 ses scribit in Genesi lignum vitæ plantatum esse in paradiso, Clemēs dicit allegorice intelligi, diuinam pro-
 uidentiam plantatam esse in mundo. Paradisus enim potest accipi pro mundo. In eo nata sunt omnia quæ
 processerunt ex creatione, in eo verbum floruit, & cum carnem suscepisset eos viuificauit qui ex eo gula-
 runt. Ex eo autem libenter gustarunt quoniam suavis est Dominus: viuificauit autem, quoniam ipse est vi-
 ta. A nobis autem non fuit cognitus nisi per lignum crucis, in quo in altum sublatus omnia ad se traxit, vt
 ipse prædixit. Suspecta enim fuit vita nostra nempe Christus, ad fidem nostram, id est vt in eum crederemus.
Porro autem. Datum est homini liberum arbitrium vt Dei mandata vel custodiat vel transgrediat, & ante
 Gen. 21. faciem eius positum est bonum & malum, & vita & mors, vt vtrum malit eligat. *Rursus Abraham.* Ex-
 ponit Clemēs allegorice quod de Abraham scripsit Moses, qui filium suum Isaac duxit in montē eum obla-
 turus in holocaustum. Significat autem esse mysterium in eo quod dicit Abraham, cum venisset in locum
 quem dixit ei Deus, tertio die suspiciens videt locum eminus. Et tres quidem dicit fuisse dies, in primo est
 aspectus rerum pulchrarum & honestarum, secundus est bonæ animæ desiderium, in tertio est mens quæ
 perspicit spiritualia, Christo aperiente oculos qui tertio die resurrexit. In illis quoque tribus diebus est my-
 sterium signaculi, quo verus Deus creditur, nempe vnus Deus in tribus personis, patris scilicet & filij & spi-
 ritus sancti, locus autem quem dicit Abraham vidisse eminus, est regio Dei ad quam facile nō potest perue-
 niri. Ea autē regio Dei est ipse Deus, in quo sunt rerum omnium idæ & exemplaria. Eam autē vocat Plato
ἰδέα, id est, regionem idearum, cum eam Moses appellasset locum, vt qui omnia & vniuersa cōtineat,
 nempe idæas quæ propriè esse dicuntur, vt quæ sint æternæ, & quæ generātur ab eis suum ortum habeant.
 Eminus autem videre dicuntur ij qui sunt in generatione: facie autem ad faciem vident, qui cum ex hoc
 mundo excefferint, vident per nudam & puram mētis applicationem. Potest autem quispiam de Deo dif-
 ferens effici Propheta, id enim est diuinare, si se abstrahens à sensibus cōtendat ad vnumquodque quod est,
 & ab ijs quæ sunt non prius recedat, quā transcendens omnia quæ supereminet ipsum bonum apprehen-
 dat, quodquidem bonum esse finis eius quod cadit sub intelligentiam. Omnia enim bonum appetunt, & cū
 Deus sit bonus, propter bonū omnia est architectatus, & ideo boni tanquam quod sit eorum finis tenētur
 desiderio, & cum ad id peruenerint, in eo conquiescunt. *Rursus Moses.* Non permisit Moses multis in locis
 esse aras, & delubra, sed vno in loco tantum voluit templum construi. Quamobrem voluit significare vnum
 esse mundum à Deo creatum, quem vnigenitum appellat Basilides, & vnum esse Deum, quod errans Basili-
 des non admittit. In Dei autem templo nullum esse simulachrum quod coleretur, nam licet quedam
 in eo essent imagines vt Cherubin & Seraphin, nulla erat tamē quæ coleretur. Cur ita statuit Moyses? Scie-
 bat vir sapientissimus Deum sub aspectū non cadere, nec circumscribi posse. Cur ergo sit Deus adorandus,
 videri autem non possit nec circumscribi, nec potest nec debet eius fieri simulacrū quod adoratur, cognosci
 tamen debet & coli per honorem Dei nominis quod est in templo. Idem est certe Deus quod eius nomen,
 nempe *ἰσχυρὸς* quod mirificē apud Hebræos exprimit & explicat Dei essentiam. Quamuis autem nusquam le-
 gatur Mosē in vno loco Dei templum extruxisse, est tamen verisimile Clementem id dixisse, quod etsi à
 50 Solomone nondum fuerat templum ædificatum, in vnum tamen locum semper antea conueniret populus
 & Deum adoraret. Quod autem in scriptura, nempe in Esaia, prohibet verbum, templorum cōstructiones,
 & in psalmis omnia sacrificia, non ideo scriptum est, quod nolit Deus vlla esse templa, aut vllas ædes sacras
 in quas conueniat populus ad Dei cultum & accipiendam doctrinam: sed vt intelligamus quod quamuis
 Deus dicatur esse in templo, is tamen nullo loco circūscribitur nec concluditur: nec prohibet sacrificia, quæ
 ab ipso Deo erant præcepta, vt à sacrificiis Dæmonum auocaretur populus, & interea essent figuræ Christi
 mortis & passionis, quibus adimpletis & abrogatis omnibus Leuiticis sacrificiis, remaneret solum Melchi-
 sedechicum sacrificium à Christo institutum in æternum duraturum, sed vt intelligeret populus Deum nō
 egere sacrificiis, quæ erant desitura postquam esset institutum sacrificiū laudis & gratiarum actionis. Huic
 autē vsui qui ita habet, namque indiget Deus, Deus si recte fiet, videtur aliquid deesse vt perfecta sit sen-
 tentia, sed quid desit non possum diuinare. Hoc autem est quod dicit; fingunt, inquit, Poëtæ, Deum egere
 si vere Deus sit, sed id falsum esse arguit, quod mundum condiderit, quem non condidit vllius rei indigens,
 cum ipse det omnibus & spiritum, vitam, & omnia vt ait Apostolus. Qui autē mundum cōdidit, non opus
 60 habet vt aliquid accipiat ab ijs quos cōdidit. Deus meus es tu, inquit Psalmographus, quoniā bonorū meo-
 rum non eges. Zenon autem auctor Stoicæ sectæ nulla templa nec simulacra Diis censebat esse ædificanda:
 Diis enim nihil ædificandū quod non sit Deo dignū. Sed nihil dignū Deo potest ædificari à sordidis & illi-
 beralibus artificibus, maxime cum quæ ab eis fiūt sunt composita. Composita autem sunt Deo indigna qui
 est simplex. Sed quicquid dicat Zeno, non ideo nō sunt templa Deo ædificanda. Est Deus quidem simplex,
 sed non exigit ab hominibus sibi ex omni parte respondentem proportionem. Melius autem Plato qui nō
 D d d ij

Exod. 33.
 Prouer. 33.
 Gen. 21.
 Esa. 66.
 Psal. 49.
 Vide D. Hierony. in expof. Esa.
 Act. 17.
 Psal. 15.

repla quidem fieri prohibet, sed in ciuitate vult vnū esse templum in quo sacra fiāt, priuatum autē nullum vult esse sacrum. Quod autem est in Clemente *idē dicitur* quod nos vertimus simulacra, est apud ipsum Platonē Græce *εἰδωλόν* ex quo intelligitur varium fuisse exemplar. Quæ Diis autem consecrantur, consecrari vult à solis Sacerdotibus, ad quos sunt deferenda quæ dedicantur & consecrantur. Nec aurum autem, nec argentū, nec ebur est in sacris offerendum, ferro autem & ære in bello est vtendum. Ad sacra autem communia, offerri potest quod quis voluerit ex vno ligno compactum & lapides. Vult ergo significare ad sacra nō esse admittenda quæ sunt nimis sumptuosa. Cum autem hic de Deo agatur, visum est Clementi adducere ex 7. Epistola Platonis, de Deo scientiam quæ est prima Philosophia, nō disci ex scriptis, sed post longum rei vsum tanquam ex igne exilire lucem qua anima seipsam alit. Quæ quidem lux ex igne exiliens, videtur significare illuminationem sancti spiritus, qua anima seipsam alit, vt quæ absque vlla alia doctrina in dies maiorem sibi acquirit Dei cognitionem: *⁹ An non hæc sunt similia.* Quæ citat ex Sophonia non inueniuntur hodie apud Prophetam. Ineffabilis autem & altissimus merito dicitur Deus Creator vniuersitatis, congruenter ei quod dicit Plato, & eam inuenire esse difficile, & cum inueneris, fieri non posse vt cum apud omnes enuncies. Hoc significauit Moses, nolens totum populum secum ducere in montem ad Dei contemplationem qui est in caligine, hoc est qui nec cadit sub aspectum, nec verbis potest exprimi. Caligo autem dicitur stare ante splendorem, multorum scilicet incredulitas & ignoratio, quæ obstant quominus apprehendatur veritas, nempe Deus. *⁹ scio autem apud Platonem.* Quoniam ad tertium vsque cælum se raptum fuisse superius dixerat Paulus, visum est Clementi admonere, non mirum esse si tertium cælum dixerit Paulus, cum Plato quoque multos dicat esse cælus, & licet vnum dicat esse mundum, vt qui ad vnius nempe Dei exemplar sit effectus, indifferenter tamen vtitur nomine cæli & mundi. Epistola autem Romanorum, nempe Romanæ 20 Ecclesiæ ad Corinthios meminit Irenæus, Per lōgam, inquit, Ecclesiæ Corinthi epistolam Ecclesia Romana scripsit, ad pacem & cōcordiam dissidentes reducens, fidēque eorum, & quam ab initio ab Apostolis accepisset traditionem renouans. *⁹ His ergo consequenter.* Multis Pauli testimoniis & aliquot Christi in Euāgelio parabolis, ostendit in scripturis esse, mysticam, arcanam, ænigmaticam & occultam in scripturis sapientiam. Quod etiam dicit significare subcinericios panes qui *ἐγκρυπταί* dicuntur, quod intelligitur de Deo ingenito verbum esse celandum, vt quod sit arcanum: & mysticum. Parabola autem regni cælorum assimilati fermento abscondito in tribus satis farinæ, allegorice significat animam quæ est triplex, vt cuius sint tres facultates, ratio, ira, & cupiditas, ex obedientia saluam fieri per spiritualem potestatem in ea absconditam per fidem. Nam si anima, ea enim intelligitur per mulierem, in hac sua triplici facultate absconderit Verbum Dei, per fidem faciet hoc totum spirituale, adeo vt nec ratio erret in decretis religionis, nec ira nec cupiditas in vitiis ferantur præcipites, vt quæ à verbo Dei regantur & ei conformentur, quo fit vt tota salua sit anima, aut etiā vis verbi tres illas facultates ex quibus tota consistit anima, colligit ad vnitatem, & ita facit vnum vt anima non aberrat amplius, quæ quodammodo est ita deificata, vt à Deo non separetur amplius. Hac ratione salua fit anima. Deum autem non cadere sub aspectum, nec posse contrectari non solum viderunt Prophetæ, sed etiam Solon Atheniensis & Empedocles Agrigentinus aperte dixerunt. *⁹ Est quidem certe.* Affert aliquot causas cur de Deo tractare sit difficillimum. Prima est quod Deus sit primum & antiquissimum omnium principium, & quod est omnibus aliis causa vt fiant & facta sint. Nam si cuiusvis rei principium difficile est inuenire, quanto magis est difficile Deum inuenire qui est primum omnium principium, quod non potest demonstrari? Quod autem non possit demonstrari sic probat. Quod demonstratur necesse est vt dicatur. Sed Deus non dicitur, ergo nec demonstratur. Quod autem non dicatur sic colligitur. Quod neque est 40 genus, nec differentia, neque species, neque indiuiduum, nec numerus, nec accidens, nec cui aliquid accidit, dici non potest: Deus autem nihil est horum. Dici ergo non potest. Præterea quidquid dicitur vt demonstratur, oportet vt id sit, aut totum aut partes. Sed Deus nec est totum, nec partes. Ergo nec dicitur vt demonstratur. Totum non est, neque enim est in magnitudine seu quantitate, nec dicendum est esse aliquas eius partes cum sit vnum. Vnum autem non diuiditur in partes, & ideo est infinitum, quod nullam habeat dimensionem, nec distantiam, nec finem. Quod autem nulla distantia nec dimensione ac sine circumscribitur, id nullam habet figuram. Quod est omnis figuræ expers, id nec nominari quidem potest. Quod non potest nominari, nec dici. Quoniam autem obijci posset nō esse verum quod Deus non nominetur, esse enim multa Dei nomina, nominari enim vnum, bonum, mētē, ens seu id quod est, Patrem, Deum, Creatorem, Dominum, respondet tacitæ obiectioni, dicens nos non proprie vocare, nec dicere tanquam eius nomen 50 proferentes, sed ad ostendendam eius potentiam, his pulchris vti nominibus. Vt dum in ijs cogitandis nominibus quæ Dei potestatem significant, firmiter & stabiliter innititur cogitatio, non aberrat in aliis quorum est vel nulla vel inanis significatio. Quod autem vnum quodque eorum non dicatur de eo tanquam de Deo, nempe de eius essentia, sed omnia simul posita ostendant eius potentiam, sic ostendit. Quæ dicuntur, ex eo dicuntur quod dicuntur, quod ipsa eis insunt, aut ex ea quæ est inter se inuicem habitudine ac relatione. Sed nullum ex ijs de Deo potest accipi vt sit Dei essentia, nec ea habent inter se habitudinem aliquā aut relationem quæ ad Deum referatur, tanquam ad essentiam. Possunt ergo omnia simul significare Dei potestatem, sed nullum ex ijs separatim Dei essentiam. Est autē hoc perspicuum ijs qui omnia & singula Dei vocabula volent examinare. Inuenietur enim nullum ex eis eius conuenire essentia. Postquam autem ostēdit de Deo tractare esse difficillimum, quod & sit primum & antiquissimum omnium principium, & quod nec dici nec nominari possit, id ipsum probat, ex eo quod demonstratiua non sit eius sciētia. Demonstratiua, inquit, sciētia est ex prioribus & notioribus. Sed nihil est ante ingenitū nempe Deū, in quē nulla cadit naturalis generatio, nihil est ergo eo prius nec notius quod eum demonstret. Quo fit vt demonstratiua eius nulla sit sciētia. Quod si ita est, quomodo cognoscetur Deus qui est ignotus? Cognoscetur diuina gratia, & verbo Dei Deū reuelat. *⁹ Dicit autē.* Dixit antea Deum non cognosci nisi ex diuina gratia & verbo diuino à Deo profecto, nunc autem dicit virtutem nec esse à natura, nec à doctrina, sed sapientiam quæ est virtus patris, nostrum liberum adhortari arbitrium, & quos viderit diligentes sollicitos & attentos, eos impertiri

Iren. lib. 3.
aduersus
hæreses.

pertiri summa sua electione. Ex quo est perspicuum sentire Platonem à libero arbitrio nō separari gratiam, & à Deo admitti quidem fidem: sed vt simus participes supremæ à Deo electionis, requiri curam & diligentiam. Deo enim non probatur ignaua & otiosa fides, & quæ est sine bonis operibus & piis actionibus. *⁹ Porro autem ipsum quoque tibi adducam Platonem.* Ostendit superius Deum non posse demonstrari, nunc autem dicit quod etsi nec probabilibus nec necessariis rationibus Deus non demonstratur, de Deo tamen Dei filio sit credendum. Ad hoc ostendendum adducit Platonem in Timæo, qui postquam dixit de Diis qui sub aspectum non cadunt, & qui sunt geniti, de cæteris demonibus dicit credendum esse Deorum filios. Quod si de Diis credendum est Deorum filios, quanto magis de Deo credendum est Prophetis, qui vñcti ad Prophetiam sunt Dei adoptiui filij, & ipsi Christo qui est verus, naturalis, & germanus Dei filius: Merito ergo est eis credendum cum sint veri testes rerum diuinarum. Nam & Prophetæ de Deo loquuntur à Deo inspirati, Deus autem ipse loquitur per filium. Est autem fide dignus is qui sua annunciat, Deus autem ipse annunciat per filium. Credendum est autem, vt & per fidem peccata nostra remittantur, in quibus alioqui sumus morituri, & vt vitam æternam consequamur. Hoc quidem præstat fides, sed non sola. Non solum enim est credendum, sed etiam in Deum est habenda fiducia, quæ quidem est aliquid maius fide. Nam qui scit per fidem magistrum nostrum esse Dei filium, non solum credit, sed etiam confidit eius doctrinam esse veram. Quo fit vt eius obediens præceptis viam sibi muniat ad vitam æternam. Et ita quæ in Dominum habetur fiducia, auget fidem, sicut doctrina, vt dicit Empedocles, auget præcordia id est sapientiam, quæ in præcordiis aut corde esse existimatur: Vnde etiam cordati dicuntur sapientes, Stulti autem vecordes & excordes. *⁹ Atque corūdem quidem esse dicimus.* Postquam ostēdit Platonem statuere de Deo esse credendum Deorum filios, ex quo colligitur eum probare non reprobare fidem, ex eo infert Clemens Philosophiam nō aduersari fidei, & eorundem esse vituperare Philosophiam & insectari fidem, cum ipsam fidem suo dogmate approbet princeps philosophorum Plato. Cum itaque fidem vituperent gentes, eadem opera vituperant philosophiam maximè Platoniam, quæ de Deo Deorum filios dicit esse credendum & eorundem esse laudare iniustitiam, & voluptatem existimare summam fœlicitatem, vt sentit Epicurus. Nam qui beatam vitam esse ducit viuere in voluptate & libidine, is iniustitiæ præferet libidinem, laudabit autem iniustitiam, quod per eam paretur voluptas, quæ est, vt censent Epicurei, summum bonum. Porro autem fides est voluntaria animi assensio, nam quicūque credit volens credit, nec quisquam credit inuitus. Quamuis autem qui credit est animatus, fides autem per quam credit est inanima, licet autem sit inanima, tamen & bona operatur vt quæ operetur per charitatem, & est fundamentum bonarum actionum, cum quod non est ex fide sit peccatum. Nihil enim rectè fit nisi ab eo qui Deum quem credit sibi proponit. Cum autem fides sit eiusmodi, vt quamuis sit inanima, & bona faciat opera, & ei bonæ nitantur actiones, aduersari autem ei quod ab eo dicitur videatur Aristoteles, Aristotelis sententia visa est refellenda. Aristoteles enim lib. 10. Ethicorum, cap. 8. subtiliter disputans conatur ostendere, Deo non conuenire, nec facere, nec agere sed contemplari. Inter facere autem & agere hæc interesse, quod facere conueniat bestiis & inanimis, agere autem solis hominibus. Quod agitur autem, agi vel vt bonum, vel vt necessarium. Quod agitur autem, vt necessarium dicit agi, vt si quis cogatur reddere depositum, vt bonum autem agi, vt si præcellente electione agatur, vt scribit lib. 5. ca. 8. Ethicorum. Eum refellit Clemens, primum dicens non esse verum quod facere sit bestiarum tantum & inanimorum, nec Deum solum contemplari, sed etiam facere. Deus enim fecit hanc rerum vniuersitatem, vnde & mundi & vniuersorum dicitur Creator & effector. In principio certè creauit Deus cælum & terram, Græce est *ἐποίησεν*, id est fecit, in quo à præceptore Platone dissensit discipulus: æternum enim mundum sensit Aristoteles, à Deo autem creatum Plato. Deinde falsum esse, quod quicquid agitur, agitur vel vt bonum, vel vt necessarium. Iniuriam enim facere esse agere fatetur ipse Aristoteles, cum fiat iniuria ex proposito & animi electione. Non fit enim iniuria vt bonum, cum non fiat tanquam ipsa sit bonum, sed quod ex ea speretur aliquod apprens bonum. Nec vt necessarium, nam quod est voluntarium, non est necessarium. Quomodo autem quæ sit iniuria non fit sine proposito & animi electione, ita nec quoduis vitium, nec quauis animi prauitas. Nam cum contrariorum eadem sit disciplina, eadem quoque erit virtutum & vitiorum, quod scilicet & virtutes & vitia sint ex proposito & electione. Quamuis autem & virtutes & vitia sint ex proposito & animi electione, in hoc tamen differunt quod virtutes quidem sint propter se, nempe propter bonum, vitia autem propter aliud, nempe propter bonum apprens. Nam vitia quidem agunt propter affectionem & animi perturbationem: Ea autem ipsa affectio & animi perturbatio non est propter se, sed quod bonum videatur sibi non temperate, sed se explere libidinibus & impudicis desideriis. Boni ergo à malis non differunt, quod non sit vitiorumque & propositum & electio, sed quod eorum sint diuersa instituta, electiones, & desideria.

⁹ ATQUE vt summatim quidem dicam, Xenocrates Carthaginensis non spem omnem abijcit, quin etiam in rationis expertibus animantibus sit Dei notitia. Democritus autem, etsi nolit, id confitebitur per dogmatum consequentiam: fecit enim easdem imagines in homines incurrentes, & in animantes rationis expertes, ex diuina essentia. Longè certè abest vt sit homo expers diuinae notionis, quem etiam scriptum est participem fuisse inspirationis in generatione, vt qui fuerit purioris essentia particeps quam alia animantia. Hinc dicit Pythagoras mentem diuina sorte venire ad homines, sicut fatentur Plato & Aristoteles: sed nos quidem dicimus spiritum sanctum inspirari ei qui credidit. Platonici autem, mentem quidem, quæ est à diuina sorte effluxio, in anima inhabitantem, animam

Io. 2.

autem in corpore constituunt. Apertè enim dictum est per Ioël, qui fuit vnus ex duodecim prophetis: Et erit post hæc, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & filij vestri & filia vestra prophetabunt. Sed non vt pars Dei, est spiritus in vnoquoque nostrum. Sed quomodo fiat hæc diuisio, & quidnam sit spiritus sanctus, ostendetur à nobis in libris de Prophetia, & in libris de Anima. Cæterum ad occultandas cognitionis profunditates, bona est incredulitas ex sententia Heracliti: nam vt cognoscantur, effugit incredulitas. Quod autem deinceps consequitur est tradendum: & Græcorum furtum ex barbara sumptum philosophia iam est clarius ostendendum. Aiunt Stoici Deum esse corpus & spiritum essentialia, sicut certè etiam animam. Hæc omnia apertè inuenies in scripturis. Ne mini enim in præsentia earum allegorias animo cogitaueris, vt quæ ex cognitione habetur tradit veritas, num aliquid aliud indicent, sicut sapientes luctatores aliud eas ostendere significant. Sed illi quidem dicunt Deum vniuersam peruadere essentialiam: nos autem eum solum dicimus effectorem, & verbo effectorem. Induxit autem eos quod dictum est in sapientia: Transit autem & peruadit omnia propter puritatem: quoniam non intellexerunt hæc dici de sapientia quæ fuit primò à Deo creata. ¹⁰ Næ, inquit, sed materiam ponunt philosophi, & Stoici, & Pythagoras, quinetiam Aristoteles peripateticus, non autem vnum principium. Sciant ergo eam quæ vocatur materiam, quæ ab ipsis dicitur expers qualitatis & figuræ, audacius quoque à Platone dictam esse, non ens, seu id quod non est. Num autem vel in primis mysticè, cum sciret esse vnum quod verè est principium, in Timæo dicit his verbis? Nunc autem sic nostra se habeat oratio. De vniuersorum quidem siue principio, siue principijs, siue quomodocunque de his videatur, nunc non est dicendum, non propter aliquid aliud, quàm quod sit difficile præsentim modo pertractationis ea quæ videantur declarare. Et alioqui dictio illa prophetica: Terra autem erat inaspectabilis & incomposita, præbuit eis occasionem materialis tradendæ essentialiæ. Iam verò hinc Epicuri quidem mentem subiit casus, cum hoc dictum non intellexisset: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Aristoteli autem venit in mentem vsque ad lunam deducere prouidentiam, ex hoc Psalmo: Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes: nondum enim reuelata fuerat prophetiæ mysteriorum declaratio vsque ad aduentum Domini: ⁴⁰ Et rursus, supplicia post mortem, & pœnas quæ igne luuntur, à barbara philosophia, & vniuersa musa Poëtica, & Græca etiam, surripuit philosophia. Plato certè in ultimo de Republica, dicit his verbis: Hic viri agrestes aspectu ignito cum astitissent, sermonem intelligentes, alios quidem seorsum assumptos ducebant. Arideum autem & alios cum colligassent, manúsque & pedes & caput deiecerunt, atque eis pellem detraxissent, extra viam non longè trahentes, aspalathis lacerabant. Viri enim illi igniti ei volunt significare angelos, qui assumptos iniustos puniunt. Qui facit, inquit, angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ⁵⁰ ardentem. His autem est consequens, animam esse immortalem. Quod enim punitur vel castigatur, cum sit sensu præditum, viuit, etiam si dicatur pati. Quid verò, non nouit Plato & fluuios ignis, & terræ altitudinem eam quæ gehenna vocatur à barbaris, tartarum nominans propheticè, Cocytumque & Acherontem, & Pyriphlegetonem, & quedam huiusmodi, quæ ad castigationem disciplinamque inducunt, loca suppliciorum? Paruorum autem, conuenienter scripturæ, & minimorum angelos Deum videntes, quinetiam nostri curationem & visitationem quæ ad nos venit per angelos qui nobis præsent, indicant, non veretur scribere, postquam omnes animæ vitam elegerint, ita vt sortitæ erant, ordine accedere ad Lachesium: illam autem eum quem vnusquisque elegerit dæmonem, cum eo mittere vitæ custodem, & vt adimpleat ea quæ elegerit. Fortasse autem Socrati quoque dæmonium tale quid significabat. ⁶⁰ Iam verò genitum esse

Sap. 7.

Gen. 1.

Eccl. 1.
Psal. 35.

Psal. 103.

esse mundum, cum id à Mose accepissent, decreuerunt philosophi. Quinetiam Plato quoque dixit apertè: Vtrum fuit nullum habens ortus principium, an ortus est? Ortus est, vt qui cæperit ab aliquo principio. Nam & cum sit aspectabilis, est tractabilis: & cum sit tractabilis, est corporeus. Et rursus quando dixit: Atque effectorem quidem & patrem huius vniuersitatis inuenire est difficile, non solum mundum ostendit esse genitum, sed etiam ex seipso significat esse genitum, tanquam filium: patrem autem eius esse vocatum, vt qui ex solo sit genitus, & ex eo quod non erat constiterit. Genitum autem mundum ponunt etiam Stoici, & qui in barbara philosophia est frequens, diabolum principem inquam dæmonum, maleficam animam esse dicit Plato in libro de Legibus decimo, his verbis: Animam quæ ea administrat quæ undique mouentur, cælum etiam necesse est administrare. Quidni? Quid verò, vnā an plures? Plures ego pro vobis respondebo. Non minus vtique quàm duas effecisse posuerimus, nempe eam quæ est benefica, & eam quæ potest efficere contraria. Similiter autem hæc quoque scribit in Phædro: Atque sunt quidem quoque alia mala. ²⁰ Sed dæmon quidem aliquis plurimis in præsentia admiscuit voluptatem. ³ Quinetiam in decimo de legibus, apertè ostendit illud Apostolicum, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus spiritualia eorum quæ sunt in cælis, scribens hoc modo: Quoniam enim eis concessimus, nobis quidem esse cælum multis bonis plenum, esse autem etiam contrarijs, pluribus autem qui non sunt eiusmodi, est, inquit, pugna eiusmodi immortalis, & quæ magna cautione indiget. ¹ Et rursus vnum quidem mundum barbara nouit philosophia qui percipitur intelligentia, alterum verò sensilem: illum quidem archetypum, hunc verò imaginem eius qui exemplar dicitur: & illum quidem attribuit unitati, vt qui percipitur intelligentia: hunc verò, nempe sensilem, senario. Coniugium enim apud Pythagoræos vocatur senarius, vt qui sit genitalis numerus. Et in unitate quidem constituit cælum non aspectabile, & terram sanctam, & lucem quæ percipitur intelligentia. In principio enim, inquit, fecit Deus cælum & terram: terra autem erat inuisibilis. Deinde subiungit: Et dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux. In ortu autem mundi sensilis cælum fabricatur solidum (quod autem est solidum, est sensile) & terram aspectabilem, & lucem quæ videtur. An non tibi hinc videtur Plato, animantium ideas relinquere in mundo qui percipitur intelligentia, & formas sensiles, & quæ percipiuntur intelligentia fabricari genera? Merito ergo ex terra quidem corpus dicit formari Moses, quod terrenum dicit Plato tabernaculum: animam autem ratione præditam desuper à Deo inspiratam fuisse in faciem. Hic enim dicunt esse collocatam principem animæ facultatem, ingressum animæ interpretantes, qui sit propter aduentum sensuum in Protoplasto, & ideo factum esse hominē ad Dei imaginem & similitudinem. Dei enim imago, est verbum diuinum & regium, homo impatibilis: imago autem imaginis, mens humana. ² Si alio autem nomine velis assumere assimilationem, inuenies apud Mosē diuinam quæ nominatur consequentiam. Dicit enim, post Dominum Deum vestrum ambulate, & eius præcepta custodite. Sunt autem, vt opinor, Dei affectatores & cultores, omnes qui sunt virtute præditi. Hinc Stoici quidem dixerunt esse finem philosophiæ, secundum naturam viuere: Plato autem Deo assimilationem, vt ostendimus in ⁵⁰ secundo Stromate, & Zeno Stoicus qui id accepit à Platone. Is autem Plato ex barbara id sumens philosophia, dicit omnes bonos esse inter se amicos. Dicit enim Socrates in Phædro, non esse fato decretum, vt malum sit malo amicum, neque vt bonum bono non amicum. Quod quidem satis quoque probauit in Lysia, quod in iniustitia & improbitate nunquam seruari potuerit amicitia. Et hospes Atheniensis similiter dicit actionem esse charam & Deo consequentem, & quæ habet vnā antiquam rationem, quando simile quidem simili,

Ephes. 6.

quod est moderatū, fit simile: immoderata autē, nec immoderatis nec moderatis sunt amica. Deus autem fuerit nobis rerū omnium mensura. Deinde rursus subiungit inferius: Quivis enim bonus, est bono similis. Ea autē ratione & qui est Deo similis, cuius bono est amicus, & Deo. Cū in hoc sum loco, illius quoque sum recordatus. Dicit enim in fine Timæi, oportere id quod intelligit a similitudine ei quod intelligentia apprehenditur conuenienter antiquæ naturæ. Cū autem a similitudine, habere finem vitæ optimæ, quæ a dijs proposita est homini, & in tempus præsens & in futurum. Illa enim eandem vim habent quam hæc. Non cessabit qui querit donec inuenit: cū autem inuenit admirabitur, admirans autem regnabit, regnans autem requiescet. Quid verò, non illa quoque Thaletis quæ ex his sumpta sunt, in secula seculorum Deum gloria affici, & cordis cognitorem a nobis dici apertè interpretantur? Rogatus enim Thales quid sit Deus: Id, inquit, quod neque habet principium nec finem. Cū autem rogasset alius, an Deum lateat homo aliquid agens: Et quomodo, inquit, qui ne cogitans quidem? Porro autem solum esse bonum id quod est honestum, nouit barbara philosophia, & virtutem sufficere ad felicitatem, cū dixit: Ecce dedi ante oculos tuos bonum & malum, vitam & mortē, elige vitam. Nam quod bonum est vitam appellat, & honestum eius electionem: malum autem, electionem contrarij. Boni autem & vitæ vnus est finis, esse pium ac religiosum. Hæc est enim vita tua & dierum longitudo, id diligere quod pertinet ad veritatem. Illa autem se habent manifestius. Seruator enim cū Deum diligere iussisset & proximum, dicit in his duobus mandatis totam legem pendere & prophetas. Hæc dogmata vulgò iactant Stoici, & ante eos in Phædro precans Socrates: O Pan & dii alij, date mihi vt intus sim pulcher & honestus. In Theæteto autem apertè dicit: Qui enim pulchrè dicit & honestè, is est pulcher, bonusque & honestus. Et in Protagora fatetur Protagoræ familiaribus se eum conuenisse qui esset pulchrior Alcibiade: siquidem est pulcherrimum id quod est sapientissimum. Dicebat enim virtutem esse animæ pulchritudinem, contrā autem, vitium animæ turpitudinem. Atque Antipater quidem Stoicus tribus quos scripsit libris, quod ex sententia Platonis, quod solum honestum est bonum, probat etiam quod ex eius sententia sit sufficiens virtus ad beatitudinem: & complura alia adducit dogmata quæ conueniunt cum Stoicis. Ab Aristobulo autem qui fuit tempore Ptolomæi Philadelphij, cuius meminit is qui composuit Epitomen rerum gestarum a Machabeis, scriptum est multos fuisse libros per quos probat, philosophiam peripateticam ex lege Mosaica, & alijs dependisse prophetis. Et hæc quidem ita se habeant. Fratres autem esse nos tanquam vnus Dei, & vnus magistrj, videtur utique Plato quoque nos vocare hoc modo: Nam estis quidem omnes, qui estis in ciuitate, fratres, vt eis dicemus narrantes fabulas. Sed Deus dum fingeret, quicumque quidem ex vobis erant apti ad imperandum, aurum eis commiscuit in generatione & ideo sunt præstantissimi & maximi pretij: quicumque autem erant auxiliares, argentum: ferrum autem & æs, & agricolis & alijs opificibus. Vnde dicit necesse fuisse vt amplecterentur & amarent: ij quidem ea propter quæ est agnitio: illi autem ea propter quæ est gloria. Fortasse autem diuinat electam hanc naturam quæ desiderat cognitionem: nisi fortè tres aliquas ponens naturas, describit tres formas reipublicæ, vt quidam existimarunt: & Iudeorum quidem, argenteam: Græcorum autem, æneam: Christianorum autem, quibus aurum regale est admixtum, nempe sanctus spiritus, & vitam Christianam ostendens, his verbis scribit in Theæteto: Dicamus verò de ijs qui sunt summi & præcipui. Quid enim dixerit quispiam eos qui malè versantur in philosophia? ij autem nec viam norunt in forum, nec vbi sit prætorium aut curia, aut aliquis alius communis conuentus ciuitatis. Leges autem & scripta decreta, neque vident neque audiunt. Sodalium autem studia & congregaciones,

Deut. 10.

Matth. 22.

gressiones, & quæ cum tibicinis sunt comessationes, ne in somnis quidem eis venit in mentem exercere. Bene autem an malè factum quid sit in ciuitate, aut quodnam est malum quod factum est a maioribus, magis eos latuit quam qui maris dicuntur choës: & hæc nesciunt quidem se nescire, sed reuera humi quidem iacet eius corpus, & cum populo versatur. Ipse autem, vt ait Pindarus, & terram & cælum superuolat, astrorum motus querēs, & vniuersam naturam omni ex parte indagans. Rursus ipsi dicto Domini, Sermo vester sit, ita ita, & non non, illud est a similandum: Sed mihi & falsum concedere, & verum de medio tollere, non est fas. Et iurandi prohibitioni congruit hæc dictio quæ est in decimo de Legibus: Laus autem & iurandum absit de re qualibet. Et in summa, Pythagoras & Socrates & Plato, dicentes se audire vocem Dei, contemplantes vniuersorum constructionem quæ a Deo accuratè & perfectè facta est, & ab eo perpetuò continetur, audiuerunt Mosem dicentem, Dixit, & facta sunt, describentem verbum Dei esse opus. Et stantes in formatione hominis quæ facta est ex puluere, terrenum quidem esse corpus philosophi sigillatim pronunciant. Homerus autem non veretur ponere loco execrationis:

Omnes in terram fed vos redeatis & vnam.
sicut Esaias dicens: Et conculcate ipsos tanquam lutum. Callimachus autem scribit dilucidè: Erat ille annus, quo aliquando volucris, & quod est in mari, & quadrupes ei loquebatur, vt lutum Promethei. Et rursus idem: Si te, inquit, finxit Prometheus, & non ex alio luto factus es. Et Hesiodus dicit de Pandora:

Vulcanum insignem iussit mox puluere limpham
Miscere, vnā hominisque illi præbere loquelam
Et mentem.

Porro autem ignem artificiosum via euntem in generationem, naturam definiunt Stoici. Ignis autem & lux allegoricè dicitur Deus, & verbum eius, a scriptura. Quid verò, non Homerus quoque describens per paraphrasim aquæ a terra separationem, & manifestam arida detectionem, dicit de Tethide & Oceano?

Tempore nam longo cessauit inire cubile
Alter in alterius.

Rursus Deo potentiam in omnibus tribuunt, etiam qui apud Græcos sunt eruditissimi. Epicharmus quidem, erat autem Pythagoreus, dicens: Deum nihil effugit, hoc te oportet scire. Ipse nostrj est inspector: nihil est autem, quod non possit Deus. Vates autem Lyricus: Potest autem Deus ex nigra nocte lucem emittere intemeratam: atris autem tenebris tegere purum diei iubar. Qui solus, inquit, potest, cū est dies, noctem facere, is est Deus. Et Aratus in ijs quæ inscribuntur Phenomena:

A Ioue principium, assiduis quem laudibus omnes
Concelebrant homines, fora sunt Iouis omnia plena,
Compita cum pagis, omnes & cum æquore portus,
Vtimur & Ioue nos ex partibus omnibus omnes.

Deinde infert:

Nam genus illius sumus (scilicet creatione) isque & numine dexter.
Dextera significat, pigrasque ad munia gentes
Excitat, in cælis nanque ipse hæc signa locauit,
Astra & distinguens, claris annūque coronans
Stellis, queis homini certissima signa darentur
Horarum, vt stabili procedant omnia cursu.

Atque illum semper primum extremumque precamur,
Salue mire Pater qui ingentia commoda præbes.

Quinetiam ante eum Homerus in clypeo quem fabricatus est Vulcanus, mundi scribens
creationem ex sententia Mosis:

Terras atque mare, & cælum fabricatus in illo est,
Omnia resplendens & cælum quæ altra coronant.

Qui enim & poetarum versibus, & ijs quæ soluta scripta sunt oratione, canitur Iupiter, 10
in Deum refert cogitationem. ¹ Iam verò, ut semel dicam, Democritus scribit paucos esse
sub luce homines, qui hîc manus extendunt, quem nunc aërem Græci vocamus. Dicitur
in fabulis omnia Iupiter, ijsque omnia nouit, & donat, & aufert, & is est Rex omnium.
Magis autem mysticè Pindarus quidem Bæotus, ut qui esset Pythagoræus: Vnum viro-
rum, dicens, diuinitus afflatorum est genus, ex vna autem matre spiramus ambo, tradit
autem materiam, & unum eius opificem quem *ἑριστέχων* vocat, id est, præstâtissimum
& optimū artificem, qui etiam pro meritis progressionem præbet ad diuinitatem. ² Taceo 10
Platonem, is apertè in epistola ad Erastum & Coriscum, videtur nescio quomodo osten-
dere patrem & filium ex scripturis Hebraicis, cum ita eos hortatur: Iurantem, studio ad-
hibito à Musis non alieno, & studij sorore disciplina, Deum ipsum rerum omnium causam,
& principis & causæ patrem Dominum iuretis, quem si rectè philosophati fueritis, intelli-
getis. Et quæ est in Timæo concio, patrem vocat opificem, sic dicens: Dei Deorum quorum
ego sum pater & opifex operum. Quare quando etiam dicit: Circa omnium Regem sunt
omnia, & illius causa omnia: illum quoque omnium causam appellans, secundum autem 30
circa secunda, & tertium circa tertia, non aliter ego exaudio, quàm sanctam significari
trinitatem. Nam tertium quidem esse Spiritum sanctum, filium autem secundum, per quem
facta sunt omnia ex voluntate patris. ³ Idem autem in decimo de Republica meminit Heri
Armenij, genere Pamphyli, qui est Zoroaster. Ipse quidem certè Zoroaster hæc scribit:
Cōscripsit Zoroaster Heri Armenij filius, genere Pamphylus: In bello mortuus, cum essem
apud inferos, à Dijs didici. Hunc Zoroastrè, cum duodecimo die post mortē in rogo fuisset 40
positus, Plato dixit reuixisse. ⁴ Atque fortasse quidē resurrectionem, fortasse autē illa tacitè
significat, nēpe quòd per duodecim signa animæ viā capeffunt ad assumptionē. Ipse autem
ad generationem quoque dicit eundem esse descensum. Ea ratione existimandum est Her-
culis quoque fuisse duodecim certamina, per quæ à toto mundo liberationem consequitur
anima. ⁵ Admitto etiam Empedoclem, qui admodum naturaliter vniuersorum meminit
instaurationis, quòd scilicet aliquando futura sit mutatio in ignis essentiam. Heraclitus
Ephesius est manifestissimè in hac sententia, cum unum quidem mundum censuisset esse 50
æternum, alterum verò nouisset interire, eum scilicet qui consistit per variam & multipli-
cem exornationem, ut qui non sit alius ab illo qui aliquo modo se habet. Ceterum quòd
æternum quidem nouerit mundum, qui ex vniuersa essentia est æternè qualis, planum fa-
cit, sic dicens: Mundum eundem vniuersorum, neque Deorum ullus fecit, nec hominum:
sed fuit semper, & est, & erit ignis semper viuens, mensuras accendens, & extinguens
mensuras. Quòd autem eum & ortum esse, & in eum cadere interitum putaret, signifi-
cant ea quæ subiunguntur: ignis conuersiones, primum mare: maris autem dimidium qui-
dem terra, dimidium verò fulmen. Virtute enim ac potestate dicit, quòd ab administran-
te verbo & Deo, ignis, nempe omnia per aërem conuertuntur in humidum, quod est vel-
uti semen mundi dispositionis, quod vocat mare. Ex eo autem rursus gignitur terra & cæ-
lum, & quæ in eis continentur. Quomodo autem rursus in pristinum statum redeat &
ignescat, per hæc apertè ostendit: Mare diffunditur, & mensuram accipit eadem ratione
quæ prius

quæ prius erat antequam mare fieret. Similiter eadem quoque de alijs elementis. Et consi-
milia decreta fuerunt etiam Stoicorum doctissimi, tractantes & de conflagratione, &
mundi administratione, & de mundo qui est æternè qualis, & de homine, & de anima-
rum nostrarum permansione. ⁶ Rursus autem Plato quoque in septimo de Republi-
ca, eum qui est hîc diem, nocturnum appellauit, propter mundi principes, ut sentio, harum Ephes. 6.
tenebrarum. ⁷ Somnum autem & mortem, animæ descensum in corpus, eo modo quo He-
raclitus. Nunquid autem de Seruatore hoc prædixit spiritus, dicens per Dauid? Ego dor- P sal. 3.
miui & soporatus sum, excitatus sum, quoniam Dominus me suscipiet. Non solam enim
Christi resurrectionem, ex somno excitationem, sed etiam Domini in carnem descensum,
somnum vocat allegoricè. ⁸ Iam verò idem Seruator præcipit, vigilate: perinde ac si dice-
ret, Meditemini viuere, & tentetis animam separare à corpore. ⁹ Diem quoque Domi-
nicum, in decimo de Republica Plato per hæc diuinat. Postquam autem ijs qui fuerint in
prato septem dies transferint, surgentes hinc oportet octauo proficisci, & quarto die veni-
re. Atque pratum quidem oportet audire spheram inerrantem, utpote locum mitem, placi-
dum & benignum, piorumque & sanctorum locum. Septem autem dies, unumquenque
motū septem errantiū, & omnem operandi artem quæ tendit ad finem quietis. Iter autem
quod sit post errantes, deducit ad calum, hoc est, octauum motum & diem. Quarto au-
tem die dicit abire animas, significans iter quod sit per quatuor elementa. Quinetiam se-
ptimum diem sacrum, non solum sciunt Hebraei, verum etiam Græci per quem vniuersus
mundus circumagitur eorum quæ viua gignuntur, & eorum quæ producuntur à natura.
30 Hesiiodus quidem sic de eo dicit:

Prima dies sacra est, tum quarta septima sacra. Et rursus:
Septimo erat rursus lux vel clarissima Solis.

Homerus autem:

Sacra dies verò post hæc tum septima venit. Et:
Septima sacra fuit. Et rursus:

Septenūque dies fuit, in quo cuncta paraeta. Et rursus:
40 Lucèque septena ex ripis Acherontis abimus.

Quinetiam Callimachus quoque poeta scribit:

Omnia septenāque die perfecta fuere. Et rursus:
Septimus inque bonis, natalis septimus illi est. Et:
Septimus in primis, perfectus septimus extat. Et:
Sydereo in calo septem perfecta fuere
Orbibus, omnia quæ apparent voluentibus annis.

50 Quinetiam Solonis elegia septenarium numerum valde celebrant. Quid verò, an non si-
militer scripturæ quæ dicit, Tollamus iustum à nobis, quoniam nobis est inutilis, Plato
propemodum propheticè prædicens salutarem dispensationem, sic dicit in secundo de Repu-
blica? Iustus autem qui sic est affectus flagris cadetur, torquetur, vincietur, ei oculi effo-
dientur, & postremo omnia mala perpeffus, suspendetur. Et Antisthenes Socraticus vo-
cem illam propheticam circumlocutione exprimens quæ dicit, Cui me assimilastis, dicit
60 Dominus: ait eum nulli esse similem, quoniam nemo potest eum discere ex imagine & si-
militudine. Xenophon quoque Atheniensis similia dicit his verbis: Qui ergo omnia con-
cutit & facit quiescere, manifestus quidem est, ut qui sit magnus & potens: quali au-
tem sit forma præditus non apparet. Neque verò Sol qui videtur luce illustrare omnia,
ipse quoque videtur permittere ut videatur: sed si quis eum impudenter fuerit conspica-
tus, is priuatur oculis:

Quæ caro namque oculis cælestem cernere possit
 Verum immortalémque Deum, cui in vertice cæli est
 Sedes? Sed Solis radios nec cernere fixis
 Luminibus poterit quisquam mortalis ab ortu, *ut prædixit Sibylla.*
Rectè ergo Xenophanes quoque Colophonius dicens unum esse Deum, & incorporeum,
subiungit: Maximus in genere est diuûm atque hominum Deus vnus,
 Qui nec corpore nec mente est mortalibus vllis
 Assimilis. *Et rursus:*
 Verùm videntur progignere homines Deos,
 Horùmque veste vocèque & corpore vtier. *Et rursus:*
 Si instrumenta manus bubus atque leonibus essent,
 Pingere quîs possent, hominûmque operarier artes,
 Depingenda ab eis esset si forma Deorum,
 Tales hi formas facerent & corpora eorum
 Talia, quale sibi corpus natura dedisset.

COMMENTARIVS.

⁴ **A** ΤΟΥ Ε *ut summatim quidem dicam Xenocrates.* Oblatam à Christo de Deo veritatem non recusarunt, qui non fuerunt adeo impudentes, vt nullam de Deo habuerint noticiam. Primum recenset Xenocratem, Carthaginensem ne dicam an Calcedonensem dubito. Nam apud Lactium legitur *καλλικλῆσιος*, apud Clementem autem *καλλικλῆσιος*, in vtroque enim est lapsus facilis. Vbinam autem scripserit etiã in brutis fuisse Dei noticiam, fateor me ignorare, nam nec aliqua extant eius scripta quod sciam, & de eius dogmatibus ne verbum quidem Laertius. Nec tamen mirandum est si id scripserit, cum scriptum sit, etiam in nonnullis bestiis, vt pote in elephantis, esse religionem. Democritus quem deinceps refert, principia quidem rerum constituit atomos & inane, sed cum eas atomos, quas etiam vocat imagines seu simulacra, statuat incurrere in homines & in bruta ex diuina essentia, necesse est vt si sibi velit consentire & suo dogmati non repugnare, Deum esse confiteatur. Quod si ne bruta quidem sunt omnino expertia diuinæ notionis, quãto magis homines, cum scriptum sit Deum in hominem quem de limo terræ formauerat inspirasse spiraculũ vitæ, vt qui esset purioris essentia particeps quam cetera animantia. Sed & Pythagoras à Deo ad homines dicit venire mentem, vt quæ sit quid diuinum. Hoc ipsum dicit Plato in multis locis, nec negat Aristoteles facultatem illam animæ qua intelligimus, nempe mentem, venire extrinsecus, nempe à Deo. Platonici autem, id est Platonis discipuli, non extrinsecus dicunt venire mentem, sed eam habitare in anima, animam autem in corpore. Nos autem dicimus Spiritum sanctum inspirari ei qui credidit: Ioel autem propheta prædixit fore, vt infuso Spiritu sancto à Deo, prophetarent qui Christo crederent. Etsi autem in credentes à Deo effundatur spiritus, non est tamen existimandum illum spiritum esse partem diuinæ essentia. ⁶ *Quod autem deinceps consequitur est tradendum.* Quæ à barbaris, nempe ab Hebræis acceperunt Græci, ea tum demum profertur ad salutem si ea à Christo acceperint. Ea enim tum demum sunt purgata, cum ad Christum reuersa, purgato furti vitio ab ipso traduntur Domino. Hoc quidem prius dixit: Nunc autem ostendit quænam sint quæ Græci ab Hebræis sunt suffurati. Atq; primum quidem dicit Stoicos suum de Deo dogma à scripturis esse suffuratos. Quidnam autem de Deo statuunt Stoici, vide apud Plutarchum de placitis Philosophorum, qui sic scribit, Deum definiens vt Stoici, Deus est ignis artificialis, ordine procedens ad mundi generationem, qui in se continet omnes rationes feminales, à quibus res omnes fataliter producuntur, & ad hoc vt sint perducuntur, & spiritus qui totum mundum peruat, nomen mutans & appellationem per totam materiam, quam penetrat per transitum vnus in alterum, est Deus, mundus, stellæ, terra, & mens superna quæ est in cælo. Hinc colligit Clemens Stoicos dicere, Deum esse corpus & spiritum essentia, & etiam animam. Et certe si Deus omnia peruadens, mutat nomen pro varietate materia quam peruadit, erunt omnia quæ peruadit Deus, alioqui erit falsum, quod mutetur nomen, non appellabitur enim Deus quod non est Deus. Et ita erit Deus mundus, cælum, terra, spiritus & anima. Hæc dicit Clemens Stoicos accepisse à scripturis, cum multa quæ de Deo dicuntur (accipienda autem sunt allegoricè) accepissent in nuda & simplici significatione, in sensu, inquam, vt vocant literali. Qui ex sensu autem literali sensum trahunt allegoricum, eos vocat *παλαιστὰς*, id est luctatores, quod non cuius detur scripturam interpretari allegoricè, sed iis qui in scripturis diu sunt versati & exercitati, quos etiam vocat *ἀσκητισ*. Quod autem dicunt Stoici Deum vniuersam peruadere essentiam, quod à Stoicis accepit Vergilius scribens in Æneide:

— totamque infusa per artus,

Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

id dicit Clemens eos accepisse ex libro sapientia, vbi dicitur Sapientia, omnia transire & peruadere propter puritatem. Sed in hoc sunt decepti, quod existimarint Solomonem id intelligere de sapientia, qui est Deus, cum non de genita sapientia qui est Deus Dei filius, sed de creata intelligeret. Nos autem non dicimus Deum vniuersam peruadere essentiam, sed vniuersam esse essentia effectorem, eam autè effecisse, non creata, de qua

de qua loquitur Solomon, sapientia, sed verbo, id est genita sapientia, qui est Deus Dei filius. Aliud enim est sapientia primo à Deo creata, aliud ab æterno genita sapientia, id est verbum, æternus Dei filius, per quem creauit omnia, inter quæ primam ab eo creatam sapientiam. *Ne, inquit, sed materiam ponunt philosophi.* Cum dicant Stoici Deum vniuersam peruadere essentiam, videntur vnum constituisse principium, sed cum præter Deum ponant etiam materiam, si est Deus & materia, vt vult etiam Pythagoras & Aristoteles, duo sunt principia, non vnum. Sed melius Plato qui vult vnum esse principium, nempe Deum, non esse autem materiam, non esse, inquam, ens seu id quod est, cum nunquam sit actu sed semper potentia. Nam licet materiae variæ succedant formæ quæ sunt actu, semper tamen manet quæ solum est potentia materia, id est non est. Quod autem semper est potentia, nunquam est actu. Quod autem non est actu, non est, Quo fit vt nunquam sit materia, Solus autem est Deus qui est primum principium, vt qui sit semper actu, nõquam autem potentia. Falsa est ergo eorum sententia qui materiam rem quæ vere sit esse existimant, sed qualiscũque sit, eam esse vere statuunt ex eo quod legerunt in scriptura, Terra autem erat inaspectabilis & incomposita, sed fallebantur. Ex eo enim loco minime colligitur esse materiam, sed tantum significatur terram adhuc fuisse aquis operam, incultam & inhabitatam, si spectetur solus sensus literæ. Epicurus quoq; suam de casu sententiam videtur accepisse ex Ecclesiaste, qui dixit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, quod ab eo male fuit intellectum. Non enim aliud intelligit Solomon quam humana omnia caduca esse, & plane nihil, si cum Deo conferantur. Sed Epicuri Democritum sequentis in Physicis tam stolidam fuit sententia vt existimaret omnia fieri ex atomis casu & temere per inane concurrentibus. Porro autem Aristoteles qui Dei prouidentiam non longius extendens quam vsque ad lunam, existimabat inferiora regi à minoribus potestatibus, id accepisse videtur à Dauide psallente, Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes. Significabat autem Christum qui est ipsa veritas, nondum descendisse in terras, & sua reuelasse mysteria. Atque hæc quidem sentiebat Aristoteles de prouidentia, sed quãto melius diuinus ille Plato qui Deum sentiebat curam gerere omnium rerum humanarum etiam minimarum. ⁴ *Et rursus supplicia post mortem.* Et Poætæ & Philosophi scripserunt sceleratos igne pœnas luere. Poætæ, inquam, vt Homerus in Odyss. & Vergilius sexto Æneidos: Philosophi vero, vt Plato in Gorgia, & in vltimo de republica, per viros ignitos significans Angelos qui puniunt. Quibus est consequens animam esse immortalem, non puniretur enim nec castigaretur nisi viueret. Hæc acceperunt ab Hebræis, qui tormentorum locum habent gehennam, vt & Poætæ & Plato Tartarum, & stauos ignis, Acherontemque, Cocytum, & Pyriphlegetontem, quibus castigantur qui peccarunt. Ab Hebræis quoque accepit Plato Angelos paruulorum videre Deum, nempe faciem Patris vt dicit Christus, & quod datus sit vnique vt minimum Angelus qui eum custodiat & ei opem ferat. De angelis autem nostris custodibus præter scripturas scribunt etiam nostri Doctores. Scribit certe, vt alios omittam, Basiliius contra Eunemium lib. 4. Quod singulis fidelium adsit angelus vt pædagogus quidam & pastor ad vitam dirigendam, nemo contradiceret qui verborum Domini recordatur dicentis. Ne contemnatis vnum ex his pusillis: Dico enim vobis, quod angeli eorum in cælis semper vident faciem patris qui in cælis est. Et fortasse Dæmonium quod dictum est Socratis, eius custodem significabat angelum. ⁶ *tam vero genitum esse mundum.* Moses statim in principio Genesis dixit Deum creasse cælum & terram: inde nonnulli acceperunt Philosophi, & maxime Plato quod mundus sit genitus. Cuius etiam multas afferunt rationes, pro eodem autem vsurpatur, quod ad mudi attinet originem, genitus, ortus, factus, creatus. Ideo enim ita dicitur vt intelligatur eum à Deo habuisse initium, nõ autem esse ab æterno. Nam quod est ortum seu genitum opponitur æterno. Neque enim dicendus est genitus quod sit naturalis productus generatione: cum autem eum creauerit Deus à nullo adiutus, & cum antea non esset ex nihilo fecerit vt consisteret, merito eius dicitur pater & effector. Sed vt in mundi ortu nulla naturalis cogitanda est generatio, ita censendus est longe alius mundi ortus quam vt ei cõueniat æterna illa generatio qua pater genuit filium, quam neminem enarrare posse dicit Esaias: Genitum autem seu ortum esse mundum non solus statuit Plato, sed etiam Stoici, qui, vt iam diximus, dicebant Deum esse ignem artificialem ordine procedentem ad mundi generationem. ⁵ *Et qui in barbara philosophia est frequens.* Plato libro decimo de legibus dicit duas esse animas, vnã quæ cælum regit & corpora cælestia, quæ est bona, Alteram verò maleficam quæ insano & inordinato fertur impetu, rebus quamcunque potest noxam & damnum afferens. Hanc maleficam animam dicit Clemens Platonem accepisse à barbaris, nempe ab Hebræis & Christianis apud quos est frequens mentio Diaboli, id est Dæmonum principis, qui ab eis etiam vocatur malus & malignus. Eum Dæmonem Plato dicit in Phædro, inter cætera mala admiscuisse etiam voluptatem. ³ *Quinetiam in decimo de legibus aperte ostendit.* A nobis etiam accepit Plato quod dixit, in cælis esse bona & mala, & ideo opus esse cautione. Per cælum autem intelligit ærem quem Paulus vocauit cælestia, in eo autem sunt boni & mali spiritus. ⁶ *Et rursus vnum quidem mundum barbara nouit.* Hæc sunt verba Platonis in Timæo. Considerandum est vtrum mundi faber sit imitatus exemplar, idne quod idem semper est & simile, an id quod genitum fuerit. Atqui si pulcher est hic mundus, & opifex mundi bonus, sempiternum certe exemplar maluit imitari, sin secus, quod ne dictum quidem fas est, generatum exemplar est pro æterno secutus. Cum vero & mundus genitorum omnium sit pulcherrimus, & eius author causarum omnium optimus, dubium non est quin æternum sit secutus exemplum. Sic igitur generatus, ad id est effectus quod ratione & sapientia sola, comprehendi potest & immutabile permanet. Ex quo efficitur vt necesse sit hunc mundum alicuius esse simulachrum. Hæc sunt verba Platonis, quæ facile eum ostendunt esse in hac sententia, vt existimet esse & mundum *γεννην*, id est si dici possit, intelligibilem, seu qui percipitur intelligentia, & *αισθητὴν*, id est sensilem, id est qui cadit sub sensum, Deum autè huius vniuersitatis authorẽ in mudi creatione, qui cadit sub sensum vt qui sit corporeus, tanquã exẽplar eum sibi proposuisse, qui cadit sub intelligentiã, & ita alterũ esse exẽplar alterum imaginem. Clemens autem dicit, Platonem hæc sumpsisse ex barbara philosophia, nempe à Mose, qui mundum quidem qui cadit sub intelligentiam, tribuit vnitati, sensilem verò senario. In ea vnitate collocatur cælum quod non cadit sub aspectum, & terra sancta & lux quæ non cernitur oculis corporicis. In

Genes. 2.

Lib. 1. cap. 7. de plac. Philosoph.

10

10

40

60

10

20

30

40

50

60

Hieron. in 1. cap. Eccl.

Aristor. de mundo.

Matth. 18.

Plur. de placitis Philos. Plato 10. de legibus.

senario autem, sex enim diebus dicitur totus mundus fuisse perfectus, collocatur quæcunque in hoc mundo sensili sunt aspectabilia: & cælum cuius idæ solum erant in mente diuina, est solidum, & terra corporeis cernitur oculis quæ antea non videbatur, luxque quæ prius erat tantum spiritualis, fit etiam corporea. Quamuis autem Deus sensilem mundum sit fabricatus, qui est solidus & corporeus, semper tamen remanet is qui prius erat in mente diuina, sunt enim æternæ idæ, ad quarum exemplar Deus formas sensiles est fabricatus, & genera quæ sunt *νομή*, id est mente comprehensibilia, diuino opificio etiam sub sensum cadunt. Senario autem numero merito attribuitur mundus sensilis, vt qui sit numerus genitilis & à Pythagoreis coniugium appellatus. De eo autem sic scribit Anatolius Pythagoricus in libello qui inscribitur Arithmetica Theologia. Senarius est primus perfectus: suis enim numeratur partibus, vt qui sex habeat, vñũ, tria & dimidium. Si quadretur, continet seipsum. Nam sexies sex sunt 36. Sed si cubicè ducatur, non se amplius conseruat quadratum. Nam sexies 36. sunt 216. Is autem sex quidem continet, 36. autem non habet. Fit ex pari & impari primis masculo & fœmina potestate & multiplicatione, & ideo vocatur *ἀρρηθόμενος*, id est, mas fœmina. Præterea vocatur etiam *ἰσότης*, id est matrimonium, quod fit æqualis suis partibus. Matrimonij autem munus est facere liberos similes parentibus &c. *Merito ergo ex terra quidem, corpus dicit formari Moses.* Cùm corpus sit forma sensilis, merito dixit Moses Deum formasse hominem, id est corpus hominis, (nam ex anima & corpore constat homo) ex limo terræ, cui conuenienter Plato in Axioco, quem nõ dubitat Clemens tanquam proprium & germanum attribuere Platoni, licet multi existiment esse adulterinum, cum tamen Rodolphus Agricola vir doctissimus, eum tãquam Platonis in linguam Latinam verterit. Eius autem versionis, quod ad hunc locum attinet, hæc sunt verba: Soluta hac compage, animoque rursus in proprium restituto locum, relictum istud corpus terrenum, atque rationis experts amplius nequam est homo. Nos etenim anima sumus animal immortale, mortali inclusum munimento. Hoc autem tabernaculum non sine malo nobis circumdedit natura, cuius læta quidem abstrusa sunt & volucra, pluribus doloribus admixta: tristia verò improuisa, diuturna, prorufusque vacua gaudiorum. Propter rationem autem mentem & intelligentiam dicit Moses, factum hominem ad Dei imaginem & similitudinem. Dei enim habet imaginem & similitudinem, qui cùm sit ratio & intelligentia præditus, quam Deus, suo sancto ei inspirauit spiritu, nõ solum bestiis imperat, sed suas etiam regit animi affectiones & perturbationes, nec permittit vt repugnent rationi vitii seruentes & libidini. Sed quænam est Dei imago? Dei verbum diuinum & regium, de quo dicit regius psaltes: Erucauit cor meum verbum bonum. Is est Deus Dei filius, Dei virtus & sapientia, quem Paulus ad Coloss. vocat imaginem Dei inuisibilis, primogenitum omnis creaturæ, ad Hebræos autem, splendorem gloria, & figuram substantiæ eius. Is ergo est imago Dei: Mens autem humana est imago imaginis, nempe verbi quod est filius Dei & sapientia patris. Cùm autem filius Dei sit Deus, vnus enim est Deus in triade, facti certe sumus ad Dei imaginem & similitudinem. Admonendum autem censemus lectorem, in contextu esse duo vocabula Græcè *ἀνθρωπος ἀνάγκη*, Latine autem, homo imptabilis, quæ videntur expungenda, vt quæ temere ab aliquo sint adiecta, vel forte defunt aliqua. Hæc est Dei imago & similitudo ad quam facti sumus, quæ statim ab ortu nobis est ingenerata. Sed præter hanc natiuam similitudinem, est etiam Dei assimilatio, ad quam parandam nostra etiam opus est industria & diligentia. De qua protinus sic dicit Clemens, vt intelligamus vtriusque differentiam. *Si alio autem nomine velis assumere assimilationem.* Deum sequendo & eius præcepta custodiendo, virtutique dando operam, Deo similes efficiuntur. Hæc autem est non Dei similitudo quæ in ortu in nos à Deo immittitur, sed Deo assimilatio quæ Deo adiuuante studio & diligentia à nobis paratur. De ea cum in secundo Stromate satis dictum sit, non est quod in ea immoremur. Dum tractaret autem Clemens de hac Deo assimilatione, venit illi in mentem eius assimilationis, de qua loquitur Plato in fine Timæi, qua id quod intelligit & contemplatur, fit simile ei quod intelligentia apprehenditur & cadit sub contemplationem. Hæc sunt verba Platonis. Vniuersitatis autem omnino vna est cultura, vnicuique propria & conuenientia reddere alimenta & motus. Ei autem quod est in nobis diuinum, cognati sunt motus vniuersitatis cogitationes & circuitus. Eos vnumquemque sequentem, oportet corrigentem corruptos nostros circa generationem in capite circuitus, ex eo quod discat vniuersitatis concentus & circuitus assimilare, id quod intelligentia percipit, ei quod intelligentia percipitur congruenter antiquæ naturæ. Cùm autem assimilauerit, habere finem optimæ vitæ à Diis hominibus propositæ in tẽpore præterito & in futuro. In quibus videtur significare Plato nos vniuersitatis & Dei contemplatione Deo similes effectos optimam vitam assequi. *Porro autem solum esse bonum id quod est honestum.* Non solum apud Stoicos, sed etiam antequam essent Stoici, fuerunt in scripturis Stoicorum dogmata, quod scilicet solum id quod est honestum est bonũ, & virtus sufficiat ad fœlicitatem. Non soli autem Stoici, sed etiam Plato, & in Phædro, & in Protagora, & in Theæreto, dicit: id quod est honestum, esse pulchrum, vitium autem esse turpitudinem. Porro autem Aristobulus qui fuit, vt dicit Clemens tempore Ptolomæi Philadelphi, vt Eusebius autem, Philometoris, dicebat philosophiam Peripateticam dependisse à Mose, & ab alijs Prophetis: fuit autem, vt idem dicit Eusebius, & Iudæus & Peripateticus. *Et hæc quidem ita se habent.* Sunt Christiani inter se fratres, vt qui vnum Deum habeant patrem, nõ solum creatione, sed etiam adoptione, & magistrum, nempe Christum, cuius cum sint fratres adoptione sunt etiam gratia cohæredes. Vocat etiam Plato omnes qui sunt in ciuitate fratres, sed licet sint inter se fratres, est tamen inter eos discrimen, propter variam in generatione mixtionem. Quibus plurimum auri est admixtum ij sunt omnium præstantissimi, qui cæteris præfunt & imperant, nempe magistratus. Quibus autem plus est admixtum argenti, ij ciuitatem custodiunt, armisque defendunt & hostes repellunt. Quibus autem admixtum est plus æris & ferri, ij sunt opifices qui parant ciuibus quæ sunt ad vitam necessaria. Et amant quidem magistratus ea quibus paratur cognitio, reliqui autem ea quibus paratur gloria. Sunt autem qui dicunt Platonem describere tres formas reip. Iudæorum argenteam, Græcorum æneam & ferream, Christianorum auream, vt quibus adfit gratia sancti Spiritus. Idem Plato in Theæreto describēs verum Philosophum & totum contemplationi deditum, ostendit qualis sit vita Christianorum. *Rursus ipsi dicto*

Basil. Hexam. hom. 10.
Psal. 33.
Coloss. 1.
Hebr. 1.

Plato in Cratyllo.

ipsi dicto Domini sermo vester sit. Et negandum esse & affirmandum absque iuramento, & in sacris scripturis legitur, & apud Platonem. Iuramenti autem prohibitio est expressa in nostris Euangelijs: sed quod dicit Clemens esse apud Platonem decimo de legibus, ego id nondum inueni. Mundum autem esse à Deo constructum, & ab eodem contineri & conseruari, dixerūt Pythagoras & Socrates & Plato, cùm id accepissent à Mose, qui Deum scribit dixisse & facta esse, inuēs iussu Dei seu verbo mundũ fuisse creatum. *Et stantes in formatione hominis.* Ex eo quod in Genesi scripsit Moses: Deum fecisse hominem ex limo terræ, acceperunt & Philosophi & Poætæ, corpus hominis esse terreste. Hinc factum est vt Homerus male præcans, optaret vt homines in terram reuenterentur & aquam, & Hesiodus descripsit, Pandoræ ex puluere aqua mixto factæ, Vulcanum sermonem ei immisisse & mentem. Callimachus quoque dixit Prometheus è luto finxisse homines, cùm id ante ipsum dixisset Hesiodus. A scripturis quoque acceperunt Stoici suam naturæ definitionem, nempe quod ea sit ignis certa via procedēs ad generationem, vt antea diximus de Plutarcho, de placitis Philosophorum. In scripturis autem ignis & lux allegoricè dicitur Deus: Deus, inquam, qui est ignis vrens & non comburens, & verbum quod est lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vnde etiam Christus se dicit esse lucem mundi. Scripsit etiam Moses in Genesi Deum dixisse: Congregentur aquæ quæ sub calo sunt in locum vnum, & appareat arida. Hinc dicit Clemens Homerum accepisse per paraphrasim aquæ à terra separationem, & aridæ detectionem, dicens de Tethide & Oceano, intelligēs autem de terra & aqua, Tempore nã longo cessauit. &c. *Rursus Dei potentiam in omnibus tribuunt.* Nihil frequentius occurrit in scripturis, quam vt scribatur de Dei omnipotentia, mundi creatione, eiusque administratione: de iis loquuntur tam Poætæ quam qui soluta scripserunt oratione. In eorum autem scriptis quoties fit mētio Iouis, Deus intelligitur, & ad eum refertur cogitatio. *Iam verò Democritus scribit.* Paucos homines ad cælum manus tendere dicit Democritus. Iupiter, vt Poætæ narrant, est omnia, scit omnia, donat & aufert omnia, & est Rex omnium. Pindarus dicit vnã esse materiam, ex qua omnia, & vnum qui ex ea omnia artificiose fabricatur, & ideo dictus est *ἀριστοτέλης*. Is est Deus qui dat vt pro meritis procedatur ad diuinitatem. *Taceo Platonem.* Ab Hebræis accepit Plato, quod scripsit in epistola ad Hermam Erastum & Coriscum, quod Deus sit pater & filius, iubens eos iurare Deum ipsum rerum omnium causam. Is est autem Dei filius seu verbum & ipsa patris sapientia, & ipsius principis & causæ pater. Est autem vnus & idem rerum author & opifex, Pater scilicet & filius, quorum licet sint diuersæ hypostases, vna tamen est essentia. Et cum alibi dicatur filius princeps & author rerum, ipse tamen pater in Timæo dicit se opificem. Vnus enim est opifex cum pater dixerit & facta sunt, & sicut neutrius quæ vna est, non est ab altero separata essentia; ita nec creandi operatio. Atque duæ quidem Trinitatis hypostases, pater scilicet & filius facile se ostendunt in hac citata epistola, vt pulchre docet Augustinus Steuchus, de perenni philosophia in tit. de doctrina Platonica. Sed tertia hypostasis, nempe Spiritus sanctus, in ea non apparet. Sed alius est locus Platonis què hic citat Clemens, & Eusebius inducens Numenium Platonicum eum exponentem. Nam circa, inquit Plato, omnium Regem sunt omnia, & illius causa omnia. Ille, inquit, Rex, in quã, qui est Deus & Pater est causa omnium. Circa secundum autem sunt secunda, & tertium circa tertia. Primus ergo secundus & tertius, sunt tres trinitatis personæ & hypostases. Primus quidem est causa omnium. Ex primo gignitur secundus qui est verbum seu filius, per quem ex volūtate patris facta sunt. Ab vtroque autem procedit Spiritus sanctus. Quamuis autē primus sit prima omnium causa, ad creationē tamen totius vniuersitatis cõcurrunt, primus, secundus, & tertius, qui ex tribus hypostasibus sunt vnus Deus. *Sed autē in decimo de repub.* Heri quidē Armenij Pamphyli qui duodecimo post mortem die, cùm rogo fuisset impositus reuixit, historiam narrat Plato, sed quod is fuerit Zoroaster qui hæc & scripserit & reuixerit, ne verbum quidem Plato, neque scio vbi Clemens hæc legerit. Nam nec Eusebius qui hæc accepit à Platone Zoroastris meminit. *Atque fortasse.* Illa Heri historia adducitur vel ad ostendendã futurã resurrectionem, vel ad significadum quod animæ per duodecim signa ascendant, vel potius assumuntur ad superos, per quæ duodecim signa dicit idē Plato, fieri animarũ descensum ad generationē. Duodecim quoque; Herculis certamina, quæ finguntur à Poëtis, significat animam postquã signa duodecim peruaserit, liberatã ab hoc mudo peruenire ad requiẽ æternam. *Admitto etiam.* Ex Hebræis acceperunt & Empedocles & Heraclitus Ephelius, & Stoici, quod mundus sit conflagraturus, & in nouã formam, sed longè præstantiorē, vt quæ nõ amplius sub sensum, sed sub intelligentiã sit casura, instauradus. Hinc est quod Ioannes dicit in Apocalypsi. Et vidi cælum nouũ & terrã nouam. Primum enim cælũ & prima terra abiit, & mare iam non est. Et Petrus: Adueniet dies, dies Domini vt fur, in quo cæli magno impetu trāsient, elementa vero calore soluentur. Et hæc quidē futura est vltima mundi conflagratio & instauratio. Antea autem varia erit futura elemētorum in se inuicem transmutatio, qualem hic describit Heraclitus. Instauratus autem mūdus futurus est æternus, quem æternè qualē dicit Heraclitus. *Rursus autē Plato.* Diem nocturnũ appellat Plato vitam quam hic agimus, quoniã sint apud nos Rectores harũ tenebrarum, qui suis tentationibus nos ad peccata alliciunt. *Somnum autē est mortem.* Descensus animæ in carnē à Platone vocatur somnus & mors, somnus quod non fungatur libero contemplandi munere, Mors, quoniã non sit vita libera, quæ retinetur veluti quibusdam terrenis sensuum repagulis. Porro autem à somno expergefactio vocatur resurrectio, & Dominum in carnem descensus vocatur somnus, non proprie, sed per allegoriam. *Iam verò idem.* Qui dormit, habet animam quodãmodo in corpore immersam: qui vigilat, habet animã quodãmodo à corpore separatã, & ea est vera vita separatio à corpore, quæ est vera philosophia, quãdo scilicet anima, tanquã à corpore separata versatur in Dei contemplatione. *Quod Plato diem Dominicum viderit & prædixerit, ostendit Clemens ex iis quæ adducit ex Heri historia, lib. decimo de rep.* Est autē dies Dominicus proprius Christianorum, vt in quo Christus resurrexerit, & in quo Ioannes dicit se fuisse in spiritu, & vidisse quam literis mandauit reuelationem. In eo die qui fuit primus & octauus incepit manã dari Iudæis: vnde infert Origenes cum Iudæorum Sabbatho fuisse præferendum. Videtur autem Clemens ita intelligere Platonem, vt allegoricè significet, per motum septem planetarum quæ tendunt ad quietem, tendi ad cælum, *Origen. in exp. 15. hom. 7.*

Genes. 1.

Ioan. 1.

Ioan. 10.

Genes. 1.

Euseb. lib.

2. de præp.

cap. 2.

Apoc. 21.

2. Petri 3.

Origen. in

exp. 15. ho-

mil. 7.

hoc est ad octauū motum & diem, qui est finis actionis & initium Dei contemplationis: progrediūtur autem animæ per quatuor elementa, ut quæ sint alligatæ corporibus quæ cōstant ex elementis. Quod autem dies septimus sit sacer apud Hebræos, ex eo constat quod cum Deus mūdi creationis, sex diebus finem imposuisset, septimo cessauerit, eumque sanctificarit. Non solum autem sacer est apud Hebræos, sed etiam apud Græcos, qui sciunt per septimum numerū produci omnia tam quæ viuunt & sunt animalia, quam quæ sunt natura. Hoc probat & Hesiodi, & Homeri, & aliorum quos citat testimonio, qui omnes eum diem septimum vocant sacrum. Callimachus autem non solum sacrum, sed etiam perfectum vocat septimū, quia ex sola oritur unitate, nec duplicatus potest intra decadem progignere numerum. Vocatur etiam, ut dicit Anatolius *πλεοφόρος*, id est afferens perfectionem: sunt enim vitales fœtus septem mensium. De hoc septenario numero multa alia dici possent, sed vitanda est nimia prolixitas. Hoc solū addemus, cum septem sint hominum ætates, quamlibet ætatem compleri septenario, ut dicit Hippocrates: Prima ætas est infantia usque ad dentium in septenio eiectionem. Secunda autem pueritia, usque ad eorum productionem usque ad bis septem. Adolescentia verò usque ad barbæ lanuginem usque ad ter septem. Iuuentus autem usque ad incrementum totius corporis ad quater septem. Vetulus usque ad annos quinquaginta sex ad septies octo. Deinceps autem est senectus. Hæc quidem est ætatum Hippocratica distinctio quam descripsit Solon elegiacis versibus, qui si recte memini leguntur apud Philonem. Non me fugit has ætates ab aliis aliter esse descriptas. Earum autem tantum hic memini propter septenarium de quo mihi erat dicendum.

Genes. 1.

Hippocrates.

Philo de mundi opificio. VII.

*RVRSVS igitur audiamus Lyricum Bacchilidem de diuina natura dicentem: Sunt hi quidem à morbis vel valde indomiti, & nulli crimini affines, hominibus nulla in re similes: & Cleanthem Stoicum, qui in quodam poemate de Deo sic scribit:

Sit quale nam bonum rogas, à me audies:

Quod ordinatum est, religiosumque & pium,

Iustum, sui potens, decorum ac vtile:

Quod est feuerum, graue, semper conducibile.

Expers metus, doloris, & molestiæ,

Iuuans, placens, pulchrè sibi consentiens.

Clarum nec insolens, modestum atque vehemens,

Quod permanet, potest nec quis imitari.

Idem autem tacitè reprehendens vulgi idololatriam subiungit:

Seruilis est qui opinionem respicit,

Ut consecuturus aliquid per hanc boni.

Non est ergo de Deo sentiendum conuenienter vulgi opinioni.

Nam clanculum haud existimo,

Viri scelesti amictum illum imitari.

Atque ut hominem, tuum cubile ascendere,

ait Amphion Antiopæ. Sophocles autem directè dicit & dilucidè:

Congressus est eius cum matre Iupiter,

Non aureus forma, aut amictus cygneis

Plumis, puellam olim velut Pleuroniam

Ingraudauit, sed homo vel planissimè.

Deinde verò persequens, hæc quoque subiunxit:

Sponsæ velox adulter mox scandit gradus.

Et deinde narrat apertius incontinentiam Iouis de quo narratur hæc fabula:

Is nec cibum tetigit, aqua nec se abluit,

Cubile init, sed corde qui esset saucius,

Et nocte tota operam voluptati dedit.

Atque hæc quidem dimittantur theatrorum ignorantia. ^b Apertè autem dicit quidem

Heraclitus: Eius quod oportet orationem homines semper minimè intelligunt; & priusquam audierint, & cum primū audierint. Lyricus autem Melanippides canens dicit:

Audi me o pater miraculum mortalium, qui regis animam semper viuentem. Magnus autem Parmenides, ut Plato dicit in Sophista, de Deo sic scribit:

Est is &

Est is & ingenitus, nec in hunc vnquam cadit vllus

Interitus, totūque vnigena, firmus, & ortus

Expers. Et Hesiodus:

Cunctorum quæ morte carent rex es dominūque.

De imperio poterit nec quis contendere tecum.

Iam verò tragœdia quoque abducens à simulachris, docet in cælum suspicere. Sophocles quidem, ut ait Hecateus qui composuit historias, ubi agit de Abrahamo & de Egyptijs, in scena apertè exclamat:

In veritate est vnus Deus.

Cælumque terramque spaciosam is condidit,

Ponti trucēsque fluctus, vimque flaminum.

Sed corde multi aberrantes mortalium,

Nos posuimus malorum pro solatio,

Imagines Deum factas ex lapidibus,

Ex ære vel auro, vel ebore typos.

Iisque immolantes, & celebrantes dies

Festos, pios, pièque agere nos credimus.

Euripides autem tragicè canens in eadem scena:

Altum, inquit, vides & infinitum hunc æthera,

Suo humido terram qui complexu tenet,

Putas Iouem hunc, eumque credito Deum.

In actu autem qui inscribitur Pirithus, hæc quoque canit tragicè: Te qui per te ortus es, qui in imbre æthereo omnium naturam implicasti, circa quem lux quidem & furua nox, variorumque colorum, & quæ discerni non potest astrorum multitudo assiduè ducit choreas. Hic enim eum qui per se est ortus, mentem dixit opificem. Quæ autem deinceps consequuntur, pro mundo ponuntur, in quo est repugnantia lucis & tenebrarum. Et Euphron & Aeschylus de Deo dicit grauissimè:

Iupiter est æther, est terra Iupiter,

Cælumque & omnia Iupiter, & si quid supra.

Scio ego Platonem quoque Heraclito ad stipulari, qui scribit: Vnum quod est sapiens, solum dici non vult, & vult, nomen Iouis. Et rursus: Lex est & consiliū vni parere. Quod si velis illud dictum ad sensum deducere anagogicum, Qui habet aures audiendi audiat: id inuenis sic declarari ab Ephesio: Qui non intelligentes audierunt, sunt surdis similes. Eis fert testimonium quod dicitur, Absesse eos qui sunt presentes. At vnum quoque principium ex Græcis scire desideras? Timæus Locrus in opere de natura his verbis mihi feret testimonium: Vnum principium omnium est ingenitum, si enim esset genitum, non esset utique amplius principium, sed illa ex quibus genitum esset principium. Ex illo enim vera profluxit opinio, nempe: Audi, inquit, Israël, Dominus Deus tuus vnus est, & ei soli seruias:

Omnibus en patet is, clarūque & apertus, inerrans,

ut ait Sibylla. ^d Iam verò videtur Homerus quoque dicere patrem & filium, per aptam,

ut contigit, horum diuinationem:

Si cum sis solus tibi vim non afferat vllus,

At ratione Iouis morbum haud vitaueris vlla,

Namque Iouem ægiferum haud quicquam curare Cyclopes

Suerunt.

*Et ante eum Orpheus dixit de eo quod proponitur:

Eee iij

Nate Iouis magni, pater & Iouis agiferentis.

Xenocrates autem Calcedonius, unum quidem vocans supremum Iouem, alterum verò ultimum relinquit patris & filij manifestationem. Et quod est admirabile & præter opinionem, videtur Homerus nosse Deum, qui Deos inducit obnoxios humanis motibus & affectionibus, quem ne sic quidem reueretur Epicurus, sic certè dicit:

Insequeris cur me pedibus pernicious, ipse

Mortalis Pelide immortalẽ, an tibi notus

Non ego sum Deus?

Deum enim à mortali non posse capi, nec pedibus, nec manibus, nec oculis, nec denique toto corpore comprehendere, significauit. Cuiam assimilastis Dominum, aut cuiam similitudini ipsum assimilastis? inquit Scriptura. Num faber fecit imaginem, aut aurifex, fuso auro eum inaurauit? & quæ sequuntur. Et Comicus Epicharmus de verbo sic aperte dicit in Republica: Vita hominum ratiocinatione & numero valde indiget. Viuimus autem numero & ratiocinatione: hæc enim conseruant homines. Deinde subiungit aperte: Ratio regit homines, & ritè seruat. Deinde si est homini ratiocinatio, diuina quoque præterea ratio inest homini in ijs quæ ad victum pertinent & alimentum. Artes autem omnes diuina consequitur ratio quæ ipsa semper eos edocet, quidnam vtile facere oporteat. Non enim homo inuenit artem, sed eam affert Deus. Hominis autem ratio orta est ex diuina ratione. Iam verò cum spiritus clamauerit per Esaiam: Quid mihi multitudinem sacrificiorum? inquit Dominus. Plenus sum ego holocaustis arietum: adipem agnorum, & sanguinem taurorum nolo. Et paulò post subiungit: Lauamini, mundi estote, auferte iniquitates ab animabus vestris, & quæ deinceps consequuntur. Menander Comicus scribit in iisdem verbis:

Sacrificium at si quis offerens, ô Pamphile,
Taurorum, aut hædorum aliquam multitudinem,
Aut aliorum eiusmodi, vel quidpiam
Quod arte sit laboratum, utpote aureas,
Purpureas, vel quas confecit chlamydas,
Eburnea aut smaragdina animalcula,
Propitium futurum sibi putat Deum,
Et fallitur, nimisque is est mente leui:
Namque probus frugique oportet vir fiet,
Nec virgines vitiet, adulter nec fiet,
Nec quid furetur is, cædem nec perpetret,
Ne acum quidem implicatum cupias Pamphile,
Namque aspicit propinquus qui est tibi Deus.

Deus appropinquans, inquit, ego sum, & non Deus procul. Aut quid faciet homo in occultis, & non videbo ipsum? inquit per Hieremiam. Et rursus Menander scripturam illam circumloquendo proferens: Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in Domino, sic scribit:

Neque acum charissime,
Desideres vnquam alienam: nam Deo
Facta haud iniqua, sed quæ iusta sunt placent.
Sinit laborantem sed augere rem suam:
Terram colentem noctuque & interdiu.
Iustus Deo autem affiduè sacrifica,
Non vestibibus nitidis, sed corde splendidus.

Si audiueris

Si audiueris tonitru, ne fugito, conscius

Si nil tibi sis penitus here: nam deus

Te respicit præsens propè.

Adhuc te loquente, inquit scriptura, dicam: Ecce adsum. Diphilus rursus Comicus quædam huiusmodi differit de iudicio:

Tu ne mortuos putas heus Nicerate,

Qui se omnibus repleuere voluptatibus,

Ac si Deum latuissent, penitus esse liberos?

Iustitiæ est oculus, tueretur qui omnia

Nanque in inferis duas putamus semitas:

Vnam honorum, sed malorum esse alteram

Viam; licet duas tellus simul tegat.

Agedum furare alacriter omni tempore,

Prædare, diripe, spolia: at ne erraueris,

Iudicium est faciet quidem quod in inferis

Qui est omnium dominus Deus, cui nomen est,

Terribile, ego quod neque nominauerint.

Mortalium putet, sed si quis indies,

Dum agit mali quicquam, latere illud deos,

Malè is putat, falsique dein conuincitur,

In otio & quiete dum degit iustitia,

Videte quicumque haud Deum esse creditis,

Est, est enim Deus, si quis facit, sed improbè

Cum sit malus, tempus ille contempere:

Nam tempore ille postero pœnas dabit.

Conuenit autem his quoque per hæc tragœdia:

Erit næ erit nouum nam tempus seculi,

Quando ignis effundet refertas copias,

Auratus æther, flamma quæ pasta & fuit,

Terrena cuncta, cunctaque & sublimia vret furem.

Et rursus subiungit paulò post:

Sed vniuersum vbi defecerit

Totum profundum tunc peribit fluctuum.

Tellus manebit & deserta, non enim

Pennata producet folia igne torrida:

Seruabit at deinde cuncta quæ perdidit.

His similia inuenimus etiam in Orphicis scripta hoc modo:

Nam quos abdiderat, iucunda ad lumina cunctos,

Rursus folicitus sacro de corde remisit.

Quòd si sanctè & iustè vixerimus, beati hîc quidem, sed post excessum è vita beatiores,

aliquo tempore, ut qui non habeamus beatitudinem, sed ut qui possimus in aternū quiescere,

Vnà cum superis habitantes: mensa in eadem

Qua fortes Danaï, communi & forte fruente,

ait philosophica Empedoclis poetica. Non erit aliquis adeò magnus, vel ex Græcorum sententia, ut superet iustitiam: neque adeò paruus, ut lateat. Idem autem Orphæus hæc quoque dicit:

Eee iij

At verbum aspiciens diuinum, totus in illo
 Perliste, atque tuæ præcordia corrige mentis,
 Ingrediens rectâ & solum cœli aspice regem Immortalem.

*Et rursus de Deo dicens, eum non cadere sub aspectum, ait eum fuisse cognitum vni soli
 genere Chaldaeo, siue eum dicens Abraham, siue eius filium Isaac, his verbis:*

Vnus præterquam, cui deriuatur origo
 Chaldeum ex genere, is noscebat sydera cœli
 Illorumque vias, & qui moueatur in orbem
 Sphæra, & tellurem circumuertatur in axe:
 Spiritus & regat hanc & in ære & æquore fuso.

^h *Deinde illud subiungit: Cælum mihi est sedes, terra autem scabellum pedum meorum:*

Ipse autem in magno constans & firmus Olympo est:
 Aureus huic thronus est, pedibus subiectaque terra,
 Oceani ad fines illi portenditur ingens
 Dextera, montanas atque intus concutit illi
 Ira bases, motus nec possunt ferre valentes.
 Ipse est in cœlis, & terram amplectitur omnem.
 Principium mediis extremisque ipse paratum est,
 Non aliter fas est te dicere, membra tremiscunt
 Cogito dum summum:

*Et quæ deinceps sequuntur. Per hæc quidem significauit omnia illa prophetica: Si aperueris
 cælum, tremor ex te apprehendet montes, & liquefcent sicut à facie ignis liquefuit cera.*

^{Esa. 40.} *Et per Esaiam: Quis mensus est cælum palmo, & terram pugillo? Rursus quando dixit:*

Ætheris atque erebi, ponti terræque tyrannus,
 Terribili tonitru quassasque palatia cœli,
 Dæmones & quem horrent, timet & quem turba Deorum
 Cui parent Parca, quamuis nil mitiget illas.
 Exitij expers Matripater, voluntur ab ira
 Cui omnia, qui ventosque moues atque omnia nymbis
 Contigis, atque fecas latum æthera fulmine. In astris
 Perpetuus tuus est ordo, præcepta sequendo.
 Candentique tuæ fedi per multa laborans
 Adstant Angelicus populus, quibus maxima cura
 Mandata est hominum. Producit ver tibi flores
 Purpureos veniens. At te quoque tempus hybernum est,
 Nubibus aduentans gelidis, quas diuidit vuis.

Deinde subiungit, apertè Deum appellans omnipotentem:

Exitij expertem, immortalem, dicere solum
 Quem possunt, quibus est innatum morte carere.
 Maximè diuorum fato comitatus adesto,
 Magnus, & expers interitus, qui es ab æthere cinctus.

*Per illud quidem Matripater, non solum significauit generationem, sed etiam dedit occa-
 sionem iis qui introducunt productionem, vt Dei quoque coniugem excogitarent. Para-
 phrasticè autem scripturas illas exponit propheticas, nempe et eam quæ dicitur per Esaiã:
 Ego solidans tonitru, & creans spiritum, cuius manus exercitum cœli fundauerunt: Et eam
 quæ per Moysen, Videte, quod ego sum, & non est alius Deus præter me. Ego occidam, &*

ego viuere

ego viuere faciam: percutiam, & medebor, non est qui de manibus meis eripiat.

Ipse malum exque malo plantat mortalibus, atque
 Ærumnas tristes, deinde & lachrymabile bellum,
 ex Orphei sententia. ¹ Talia etiam Archilochus Parius: O Iupiter, inquit, tuum est cœli
 imperium. Tu autem vides opera quæ populum ad cœlos dirigunt, & quæ fas est fieri.
 Canat nobis rursus Orpheus:

¹⁰ Oceani ad fines expansa est & manus illi
 Vndique dextera, sub pedibus subiectaque terra est.

*Hæc illinc apertè sumpta sunt, nempe Dominus seruabit ciuitates quæ habitantur: Et to-
 tum orbem terra manu comprehendet tanquam nidum: Dominus qui fecit terram in for-
 titudine sua, vt ait Hieremias, & erexit orbem terræ in sua sapientia. Præterea autem
 Phocylides angelos vocans dæmones, alios quidem ex his esse bonos, alios verò esse malos
 per hæc ostendit. Nam nos quoque accepimus aliquos qui defecerunt.*

¹⁰ Dæmonibus non vnâ viris natura nocendi est,
 Sunt etenim longè venientia qui mala pellunt.

Rectè verò Philemon quoque Comicus, simulachrorum cultum per hæc excindit:

Fortuna non est nobis vlla vsquam Dea.
 Non est, sed vnicique quod euenerit,
 Casûque fit, fortuna nobis dicitur.

Sophocles autem Tragicus:

³⁰ Iphis non veniunt certè Diis omnia spontè,
 Excepto Ioue: principium nam & finis in illo est.

Et Orpheus:

Imperium vnum est, vnus dæmon, lumine replens
 Cælum, facta in eo sunt, in quo & cuncta mouentur,
 Ignis aqua & tellus: *Et quæ deinceps sequuntur.*

⁴⁰ *Et Pyndarus Lyricus veluti quodam Bacchico furore corripitur, & apertè dixit quid sit
 Deus, nempe vniuersum. Cum autem dixerit: Exiguam sapientiam sperat homo habere
 ab homine: Deorum autem consilia mortali mente scrutari est difficile, mortali autem na-
 tus est ex matre: ex illo deduxit sententiam, nempe: Quis nouit mentem Domini? aut quis
 fuit eius consiliarius? Quinetiam Hesiodus per ea quæ scribit his consonat:*

Non vates inter terrestres vllus habetur,
 Qui Iouis ægiferi possit cognoscere mentem.

⁵⁰ *Meritò ergo Solon Atheniensis, qui ipse quoque secutus est Hesiodum, scribit:*

Omnibus atque viris mens est obscura Deorum.

^m *Rursus cum Moses prædixerit mulierem in labore & dolore esse pariturã, propter trans- Genes. 1.
 gressionem, scribit quidam poëta non ignobilis:*

Nunquam noctûque diûque
 A tristi arumna cessabunt atque labore,
 Horum diûque graues mittent in pectora curas.

⁶⁰ *Præterea Homerus quidem, cum dixit:*

Ex auro verùm trutinas pater ipse librabat,
Deum iustum significat. Menander autem Comicus Deum bonum interpretans, dicit:
 Adest viro cui libet dæmon bonus,
 Cùm natus est statim, vt ad vitam instituat.
 Nam dæmonem malum non par est credere

Quæ res obscura est valde, vndéque nata fuere.
 Facta scies Cyclicæ circa & plantaria Lunæ,
 Naturam & cælum quod circumuoluitur orbem.
 Fugit namque illinc, illum ducensque ligauit
 Fatalis series, astra vt suprema teneret.

Necessum,
 ἀνάγκη, nec-
 cessitas.

¹ Et Metrodorum, qui etsi fuerit Epicureus, diuinè hoc dixit: Memento Menestrate, quoniam es mortalis, & vitam accepisti terminatam, anima ascendere, donec seculum, & rerum videris infinitatem, tam quæ futura sunt quam quæ fuerunt: quando cum beato choro, ex Platonis sententia, felicem visionem spectaculumque contemplabimur: & nos quidem cum Ioue sequentes, alij autem cum diis alijs, & beatissima, si fas est dicere, mysteria peragemus ac celebrabimus, ipsi quidem integri & nulli maiorum perpeffioni obnoxij, quæ in posteriori tempore nos manserunt: integra autem & quietæ visa aspicientes & contemplantes in luce pura, puri, & nequaquam hoc obsignati, quod nunc corpus circumferentes nominamus, eo instar ostrei alligati. Pythagoræ autem cælum appellant αἰθέρα, hoc est, terram ex aduerso sitam. In qua terra, inquit per Hieremiam, collocabo te in filios, & dabo tibi terram electam hæreditatem Dei omnipotentis, cuius qui fuerunt hæredes, erunt reges terræ. Affluunt mihi innumerabilia alia adiicienda, sed vt sit dicendi modus, finem imponam orationi, ne id nobis quoque eueniat quod dicit Agatho Tragicus:

Id quod obiter dicitur, vt id de quo agitur,
 Exultimantes, & persequentes gnauiter.

² Cùm ergo apertè, vt arbitror, ostensum sit, quomodo fures à Domino dictos esse Græcos, sit audiendum, lubens præmitto dogmata philosophorum. Nam si eorum quoque dictiones persequeremur, mox commentariorum innumerabilem collegerimus multitudinem, ostendentes omnem quæ est apud Græcos sapientiam, esse à barbara sumptam philosophia. Quam contemplationem nihilo secius necessariò attingemus, quando colligemus opiniones Græcorum quæ feruntur de principijs. ³ Sed hoc quoque nobis ex iis quæ dicta sunt licet tacitè considerare, quemadmodum sint legendi libri Græcorum, ei qui scit transire eorum fluctus. ⁴ Diuinæ mentis qui possedit bona, felix,

Sed miser est, tenebrosa Deum cui opinio curæ,
 vt ait Empedocles, is cognitionem & ignorationem, felicitatis & infelicitatis esse fines diuinè esse significauit. Oportet enim multarum rerum esse gnaros viros philosophos, ex Heracliti sententia, & reuera necesse est,

Hunc hominem esse bonum, qui quærens multa pererrat.

⁵ Ex iis ergò quæ prius dicta sunt iam est nobis perspicuum, esse æternam Dei beneficentiam, & verè æqualem naturalem iustitiam, à principij experte principio, pro vniuscuiusque generis dignitate, ad omnes processisse, cum nunquam cæpisset. Neque enim huius quod est esse Dominum & bonum, principium accepit Deus, qui est semper id quod est. Sed neque cessabit vnquam benefacere, etiamsi singula ad finem perduxerit. Est autem vnusquisque nostrum beneficiæ particeps ad id quod vult. Differentiam enim fecit anima quæ euasit digna electione, voluntariumque institutum & exercitatio. Sic ergo quintus quoque liber Commentariorum cognitionis qui sunt in vera philosophia, qui nominatur Stromateus, finiatur.

COMMENTARIVS.

⁶ R v r s v s igitur audiamus. Bacchylides diuinam naturam dicit nec morbis nec criminibus obnoxiam, nec hominibus similem: Clearches verò Stoicus Deum dicit esse ab omnibus affectionibus liberum & permanere, id est esse æternum, nec quenquam posse eum imitari, nec mirum, cum, vt ante diximus, sit omnis figura expers, cætera vide in eius versibus. Idem Cleanthes dicit induci idololatriam à falsa vulgi opinione, & ideo ei non esse assentiendum, nec sperandū boni aliquid ex ea posse consequi. Rectè quoque Antiopam admonet

admonet Amphion, ne credat Iouem scelerati viri, nempe adulteri, veste indutum tãquam hominem eius cubile ingredi, est tamen in fabulis hunc Amphionem fuisse Iouis filiū ex Antiopa vxore Lyncei, quem ipse cum Zetho & Calai fratribus postea occidit. Sophocles autem dicit apertè Iouem cum eius matre concubuisse, non versum in cignum vt olim cum Leda Tindari vxore in cignum versus concubuit, quando Helenam Pollucem & Castorem ex ovo genuit, sed plane tanquam hominem eam ingrauidasse. Eius autem libidinis tantum dicit fuisse ardorem, vt propere gradus ascenderit, & neque cibum sumperit, nec se abluerit, sed tota nocte voluptati operam dederit. Hæc quidem Sophocles, sed in ea Tragœdia quam puto hodie nõ extare. Hæc cū citasset ex Poetis Tragicis reuertitur ad Philosophos alios & Poetas qui de Diis loquuntur. ⁷ Apertè autem dicit. Pergit recensere ea quæ de Deo dicuntur à Philosophis & Poetis, sed locus

¹⁰ qui citatur ex Heraclito videtur esse corruptus. Ita enim in Græco legitur: Τὸ λόγος τὸ ὄντος αἰεὶ φησὶν ἀζωῆτος γίνονται ἀβρῶπι & ἀζωῆτος ἢ ἀκούσαι & ἀκούσαντες τὸ ἀζωῆτον. Eum ita censeo restituendum: Τὸ λόγος τὸ ὄντος αἰεὶ φησὶν ἀζωῆτος γίνονται ἀβρῶπι & ἀζωῆτος ἢ ἀκούσαι & ἀκούσαντες τὸ ἀζωῆτον. Vt significet; Verbi quod semper est, inquit, non intelligentes sunt homines, & priusquam audierint, & cum primum audierint, vt id dicatur de Verbo æterno Dei filio, nõ de verbo quod profertur. Melampides verò Deum vocat miraculum mortalium, sicut & in multis locis scripturæ mirabilis dicitur & admirabilis, & admirabile nomen eius. Parmenides verò inter cætera quæ Deo tribuit, eum vocat vnigenam, vt qui vnicum filium nempe Verbum genuerit. Heliodus verò Regem & Dominum omnium immortalium, & cuius imperium omnia imperia superat, & ei cedunt omnia. Sophocles autem, teste Hecates in historia quam scripsit de Abrahamo & Ægyptijs, ait in Tragœdia vere esse vnum Deum, qui cælum, & terram, & mare, & ventos creauit, Deos autem non esse eos quorum facta sunt imagines ad viuos consolandos, licet eis immoletur, & in eorum honorem Dies festi celebrantur, nec pij sunt censendi qui eos colunt. Euripides verò altum æthera quæ omnia complectitur, dicit Iouem dici & Deum esse credendum. In actu seu Tragœdia quæ dicitur Pirithus, quæ nescio an hodie extet, Deum alloquens dicit eum per se ortum, id est nõ aliunde quam à seipso ducere principium, qui in imbre æthereo implicatam habet naturam: ab eo enim descendant omnia naturalium rerum semina, vt in quo sunt idæ vera & æterna rerum exemplaria. Circa eam autem sunt lux & tenebræ, & stellarū multitudinē innumerabilis. Per ea autem significatur totus mundus & quæ in eo sunt omnia, quæ sunt circa suum creatorem, vt quæ ab eo pendent, & absque eo esse nequeant. Porro autem Iouem esse æthera cælum & terram, & denique omnia, Theologicè dictum est ab Æschylo: Deus enim neque est pars, neque totum, & tamen est totum & pars, omniū partē & totum in seipso accipiens, & prius habes, vt vult Diuus Dionysius. Porro

²⁰ autem cū in Deo sit mundus, vt dicunt, intelligibilis, qui est exemplar mundi sensibilis, in mundo autem intelligibili sunt idæ ætheris, cæli, terræ & aquæ, quæ omnia sunt in Deo, nihil autem sit in Deo quod non sit Deus, hinc fit vt Deus sit æther, cælum, terra & aqua, & denique omnia. Quod autem dicit Heraclitus, esse vnum sapiens, nempe Iouis nomen, quod vult esse & non esse vnum. Est enim Deus vnum quod cadit sub intelligentiam, non vnum autem quando ab eo tanquam ab exemplari producuntur sensilia, quæ non sunt amplius vnum, sed multa: in hoc cum Heraclito consentit Plato, qui Deum dicit esse ἑνὸν, & exemplar rerum sensilium. Nam quatenus quidem est ἑνὸν, exemplar rerum sensilium, vnum est: quatenus autē sensilia facta sunt ad eius exemplar, ea ratione Deus nõ est amplius vnum, sed multa ab vno exemplari deducta. Vult itaque Deus esse vnum & nõ vnum. Vnum, vt exemplar omniū: Non vnum, cum æternæ rerum idæ deducuntur ad sensiles species. Est ergo vna Dei essentia, sed in ea multa sunt ab eo producta, quæ licet non sint Deus, Deus tamē est omnia. Quod autem dicit idem Heraclitus, legem & consilium esse vni parere, videtur significare nullam esse meliorem legem quam quæ à Deo datur, nec ab eo melius capi cōsiliū quàm à Deo. Sunt autem in lege diuina præcepta & consilia, quæ sunt amplectenda tanquam ab vno profecta. Et sunt præcepta quidem necessaria ad salutem. Per consilia autem licet ea non sint omnino necessaria, qui ea tamen sequuntur, maiora assequuntur præmia, cuiusmodi sunt, sibi perpetuam indicere continentiam, voluntariam amplecti paupertatem, & non suo viuere arbitrio, sed pendere à præceptis magistri recta iubētis. Quod autem dicit Dominus in Euāgelio Lucæ, id ad sensum anagogicum sic deducit Heraclitus Ephesius, Qui audiunt & non intelligunt, perinde sunt, atque si essent surdi nec audirent, & licet sint præsentēs, perinde est atque si abessent. ⁸ At vnum quoque principium. Quod non soli Hebræi, sed etiam Græci vnum nouerunt principium. probat Clemens, ex iis quæ scripsit Timæus Locrus, sed id ipsum quoque sumpsit Timæus ex Mose in Deuteronomio. Quod autem vnum omnium principium sit ingenitum, ex eo probat, quod si esset genitum, id iam non esset principium, sed illa ex quibus esset genitum. Est ergo Deus omnium principium, cū ex illo omnia sunt genita, ipse autem ex nullo. Quod tamen minime est intelligendum de æterna illa generatione, qua filius à patre generatur, quæ quidem generatio est eiusmodi, vt nemo eam possit enarrare. ⁹ Iam verò videtur Homerus. Vlysses à Polyphemo in antro inclusus, cum eum rogasset quod esset sibi nomen, respondit ὄνη, id est, nullus. Cū autem tanta esset eius superbia, vt neque dolo, neque vi se occidi posse putaret, non potuit tamen vitare mortem, vel excæcationem, quam morbum Iouis appellat Homerus, quæ illi ab Vlyssē qui se Vtim vocauit, est illata. Et erant quidem Cyclopes feri, & immanes, qui Deum nihili faciebant, in morte tamen Polyphemi quem ferula excæcauit Vlysses, veluti quadam sorte eius agnouerunt potētiam. ¹⁰ Et ante eum Orpheus dixit. Orpheus non solum dicit Deum Omnipotentem, sed Deum quoque dicit Patrem & Filium. Xenocrates quoque per hoc quod vocauit vnum supremū Iouem, alterum vero vltimum, patrē intelligit & filium, non quod Pater maior sit filio. Vnus enim, quod attinet ad essentiam, & idem est pater, sed quod pater est initium & origo diuinitatis à quo gignitur filius, & ea ratione pater est summus seu supremus, filius autem infimus. ¹¹ Cūnam assimilastis Dominum. Non est mirum si Deus corpore non possit apprehēdi, cum res nulla ei possit assimilari, & nec faber possit eius effingere imaginem, nec aurifex eius fundere & inaurare statuam, est enim Deus incorporeus. Sed cū & in Deo sit ratio, & sit ratio etiam in homine, homo Deum ratione potest apprehēdere. Ratione autem & numero maxime eget homo, ratione, inquit, humana quæ eum regit & conseruat. Sed ipsa humana ratio oritur à diuina,

quæ hominem docet quid sit ei vile, & quod ad victum pertineat & alimēta. Ab ea homo discit artes: ad eas enim inueniendas nimis est imbecilla ratio humana: homo certe nō inuenit artem, sed eam affert Deus. Dicitur ratio græcè λόγος, est autē λόγος, & verbū Dei essentielle, quod est Deus, & in Deo, vt filius, inquam, in patre. Qui est autem in homine λόγος, id est ratio, non est homo, sed est facultas ratiocinandi, quæ insita homini eius formam constituit, sed Verbum latinè dicitur de Deo, Ratio autem de homine. *conuenit autem his quoque.* Post iudicium futurū mundi consummationē narrant & Tragicus & Orpheus. Postquam autem cōflagrabit mundus, is deinceps reparabitur & in integrū restituetur, sed longè erit perfectior, vt qui non amplius futurus sit sensibilis, sed cadens sub intelligentiam, vt antea diximus. Postquam autem cōflagrabit mundus, nec maris erunt vlli fluctus, nec terra producet folia quæ dicuntur pennata, quod pennarum habeant quandā similitudinem. Postquam autem reparatus fuerit mundus, rursus salua erunt omnia. Nam & homines qui perierant & erant abditī, à Deo remittentur & redibunt in lucem, id est resurgent. *Deinde illud subiungit.* Ex his versibus quos citat Clemens ex Orphei Theologia, satis apparet Orpheum plurima quæ de Deo præclare scripsit, non aliunde accepisse quam ex sacris Hebræorū scripturis, nempe quod Deus cælum & terram, & totā complectitur rerum vniuersitatem: quodque & mediis & extremis sit principiu, terræque & montium ab eo fiat motus & concussio: quodque & Dæmones eum timeant, & fatalis necessitas, quæ est alioqui inexorabilis & nemini parcat, ei pareat; quod Angeli qui sunt administratorij spiritus, & hominum maximā curam gerunt, eum circumstant: quod sit immortalis & alienus ab interitu: quod ab eo sit ordo motuum cælestium, & ab eo regantur quatuor anni tempora, & ab eo procedant rebus omnibus insitæ naturæ rationes. Quam ob causam eum vocauit Orpheus *μὴ βροτῶν*, quod perinde ac si fungeretur officio patris & matris, eius iussu & nutu producatur omnia. Hinc autem nonnulli acceperunt occasionem existimandi, quod Deus haberet coniugem. Ij sunt Valentiniani hæretici de quibus scribit Epiphanius lib. 1. tom. 2. *Talia etiam Archilochus Parus.* Per bonas actiones ad cælū viam muniti, non solum sacra scriptura, sed vidit etiam Archilochus Parus. Orpheus quoque cōuenienter sacra scripturæ scribit, Dei dexteram extendi vsque ad fines Oceani, & terram ei subiectam, significans eum orbem terræ quæ creauit, suam etiam sapientia ac virtute regere ac moderari. *Et Pindarus lyricus.* Pindarus tanquam vates diuino spiritu afflatus Deum dicit esse *πᾶσι*, id est vniuersum, significans id quod dicit Trismegistus, Deum esse omnia tam quæ sunt, quam quæ non sunt. Et rursus Deus est qui omnes fabricatur mortales, Deus est creator que natus est ex mortali matre, sed est difficile homini cui est mens mortalis Dei scrutari consilium. Hoc quidem scripsit Pindarus, cum hanc sententiam accepisset ab Esaia. Cui conuenienter dicit Heliodus, nullum ex terrenis vrbibus posse Iouis, id est Dei mentem cognoscere, & Solon Atheniensis qui fuit vnus ex septem Græcorum sapientibus, scribit nullum hominem posse Dei mentem aperte cognoscere. *Rursus cum Moses prædixerit.* Quod mulier propter præcepti diuini transgressionem in labore & dolore esset paritura, scripsit Moses in Genesi. Hoc à Mose accepit Poeta quidam non ignobilis, sed cuius nomen subicit Clemens, nec id ad nos peruenit. *Præterea Homerus quidem.* In scripturis nihil occurrit frequentius quam vt Deus dicatur iustus & bonus. Illas secuti sunt Poetæ. Et Homerus quidem iustum esse significas Deum, dicit patrem aureas librare trutinas. Menander autem Comicus dicit, cui libet cum primum natus est dari bonum Dæmonem, vt eum regat, & ad vitam instituat. Ad vitam autem bene instituendam non est credibile dari malum Dæmonem, sed potius in omnibus bonum. Græcè est *παντ' ἀγαθόν*, quod significat omnem bonum, vel potius, est enim ambiguum, in omnibus bonum. Per Dæmonem autem intelligitur Angelus: sunt autem, vt antea diximus, Angeli boni & mali, sicut etiam Dæmones. *Rursus Æschylus.* Pulchrè ostendit Æschylus quantum sit discrimen inter Deum & mortales, cum ipse omnia sit & possit, & cum terribiles eius oculos viderint, omnia contremiscant. Totam autem hanc sententiam accepit Æschylus ex Psalmodiographo. *Huc accedit quod Apollo.* Cum Medi bellum gererent aduersus Græciam, Apollo consultus de belli euentu, respondit Mineruam suis præcibus non potuisse placare Iouem, nec impetrare, vt multa Deorum templa non vrerentur. Quod quidem summam Dei ostendit potentiam, cui non potest resisti. *Theatrides autem scribit.* Deus est vnum re vera eorum quæ sunt principium, & vnum solum, est enim vnum principium quod fuit à principio: vnum autem est re vera principium. Nam si multa essent principia non esset vnum. Sine magno Rege, id est, sine Deo, non est vllus alius. Nam sine Deo nihil est, & ab eo omnia habent, vt sint per communicatam participationem, quæ tamen non sunt propriè cum oriantur & intereant. *Merito ergo Plato.* Plato in multis locis maximam dicit esse disciplinā boni videre ideam. Idem autem in lib. 7. de Repub. vbi pulcherrima antri similitudine, in quo qui sunt vincitī, vmbas tantum rerum vident, qui autē inde ascenderunt, & ad lucem peruenerunt, nō amplius vmbas, sed res ipsas vere & aperte contemplantur, vult optima ingenia assuescere vt bonum videant, & totam circumagendo animam, à nocturno die, id est ab ignorantia tenebris, in quibus videntur tantum vmbæ, ascendant ad eius quod vere est, nempe Dei contemplationem, quæ quidē est vera philosophia. *Patrem ergo.* Hic locus est corruptus & imperfectus, nec poterit restitui, nisi aliquid aliud inueniatur exemplar, ex eo tamen videtur elici posse hic sensus; Patrem & effectorem vniuersorum ante omnia apprehendunt omnia, tam inanima quam animata, & tam quæ sunt nata, & operantur, quam quæ sunt adhuc in vtero matrum abortum timētia, & tam quæ sunt expertia rationis, quam quæ sunt ratione predita. Eum autem apprehendunt, non quod id à doctrina didicerint, sed quod id sit eis insitum à natura. Vnde & præclare dixit Homerus, *ἐκ ἀγαθῶν πολλοὶ γεννῶνται καὶ νοῦς ἐστίν*, id est, Non est bonus multorum principatus, vnus sit Dominus. Ideo autem anticipatā Dei habent notionem, quod vniuersæ & maxime generales eius operationes ad omnes peruadunt: ab eo enim procedit vita, sensus, & intelligentia. Atque omnes quidem gentes Dei habent notionem, sed nullæ magis quam Græci, qui ab Hebræis moti, Deo inaspectabili, omnipotenti, & præcipuo rerū autori tribuunt prouidentiam. Quamuis autem Dei habeant insitam notionem, quæ tamen Deum consequuntur, non norunt nisi à nobis fuerint instituti, quando fidem accipiunt. Sed neque norunt quomodo Deus mente cogitetur, nisi eius

nisi eius veram videant apparitionem. Apparuit autem quando carne suscepta natus est Christus, & Deus vnus est in terris. *Merito ergo Apostolus.* Dixit antea omnes Dei habere notionem, est enim omnibus natura insitum nosse quid sit Deus: is autē potestate Deus est & Dominus omnium. Nosse autem Deum esse id quod est, id est ipsum ens à quo omnia habent quod sint, & esse patre & creatore vniuersorum, & trium hypostaseon seu personarū habere ordinem, in quo est Oeconomia & dispensatio veritatis. Deum ergo qui est omnium Deus, & Dominus potestate, quod sit norūt omnes: quod sit autem Pater & creator, & quod qui est vnus, distinctas habeat personas Patris & Filij & Spiritus sancti, ij demum norunt qui fide sunt instituti, qui dicuntur cathecumeni. *Similiter etiam Prophetica.* Is quæ dixit Apostolus consentiunt etiam Propheta Esaia, Ionas, & Malachias, quod Deus scilicet sit omnium potestate, Iudæorū autem cognitione, vt superius diximus. Illa autem cognitio efficit, vt Dei nomen sit clarum in gentibus, & ei sacrificetur à Solis ortu vsque ad occasum, quod intelligitur de puro & mundo Eucharistiæ sacrificio, quod successit omnibus veteris legis vmbis & figuris. *Liberum autem arbitrium.* Plato in Cratylo virtutis etymologiam dicit esse *ἀεφρτω*, vel *ἀεφρτω*, quod vel volenti facile affluat, vel nemine cogente aut imperante, sed libera electio, ne suscipiatur. Vnde dicit Clemens Platonem liberum asserere arbitrium iis verbis quæ recitat; Virtus, inquit, non parer alterius dominio, illius est vnusquisque particeps, prout eam elegerit vel despexerit. Quod eam non allequatur, non alij quam sibi est imputandum. In Deum certe non potest culpa conferri, qui boni tantum causa est, non mali. Quod & in multis locis dicit Plato, & Pindarus in suis Odis, in quibus dicit Iouem non esse hominibus causam malorum, sed in vniuscuiusque potestate esse situm, vt apprehēdat iustitiam, comitem bonarum legum institutionis, & eius quod fas est & æquum, quod Themis vocat. Iouem autem vxorem duxisse Themis à parci seu fati ad Olympi scalas adductam, ex qua præclaros procreauit Seruatores, Deum iustum esse innuens, & ex eo non solum vnum generari Seruatorem, nempe vnicum eius filium, sed etiam ab eo creari homines, qui sunt sub eo hominibus salutes. Cum de Deo multa dixisset, subiunxit, eum esse miserum & infelicem qui veritati, id est Deo non credit. Veritati autem & Deo non credit, qui humana inflatus doctrina, se naturæ quidem dat contemplationi, & Dei videns opera ex iis de Deo non cogitat, & de rebus quidem sublimibus, & quæ sunt in aère, quæ quidem dicuntur *μετὰ τὰ οὐρα*, acriter & vehementer disputat, de iis autem quæ non videntur, de diuinis, inquam, & quæ sub solam cadunt intelligentiam, nihil sentit. Hæc est autem vera disciplina, in Dei & rerum diuinarum versari contemplatione. Hoc intellexit Parmenides, qui naturam Solisque & Lunæ cursum, & vniuersam mundi reuolutionem à fatali serie quæ est ei præscripta à Deo perdere, suis diuinis ostendit versibus. *Et Metrodorum.* Non solum Parmenides, sed etiam Metrodorus quamuis esset Epicureus, soleant autem Epicuri de Deo minus recte sentire, de rebus diuinis, & quæ cadunt sub intelligentiam diuinè loquuntur, admonens Menestratum, vt cum sit mortalis, & eius vita certo termino contineatur, anima ascendat & contempletur donec videat seculum seu æuum, id est aternitatem, & infinitatem rerum quæ fuerunt, & futurum. Hoc autem futurum est, quando cum beatis Dei visionem simul cum Deo contemplantur, puri & in pura luce collocati, & à rerum terrenarum concretionem remoti, & à corpore cui instar ostrei sumus alligati, fuerimus liberati. De rebus quoque diuinis & quæ intelligentia percipiuntur sentit Pythagoras cum cælum vocat *ἀστροθώρα*, id est terram ex aduerso nostræ sitam, in qua qui sunt moriuntur. Terra autem illa de qua loquitur Pythagoras, est æterna illa terra, de qua dicit regius psaltes David; Credo videre bona Domini in terra viuentium, & quam mites possessuros dicit Christus in beatitudinibus: apud Hieremiam autem dicit Deus, se daturum terram electam hæreditatem Dei omnipotentis, cuius qui fuerunt hæredes, erunt Reges terræ. Cū multa autē alia dicere posset, dicit se finē facere, ne, vt dicit Agatho Tragicus *παρρησιον*, id est, id quod propter aliud dicitur, sit longius quam ipsum opus propter quod dicitur. *Cum ergo aperte.* Superius satis ostendit quomodo sit intelligendum quod dicit Dominus, Græcos esse fures, & cum posset longe plura dicere si Græcorum dogmata adduceret, vitans nimiam libri prolixitatem, de iis tamen dogmatibus est necessario aliquid dicturus, quando colliget opiniones Græcorum de principis. *Sed hoc quoque nobis.* Ex iis, inquit, quæ dicta sunt, possumus considerare, quomodo Græcorum libri in quibus sunt multa turbulenta & periculosa, sint legendi ab iis, qui vitantes noxia, vtilia & salutaria volent colligere. *Diuinae mentis qui possedit bona, felix.* Ex libris, inquit, Græcorum sunt colligenda quæ sunt diuina, ea enim sunt quæ hominem felicem reddunt, miseri autem sunt, qui curiosè inquirunt Deorum vanas opiniones. Et in rebus quidem diuinis est cognitio, in vanis autem Deorum erroribus est ignoratio. Oportet autem Philosophum multarum rerum habere notitiam: vt multarum autem rerum habeatur notitia, necesse est vt multa legantur & percurrantur quæ memoria mandentur. *Ex iis ergo.* Hic est conclusio libri quinti, ex quo dicit esse perspicuum, esse æternam Dei beneficentiam. (Deus enim est semper bonus, & nunquam desinit esse bonus) & naturalem eius iustitiam pro dignitate vniuscuiusque generis ex quo procedere à principio quod caret principio, id est à Deo. Principio enim caret Deus, vt qui nunquam cœperit, Deus enim qui semper est id quod est, reuera enim solus est, & præter eum reuera nihil est, nunquam cœpit esse Dominus & bonus, qui semper est id quod est. Cum ergo sit Dominus & bonus, & semper sit id quod est, nunquam cœpit esse Dominus & bonus. Quod si est semper bonus, semper benefacit, nec vnquam cessat benefacere, nec ideo cessat benefacere quod singulis finem imponat. Cum autem vniuique rerum generi pro earum diuersitate benefaciat, hominibus tamen maxime benefacit. Benefacit autem ad id quod vult vnusquisque. Sed cum in anima sit situm liberum arbitrium, varia animæ electio, & voluntarium institutum, & exercitatio efficit, vt sit varia in homines beneficentia. Et hic est finis quinti libri Stromatum.

CLEMENTIS ALEXAN-
DRINI STROMATVM
LIBER SEXTVS.



IC^a autem sextus simul & septimus Liber, eorum qui ex vera sunt phi-
losophia Commentariorum cognitionem informantium, qui dicitur
Stromateus, cum moralem rationem qua in iis perficitur, quam maxi-
me fieri potuerit, descripserit, & ostenderit quonam sit vitæ instituto is
qui est cognitione præditus, procedit, Philosophis ostensurus eum nequa-
quam esse ἀθεον, id est à pietate & religione alienum, ut existimauerunt,

sed solum reuera pium & religiosum, eius qui est cognitione præditus, Dei cultus modum
summatim exponens, quod attinet ad eam qua admonet & in memoriam reuocat, scri-
pturam citra periculum imprimendam. Operari enim cibum qui in æuum permanet, præ-
cepit Dominus. Et alicubi dicit Propheta: Beatus qui seminat super omnem aquam,
quam conculcat vitulus & asinus: nempe qui ex lege & gentibus in unam fidem congre-
gatur populus. Qui autem est imbecillus, olera comedit, ut ait præclarus Apostolus. Prius
autem pedagogus, qui à nobis diuiditur in tribus libris, ostendit educationem & institu-
tionem qua datur à pueritia, hoc est, qua ex catechesi, seu ex auditione tradita doctrina, fi-
de simul augetur, vitæ informationem, & iis qui in numerum virorum adscribuntur,
preparat animam virtute præditam, ad scientiam qua cognitionem præbet accipiendam.

Cum ergo ex iis qua per hæc à nobis dicenda sunt, Græci euidenter didicerint, quòd cum
eum qui est pius & verus Dei cultor nefarie persequantur, ipsi se impiè gerant: tunc iam
procedentibus conuenienter Stromatum stylo & formæ Commentariis, soluendæ sunt qua
& à Græcis & à barbaris in nos mouentur dubitationes de aduentu Domini. Atque in
prato quidem qui variè florent flores, & in horto arborum plantatio, non est separata per
unamquaque speciem eorum qua sunt alterius generis, etiamsi quidam, eruditus variè de-
cerptis collectionibus, prata & Heliconas, & fauos, & peplos, conscripserint: sed iis qua ut
contigit mihi venerunt in mentem, & neque ordine neque dictione sunt expurgata, sunt
autem de industria dispersa, permixtim nobis instar prati variata est Stromatum descri-
ptio. Quæ cum ita habeant, & mihi erunt ad me excitandum Commentarij: & ei qui est
aptus ad cognitionem, si forte in ea inciderit, eius quod est utile ac conducibile cum sudore
fiet inquisitio. Non solum enim cibum, sed multo magis etiam cognitionem labor præcedat
æquum est, iis qui per arctam & angustam verè viam Dominicam, ad æternam & bea-
tam transmittuntur salutem. Nostra autem cognitio, & hortus spiritualis, est ipse noster
Seruator, in quem implantamur, transpositi & transformati in terram bonam ex vita ve-
teri. Mutatio autem plātationis confert ad fertilitatem & bonitatem fructuum. Lux au-
tem est Dominus & vera cognitio, in quem sumus transpositi. Dicitur autem alioqui du-
plex etiam cognitio: una quidem communiter, qua est in omnibus hominibus: similiter in-
telligentia & apprehensio, qua vulgò & publicè ubique ex eo apparet, quòd norit unum-
quodque eorū qua sunt subiecta: quam non solum habent potestates qua sunt ratione præ-
dita, sed etiam qua ea carent: quam ego nunquam nominauerim cognitionem, ut cui sit
à natura ingeneratum, ut cognoscat per sensus. Quæ autem excellenter & præcipuè nomi-
natur cognitio, ex mente & ratione formam accipit & caractèrem, per quam solæ po-
testates rationis participes sunt cognitiones, qua iis qua apprehenduntur intelligentia,
per nudam animæ operationem purè ac syncerè applicantur. Bonus est vir, inquit David,

Psal. lxx.

qui mise-

qui miseretur eorum qui errore pereunt, & commodat impertiendo verbum veritatis, non
temerè & ut contingit, sed si pensabit sermones suos in iudicio, profunda supputatione ac
ratiocinatione: is dispersit, dedit pauperibus. Priusquam autem aggrediamur id quod
est propositum, fini quinti libri Stromatum sunt instar proœmij reddenda: ea qua desunt.
Nam quoniam ostendimus symbolicum genus esse antiquum, eo autem esse vsos non so-
lum prophetas qui sunt apud nos, sed etiam ex prisca Græcis permultos, & non paucos
ex aliis barbaris qui sunt in gentibus, oportet eorum quoque qui inuicem persequi my-
steria. Hæc autem declarare distuli in eum locum, quo ea qua à Græcis dicta sunt de
principiis persequentes, confutabimus: nam huius quoque contemplationis ostendemus
fore mysteria. Cum autem ostenderimus Græcorum cogitatorum eum qui apparet sen-
sum, ex veritate qua nobis fuit tradita per scripturas, fuisse illustratum, in quo signifi-
cato fructum veritatis ad ipsos peruenisse postea, si non sit graue dictu, monstrauiamus: age-
dum ipsos Græcos furti in seipsos admissi testes adducamus. Qui enim qua sunt eorum
propria tam euidenter à se inuicem suffurantur, se quidem fures esse confirmant: vel in-
iuiti autem ostenduntur à nobis acceptam usurpasse veritatem, & eis qui erant sui gene-
ris clanculum tradidisse. Qui enim ne à seipsis quidem abstinere, à nostris vix abstine-
bunt. Atque tacebo quidem eorum dogmata in philosophia, cum scriptis fateantur ij
qui in sectas distribuuntur, ne ingrati animi criminis conuincerentur, se decreta præci-
pua accepisse à Socrate. Cum autem vsus fuero paucis testimoniis eorum qui sermonibus
celebrantur, & in magna existimatione habentur apud Græcos, & eorum furandi ge-
nus in diuersis temporibus conuicero, conuertar ad ea qua deinceps sequuntur. Nam cum
fecisset Orpheus,

Ὡς ἔ κωτερον ἐὼ κ' ἐκ' ἴδ' ἄλλο γαυακός. id est:
Deterius peiusque aliud quam fœmina nil est. apertè dicit Homerus:
Ὀὐκ ἀνότερον καὶ κώτερον ἄλλο γαυακός. id est:
Deterius grauiusque aliud quam fœmina nil est.

Et cum scripisset Musæus:

Ὡς αἰεὶ τέχνη μὲν ἀμείνων ἰσχυρός ἐστίν. id est:
Est certe ars semper perinultum robore maior. Dicit Homerus.
Μῆτι τοιδρυτός ὡς γίνεται ἢ ἐ βίηφι. id est,
Ligna secans mage consilio quam robore vincit.

Et rursus cum dixisset Musæus:

Ὡς δὲ αὐτὸς κ' φύλλα φύδ' ἤδωρος ὄρεα.
Ἄλλα μὲν ἐν μελίῳσι δροφίνῃ, ἄλλ' αὖτ' ἐν φύδ'.
Ὡς ἴ κ' αἰθρῶπων ἄρρη κ' φύλλον ἐλίωσι. id est:
In lucem utque vides almam folia edere terram,
Atque perire alia in ramis ac rursus oriri,
Altera sic hominum seclum generatio voluit. transcribit Homerus
Φύλλα τὰ μὲν τ' αἴματος χαμάδις χέει, ἄλλ' αὖτ' ὕλην
τηλεθῶσ' ἐν φύδ' ἔαρος δὲ ὄπτε γίνεται ὄρη
Ὡς αἰθρῶπων ἄρρη ἢ μὲν φύδ'. ἢ δὲ δροφίηφι. id est:
Ventus fundit humi folia altera syluaque rursus
Altera producit viridantia tempore verno:
Nascitur humanum sic seclum sicque recedit.

Rursus autem cum dixisset Homerus:

Ὀὐχ ὅσιν κ' ἀμύροισιν ἐπ' αἰθρῶσιν ἐχέταιααδ. id est:

Fff iij

De occisis autem minime se extollere fas est.

Scribunt Archilochus & Cratinus, ille quidem, Οὐ γὰρ ἐὰν ἀλλὰ κατθανῶσι κερταμῆν ἐπ' αἰ-
δράσιν. hoc est: Non mortuos bene est conuiciis persequi. Cratinus autem in Laconicis,
φοβερόν αἰθεροῖσι, πὸ ἴαυ κ' αἰθροῖσι ἐπ' αἰθροῖσι καυχᾶσθαι, μέγα. id est, Terribile est de
hominibus occisis iuuenibus se valde iactare. Et rursus Archilocus illud transferes Home-
ricum. Αασάμλω, οὐδ' ἀδὲς ἀγαγομένη, ἀνὴν πολλῶν, id est:

Sum læsus, nec ego pro multis ferre recuso.

Sic scribit. ἤμβλακον, καὶ πούλινα ἄλλον ἢ δὲ ἀττι κηχῆσατο. id est, Erravi & utique aliquem
alium deprehendit calamitas. Sicut certe illum quoque uersum.

Ξωὸς στυάλιος, καὶ τε κ' ἀνέοντα κατέκτα. id est:

Communis perimit Mars & qui occiderat ante.

Ipsē transmutans sic protulit. Ερξω, ἐτήτυμον γὰρ Ξωὸς αἰθεροῖσι πρὸς, id est, Faciam,
reuera enim est Mars communis hominibus. Præterea illud quoque transferens.

Νίκης αἰθεροῖσι πρὸς ἐν πείρα κείται. id est:

Omnis in arbitrio victoria postea Deorum est.

Per hunc iambum iuuenibus etiam aperte addit animum.

Νίκης ὅ αἰθεροῖσι πείρατα. id est:

Est in Diis uero finis uictoriae.

Rursus cum dixisset Homerus:

Ἀντιπὸ ποδὲς χαμμεύουαι. id est:

Illotis plantis in humo duraque cubantes:

Euripides scribit in Erectheo:

Εὐδουσι ἐν ἀγρώται πῆδα.

Γηγῆς δὲ οὐχ ὑγρῶν ποδῶν. id est:

In solo minime strato dormiunt.

Fontibus autem minime lauant pedes.

Et cum similiter dixisset Archilochus:

Ἄλλ' ἄλλος ἀλλῶν καρδίῳ ἰαίνεται. id est,

Cor alij de alio mouetur gaudio.

Conuenienter ei Homericō.

Ἄλλος γὰρ ἀλλοῖσι ἀνὴρ ὅπι τέρπεται ἔργῳ. id est:

De factis aliis alius nam gaudia fumit.

Dicit Euripides in Oeneo.

Ἄλλ' ἄλλος ἀλλοῖσι μάλλον ἠδέεται ἔργοις. id est:

Namque aliis alius magis latatur moribus.

Audiui autem Aeschylum quidem dicentem:

Οἶκῳ μὲν καὶ τὸν καλῶς βιβαίμονα.

Καὶ τὸν καλῶς παροῖσι καὶ τῶν μὲν, id est:

Est qui beatus is maneat domi decet.

Rem qui gerit malè, is bene est maneat domi.

Euripide similiter in scena clamante:

Μαχέλιος ὅστις βιτωχῶν οἶκῳ μὲν. id est:

Felix beatus qui cum sit domi manet.

Sed & Menandrum sic dicentem in comædia:

Οἶκῳ μὲν καὶ τὸν καλῶς βιβαίμονα.

Ἡ μηκέτ' ἐπὶ τὸν καλῶς βιβαίμονα. id est,

Domi

Domi manere oportet, & esse liberum,
Aut non beatum illum esse verè dicier.

Rursus cum dicat Theognis:

Οὐκ ἔστι φθόνῳ φίλος καὶ πιστὸς ἐταῖρος, hoc est:

Qui exulat est illi non vllus fidus amicus.

dixit Euripides:

Γένηται φθόνῳ πᾶσις ἐκ ποδῶν φίλος. hoc est:

Procul fugit quiuis amicus pauperem.

Et cum dixisset Epicharmus, Ω θυγατερ αἰ αἰ τύχαι στυνοικίζων με ὡ στυοδα παλαίπερα,
& subiungat, ὁ μὲν γὰρ ἀλλῆς δὴ ἀλαμβαίνῃ νεανίδα· ἄλλον δὲ ἀνήματ' εὐδ' ἰνά. hoc est, O
filia hei mihi, cum quanam fortuna me facis habitare: Nam is quidem aliam sumit ado-
lescentulam, alia autem alium querit quempiam, scribit Euripides.

Καχὸν γυναικῶν παρὲς νέον ζῶσαι νέαν

Ο μὲν γὰρ ἀλλῆς λέκεθ' ἰμερῶ λαβῆν

Ἡ δὲ στυοὶς ἔσθ' ἔσθ' βελβῆ κακῶ. id est,

Dare iuueni iuuenem mala est res coniugem,

Namque is cupit cubile inire alterius:

Sed machinatur ipsa egens illi malum.

Præterea cum Euripides dixisset in Medea:

Καχὸν γὰρ ἀνδρὸς δῶρ ὄνησιν σὺν ἔσθ'. id est,

Etenim mali munus viri haud est vtile.

Sophocles in Aiace flagelifero dicit hoc iambicum:

Ἐχθερὸν δὲ ἀδωρε δῶρε καὶ σὺν ὄνησιμα. id est:

Dona hostium non dona sunt, nec commoda.

Cum autem versu dixisset Solon:

Τίκτηι γὰρ κέρως ὕβρεν ὅ τ' αἰ πολὺς ὄλβος ἐπῆται. hoc est:

Nascitur ex nimis opibus petulantia multa.

apertè scribit Theognis:

Τίκτηι τοὶ κέρως ὕβρεν, ὅ τ' αἰ κακῶ ὄλβος ἐπῆται. id est,

Nascitur ex nimis opibus petulantia prauis.

Vnde etiam Thucydides in historiis· Εἰώθησαν ὅ οἱ πολλοὶ τῶν αἰθεροῖσι φησὶν, αἰ μάλιστα καὶ
δὲ ἐλαχίστου ἀπεροδοκίως ἀπερογία ἐλθῆ, εἰς ὕβρεν βέπεσται. hoc est, Solent autem, inquit,
permulti homines quibus maxime res secunda aliquantisper euenerint, fieri insolentes. Phi-
liffus quoque similiter eadem imitatur sic dicens, Τὰ ὅ πολλὰ καὶ λθρῶν αἰθεροῖσι βιτω-
χοῖσι ἀσφαλέστερα τῶν δόξαν κακῶ παροῖσι· εἰώθησαν γὰρ μάλιστα οἱ τῶν δόξαν ἀπερο-
δοκίως ἀπεροσοντες εἰς ὕβρεν βέπεσται. hoc est: Multa autem quæ conuenienter ratio-
ni feliciter succedunt hominibus, sunt & ad famam & ad rerum aduersarum cautionem
tutiora. Quibus enim præter spem & expectationem res secunda accidunt, solent euadere
insolentes. Rursus cum hunc uersum fecisset Euripides.

Ἐκ γὰρ πατρὸς καὶ μητρὸς ἐκποιεμεθῶν

Σκληρῶς ἀφ' ἑσθ' οἱ γόνι βελτίονες. id est,

Ex patre & matre vitam egere qui asperam, &

Laboriosam validiores filij.

Scribit Critias. Ἀρχομεν δὲ τὸ ἀπὸ γένεθ' αἰθεροῖσι πῶς αἰ βέλτιστος τὸ σῶμα γένεθ' καὶ
ἰσχυρότατος, εἰ ὁ φύθων γυμναζοῖτο καὶ ἐαθίῳ ἔρρωμένως καὶ παλαίπερῳ τὸ σῶμα, καὶ ἡ μητὴρ
& πατὴρ ἔσθ' ἰσχυροὶ τὸ σῶμα καὶ γυμναζοῖτο. id est: Incipio autem ab ortu hominum,

F ff iij

quemadmodum fuerit corpore præstantissimus & fortissimus, si is qui ferit exerceatur & strenue comedat, & corpus vexet laboribus: & mater futuri infantis & sit robusto corpore, & se exerceat. Rursum cum Homerus dixisset de clypeo quem fabricatus est Vulcanus:

Ἐν μὲν γὰρ αἴτιον ἔτευσ', ἐν δὲ ἔργον, ἐν δὲ θάλασσαν

Ἐν δὲ ἐπίθῃ πῶσμοιο μέγα δένος Ωκεανοῖο. id est:

Tellurem mareque & cælum fabricatus in illo est.

Oceani magnam & vim fluminis indidit illi,

Dicit Pherecydes Syrius, Ζαὸς ποῖς Φάρος μέγα τε καὶ καλὸν καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλῃ γλῶσσει καὶ Ωγλῶν, καὶ ὁ Ωγλῶν δάμαρτα, hoc est: Ζαὸς facit magnum pulchrumque pallium, & varie in eo depingit terram & Ogenum, & domos Ogeni. Et cum dixisset Homerus:

Αἰδῶς ἢτ' ἀνδρας μέγα σίνετα, ἢ δὲ οἰνήσιν. hoc est:

Ipse pudor qui hominem multum læditque iuuatque.

Euripides scribit in Erechtheo,

Αἰδοῖς ὃ αὐτὸς δυσκείτως ἔχω πέει

Καὶ δὲ γὰρ αὐτῆς κέστιν ἔ κακὸν μέγα. id est:

Quid de pudore dicam haud faciliè iudicem.

Eo est opus certè, nec est malum graue.

Ex mutua autem comparatione furti loca sumpseris, ex ijs qui & simul floruerunt, & in ijsdem inter se concertarunt. Ex Euripide quidem in Oreste:

Ὡ φίλον ὑπὲρ γέληθ' ἔσθ', ἔπικουρον νόσος. id est:

Soporis ô illecebræ & morbum iuuans.

Et ex Sophocle in Eriphyle:

Ἀπελθ' ἐκείνης ὑπνον ἢ ἔσθ' νόσος. id est:

Abi ad soporem huius morbi qui est medicus.

Et ex Euripide quidem in Antigone:

Ὀνόματι μεμπτῶν ὁ νόθον ἢ φύσις δόιν. hoc est:

Nothum dedit probrosum natura nominis.

Sophocles autem ex Aleuadibus:

Ἀπὸν ὁ χρεσὸν τιῶ ἴσθ' ἔχθ' φύσιν. id est:

Quidquid bonum est naturam habet confimilem.

Rursum Euripides quidem in Ctimeno:

Τῷ γὰρ ποιοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβανῆ. id est:

Nam qui elaborat gaudet auxilio Dei.

Sophocles autem in Minoe dicit:

Οὐκ ἔστι τις μὴ δράσει σύμμαχος τύχη. id est:

Qui nil agunt iis fortuna non fert opem.

Quinetiam Euripides quidem in Alexandro:

Χρόνος ὃ δείξει, ὃ τεκμηρίω μαθῶν

Ἡ χρεσὸν ὄντα γνώσασθ' ἢ κακὸν id est:

Ostendet autem tempus ex quanam nota,

Aut te probum vel improbum cognouerim.

Sophocles autem ex Hippono:

Γεὸς τῶντα κρύπτει μηδὲν, ὡς ὁ πῶντ' ὄρων

Καὶ πῶντ' ἀκούων, πῶντ' ἀναπύσσει χρόνος. id est:

Ad hæc nihil celes, quod omnia etenim videt,

Et audit omnia, tempus illud explicat.

Sed illa

Sed illa quoque similiter persequamur. Nam cum carmine scripsisset Eumulus:

Μνημοσύνης καὶ Ζεῦος Ὀλυμπίας ἐνεία κούρα. id est:

Mnemosyne atque Ioui est soboles prognata nouena.

Solon sic incipit elegiam:

Μνημοσύνης καὶ Ζεῦος Ὀλυμπίας ἀγλαὰ τέκνα. id est:

Nata est Mnemosyne atque Ioui clarissima proles.

Rursum Euripides illud Homericum paraphrastice circumloquens:

Τίς ποθεν ἦς ἀνδρῶν ποθητοὶ πόλις, ἢ δὲ Κοῖνης. id est:

Quis tu homo es, & tibi quænam patria, quique parentes.

His iambis utitur in Aegeo:

Γοῖαν σε Φῶνιδι γαῖαν ἐκλελοιπότα,

Πολυξενέσθαι, γῆ δὲ τίς, παῖδας θ' ὄρεος.

Τίς ἔσθ' ὀφύσας τῆ κεκήρυξαι παῖδας. id est:

Dicemus ex qua te profectum patria

Loca peragrantem plurima, & quænam tua

Terra est, tuum quemnam asseris dici patrem?

Quid verò, non cum dixisset Theognis:

Οἶνος πινόμενος πολλὸς κακὸς· εὖ δέ τις αὐτῷ

Χρήται ἐπισημόνως, ἔ κακὸν, δὲ ἀγαθόν. id est:

Potetur nimium si vinum, est res mala: sed si

Scitè vtatur quis, non mala, sed bona res.

Scribit Panyasis:

Ὡς οἶνος ἐνηθίσει θεῶν παῖρα δῶρον ἄριστον,

Γινόμενος καὶ μέθην, ὑπὸ μέθης δὲ χερσίων. id est:

A diis donatum res est longè optima vinum,

Si potes modicè, immodicum res est pessima vinum.

Quinetiam cum dicat Hesiodus:

Σοὶ δὲ ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν ὅκην ἀπῆλυτες Τέρπωνται. hoc est:

Nam tibi pro igne malum reddam quod recreet omnes.

Dicit Euripides: ἀντὶ πυρὸς ὃ γὰρ ἀπὸ πῦρ μείζον καὶ δυσμαχώτερον βλάσσει γυναικίς. id est:

Nam pro igne maior ignis & difficilior victu creatur a fæminis.

Præterea cum dicat Homerus:

Γαστέρα δὲ ἔπρωσ ἔστιν ἀποπλήσασθαι μεμαῖαν

Ὀυλομδύω· ἢ πολλὰ κακὰ ἀνθρώποισι δίδωσιν. id est:

Perdendus venter nulla ratione repleti

Quit, mala plurima qui miseris mortalibus affert.

Scribit Euripides:

Νικᾷ δὲ χρεῖα μὲν, κακῶς τε ἔλομδύη

Γαστήρ ἀφ' ἧς δὴ πῶντα γίνεται κακὰ. id est:

Vincit ægestas, ventérque malè perditus,

A quo quidem certè fluunt cuncta mala.

Præterea æque atque Callias Comicus qui scribit:

Μετὰ μαινομένων φασὶ γελῶναι μάνεσθαι πῶντα. id est:

Cum insanientibus oportet furere omnes aiunt.

Dicit Menander in πωλομδύοις, id est, qui venduntur:

Ὁὐ πῶντα χροῦ ὁ φερόμενος ἄριστος παρῶν.

Και συμβέβαι δ' ενα δει. id est: Adefse semper non conuenit prudentiam. Etiam euenire oportet aliqua.

Et cum dixisset Antimachus Teius. Ex γδ δωρων πολλα κακ' δμ' θρωποισι πελονται. id est: Ex donis hominum generi mala plurima fiunt.

Scriptit Augias: Δωρα γδ ανθρωπων νοιω ηπαφεν, ηδε κ' εργα. id est: Namque hominum mentem cum factis munera fallunt.

Cum autem dixisset Hesiodus: Ου μδν γαρ πιγμαικος ανηρ ληιζειτ' αμεινον Της αγαθης: της δ' αυτε κακης, εριγιον δηλο. id est: Namque homini melior fuerit possessio nulla, Coniux quam bona, nil scelerata at peius habetur.

Dixit Simonides: γμαικος δ' εσθεν γρημα ανηρ ληιζειαι εαδλης αμεινον. εσδε ριγιον, κακης. id est, Vxore autem bona, vir rem nullam possidet meliorem, neque mala deterioem.

Rursus cum dixisset Epicharmus: ως πολω ζησων γρονον χ' ως ολιγον, ετως διαου. id est: Tanquam longo tempore victurus, & tanquam breui, ita animo agites. scribit Euripides:

Τι δη ποτ' ολβα μδν μη αφε βεβηκότες Ου ζωδω ως ηδιστα, μη λυπουμδνοι. id est: Cum cursus in rebus secundis haud fiet Certus, molestias cur non repellimus.

Similiter cum Comicus dixisset Diphilus, δμ' εβουλος εστιν ανθρωπων βιος, id est, mutabilis vita est hominum, dicit Posidippus:

Ουδεις δηυπως τον βιον διηραχημ Ανθρωπος αν' εδ' αχρη τω τελου παλιν Εμεινεν ετυχων. id est, Expers molestiae acta nemini fuit Vita, aut beatus vsque finem ad vltimum Permanfit vllus.

Et alioqui id tibi dicit Plato, scribens de homine qui est animal facile mutabile. Rursus cum dixisset Euripides: ω πολυμοθος βιωτα θνητοις, ως ετι παρπι σφδλερα κησαι κ' εα μδν, αυξας. εα δ' ε, εσποθηνυης και οκα εστιν ορος κειμδμος, εσδε εις, εις ον τινα γρη τελεουθαι θνητοις, πλω οτ' αν ελγη κρυεθε εδωθεν θανατου πεμφησιτα τελευτη. id est: O laboriosa vita mortali- um, quam es omnino lubrica, εσ hac quidem auges, illa vero minuis, nec est vllus terminus constitutus, ad quem oportet peruenire mortales, nisi quando venerit gelidus a Ioue missus mortis finis: scribit Diphilus,

Ουκ εστι βιος, ος ε κεκτηται κακα. Λυπας, μελιμνας, ερπαγας, ερεβλας, νοσας. Τετων ο θανατος καθα ερ ια εος φανεις Ανεπαυσε τεις εχοντες, αναπαυσας υπια. id est: Non vlla vita est qua omnino caret malis, Curis, doloribus, & ægritudinibus: Cum apparuit sed mors, eorum vt medicus, Dat requiem iis quibus male est, hos sopiens.

Præterea cum dixisset Euripides: πολλα μορφα ε δαμονιων. πολλα δ' αελλως κραινοισι θεοι. id est:

id est: Multa sunt formæ demoniorum: insperato autē dii multa efficiunt. Tragicus simi- liter Theodectes scribit: ε μη βεβαιους εα βροτ' ετ' τυχας. id est: non stabiles esse fortu- nas hominum. Et cum dixisset Bachilides: παρ οισι ε θνητ' ε απδρωτα γρονου τα δαμμον δωκε, ερεφασοντα ε χειρω πολιοκροταφον γηρας ικνησασαι. ωριν εγκυρωσαι δυαι. id est: Apud quos autem mortalium demoni visum est, vt toto tempore vitam agens mediocrem, in tempore ad cana perueniat senectutem, priusqua incidat infortunia? Scribit Moschion Comicus:

Κενος δ' απδρωτων εστι μακαριωτατος, Ος εφ' ετελους ζων ομαλον ησκησεν βιον. id est: Vere beatissimus ille est omnium, Perpetuo vitam qui egit æquabilem.

Inueneris autem etiam, cum dixisset Theognis:

Ουτοι γρησιμων εστι νεα γωη ανδρι θρονι Ου γδ πηδαλιω πειθεται ως ακατος. id est:

Non iuuenis vetulo coniux est apta marito, Quæ cymba vt clauo, haud audiet imperium.

Aristophanem Comicum scribentem.

Αιρεον νεα γωακη, ερεσδυτης ανηρ. id est: Turpe est maritus foeminae iuueni senex.

Cum autem versibus dixisset Anacreon: Ερωτα γδ ε αβρον μελπομη βρυοντα μηδαις πο- λυαιθεμοις αειδεν, ο ε και θεων διωδης, ο ε βροτου δαμαζι. id est: Amorem cano delica- tum, florentibus scatentem matricibus, is ε suam in Deos exercet potentiam, atque ho- mines domat. Scribit Euripides:

Ερωσ γδ ανδρας ε μονον εσρχεται, Ουδ' αν γωαυχας, δλλα κ' θεων αυω Ψυχαι ερεφαση, κ' επιποντον ερχεται. id est: Non adoritur viros amor tantummodo. Et foeminas, sed ipsorum quoque Deum

Turbat animos, & ipsum etiam aggreditur mare.

Sed ne nostra longius progrediatur oratio, dum contendimus ostendere quàm sint Græci procliuēs ad furtum, ε in orationibus ε in dogmatibus, age adducamus Hippiam So- phistam Eleum nobis aperte ferentem testimonium, qui id tractabat quod ad consideran- dum est nobis propositum. Qui sic dicit: Ex his fortasse dicta sunt alia quidē ab Orptheo, alia verò à Museo, alia verò ab Homero, alia verò ab alijs Poëtis, alia verò in ijs quæ scripta sunt soluta oratione: alia quidem à Græcis, alia verò à barbaris. Ego autem cum ex his omnibus ea quæ sunt maxima ε eiusdem generis composuerim, hanc nouam ε multiformem conficiam orationem. Vt autem ε philosophiam ε historiam, ε dicen- di etiam facultatem, seu rhetoricam ostendamus non esse immunem ab hac reprehensione, consentaneum est vt ex his quoque pauca adducamus. Nam cum diceret Alcmaeon Cro- toniata: εσρον ανδρα ραον φυλαξασαι η φιλων. id est, Inimicum facilius est cauere quàm amicum, Sophocles quidem scripsit in Antigone:

Τι γδ ημοιτ' ερκος μεζον, η φιλος κακος. id est: Quod maius vlcus quàm amicus fiet malus?

Dixit autem Xenophon: εσκα αν εστροις δηως πωσ βλαψεν αυτις, η φιλος δοκων ετ'. id est: Non aliter inimicos laeserit quisquam, quàm si videatur esse amicus. Quinetiam cum in Telepho dixisset Euripides:

Ελλωες οντες βαρβαεις δουλοσομδμι id est:

Græci fumus, dein feruiemus barbaris?

Thrasymachus in oratione pro Larissais dicit: Αρχελαῖος δουλοῦσθαι, Ἕλληνας ὄντες, βαρβαροῦ; id est: Archilao feruiemus, cum simus Græci, barbaro? Cum in suis versibus scripsisset Orpheus:

Ἐστὶν ὕδωρ ψυχῆ, θάνατος δὲ ὑδάτεσσι ἀμοιβή,
Ἐκ τῆς ὕδατος γαῖα, ὅ δὲ ἐκ γαῖας πάλιν ὕδωρ,
Ἐκ τῆς δὲ ψυχῆ ὄλον αἰθέρα ἀλλάσσοι. id est:

Lympha anima est, sed mors est commutatio lymphis:

Ex lympha tellus, lympha ex tellure reuertit.

Ex illa autem anima est integrum quæ aëra mutat.

Heraclitus, ex his, ea quæ ab ipso dicta sunt componens, scribit: Ψυχῆσιν θάνατος, ὕδωρ θνήσκει· ὕδατι θάνατος, γῆν θνήσκει· ἐκ γῆς δὲ ὕδωρ γίγνεται· ὕδατος δὲ ψυχῆ. id est, Animis mors est, aquam fieri: aquæ autem mors est, fieri terram: ex terra autem fit aqua, ex aqua verò anima. Iam verò cum dixisset Athamas Pythagoricus: ὧδε θμῶντο πᾶντος ἀρχαί, καὶ ῥιζώματα τέσσαρα τυγχάνοντι πῦρ, ὕδωρ, αἶρ, γῆ. id est, Sic oriebatur uniuersi principium, & sunt radices quatuor, ignis, aqua, aër, terra: ex his enim gignuntur ea quæ gignuntur.

Agrigentinus sic versibus scripsit Empedocles:

Τέσσαρα τῶν πᾶντων ῥιζώματα, πρῶτον αἴκουε.

Πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖαν· ἢ δὲ αἰθέρος ἀπλεῖον ὕψος,

Ἐκ τῶν ὅσα γ' ἴω, ὅσα τ' ἔσεται, ὅσα τ' ἔασιν. id est:

Cunctarum rerum radices quatuor extant:

Ignem primum & aquam, & terram, deinde æthera summum

Ex his præterita, & præsentia, quæque futura.

Et cum diceret quidem Plato: Διὸς τῶτο καὶ θεοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπισημονες, ὅς αὖ εἴτε πλείους ποιώνται, ἴσθιον ἀπαλλάττοισι ἔζω. id est: Propterea dii prope qui norunt homines, quos plurimi faciunt, eos à vita celerius liberant. Menander dixit:

Ὅν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκῃ νέος. id est:

Dei quem amant, excedit is vita iuuenis.

Cum autem in Oenomao scriberet Euripides: τεκμηρίωδ' αἰσῶσι παρῶσι τὰ φανῆ. id est: Ex præsentibus futura conijcimus. In Phœnice autem: τὰ φανῆ τεκμηρίοισιν εἰς τῶς ἀλίσκεται. id est: Obscura indicijs deprehenduntur verisimiliter. Dicit Hyperides: ἀδὲ ὅτιν ἀφανῆ, ἀνάγκη τοῖς διδάσκοντάς τεκμηρίοις καὶ τοῖς εἰκόσι ζῆσθαι. id est: Quæ sunt autem obscura, necesse est eos qui docent inquirere signis, & ijs quæ sunt probabilia. Et cum rursus dixisset Isocrates: δὲ τῶ τὰ μέλλοντα τοῖς παρεγγρημῆοις τεκμηρίεσθαι. id est: Coniectanda autem sunt futura ex ijs quæ prius facta sunt. Andocides non dubitat dicere: καὶ γὰρ τεκμηρίοις καὶ φανῶσι τοῖς πρῶτον ἀνομιῶν ἐσθαι. id est, Oportet enim ijs quæ prius facta sunt, uti tanquam signis futurorum. Præterea cum dixisset Theognis:

Χρυσὸν κίβδηλοιο καὶ ἀργύρου ἀρετὸς ἀτή.

Κύρνε καὶ ἐξ ἀργύρου ἀρετὸν ἀνδρὶ φησὶ.

Εἰ δὲ φίλου νόον ἀνδρὸς ἐνὶ στήθεσσι λέληθεν

Φεδνὸς ἐών· δόλιον δὲ ἐν φρεσὶν ἦτορ ἔχει.

Τῶτο θεὸς κίβδηλοῦσθαι πείθει βροτοῖσι

Καὶ γινώσκει πᾶντων τῶν ἀνθρώπων. id est:

Argentum reprobum, atque aurum falsæve monetæ,

Non ægrè sapiens vir reperire queat.

Mentem

Mentem autem chari num pectore fallat amici

Callidus, atque intus corda dolosa tegat,

Qua non à superis res est mage reproba, nosse

Inter res omnes est mage difficile.

Euripides quidem:

ὦ Ζεῦ, τί δή ποτε χρυσοῦ μὲν, ὅς κίβδηλος ἴω,

Τεκμηρίαι ἀνθρώποισιν ὅπασας φησὶ

Ἀνθρώπων δὲ ὅτι καὶ τὸν κακὸν διδάσκει,

Οὐδὲὶς χαρακτήρ ἐμπέφυκε σωματι. id est:

O Iupiter, quid adulterinum quod fiet

Aurum, dedisti aperta signa inter homines:

Sed quo queat signo malus cognoscier,

Est infitus nullus character corpori.

Hyperides autem ipse quoque dicit: χαρακτήρ ὁσθεὶς ἐπέσειν ἔπι τῶν ἀνθρώπων τῆς ἀληθείας τοῖς ἀνθρώποις id est: nullus animi character est in vultu hominibus. Rursus cum dixisset

Stafimus: Νῆπιος, ὅς πατέρα κτείνων παῖδας κτελείπει. id est:

Stultus qui patrem occidit, gnatosque relinquit.

Dicit Xenophon, ὁμοίως γὰρ μοι νῦν φάσκειν πεποιθέναι ὡς εἴ τις πατέρα ἀποκτείνει, τῶν παίδων ἀπὸ φείσεται. id est, Perinde mihi videor fecisse, ut si quis occiso patre eius filijs perpercerit. Et cum dixisset Sophocles in Antigone:

Μητρὸς τε ἐν ἄδου καὶ πατρὸς τετυχότων

Οὐκ ἔστι ἀδελφὸς ὅς τις ἀναλάβῃ ποτέ. id est:

Nam pater & mater cui sunt in inferis,

Fieri nequit frater ut illi germinet.

Dicit Herodotus: μητρὸς καὶ πατρὸς ἐν ἔντων, ἀδελφὸν δὲ ἄλλον ἔχει. id est, Nam cum pater & mater non sint amplius, fratrem non habeo. Præter hæc cum scripsisset Theopompus: δις παῖδες οἱ ἦσαν ὁρθῶ τὰ λόγια. id est: Bis pueri senes recta ratione. Et ante eum Sophocles in Peleo:

Γηλέα τὸν ἀγκυραίου οἴκου ἄνδρα μόνον

Γεροντολογῶν καὶ ἀναπαυδῶν.

Πᾶν γὰρ ἀπὸ πατρὸς ὁ γηρόσκων αἶψα. id est:

Gnatum Aeaci Pelea ego sola in ædibus

Similiter erudio, nutrio, atque instituo,

Rursus puer namque est quilibet confenuit.

Dicit orator Antipho: γηρωσθέντα γὰρ παρὰ σοφίαν παιδοστροφία. id est, Senis enim educatio est similis pueri educationi. Quinetiam Philosophus quoque Plato: ἄρ' ὡς εἴποιεν ὁ γῶν δις πατρὸς ἦσαν αἱ. id est, Senex ergo, ut dicitur, bis fuerit puer. Porro autem cum dicat Thucydides: μαραθωνίται μόνον παρεκινδυνώσαντες. id est, Marathonitæ soli prius periculum adierunt.

Dixit Demosthenes: καὶ τοῖς ἐν μαραθῶν παρεκινδυνώσαντάς. id est, Nequaquam per eos qui Marathone prius periculum adierunt. Sed nec illa omittam, quod cum Cratinus dixisset in Pætine: τίω μὲν παρεκινδυνώσαντες γινώσκετε. id est: Apparatum quidem ex æquo cognoscitis.

Andocides orator dicit: τίω μὲν παρεκινδυνώσαντες ἀνδρες δικασταί, καὶ τῶν παρὰ σοφίαν τῶν ἐμῶν χερσὶν παρὰ τῶν εἰσέτα. id est, Apparatum quidem o Iudices vehementerque animi studium & contentionem aduersariorum meorum omnes propemodum scitis.

Similiter etiam Nicias in oratione de Deposito, aduersus Lysiam: τίω μὲν παρεκινδυνώσαντες καὶ τῶν παρὰ σοφίαν τῶν ἀντιδικῶν ὁρατε ὡς ἀνδρες δικασταί φησιν. id est, Apparatum quidem aduersariorum, & animi studium & contentionem videtis Iudices. Et post eum Aeschines

Ggg

dicit: τὼ μὲν ὁρασκόμενοι ὄρατε ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ τὸ ὄραταξιν. id est, Apparatum quidem videtis ὁ viri Athenienses, & veluti instructam aciem. Rursum cum dixisset Demosthenes: ὅση μὲν ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι σπουδὴ καὶ πολὺν τὴν ἀγωνίαν καὶ τὸ ὄραταξιν γέροντες, ἔδον οἱ μὲν πρὸς ὑμᾶς ἠδῆσθαι. id est, Quantum quidem, ὁ viri Athenienses, fuerit in hac causa studium & quam sollicita postulatio ac prehensatio, existimo vos omnes propemodum sensisse. Et Philinus similiter: ὅση μὲν ὡς ἄνδρες δικαστῶν σπουδὴ καὶ τὸ ὄραταξιν γέροντες, ἔδον οἱ μὲν πρὸς ὑμᾶς ἠδῆσθαι. id est, Quantum quidem fuerit, ὁ Iudices, studium, & qualis veluti aciei instructio, & adornatio in hac causa dicenda, neminem vestrum ignorare existimo. Rursum cum dixisset Isocrates: ὡς ἄντ' ἢ χρημάτων, ἀλλ' οὐκ ἐκείναις συγγήναις ἔσται. id est, Perinde atque si esset pecuniæ cognatus, non illius. Lysias dicit in Orphicis: καὶ φανερόν γέροντες ἢ χρημάτων συγγήναις ὦν, ἀλλὰ τῶν χρημάτων. id est, Et planum factum est eum non esse cognatum corporum, sed pecuniæ. Nam cum etiam carmine dixisset Homerus:

Ὡ πέπον, εἰ μὲν γὰρ πόλεμον ὡς τὸν δε φουρόντες,
 Αἰεὶ δὴ μέλλοιμ' ἀγήρωτ', ἀθανάτω τε
 Ἔσοδ', ἔ τέκεν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ τοῖσι μαχίμω
 Οὐτε κέσε γέλοιμι μάχῳ εἰς κωδ' ἀνεῖραν,
 Νῦν δ' ἔμπτῃ γὰρ κῆρες ἐφ' ἑσῶσι θανάτοιο
 Μυεῖαι, ἀς οὐκ ἔστι φουρῶν βροτῶν, ἔδ' ὑπαλύξαι.
 Ἰω μὲν ἢ καὶ τῶν ἄλλων ὀρέξομαι, ἠέ τις ἡμῶν. id est:
 Si cum vitata à nobis esset hæc alea belli,
 Essemus senij expertes mortisque futuri,
 Non inter primos vellem hancce capescere pugnam,
 Prælia sed nec ego te nunc præclara iuberem
 Ingredier, verum innumeras cum sæua pararunt
 Mortis fata vias quæ impendent, posse caueri
 Nec datur, insignis nobis agè fama paretur
 Pugna, aut ex nobis alij ingens gloria detur.

Scribit Theopompus:

Εἰ μὲν γὰρ ὡς τὸ κίβωνι τὸ παρὸντα δὲ φουρῶντα, ἀδελφὸς δὲ γὰρ τὸ ἐπιλοπιον χρονον. οὐκ αὖτ' ὡς
 θαυμαστὸν φιλοφύχην· νῦν δ' ὅσα ἄντ' κῆρες ὡς βίω τὸ ὄραταξιν ἀπεφύκασι, ὡς τε τὸ ἐν τῇ μάχῃ θάνατον
 αἰρετώτερον ἔστι δοκῆν. id est, Nā si cum præsens quidē vitassemus periculū, liceret reliquum
 tēpus securè transigere, non esset mirandū si vitæ essemus cupidi: nunc autē vitæ nostræ tot
 sunt ingenerata imminētq; pericula fatalia, ut mortē in prælio oppetere, videatur esse magis
 optādum. Quid verò, an nō cum Chilo quoq; Sophista dictū illud enunciaffer: ἐχθρὰ τὸ ὄρα
 τῶν ἀπ' αὐτῶν. id est, Sponde, noxa præstō est. Epicharmus eandē sententiam alio nomine protulit
 dicēs: ἐχθρὰ ἀπὸς θυγάτηρ· ἐχθρὰ δ' ἱερῆς. id est, Sponsio est noxa filia, sponsio autem damni.
 Quinetiā cum medicus scripsisset Hippocrates: ἐπιβλέπειν ἐν δὲ καὶ ὄρατω, καὶ χρονον, καὶ ἡλικίαν,
 καὶ νόσον. id est, Respicere oportet, & tēpus & regionē, & atātē, & morbos. Dicit Euripides in
 hexametro: Τηρήσει φησὶν ὅσοι δὲ ἰατρῶν κελῶς

Πρὸς τὰς διαίτας τῶν σπουδαίωντων πόλιν
 Τὼ γὰρ ἰδόντες, τὰς νόσον σκεπτεῖν χρονον. id est:
 Quicunque rectè autem sciunt mederier,
 Hos rationem victus cum respexerint,
 Et regionem ciuium, morbos discernere.

Rursum cum dixisset Homerus:

Μοῖρα δ' ἔπεινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν. id est:
 Dico nulli hominum parcam vitare licere.

Dicit

Dicit Archinus: πᾶσι μὲν αἰθρώποις ὀφείλεται σκοπεῖν, ἢ ὡς ἔτερον, ἢ εἰς ὑατρον. id est: Debetur mors omnibus hominibus, aut prius, aut posterius. Et Demosthenes: πᾶσι μὲν γὰρ αἰθρώποις τέλος τῆς βίης θάνατος· καὶ αὖτ' ἐν οἰκίᾳ τῆς αὐτῶν κειμένης, τῆρῃ. id est, Nam omnibus quidem hominibus vitæ finis est mors, etiamsi quis seipsum seruet inclusum in domuncula. Et cum dixisset Herodotus, ubi aiebat de Glaucō Spartano Pythiam dixisse τὸ τε ῥηθῆναι ἔχει, καὶ τὸ ποιῆσαι ἴσον ἡρέσθαι. id est: In Deo perinde esse dicere ac facere. Dixit Aristophanes: διώματα γὰρ ἴσον τῶν θεῶν τὸ νοῆν. id est, Tantumdem valet, mente agitare atque agere. Et ante eum Eleates Parmenides: τὸ γὰρ ὡς νοῆν ἔχει τε καὶ εἶναι. id est: Idem est enim mente agitare & esse. An non etiam cum Plato dixisset: ἡμῶν δ' ἔστι τοιοῦτο δειξομῆναι ἀνίσως οὐκ ἀτόπως, ὅτι ἀρχὴ μὲν ἔρωτος, ὄρασις· μίσι δ' ὁ πάθος ἐλπίς· βέβαιον δ' ἡμῶν τῆς ἡμῶν. id est: Nos autem hoc forte ostendemus non absurdè, quod visus quidem est amoris principium: affectionem autem spes minuit, alit verò memoria, conseruat autem consuetudo. Scribit Philemon Comicus:

Ὁρῶσι πάντες ὡς τὸν· εἴτ' ἐθαύμασαν.
 Εἴτ' ὑπεθεώρησαν, εἴτ' ἐς ἐλπίδι ἐπέπεσαν. id est:
 Primum vident omnes, dein subit admiratio:
 Deinde contemplantur, & dein spes venit.

Ita fit ex his amor. Quinetiam cum dixisset Demosthenes: πᾶσι γὰρ ἡμῶν ὁ θάνατος ὀφείλεται. Omnibus enim nobis debetur mors, & quæ deinde consequuntur. Scribit Phanocles in libro qui inscribitur Amores aut Pulchra,

Ἀλλὰ τοι μοι ἐχθρὸν ἢ μὲν δὴ ἔσθ' ἔστιν
 Εκφυγεῖν, ὅπως γὰρ ἐπίφρονα βόμεθα. id est:
 Sed nec caueri villo modo Parca queunt
 Alma à quibuscunque terra depalcitur.

Porrò autem inuenies quoque quod cum dixisset Plato: Cuiusvis enim plantæ primum quod rectè ortum est germen, ad suæ naturæ virtutem est præcipuum: appositum finem imposuerit. Historicus scribens: Quinetiam nulli plantæ agresti est à natura insitum ut mansuescat, ubi teneram ætatem præterierint. Et illud Empedoclis:

Ἦδη γὰρ πότε ἐγὼ γυρόμην κεδρὸς τε χόρη τε
 Θαμνὸς τ' οἰωνός τε, καὶ εἰν ἀλίελλοπος ἰχθυός. id est:
 Ipse ego namque fui puer olim, deinde puella,
 Arbustum, & volucris, mutus quoque in æquore piscis.

Euripides transcribit in Chrysipπο: θνήσκῃ δὲ ὡς τὸν τῶν γυναικῶν. id est: Quæ gignuntur nihil moritur: sed dum aliud ab alio discernitur, aliam formam ostendit. Et cum Plato in 1^o libris de rep. dixisset, mulieres esse communes, Euripides scribit in Protefilao:

Κοινὸν γὰρ εἶναι τὰ καὶ γυναικῶν λέγεται. id est,
 Ergo esse communem & torum fœmineum.

Quinetiam cum scriberet Euripides:

Ἐπεὶ τὰ γὰρ ἀρκουῶν ἰχθῆναι τῶν γε φέρονται. id est:
 Quæ sunt enim satis, sufficiunt temperantibus.

Apertè dicit Epicurus: πλεονεξία τὸν ἀλλοφροσύνην ἀφαιρῆσαι. id est, Esse contentū res est omnium ditissima. Et rursum scribente Aristophane:

Βέβαιον ἔχει τὸ βίον δίχαιος ὦν
 Χαλεπὸν τε δουρεὶ καὶ φόβῳ χηραίας κελῶς. id est:
 Si iustus es, vitam habebis stabilem,
 Viues bene expers & tumultus & motus.

Ggg ij

Dicit Epicurus: δικαιοσύνης καρπὸς μέγιστος, ἀπαρχία. Iustitiæ fructus maximus, est va-
cuitas perturbationis. Atque furti quidem Græcorum, quod attinet ad sententiam, spe-
cies cū sint huiusmodi sufficiant ad exemplum euidens ei qui potest perspicere. Iam verò
non sententias solū & dictiones suffurati esse & per paraphrasim enunciaſſe sunt de-
prehensi, ut ostendetur, sed etiam furti integra habere aperte arguentur. Nam cū quæ
erant aliorum, tota omnino surripuiſſent, enunciarūt tanquam propria, ut Eugamon Cy-
renæus, ex Musæo librum integrum de Theſprotis, & Pisander Camireus Pifini Lydi
Heracleam, & Panyasis Halicarnassens à Cleophilo Samio Oechaliæ captiuitatem. In-
ueneris Homerum quoque magnum illum Poëtam, illos versus:

Οἶον ὃ βέφει ἔρπος ἀνὴρ ἐε: ἡλὲς ἐλαίης. id est:

Atque ut vir nutrit ramum viriditantis oliuæ.

& quæ deinceps consequuntur, ad verbum transtulisse ex Orpheo de delecto Dionysio.
& quæ ab Orpheo in Theogonia facta sunt de Saturno:

Κεῖτ' ἀποδοχμῶσας παχὺ αὐχένα, καὶ δέμιν ὕπνος

Ἡρὴ παρδαμῶσας. id est:

Atque is transuersa crassa ceruice iacebat,

Illum cuncta domans & somnus ceperat.

Homerus transtulit ad Cyclopem. Hesiodus autem scribit de Melampode:

Ἡδὲ καὶ ὃ πείθεσθαι ὅσα θνητοῖσιν ἔδειμα,

Ἀθάνατοι· δειλῶν τε καὶ ἐσθλῶν τέκμῆρ' ἐναργῆς. id est:

Facta autem à superis quæ sunt parère lubenter

Par homines, pravi atque mali, clarissima sunt hæc Signa.

& quæ deinceps consequuntur, quæ ad verbum accepit à Musæo poëta. Aristophanes
autem in primis Theſmophoriazūsis, versus transtulit ex Comædia Cratini, cui nomen
Empripameni, id est, exusti. Plato autem Comicus & Aristophanes in Dædalo à se in-
uicem surripiunt. Cocalum autem qui apud factus fuerat à Poëta Aristophane, Comicus
Philemon, cū eum paululum immutasset, exit in Comædia quæ ὑποβολεμῶσας inscribi-
tur, id est, supposititiis. Hesiodi autem carmina cū in solutam tranſmutassent orationem,
ediderunt tanquam sua, Eumelus & Acusilaus historiographi. A Melesagora autem est
suffuratus Gorgias Leontinus, & Eudemus Naxius historici, & præterea Bion Procone-
sius, qui etiam veteris Cadmi res gestas transcripsit, eas in summam redigens: & Am-
philocus & Aristocles, & Leandrius, & Anaximenes, & Hellenicus, & Hecateus,
& Androtion, & Philochorus. Dieuchidas autem Megaricus, orationis principium tra-
duxit ex Hellenici Deucalionia. Taceo Heraclitum Ephesium, qui plurima accepit ab
Orpheo. A Pythagora autem immortalē esse animā auulsit Plato: ille autem ab Egi-
ptijs. Multi quoque Platonici scripta literis mandauere, quibus ostendunt, ut in princi-
pio diximus, & Stoicos, & Aristotelem plurima & præcipua dogmata accepisse à Pla-
tone. Quinetiam Epicurus à Democrito præcipua dogmata surripuit. Atque hæc quidem
ita se habeant: vita enim me deficiet si velim sigillatim persequi Græcorum furti, quæ à
nimio sui amore profecta, & quemadmodum pulcherrimorum quæ sunt apud ipsos decre-
torum sibi vendicant inuentionem, quam à nobis acceperunt. Iam verò non solū con-
uincuntur à barbaris dogmata surripere, sed ea etiam imitari quæ apud nos diuina virtu-
te ab ijs qui sanctè vixerunt dum nostræ curam gerebant, fiebant admirabiliter & præter
opinionem, ea tanquam Græcas fabulas prodigiosè narrantes. Atque eos quidem rogabi-
mus, verane ea quæ scribunt esse dicant, an falsa. Sed falsa quidem non dicent, non enim
seipsos sua sponte maximè damnabunt stultitiæ, quòd falsa scribant, sed vera esse confite-
buntur.

buntur. Et quomodo eis adhuc videntur incredibilia, quæ per Moſen & alios Prophetas
facta sunt miracula? Omnium enim hominum curam gerens Deus omnipotens, alios qui-
dem præceptis, alios verò minis, & nonnullos quidem signis prodigiosis, aliquos verò be-
nignis promissis, conuertit ad salutem. Verumenimvero cū diuturna siccitas Græciam
aliquando affligeret, & fructuum esset maxima sterilitas, qui remāserant, inquiunt, pro-
pter famem Delphos supplices venientes, rogarunt Pythiam quomodo liberarentur à tam
gravi calamitate. Ea respondit, calamitatis unum esse remedium si vterentur precibus
Æaci. Eis ergo morem gerens Æacus, cū in Græcum montem ascendisset, mundis in
cælum extensis manibus cōmunem Deum inuocās precatus est ut afflictæ miseretur Græ-
ciæ. Simulatque cœpit precari, felix statim tonitru insonuit, & totus aër circumcirca fuit
obductus nubibus. Vehementes autem & continui imbres erumpentes totam implevere re-
gionem. Hinc efficitur abundans & copiosa fructuum feracitas, Æaci, quæ agriculturæ
instar fuere, impetrata precibus. Et inuocauit, inquit, Samuel Dominum, & dedit Do-
minus voces & pluuiam in die messis. Vides unum esse Deum qui per subiectas potestates
pluit super iustos & iniustos. Plena est autem nostra Scriptura Dei exaudientis, & unam
quamque efficientis petitionem, per iustorum orationes. Rursus narrant Græci, quòd
cū Etesia venti aliquando deficerent, Aristæus in Cæo sacrificarit Ioui Isthmio: maxi-
ma enim erat calamitas: qui cū ardore omnia conflagrarent, & venti non spirarent qui
solebant fructus refrigerare, eos facile reuocauit. Delphi autem, cū Xerxes bello inua-
sisset Græciam, dixisset autem Pythia,

Ω δελφοί λισσαδ' ἀνέμοις καὶ λαῶν ἔσται. id est:

Orate ò Delphi ventos, meliùsque se habebit.

altari posito, & ventis facto sacrificio, eos habuere adiutores. Nam cū circa Sapiadem
promontorium spirassent vehementer, uniuersum classis Persicæ apparatus contriuere.
Empedocles quoque Agrigentinus καλοσπινέμας, id est, venti prohibitor, fuit cognomina-
tus. Dicitur quidem certè quòd cū ex monte Agrigenti grauis quidam aliquando spiraret
ventus, qui non solū morbos importabat incolis, sed eorum etiam uxoribus erat causa ste-
rilitatis, fecit ut is cessaret. Quocirca ipse quoque scribit in versibus:

Γαύσις δὲ ἀκαμάτων ἀνέμων ἄνθος, οἷτ' ἐπὶ γαῖαν

Ορνύμυθοι θνητοῖσι καὶ ἀφθνήτοισιν ἄρβυλας. id est:

Indefessorum ventorum flamina tolles,

Qui spirando hominum perdentes arua fatigant. Et rursus:

Εὐτ' ἐθέλησθε, πάλιν, τί τὰ πνέματα θήσις. id est:

Cūque voles, eadem tu rursus flamina pones.

Dicebātque aliquos quidē eum sequi qui opus habebāt diuinationibus, alios verò qui gra-
uibus morbis diu cruciati fuerant. Atque iustos quidem & curationes & signa & mira-
cula efficere, ex nostris credidere scripturis. Si enim aliqua virtutes seu potestates mouent
ventos, & imbres distribuunt, audiant Psalmographum: Quam dilecta tabernacula tua
Domine virtutum. Is virtutum & principatum & potestatum est Dominus, de quo di-
cit Moſes: ut cum eo simus, & circumcidetis durum cor vestrum, ceruicem vestram non
amplius indurabit. Dominus enim Dominorum & Deus Deorum, Deus magnus &
fortis, & quæ deinceps sequuntur. Et Esaias: Tollite, inquit, in altum oculos vestros, &
videte quis hæc omnia fecerit. Porro autem dicunt aliqui pestilentias, & grandines, &
procellas, & quæ sunt his similia, nō fieri ex sola materiali egestate ordinis, sed solere etiam
fieri per aliquam iram dæmonum vel angelorum non bonorum. Iam verò aiunt magos qui
sunt Cleonis, obseruantes sublimia nubium quæ erant grandines eiacularuræ, canticis &

sacrificijs iram depellere. Quod si fortè eis quandoque defuerit animal, suo cruentato digito sacrificant. Mantinica quoque Diotima, Atheniensibus qui sacrificauerat ante pestilentiam, effecit ut morbus differretur decem annis. Sicut etiam Epimenidis Cretensis sacrificia, ipsis Atheniensibus in tantum tempus bellum Persicum distulerunt. Existimant autè nihil referre an has animas Deos dicamus, an Angelos. Iam verò eos qui sunt eorum doctrinæ periti in multis templis tanquã Deorum statuas, omnes ferè mortuorum loculos posuere, demones quidem vocantes eorum animas, docentes eas coli ab hominibus, ut quæ diuina prouidentia propter vitæ puritatem potestatem acceperint, ut ad hominum ministerium obirent locum qui est circa terram. Sciebant enim aliquas animas ex natura teneri corpore. Sed de his quidem cum agatur de Angelis, procedente scriptura suo tempore differemus. Democritus autem ex cæli & sublimium rerum obseruatione multa prædicens, cognominatus fuit Sapiencia. Cum itaque eū benignè excepisset frater Damasus, ex quibusdam stellis capta coniectura, prædixit futuram multam pluuiam: atque illi quidem ei credentes, fructus collegerunt: nam cum esset adhuc æstas, erant in arcis: alij autem omnia amiserunt, cum maxima & inopinata ingruisset pluuiam. ¹⁰ Quomodo autem sunt Græci adhuc non credituri apparuisse Deum in monte Sina, quo tempore ardebat quidem ignis nihil consumens ex ijs quæ nascabantur in monte: & tubarum ferebatur sonitus, qui absque ullis inspirabatur instrumentis? Ille enim Dei in montem descensus, est aduentus diuinæ potestatis quæ peruadit omnem mundum, & prædicat lucem ad quam non patet aditus. Talis enim est allegoria quæ est scriptura conueniens. Caterùm visus est ignis, ut ait Aristobulus, cum totus populus, qui erat non minus quàm centum myriadum, præter pueros & etate minores, circa montem esset congregatus: esset autem montis ambitus non minor quàm quinque dierum. Per totum ergo locum visionis, eis omnibus in orbem utpote castrametantibus, visus est circumcirca ardens ignis. Quo fit ut descensus minimè fuerit loco terminatus: Deus enim est ubique. ²⁰ Dicunt autem ij quoque qui conscripserunt historias, esse in Britannia insula quandam speluncam monti subiectam, in fastigio autem hiatum: cum autem ventus incidit in speluncam, & in sinu fossæ alliditur, audiri sonum cymbalorum quæ numerosè pulsantur. Sæpe autem cum in syluis quoque mouentur folia, per reptinum & densum spiritus impetum, editur sonus auium cantui similis. Caterùm ij qui composuere Persica, in locis quæ in Magorum regione sunt eminentiora, referunt tres montes in longo campo deinceps esse positos: eos autem qui locum trās mittunt, cum ad primum quidem montem peruenerint, audire vocem confusam, veluti clamantium non paucorum millium hominum, perinde ac si essent in acie: ad medium autem cum venerint, maiorem simul & euidentiore strepitum apprehendere: tandem autem audire in fine canentes pæana, perinde ac qui vicissent. Cuiusuis autem soni causa est, ut existimo, & locorum leuitas & concauitas. Reiectus itaque qui est ingressus spiritus, in eundem locum procedens, sonat uehementius. Et hæc quidem ita se habent. Deus autem omnipotens, etsi nihil sit ei subiectum, potest vocem & visionem auditu ingenerare, suam indicans maiestatem, præter ea quæ solita sunt naturalem habere consequentiam, ad conuertendā eam quæ nondum credit animam, & accipiendum id quod datur præceptum. Cum autem esset nubes & mons altus, quomodo non poterat diuersus exaudiri sonitus, dum per operantem causam moueretur spiritus? ³⁰ Quamobrem dicit etiam Propheta: Vocem verborum vos audistis, & similitudinem nõ vidistis. Vides quemadmodum vox Dominica, Verbum expers figura, Verbi virtus, Verbum Domini lucidum, veritas quæ de celo venit desuper ad congregationem ecclesiæ, operabatur perlucidum continens ministerium.

COMMEN-

COMMENTARIVS.

* Hic autem sextus simul & septimus. Primum proponit Clemens quæ in his duobus libris sequentibus fit tractaturus, describit enim quæ ad mores pertinent, & quod sit eius institutum, qui est cognitione præditus, qui scilicet ex fide procedente habet cognitionem, ex eo deinde arripit occasionem reprehendendi, Græcos, nempe gentes incredulas, quod existimarent eos qui ex fide habent cognitionem esse ætæ, id est, impios & à Deo alienos, quod falsos eorum Deos non colerent: hoc ut intelligant, docet summarim quoniam sit modus eorum religionis, & quæ pertinent ad scripturam citra vllum periculum memoriæ mandandam, meditari autè scripturam, & in ea versari vocat Clemens conuenienter verbis Domini, operari cibum qui permanet in vitam æternam. Sola enim sacra est eiusmodi, ut qui eam rectè concoquit & digerit perueniat ad vitam æternam: ceteræ verò scripturæ sunt similes iis cibis qui momento temporis intereunt, & in secessum abeunt. Ea scriptura olim solum disceretur à Iudæis, qui Dei erant populus peculiaris, sed post Christi aduentum fuit etiam communicata gentibus. Sed ea non intelligitur nisi doceatur, docetur autem Ecclesia quæ in vnam fidem congregatur ex lege, id est ex Hebræis, & ex gentibus: Beati sunt autem qui hanc docent Ecclesiam quæ constat ex Hebræis, & gentibus. Bobus autem qui sunt mundi assimilantur Hebræi, propter patrum traditionem: A sinu autem immundis generis propter Idololatriam, ut diuus dicit Hieronymus in illud Esai; Beati qui seminant super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini. ¹⁰ Seminant autem qui sacram docent scripturam, non aliter enim docetur, quam si verbum Dei seminetur, qui eam autem docet scripturam, is est firmus, ut qui solidum comedit cibum manentem in vitam æternam: qui non docetur, est infirmus, & ideo olus comedit, quod est cibum qui facile consumitur. Quoniam autem in Pedagogo tractat de moribus, ne de iis rursus tractare videretur superuacaneum, eam tractationem dicit fuisse veluti quandam catheticam institutionem, & præparationem ad scientiam quæ præbet fidei cognitionem. Cum autem ostendisset falli Græcos qui existimabant eos qui fidei doctrinam acceperant, à diuino cultu abhorre & esse ætæ, id est à Deo alienos, soluit dubitationes quæ in eos mouentur à Græcis & barbaris. Porro autem dicit in suis Stromatibus, non esse res distinctas, per diuersas separatas species alterius generis, ut fecerunt nonnulli qui suos libros variis inscribere titulis, erudita quædam in eis colligentes, sed sua variasse Stromata, iis quæ sibi venerunt in mentem, quæ permixtum dispersa effecerunt veluti quandam prati speciem, ut in quo nullus feruetur ordo, nec vllus adhibeatur ornatus orationis. Sunt autem hæc omnia vocabula, prata, helicones, faui, & pepi, metaphoricè sumpta, tituli librorum à doctis viris scriptorum, in quibus continebantur varia, sed selecta, non autem nullo ordine, & sine ornato scripta, ut Stromata. Dicit autem Stromatum commentarios, & ad ipsum authorem excitandum esse aptos, & eum qui tendit ad cognitionem, qui si in eos inciderit, non sine labore inquireret id quod est vtile. Nam ut laborem precedere cibum oportere dicit Hippocrates, ita qui per arctam viam ad æternam tendit salutem, non sine labore peruenit ad cognitionem. Nostra autem cognitio est ipse Christus in quem transplantamur ex vita veteri in nouam, & ita ex veteribus hominibus, id est carnalibus, efficiuntur homines noui, id est spirituales. Illa autem in Christum tranplatatio efficit, ut simus ferriles, & bonos fructus feramus, id est bona opera faciamus. Duplex autem est cognitio, & communis id est ea qua per sensum sensibile subiectum cognoscit quilibet: & ea quæ est excellens, per quam facultates rationales cognoscuntur, se iis quæ cadunt sub intelligentiam per nudam animæ operationem absque vlllo sensuum adminiculo purè & sincerè applicantes. ²⁰ Ex quo est perspicuum non esse Clementem in ea sententia, in qua est Aristoteles, qui dicit nihil esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu. Qui hanc habet cognitionem, miseretur eorum qui sunt in errore, ut sunt idololatæ, & qui falsos Deos colunt, & verbo veritatis eos impertit adducens ad fidem. Eos autem docens, non temerè verba effutit, sed ea ponderat cum iudicio, prudentèrque & consideratè loquitur, profunde cogitans & ratiocinans, cum dicat Dauid, dispergere & dare pauperibus, pauperes autem sunt qui laborant inopia Dei cognitionis. ³⁰ Præquam autem aggrediamur. Cum quid in duobus libris sequentibus tractaturus esset, proposuisset, & rem ipsam iam esset aggressurus, prius ei visum est quinto libro finem esse imponendum. Nam cum iam docuisset symbolicam doctrinam non solum esse apud Hebræos, sed etiam apud Græcos eam ab ipsis suffuratos, restaretque ut hanc arcanam & mysticam doctrinam doceret etiam esse apud mysterijs initiatos, de ea quidem tractare differt, donec veniat ad eum locum, vbi agitur de principijs, sed cum ad ostendendum Græcos esse fures plurimum faceret, si eos nõ solum ab alijs, sed etiam à suis suffuratos esse planum faceret, primum quidem dicit per quædam veluti occupationem, philosophos quorum sunt variæ sectæ ne merito censerentur ingrati, confellos esse præcipua sua de moribus dogmata accepisse à Socrate, deinde aliquot adductis claris viris & magnis, eis opponit alios posteros qui singulatum à singulis eorum sunt suffurati: his peractis dicit se rediturum ad institutum, primum autem dicit Homerum ab Orpheo esse suffuratum. ⁴⁰ Nam cum fecisset. Huc vsque ostendit Græcos tam Poetas quam Philosophos & Oratores & historicos sententias & dictiones à se inuicem esse suffuratos. Nunc autem est ostensus eos & per circumlocutionem multa à se inuicè furrupuisse, & aliorum libros ab illis oblatos tanquam suos sibi vendicasse. ⁵⁰ Atque furti quidem Græcorum quod. Postquam ostendit Græcorum furta non solum in verbis & sententijs, sed etiam in versibus & libris integris, quos à se inuicem sunt suffurati, transit ad aliud furti genus, nempe quod præter ea quæ iam dixit ipsos ab Hebræis esse suffuratos, multa quoque tanquam vera sunt commentarij, imitati eos qui diuina virtute apud nos fecerunt miracula. Sic autem dicit. ⁶⁰ Iam vero non solum conuincuntur à barbaris. Scipios stultitiæ arguunt Græci, qui vera esse dicunt quæ commèri sunt apud se facta miracula Hebræos imitati, incredibilia autem esse dicunt, quæ à Mose facta sunt & Prophetis, Deus enim rerum omnium curam gerens, non solum præceptis & minis, sed etiam signis & prodigijs, & promissis ducit ad salutem. ¹ Verumenimvero cum diuturna siccitas Græciæ. De Æaco legi apud Ouidium in Metamorphosi, quod cum peste immissa à Iunone cõsumpta esset Ægine plebs, quod Æacus precibus à Ioue impetrauerit, ut amissus repararetur populus. Quod factum est formicis in homines conuer-

Ggg iij

sis, sed quod Æaci precibus effectū sit, ut cælitus daretur pluvia, qua fames & totius regionis sterilitas propullaretur, non alibi legi. Non est tamen dubium quin Clemens suum habuerit authorem, quem tamen non citauit. Ex hoc autem miraculo ostendit Clemens Græcos accepisse ex sacris scripturis, quod iustorum precibus impetrentur petitiones, & propullentur mala & calamitates. ^a *Et uisus narrat Græci.* Diodorus Siculus scribit Aristeum Apollinis & Cyrenes filium, pestilentia per Græciam grassante in Chio sacris factis Syrii canis ardores mitigasse, & Ethesiarum flatu impetrato Græcos liberalasse. ^b *Delphi autem cum Xerxes.* Sepiadis promotorij in Magnesia meminit & Plinius lib. 4. cap. 9. & Strabo lib. 9. iuxta id promontorium fractus est totus apparatus classis Persicæ, cum Delphi facto ventis sacrificio eos placassent. ^c *Empedocles quoque Agrigentinus.* Scribit Diogenes Laertius Empedoclem Agrigentinum et ceteris aliquando vehementer flantibus, adeo ut fruges corrumpentur, iussisse alinos excoriari, facis que uentibus, eos collibus & montium verticibus affixisse ad flatus cohibendos, ventis autem ob id cessantibus, à rei euentu dictum esse *καλοστέφανον*, id est venti prohibitorum. ^d *Atque istos quidem & curationes.* Acceperunt Græci à nostris scripturis quod iusti efficiant curationes, signa & miracula. Ea autem non suis uiribus faciunt, sed à Deo suis impetrantes præcibus, qui est primus & summus author omnium, Dominusque uirtutum & potestatum omnium, nempe Angelorum, quorum ministerio maxima ex parte geruntur, quæ iusti & sancti à Deo suis impetrant orationibus. ^e *Porro autem dicunt aliqui.* Iusti quidem & sancti, & curationes, & signa, & miracula faciunt ministerio uirtutum seu angelorum, cum ea à Deo suis impetrarint precibus. Sed qui hæc iustis & sanctis præstant, sunt bonæ uirtutes seu boni Angeli. Sunt autem non solum bonæ uirtutes seu boni Angeli, sed etiam malæ quæ dicuntur etiam mali Angeli & Dæmones. Tantum autem abest ut eorum ministerio curationes, signa, & miracula iusti faciant, ut ij sint causæ efficientes pestis, grâdinis & tempestatis, quas irati hominibus inferunt, cum tamen earum causâ materialis sint inordinati aëris vapores & exhalationes. Hæc cum fieri à Dæmonibus intelligerent Magi, qui habitabant Cleonis, quæ sunt oppidum non longe ab Argo & Mycenis situm, quas uocat Homerus *εὐκλείωνας*, quod pulchrè & eleganter sint ædificatæ, cum aërem contemplantes, uiderent nubes minari grandinem, ad iram dæmonum depellendam & carmina cantabant, & sacrificia faciebant. Cum autem non fiant sacrificia sine sanguine, si fortè eis deesset animal quod mactarent, suo digito emisso sanguine sacrificabant. De Diotima autem Mantinica quæ Atheniensibus tredecim annos pestem distulit, sic scribit Plato, Diotima, olim sacris decimo ante pestem peractis morbi dilationem dedit. Idem etiam inducit Ciniã de Epimenide Cretensi sic dicentem; Epimenides decem annis ante bellum Persicum Dei oraculo monitus ad vos peruenit, & quædam sacrificia Dei oraculo edita fecit, Atheniensibusque Persicam formidantibus classem, prædixit decennio Persas nequaquam uenturos, sed & postquam uenerint infecta re discessuros, pluraque perpeffuros mala quæ fecerint. Eæ autem malæ potestates, seu mali Angeli, cum & uiuant & sint, incorporeæ sunt animæ. Dicunt autem quidam ex Græcis nihil referre, dicantur ne dii an angeli, qui sunt autem inter Græcos, nempe gentes, Theologi, mortuorum loculos posuerunt in templis, tanquam deorum statuas, eorum autem animas uocantes Dæmones, docentes eas colendas esse ab hominibus, ut quæ propterea quod uitam purè & sanctè egerint, sint circa nos præfæcti ministerio hominum. Et hæc quidem dicunt quidam Græci de bonis & malis Angelis, seu dæmonibus, De iis autem sic dicit Origenes, nostri Clementis discipulus in libris *ἀπὸ δὲ πρῶτον*. Omne quod est rationale & ratio, in terminos statutaque declinat, sine dubio per præuocationem recti iusti efficitur in peccato. Est ergo omnis creatura rationalis laudis & culpæ capax; laudis, si secundum rationem quam in se habet ad meliora prospiciat: culpæ si rationem rectique tenorem declinet, propter quod rectè etiam præmiis & suppliciiis subiaceret: quod etiam de ipso Diabolo & his qui cum ipso sunt, & dicuntur eius Angeli, sciendum est &c. De iis autem plura dicere differemus in eum locum, quo ipse Clemens dicit se tractatorum de Angelis. Quod autem dicit Clemens de Democrito, qui ex cæli & sublimium rerum speculatione futuram coniecit pluuiam, in eius uita nihil dicit Laertius, tantum dicit fratris Damasi liberalitate sustentatam fuisse eius inopiam. ^f *Quomodo autem sunt Græci.* Exodi 9. & 20. narrat Moses quod ad legem ferendam descendit Deus in montem Sina, quo tempore & ignis ardebat in monte, nihil omnino consumens ex iis quæ nata erant, & audiebatur clangor tubæ, cum is sonitus à nullo inspiraretur instrumento, hæc uidebantur Græcis incredibilia: dicit autem Clemens, non esse quod ea non credant, cum non minus admirabilia ab eis narrentur miracula. Quod Deus autem dicatur descendere, non ideo est existimandum Deum locum occupare, qui nullo termino comprehenditur, tantum significari aduentum diuinæ potentie, quæ totum mundum peruadit, & in igne apparens lucem prædicat inaccessibilem. Quod autem Deus sit interminatus, arguit & maxima hominum multitudo quæ ardentem uidit ignem, & esset, ut scribit Aristobolus, montis quinque dierum ambitus, Deus autem nullo circumscribitur interuallo qui est ubique. ^g *Dicunt autem ij quoque.* Ex iis quæ & ex Britannicis & Persicis adducit historiis, in quibus narratur fieri ingentes sonitus, & ex cantu auium qui sit in Syluis, motu foliorum per repentinum & densum spiritum, ostendit non esse mirum quod Deus effecerit, ut tubæ sonus absque ullis instrumentis audiretur. Quæ in Britannico monte quidem cui subiecta est spelunca, & in Persicis illis magorum fiebant montibus, modo quidem insolito, sed naturaliter fiebant, & non sine subiecto. Deus autem ad uocem edendâ nullo opus habet subiecto. Quamquam nec deerat quidem subiectum, cum esset nubes & mons altus. Ea autem faciebat Deus, ut conuerteret animas eorum qui non credebant, ut quæ eis dabantur præcepta acciperent. Vocem autem illam operabatur Dei Verbum, qui est ueritas è cælo descendens, & ueniens ad Ecclesiæ congregationem, ut per lucidum propinquum ministerium, nempe per ignem lucentem qui prope est.

Plat. in cōu.

Plat. dial. 1.
de leg.

11. ^a *INVENERIMVS autem aliud quoque testimonium, ad confirmandum, quòd, dum præstantissimi Philosphi pulcherrima ex ijs quæ sunt apud nos dogmata sibi uendicauerint,*

cauerint, ijs se ueluti iactent & glorientur: nempe quòd ex alijs quoque barbaris quadam decerpserint quæ conferunt ad unamquamque sectam, maximè autem ex Ægyptijs, cum alia, tum dogma de migratione animæ in corpora. Ægyptij enim propriam quandâ suam persequuntur philosophiam. Hoc autem maximè ostendunt sacræ eorum ceremoniæ. Primum enim procedit cantor, unum aliquod afferens ex symbolis musica. Eum dicunt oportere accipere duos libros ex libris Mercurij, ex quibus unus quidem continet hymnos Deorum, alter uerò rationes uitæ regie. Post cantorem uerò procedit horoscopus, qui in manu habet horologium & palmam, symbola & signa Astrologiæ. Eum libros Mercurij qui tractant de Astrologia, qui quidem sunt quatuor numero, oportet semper habere in ore. Ex quibus unus quidem est de ordine inerrantium quæ uidentur astrorum, alter uerò de coitu & illuminatione Solis & Lunæ, reliqui de eorum ortu. Deinceps autem progreditur *ἱερογραμματιστής*, id est, scriba sacrorum, pennas habens in capite, & librum in manibus & regulam, in qua est & atramentum ad scribendum, & iuncus quo scribunt. Hunc oportet scire & ea quæ uocantur hieroglyphica & mundi descriptione, & geographiam & ordinem Solis & Lunæ, & quinque errantiū, Ægyptique chorographiã & Nili descriptione, & descriptionem instrumentorū ornamentorūque sacrorum, & locorum eis consecratorū, mensurasque, & ea quæ sunt eis utilia. Deinde post eos qui prius dicti sunt, sequitur qui dicitur *σοφιστής*, id est, ornator, qui habet & iustitiæ cubitū, & calicem ad libandum. Is scit omnia quæ uocantur *παιδαγωγία*, id est, ad disciplinã & institutionem pertinentia, & *μοροφαιστικὴ*, hoc est, pertinentia ad ritum mactandorum uictulorum. ³⁰ Sunt autem decem quæ pertinent ad honorem eorum qui sunt apud eos Deorum, & Ægyptiam continent religionem: nempe sacrificia, primitiæ, hymni, preces, pompæ, dies festi, & quæ sunt his similia. Post omnes exit Propheta, qui in sinu apertè gestat hydriam: quem sequuntur qui emissos panes portant. Is, ut qui sit sacrorum præfectus, ediscit libros decem qui uocantur Sacerdotales: continent autem de legibus, & Dijs, & uniuersa Sacerdotum disciplina. Propheta enim apud Ægyptios præest etiam distributioni uecti alium. ⁴⁰ Sunt ergo quadraginta duo libri Mercurij ualde necessarii, ex quibus triginta quidem & sex, qui continent omnem Ægyptiorum philosophiam, ediscunt ij qui antè dicti sunt: reliquos autem sex *παιδοφῶροι*, id est, qui gestant pallium, ut qui pertineant ad medicinam, nempe de constructione corporis, & de morbis, & de instrumentis, & medicamentis, & de oculis, & postremò de mulieribus. Et res quidem Ægyptiorum, ut paucis dicam, sunt eiusmodi. ⁵⁰ Indorum autem philosophia fuit ipsa quoque ualde celebrata. Alexander quidem certè Macedo, cum Indorum decem cepisset Gymnosophistas qui uidebantur esse optimi & præstantissimi, sermonisque breuitate ceteris antecellere, quæstiones eis proposuit, eum qui non aptè responderet se esse de medio sublaturum minatus. Et cum ex ijs quidem maiorem natu respondere iussisset, is quidem primus examinatus, utros existimet esse plures, uiuósne an mortuos: uiuos dixit, non esse enim mortuos. Secundus autem, terrâne an mare maiores aleret beluas: terra, inquit, nam eius quoque pars est mare. Tertius autem, quòdnam est animantium callidissimū, quod hucusque non fuit cognitum: Homo, inquit. Quartus autem rogatus, quànã ratione mori, Sabba, qui erat eorum princeps, impulsisset ⁶⁰ ad defectionem: respondit, uolentes eum uel honestè uiuere, uel malè mori. Quintus autem rogatus, utrum existimet fuisse priorem, diem an noctem: uno die, inquit. Dubiarum enim quæstionum necesse est etiam esse dubias dubitationes. Sextus autem rogatus, quànã ratione fieri posset ut quis maximè diligeretur: si cum sit, inquit, potentissimus, non fuerit terribilis. Septimus autem rogatus, quomodo ex hominibus fieret Deus aliquis: si ea, inquit, fecerit quæ fieri non potest ut homo faciat. Octauus autem interrogatus, quid

fit fortius, vita an mors: vita, inquit, quæ tam multa mala ferat. Nonus autem examinatus, quousque bene sit homini viuere: quousque, inquit, nõ existimet melius esse mori quam viuere. Cum autem iussisset Alexander ut decimus quoque diceret aliquid, erat enim Iudex, alius, inquit, alio dixit deterius. Cum autem dixisset Alexander: ergo tu quoque morieris primus, qui hæc iudicas. Et quomodo, inquit, o Rex, verus fueris, qui dixisti te primum eum esse interfecturum qui pessimè respondisset? Et quod totius quidem scripturæ Græci dicti sint fures, satis, ut opinor, pluribus ostensum est indicis. Quod autem Deum 10 norunt, non per agnitionem, sed per qualemcunque eius manifestationem, Græcorum præstantissimi, dicit Petrus in prædicatione: Cognoscite ergo unum esse Deum qui fecit omnium principium, & finis habet potestatem, & qui non cadit sub aspectum, qui omnia videt: qui cum capi non possit, omnia capit, nullius indigens, cuius indigent omnia, & per quem sunt omnia, qui comprehendi non potest, æternus, ab interitu alienus, non factus: qui omnia fecit verbo virtutis suæ, scripturæ, inquam, cognoscentis, hoc est, filij. Deinde subiungit: Hunc Deum colite, non ut Græci, utpotè quod eundem quem nos, colunt Deum 10 qui sunt viri probi apud Græcos, sed non perfectæ & absoluta cognitione, ut qui à filio datam non didicerint traditionem. Non ergo dixit, Ne colatis Deum quem Græci, sed non colatis ut Græci: Dei cultus modum mutans, non autem alium annuncians. Quid autem sit, Non colatis ut Græci, ipse Petrus annunciabit, subiungens: Quoniam dum feruntur ignorantia, & Deum nesciunt ut nos perfectæ cognitione, cum potestate quam dedit eis ad usum, formassent ligna & lapides, æs & ferrum, & aurum & argentum, ex ipsorum materia & usu, & quæ substantiæ serua sunt excitassent, ea colunt: & quæ eis Deus dedit 30 in cibum, volucres aëris, & maris natatilia, & terræ serpentes, & feras, cum agri pecoribus quadrupedibus, mustelisque & mures, feles & canes & simias, & proprios hominibus cibos sacrificant, & mortua mortuis offerentes tanquam diis, in Deum sunt ingrati, per hæc ipsum esse negantes. Et quod ita feratur, utpotè quod nos ipsi & Græci eundem Deum nouerimus, sed non similiter, sic rursus inferet hoc modo: Neque colite ut Iudæi: etenim illi soli se Deum nosse putantes, nesciunt se adorare Angelos & Archangelos, mensem & Lunam: & nisi Luna apparuerit, non agunt sabbatum quod dicitur primum, neque agunt neomeniam, neque azyma, neque festum, neque magnum diem. Deinde eius quod queritur infert colophonem: Quare vos quoque sanctè & iustè quæ vobis tradimus discentes, seruate, nouè Deum per Christum colentes. Inuenimus enim in Scripturis, sicut dicit Dominus: Ecce facio vobis testamentum nouum, non ut feci patribus vestris in monte Choreb. Nouum dedit nobis testamentum: quæ enim sunt Iudæorum & Græcorum, sunt vetera. Nos autem qui nouè ipsum tertio genere colimus, sumus Christiani. Apertè enim, ut arbitror, ostendit unum & solum Deum, à Græcis quidem gentiliter, à Iudæis autem Iudæicè: nouè autem à nobis cognosci & spiritualiter. Præterea autem ostendit quod idem Deus suppeditauit utrunque testamentum, qui etiam Græcis dedit Græcā philosophiam, per quam omnipotens à Græcis gloria afficitur. Est autè hinc quoque manifestum. Ex Græca quidè certè disciplina, & ex Regali, in unum genus populi cui salus datur, cõgregantur qui fidem admittunt, non tẽpore diuisis tribus populis, ne quis triplices existimet naturas, sed diuersis eruditis testamentis, cum sint unius Domini, 60 unius Domini verbo. Nam quod quomodo Deus Iudæos saluos esse voluit, dans eis Prophetas: ita etiã Græcorum spectatissimos propria suæ linguæ Prophetas excitatos, prout capere poterat Dei beneficentiã, à vulgo secreuit, præter Petri prædicationẽ, declarabit Paulus apostolus dicens: Libros quoque Græcos sumite, agnoscite Sibyllam; quomodo unum Deum significet, & ea quæ sunt futura: & Hystaspem sumite & legite, & inuenietis Dei filium

filium multò clarius & apertius esse scriptum, & quemadmodum aduersus Christum multi Reges instruent aciem, qui eum habent odio, & eos qui nomen eius gestant, & eius fideles, & eius tolerantiam & aduentum. Deinde vno verbo nos interrogat: Totus autem miratus, & quæ sunt in mundo, cuius sunt, nõne Dei? Præterea dicit Petrus Dominum dixisse Apostolis: Si quis ergo velit ex Israel duci pœnitentia, & propter nomen meum credere in Deum, remittentur ei peccata post duodecim annos. Egredimini in mundum, ne 10 quis dicat, Non audiuiimus. Sed ut in tempore nunc venit prædicatione, ita in tempore data quidem est lex & Prophetæ barbaris: philosophia autem Græcis, aures assuefaciẽs ad prædicationem. Dicit itaque Dominus qui saluum fecit Israel: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis tibi dedi auxilium: dedi te in testamentum gentium, ut inhabitares terram, & possideres hereditatem, dicens iis qui sunt in vinculis: Egredimini, & ut reuelareris iis qui sunt in tenebris. Si enim vincti quidem sunt Iudæi, quibus etiam dixit Dominus, Egredimini ex vinculis qui vultis, dicens eos qui sua sponte sunt vincti, & qui onera, inquit, toleratu difficilia in se per humanam susceperunt impositionem, clarum est quod 20 qui sunt in tenebris, ij sunt qui habent principem animæ partem defossam in cultu simulachrorum. Nam iis quidem qui erant iusti ex lege, fides deerat. Et ideo cum eos curaret Dominus, dicebat, fides tua te saluum fecit. Iis autem qui erant iusti ex philosophia, non solum opus erat fide in Dominum, sed etiam ut discederent à cultu simulachrorum. Iam verò reuelata eis veritate, ipsi quoque pœnitentia ducti sunt propter ea quæ fecerant. Quamobrem prædicauit Dominus iis quoque qui erant apud inferos. Dicit quidem certè 30 Scriptura: Dicit infernus perditioni, eius quidem speciem non vidimus, eius autem vocem audiuiimus. Non locus utique voce accepta, dicit ea quæ prius dicta sunt, sed ij qui sunt collocati apud inferos, & se ipsos tradiderunt ad exitium, tanquam ex naue aliqua se sua sponte in mare proiicientes. Ipsi verò sunt qui diuinam audierunt virtutem & vocem. Nam quis sanæ mentis, & iustorum & peccatorum animas esse existimauerit in vna condemnatione iniustitiæ, maculam infundens prouidentia? Quid verò, an non significant Dominum annunciaisse Euangelium, & iis qui perierant in diluuiio, vel potius 40 vincti fuerant, & iis qui in præsidio continebantur & custodia? Ostensum est autem in secundo quoque Stromate, Apostolos consequenter Domino, iis quoque qui erant apud inferos annunciaisse Euangelium. Oportebat enim, ut existimo, sicut hic, ita illic quoque, optimos ac præstantissimos discipulos esse magistri imitatores, ut vnus quidem, eos qui erant ex Hebræis, alij verò gentes deducerent ad conuersionem, hoc est, eos qui in iustitia quæ est ex lege & ex philosophia vixerant quidem, sed non perfectè, sed cum errore & prolapsione vitam transegerant. Hoc enim diuinum decebat consilium & prouidentiam, 50 ut qui in iustitia maiorem habuere dignitatem & merita, & præ cateris egregiè vixerunt, & eorum quæ peccarunt ducti sunt pœnitentia, etiam si sint in alio loco, cum extra conuersionem sint in eorum numero qui sunt Dei omnipotentis, salui fierent per propriam vniuscuiusque cognitionem. Operatur autem, ut existimo, Seruator, quandoquidem est eius opus seruare & saluum facere: quod quidem certè fecit, ut qui eos qui in ipsum voluerint credere, per prædicationem, ubicunque essent, traxerit ad salutem. Si ergo Dominus nulla alia 60 de causa descendit ad inferos, quàm ut annunciarerit Euangelium, sicut certè descendit: aut descendit ut annunciarerit omnibus, aut solis Hebræis. Atque si omnibus quidem, salui erunt omnes qui crediderint, etiam si sint ex gentibus, cum iam illic confessi fuerint. Sunt enim salutare, & quæ erudiunt, Dei castigationes, adducentes ad conuersionem, & potius pœnitentiam eligentes quàm mortem: idque cum possint animæ purius perspicere, quæ sunt libera à corporibus, etiam si obscurentur vitis & perturbationibus, eò quod amplius se

Hæc præter scripturas.

Esaï. 49.

Iob. 28.

781 pp. 20 n.

Deut. 5.

non eis opponat & eas impediatur caruncula. Sin autem Iudæis solum annunciauit Euangelium, quibus defuit ea quæ est per Seruatorem agnitio & fides, clarum est utique quòd cum apud Deum nullus sit personarum respectus, Apostoli quoque sicut hic, ita etiam illic, annunciarunt Euangelium iis qui ex gentibus apti erant ad conuersionem. Et rectè dictum est à Pastore: Descenderunt ergo eorum in aquam, sed ñ quidem descenderunt uiuentes, & uiuentes ascenderunt: illi autem qui prius dormierant, mortui descenderunt, uiuentes autem ascenderunt. Iam verò dicit etiam Euangelium, surrexisse multa corpora eorum qui dormierant, ut qui uidelicet translati essent in meliorem locum. Fuit ergo generalis quidam motus & translatio per Seruatoris dispensationem. Iustus autem non differt à iusto, quatenus est iustus, siue is fuerit ex lege, siue Græcus: non enim Iudæorum solum, sed etiam omnium hominum est Deus dominus, propinquius autem eorum pater qui cognouerunt. Si enim honestè uiuere, est etiam legitime uiuere: & vitam agere rationi consentaneam, est uiuere ex lege: qui autem rectè uixerunt ante legem, in fidem sunt reputati, & iusti sunt iudicati: clarum est quòd iis etiam qui cum extra legem essent, rectè uixerunt per uocis proprietatem, etiamsi in inferis essent & in custodia, exaudita uoce Domini, vel ipsa per se, vel etiam quæ operabatur per Apostolos, mox conuersi fuerint & crediderint. Meminimus Dominum esse Dei uirtutem, & fieri non posse ut uirtus unquam sit imbecilla. Sic existimo ostendi bonum quidem esse Deum: potentem verò Dominum salutem dare cum iustitia & æqualitate in eos qui conuertuntur: siue hic, siue etiam alibi. Non huc enim solum peruenit uirtus operatrix, sed est ubique, & semper operatur. Iam verò in Petri prædicatione dicit Dominus ad discipulos post resurrectionem: Elegi uos duodecim discipulos, iudicans esse me dignos, quos uoluit Dominus, & fideles ratus esse Apostolos, mittens in mundum ad annunciandum Euangelium hominibus qui sunt in orbe terrarum, ut cognoscant unum esse Deum per meam Christi fidem futura significantes, ut qui audierint & crediderint, salui fiant. Qui autem non crediderint, cum audierint ferant testimonium, ut qui non possint se excusare dicendo, non audiimus. Quid ergo, non etiam apud inferos fuit eadem æconomia & dispensatio, ut illic quoque omnes animæ audita prædicatione, aut ostendant penitentiam, aut propterea quòd non crediderunt, iustum fateantur esse supplicium? Effet autem non leuis iniquitatis, eos qui ante aduentum Domini excessissent, cum nec eis fuisset annunciatum Euangelium, nec in credendo vel non credendo ulla posset in eos culpa conferri, vel salutem assequi, vel puniri. Neque enim fas est illos quidem indicta causa fuisse condemnatos: solis autem eis qui fuerunt post eius aduentum frui diuina licuisse iustitia. Omnibus autem animis ratione præditis desuper dictum est: Quacunque uestrum fecit aliquis in ignoratione, Deum aperte nõ cognoscens, si ea agnoscens ductus fuerit penitentia, ei omnia peccata remittentur. Ecce enim, inquit, posui ante faciem uestram mortem & uitam, ut eligatis uitam: ad comparationem electionis dicens Deus posuisse, non ambo fecisse. Et in alia dicit scriptura: Si me audieritis & uolueritis, bona terra comedetis: sin autem me non audieritis, neque uolueritis, gladius comedet uos: os enim Domini hæc locutum est. Rursus autem aperte Dauid, vel potius Dominus ex persona sancti (est autem is unus à mundo condito, quicumque diuersis temporibus per fidem fuit & erit saluus) Latatum est cor meum & exultauit lingua mea. Præterea autem caro quoque mea in spe habitabit, inquit. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Notas fecisti mihi uias uitæ. Implebis me letitia cum uultu tuo. Quomodo ergo est præciosus populus Domino, ita populus sanctus est omnis cum Iudæo, etiam is qui ex gentibus conuertitur, qui prædicabatur phelytus. Merito ergo dicit scriptura bonem & uersam simul futuros. Nam bos quidem dictus est

dictus est Iudæus, ex animali quod à lege sub iugo iudicatum est mundum, quandoquidem: bos & fissam habet ungulam, & ruminat. Gentilis autem significatur per uersam, quæ est animal immundum & agreste. Parit autem animal carnem informem, quam lingua sola effingit in similitudinem animalis. Verbo enim formatur ad hoc, ut ex uita ferina mansuescat, qui conuertitur ex gentibus. Iam autem mansuefactus, ipse quoque ut bos sanctificatur. Iam verò dicit Propheta: Sirenes me benedicent & filie struthionum, & omnes bestie agri. Ab immundis animantibus bestie agri cognoscuntur, hoc est, mundi: quoniam eos qui in fidem sunt agrestes, & uita sordidi, nec ea quæ est ex lege iustitia purgati, appellat feras. Mutati autem ex eo quod est esse feras, per fidem dominicam sunt homines Dei, ex eo quòd uelint mutari, primum ad hoc quòd fiat proficientes. Alios enim adhortatur Dominus, aliis uerò qui iam sunt ag gressi, & manum prebet & trahit. Non enim personam respicit & reueretur qui est omnium dominus: neque curat magnitudinem, quoniam ipse fecit magnum & paruum, & similiter omnibus prouidet, & omnium curam gerit. Dauid quoque dicit: Sin autem infixe sunt etiam gentes in interitu quem fecerunt. In hoc laqueo quem absconderunt comprehensus est pes eorum. Sed fuit Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitate & afflictione. Opportunè ergo nunciatum est Euangelium iis qui sunt in afflictione. Et ideo dicit: Annunciate in gentibus studia eius, ne iniuste iudicentur. Si ergo iis qui erant in carne, propterea annunciauit Euangelium, ne iniuste condemnentur: quomodo non etiam iis qui excesserunt ante eius aduentum, propter eandem causam annunciauit? Iustus enim Dominus, & iustitiam dilexit, rectitudinem uidit uultus eius. Qui autem diligit iniustitiam, odio habet animam suam. Si ergo in diluio perit omnis caro peccatrix, eis castigatione redeunte in disciplinam, primum quidem uoluntatem Dei, quæ uim habet erudiendi & operandi, credendum est dare salutem iis qui conuertuntur. Deinde etiam anima quæ est res longè subtilior, minimè potuerit affici ab aqua quæ est crassior, ut quæ propter subtilitatem & simplicitatem minimè superetur, quæ etiam appellatur incorporea. Quod autem crassum fuerit à peccato incrassatum, hoc unà cum spiritu carnali abiicitur, qui concupiscit aduersus animam. Iam uerò eorum quoque qui communitatem inducunt & commendant, princeps Valentinus, in ea quæ est de amicis homilia, scribit ad uerbum: Multa ex iis quæ scripta sunt in libris publicis, inueniuntur scripta in Dei ecclesia. Hæc enim sunt inania uerba quæ à corde proficiscuntur. Lex quæ scripta est in corde, ea est populus dilecti, qui diligitur, & ipsum diligit. Libros autem communes dicit, uel scripturas Iudæicas, uel scripturas philosophorum: communem autem facit ueritatem. Isidorus quoque Basilidis simul filius & discipulus, in primo libro expositionum Prophetae Parchor, ipse quoque scribit his uerbis: Dicunt autem Attici quedam fuisse significata Socrati, demone eum sequente. Dicit etiam Aristoteles, omnes homines uti demonibus, qui eos sequuntur eo tempore quo migrant in corpus, prophetiam hanc accipiens doctrinam, & eam ponens in suis libris, non confitens unde hanc sumpsisset orationem. Et rursus in secundo eiusdem operis sic scribit: Nec existimet aliquis, quod dicimus esse proprium electorum, hoc fuisse prædictum ab aliquibus Philosophis. Non est enim hoc eorum inuentum, sed cum sumpsissent à Prophetis, id tribuerunt ei qui est sapiens ex eorum sententia. Et rursus in eodem: Mihi enim uidetur eos qui sibi uendicant philosophiam, ut discant quid sit quercus alata, & uarium quod in ea est pallium, quacunque allegoricè dixit Pherecydes in Theologia, sumens ex prophetia Cham. Fundamentum autem, ut olim adnotauimus, non dicimus eam quæ in unaquaque hæresi suscipitur uitæ institutionem, sed id quod uerè est philosophia, rectè artificiosam sapientiam, quæ prebet experientiam eorum quæ sunt in

vita. Sapientiam autem, solidam diuinarum & humanarum rerum cognitionem, firmam quandam & stabilem, & quae non potest excidere, comprehensionem, & quae comprehendit ea quae sunt, & praeterita, & futura: quam nos docuit per suam praesentiam & per Prophetas Dominus, estque eiusmodi ut non possit excidere, ut quae à Verbo sit tradita. Eaque omnino vera est voluntate, ut quae sit cognita per filium: & partim quidem est aeterna, partim autem tempori utilis: & partim quidem una est & eadem, partim autem multae & indifferentes, & partim quidem est absque ullo motu partibili, partim autem cum partibili appetitione: & partim quidem perfecta, partim verò indigens. Hanc ergo sapientiam concupiscit philosophia, animae & verbi rectitudinis, & vitae puritatis, quae est beniuolè affecta in sapientiam, & omnia facit ut eam consequatur.

COMMENTARIUS.

INVENIMVS autem aliud quoque testimonium ad confirmandum. Ut facilius credatur ex scripturis suffragatos esse Græcos, ostendit eos non solum ab Hebraeis, sed etiam ab aliis Barbaris esse suffragatos. Ex iis primo refert Aegyptios, à quibus acceperunt animae immortalitatem, & in varia corpora transmigrationem, quam vocant μεταστροφή, hoc dogma acceperunt Aegyptij ex Aethiopiis, ut testis est Herodotus libro secundo, ab Aegyptiis autem Pythagoras, à Pythagora autem Plato, sibi tamen non semper consentiens. Quae autem dicit hic Clemens de Aegyptiorum ritibus & caeremoniis, nonnulla accepit ex Herodoto & Diodoro Siculo, sed plurima ex Philisto Siraculano qui Aegyptiacam historiam duodecim libris est persecutus, qui extabant tempore Clementis, nostro non extant, sicut nec illi quadraginta duo libri Mercurij ter Maximi, qui quam praelara scripserit, ostendunt pauca quae supersunt. ^{Indorum autem philosophia fuit ipsa.} Non solum ab Aegyptiis, sed etiam ab Indis suffragati sunt Græci. Erant autem apud Indos Philosophi celeberrimi, Gymnotophista, & Brachmanes, ad quos doctrinae causa multum profecti sunt Græci. De iis multa inuenies apud Apollonium Tyanæum, sed de iis quaestionibus, quas eis proposuit Alexander Rex Macedonum, vix apud alium inuenies quam nostrum Clementem, qui multos legit auctores, qui nostris non extant temporibus. ^{Quod autem Deum norunt.} Quod hic dicit Clemens praestantissimos Græcos Deum cognouisse non per cognitionem, sed per manifestationem (ita enim verti, quod Græcè est ἀπέφανεν) existimo ita esse intelligendum, eos Deum non nosse per agnitionem, id est per traditionem quae Dei certam exhibet cognitionem quam habent Christiani, sed per manifestationem, per quam scilicet Deus cognoscitur, ex operibus congruenter ei, quod dicit Paulus ad Romanos, quod notum est Dei manifestant illis, Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas &c. Hæc autem Petri prædicatio, quam citat Clemens, non habetur in numero scripturarum canonicarum, sic enim scribit Eusebius lib. 2. historiae Ecclesiasticae, Ille libellus qui dicitur Actus Petri, & quod nominis eius Euangelium nuncupatur: sed & quae dicitur eius prædicatio vel reuelatio in scripturis rursus Canonicis non habetur, sed ne aliquis quidem scriptorum veterum uti eorum testimoniis inuenitur. Sic Eusebius. Atque quod non sint hi quidem libri Canonici, vix est vllus hodie qui dubitet. Quod autem nullas veterum scriptorum eorum testimonio vsus sit, factum esse arguit Clemens, qui Petri prædicationis testimonio hic vitur: quae quam non sit reiicienda, ostendunt ea quae citantur à nostro Clemente. Quod autem dicit Petrus videretur significare, Notum esse Deum & Græcis, & Iudæis, & Christianis, sed non eodem modo coli. Nam à Græcis quidem colitur gentilitèr: quamuis enim Deum norint, ex auro tamen, argento, ære & ferro idola fabricantur, & eis tanquam diis sacrificant, & mortua mortuis offerentes in Deum sunt ingrati. Iudæi autem se solos Deum nosse putant, sed imprudentes adorant Angelos & Archangelos, & mensam & Lunam, adeo ut nisi luna apparuerit, neque sabbatum agunt, neque neomeniam, neque pascha, neque magnum diem. Christiani autem Deum alio modo colunt, nempe modo qui est eis à verbo traditus, qui quidem est nouus & spiritualis, est quae à Christo discendus & retinendus. ^{Præterea autem ostendit quod idem Deus suppeditauit.} Pergit Clemens ostendere quidnam doceat Petrus in sua prædicatione, & Paulus in aliquo apocrypho libro qui non extat, nempe quod idem Deus qui vult omnes homines saluos fieri, vetus testamentum dederit Iudæis, nouum autem Græcis & gentibus ad Christum conuertendis: philosophiam autem Græcis ab eo dicit & Iudæos suos accepisse Prophetas, & Græcos Sybillam, & alios Prophetas in sua lingua praestantissimos, quos à vulgo separauit. Qui quidem & futura prædixerunt, & quid acturus & passurus esset Christus aperte exposuerant. Ex iis vnus est Hyllaspes qui fuit Rex Medorum, & insignis vates, quem sumere & legere iubet Paulus: eius meminit Giraldus in 3. Dialogo suae poëticae Philosophiae. Dedit autem & legem Hebraeis & Græcis philosophiam, eos assuefaciens ad audiendam Euangelij prædicationem, dicit autem fuisse quod ad mores attinet, iustos & ex Iudæis & ex Græcis, sed neuris perfectam fuisse iustitiam, Hebraeis enim defuisse fidem, Græcis autem præter fidem, id quoque defuisse, quod à cultu idolorum essent liberandi, quae tenebatur vinculam principem eorum animae partem. Reuelata autem eis veritate, & suscepta fide, opus etiam fuit, ut peccata quae admiserant, se admisisse ægrè ferrent. Quod autem ex Græca & regali disciplina dicit populum congregari ad fidem, quidnam per regalem intelligat, non mihi satis occurrit, nisi forte per excellentiam doctrinam significet Platoniam, quae continetur ἐν λόγῳ βασιλικῷ, id est, in oratione quae inscribitur Regalis, aut Regia.

Quamobrem

Quamobrem prædicauit Dominus. Quod Christus descenderit ad inferos, credat necesse est quisquis credit symbolo Apostolorum, in quo disertis verbis dicitur, descendit ad inferna. Quod autem iis qui erant apud inferos prædicauerit, testatur Petrus in prima sua Epistola, cum dicit de iis qui fuerant dediti luxu- 1. Petr. 4. riis, libidini & voluptati, qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare viuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis Euangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homines in carne, viuant autem secundum Deum in spiritu, quod futurum prædixit Iob dicens, Dixit infernus perditioni: Eius quidem Iob. 18. (nempe verbi) speciem non vidimus, eius autem vocem audiimus. Per metonymiam autem accipitur infernus, pro iis qui sunt apud inferos, sed quaeritur quibusnam sit prædicatum. Et respondet Clemens conuenièter ei quod dicit Petrus in sua prædicatione, quae licet non canonica, ab eo citatur, quod cum sit Deus omnium, & velit omnes homines saluos, fuisse omnibus qui erant apud inferos annūciatum Euangelium, tam iis qui cum in lege vixissent, quam iis qui cum sectati essent Philosophiam, apti erant ad fidem suscipiendam & conuersionem, Deique cognitionem, licet in suo instituto non perfectè vixissent: rursus quaeritur quisnam eis prædicauerit. Respondetur autem Christum per se prædicasse Iudæis, sicut & cum ageret in terris, Apostolos autem, sicut & hic, gentibus: Bonum quidem esse Deum qui vult omnes homines esse saluos: Christum autem esse Dei virtutem, quae nunquam est imbecilla, & vbique & semper operatur, siue per se operetur, siue per alios. Cum sit autem Seruator, proprium est eius opus dare salutem. ^{Et iam verò in Petri prædicatione, dicit Dominus.} Petrus in sua prædicatione dicit Christum dicere Apostolis, se eos mittere per orbem terrarum ad annūciandum Euangelium ut credant: si autem non crediderint, non possint se excusare, quod non audiuerint eandem etiam in inferis fuisse Christi œconomiam, ut qui audierint Euangelij prædicationem agant poenitentiam, & falsi fiant, aut si non crediderint, se iuste puniri fateantur, quod non crediderint. Esset planè iniquum, si ij qui ante Domini aduentum sunt mortui, cum eis non esset annūciatum Euangelium, nec possent reprehendi, quod vel non credidissent, vel credidissent, tamen vel salui essent, vel supplicio afficerentur. Maximè cum è cælis sit eis significatum, quod si aliquis cum Deum non aperte sciret, per ignorantiam peccasset, fore ut si eum peccasse poeniteret, ei omnia peccata remitterentur. Eo autem fore iniquius quod cum ei sit oblatum liberum eligendi arbitrium, sit tamen ei erepta libera eligendi potestas. Non potest enim eligere cui non datur quod eligat. Fidem autem non potest eligere is cui non exhibetur quod credat, non exhibebitur autem quod credat nisi eis prædicetur. Quod autem sanctis mortuis (Sancti autem sunt, qui quouis tempore fuerunt vel erunt salui per fidem) sit prædicatum Euangelium, arguit quod certam spem ex fide concipiant latantes, quod sint resurrecturi, nec sit eorum anima in inferno relinquenda, nec ipsi visuri sunt corruptionem. Quod quidem etiam David proprie dicat de Christo, non abs re tamen Clemens id accommodat fidelibus mortuis resurrecturis. Porro autem licet fuit olim Iudæorum populus Deo praeiosus, ut qui esset ei peculiaris, habebat tamen profelytos qui in lege instituti Deum colebant. Ita etiam qui ex gentibus conuertuntur, & sacramento fidei initiantur, quod sic vocat Clemens προσήλυτοι, sunt cum Iudæis, qui fidem acceperunt Sancti domino. ^{Merito ergo dicit scriptura bonum & vrsam simul futuros.} Aegre ferebant Iudæi, quod cum essent à Deo electus populus & peculiaris, cum eis coniungerentur gentes, quibus etiam daretur salus. Eis iam respondit Clemens, non esse quod id aegre ferrent. Nam ut olim suos habuisset profelytos, quos cum in suis erudiissent moribus & institutis in eandem ascisciebant religionem. Nunc autem dicit etiam à Prophetis fuisse prædictum gentes coniungendas cum Iudæis: prædixisse etiam Esaiam bouem, & vrsam simul futuros. Quod significat si è litera mysticus eruatur sensus, fore ut simul sint Iudæi & gentes: per bouem enim qui est mundum animal, ut qui fillam habeat vngulam & ruminet, significari Iudæos: per vrsam vero, quae est animal immundum & agreste, significari gentilem. Quod quidem est eo probabile, quod ut vrsa parit informe animal, carnem, inquam informem, quae lambendo efficitur animal, ita etiam qui ad fidem conuertitur ex gentibus, verbo Dei formatus, ex fero & agresti redditur mitis & mansuetus, & ut bos Deo sacrificatur, ita mansuefactus Gentilis sanctificatur & Deo consecratur. Rursus quod apud eundem Esaiam dicit Dominus Deus, fore ut Syrenes & Struthiones cum benedicant cum bestiis agri, significat fore ut mundi & immundi cum benedicant, laudent & glorificent, id est, & Iudæi, & Gentiles, qui cum prius essent feri & agrestes, & vita plane sordidi, ea quae est ex lege, iustitia sunt purgati, & ex feris mutati facti sunt homines Dei. Mutati autem sunt & sua inducti voluntate, & paulatim proficientes ad hoc ut fiant Dei homines. Sed mutari non possunt sine Dei auxilio, qui alios adhortatur, nempe eos qui mundum coeperunt mutari: aliis vero qui iam coeperunt, manum porrigit & eos trahit. Ex quo est perspicuum sentire Clementem ad hominem iustificandum, & à vitio ad virtutem deducendum, conuenire Dei gratiam cum libero arbitrio. Cum autem Deus omnes fecerit, hinc fit ut aullius personam respiciat, & omnium curam gerat, & magnum non pluris faciat quam paruum, qui omnes velit esse saluos. Cum autem homines sua culpa in interitum, nempe peccatum, inciderint, & in eo tanquam in laqueo sit comprehensus pes eorum, ut eis esset refugium, & eos liberaret ab afflictione, eis annūciauit Euangelium, ut culpam agnoscerent, & remedium quaererent. Annūciandi autem Euangelij hæc non minima fuit causa, ut si ei crederent, salui fierent: sin minus condemnarentur, alioqui iniuste iudicandi, si non essent admoniti ut respicerent, & peccata sua cognoscentes, & peccasse se ægrè ferentes, venirent ad medicum, nempe ad Christum Seruatorem. Propter eandem causam, nempe ne iniuste condemnarentur, iis etiam qui excefferant ante eius aduentum, annūciatum fuit Euangelium. Non alia certè causa est, cur à Domino predicetur Euangelium, quam quonià est iustus, & iustitias diligit: iniustus autè esset si non predicasset. Postquàm autem multis ostendit prædicatum fuisse Euangelium iis qui excefferat ante Christi aduentum, venit illi in mentè dubitatio cui visum est occurrendum. Ea autem est huiusmodi: Si verum est quod dicit Scriptura, omne genus humanum periisse diluio, quomodo fieri potuit, ut prædicaretur Euangelium iis qui perierant. Ad hoc affert Clemens duplicem responsionem. Prima est, quod sola periit

Hhh ij

caro peccatrix, ille autem carnis interitus fuit quædam castigatio instar disciplinæ, volente Domino, ut ea daret salutem iis qui ad ipsum conuerterentur. Secunda est, quod anima est subtilis & simplex: & ideo dicitur incorporea: quo fit ut in eam agere non possit aqua quæ est crassa. Quod si in ea aliquid fuerit incrassatum propter peccatum, id percunte carne simul abiicitur cum spiritu carnali qui concupiscit aduersum animam, eam titillans & incitans ad voluptates & libidines. Cum ergo sola perierit caro & mortale corpus, superites autem apud inferos sit anima, nihil obstat quominus ei possit prædicari Euangelium, ut non iuste damnetur. ^b *Iam vero eorum quoque qui communitatem.* Quomodo hæc cohæreant cum præcedentibus non est facile intelligere, maxime cum nihil extet ex iis quæ citantur ex Valentino & Isidoro, sed est verisimile, quod cum ostendisset Clemens Euangelium & Iudæis & gentibus fuisse prædicatum, significet communem quoque eis esse sapientiam & veritatem, quam etiam dicat Socrates se accepisse ab eum sequente dæmone, & Aristoteles asserat omnes homines uti dæmonibus, qui eos sequuntur eo tempore quo migrant in corpus, eam tamen doctrinam habuerunt à Prophetis acceptam. Pherecydes quoque qui sibi tanquam à se inuentam tribuit philosophiam, multa dicens mythicè & allegoricè, ut pote quercum alatum, & varium quod est in ea pallium, eam non à se habuit, sed à prophetia Cham. Sed neque Pherecydis, neque prophetiæ quidquam extat hodie, qui fit ut non possimus diuinare, quid sibi velit alata quercus, & quod est in ea pallium, quæ à Pherecyde dicuntur allegoricè in sua Theologia. Non est autem existimandum, eius sapientiæ, quæ est communis Hebræis & gentibus quæ venerunt ad fidei cognitionis fundamentum, esse subiectum vitæ institutionem quæ traditur in vnaquaque hæresi seu secta Philosophorum, ut antea admonuit in primo & secundo Stromate, sed eius esse subiectum sapientiam, quæ est scientia diuinarum rerum & humanarum, quam docuit Dominus qui est Verbum, & Dei Filius, per se & suos Prophetas, quæ artificiosè docet quomodo sit vita instituenda & agenda. Comprehendit autem non solum præsentia, sed & præsentia & futura. Cum hæc autem sapientia sit sapientia rerum diuinarum & humanarum, ipsa quoque est varia variè considerata. Si consideretur quidem ut diuinarum rerum scientia, est æterna vnàque & eadem, & semper eodem modo se habens, & nullum habens motum patibilem, perfecta quoque & omnibus numeris absoluta, & cui nihil abest, & quæ Deum habeat subiectum, qui ipsam reddit sibi similem. Sin autem consideretur ut scientia rerum humanarum, est temporalis, est non vnà sed diuersa & differens, & in eam cadit motus, & appetitio patibilis, & est imperfecta & aliquo indigens. Talis autem est non ex se sed ex subiecto, nempe ex humana natura, quæ cum sit varia, varia quoque sit oportet, quæ eam regit & administrat Sapientia. Hanc sapientiam appetit, & eius studio tenetur philosophia, philosophia, inquam, animæ, & verbi rectitudinis, & vitæ puritatis, id est, quæ hunc habet scopum propositum, ut anima quæ sunt bona & ex virtute cogitet, lingua vero rectè loquatur, & ut ita sit pura & sancta.

II. ^a *PHILOSOPHI autem apud nos quidem dicuntur qui amant sapientiam, quæ est omnium opifex & magistra, hoc est, filij Dei cognitionem. Apud Græcos autem dicuntur Philosophi, qui disputationes de virtute suscipiunt. Fuerit autè Philosophia, quæ in vnaquaque hæresi (de iis loquor quæ sunt in philosophia) ea quæ reprehendi non possunt, decreta cum vita congruente in vnâ coacta electionem, quæ ipsa quoque à barbara diuinitus data sunt, surrepta gratia, Græca ornata sunt eloquentia. Nam alia quidem sunt suffurati, alia verò malè audierunt. In aliis autem, aliqua quidem dixerunt imitantes, sed ea non reddidere perfecta: aliqua autem humana coniectura & ratiocinatione, in quibus etiam labuntur. Arbitrantur autem se isti quidem perfectè assequi veritatem, ut nos autem ipsos comprehendimus, aliqua ex parte nihil certè amplius norunt quàm hunc mundum. ^b *Quamquam versatur Geometria in mensuris, magnitudinibus, & figuris, per eam quæ sit in planis descriptionem, & pictura totum locum opticum, quem vocant perspectiuum, videtur assumere in iis quæ adumbrantur. Hæc autem falsò descripsit visum, artificiosè utens signis quæ sunt per applicationem linearum visus. Hinc conseruantur ὑποθέσεις, id est, eminentes visiones, & hypotheses, hoc est, visiones inferiores, & φάσεις, hoc est, visa. Et videntur quidem alia eminere, alia verò subsidere: aliqua verò, alio aliquo modo visione apprehendi in loco leui & æquabili. Ita autem Philosophi quoque instar picturæ imitantur veritatem. ^c *Φιλῶνία autem, hoc est nimius amor sui, est semper quibuslibet causa omnium malorum. Quocirca non oportet eligendo & expetendo gloriam ab hominibus, esse nimium sui amantem, sed Deum diligendo esse sanctum cum prudentia. Si quis ergo utatur quidem singularibus, tanquam vniuersis ac generalibus, & id quod seruit habeat pro eo quod dominatur, à veritate excidit, non intelligens id quod à Dauid dictum est per confessionem: Terram seu cinerem tanquam panem manducabam. Nimius***

autem

autem sui amor; & vana opinio ac persuasio, est ei terra, & error. ^a *Quod si ita est, est ex disciplina cognitio & scientia: si est autem disciplina, necesse est querere magistrum. Nam Cleanthes quidem sibi magistrum adscribit Zenonem, & Theophrastus Aristotelem, & Metrodorus Epicurum, & Plato Socratem. Sed etsi venero ad Pythagoram, & Pherecydem, & Thaletem, & primos sapientes, consisto quærens eorum magistrum. Et seu dixeris Aegyptios, seu Indos, seu Babylonios, seu magos ipsos, non cessabo eorum doctorem requirere. Porro autem te quoque deduco ad primum ortum hominum, & illinc incipio querere quis fuerit eorum magister: nullus quidem ex hominibus, nondum enim didicerant. Sed nec aliquis ex Angelis: neque enim quomodo significant Angeli quatenus Angeli, ita audiunt homines. Neque enim quomodo sunt nobis aures, ita est illis lingua: neque instrumenta vocis quis dedit Angelis, labra, inquam, & quæ propter ea sita sunt, & guttur, & arteriam, & viscera, & spiritum, & aërem qui pulsatur. Multum autem abest ut Deus insonet sanctitate quæ adiri non potest, qui ipse quoque separatus est ab Archangelis. Iam verò Angelos quoque accepimus didicisse veritatem, & qui eis subsunt principatus: ortum enim habere. Restat ergo ut nos quoque ascendentes, eorum doctorem desideremus. Quoniam autem vnum est ingenitum, nempe Deus omnipotens, vnum est etiam prægenitum, per quod omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vnus enim est reuera Deus, qui fecit principium vniuersorum, significans primogenitum filium, ut scribit Petrus, præclare intelligens illud: In principio fecit Deus cælum & terram. Is autem dictus est sapientia ab omnibus Prophetis. Is est magister omnium quæ orta sunt, Dei consiliarius qui præsciuit omnia. Is autem ab alto, à prima mundi constitutione, multifariam multisque modis & docuit & perficit. Vnde merito dictum est: Ne dixeritis vobis magistrum super terram. Vides vndènam ansas acceperit vera philosophia, etiam si lex sit imago & umbra veritatis. Sed Græcorum nimius amor sui, quosdam homines prædicat doctores. ^c *Quomodo ergo ad Deum creatorem omnis recurrit paternitas, ita etiam ad Dominum eorum quæ bona & honesta sunt doctrina, & quæ iustificat, & quæ ad hoc deducit & fert opem. Si qui autem ex aliqua affectione semina veritatis quomodocunque accepta non enutrierunt, sed terra sterili & aridæ mandantes, ea herbis suffocarunt agrestibus, quomodo Pharisæi à lege declinarunt, doctrinas humanas inducentes, non est eorum causa magister, sed qui perperam audire voluerunt. Qui autem ex eis crediderunt & Domini aduentui & scripturarum declarationi, in versantur in cognitione legis, sicut etiam philosophi, per doctrinam Domini perducuntur ad agnitionem veræ philosophiæ. Eloquia enim Domini eloquia casta, argentum ignitum, probatum terræ, purgatum septuplum: aut quod ut argentum saepe purgatum probatur iustus, Domini nummus effectus, & qui regalem accepit characterem: aut quoniam Solomon quoque dicit linguam iusti esse argentum ignitum, probatam autem & sapientem doctrinam, esse laudabilem & admittendam significans, quando saepe terra fuerit expurgata, hoc est, quando anima cognitione prædita fuerit multis modis sanctificata, per abstinentiam à terrenis inflammationibus. ^d *Sanctificatur autem corpus quoque in quo habitat, cum ut proprium dedicatur in sancti templi puritatem & synceritatem. Quæ est autem in corpore primæ animæ prima purgatio, ea est abstinentia à malis, quam quidem existimant perfectionem ac consummationem, eaque est, ut semel dicam, perfectio communis Iudæi fidelis & Græci. Eius autem qui est cognitione præditus, post eam quæ aliis lege decernitur perfectionem, iustitia procedit ad operationem beneficentiæ: & cui iustitiæ augmentum creuit ad beneficentiam, ei perfectio permanet in immutabili habitu beneficentiæ ad Dei similitudinem.***

Hhb ij

nem. Nam qui sunt quidem semen Abrahæ & serui Dei, ñ sunt vocati. Filij autem Iacob, eius electi, qui supplantauerunt vitij operationem. Si ergo & ipsum Christum dicimus sapientiam, & eius operationem, eam quæ sit per Prophetas, per quam edisci potest traditio quæ est ex cognitione, ut ipse per præsentiam sanctos docuit Apostolos: sapientia fuerit cognitio, ut quæ sit scientia & comprehensio eorum quæ sunt, & futura sunt, & præterita, stabilis & firma, ut quæ à filio Dei sit tradita & reuelata. Atque si est quidem sapientis finis, contemplatio, ea quidem contemplatio quæ est adhuc philosophorum, diuinam appetit scientiam: nondum autem assequitur, nisi per disciplinam vocem acceperit propheticam sibi declaratam, per quam accipit quomodo se habent, habuerunt, & habitura sunt, quæ sunt, quæ futura sunt, & quæ prius fuerunt. Cognitio autem ipsa est, quæ per successionem ad paucos ex Apostolis absque scriptis tradita peruenit. Hinc ergo cognitio seu sapientia exerceatur oportet ad contemplationis habitum æternum, & in quem non cadit alteratio. Nam Paulus quoque in Epistolis non videtur reprehendere philosophiam: sed eum qui est particeps altitudinis cognitionis, non vult amplius recurrere ad Græcam philosophiam, eam allegoricè vocans mundi elementa, ut quæ elementa quodammodo doceat, & sit veluti disciplina præcedens veritatem.

Quocirca ad Hebræos quoque scribens qui à fide ad legem reflectebantur: An rursus, inquit, opus habetis ut vos doceam quam sunt elementa initij eloquiorum Dei? & facti estis opus habentes lacte, & non solido cibo? Similiter etiam ad Colossenses quoque qui conuertuntur ex Græcis: Videte ne quis vos depradetur per philosophiam & inanem deceptionem, secundum traditionem hominum secundum elementa huius mundi, & non secundum Christum, * significans elementalem doctrinam reuerti ad philosophiam. Quod si quis dicat, per hominum intelligentiam fuisse inuentam à Græcis philosophiam: atqui inuenio scripturas dicentes intelligentiam esse à Deo missam. Psalmographus quidem certè maximum esse donum existimat intelligentiam, & petit dicens: Seruus tuus ego sum, fac ut sim intelligens. An non autem multiplicem petens cognitionem, scribit David, Bonitatem & disciplinam & cognitionem doce me, quoniam mandatis tuis credidi? Testamenta esse principalia & maxima authoritatis, est extra controuersiam, & dari præstantioribus. Dicit quidem Psalmus certè de Deo: Nulli genti sic fecit, & iudicia sua non manifestauit eis. Illud autem, Non sic fecit, fecisse quidem significat, sed non sic. Illud ergo, Sic, positum est, ut fiat comparatio cum nostra excellentia. Poterat autem utique Propheta dicere absolutè, Non fecit, absque additamento huius, Sic. Quinetiam Petrus quoque in Actibus: In veritate comprehendo, inquit, quòd Dominus non est acceptor personarum, sed in omni gente qui timet ipsum & operatur iustitiam, est ei acceptus. Non tempore ergo perfectum est ut Deus personas non respiceret, sed id fuit ab æterno. Neque enim cepit unquam eius beneficentia: sed neque circumscribitur locis vel vllis hominibus. Neque enim singularis seu particularis est eius beneficentia: Aperite mihi, inquit, portas iustitiæ, in ipsas ingressus, confitebor Domino. Propheta autem dictum exponens Barnabas, infert: Cum multa portæ sint apertæ, quæ est in iustitia, ea est in Christo, in quem beati sunt omnes qui sunt ingressi. Eidem sententiæ adhæret quoque illud Propheticum, Dominus super aquas multas, utpote quòd non solum testamenta diuersa, sed etiam diuersi modi doctrinæ sint ñ, qui inter Græcos adducunt ad iustitiam, & qui inter barbaros. Iam verò apertè quoque psallit David, veritati ferens testimonium: Auertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Dei: obliuiscuntur scilicet eius cuius prius meminerant, & quem cognoscebant priusquam obliuiscerentur, eum iubent valere & amandant.

Erat ergo

Erat ergo quædam obscura Dei cognitio etiam apud gentes. Et hæc quidem ita se habeant. Oportet autem eum qui est cognitione præditus multa didicisse. Et quoniam dicunt Græci cum prior cepisset Prothagoras, paratam esse orationem quæ quicquid dicitur ei aduersetur, dici conuenit etiam aduersus huiusmodi orationes. Dicit enim scriptura: Qui multa dicit, vicissim quoque audiet. Parabolam autem Domini quis intelliget, nisi sapiens & intelligens, & qui diligit Dominum suum? Sit ergo qui talis est, fidelis: sit eiusmodi ut possit explicare cognitionem, sit sapiens in verbis discernendis, sit in factis admirabilis, sit castus & mundus: eò enim debet esse magis humilis, quò videtur esse maior, dicit Clemens in epistola ad Corinthios. Talis ut qui possit parère præcepto: & aliquos quidem ex igne rapite, miseremini autem eorum qui discernuntur. Falx quidem certè facta est ut rami amputentur: sed implexos quoque palmites in ea distinguimus, & spinas quæ vitibus cohærescunt excindimus, ad quas non potest facile accedi. Hæc autem omnia referuntur ad putandas vitas. Rursus homo factus est principaliter ad Dei cognitionem: sed est & Geometra, & agricola, & philosophatur, ex quibus unum quidem factum est ad viuendum, alterum verò ad bene viuendum, tertium verò ad ea meditanda quæ demonstrant. Porro autem illi qui dicunt philosophiam esse profectam à diabolo, illud quoque sciant, quòd scriptura dicit, diabolum transfigurari in Angelum lucis. Quid agentem? Prophetantem scilicet. Si autem prophetat ut Angelus lucis, vera dicit scilicet. Si angelica & lucida prophetat, tunc etiam prophetat vtilia, quando transfiguratur ad similitudinem operationis, etiam si sit alius, quatenus est subiectum defectionis. Nam quomodo deceperit quempiam, si non studiosum per vera abducat ad coniunctionem & familiaritatem, & ita postea ad falsum attrahat? & alioqui inuenietur scire veritatem, etsi non ita ut comprehendat, ita tamen ut non sit eius ignarus. Non est ergo falsa philosophia, etiam si qui est fur & mendax, per transfigurationem operationis vera dicat. Neque verò propter eum qui dicit, sunt imperitè ea prius damnanda quæ dicuntur (quod in ñs quoque qui nunc prophetare dicuntur est obseruandum) sed sunt consideranda quæ dicuntur, an veritati cohæreant. Iam verò si uniuersa quoque ac generali oratione, quæcunque sunt necessaria & vitæ vtilia, diuinitus ad nos venire dicamus, minimè errabimus: vel potius si dicamus ipsam quoque philosophiam Græcis velut proprium datam esse testamentum, ut quæ sit fundamentum Christianæ philosophiæ, etiam si qui ex Græcis philosophantur, ad veritatem sua spòte obsurdescant, barbarorum vocem vilipendentes, aut etiam reformidantes mortis periculum quod impendet fideli & legibus ciuilibus. Quomodo autem in barbara philosophia, ita etiam in Græca seminata sunt zizania, ab ipso vero & proprio agricola zizaniorum: unde etiam & quæ apud nos exorta sunt hæreses in bono & genitili tritico: & qui Epicuri impietatem, & voluptatem, & quæcunque alia sata sunt præter rectam rationem prædicant, diuinitus data agriculturæ sunt Græcis fructus adulterini. Hanc dicit Apostolus sapientiam huius seculi, quæ est scilicet voluptaria, & nimio tenetur sui amore, ut quæ doceat quæ sunt huius mundi, & quæ sunt circa ipsum solum, & consequenter, quod ad præfecturam attinet, est subiecta ñs qui hic sunt principibus. Quamobrem singularis seu particularis hæc philosophia quodammodo tradit elementa eius quæ verè perfectæ est scientiæ, quæ versatur circa ea quæ percipiuntur intelligentia, & his adhuc magis spiritualia, quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, prius quàm quod de ñs est verbum, magister noster nobis aperiat sancta sanctorum, & his præterea sanctiora per ascensum reuelet ñs qui germanè syncerèque & non adulterinè sunt hæredes Dominicæ adoptionis. Iam enim audemus dicere (hic est enim fides cognitionis) eum omnia scire, &

Hh h iij

Hebr. 5.

Coloff. 2.

* Significans Græcè habet ἁλιόθεν inescans: sed lego ἁλιῶν, id est, significans.

Psal. 147.

Act. 10.

Psal. 117.

Psal. 28.

Psal. 9.

1. Cor. 11.

1. Cor. 2.

1. Cor. 3.

firma comprehensione comprehendere ea etiam quae sunt nobis dubia & inexplicabilia, qui verè est cognitione praeclitus, cuiusmodi fuit Iacobus, Petrus, Ioannes, Paulus, & reliqui Apostoli. Est enim prophetia cognitione plena, ut quae data sit à Domino, & rursus per Dominum declarata Apostolis. Nunquid autem cognitio est proprietas animae ratione praedita, quae ad hoc exercetur, ut per cognitionem inscribatur ad immortalitatem? Sunt enim ambae animae potestates, cognitio inquam & appetitio seu impulsio. Inuenitur autem appetitio motus quidam qui est post aliquam ascensionem. Qui enim ad aliquam impellit 10 actionem, ante actionem sumit cognitionem, secundo autem appetitionem seu impulsio- nem. Praeterea in hoc quoque consideremus. Quoniam enim discere est antiquius quam agere: nam naturaliter qui agit, id quod vult agere, prius discit: & cognitio quidem est ex eo quod didicerit: egisse autem ex eo quod appetierit, seu incitatus fuerit: & ex eo quod discatur, est cognitio: scientiam autem sequitur appetitio, post quam actio: omnis actionis quae ratione suscipitur principium & opifex fuerit cognitio. Quare rursus merito ex ea sola 20 formam & characterem suscipit proprietas animae ratione praedita: reuera enim appetitio quidem, sicut etiam cognitio, mouetur in ijs quae sunt. Cognitio autem ex eo ipso, est quaedam animae consummata contemplatio eorum quae sunt, aut alicuius, aut aliquorum, aut omnium simul. Quanquam dicunt aliqui sapientem hominem persuasum habere, esse quaedam quae comprehendere nequeant, adeo ut de ijs aliquam comprehendat comprehensionem, nempe quod comprehendere nequeant quae sunt incomprehensibilia, quod quidem est commune, etiam eorum qui parum possunt prospicere. Nam qui est eiusmodi, confirmat 30 esse aliqua quae comprehendere nequeant. Ille autem cognitione praeditus, de quo loquor, ipse ea comprehendit quae videntur ab alijs non posse comprehendere, ut qui credat Dei filio nihil esse incomprehensibile, unde nec esse eiusmodi ut doceri non possit. Qui enim propter suam in nos charitatem passus est, nihil omiserit quod faciat ad doctrinam cognitionis. Fit ergo ipsa fides, firma & stabilis constansque demonstratio in ijs quae tradita sunt à Deo, quam sequitur veritas. Quod si quis etiam desiderat multarum rerum experientiam, nouit antiqua, & coniectat futura: scit strophas orationum, & solutiones enigmatum. Praescit 40 signa & prodigia, & temporum euentus, id est, discipulus sapientiae. Talis enim est is qui est cognitione praeditus, ut in eum haec sola cadant affectiones quae oriuntur ut corpus maneat, nempe fames, sitis, & similia. Sed in Seruatore quidem corpus, ut corpus, necessaria postulare ministeria ut permaneat, fuerit ridiculum. Comedebat enim, non propter corpus quod sancta virtute continebatur: sed ne eis qui una cum eo versabantur, in mentem veniret de eo aliter sentire, sicut certe postea quidam existimauerunt eum apparuisse visione & phantasmate. Ipse autem, ut semel dicam, erat impatientis, quem nullus subibat motus 50 affectionis, nec voluptas, nec dolor. Apostoli autem cum iram & metum & cupiditatem, per Dominicam doctrinam, ex uberi quadam cognitione superassent, ne ea quidem quae videntur bona ex patibilibus motionibus, utpote confidentiam, emulationem, gaudium, cupiditatem susceperunt, ut qui propter firmum quendam & stabilem statum mentis, nihil penitus mutarentur, sed in exercitationis habitu semper manerent alieni ab alteratione, post Domini quidem certè resurrectionem. Nam etsi ea quae prius dicta sunt, si cum ratione fiant, aliquis bona esse accipiat: at imperfecto quidem certè minime sunt admittenda, qui neque habet confidentiam: neque enim versatur in rebus grauibus & molestis, cum ex ijs quae sunt in vita, nihil graue molestumve existimet, neque eum potest aliquid abducere à Dei charitate: neque tranquillitate animi opus habet (neque enim in dolorem incidit animiue angorem) cum persuasum habeat omnia rectè fieri: neque irascitur, neque 60 enim est quod eum ad iram moueat, cum Deum semper diligat, & ad hoc solum totus sit conuersus,

ὁρμη, im-
 pulsio ad
 aliquid
 agendum.

Sapient. 8.

conuersus, & ideo ex Dei creaturis nullam habet odio. Sed neque emulatur, nihil enim, ei deest ad assimilationem, quo sit bonus & honestus. Sed neque amat aliquem communi hac amicitia, sed creatorem diligit per creaturas: neque ergo in cupiditatem aliquam incidit aut appetitionem, neque in anima indiget aliquo ex alijs, cum iam per charitatem versetur cum dilecto, cui quidem iam est familiariter coniunctus per electionem, & per habitum qui procedit ex exercitatione, ei appropinquat continentius, & est beatus propter bonorum abundantiam. Quamobrem his de causis maxima vi contendit assimilari Domino in impatientia: est enim verbum Dei seu ratio intelligens, per quem mentis imago & assimilatio in solo homine cernitur: vel etiam Deiformis & Deo similis fit per animam vir bonus, & rursus Deus est hominis formae similis: forma enim uniuscuiusque est mens, ex qua characterem suscipimus. Quo fit ut qui peccant in hominem, sint impij & execrandi.

COMMENTARIVS.

PHILOSOPHI autem apud nos quidem dicuntur. Philosophiam Christianam distinguit à Graeca philosophia: Christiani, inquit, Philosophi amant sapientiam, Sapientia autem est verbum & filius Dei qui est Creator & magister omnium: Qui autem eius amat cognitionem ij sunt Philosophi: Graecos autem definit Philosophos eos qui de virtute disputant. Graeca autem philosophia sunt recta in vnum coacta dogmata, cum vita eis congruente, ornata Graeca eloquentia. Ea autem dogmata cum recta sint, non ex se inuenerunt, sed ab Hebraeis sunt suffurati. Aliqua autem ab ijs acceperunt, sed non intellexerunt aliqua verò sunt imitati, sed non perfectè expresserunt, sed in ijs lapsi sunt, ut qui ea non sint assecuti: falluntur autem arbitrantes se assequi veritatē. Nam quauis eam aliqua ex parte attingant, tamē cum nihil norint praeter hunc mūdum in quo non est veritas, veritatem non nouerūt quae est Deus. ⁶ Quanquam versatur Geometria. 30 Falli philosophos qui arbitrantur se assequi veritatem, ex hoc ostendit, quod ne mathematicae quidem disciplinae, quae existimantur omnium certissima & verissima, sint omni ex parte vera, nam & Geometria, quae versatur in mensuris, magnitudinibus & figuris, saepe fallitur per eam quae fit in planis descriptionem, nec assequitur ipsam quam sibi proponit veritatem; & pictura quae in adumbrationibus utitur Optica seu Perspectiua, quae utitur signis quae fiunt per applicationem lineae visus, saepe visum decipit: non enim assequitur ut res quam describit talis sit qualis cernitur, cum visio vel plus quā par sit emineat, vel deprimitur, vel minus adaequetur. Quomodo autem pictura imitatur quidem veritatē, sed eam nō assequitur, ita etiā philosophi veritatem imitantur, sed eam non exprimunt nec assequuntur. ⁷ φιλανθια autem, hoc est. Ostendit iam Philosophos veritatem non esse assecutos, veritatem autem non assecuti errarunt: sed quoniam eorum fuit erroris causa? ea quae est causa omnium malorum, nempe φιλανθια id est nimius sui amor. Nam cum hominum gloriam expeterēt & vellent videri docti & sapientes, nouas sibi confinxerunt opiniones, quae eos in errore induxerunt, & ijs quae sunt vniuersa & generalia, relictis priuatis & singularibus, vrentes, simul & à pietate & à veritate exciderunt, dum nimium sui amorem vanamque opinionem & persuasionem, Dauid se errasse confitens, vocat terram seu cinerem: terram enim seu cinerem tanquam panem comedit, qui ijs quae verè sunt, diuinis inquam & caelestibus contemptis, se totum dedit rebus terrenis. ⁸ Quod si tua est, est ex disciplinis cognitio. Ex nimio sui amore qui hominum gloriam expetit, existit error: vbi autem est error, ibi non est scientia & cognitio: constat autem esse cognitionem & scientiam. Quod si sit scientia & cognitio, ea autem ex se nō habeatur, necesse est ut ea habeatur ex disciplina per quam discitur, non discitur autem nisi sit doctor seu magister qui doceat: habuerunt autem Philosophi suos doctores, vel singuli singulos, vel integros populos, ut puta Aegyptios vel Indos, sed nondum est inuentus 50 verus doctor. Nam cum omnes homines nimium sui & gloriae sint amantes, & ideo in errores facile incidunt, idcirco non est illic sistendum, sed ulterius progrediendum: Quod si procedatur vsque ad primos homines, non inuenietur eorum doctor & magister, nondum enim didicerant, & ideo docere non poterant. Sed nec Angeli fuerunt magistri & doctores, cum nec linguam haberent, nec cetera instrumenta quibus vox edatur & auribus hominum mittant, licet tanquam Angeli possent significare quod linguis Angelorum loqui vocat Paulus: Sed illa significatio est sonus vocalis, sicut Deus sonum edit inspirans sanctitatem. Tantum autem abest ut Angeli primi & veri magistri esse potuerint, qui & ipsi sunt geniti, facti, inquam, & creati, ut ipsi etiam doctorem & magistrum habuerint à quo veritatem didicerunt, in qua plerumque eorum non steterunt, sed ab ea exciderunt. Cum ergo Angeli non fuerint magistri, sed magistrum 60 habuerint, videndum est quisnam sit eorum magister: is autem est verbum, Dei filius. ⁹ Quomodo ergo ad Deum Creatorem omnis recurrit paternitas. Paulus in epistola ad Ephesios dicit à patre Domini nostri Iesu Christi nominari, omnem paternitatem in caelis & in terra: Ita etiam dicit hic Clemens eorum quae bona & honesta sunt doctrinam referri & recurrere ad Dominum nostrum, qui est magister omnium, in terra & in caelis, nec solum ea docere quae bona sunt & honesta, sed etiam ea quae ad ea deducunt & dant auxilium. Est autem bona quidem & sancta Domini doctrina, sed contingit nonnunquam, ut qui eam acceperunt, ea male vtantur: ut olim Pharisei qui acceptam à Deo doctrinam suis, nempe hominis inquinabant traditionibus. Quod autem ea male sint vsi, non est in magistrum, sed in ipsos culpae conferenda, qui noluerunt doctrinam ut oportebat audire & intelligere, sed qui crediderunt prophetarum de

Ephes. 3.

1. Cor. 3.

venturo Christo predictionibus & scriptura sancta declarationi, ij legis habuerunt cognitionem. Philosophi autem qui scripturas non legerant: per doctrinam Domini qui est doctor & magister omnium, perducunt ad cognitionem verae Philosophiae. Ij autem dicuntur habere legis cognitionem qui seruant legis praecepta, & ij dicuntur habere agnitionem verae philosophiae, qui pia sequentes philosophiae dogmata, ex virtute vitam agunt, vtrunque autem, & lex, inquam, & pia philosophiae dogmata sunt doctrina Domini, quae vocantur etiam Domini eloquia. *f. sanctificatur autem corpus quoque.* Doctrina Domini non solum animum, sed etiam corpus sanctificat, in quo habitat anima. Sanctificatur autem corpus cum quod est eius proprium, ita Deo dedicatur, vt sit sanctum eius templum. Nescitis, inquit Paulus, quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Quod si corpus est sanctificatum & Deo consecratum, etiam atque etiam videndum est, ne id vitiorum & flagitiorum maculis inquinetur, & in eius templo Deus offendatur. Porro autem duplex est animae purgatio, & ea quae est communis fidelis Iudaei & Graeci, abstinentia à malis, quae à nonnullis existimatur perfectio & consummatio, suscipere enim putant si declinetur à malis, licet non fiat bonum: alia autem est animae purgatio, quae vera est perfectio, non solum abstinere à malo, sed etiam benefacere, & non solum exequi Dei mandata & facere quae à lege sunt constituta, sed ea etiam facere quae non continentur in lege, sed sunt supra legem. Vir autem bonus & iustus qui in iustitia tantum accepit incrementum, vt non solum à malis abstinere, sed etiam beneficentiam exerceat, is ad Dei accedit similitudinem qui in bonos & malos sua confert beneficia: pluit enim super iustos & iniustos, & sol eius oritur super bonos & malos. Porro autem vt Deus est semper beneficus, ita is cuius iustitia eo processit vt non solum à malis abstinere, sed etiam benefaciat, is sicut Deus permanet in perpetuo benefacendi habitu. Cum autem in scripturis alij quidem dicantur vocati, alij vero electi, qui sunt quidem filij Abrahae serui Dei, ij sunt vocati, vt fide iustificati à malis declinent. Qui vero sunt filij Iacob, ij sunt electi. Eos enim elegit Deus qui ab eo vocati & praedestinati non solum vitia supplantant, Iacob enim dicitur supplantator, sed prostratis etiam vitiis & peccatis ascendunt ad praecleara virtutis opera. Cum autem & ipse Christus dicitur sapientia, & sapientia etiam dicatur ipsa Christi operatio quae fit per Prophetas, ex qua edificatur traditio quae fit ex cognitione, quam ipse Christus praesens suos docuit Apostolos. Ipsa cognitio est sapientia, quae est firma ac stabilis comprehensio eorum quae sunt, fuerunt, & futura sunt: Firma enim & stabili sunt oportet quae à Christo Dei filio sunt tradita & reuelata, cum ipse suos doceret Apostolos, vel ipsi Apostoli ea docerent quae à Christo acceperant. Quo fit vt ipsi traditioni merito sit credendum, quae originem accipit ex sapientia. Cum autem sibi propositum finem habeat sapiens contemplationem, sciendum est duplicem esse contemplationem, & philosophorum & eorum qui ad Christi peruenerunt cognitionem. Et Philosophorum quidem contemplatio diuinam appetit scientiam, sed eam non assequitur nisi ea fuerit declarata per vocem Prophetarum quos docuit Christus, à quo didicerunt quae sunt & semper fuerunt & futura sunt, & semper similiter & eodem modo se habent. Haec autem est cognitio quam absque vllis scriptis à Christo acceperunt Apostoli: Eis autem tradita per successionem ad nos vsque descendit. In ea sapientia seu cognitione se perpetuo exercere oportet per aeternum habitum diuinæ contemplationis, & relictis elementis Graecae philosophiae, meditanda sunt diuina & caelestia, in quae nulla cadit mutatio & alteratio. Est enim Philosophia veluti quaedam elementa veritatis quae ab ea docentur, & quaedam disciplina praecedens veritatem, cum autem ad ipsam peruentum est utilitatem, in ea est pergendum, & non est redeundum ad exordia veritatis, id est ad philosophiam, sicut ei qui solido vitur cibo, non est amplius lac bibendum quod bibere iam desit: non est ergo reprehendenda philosophia, sicut nec eam reprehendit Paulus, qui eam non malam, aut falsam appellat doctrinam, sed doctrinam elementalem, vt quae ad perfectam doctrinam Christi, inquam, cognitionis deducit arcem. *Quod si quis dicat per hominum intelligentiam.* Cum dixisset Clemens non esse reprehendendam Philosophiam, cum ea sit elementalis doctrina & disciplina praecedens veritatem, visum est ei respondere Graecis, qui dicunt à se inuentam fuisse philosophiam per hominum intelligentiam, ex quo sequebatur philosophiam non esse profectam à Deo doctrinam. Quod ex eo ostendit esse falsum, quod in scripturis à Deo peratur intelligentia tanquam magnum Dei donum, & maxime in psalmis Dauidicis: non pereretur autem, si per hominum intelligentiam inuenta esset philosophia quae est donum Dei. Rursus cum Clementi venisset in mentem, aduersus ea quae dicit de philosophia, hanc fieri posse obiectionem, si donum Dei est philosophia, non autem inuenta ab humana intelligentia, cur de veteri & nouo testamento scriptum est in psalmis, Deum non sic fecisse omni nationi, sed solis Iudaeis & fidelibus. Ad id respondet Clemens, non sequi quin à Deo data sit philosophia, quod enim dicitur Deum non sic fecisse non arguit Deum non dedisse philosophiam, sed non esse tantum donum philosophiae, quod à Deo datum est, quantum est donum vtriusque testamenti, quod est philosophia longe excellentius. Illud enim hic additum, non ostendit non fuisse datam à Deo philosophiam, sed inducit & testamentorum & Philosophiae comparisonem, significans testamenta esse philosophia longe praestantiora. Quod si significasset non esse datam à Deo philosophiam, non dixisset, non sic fecit, sed absolute non fecit. Deus ab aeterno fuit beneficus, neque vnquam initium habuit eius beneficentia, neque vnquam fuit acceptor personarum, sed quicumque eum timet, & recte & iuste viuit, is est ei gratus & acceptus, neque intra certorum locorum & hominum limites circumscribitur eius beneficentia, quae non est singularis seu particularis, sed vniuersa & generalis. Rogat Dauid vt sibi aperiantur portae iustitiae, forte enim vt si in eis fuerit ingressus, Dominum laudet & glorificet. Ea iustitiae porta est Christus qui se dicit esse ostium: per eum enim qui intrauerit, qui est iustitia & sanctificatio nostra, is iustificatus Deum cognoscat & in eum credet, semperque eum laudabit & glorificabit, quod Hebraei peculiari sua phrasi vocant Deum confiteri. Hunc Dauidicum versiculum exponens Barnabas dicit, omnes qui hanc iustitiae portam nempe Christum fuerint ingressi esse beatos: vt qui Deum semper laudent & glorificent quae sola est felicitas. Hoc solus praestat Christus, qui est porta iustitiae, & ideo eam solam iustitiae portam aperiri sibi petit Psaltes & Propheta Dauid. *Oportet autem eum qui est cognitio praedictus:* Postquam ostendit philosophiam esse Dei donum, & doctrinam quae praecedit cognitionem veritatis, & ad

ratis, ad eam deducit: & pergit de ea dicere, & exponere ad quam multa sit utilis, Atque primum quidem dicit oportere eum qui est cognitio praedictus, qui Deum, inquam, cognoscat per fidem, multa didicisse quae docet philosophia, nec sufficit per fidem Deum nosse, nisi ea possit explicare: eorum autem explicatio petenda est à philosophia. Est etiam utilis philosophia ad falsas confutandas orationes. Dicunt Graeci Protagoram secuti, qui prius vocatus est Sophista, & se exercuit in oratione quam vocant *ἐπιστήμη*, id est litigiosam seu contentiosam, oportere semper paratam habere orationem, quae quidquid dicatur possit impugnare, & contradicere. Porro autem quae dicuntur falsa minimè sunt admittenda, sed confutanda & refellenda, vt autem paratam habeas orationem qua falsa refellas, tibi auxilium dabit philosophia. Non est permittendum Sophistis vt multa falsa dicant, quibus oppugnent veritatem, sed est eis respondendum, vt se falli intelligant, nec permittendum vt alios fallant. Nam vt dicit scriptura, qui multa dicit, vicissim quoque audiet, & vt dicit Solomon, stulto respondendum est secundum suam stultitiam. Ad haec accedit quod cum tam in veteri quam nouo testamento multae sint Domini parabola, ea vt intelligantur, sapientem & scientem esse oportet eum qui vult intelligere, & Dominum diligere. Nam quae dicit Dominus non intelligit, nisi qui Dominum diligit. Nam initium quidem sapientiae est timor Domini, sed eius perfectio est amor. Cum autem sapientia sit rerum diuinarum & humanarum scientia, diuinarum quidem rerum cognitio à Theologia, humanarum autem rerum natura dicitur à philosophia: Eorum autem quae citat ex Clementis epistola ad Corinthios, de qua antea satis diximus, sunt verba quidem satis clara, sed quomodo omnia inter se cohaereant, non satis apparet, & maximè illa, Et alios quidem ex igne rapite, miseremini autem eorum qui discernuntur, quae quid sibi velint videri fortasse alius perspicacior, ego quidem certè ingenuè fateor me non videre. Quod autem dicit falcem quidem esse factam ad ramos amputandos, sed ea quoque implexos distingui palmires, & excindi spinas quae vitibus cohaerent, videtur allegoricè significari philosophia tanquam falce quae falsa sunt ressecari, quae autem sunt nimis implicata, & ne ad veritatem facile accedatur impediunt, distingui & discerni, & tanquam spinas excindi: Haec autem dicuntur per metaphoram sumptam ex putatione vitium. Quoniam autem dicebant nonnulli sola opus esse Theologia, quae nos doceat Dei cognitionem, & ideo reiiciendam esse philosophiam, dicit Clemens, id non esse omni ex parte verum: nam homini qui viuit in terra, & Geometria esse opus ad agros dimetiendos, & agricultura ad agros colendos, & philosophia ad ratiocinandum. Agros coli, vt fructibus qui è terra nascuntur viuamus, melius autem viuere, si suorum agrorum vnusquisque norit limites qui eos separant ab alienis: philosophiae autem dari operam, vt ea meditemur quae possunt demonstrari ratione. *Porro autem illi qui dicunt philosophiam,* Erant qui dicebant fugiendam esse philosophiam, quod ea à diabolo sit profecta, respondet Clemens, non concedens quidem eam esse profectam à diabolo, sed dicens per hypotheseos, quod etiam si ita esset eam profectam esse à diabolo, quod alibi ostendit esse falsum, non sit tamen fugienda. Hoc probat autoritate Pauli, qui dicit Satanam se transfigurare in Angelum lucis, Angelum autem lucis prophetae vera dicit, & quae bona sunt & honesta, quae dicuntur lucida. Qui autem vera dicit bonaque & honesta non esse fugiendum: Satanus ergo non est fugiendus quatenus se transfiguratur in Angelum lucis, sed quatenus, cum per vera & quae sunt honesta studiosos illeceat, vt cum eo incant coniunctionem & amicitiam, eos ad falsa attrahit: non ergo propter vera & honesta quae sunt ex philosophia, sed propter mendacia & falsa, quae ex eo sunt. Quatenus autem ex eo existunt falsa & mala, non habet figuram & similitudinem Angeli lucis, sed est subiectum defectionis, vt qui à Deo defecerit, quatenus autem à Deo defecit & homines inducit ad defectionem, est fugiendus. Sed nec dicendum est diabolus esse omni ex parte ignarum veritatis, sed licet aliqua ex parte sciat veritatem, non eam tamen omnino comprehendit. Quomodo autem propter eos qui prophetae cum mali sint non est damnanda propheta, sed tamen est considerandum vera ne sint quae dicuntur, nam licet sit malus verus est propheta, & Caiphæ quantumuis mali vera fuit de Christo propheta: ita nec propter vitium malum & sceleratum qui vera dicit damnanda est philosophia. *Quomodo autem in barbara philosophia.* Quidam philosophiam ex eo dicebant vituperandam quod in ea multae sint sectae, sed eadem ratione esset vituperanda Christiana philosophia, nam in ea quoque sunt multae sectae quae dicuntur haereses. Quomodo autem in agro domini in quo est bonum & purum triticum, inimicus homo, nempe Satanus seu Diabolus qui est plauis agricola zizaniorum, seminavit zizania vnde exorta sunt haereses: ita in Graeca quoque philosophia idem Satanus qui seminat zizania sua, zizaniorum satioe efficit, vt in diuina philosophia Graecae agricultura nasceretur Epicuri impietas & voluptas, qui & Dei negabat prouidentiam, & summum bonum constituebat voluptatem, & quaecumque alia cum recta ratione non conueniunt, vt quae non facta sint à Domino, sed ab homine inimico, nempe Satana. Hanc Paulus vocat sapientiam huius seculi, vt quae in iis solum versetur quae sunt huius mundi, & ea doceat. Est autem haec sapientia subiecta demonibus, quos idem Paulus vocat *νοσηματα*, id est mundi principes, per mundum intelligens eos qui Deo & virtute relictis se vitiis mancipant & voluptatibus. Si ergo à Graeca philosophia tollantur sectae quae docent quae sunt huius mundi, ea non est mala, vt quae doceat elementa perfectae philosophiae. In hoc autem differt Graeca philosophia à Christiana quae est vere perfecta, quod Graeca quidem sit singularis, & particularis, vt quae versetur in ijs quae sunt singularia & particularia: Christiana autem in ijs quae percipiuntur intelligentia quae dicuntur intelligibilia & vniuersalia, quae quidem sunt spiritualia. Sed sunt longe magis spiritualia beatorum praemia, quae Deus promissit ijs, qui ipsum diligunt, quae nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec vnus ea potest cogitando assequi, nisi dominus id est magister noster, aperiens sancta sanctorum, id est, ipsum eorum caelum, & quae sunt ijs sanctiora & arcana, scilicet mysteria diuinitatis, ea reuelat ijs qui vere sunt filij adoptionis, iis scilicet qui à Deo per filium adoptati, Christi sunt cohaeredes, haeredes autem vitae aeternae. Per ascensum autem reuelat: ijs enim demum reuelat quorum animus non est defixus in terris, sed mens assurgit & ascendit ad superos. Qui autem vere & germane à Deo per filium sunt adoptati, hi per fidem perfectam habent cognitionem, quo fit vt omnia firmiter comprehendant, nec fit eis aliquid dubium & inexplicabile. Tales erant Petrus & Ioannes & Iacobus & Paulus &

ceteri Apostoli quibus Deus dedit Prophetiam cognitione plenam & eam ipsis declarauit. *Nunquid autem.* Dixit antea eos qui sunt germanè & sincere à Deo per filium adoptati, habere perfectam rerum omnium cognitionem firmamque & stabilem comprehensionem: tales fuisse Petrum & Paulum & ceteros Apostolos, nec mirum cum ipsi prophetia fuerit à Domino data, & ab eo ipsis declarata: nunc autem ostendit, quenam sit hæc, cognitio inquam hominis fidelis. Nam etsi interrogando proferat, tanquam verum & certum tamen id affirmat. Cognitio, inquit, est proprietas animæ ratione prædita, quæ ad hoc exercetur, ut per cognitionem inscribatur ad immortalitatem. Quod autem cognitio sit animæ proprietas, ex hoc intelligitur, quod animæ nihil magis cõueniat quam scire, omnes enim natura scire appetunt, maxime autem Deum nosse, cuius non perfecta quidem, sed tamen aliqua est omnibus hominibus ingenerata cognitio. Per hanc autem cognitionem sedulo conatur anima assequi immortalitatem, sed videndum est quibusnam gradibus ad eam perueniat. Prima animæ virtus seu potestas est cognitio. Secunda virtus seu potestas animæ est appetitio, seu impulsio ad agendum, quæ est motus quidam post assensionem. Postquã autem in eo quod est credendum & agendum quod suggerit cognitio, assensus fuerit animus, tertio loco succedit actio seu operatio. Bona autem actio quæ procedit ex cognitione quid sit credendum & agendum per fidem & charitatem suggerente, deducit ad vitam æternam quæ est immortalitas. Primum ergo sciendum est, quid sit credendum & agendum. Qui postquam est assensus animus, in quo nostrum consistit liberum arbitrium, voluntario quodam impetu fertur ad agendum. Est ergo postrema actio, seu operatio, cuius principium est cognitio. Est autem cognitio confirmata contemplatio, vel alicuius, vel aliquorum, vel simul omnium, quæ sunt. *Quod si quis.* Superius nos docuit Clemens, quomodo à Deo habeamus fidei demonstrationem, & rerum diuinarum cognitionem: sed qui est cognitio præditus, ut qui sit sapientiæ discipulus quam scripsit Solomon, præter rerum diuinarum scientiam, habet etiam multarum rerum nempe humanarum experientiam, quæ non tam inspiratur diuinitus, quam longo usu acquiritur. Hinc est quod nouit præterita, & inde conicit futura, dicendi discit artem, & quæ sunt dubia & expositu difficilia dissoluit, & ex naturalium rerum causis intelligit quid futurum significetur, & præsentis temporis quis futurus sit euentus. Quod autem hoc efficiat qui est cognitio præditus, eo minus est mirandum, quod in eum nullæ cadant affectiones quæ cum possint retardare & remorari. Nulla enim in eo sunt affectiones, præter eas quæ datæ sunt ut corpus cõseruetur, cuiusmodi sunt fames & sitis, & si quæ sunt eis similes. Ideo enim esurimus & sitimus, ut sumpto quod appetimus nutrimento reficiatur corpus quod deficit, alioqui periturum, nec mansurum nisi reficeretur. Quod autem de Christo dicit Clemens, eius corpus ut corpus necessaria ut permaneret postulasse ministeria, futurum fuisse ridiculum, cum id sancta virtute contineretur, id non est omni ex parte verum, neque verum est Christum fuisse impatientem & expertem earum affectionum quæ fiunt ut corpus permeat. Sed quod dicit Clemens est intelligendum conuenienter ei quod describit Theodoretus, cuius hæc sunt verba e Græco à nobis versa. Quod si quis etiam stolide concesserit, incorpoream illorum fuisse participem, id est Angelos potuisse comedere & bibere (de his enim loquebatur Angelis quos Abraham hospitio exceperat) illic tamen nec famem, nec sitim inuenies. Hic autem nempe in Christo indigentia tales excitauit affectiones, non quod non possit efficere vnica diuinitas ut corpus ab indigentia alienum esset: qui enim paulo post omnibus hominibus immortalitatem largitus est, facilius suum corpus ab egestate inuictum reddidisset: sed ei concessit suam naturam ostendere, ut hæreses quæ illius assumptionem negarent, falsum dicere aperte conuinceretur. *Apostoli autem.* Christus quatenus homo has habebat affectiones quibus cõseruaretur & maneret corpus, nolente diuina virtute eum esse omnino impatientem, ne putaretur esse, non res, sed visio, carebat autem aliis omnibus affectionibus: quatenus autem erat Deus, erat plane impatientis. Apostoli autem cum per Domini doctrinam tantam accepissent cognitionem, ut vitiosas omnes superarent affectiones, post Christi resurrectionem nempe cum in eos descendisset Spiritus sanctus, adeo euaserunt impatientes, ut nulla in eis essent affectiones, non solum, inquam vitiosæ, sed ne ex quidem quæ sunt bonæ si cum ratione fiant, cuiusmodi sunt confidentia, æmulatio, gaudium, cupiditas, quæ in eo quidem qui est imperfectus, bonæ sunt si eis cum ratione vratur. In eo autem qui est perfectus cuiusmodi erant Apostoli, summam adepti cognitionem & firmum mentis statum, & semper in virtutibus, & exercitationis manentes habitu, eam nullam habent locum. Quod ita esse ostendit singula persequens. Is est confidens qui in rebus humanis quædam graui ac molestia existimans aduersus ea fidenti & intrepido est animo: perfectus autem nihil graue & molestum existimat in rebus humanis, perfectus ergo non est confidens. In eo autem qui non est confidens non est confidentia. Quod autem perfectus in rebus humanis nihil graue & molestum existimet, ex eo probat, quod nihil eum possit abducere à charitate Dei. Quis nos separabit, inquit Paulus, à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius?

Theod. li. 4.
Epic.

Rom. 8.

IIII.

EST autem nugatorium dicere, cum qui est cognitio præditus & perfectus, non oportere eximere iram, & confidentiam, utpote quod absque his neque sit aduersus ea quæ ingruerint excitandus, neque quæ sunt graui toleraturus. Sed si etiam cupiditatem ab eo abstulerimus, fore ut ab omnibus rebus molestis & asperis conturbetur & obruatur, & ideo à vita pessimè excedat, si non sit eius particeps: aut, ut quibusdam videtur, non eum capiat earum rerum desiderium, quarum capit viros bonos & honestos. Si ergo omnis coniunctio & conciliatio quæ cum iis quæ sunt bona & honesta initur, fit cum appetitione: quomodo manet, inquit, impatientis is qui ea quæ sunt honesta expetit? Sed hi, ut videtur, nesciunt

nesciunt diuinitatem charitatis. Non est enim vtrique charitas eius qui diligit appetitio, sed est beneuola & firma coniunctio, in unitatem fidei restituens eum qui est cognitio præditus, loco & tempore minimè indigentem. Qui autem per charitatem iam fuerit in iis in quibus est futurus, ut qui spem præceperit per cognitionem, nihil expetit, ut qui quoad eius fieri potest, habeat quod est expetendum. Merito ergo manet in vno immutabili habitu diligens ex cognitione. Neque ergo vehementi ardebit studio ut assimiletur bonis, cum habeat per charitatem id quod est bonum & honestum. Confidentia autem & cupiditate quid ei adhuc est opus, cum impatienti Deo coniunctionem & familiaritatem acceperit per charitatem, & per eam se in eius amicorum numerum adscripserit? Is ergo qui est cognitio præditus & perfectus, eximendus est à quauis animæ affectione & perturbatione. Cognitio enim efficit exercitationem: exercitatio autem habitum vel affectionem. Eiusmodi autem constitutio efficit impatientiam, non autem animi motuum moderationem. Fruitur autem impatientia perfecta & absoluta amputatio cupiditatis. Sed nec eorum quæ vulgò iactantur bonorum, hoc est, patibulum bonorum quæ adiunguntur animi perturbationibus, est particeps is qui est cognitio præditus: ut exempli causa, lætitiæ, quæ adiuncta est voluptati: & mœstitiæ, ipsa enim adiuncta est dolori: & cautionis, subiicitur enim timori. Sed nec excandescentiæ, collocata enim est propter iram, etiamsi quidem dicant ea omnia non amplius esse mala, sed bona. Fieri enim non potest ut qui iam semel est consummatus per charitatem, & inexplebilem contemplationis delectationem æternè & insatiabiliter percipit, eaque fruatur, paruis & humilibus quibusdam & abiectis delectetur. Quæ enim iusta ei amplius restat causa cur ad bona mundana reuertatur, qui eam acceperit lucem ad quam non patet aditus? Etsi nondum tempore & loco, at illa quidem certè cognitio prædita charitate, propter quam sequitur hæreditas, perfecta-que & absoluta restitutio: per opera confirmante eo qui reddit mercedem, quod quia elegit per cognitionem, præuenit per charitatem accipiens is qui est cognitio præditus. At non enim peregrinans ad Dominum propter suam in eum charitatem, etiamsi in terra cernatur eius tabernaculum, seipsum quidem à vita non educit? non est enim ei permissum, sed animam abducit à motibus & affectionibus, est enim ei concessum, & rursus viuunt morte affectis cupiditatibus, & corpore non amplius vitur, sed solum ei permittit uti necessariis, ne ei præbeat causam dissolutionis. Quemadmodum ergo est ei amplius opus magni animi virtute, qui in malis non versetur, ut qui ne sit quidem præsens, sed totus sit cum eo quem diligit. Quis verò est etiam usus temperantiæ, cum ea non egeat? Tales enim habere cupiditates, ut temperantia opus sit ad eas continendas & coercendas, nondum est eius qui est purus & mundus, sed eius qui adhuc mouetur animi perturbationibus. Magni autem & excelsi animi virtus assumitur propter metum & timiditatem. Non est enim vtrique decorum ut Dei amicus, quem Deus prædestinauit ante mundi constitutionem, ut referatur in summam filiorum adoptionem, voluptatibus subiiciatur vel timoribus, & occupetur in comprimendis animi perturbationibus. Audacter enim dixerim, quemadmodum est prædestinatus per ea quæ aget, & in quod consequetur. ita ipse quoque cum prædestinauerit, propter eum quem cognouit, habet quem dilexit: nec habet futurum cõiectu difficile; sicut multi viuunt coniectantes, sed per fidem cognitione præditam, accepit id quod est incertum & obscurum aliis: & propter charitatem, iam est ei præsens id quod est futurum. Credidit enim, & propter prophetiam, & propter præsentiam, Deo qui non mentitur, & habet id quod credidit, & obtinet promissionem: veritas autem est qui promisit, & finem promissionis, propterea quod fide dignus sit is qui promisit, firmiter ac stabiliter accepit per

scientiam. Is autem qui per eum in quibus est statum, nouit firmam ac stabilem futurorum comprehensionem, futuro occurrit per charitatem. Iam uero nec optabit quidem ea consequi qua hic sunt, cui persuasum est fore ut consequatur ea quae uere bona sunt, sed semper optabit rectam & recte se gerentem tenere fidem: & praeterea quamplurimos fieri sibi similes ad Dei gloriam, qua perficitur & consummatur per cognitionem. Est enim salutaris, qui Seruatori assimilatur, quatenus fas est humanae naturae ad eius peruenire imaginem, in exequendis praeceptis, ea minimè transgrediendo, recte se gerens. Hoc autem est Deum ¹⁰ colere, per eam quae uere est iustitiam factorum & cognitionis. Huius uocem in praecatione non expectat Dominus, pete, inquit, & faciam: animo cogita, & dabo. In summa enim, in eo quod uertitur & mutatur, fieri non potest ut id quod est immutabile, concreascit & concilietur. Cum autem in continua mutatione, & ideo instabili, uersatur facultas animae principalis, non conseruatur uis habitus: quomodo enim qui ab iis quae extrinsecus ingrediuntur & incurrunt semper mutatur, habitum & affectionem tenere, & ut semel dicam, scientiam possidere potuerit? Quamquam philosophi quoque uirtutes, ²⁰ habitus & affectiones & scientias existimant. Quomodo autem non simul generatur cum hominibus, sed est mixta scientia: & ut discatur quidem, in principio opus est attentione educationeque & incremento, deinde ex assidua, & quae non intermittitur, meditatione peruenit ad habitum: ita etiam perfecta & consummata in habitu mystico, propter charitatem manet talis ut non possit excidere. Non solum enim primam causam, & eam quae est ab ipsa genita causam comprehendit, & in his est firmus ac stabilis, stabiliter stabiles, & quae excidere & dimouere nequeunt, rationes possidens: quinetiam de bonis ac malis, & ³⁰ uniuersorum ortu ac generatione, & ut semel dicam, de iis quae locutus est Dominus, accuratissimam & exactissimam à mundi constitutione ad finem usque ueritatem, ab ipsa ueritate didicit, non si quid uisum fuerit probabile, aut ex Graeca oratione necessarium, ipsi ueritati praeponeus. Quae autem à Domino dicta sunt, pro apertis & manifestis sumens, etiamsi aliis obscura fuerint, iam de omnibus accepit cognitionem. Quae sunt autem apud nos eloquia, & de iis quae sunt, ut sunt, respondent, & de futuris, ut erunt: & ⁴⁰ de iis quae facta sunt, ut fuerunt. In iis solis quae scientiam constituunt, cum sit scientia praeditus, se praclare geret, & de bono tractandam suscipiet orationem, iis quae intelligentia percipiuntur semper adherens: ab illis supernis archetypis exemplaribus, suam rerum humanarum describens administrationem, quomodo qui nauigant, nauem ad astrum dirigunt: ad omnem bonam actionem semper praesto & paratus, omnia graua & molesta solitus despicere, quando aliquid sustinere oportuerit, nihil temerarium, neque quod sibi & Reipublicae non conueniunt, unquam peragens, prouidus & prospiciens, & qui minimè flectitur uoluptatibus tam iis quae uere sunt, quam iis quae noctu ⁵⁰ accidunt. Tenui enim diatae, quae ut paucis sit contentus efficit, assuefactus, est temperans, & moderatus cum grauitate & honestate, paucis ad uitam necessariis indigens, nihil quaerens quod sit superuacaneum: sed nec haec ut principalia, sed ex uita consuetudine, ut peregrinationi carnis necessaria, quantum necesse est admittens: praecipua enim est ei cognitio. Per consequentiam ergo iis quoque attendit quae exercent ad cognitionem, sumens ex unaquaque disciplina id quod confert ad ueritatem. Ex Musica ergo, persequens proportionem quae est in iis quae sunt coniuncta & composita: in Arithmetica autem, adnotans augmenta & decrementa numerorum, & eas quae sunt inter se inuicem relationes, & quod plurima cadant in proportionem numerorum: & Geometricam ipsam essentiam in seipsa contemplanis & assuefaciens, aliquod continuum intelligentia percipit spatium, & immutabilem essentiam, quae est alia à corporibus. Et rursus ab Astronomia à terra eleuatus,

terra eleuatus, unà cum caelo mente in caelum extolletur, & simul cum eorum conuersione circumagetur, semper considerans diuina, & eam quae est inter se inuicem consensionem & conuenientiam, à quibus adductus Abrahamus ascendit ad cognitionem eius qui creauerat. Quinetiam Dialectica utetur is qui est cognitione praeditus, eligens diuisionem generum in species: & adducet eorum quae sunt distinctionem, donec attigerit prima & simplicia. Multi autem, non secus atque pueri laruas, timent Graecam philosophiam, dum ueretur ne ¹⁰ eos abducatur. Sed si talis est apud eos fides, non enim dixerim cognitionem, ut probabilitate orationis per eos dissoluatur, fatentur se non esse habituros ueritatem: ueritas enim ut aiunt, est insuperabilis, dissoluitur autem falsa opinio. Iam enim eligimus purpuram per comparisonem alterius purpurae. Quare si quis fatetur se non habere cor recte informatum & explicatum, is non habet mensam argenteorum, sed neque rationem quae uim habet iudicandi: Et quemadmodum erit adhuc trapezita, qui non potest probare & discernere probum nummum à falso & adulterino: Clamauit autem Dauid: In aeternum non commouebitur iustus. Neque ergo fallaci oratione, neque falsa uoluptate: unde neque mouebitur ²⁰ à sua hereditate. Ab auditione ergo mala non timebit. Neque ergo ab inani calumnia, sed nec à falsa opinione quae eum circumstet: sed neque astutas & callidas pertimescet orationes, qui eas potest discernere ad interrogandum & recte respondendum: est enim Dialectica, ueluti uallus quidam, ne ueritas conculcetur à Sophistis. Oportet enim eos qui laudantur in sancto nomine Domini, ut uult Propheta, latari corde quaerentes Dominum. ³⁰ Querite ergo eum, & confirmemini: quaerite ergo faciem eius perpetuo modis omnibus. Nam cum multifariam & multis modis sit locutus, non absolute cognoscitur. ^a Non his ergo tanquam uirtutibus utens, is qui est cognitione praeditus, habebit disciplinarum multarum cognitionem, sed utens tanquam adiutricibus in communibus & propriis discernendis admittet ad ueritatem. Est enim omnis erroris & omnis falsae opinionis causa, non posse discernere quam ratione inter se conueniant ea quae sunt, & quam ratione differant. Sin autem quispiam non quatenus res sunt distinctae persequitur orationem, non animaduertet se confundere communia & propria. Hoc autem si fiat, necesse est ut uia ⁴⁰ amittatur & incidat in errores. Nominum autem & rerum distinctio, in ipsis quoque scripturis magnam affert lucem animis. Necesse est enim exaudire & plures dictiones plura significant, & plures quam quae quid unum significant: unde etiam fit, ut recte respondeatur. Vitandus est autem eius multus & plane inutilis abusus, qui consumitur in iis in quibus non oportet, eo qui est cognitione praeditus, utente disciplinis tanquam praexercitationibus, quae adiuuantium causam instar habeat, & ad accuratam ueritatis traditionem, quatenus id potest assequi, nec ab eo potest diuelli, & ad propulsandas artificiosas rationes ⁵⁰ quae improbe moliuntur excindere ueritatem. ^b Non relinquet ergo ea quae promouent ad eas quae sunt in orbe disciplinas, & Graecam philosophiam: sed non principali ratione, sed ea quae est necessaria, & secunda, & quae deriuatur ex circumstantiis. Quibus enim improbe & malitiose utuntur ij qui suam ponunt opera in haeresibus, iis recte utetur qui est cognitione praeditus. Cum sit autem in parte ueritas quae in Graeca apparet philosophia, quae uere quidem est ueritas, quomodo Sol illuminas colores, & album, & nigrum, ostendit qualis sit unusquisque eorum, sic ipsa quoque refellit omnem sophisticam sermonis probabilitatem. Merito ergo à ⁶⁰ Graecis quoque acclamatum est: Principium magnae uirtutis est regina ueritas. ^c Quemadmodum autem in Astronomia habemus exemplum Abraham, ita etiam in Arithmetica eundem Abraham. Cum enim audisset abductum fuisse Loth captiuum, trecentis decem & octo uernaculis suis numeratis, hostes aggressus uincit maximum eorum numerum. Dicunt ergo ^d Dominici quidem signi typum quod ad figuram attinet, esse elementum, quod significat ^e est typus

Psal. 114.

Psal. 68.

* T littera est typus

crucis, quæ *trecentos*: *ἰσῶτα* autē & *ἦτα* significare nomē salutare. Significari ergo eos esse Abrahæ domesticos & ei coniunctos, quod ad salutē attinet, qui ad signū & nomē Domini confugerunt, & superasse eos qui ipsos abducebant in captiuitatem, & plurimas gentes infideles quæ eos sequebantur. Iam verò numerus quidem trecentenarius est ternarius in centenariio. Decimus autem citra ullam controuersiam est undiquaque perfectus. Octo autē qui est primus cubus, est æqualitas in omnibus dimensionibus, longitudinis, latitudinis, & altitudinis. Dies hominum, inquit, erunt centum & viginti anni. Est autem numerus ab unitate per compositionem quintusdecimus. Luna autem quintadecima est plena. Est autem aliàs quoque centum viginti numerus Triangulus, & constat ex paritate quidem numeri lxxij. a Quorum quæ sit per partem compositio, gignit quadratos, j. ij. v. vii. ix. xj. xij. xv. Ex imparitate autem numeri lxx. nempe septem paribus à binario, qui generat eos qui sunt altera parte longiores, ij. iij. vj. viij. x. xij. xiiij. In alio rursus significato constat cxx. numerus ex quatuor, vno quidem triangulo, nempe xv. altero verò quadrato, nempe xxxv. tertio autem pentagono, nempe xxxv. quarto autē hexagono, nempe xxxv. Eadem enim proportione sumptum est v. in unaquaque specie. Triangulorum enim ab unitate v. quidē est xv. Quadratorum verò xxxv. & eorum qui deinceps sequuntur, per proportionem. Iam verò numerus xxxv. qui est v. ab unitate dicitur esse symbolū tribus Leuiticæ. Numerus autē xxxv. ipse quoque habetur ex ea quæ sit ex duplis descriptione, Arithmetica, Geometrica, & Harmonica: nempe vj. viij. ix. xij. quorum compositio generat numerum xxxv. In his diebus dicunt Iudei formari fœtus septem mensium. Numerus autem xlv. constat ex descriptione quæ sit ex triplis, nempe vj. ix. xij. xvij. quorum compositio procreat xlv. Et in his similiter diebus dicunt formari fœtus nouem mēsum. Et est hoc quidem forma exempli Arithmetici. Geometriæ autem testimoniū sit tabernaculum quod construitur, & arca quæ fabricatur, quæ quibusdam proportionibus, quæ cum summa ratione procedunt, diuinis construuntur inuentionibus per donum intelligentiæ, quæ à sensilibus ad ea quæ percipiuntur intelligentia, vel potius ab iis ad sancta, & sancta sanctorum nos traducit. Ligna enim quadrata, significat quadratam figuram quoquo versus peruasisse, securitatem & stabilitatem efficientem relictis angulis. Et ædificij quidem longitudo erat trecentorum cubitorum, latitudo verò quinquaginta, altitudo autem triginta: & supernè in cubitum, qui ex lata base acuitur instar pyramidis, desinit arca, eorum qui igne purgantur & probantur symbolum. Hac Geometrica proportio præbetur ad sanctas illas transmittendum mansiones, quarum differentias subiectorum numerorum ostendunt differentia. Qui autem inferuntur numeri, sunt secupli, ut trecenta ad quinquaginta: & decupla, ut trecenta sunt decupla ad xxx. & *ὑπερβασίαι*, hoc est, superbi partientes. Quinquaginta enim sunt ad xxx. superbi partientia. Sunt autem qui trecentos cubitos dicunt esse symbolum signi Domini. Quinquaginta autem, spei & remissionis quæ datur in Pentecoste. Et triginta, aut, ut est in nonnullis, duodecim, dicunt significare prædicationem, quoniam tricesimo quidem anno prædicauit Dominus: duodecim autem fuerunt Apostoli. Et in cubitum consummatū fuisse ædificium, iusti profectu desinente in monadem, & in unitatem fidei. Mensa autem in templo erat sex cubitorum, & eius pedes quatuor erant circiter unius cubiti & dimidij. Colligunt ergo omnes cubitos duodecim, conuenienter duodecim mensium conuersioni quæ fit per circulum anni, quibus terra omnia producit & perficit, cum quatuor temporibus inita anni consuetudine. Terra autem, ut arbitror, imaginem mensa significat, quæ quatuor sulcitur pedibus, æstate, autumno, vere, hyeme, per quos annus ingreditur. Quocirca dicit etiam mensam habere undulas inflexas ac tortiles, aut quod temporū conuersionibus omnia circumagantur, aut fortasse significauit terram quam circumfluit Oceanus.

Est autem

COMMENTARIVS.

Est autem nugatorium. Ei quod statuit Clemens perfectum esse impatibilem videbatur obstare, quod si à perfecto auferatur ira & confidentia, non poterit esse fortis, neque enim poterit excitari aduersus mala quæ irruunt, neque eis resistere, quod præstat ira, nec quæ sunt molesta & graua perpeti & tollerare, quod præstat confidentia. Quod si etiam ab eo auferatur cupiditas, cum desiderium eius quod cupimus nobis det animum, ut rebus grauibus & molestis resistamus, si id desit perfectus ab eis conturbabitur, & obruetur, & eis cedens à vita non sine dedecore & ignominia excedet, aut ut dicunt aliqui, si tollatur cupiditas à viro perfecto, non ea appetet, quæ à viro bono & honesto sunt expetenda: Aut ergo in virum perfectum cadet cupiditas & desiderium, & ita erit patibilis, aut si sit insatiabilis nõ ea expetet quæ boni viri & honesti expetunt. Ad hanc obiectionem respondet Clemens in viro perfecto esse charitatem, non autem appetitionem. Viri autem perfecti charitas non est appetitio diligentis, sed est beneuola & firma coniunctio eius qui habet cognitionem, id est eius qui Deum nouit restitutus in vnam fidem. Coniungit enim charitas eos qui vnam & eandem habent fidem, nulla habita ratione nec loci nec temporis. Sed nec eorum. Affectionibus adiunguntur etiam quædam bona patibilia, ut voluptati adiungitur lætitia, dolori mœstitia, metui cautio, iræ excandescencia, quæ à quibusdam dicuntur non esse amplius mala sed bona, quoniam magis iuuant quam nocent. Sed ut affectionibus caret is qui est cognitione præditus & perfectus, ita etiam caret iis bonis quæ eis sunt adiuncta. Hanc autem affert causam, quod qui est consummatus in charitate, & in Dei qui est summum bonum perpetua & inexpiabili contemplatione versatur, eaque fruitur, is paruis, humilibus, abiectisque non delectatur. Sunt autem humana omnia plane nihil facienda si conferantur cum diuinis. Qui autem Deum perpetuo contemplatur etiam ad lucem peruenit inaccessibilem, non quidem loco, nondum enim est in cælis, nec tempore nondum enim excessit ex huius vitæ tenebris, sed preuenit per charitatem, propter quam sequitur hereditas regni cælorum, & perfecta restitutio, in eum statum ex quo exciderat per peccatum, Deo per opera confirmante, qui operibus dat mercedem. Deus ergo dat mercedem operibus, sed ea opera procedunt ex cognitione, & fide operante per charitatem. Non sola ergo fides iustificat, sed & cognitione opus est, ex qua est fides, & operibus quæ fiunt per charitatem. Porro autem qui est perfectus eligit per cognitionem, preuenit autem, per charitatem iam accipiēs, ut qui dilecto quem contemplatur sit vnitus. Quamuis autem eius tabernaculum, nempe corpus, cernatur in terra, tamen propter suam in Deum dilectionem ad eum peregrinatur & cum eo esse cupit, nec sibi tamen mortem affert: Dei enim iniussu non licet ex hac vita excedere, sed animam à corpore abducit, mortificans animi motus & affectiones, quod ei est permissum. Ita autem mortificatis affectionibus & cupiditatibus, viuunt quidem perfecti corpus, sed eo eatenus vitur, ut vitens ad vitam necessariis, prohibeat ne dissoluatur, quod non licet, nec sit sibi causa mortis, nec cædis non faciendæ præcepti transgressor. Postquam autem ostendit Clemens eum qui est perfectus esse impatibilem, nec habere affectiones, nec bona patibilia quæ eis sunt adiuncta, docet nec morales quidem in eo esse virtutes, magni & excelsi animi virtutem & temperantiam: Neque enim eis opus habet. Magni enim animi virtute is demum opus habet, qui in malis versatur quibus resistat, sed is qui est perfectus tantum abest ut versetur in malis, ut ne sit quidem presens, sed totus sit cum Deo quem diligit, & quem assidue meditatur & contemplatur. Sed neque opus habet temperantia, ea enim opus habet is cui sunt refrenandæ & reprimendæ cupiditates. Qui eas autem habet non est mundus: perfectus autem qui est mundus eas non habet, & ideo ad eas coercendas non opus habet temperantia. Atque ad comprimendum quidem metum & pusilli animi vitium assumitur animi fortitudo, ad coercendas autem libidines & cupiditates temperantia. Sed non decet, ut Dei amicus qui est prædestinatus ut sit adoptiuus Dei filius, seruiat voluptati & timori, & occupetur in comprimendis animi motibus & perturbationibus, quibus ut qui sit mundus oportet eum omnino carere: qui est autem mundus is à Deo est prædestinatus. Ij enim sunt prædestinati, qui secundum propositum vocati sunt sancti: sancti autem non sunt nisi sint mundi. Sancti sunt etiam qui cum prius essent immundi, fide obsignata sacramento sunt iustificati. Iustificati autem Deum colunt per eam quæ verè est iustitia factorum & cognitionis. Qui ergo à Deo prædestinantur, prædestinantur non solum propter fidem sed etiam bona opera. Prædestinat ergo eos quos prescit ei credituros, & ex charitate quæ est ex Dei cognitione bona facturos opera, & ex his operibus cæli cælestis, & vitæ æternæ mercedem accepturos. Et hoc est quod dicit Clemens prædestinatum per ea quæ ager, nempe bona opera, & id quod consequetur, mercedem scilicet quæ sequitur bona opera, & sic quidem Deus prædestinat, prædestinat autem non solum Deus, sed etiam homo qui est in Dei cognitione perfectus. Is enim cum prescuerit futurum ut qui est perfectus Deo fruatur, etsi id nondum sit affectus, certa tamen cognitione se affecturum prædestinans, eum habet quem diligit, non incerta aliqua & difficili motus coniectura, sed per charitatem presens ducēs id quod est futurum. Non est autem mirum si futura habeat præsentibus, cum Deo crediderit, qui quæ futura sunt prædixit, & est præsens, & qui tantum abest ut mentiatur, ut sit ipsa veritas. Quoniam autem hic agitur de viro in cognitione perfecto, Clementi visum est dicendum cuiusmodi sit eius scientia. Huius autem hoc primum ponit principium & veluti fundamentum, quod simul esse non possint mutabilia cum immutabilibus, & scientia sit firmus certusque & stabilis habitus qui esse non potest in rebus mutabilibus, ex eo fit ut scientia sit in rebus immutabilibus. Immutabilia autem sunt quæ semper similiter & eodem modo se habent. Ea sunt diuina & æterna, & quæ non cadunt sub sensum sed sub intelligentiam, eorum est firmus & stabilis habitus, firmaque & stabilis scientia. Qui est autem in cognitione perfectus, is hanc firmam & stabilem habet scientiam, quæ est rerum diuinarum & æternarum cognitio. Earum proprie est firmus & stabilis habitus, non autem rerum humanarum & ne virtutū quidem, quamuis philosophi eas esse dicant habitus, affectiones, dispositiones & sententias. In hoc autem conueniunt rerum humanarū scientia & mystica seu Theologica scientia, quæ est in habitu mystico, quod simul quidem cum homine non nascitur humana scientia, sed aliquam habet admixtionem. Nam opus est ut qui ad scientiam vult peruenire sit diligens & animū adhibeat, & in his educatur quæ ad eam deducunt,

Iii iij

Post 64. videtur nobis hæc verba deesse: Næpe octo, imparibus ab unitate. Vbi autem est, Gignit quadratos, videtur legendum, Gignit triangulos.

Illud: Aut ut est in nonnullis, duodecim, videtur esse omnino tollendum ut Superfluum.

& principiorum iactis fundamentis paulatim procedat, & diuturna meditatione tandem ad habitum perueniat: Cum autem ad habitum peruenit humana in suo genere perfecta est scientia, ut quæ non facile excidat & amittatur: ita etiam mystica seu Theologica scientia diuinarum & æternarum rerum habitum cōsecuta, propter charitatem, quæ est virtutum omnium fastigium, firma manet & stabilis, nec potest excidere. Qui hanc habet scientiam comprehendit & primam causam, qui est pater ingenitus, & causam genitam, id est filium à patre generatum, ea generatione quam nemo potest enarrare. Eorum autem licet diuersæ sint hypostases, vna tamen est & essentia, & rerum causa, sicut Patris & Filij & Spiritus sancti tres hypostases sunt vnus Deus. Eos vero firmiter contemplans & stabiliter inhærens, firmas quoque & stabiles eorum habet rationes quæ non possunt excidere: Dei enim non magis excidunt rationes quam ipse Deus. Quamuis autem viri in cognitione perfecti sit proprie illa rerum diuinarum & æterna scientia, quæ cadunt sub intelligentiam, & quarum sunt firmæ & stabiles rationes, discit tamen etiam ab ipsa veritate & quæ ad mores pertinet, qui sunt fines bonorum & malorum, naturæque & naturalium rerum contemplationem, & mundi ortum & generationem. Hæc inquam accurate & exacte discit ab ipso Deo, id est à veritate, à mundi incipiens creatione vsque ad finem. Hæc autem quæ ab ipso Deo didicit, præfert iis quæ scripta sunt à Græcis Poëtis, ut puta ab Orpheo & Hesiodo, & cæteris, quantumuis eis visa sint probabilia & necessaria, ut qui apud Græcos haberentur pro Theologis. Poëtarum enim fuit Græcorum vetus Theologia. Et merito sane præferenda sunt quæ Deus loquutus est iis quæ dixerunt homines. Ea autem aliis quidem sunt obscura, sed non iis qui ab ipso didicerunt & ab ipso omnem accipiunt cognitionem. A Deo autem discit qui ab eius discit eloquiis, id est à Sacris scripturis. *Per consequentiam.* Quod sibi quidem præcipue & ante omnia proponit vir perfectus, est cognitio Dei & veritatis: sed quoniam ad eam conferunt etiam disciplina, ex singulis earum sumendum est per consequentiam id quod potest prodesse ad veritatem. In musica ex sonis grauius & acutis cōiunctis & compositis fiunt harmoniæ & consonantiæ, in iis est quædam proportio; ea sumetur ab eo qui est studiosus veritatis. In arithmetica sunt numeri crescentes & decrecentes, & in eis est quædam relatio & habitudo ex qua existit proportio. Arithmetica illam proportionem sumet etiam qui tēdit ad veritatem, ut quæ ad eam conferat. Geometriam à corporibus abstractam in se contemplatur essentiam, quæ est alia à corporibus & est immutabilis, & ex ea intelligentia percipit aliquod continuum spatium; id quoque ad veritatem assequendam assumet studiosus veritatis. Per astronomiam mens à terris eleuata cælorum inuenitur motus certamque & æquabilem conuersionem, & inde ascendit ad diuinam, atque adeo Dei ipsius contemplationem. Quæ quidem fuit causa, ut ipse quoque Abraham cum astronomiæ dedisset operam mundi agnosceret Creatorem: nec ergo Astronomia est à veritatis studio negligenda. Porro autem docet dialectica genera diuidere in species, & res à rebus distinguere, ut tandem perueniatur à compositis ad primum & simplicium cognitionem, & ea de causa ea est ei qui est studiosus veritatis utilis. Quamuis ergo studio veritatis sit præcipua quam sibi proponit cognitio, sunt tamen eæ quoque disciplinae per consequentiam ei vtilis, ut quæ ad veritatem exercent & conferant. Atque sunt hæc quidem disciplinae quas Græci vocant *μαθηματικά* & *λογιστικά*, ut quæ erudiant & exercentes præcedant philosophiam. Cum autem essent quidam fideles qui Græcam timerent philosophiam, ut qui sibi persuasissent, à Paulo ad Colossenses non satis intellecto inducti, eam decipere & à veritatis abducere cognitione. Respondet Clemens quod si talis sit eorum fides citra cognitionem, potest enim quis credere nec tamen cognoscere ut probabilitate Orationis dissoluatur, ut scilicet non amplius credat quod credebatur, non erat vera quam habebat fides. Non est enim vera fides in qua non est veritas. Quod autem non sit in ea veritas ex eo probatur quod superari non possit veritas. Si ergo dissoluitur fides, ea non est vera fides, sed opinio quæ potest dissolui si sit falsa: ad discernendam autem veram fidem à falsa opus est dialectica. Nam ut is demum est bonus argentarius & Trapezita, qui probum discernit à reprobo & adulterino, ita est dialectici verum à falso discernere. Facta autem boni à malo discretione, per comparationem bonum eligitur. Ita enim bonam eligimus purpuram si cum mala comparetur: verum quoque itidem eligitur si à falso discretum cum eo comparetur. Qui autem verum à falso discretum eligit, is est iustus. Qui est autem iustus in æternum non mouebitur ut exclamauit Dauid, id est semper erit firmus & stabilis, & nunquā à certo bono fidei proposito poterit dimoueri, nihil illi persuadebunt fallaces argumentorum calumniæ, nō à recta virtutis semita eum abducere falsæ voluptates: quidquid quantumvis callidum & astutum ei obijciatur, cum possit verū à falso discernere, ad interrogata semper recte respondebit. *Non his.* Cum non vno & simplici modo sed multis inueniatur veritas, & ad eam inueniendam iuuent disciplina, nō eis vititur veri cognitionis studiosus, tanquā perfectis & absolutis virtutibus, sed tanquam iis quæ adiuuant ad veritatis inuentionem. Ut inueniatur autem veritas maxime expedit communia à propriis discernere. Hinc enim errores & falsæ maxime existunt opiniones si cōfundantur communia cum propriis. Est ergo adhibenda distinctio quid inter se commune habeant res & vocabula, & quid inter se differant. Hæc distinctio cum aliis tum maxime in scripturis magnā affert lucē: in iis enim sunt plures dictiones quæ plura significant quam quæ vnū. Ut ergo ad rogatū recte respondeatur, adhibenda est distinctio, qua homonymi præcipua significatio à minus propriis distinguatur. *Non relinquat.* Ex iis infert Clemens non esse relinquendū orbem disciplinarum, nec Græcam philosophiā, sed eis dandam esse operam; non quidem ratione principali, principē enim locum tenet diuinæ cognitionis veritatis, seu Theologia, sed ea ratione quæ est necessaria & secunda: necessaria quidē, ut qua ad differendū & sensum explicandū necessario vtatur studiosus cognoscendæ veritatis: Secunda autē ut quæ autoritate & dignitate sit inferior, & ea ratione quæ est ex circumstantiis: Efficiunt enim circumstantiæ ut orbe disciplinarum male vtatur heretici, recte autē Orthodoxi & studiosi veritatis. Danda est ergo opera disciplinis & Græcæ philosophiæ, quod etsi diuina cognitio sit prima & præcipua philosophia, tamen Græca ad eam assequendam sit necessaria, & prima quidem sit diuinæ veritatis cognitio tanquam finis ad quem extremum tenditur, Græca autem philosophia secunda per quam ad finem tenditur, qui est primus in mente. Est autem Græca philosophia propter personarum circumstantiam utilis. Nam cum ea bene vtantur Orthodoxi cognitione præditi, male autem

Psal. III.

autem heretici, & ad confutandos hereticos proderit Orthodoxis, & ad sua confirmanda dogmata. Nec ideo non prodest Græca Philosophia, quod sit in ea veritas singularis, seu particularis, non autem vniuersa qualis in Theologia. Nam cum quæ in ea apparet veritas, est verè veritas, ea ad hoc proderit, ut quomodo sol colores illuminans, ostendit qualis sit vnusquisque color, ita ipsa refellēs quod falso quidem, sed probabiliter dicitur à Sophistis, efficit, ut falso reiecto quod verū sit appareat. Hoc in quā efficit veritas quæ apud quoscūque sit, seu Græcos, seu Barbaros ex Deo est: imo vero ipse Deus sicut est summa vnitas & summa bonitas, ita est summa veritas, quæ est magnæ virtutis principium. Vnde etiā apud Græcos merito acclamatur à Poëta, quicunque is sit, neque enim hoc dixit Clemens; O magnæ virtutis principium, Regina veritas. Regina autem veritatē vocat Deum, à quo tanquam à bonorum fonte profluit omne bonū, & omnis virtus.

10 *f. Quomodo autem in Astronomia.* Iosephus scribit Abraham Astronomiæ, Arithmeticiæ, & Geometriæ adeo fuisse peritum, ut eas docuerit Ægyptios: & de Astronomia quidem eius antea dixit, nunc autem eundem adducit in exemplum Arithmetici, qui cum audiisset Lot ab hostibus fuisse captum, numeratis trecentis & octodecim vernaculis eos aggressus, maximum vicit eorum numerum. Quid autem hoc sibi velit allegoricè sic exponit. T littera Græca trecentos significat, cuius etiam figura crucem quæ est signum Domini, representat. Iota autem & η, & 18. significant, & nomen salutare, nempe Iesum Seruatorem nostrum. Ij ergo sunt Abraham domestici & ei coniuncti, qui ad salutem assequendam ad lignum Domini, nempe crucem confugiant, & salutare eius nomen. Ij eos superant qui eos adducebant captiuos, nempe Demones, quos etiam sequebatur magna multitudo infidelium. Deinde exponit quales sint hi numeri tricenarius decimus & octauus: Tricenarius, inquit, est Ternarius in centenario. Ternarius autem primus impar, ut dicit Anatolius, à nonnullis appellatur perfectus, quoniam primus omnia significat, nempe principium, medium, & finem. Decimus autem est omni ex parte perfectus. Est enim denarius finis, & complementum omnium numerorum, ultra quem nec ingenium nec ratio aliqua excogitauit, non enim datur. Octauus autem numerus est primus actu cubus. Nam vnitas etsi non actu, est tamen potestate cubus. Dicuntur autem cubi qui sunt ex tribus æqualibus lateribus, ut 8, 27. Ille quidem fit ex bis duobus bis, hic vero ex ter tribus ter. Eorum autem æquales sunt omnes dimensiones, par est enim longitudo, latitudo, & profunditas, sicut sunt æqualia omnia eorum latera. Subiungit deinceps illud Genesis, in quo Deus constituit dies annorum vitæ hominis. Ij autem sunt centum viginti anni. Constituuntur autem centum viginti ex numeris ab vnitate vsque ad quindecim, simul comprehenso etiam decimo quinto. Quod ne temere factum esse putetur, subiungit in hoc numero decimo quinto hoc esse mysterium, quod decima quinta Luna sit plena. Est enim omni ex parte decimo quinto die plena, quæ quarto decimo die plena esse cœperat. Vnde dies Lunæ quintus decimus dictus est *πηνήντης φάσος*, centum & viginti autem, qui est spatium temporis vitæ humanæ, est numerus trigonus seu triangulus qui constat ex numero pari 64. & impari 56. hi numeri autem, 64. partes nempe, 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. componantur, id est addantur, eæ compositæ seu additæ efficiunt quadratos seu tetragonos. Ij autem sunt 1. 4. 9. 16. 25. 36. 49. 64. numeri autem 56. si à binario sumantur septem pares, nempe 2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. ab iis generantur qui sunt altera parte longiores 2. 12. 20. 30. 42. 56. etsi congregatis paribus à binario fiunt altera parte longiores. His addit quæ dixit de numero 120. quod 15. consistit ex quatuor, quorum vnus est triangulus nempe 15. alius vero, tetragonus, seu quadratus, scilicet 25. tertius autem pentagonus, nempe 35. quartus autem hexagonus, nempe 45. Est autem vnusquisque eorum, quintus eadem proportione, nempe 15. in triangulo, 25. in quadrato 35. in pentagono 45. in hexagono. Quod autem 25. sit symbolum tribus Leuiticæ non memini me alibi legere. Quæ sit autem ex duplici descriptio Arithmetica, Geometrica, & Musica, accipiendum est ab Arithmetica. Eius descriptio sunt quatuor numeri 6. 8. 9. 12. Ij simul additi & coaceruati efficiunt numerum 35. In his 35. diebus dicunt Iudæi formari sætū septem mensium. Numerus autem 45. efficitur ex aggregatione numerorum, 6. 9. 12. 8. his autem 45. diebus dicunt Iudæi formari sætū nouem mensium. A quibusnam autem Iudæis hoc acceperit Clemens, ingenue fateor me nescire: hoc certo scio, id non inueniri in scripturis. Id ipsum autem disertis quoque verbis dicit Hypocrites in aliquot locis. Quod autem si à conceptione fuerit formatus sætū die 35. necesse sit ut in lucem edatur septimo mense, hæc aperta ostendit demonstratio, duplicato enim 35. numero mouebitur sætū die 70. eo triplicato fiunt 210. qui sunt septem menses: quod si formatus fuerit sætū die 45. die, ut sit plurimum, eo duplicato mouebitur 90. die, Triplicato autem, fit dies 270. dies autem 270. efficiunt nouem menses. Quo fiet ut necessario nascatur nono mense. Quod quidem his duobus versibus ostendit Ægidius:

*Sex in lacte dies, tres sunt in sanguine termi,
Bis seni carnem, ter seni membra figurant.*

Cum autem ostendisset exemplis Arithmetici, quid Arithmetici cognitio proferat studioso, vult nunc ostendere quid proferat Geometria, exemplis Geometricis in ædificio tabernaculi arcæ & mensæ. Ea enim per donum intelligentiæ, nempe sancti Spiritus diuine sunt fabricata quibusdam proportionibus, quæ à sensibus nos perducunt ad ea quæ percipiuntur intelligentia, vel potius ad sancta sanctorum, id est, ad ipsum Deum. Quadrata figura est omnium figurarum firmissima & stabilissima. Ligna ergo quadrata quæ sunt in his ædificiis cum sint quadrata figuræ, quæ rectos habet angulos, qui sunt maxime firmi & stabiles, significant in omnem partem peruadere firmitatem & stabilitatem. Longitudo autem, latitudo, & altitudo desinens in Pyramidem, est symbolum eorum qui purgantur & probantur igne, siue is sit ignis sancti Spiritus, siue ignis afflictionum, quæ probant & purgant animam, vel hic vel in purgatorio. Hæc autem Geometrica proportio datur ad transmittendum ad sanctas à Deo paratas mansiones, quas esse diuersas diuersi ostendunt numeri: dantur autem singulis à Deo diuersæ mansiones pro meritum diuersitate. Qui autem inferuntur numeri sunt sexcupli, sunt decupli, sunt superbi patientes, sexcupli sunt 300. ad 50. 300. enim continent sexies 50. decupli autem 300. ad 30. 300 enim continent decies 30. 50 autem sunt ad 30. *ἄσπιλοι*, id est, superbi patientes, ut qui contineant 30. 20. qui sunt duæ eius partes. Trecenti autem quos antea diximus figurari per litteram Græcam T, sunt symbolum signi Domini nempe crucis. Quin-

Genes. 16.

Hypoc. de
nat. pueri.
Idem de
alimento, &
li. de morb.
mulierum.

quaginta vero est signum spei & remissionis quæ datur in Pentecoste. In Pentecoste enim missus est Spiritus sanctus, qui est veluti arra & pignus futuræ hæreditatis, quæ speratur, quoniã remissa sunt peccata. Tringinta autem sunt signum prædicationis: Christus enim prædicauit anno suæ in terris vitæ 30. Idem etiam significant 12. quoniam fuerunt 12. Apostoli qui prædicarunt. Per hoc autem quod ædificium finem accipit in cubito, significatur quod Iustus peruenit tandem ad vnitatem, nempe ad Deum & vnicam fidem. Duodecim autem qui in mensa erant cubiti, significat duodecim menses, qui dum in anni circulo voluntur, terra omnia producit & perfecti per distincta quatuor anni tempora, ea quatuor anni tempora significantur per mensæ vndulas inflexas & tortiles. Nam instar vndæ insectantur & variantur anni tempora, quæ si semper essent eadem & manerent immobilia, non esset illa rerum quæ producuntur varietas. Possunt etiam vndulæ illæ significare Oceanum, qui terram circumfluit. Mensa ergo est terra quæ producit omnia, non produceret autem cum sit frigida & sicca, nisi à Sole concoquendum, & in formas à natura distinguendum humorem suppeditaret Oceanus.

V. ^a PRÆTEREA exemplum Musica simul psallens & prophetans ponatur David, Deum concinnè & numerosè laudans. Conuenit autem maxime genus *ἁρμονίον*, harmonia quæ est Dorica, & *Ἰωνία*, ei quæ est Phrygia, ut dicit Aristoxenus. Barbari itaque Psalterij harmonia, cum sit omnium præstantissima, modorum honestatem ostendens & grauitatem, cum sit antiquissima, maximè fuit exemplum Terpandro ad Doricam harmoniam, louem laudanti hoc modo: Iupiter omnium principium, dux omnium, hoc hymnorum principium ad te mitto Iupiter. Potuerit autem à psalmographo allegoricè accipi cithara, in primo quidem significato, Dominus: in secundo autem ij qui proximè ac continenter pulsant animas, canticum præeunte Domino. Populus quoque qui fit saluus, dici potuerit cithara per Dei inspirationem. Et qui per Dei cognitionem musicè glorificat, exauditur, verbo pulsans ad fidem. Aliter quoque acceperis musicam consonantiam, nempe Ecclesiasticam, legis & Prophetarum simul & Apostolorum, unà cum Euangelio, & concentum qui in vnoquoque Propheta est positus, dum ab vna persona ad aliam transfilitur. ^b Sed plurimi, ut videtur, ex iis qui nomine sunt inscripti, non secus atque socij Vlyssis, rusticè agrediuntur doctrinam: non Sirenes, sed numeros & modos prætereuntes, obstruentes aures propter inscitiam, quoniam sciunt, si Græcis disciplinis aures semel præbuerint, futurum ut nunquam possint reuerti postea. Ei autem qui decerpit id quod est conducibile ad vsum Catechumenorum, & maximè eorum qui sunt Græci, Domini autem est terra & plenitudo eius, non est abstinendum à studio doctrinæ, instar brutorum animalium. Sunt autem plurima iis qui audiunt, quoad eius fieri potest, suppeditanda auxilia. Sed nequaquam est in his immorandum, præterquam ad id quod ex iis accipi potest commodi, ut cum id acceptum possederimus, possimus domum reuerti ad veram philosophiam, quæ est firmum animæ refugium quod ab omnibus præbet securitatem. Est ergo attingenda Musica ad mores ornandos & componendos. Certè etiam in conuiuio nobis inuicem psallendo propinamus, nostram incantantes cupiditatem, & Deum glorificantes propter copiosam donationem eorum quibus vtuntur & fruuntur homines, & quod perpetuò suppeditata fuerint nutrimenta ad augmentum corporis & animæ. Est autem superuacanea respuenda Musica, quæ frangit animos & variè afficit, ut quæ sit aliquando quidem lugubris, aliquando verò impudica & incitans ad libidinem, aliquando autem limphata & insana. ^c Eadem ratio est etiam de Astronomia: ea enim cum rerum sublimium cognitione, de figura vniuersitatis, & cæli conuersione, & astrorum motione, ad creantem virtutem propius adducens animam, docet nos facile sentire tempora anniuersaria, mutationem aëris, ortusque & occasus syderum. Nam ars quoque nauigandi & agricultura, referta est vsu qui ex ea redundat: sicut etiam Geometria, Architectura, & ars ædificandi. Efficit autem hæc quoque disciplina ut maximè assequatur, & verum perspiciat anima, & falsum arguat, certasque rationum inueniat conuenientias & proportionem, adeo ut venetur simile in dissimilibus: inducitque nos ut inueniamus longitudinem absque

absque latitudine, & superficiem quæ caret altitudine, & signum quod nullas habet partes, & à sensilibus nos traducit ad ea quæ percipiuntur intelligentia. ^d Philosophiam ergo adiuvant disciplina, & ipsa philosophia ad tractandum de veritate. Ecce enim chlamys primum fuit vellus, deinde carptum fuit, & subtegmen stamenque factum est, deinde fuit contextum. Oportet ergo animam prius esse præparatam, & variè elaboratam, si sit constituenda optima & præstantissima. Nam veritatis alia quidem est pars quæ versatur in cognitione, alia verò in actione: profluxit autem à contemplatione. Magna autem exercitatione opus est & experientia. Quinetiam contemplationis, alia quidem pars est ut aduersus proximos, alia verò ut aduersus seipsum. Quamobrem sic quoque eruditionem oportet esse comparatam, ut vtrisque conueniat. Ei ergo qui sufficienter didicit illa, quæ continent ea quæ deducunt ad cognitionem, licet deinceps manere quietum, actiones dirigendo ad contemplationem. Cum autem propter proximorum utilitatem, alij quidem se conferant ad scribendum, alij verò ad Verbum tradendum se comparent, cum alia doctrina est utilis, tum scripturarum Domini lectio est necessaria ad eorum quæ dicuntur demonstrationem, & maximè si ij qui audiunt accedunt ex Græcorum doctrina. ^e Quandam talem ecclesiam describit David: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate: Græcis, inquam, & superfluis aureis simbriis circumdata & variata. Veritas autem per Dominum, Consilium enim tuum, inquit, quis nouit, si tu non dederis sapientiam, & miseris sanctum tuum Spiritum ab altissimis, & ita correctæ fuerint viæ eorum qui sunt super terram, & didicerint homines ea quæ tibi placent, & salui fuerint sapientia. Nam qui est cognitione præditus, per scripturam nouit antiqua, & conicit futura: scit strophas orationum, & enigmatum solutiones, præscit signa & prodigia, & euentus temporum, ut prius diximus. Vides fontem disciplinarum manare à sapientia. ^f Iis autem qui obiiciunt: Quid enim iuuat nosse causas. (exempli causa) quomodo sol moueatur, & reliqua astra: aut Geometrica speculatum esse theoremata, aut Dialectica, & vnamquamque ex alijs disciplinis? ad ea enim quæ oportet tradenda eas nihil conferre, & humanam esse intelligentiam Græcam philosophiam, minimè enim doceri à veritate: illa sunt dicenda, primum quidem, quod ij falluntur in iis quæ sunt ex iis quæ sunt maxima, nempe in mentis & intelligentiæ voluntaria electione. Qui enim sancta, inquit, sanctè seruant, sanctificabuntur, & qui ea didicerunt, inuenient responsionem. Qui est enim cognitione præditus, meritò omnia sanctè faciet quæ sunt facienda, ut didicit per doctrinam Domini, etiam si acceperit per homines. Et rursum licet audire: In manu enim eius, hoc est, virtute & sapientia, & nos, & verba nostra, & omnis doctrina & operum scientia. Nihil enim diligit Deus nisi eum qui cohabitatur cum sapientia. Præterea autem non legerunt quod dictum est à Solomone. Nam cum tractasset de templi constructione, aperte dicit: Artifex autem construxit sapientia, tua autem pater gubernat prouidentia. Et quomodo non est à ratione alienum, arte fabrili & arte ædificandarum nauium deteriore existimare philosophiam? ^g Fortasse autem Dominus quoque illam, eorum qui in herba decubuerunt, multitudinem ex aduerso Tiberiadis, piscibus duobus, & hordeacis quinque aluit panibus, tacitè significans priorem Iudæorum & Græcorum eruditionem, quæ præcedit diuinum frumentum nutrimenti quod per legem colitur. Est enim hordeum frumento citius in tempore aestatis. Quæ autem per vndas gentiles gignitur & fertur Græcam philosophiam, pisces significabant, ad profusam vitæ conuersationem dati iis qui humi iacebant, qui non ita quidem dabant augmentum ut fragmenta panum: sed cum benedictionis Domini facti essent participes, habuerunt inspiratam diuinitatis resurrectionem per Verbi potetiam. Sed & si es nimium curiosus, accipe vnum ex piscibus eam quæ est in orbe disciplinam, re-

liquum verò significare ipsam quæ transcendit philosophiam, quæ scilicet cum ipsius verbo Domini proportionem habet & conuenientiam. * Mutorum autem piscium chorus affluerit, dixit alicubi Musa tragica. Me quoque oportet minui, augeri autem solum iam deinceps Verbum Domini, in quo lex finitur, dixit Propheta Ioannes. Iam mihi intellige mysterium veritatis, veniam tribuens si ad id pertractandum vereor progredi ulterius, hoc solum prædicans: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Dicitur certe lapis angularis, in quo omnis ædificatio coagmenta crescit in sanctum Dei templum, ut ait diuinus Apostolus. Taceo in præsentia parabolam quæ est in Euangelio, dicentem: Simile est regnum cælorum homini qui sagemam mittit in mare, & ex multitudine captorum piscium meliores eligit. Iam verò quatuor quoque virtutes apertè, quæ est apud nos sapientia, sic prædicat, ut earum quoque fontes Græcis dati sunt ab Hebrais. Ex his autem scire licet, quod si quis diligit iustitiam, labores eius sunt virtutes. Sapientia enim & prudentia docet iustitiam, & magni excelsique animi virtutem, quibus nihil est hominibus in vita utilius. ^h Postremò illud quoque illos scire oportet, quod natura quidem apti ¹⁰ nati sumus ad virtutem, sed non quod eam habeamus ab ortu, sed simus apti ad eam acquirendam. Qua ratione soluitur ea dubitatio, quæ ab Hæreticis aduersus nos mouetur: Vtrum perfectus formatus sit Adam, an imperfectus? sed si imperfectus, quomodo perfecti Dei imperfectum est opus, & maximè homo? sin autem perfectus, quomodo transgreditur præcepta? Audient enim etiam à nobis, quod perfectus quidem non fuit factus in constitutione, sed aptus ad suscipiendam virtutem: multum enim refert, factum esse aptum ad eam acquirendam. Vult autem nos ex nobis ipsis saluos fieri. Hæc est ergo natura animæ, à se ipsa impelli, & incitari: deinde cum simus ratione præditi, ratione autem constet philosophia, habemus quandam cum ipsa cognitionem. Aptitudo autem, est quidem motus ad virtutem, non autem virtus. Atque omnes quidem, ut dixi, apti sunt natura ad acquirendam virtutem: sed alius quidem magis, alius verò minus accedit ad disciplinam & exercitationem. Quocirca alij quidem vsque ad perfectam peruenere virtutem, alij verò vsque ad aliquam: neglecti autem rursus aliqui, etiamsi alioqui bonum haberent ingenium, auersi sunt in contrarium. Multo autem magis quæ magnitudine & veritate ⁴⁰ præstat omnibus disciplinis cognitio, est & ad acquirendum difficillima, & multo labore superatur. Sed, ut videtur, Dei non nouere mysteria, quod scilicet Deus creauit hominem ob immortalitatem, & fecit eum imaginem suæ proprietatis, per quam proprietatem eius qui nouit omnia, is qui est cognitione præditus, & iustus, & sanctus, cum prudentia contendit peruenire ad mensuram perfectæ ætatis. ¹ Quod autem non solum actiones & cogitationes, sed etiam verba sint munda ei qui est cognitione præditus: Probaſti cor meum, visitaſti me, inquit, noctu, inflammaſti me, & non est inuenta in me iniquitas. Ne loquatur os meum opera hominum. Et quid dico opera hominum? Ipsum cognoscit peccatum, non id quod adductum est ad pœnitentiã, est enim hoc commune aliorum quoque fidelium, sed ut semel dicam, omne peccatum: neque enim hoc quidpiam cõdemnat, sed ut semel dicam, omne peccatum: neque quod quis malè fecit, sed quod non sit faciendum, adducit. Vnde est etiam duplex pœnitentiã: una quidem est communis, propterea quod peccauerit: altera verò, cum peccati naturam didicerit, persuadet ab ipso desistere peccato per principalem rationem, cui est consequens ut non peccet. ² Ne ergo dicant, quod qui facit iniuriam, & peccat, delinquit per demonum operationem: sic enim nulli esset culpæ affinis. Cum autem in peccando eadem eligat quæ dæmones, instabilis, & leuis, & mutabilis in cupiditatibus ut dæmon, sit homo dæmoniacus. Iam qui est natura quidem malus, cum propter vitium factus sit peccator, redditus est improbus, id habens quod elegit: contra autem vir bonus se rectè

* συναλογοι.
sed puto legendum,
συναλογοι
Ioan. 1.
Ephes. 1.
Matth. 13.

Sap. 2.

se rectè gerit. Quocirca non solum virtutes, sed etiam actiones honestas, bonã vocamus. Ex bonis autem, scimus alia quidem per se esse eligenda & expetenda, ut cognitionem (nihil enim aliud venamur ex ipsa cum affuerit, nisi solummodo ut ea adsit, & in perpetua simus contemplatione, & ad ipsam & propter ipsam decertemus) alia autem propter alia, ut fidem, & propter euitationem supplicij quæ ex ea proficiscitur, & utilitatem quæ capitur ex remuneratione. Timor enim est multis causa ne peccent. Promissio autem est occasio ¹⁰ persequendi obedientiam, per quam salus. Perfectissimum ergo bonum est cognitio, quæ per se est expetenda: per consequentiam autem, bona quoque quæ per eam consequuntur. Et supplicium, ei quidem qui punitur, est causa correctionis: iis autem qui possunt eminus aspiciere, sit exemplum, per quod cauent ne amplius cadant in similia. Suscipiamus ergo cognitionem, non ea quæ eueniunt cupientes, sed propter hoc ipsum solum, nempe ut cognoscamus, eam amplectentes. Prima enim utilitas est habitus cognitionis, innoxias præbens voluptates per exultationem, & nunc & in posterum. Exultationem autem dicunt esse ²⁰ letitiam, quæ est reputatio virtutis ex veritate, per quandam exhilarationem & diffusionem animæ. Facta autem quæ participant cognitionem, sunt bonæ & honestæ actiones: nam veræ quidem diuitiæ, est abundantia in iis quæ sunt ex virtute actionibus. Paupertas autem est inopia in moderatis actionibus: possessiones enim, & usus rerum necessariarum, non habent qualitatem noxiam, sed eam quæ est præter modum quantitatem. Quocirca circumſcribit cupiditates is qui est cognitione præditus, & in possessione, & in usu, non transfiliens terminum eorum quæ sunt necessaria. Hic ergo viuere necessarium existi- ³⁰ mans ad augendam scientiam, & parandam cognitionem, non viuere, sed bene viuere faciet plurimi. Neque filios, nec rursus matrimonium, aut parentes præferens charitati in Deum, & ei quæ est in vita iustitiæ. Vxor autem ei soror post liberorum susceptionem, iudicatur tanquam quæ sit eodem patre nata, tunc solum viri recordans, quando filios aspexerit, ut quæ sit vera futura soror post carnis depositionem, quæ diuidit & distinguit cognitionem spiritualium, proprietate sexuum. Ipsa enim per se ex æquo sunt animæ: anima neutra, nec mascula, nec fœmina, quandoquidem neque uxores ducunt, nec nubunt. ⁴⁰ ¹ Nunquid autem sic in virum transmutatur fœmina non effœminata, quæ æquè sit virilis & perfecta? Hoc ergo fuit Sarra visus, cui pueri ortus fuit annunciatus, non quæ, ut arbitror, Angelo fidem non habuisset, sed quam rursus puderet congressionis, per quam futura erat mater filij. Et nunquid ab eo tempore, quo apud regem Aegypti propter Sarre pulchritudinem vocatus est in periculum, eam proprie Abraham appellauit sororem: sed nondum eadem matre & eodem patre natam? ^m Atque iis quidem qui peccatorum ducti ⁵⁰ sunt pœnitentiã, & non solidè crediderunt, per preces præbet Deus petitiones. Iis autem qui viuunt citra peccatum & ex cognitione, concedit si vel solummodo cogitarint: Ecce enim Anna quæ solummodo cogitauerat de puero, data est, Samuelis conceptio: Pete enim, inquit scriptura, & faciam: animo cogita, & dabo. Deum enim accepimus cognitorem cordium, non qui conuicitur ex motu animæ, sicut nos homines: sed neque ex euentu, ridiculum enim esset sic cogitare: neque ut Architectus laudauit opus factum est, sic quoque Deus, cum fecisset lucem, deinde eam vidisset, dixit bonam. Ille autem etiam priusquã ⁶⁰ fecisset, sciens qualis esset futura, eam laudauit quæ facta est, ut qui potestate bonum ab alto faceret per principio carens propositum, id quod actu futurum erat bonum: & quod futurum erat, iam prædixit esse bonum, dictione hyperbato celante veritatem. Orat ergo is qui est cognitione præditus, etiam cogitatione, omni hora per charitatem Deo cõiunctus, & familiaris effectus. Et primùm quidem petet remissionem peccatorum, postea non amplius peccare: deinde posse benefacere, & omnem quæ facta est per dominum creationem,

Genes. 18.

Genes. 20.

& dispensationem intelligere, ut mundo corde effectus per agnitionem, quæ est per filium
 Dei, facie ad faciem in beati spectaculi mysterio inietur, exaudiens scripturam quæ di-
 cit: Bonum est ieiunium cum oratione. Ieiunia autem significant omnem generaliter absti-
 nentiam ab omnibus malis, tam quæ actu fiunt, quam quæ verbis, & ipsa cogitatione.
 Est ergo, ut videtur, iustitia quadrata, omni ex parte æqualis & similis, in verbo, in fa-
 cto, in abstinentia à malis, in beneficentia, & cogitationis perfectione, nusquam ullo modo
 claudicans, ne videatur iniustus & inæqualis. Quatenus ergo est aliquis iustus, est omni-
 no is quoque fidelis: quatenus autem est fidelis, nondum est etiam iustus. Iustitiam dico quæ
 fit per profectum & consummationem, per quam is qui est cognitione præditus, iustus dici-
 tur. Iam verò Abrahamæ qui factus fuerat fidelis, reputatum est ad iustitiam, ut qui proces-
 sisset ad id quod est fidei maximum & perfectissimum. Non enim qui solum abstinet à
 mala actione, est iustus, nisi præterea perfecit ut & bene faciat, & cognoscat propter
 quam causam ab his quidem sit abstinenti, illa verò sunt agenda. Per arma iustitiæ dex-
 tra & sinistra, dicit Apostolus iustum transmitti ad summam hereditatem, ab his qui-
 dem munitum, illis verò etiam agentem. Non enim solum armaturæ tegumentum, &
 abstinentia à peccatis, sufficit ad perfectionem, nisi adsumpserit etiam opus iustitiæ, eam
 quæ ad benefaciendum est operationem. Tunc autem ambabus utens manibus is qui est
 cognitione præditus, in iustitia reuelatur, iam ex hoc quoque non secus ac Moses, facie ani-
 mæ glorificatus, quam quidem prius diximus corpus quod formam & caractèrem tri-
 buit iustæ animæ. Quomodo enim lana quæ indita mansit tinctura, in reliquis quoque
 lanas proprietatem transmittit & mutationem: ita etiam in anima transit quidem labor,
 manet autem quod bonum est & honestum: & quod iucundum quidem est relinquitur,
 quod turpe autem est abstergitur. Hæ sunt enim qualitates, quæ utrique animæ formam
 & caractèrem tribuunt, ex quibus una quidem cognoscitur glorificata, altera verò con-
 demnata. Certè sicut Mosi ex iustâ operatione, & ex ea quæ continenter ei intercedebat
 cum Deo loquente consuetudine, vultui insidebat glorificata quadam coloris species: ita
 etiam iustæ animæ diuina quedam vis bonitatis inherens per inspectionem, prophetiam,
 & administrantem operationem, quasi intelligentis illuminationis perinde atque calor
 solaris imprimit quoddam apertum iustitiæ signaculum, lucem animæ unitam per chari-
 tatem quæ nullo spacio disiungitur, quæ Deo afflat, & Deo afflatur. Hinc quæ Seruato-
 ri Deo fit assimilatio, exoritur ei qui est cognitione præditus, qui quidem euasit perfectus,
 quantum licet humanæ naturæ, sicut pater, inquit, qui est in cælis. Ipse est qui dixit: Filioli
 adhuc parum sum vobiscum. Nam Deus quoque, non quatenus est natura bonus, ea ra-
 tione manet beatus, & ab interitu alienus: neque habens aliquid negocij, neque alij exhi-
 bens, sed propriè autem bona faciens. Cum verò sit Deus & pater bonus, & versetur in
 continua beneficentia, in eadem bonitate ita manet ut nunquam ab ea digrediat: quis
 est enim boni usus, quod neque operatur, neque bono afficit? Qui ergo primum suis mode-
 ratum est animi motibus, & ut impatibilis euadat est meditatus, & creuit ad beneficen-
 tiam cognitione prædita perfectionis, est hic quidem æqualis Angelis: iam autem lucidus,
 & tanquam Sol resplendens per beneficentiam, contendit iustâ cognitione per Dei dile-
 ctionem, ad sanctam mansionem, sicut Apostoli, non quod fuerint electi Apostoli ex qua-
 dam eximia naturæ proprietate: nam Iudas quoque fuerat cum eis electus, sed poterant fie-
 ri Apostoli, electi ab eo qui etiam fines prævidet. Qui itaque non unâ cum eis fuit electus
 Matthias, cum se præbisset dignum ut fieret Apostolus, sufficitur in locum Iudæ. Licet
 ergo nunc eis quoque qui se in Dominicis exercere mandatis, & perfectè vixere conue-
 nienter Euangelio, ex cognitione quoque adscribi in numerum Apostolorum. Hic est reuera
 Presbyter

Presbyter Ecclesiæ, & verus diaconus, id est minister Dei voluntatis, si faciat & do-
 ceat quæ sunt Domini, non ut qui ordinetur ab hominibus, neque quod iustus censea-
 tur presbyter, sed quod iustus referatur in presbyteratum. Et licet hic in terris non fue-
 rit prima sede honoratus, sedebit in quatuor & viginti thronis populum iudicans, ut
 dicit Ioannes in Apocalypsi. Nam unum quidem est reuera salutare testamentum, ^{Apo. 4.}
 quod à constitutione mundi ad nos peruenit per generationes diuersas & tempora, etiam si
 datione existimatum fuerit esse diuersum. Consequens enim est unam esse immutabilem
 salutis dationem, ab uno Deo per unum Dominum, quæ multis modis prodest.

COMMENTARIUS.

PRÆTEREA exemplum musica simul psallens & prophetans. Postquam adduxit exempla quibus o-
 stenderetur in rebus sacris vtilitas Arithmeticæ & Geometriæ, deinceps loquitur de Musica, quam ad
 Theologiam dicit itidem esse vtilem, cum Dauid non solum fuerit propheta, sed etiam concinnis & nu-
 merosis suis Psalmis Deum laudauerit. Dicunt Græci, ut scribit Plutarchus in musica, Terpandrum fuisse
 musicæ peritissimum, & nomos aliquos, qui latinè modi dicuntur, musicos inuenisse. Eos autem dicit
 Clemens Terpandrum à Dauide accepisse, & cum eius psalterij, quod barbarum vocat, harmonia sit an-
 tiquissima, eam fuisse exemplum Terpandro ad Doricam harmoniam, quæ omnium harmoniarum est
 maxime grauis & honesta, cum sint omnes ferè aliæ molles & effæminatæ. Non solum autem grauis &
 honesta musica à Dauide est accepta, sed etiam cum esset Citharædus, ipsa quoque eius cithara allegori-
 cè potest accipi, ita ut & cithara vocetur Dominus quasi plectro pulsans corda hominum, licet is pulset
 paulo longius. Sunt enim etiam homines qui proximè & continenter pulsant, sed præit Dominus canti-
 cum. Vocatur ergo cithara primo ipse Deus qui pulsat, secundo autem homines qui itidem pulsant ani-
 mas & corda hominum, sed frustra pulsarent homines, nisi Deus præiret canticum, à quo omnis vera pro-
 cedit harmonia & consonantia. Populus quoque qui à Deo accipit salutem, est veluti cithara quæ à Deo
 inspiratur, sine quo non est salus. Cithara quoque dicitur is, qui cum sit Dei cognitione præditus, Deum
 musicè glorificat & laudat, Verbo Dei tanquam plectro pulsans, ut hominum animis fidem imprimat. Est
 etiam musica Ecclesiastica, consonantia legis & Prophetarum, & Apostolorum simul cum Euangelio, &
 concentus qui est in vnoquoque Propheta, dum ab vna persona transilitur ad aliam, cum scilicet loquenti
 patri mox succedit loquens filius. ^b Sed plurimi, ut videtur, ex iis qui nomine sunt inscripti, Vlyssis focij sibi ca-
 uentes à cantu Syrenum, ne eo deliniti retinerentur, aures obstruxerunt, hoc etiam faciebant plurimi Chri-
 sti nomine inscripti, id est Christiani qui Christo nomen dederant. Ij timentes ne si à Græca doctrina & di-
 sciplina retinerentur, non possent ad veram, nempe ad Christianam reuerti philosophiam, ut focij Vlyssis
 Sirenes, ita ipsi quoque disciplinas, & Græcam præterebant doctrinam, stulte autem faciebant. Oportebat
 enim eos cum ex disciplinis decerpissent quod eis futurum erat vtile, maximè catechumenis, quæ fere sunt
 ex Græcis, ad suam philosophiæ Christianæ reuerti institutum. Audiendæ quidem sunt disciplinæ & græca
 philosophia, & ex eis sumendum quod profuerit, sed non est in eis immorandū, sed ad veram, nempe Chri-
 stianam, redeundum philosophiam. Est autem ad multa vtilis musica, nempe ad mores ornandos & com-
 ponendos, & ad Deum psallendo laudandum & glorificandum, eique in conuiuio maxime agendas gra-
 tias, & propter omnia quæ in nos contulit beneficia, & propter nobis abunde suppeditata alimenta quibus
 sustentaretur augmentumque acciperet corpus & anima. Est ergo hæc amplectenda musica, fugienda est
 autem mollis & effæminatæ, quæ mollit eneruatque, & variis motibus afficit animos, & modo eos reddit
 tristes & demissos, modo impudicos & libidinosos, modo efferatos & furiosos. ^c Eadem ratio est etiam de A-
 stronomia. Postquam ostendit quid studioso veritatis profit Musica, nunc dicit esse etiam eandem Astrono-
 miæ rationem, ut scilicet ei profit qui est studiosus cognitionis. Hæc enim docet Astronomia, nempe re-
 rum sublimium cognitionem quæ vocat *μετρωσις*, ea sunt non solum quæ in sublimi regione aëris sunt im-
 pressionem, quæ dicunt *μετρωσις*, sed quæ sunt longe altiora, diuina scilicet & cælestia: docet etiam quæ sit fi-
 gura vniuersitatis, cæli scilicet, & totius mundi, ea est autem figura rotunda, quæ est omnium pulcherrima
 & capacissima. Ab ea etiam discitur quanam sit cæli conuersio: ea est autem ab Oriente in Occidentem, ita
 enim mouetur primum mobile, quod cælos omnes & omnia alia quantumuis cōtraria motu repugnan-
 tia, secum trahit: docet etiam quis sit proprius astrorum motus: hæc docens simul etiam adducit animam
 ad propius cognoscendum virtutem creatam, id est, ipsum Creatorem. Per motum autè cæli & astrorum
 cognoscimus, & tempora anniuersaria, id est quatuor illa anni tempora, quæ singulis annis accedunt & re-
 cedunt, rebus naturalibus ortum afferentia & interitum, ex quibus etiam discimus quis sit ortus & occasus
 siderum. Magnum etiam præbet vsum astronomia & arti nauigandi, & agriculturæ: nam & nauæ in-
 tuentes Cynosuram sciunt quo sit nauis cursu dirigenda, & Agricola ex ea discunt quando sint terræ
 mandanda semina, & quando cum maturauerint sint colligenda. Quomodo etiam Geometria est valde
 vtilis architectis & ædificatoribus: ab ea enim discunt proportionum dimensiones, quæ res est architectis
 maxime vtilis & necessaria. Ad hoc quoque prodest Astronomia, quod ex ea discit anima per certas ratio-
 num proportionem & convenientias quod sit verum, & arguit quod est falsum. Harum enim proportionū
 tanta est vis, ut in iis etiam quæ sunt dissimilia diligenter quærendo inueniatur similitudo. Hoc autem est
 omnium quæ prestat astronomia præstantissimum, ut nos inducat, ut inueniamus quæ non inueniuntur in
 terris. Quæ in terra longitudinem absque latitudine, quæ in superficie absque latitudine, signum absque
 parte, hoc in terra non inuenies, cum quidquid est in terris sit corporeum crassum & coagmentatum, nihil
 Kkk

fit longum cui non accedat aliqua latitudo quæ sit corporea, neque superficies quæ non aliquam habeat latitudinem, altum enim est & profundum quicquid est corporeum, neque est aliquod signum cuius nulla sit pars. Hæc quidem tanquam vera falsa visione apprehendunt Geometra, sed reuera hæc solum in cælis apprehendunt Astronomi, qui nos à sensilibus traducunt ad ea quæ percipiuntur intelligentia, in quibus sita est veritas, ut quæ sint firma & stabilia, cum in rebus sensilibus nihil sit certum nec diuturnum. *Philosophiam ergo adiuvant discipline.* Ex superioribus concludit disciplinas quidem conferre ad Philosophiam, Philosophiam autem ad veritatem, nempe ad veram Dei cognitionem. Ea veri Dei cognitio percipitur ab anima, sed eam non percipit anima, nisi prius rectè fuerit præparata, exulta scilicet & ornata disciplinis, multiplicique & varia eruditione, & ipsa tandem philosophia: hoc ita esse ostendit eleganti similitudine accepta ex chlamyde, magna enim opus est præparatione, priusquam sit perfecta chlamys. Primum vellere id est, lana opus est, sed ex lana non fiet vestis nisi carpatur, deinde stamen fiat & subtegmen, & deinde cōstituta optima, & præstantissima, ut quæ veritatem velit assequi, præparata sit oportet, & elaborata. Præparatur autem & elaboratur duabus partibus veritatis. Eæ sunt cognitio & actio, quæ quidem actio profuit ex contemplatione, nihil enim ut decet egeris, nisi quid sit agendum prius exactè fueris contemplatus. Considerat autem contemplatio, & ea quæ pertinent ad proximos nostros, & ea quæ ad nos ipsos. Cum autem ad contemplationem doctrina conferat & eruditio, eam oportet utriusque convenire, nempe & nobis, & proximis. *Quandam talem Ecclesiam describit David.* Ecclesia Græcis disciplinis, quæ variegata sunt cum varietate quæ est per dominum ornata, à Psalmographo dicitur regina quæ Christo assistit circumdata varietate, sed & disciplinæ & ipsa veritas discuntur à sapientia, quæ nos docet per spiritum, qui mittitur ex alto, vitæ rectè gerendæ instituta, & quomodo Deo placeamus, & salutem assequamur, & in scripturis sciamus præterita & futura, orationemque rectè contexamus, & quæ in scripturis difficilia & ænigmatica occurrunt soluamus, signaque & prodigia, & quis sit temporum futurus euentus præsciamus. *Sus autem qui obtinuit.* Qui Græcas reiciebant disciplinas, & Græcam philosophiam, eis qui illas admittebant, obiciebant quod eæ nihil conferrent ad ea tractanda quæ decet, nempe officia, & virtutes, & quod sint humanæ non diuinæ, nec doceantur à veritate. Ad id responderet Clemens eos falli in rebus maximis, non enim si quid docetur ab hominibus, id est malum, cum sit liberum hominis arbitrium, per quod mens & intelligentia eligit quæ sunt bona: Sunt autem bonæ disciplinæ & bona philosophia quæ sunt ad veritatem utiles, falsum autem est quod sint humanæ, etsi doceantur ab hominibus. Nam ut dicit Solomon, In manu Domini, id est, in eius virtute & sapientia eius sumus nos, & verba nostra, & prudentia nostra, & operum scientia. Quamvis ergo disciplinæ doceantur ab hominibus, tamen cum à Deo procedant, ut quæ sint in eo, sunt potius diuinæ, quàm humanæ: quamvis autem non tradant disciplinæ ea quæ ad officia & virtutes pertinent, nihil tamen obstabit quo minus qui eas habent, sanctificentur. Nam licet ipsæ non sanctificent, sanctificatur tamen homo qui servat quæ sunt sancta, per liberum arbitrium Dei gratia & auxilio adiutum. Quod si verum est quod dicit Solomon, artem fabrilem & ædificatoriam regi & dirigi à diuina sapientia, quanto est certius & probabilius ab ea regi & dirigi philosophiam, quæ est longè melior & præstantior? *Fortasse illam eorum qui in herba decubuerunt.* Allegoricè exponit Clemens historiam Domini, qui ex aduerso Tiberiadis aluit populi multitudinem duobus piscibus & quinque panibus hordeaceis. Quinque autem panes hordeacei significant, & Iudæorum eruditionem, & Græcorum doctrinam, quæ præcessit frumentum verbi Domini, quod per legem colitur, quæ est ad Christum pædagogus. Quomodo autem prius nascitur hordeum quam frumentum, ita & lex ex Græca doctrina, præcedit doctrinam verbi, pisces autem significant Græcam philosophiam, quæ profusè datur humi iacentibus, qui ad diuina & cælestia non aspirant: sed nec hordeum, nec pisces satis alunt, nisi ea benedicat Dominus, per verbum autem allecuta benedictionem, simul habent inspiratam resurrectionem diuinitatis, quæ eos alit ad immortalitatem: non sit enim immortalis nisi per diuinitatem cum corpore resurrexerit ad vitam æternam. Duo autem illi pisces diuersa significant. Vnus enim piscis significat disciplinarum orbem, quem vocant *ἐγκυκλοπαιδείαν*, alter autem significat transcendentem philosophiam, nempe quæ omnia humana transcendit Theologiam, quæ cum verbo quandam habet proportionem & conuenientiam, neque mirum. Nam si horum quinque verborum Græcorum quæ sunt *Ἰησοῦς Χριστὸς θεοῦ υἱὸς ἀληθῆς*, quod est Latine, Iesus Christus Dei filius Saluator, si primas literas iungas erit *ἰχθύς*, id est, piscis, in quo nomine mysticè intelligitur Christus, eo quod in huius mortalitatis abyssu, velut in aquarum profunditate viuus, hoc est sine peccato esset. Hæc Augustinus in libro de Civitate vbi loquitur de Sybillinis versibus. Atque hæc satis conueniunt cum Clementis præsentis instituto. Quod autem statim sequitur: Mutorum autem chorus affluxerit, dixit alicuius musa tragica, nec mihi satis occurrit, quisnam hoc scripserit, nec video quidnam ad rem faciat, suspicor autem aliquid deesse, quod nisi inueniatur, vix poterit vllus elici sensus. Per hoc autem quod dicit Ioannes Propheta, atque adeo plusquam Propheta si Christo credimus, se oportere minui, crescere autem verbum Domini, significatur, legem quidem in Christo finire, ut quæ sit per ipsum perfecta, & adimpleri: crescere autem & amplificari doctrinam Euangelicam cessantibus vmbris & figuris, adueniente autem luce veritatis. Cum autem dixisset, finita lege doctrinam crescere Euangelicam, cuius magister est Christus, visum est ei aliquid dicere, de mysterio veritatis, in quo est Christus, petita interim venia, si non plura dicat, quæ autem dicit eo tendunt ut intelligatur quomodo Christi crescat Ecclesia. Quid enim mirum, si Christi crescat Ecclesia, cum per ipsum omnia facta sint, & sine ipso nihil factum sit. In ipso certè qui est lapis angularis, in quo omnis ædificatio coagmentata crescit in sanctum, & edificatur Ecclesia, quæ necesse est ut crescat, cum in Christo coagmentati, qui est lapis angularis, & ei vniti lapides, nempe fideles, semper crescentes nunquam possint ruere: est enim Christus non solum lapis angularis, sed etiam Ecclesiæ fundamentum. Non solum Christus est piscis, ut iam diximus, sed ipse quoque captos pisces in sagemam immittit, & ex eis meliores eligit, non enim omnes quos

omnes quos cepit, nempe quos vocauit, eligit, sed eos elegit, quos intelligit esse aptos regno Dei. Regnum autem Dei, est Ecclesia quæ sancta est, & semper crescit. In hac nostra Ecclesia prædicantur à Solonis sapientia moris virtutes quæ fuerunt etiam apud Græcos, sed eas Græci acceperunt ab Hebræis, ut videre licet apud sanctum Ambrosium, in libro de Officiis: sunt autem inter se connexæ virtutes. Porro iustitia est omnium virtutum princeps, quam si quis diligit, eius labores sunt virtutes. Nam si laborat iustitia in refræmandis cupiditatibus, & vitiosis moribus, ea docet temperantia. Sin autem in rebus asperis & aduersis fortiter ferendis, docet magni & excelsi animi virtutem. Sed prudentia quoque & temperantia docet iustitiam: sciendum enim est à quibus sit abstinendum, ne iniuste ruas in libidinem. Et cauendum est ne si aduersa magno & forti animo non feras, præcipites ferantur maligni ad iniuriam tibi inferendam. Sunt ergo inter se connexæ virtutes, & se inuicem generant. *Postremo illud quoque illos scire oportet.* Homo quidem nascitur aptus ad virtutem, sed non nascitur cum virtute, aliud autem est aptitudo ad virtutem, aliud ipsa virtus. Qui perfectam habet virtutem, non potest ulterius progredi, nam ad ipsam peruenit perfectionem: aptitudo autem est animæ motus, qua impellitur & incitatur ad virtutem, hinc est quod alij plus, alij minus habeant virtutem, alij vero summam acquirunt virtutem. Nec adeo non est perfecti Dei perfectum opus homo. Perfectum enim est opus, cum in eius potestate situm sit, ut ad ipsam perueniat virtutis perfectionem. Ideo autem solam illi dedit aptitudinem, ut cum liberum habeat arbitrium, non ex sola Dei gratia, sed ex ipsa quoque libera electione sit saluus. Non solum disciplina & exercitatione acquiritur virtus, sed ipsa quoque quæ est alioqui difficillima Dei cognitio, diligentia, & labore superatur. In hoc autem maxime consistit Dei cognitio, quod intelligatur hoc esse Dei mysterium, quod homo creatus ad propriam Dei imaginem, sciat se esse creatum propter immortalitatem, & ita cum prudentia contendat peruenire ad mensuram perfectæ ætatis, ut scilicet impleat omnes numeros eius, qui in Christo est perfectam salutem assecutus. *Quod autem non solum actiones.* Eius qui est Dei cognitione præditus, nullæ sunt immundæ actiones, nullæ cogitationes, neque vlla verba obscena & impudica, quod aliter esse non potest, cum Deus ipse eum probarit & examinauerit, & nullam iniquitatem in eo inuenierit. Quod cum ita sit à Deo supplex petit, ut nihil dicat quod sit humanum, sed quod opera Dei redoleat. Non sufficit autem ei loqui bona, & sancta & diuina opera, sed oportet etiam cum nosse peccatum, non peccatum quidem, cuius ductus est pœnitentia, quod est commune omnium fidelium: nullus enim est fidelis qui non doleat & ægreferat se peccasse, baptismi lauacro assecutus remissionem peccatorum, neque hoc vel illud peccatum, neque quod alius fecerit: sed omne, ut semel dicam, peccatum nosse & damnare, & id non esse faciendum statuerit. Est ergo duplex pœnitentia & communis omnium fidelium qui dolent se peccasse, & pœnitentia eius qui est cognitione præditus, quæ scilicet cum didicerit naturam peccati, nempe, quam sit tetrum & abominandum Deo inuisum peccatum, quæ in homine tenet principatum, persuadet desistere à peccato. Id autem cum ei fuerit persuasum, consequens est ut non peccet. Nam cum est à ratione persuasum non esse peccandum, nec vllis seruit animi motibus, & perturbationibus, in eum non cadit peccatum. *Ne ergo dicant quod qui facit iniuriam.* Cum duplex sit pœnitentia, & dolor qui suscipitur de peccato admisso, & quæ post peccatum intellectum natura persuadet, ut ab eo desistatur, per principalem rationem cui est consequens, ut non peccetur. Ex quo inferitur nostra culpa admitti peccatum, nec culpam esse conferendam in Dæmonis operationem, qui licet nos tentet, & ad peccatum incitet, id tamen non admittitur nisi à volente, culpa alioqui non futurus affinis. Quamvis homo in peccando dæmonem imitetur, quod tamen ab homine admittitur peccatum, id nō est dæmonis, sed dæmonis operatio: licet autem sit peccatum hominis, dici tamen potest homo dæmoniacus, quod sit dæmoni similis. Dæmoni autem est similis qui eadem eligit quæ dæmon, vitia scilicet & peccata. Contra autem qui est bonus quæ sunt bona & ex virtute eligit, habet enim homo liberam arbitrij electionem. Cum autem quæ bona sint eligantur, bonæ autem sint virtutes & honestæ actiones, eæ à bonis eliguntur, & bona dicuntur. Ex bonis autem alia quidem propter se, alia vero propter aliud eliguntur & expetuntur. Exemplum boni quod propter se eligitur & expetitur, est cognitio, quæ sola contemplatione contenta, non ob aliud eligitur & expetitur. Bonum quod propter aliud eligitur & expetitur est fides, aliud enim sibi proponit fides, non tantum ut à credente habeatur, sed ut & in Deum credens pœnas vitæ, nempe mortem æternam, & æterna præmia consequatur, nempe regnum cælorum & vitam æternam. Timor enim mortis causa est ut non peccet, Promissio autem mercedis & præmij est causa vel occasio, ut Deo obediatur, & eius præcepta seruentur: hinc nostra existit salus, quod & timore supplicij caueamus peccare, & præcepta seruemus, & Deo pareamus, & vitam æternam consequamur. Est ergo bonum omnium perfectissimum cognitio & contemplatio, quæ licet propter se eligatur, ei tamen accedunt bona alia quæ propter se electa & expetita accedunt tanquam præmia & mercedes per quandam consequentiã, cuiusmodi sunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt: quæ quidem consequuntur qui propter se expetunt cognitionem. Sed ea sunt expetenda, non propter se, sed propter consequentiã. Supplicium autem non sicut cognitio est propter se expetendū, sed per ipsum corrigitur is qui punitur. Cui hoc quoque accedit, ut si longius prospiciat, caueat ne in similia deinceps peccata incidat. Ex his omnibus concludit cognitionem esse propter se eligendam & expetendam, id est, propter id tantum ut cognoscamus. *Nunquid autem sic in virum transmutatur femina effeminata.* Sarræ risum quæ riserat quod ei esset annuntiatum eam filium parituram, huic loco accommodans, adducit ad allegoriam, dicens eam fuisse fortem & virilem mulierem, ut quæ Venerem reuiceret, & eam puderet femine concubitus. Quod autem Abraham apud Pharaonem vocatus in periculum, Sarram appellauit Sororem, id verè quidem dixit: verè enim erat soror à cuius concubitu abstinere. Ita enim Apostoli suas vxores sorores circumducebant, à quarum coniugali congressu abstinere. Ita erat Sarra Abrahæ soror, non autem eo quod esset eodem patre & matre nata, ita ei qui est cognitione præditus, eadem potest esse vxor dum parit liberos, post eorum autem susceptionem non est amplius vxor, sed soror. *Atque is quidem qui peccatorum ducti sunt.* Persequitur Clemens suum institutum

de eo qui est cognitione præditus, ostendit autem in quo differat, quod à Deo impetrandas petitiones ob-
 tinet, inter eum qui est cognitione præditus, & eum qui peccatorum suorum pœnitentia ductus credidit
 quidem, sed non est plena & perfecta eius fides. Qui non plene credidit, ut qui non ad perfectam peruen-
 rit cognitionem, præcibus opus habet ut impetret. Qui perfectam habet cognitionem, ad impetrandum ei
 sola opus est cognitione. Ij autem sunt qui rectè viuunt, nec peccatum admittunt, vitam instituentes ex sua
 Dei cognitione. Eum significat Anna mater Samuelis, quæ licet solum cogitaret, à Deo tamen impetrauit
 ut conciperet Samuelem Prophetam. Nec mirum si vir bonus à Deo impetret priusquam petat, cum Deus
 sit cognitor cordium, & quæ futura sunt monet priusquam fiat: homines ex motu animi norunt cordis co-
 gitaciones, & ex euentu, ellè enim ridiculum, Deum opus suum laudare, postquam factum esset. *Est er-
 go, ut videtur, iustitia quadrata.* Quomodo apud Geometras quadratum est figura, quæ omnia habet latera æ-
 qualia & similia, & omnes angulos & similes & æquales, ita etiã apud eos qui diuina sunt cognitione præ-
 diti, iustitia, quæ est virtutis perfectio & consummatio, est quadra, id est in omnibus sibi similis & æqualis,
 nempe in verbis, factis, abstinentia à malis, in perfectione cognitionis, & in cæteris, & in omnibus adeo se
 rectè gerit, ut nunquam claudicat: nam si in aliquo claudicaret, non ellèet iustitia, quæ est recta, & in omni-
 bus se rectè gerit. Hinc est quod qui est alioqui iustus si in vno offendat, factus est omnium reus: sed nemo
 potest esse iustus, id est in virtute omni ex parte perfectus & consummatus nisi sit fidelis. Nam quicumque est
 iustus, idem est etiam fidelis, est enim iustitiæ fundamentum fides, sed non quicumque est fidelis, id est qui-
 cunque credit, est etiam iustus. Sunt enim fundamenta fidei superstruenda bonæ operationes. Idem autem
 est iustus qui est cognitione præditus, sed non peruenit ad cognitionem, nisi qui habet fidem. Abrahæ qui-
 dem reputatum fuit ad iustitiam quod Deo crediderit. Sed non solum in Abrahamo fidem iustitiam repu-
 tauit Deus, sed id quod est in fide maximum & præstantissimum, nempe ut non solum à mala actione ab-
 stineat, sed etiam ut bonas exerceat operationes & bene faciat, sed nec satis est bene facere, & à malis absti-
 nere, nisi causam cognoscat propter quam benefaciat, & à malis absteat. Hæc sunt arma iustitiæ dextra &
 sinistra, per quæ Paulus Apostolus in Epistola secunda ad Corinthios iustum transmittit ad supremam re-
 gni cælestis hereditatem. Arma autem vocat sinistra, per quæ peccata repelluntur, & quæ sunt grauiora &
 aspera tolerantur, dextra autem per quæ bona fiunt opera. Qui his armis dextris & sinistris vtitur, is am-
 abus vtitur manibus, & in iustitia reuelatur, id est, iustus apparet, & Mosi euadit non dissimilis, cuius post
 ei datas à Deo tabulas & multa præclare gesta, & post diuturnam cum Deo colloctionem fuit animæ glo-
 rificata facies, quam alibi dixit corpus iustitiæ animæ tribuens characterem.

VI. *PROPTER quam causam tollitur materia, quæ diuidebat Græcum à Iudæo ad
 hoc ut esset populus peculiaris: & sic ambo perueniunt ad unam fidei unitatem, & ex
 ambobus una est electio. Et electis, inquit, sunt magis electi, qui ex perfecta cognitione, &
 ab ipsa Ecclesia sunt decerpti, & magnificentissima gloria honorati, iudices & admini-
 stratores, ex aquo & ex Iudæis & ex Græcis quatuor & viginti duplicata gratia. Nam
 hîc quoque in Ecclesia progressiones Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, sunt,
 ut arbitror, imitationes gloriæ Angelicæ, & illius œconomia ac dispensationis, quam di-
 cunt scripturæ illos expectare, qui insistentes vestigiis Apostolorum, vixerunt in perfe-
 ctione iustitiæ conuenienter Euangelio. Hos sublato in nubibus scribit Apostolus, pri-
 mum quidem diaconos futuros, deinde coaptandos esse in presbyteratum perfectorum glo-
 riæ: gloria enim differt à gloria, donec creuerint in virum perfectum. Qui sunt tales, ut
 ait beatus David, requiescent in monte sancto Dei, suprema Ecclesia, in qua congregan-
 tur Dei philosophi, qui verè sunt Israëlita, mundi corde, in quibus nullus est dolus, qui non
 permanerunt in septenario quietis, sed bonorum operum affectione diuinæ assimilationis,
 ad octonarij beneficentiæ hereditatem sublato sunt insatiabilis contemplationis, pura ac
 sincera speculationi attendentes. Sunt autem aliæ quoque, inquit Dominus, oves, quæ
 non sunt ex hoc ouili, quæ alio ouili & mansione pro proportione fidei sunt dignatæ. Meæ
 autem oves meam vocem audiunt, ex cognitione mea mandata intelligentes. Hoc autem
 licet magnificè & pro dignitate meritisque recipere cum operum remuneratione, & mu-
 tua consequentia. Quare quando audierimus, Fides tua te saluum fecit, non accipimus
 eum dicere absolute eos saluos futuros qui quomodocunque crediderint, nisi facta quoque
 fuerint consecuta. Iam verò solis Iudæis hanc dicebat vocem, qui legem tenebant & vi-
 xerant absque reprehensione, quibus sola fides restabat in Deum. Non ergo fuerit fidelis
 cum intemperantia, sed etsi à carne exierit, necesse est ut vitia quæque deponat, ut pos-
 sit ad propriam peruenire mansionem. Plus est autem cognoscere quàm credere, sicut etiam
 quàm sal-*

quàm saluum esse, maius est postquam saluus factus est, supremo honore dignum esse ha-
 bitum. Cum ergo per multam disciplinam vitia exuerit qui nobis est fidelis, transit ad
 maximum supplicium quod est melius priori mansione, inferens proprietatem pœnitenti-
 æ eorum peccatorum quæ admisit post baptismum. Cruciatum ergo adhuc amplius, cum
 vel nondum, vel ne omnino quidem ea assequatur, quorum videt alios esse participes.
 Præterea autem pudore afficitur ob ea quæ deliquit, quæ quidem sunt fidei maxima
 supplicia. Bona est enim Dei iustitia, & iusta est eius bonitas. Quod si forte cessaue-
 rint cruciatus in implendis quas luunt pœnis, & expiandis quæ admissa sunt ab uno-
 quoque delictis, habent tamen maximum permanentem dolorem, quod cum sint inuen-
 ti digni alio ouili, non unà sint cum iis qui sunt gloria affecti propter iustitiam. *Iam ve-
 rò Solomon eum vocans sapientem qui est præditus cognitione, hæc dicit de iis qui miran-
 tur dignitatem eius mansionis: Videbunt enim mortem sapientis, & non intelligent quid
 de eo decreuerit, & ad quid eum stabilierit Dominus, & dicens de eius gloria: Is est quem
 aliquando habuimus in derisum, & in parabolam opprobrij, insipientes. Vitam enim
 existimabamus insaniam, & mortem eius ignominiosam. Quomodo est enumeratus in-
 ter filios Dei, & in sanctis est fors eius? Non solum ergo fidelis, sed etiam gentilis, iu-
 stissime iudicatur. Quoniam enim sciebat Deus, ut qui habeat præscientiam, cum non
 esse crediturum, nihilo secius ut suam acciperet perfectionem, ei quidem philosophiam
 dedit, sed ante fidem. Dedit autem solem & lunam & astra ad religionem, quæ Deus
 fecit gentibus, inquit lex, ne si omnino essent impij & planè à Deo alieni, omnino etiam
 interirent. Illi autem etsi in hoc nati essent mandato ingrati, sculptrilibus attenderunt ima-
 ginibus: quod si non fuerint ducti pœnitentia, iudicantur. Alij quidem quod cum pos-
 sent, noluerunt Deo credere: alij verò, quod etiam cum vellent, non elaborauerunt ut
 fierent fideles: quinetiam illi quoque, qui à cultu astrorum non recurrerunt ad eorum
 creatorem. Hæc enim via data fuit gentibus, ut per astrorum cultum Deum suspice-
 rent: qui autem ne in eis quidem quæ eis data sunt, astris voluerunt permanere, sed etiam
 ab eis ad ligna & lapides procidere, reputati sunt, inquit, ut puluis terræ, & ut gutta
 ex cado, superuacanei ad salutem, qui eiiciuntur à corpore. Quomodo ergo absolute qui-
 dem saluum facere, est ex iis quæ sunt media, & rectè autem & ut decet, perfectum
 est officium: ita etiam omnis actio, eius quidem qui est cognitione præditus, rectum est
 & perfectum officium: eius autem qui est tantummodo fidelis, media dici possit actio,
 ut quæ ex verbo seu ratione nondum efficiatur, neque rectè geratur ex scientia. Contra
 autem cuiusuis gentilis peccat actio. Non enim absolute bene agere, sed scopum quen-
 dam spectantes actiones facere, & ex verbo seu ratione operari oportere dicunt scriptu-
 ræ. Quomodo ergo lyram pulsandi imperitis, non est lyra tangenda: ita nec sunt attingen-
 da negotia iis qui non acceperunt cognitionem, & nesciunt quomodo iis oporteat uti ex
 verbo vitæ. Atque non solum quidem in bellis suscipitur à bellatoribus certamen pro
 libertate, sed etiam in conuiujs, & in cubili, & in iudicijs, ab iis qui verbo sunt un-
 èti, erubescunt serui fieri voluptatis. Iniusto lucro nunquam virtutem permutaui: Lu-
 crum autem euidenter iniustum, est voluptas & dolor, labor & metus, & ut semel di-
 cam, vitia & motus animi, quorum id quod est in præsentia iucundum, affert postea
 molestiam. Quid enim prodest si totum mundum lucreris, inquit, perdas autem ani-
 mam? Est ergo perspicuum quod qui bonas non faciunt actiones, nec ea quidem norunt
 quæ sunt sibi utilia. Quod si ita est, ne ij quidem Deum precari possunt ut ab eo bona ac-
 cipiant, cum quæ sint verè bona ignorent, neque si acceperint, donum senserint, neque pro
 dignitate eo vsi fuerint, quod nō norunt, & propter imperitiã rectè utèdi iis quæ data sunt,*

& propter nimiam infcitiam, ne quomodo quidem diuinis donis utendum sit scientes. Inficitia autem est causa ignorationis: atque iactabundæ quidem, sed bene sibi conscia anima est gloriatio, aduersus eos casus qui conueniunt eloqui. Aduersus hæc oportet se caute & prudenter gerere: nam quod bene sit, & est iustum, mihi feret auxilium, neque unquam malè facere deprehendar. Hæc autem bona conscientia, & sanctitatem erga Deos, & iustitiam erga homines conseruat, mundam custodiens animam honestis cogitationibus & verbis castis, & iustis operibus. Sic vim Domini cum acceperit anima, meditatur esse ¹⁰ Deus, putans nullum aliud esse malum præterquam ignorationis, & operationis quæ non fit ex recta ratione. Semper autem propter omnia Deo agens gratias, per iustam auditionem & diuinam lectionem, per veram inquisitionem, per sanctam oblationem, per beatam orationem, laudans, canens, benedicens, psallens, à Deo nullo unquam tempore talis diuiditur anima. Merito ergo dictum est: Et qui in ipso considunt, intelligent veritatem, & fideles in dilectione in ipso permanebunt. Vides quanam differat sapientia de iis qui sunt præditi cognitione. ²⁰ Proportione ergo habita & conuenientia, sunt varie quidem mansiones, pro dignitate & meritis eorum qui crediderunt. Ecce enim Solomon: Dabitur enim ei, inquit, fidei gratia electa, & fors in templo Domini iucundior. Comparatiuum enim ea quidem ostendit quæ sunt inferiora in templo Dei, quod est vniuersa ecclesia: relinquit autem superlatiuum quoque cogitandum, in quo est Dominus. Has tres electas mansiones significant numeri qui sunt in Euangelio, triginta, & sexaginta, & centum. Et perfecta quidem est hereditas eorum qui euadunt in virum perfectum ad imaginem Domini. Similitudo autem non est, ut quidam existimant, in figura humana, est enim impia hæc ³⁰ consideratio: sed nec quæ in virtute prima causæ traditur assimilatio, est enim impia quoque hæc traditio eorum, qui expectarunt virtutem eandem esse hominis & Dei omnipotentis: Existimasti, inquit, inique, quod ero tibi similis: sufficit enim discipulo si fiat ut magister, inquit magister. Ad Dei ergo sit similitudinem, qui est in filium adoptatus, & in numerum amicorum cooptatus, ex eo quod est coheres dominorum & deorum, si quemadmodum ipse docuit Dominus, per Euangelium fuerit consummatus. Qui ergo est cognitione præditus, magis propinquam & magis coherentem exprimit similitudinem, nempe ⁴⁰ magistri mentem, quam cum ille haberet, præcepit & consuluit sapientibus & temperantibus: exprimit hanc, inquam, intelligens ut voluit qui docuit, & magnifico sensu accepto, pro dignitate quidem docens super tecta, eos qui altè volunt edificari, prius autem incipiens factò exequi ea quæ dicuntur, conuenienter exemplo vitæ institutionis, ea enim præcepit quæ fieri poterant. Et reuera oportet eum qui est regalis & Christianus, principatum posse obtinere & præesse. Neque enim solum constitutum est ut dominaremur iis solis quæ ⁵⁰ sunt foris bestiis, sed etiam agrestibus quæ sunt in nobis ipsis animi perturbationibus. Per scientiam ergo, ut videtur, bonæ & malæ vitæ, saluus fit is qui est cognitione præditus, plus intelligens & operans quam scribæ & Pharisei. Intende, bene prosperare, & regna, scribit David, propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua, hoc est, Dominus. Quis ergo sapiens, & intelliget hæc? intelligens, & ⁶⁰ cognoscet hæc? quoniam recte viæ Domini, inquit Propheta, significans eum solum qui est præditus cognitione, posse intelligere ea quæ abditè dicta sunt à spiritu. Et qui intelligit, in tempore illo silebit, inquit Scriptura, in enunciando scilicet ad indignos. Quoniam, inquit Dominus, qui habet aures audiendi audiat, dicens non esse quorumuis audire & intelligere. Iam verò David dicit: Tenebrosa aqua in nubibus aëris. A fulgore coram ipso nubes transierunt, grando & carbones ignis: abditos esse docens sanctos sermones, & iis quidem qui sunt cognitione præditi, claras & perspicuas, tanquam grandinem innoxiam, significat,

Sap. 7.

Psal. 49.

Ioan. 13.

Psal. 44.

Psal. 106.

Psal. 18.

significat demitti diuinitus: vulgo autem obscuros, tanquam qui ex igne extincti sunt carbones, quos nisi quis accenderit & suscitauerit, non ardebunt, neque illuminabuntur. Dominus ergo, inquit, dat mihi linguam disciplinae, ut sciam quando oporteat loqui in tempore sermonem, non solum in ferendo testimonio, sed etiam in interrogando & respondendo. Et disciplina Domini aperit os meum. Est ergo eius qui est cognitione præditus, scire uti sermone, & quando, & quo modo, & apud quos oportet. ¹⁰ Iam verò Apostolus quoque ^{Colof. 2.} dicens: Secundum elementa mundi, & non secundum Christum: tradit doctrinam quidem Græcam esse instar elementorum, Christi autem doctrinam esse perfectam, sicut iam prius significauimus. Iam verò oleaster inseritur in pinguedine oleæ: quinetiam nascitur ^{Rom. 11.} eadem specie qua oleæ satiuæ. Nam id quod est insitum, pro terra vititur arbore in qua inseritur. Omnes autem plantæ simul iussu diuino germinarunt. Quocirca etiam si sit oleaster agrestis, eos tamen coronat qui in Olympicis vincunt certaminibus. Et vlmus vitem in altum extollens, eam docet esse fertilem. Videmus autem plus nutrimenti attrahere agrestes ²⁰ arbores, propterea quod non possint concoquere. Quæ sunt ergo agrestia, minus concoquunt quam satiuæ: & causa cur ea sint agrestia, est priuatio concoctricis facultatis. Plus ergo nutrimenti accipit insita olea, propterea quod sit plantata in agresti. Assuescit autem veluti concoquere nutrimentum, dum assimilatur pinguedini satiuæ. Sic etiam Philosophus, qui agresti oleæ assimilatur, cum multa habeat non concocta, propterea quod & lubenter inquirat, & facile assequatur, & pinguedinem appetat veritatis, si per fidem, diuinam acceperit virtutem, in bonam & mitem insertus cognitionem, tanquam oleaster insitus in ³⁰ sermonem verè pulchrum & misericordem, & quod traditur nutrimentum concoquit, & fit bona & satiuæ olea. Insitio enim eas quæ erant inutiles facit generosas, & quæ erant steriles, cogit esse fertiles, arte agriculturae, & scientia quæ est ex cognitione. Aiunt autem insitionem fieri quatuor modis: vno quidem, quo inter lignum & corticem oportet eum adaptare qui inserit: quo quidem modo Catechismum suscipiunt, qui sunt ex gentibus idiota qui verbum accipiunt in superficie. Altero autem, quando ligno fisso, in ipsum plantam generosam immiserint: quod quidem accidit in iis qui sunt philosophati, eis enim dissectis ⁴⁰ dogmatibus, ingeneratur agnitio veritatis: sic autem Iudæis quoque aperta veteri scriptura, noua & generosa planta oleæ inseritur. Tertia autem insitio agrestes tangit & hereticos, qui vi trahuntur ad veritatem: nam cum vtrunque surculum falce acuta deuaferint, donec medullam quidem nudauerint, sed non ulcerauerint, eos inter se vincunt. Quartus autem modus insitionis, est qui dicitur inoculatio: à generoso enim trunco circunciditur oculus, ei quoque cortice una in orbem circumscripto, vnius palmi magnitudine. Deinde ⁵⁰ eraditur truncus oculo aequali circumscriptione, & sic immittitur circumligatus, & luto circumlitus, integro seruato & illæso oculo & minimè inquinato. Hoc est genus doctrinæ quæ oritur ex cognitione, quæ res potest perspicere. Hoc quidem certè genus est maximè utile in arboribus satiuis. Potest autem quæ ab Apostolo dicitur insitio, fieri in bonâ oleam nempe in ipsum Christum, agrestis & infidelis naturæ quæ implantatur in Christum, hoc est, eorum qui credunt in Christum. Melius est autem vniuscuiusque fidem in ipsa inseri anima. Sanctus enim spiritus per eam quodammodo distributus transplantatur, prout est ⁶⁰ vniuscuiusque circumscriptio, incircumscriptè. ^{Sap. 6.} De cognitione autem differens Solomon, hæc dicit: Clara est, & quæ non marcescit sapientia, & facile cernitur ab iis qui ipsam diligunt, eos qui cupiunt præuenit ut cognoscatur. Qui manè surrexerit ad ipsam, non laborabit: de ipsa enim cogitare, est perfectio prudentiæ. Et qui propter ipsam vigilauerit, cito erit cura vacuus, quoniam eos qui ipsa digni sunt, ipsa quærens circuit. Non est enim omnium cognitio. Et in semitis ipsis beneuolè visione apprehenditur. Semitæ autem sunt vitæ ^{Kkk iij}

traducenda ratio, & quæ est ex testamentis multiformis varietas. Mox subiungit: Et in omni cognitione occurrit ipsis, ut quæ variè consideretur, per omnem scilicet doctrinam. Deinde infert, perscientem adducens charitatem, per rationem syllogisticam, & veras propositiones, maximè demonstratiuam, veram sic inducens illationem. Eius enim principium verissimum, est desiderium disciplina, hoc est, cognitionis: cura autem disciplina, est dilectio: dilectio autem est observatio legum eius: attentio autem est legum confirmatio: confirmatio verò legum vacuitas interitus: vacuitas autem interitus efficit ut ad Deum 10 propè accedatur. Sapientia ergo desiderium attollit ad regnum: docet enim, ut arbitror, quòd vera disciplina, est quoddam desiderium cognitionis: & dilectio quidem est observatio mandatorum quæ deducunt ad cognitionem. Observatio autem ipsorum, est confirmatio preceptorum propter quam contingit vacuitas interitus: vacuitas autem interitus, efficit ut prope Deum simus. Si ergo dilectio cognitionis facit alienum ab interitu, & cum qui est regalis prope Deum extollit: oportet ergo cognitionem querere ad inuocationem. Est autem inquisitio quidem, incitatio & impulsio ad comprehendendum, quæ per quædam 10 signa inuenit id quod est subiectum. Inuentio autem est finis & requies inquisitionis quæ peruenit ad comprehensionem, quod quidem est cognitio: & ipsa propriè inuentio est cognitio, ut quæ sit comprehensio inquisitionis. Signum autem dicunt esse id quod præcedit, aut quod est unum, aut quod sequitur, quod quidem est comprehensio. Eius ergo quæ est de Deo inquisitionis, inuentio quidem est doctrina quæ est per filium. Signum autem quòd sit Seruator noster ille ipse filius Dei, sunt & quæ eius aduentum præcedunt prophetia, quæ ipsum prædicant: & quæ cum eius ortu sensili fuerunt de ipso testimonia: & quæ præterea post 30 eius assumptionem prædicantur & apertè ostenduntur, virtutes. Quòd ergo sit apud nos veritas, est indicium, quòd ipse docuerit Dei filius. Si enim in omni quæstione hæc generalia inueniuntur, res & persona, quæ verè est veritas, apud nos esse ostenditur. Nam veritatis quidem quæ ostenditur persona est filius Dei: res verò, virtus fidei, quæ quodcumque ei aduersatur, & vel ipsum totum mundum repugnantem superat. Sed quoniam hoc iam est certum & extra controuersiam, confirmatum esse in æternis factis & sermonibus. Est quòd dignus qui supplicio afficiatur, non contra quem dicatur, quicumque existimat non 40 esse prouidentiam, & reuera impius: nobis autem est propositum, quid agentes, & quomodo uiuentes, peruenerimus ad Dei omnipotentis cognitionem, & quemadmodum Deum honorantes, efficiamur nobis causa salutis, cum non à Sophistis, sed ab ipso Deo cognouerimus & didicerimus, quod est ei gratum, iustum & sanctum facere aggredimur. Nos autem esse saluos, quod quidem est ei gratum, & salus, accedit per bonam operationem & cognitionem, quorum amborum est magister Dominus. Si ergo vel ex Platonis sententia, aut à Deo, aut ab ijs qui à dijs duxere originem, verum solum disci potest: merito à diuinis 50 eloquijs eligentes testimonia, iactamus nos veritatem discere per filium Dei, quæ fuerunt quidem primum prædicta, deinde declarata. Quæ autem ad veritatem inueniendam adiuuant, ne sunt ipsa quidem reproba. Ipsa certè philosophia, quæ annunciat prouidentiam, & beatæ quidem vitæ remunerationem, miseræ autem punitionem, comprehensim tractat Theologicè. Quæ autem accuratè & exactè traduntur, & quæ sigillatim habentur, ea utique non seruat. Neque enim de filio Dei, neque de ea quæ est per prouidentiam æconomiam tractat, ut nos: non enim diuinam nouerat religionem. Quamobrem hæreses quoque quæ sunt in barbara philosophia, etiamsi unum Deum dicant, etiamsi Christum celebrent, id ex comprehensione dicunt, non ex veritate: nam & alium Deum adinueniunt, & Christum non excipiunt, sicut tradunt Prophetæ. Verumenimvero quæ sunt apud eos falsa dogmata, quandiu aduersantur vitæ quæ agitur ex veritate, sunt contra nos. Iam enim Paulus

enim Paulus Timotheum circumcidit propter eos qui credebant ex Iudæis, ne eo dissoluen- Act. 16.
te ea quæ à lege carnalius prius sumpta fuerant, à fide deficerent qui erant ex lege Cate-
chumeni, etsi rectè sciret quòd non iustificat circumcisio. Omnibus enim omnia fieri profi- κατὰ συντη-
tebatur, dum se demitteret & variè eis accommodaret, ea conseruans quæ erant principa- ριστοράν.
lia dogmata, ut omnes lucrifaceret. Daniel autem torquem gestauit, cum non neglexisset Daniel. 5.
quòd esset afflictus populus à Rege Persarum. Mendaces ergo sunt reuera, non ij qui se de-
mittunt, & se accommodant propter æconomiam salutis: neque qui labuntur in aliqui-
bus ex ijs quæ sunt singularia, sed qui concidunt in ijs quæ sunt vel maximè principalia, &
Dominum quidem, quoad eius ab eis fieri potest, infirmant & abrogant: auferunt autem
veram Domini doctrinam, qui non pro dignitate Dei & Domini scripturas differunt & 10
tradunt. Depositu enim quod Deo redditur, est conuenienter Domini doctrinæ, per eius
Apostolorum piam traditionem intelligentia & exercitatio. Quod autem auditis in au-
rem, abditè scilicet & in mysterio (nam quæ sunt eiusmodi, in aurem dici dicuntur allego-
ricè) super domos, inquit, prædicate, cum ea præclare ac magnificè accepissent, sublimique
& excelso dicendi genere traderent, & ex regula veritatis scripturas explanarent. Neque
enim prophetia, neque ipse seruator adeò crasse & generaliter elocutus est diuina mysteria,
ut ea facile possent capi à quibuslibet, sed differuit in parabolis. De Domino quidem certè
dicunt Apostoli, quod omnia locutus est in parabolis, & nihil loquebatur eis sine parabo-
la. Si autem omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: ergo Prophetia quo-
que & lex per ipsum factæ sunt, & per ipsum dictæ sunt in parabolis. Ceterum recta sunt
30 omnia, inquit scriptura, coram ijs qui intelligunt, hoc est, ijs qui ab ipso declaratam scri-
pturarum expositionem, ex Ecclesiasticæ regula accipientes, conseruant. Regula autem
Ecclesiastica est concentus & consensus legis & Prophetarum, conuenienter testamento
quod traditur per Domini aduentum.

COMMENTARIVS.

40 * PROPTER quam causam tollitur materia. Postquam dixit Clemens unum fuisse Testamentum ab ori-
gine mundi vsque ad hæc tempora perductum, subiungit hanc fuisse causam ut tolleretur medius ille pa-
ries, qui Iudæos separabat à Græcis, ut essent Iudæi populus Dei peculiaris. Ipse Christus, inquit Paulus, est Ephes. 2.
pax nostra qui fecit vtraque vnum medium maceræ parietem, dissoluens ut duos condat in semetipsum in
vnum nouum hominem. Hoc ergo vnum Testamentum ab origine per Christum ad nos deductum, fuit
causa ut & Iudæi & Græci vnâ haberent fidem, & ab eodem Deo ambo essent electi: licet autem ambo,
nempe & Iudæi & Græci sint electi, ij tamen sunt magis electi, qui ad ipsam peruenerunt Dei cognitionem
cuius causam acceperunt ab Ecclesia, non autem solam fidem. Eos significat Ioannes per quatuor viginti
seniores in Apocalypsi qui & ex Iudæis & Græcis duplicatâ æquè habent gratiam, futuri autem erant apud
superos iudices & administratores. Et ij quidem viginti quatuor seniores quos in visione vidit Ioannes,
cœlestem representant hierarchiam, Ecclesiastica autem hierarchia, Angelicam, nempe ordines Angelicos,
50 qui ad summum vsque procedunt. Eos expectant qui sequentes Apostolos viuunt in perfectione iustitiæ,
prout iubet Euangelium. Ut autem sunt varij ordines Angelorum, ita etiam sunt varij ordines eorum qui
gradatim ad eos procedunt, donec in virum perfectum creuerint, id est vsque ad perfectionem peruene-
rint. Ij cum ad montis sancti fastigium ascenderint, id est ad summam Ecclesiam peruenerint, relicto septe-
nario, qui est proprius quietis, nunquam cessant nec fatiantur in Dei contemplatione, cui bonis operatio-
nibus assimilati sunt philosophi & veri Israëlita. Porro autem quamuis vnum, ut antea diximus, testamen-
tum à mundi origine ad nos vsque deductum, causa sit ut inter Iudæos & fideles nullum sit interstitium,
quæ est tamen inter eos differentia efficit, ut videantur non esse oues vnius ouilis. Sunt enim qui solam ha-
bent fidem: sunt qui præter fidem habent cognitionem fidei, fideique operum sciunt reddere causam & ra-
60 tionem. Qui autem solam habent fidem, iis datur suum ouile, seu caula & mansio pro fidei proportionem. Ij
autem non sunt propriæ oues Christi, nam qui tantum credit, sed cum cognitione non credit, nec pasto-
rem sequitur, & mandata eius non exequitur, suum non cognoscit pastorem, nec dicendus est eius ouis. Ve-
re autem est ouis Christi qui credit & cum cognitione credit, ut qui quod credit intelligat, & Christo pa-
ret iubenti, pro operum dignitate & meritis accepturus remunerationem. Operum autem & meritorum
mutua est consequentia. ⁶ Iam vero solomon eum vocans sapientem. Postquam ostendit Clemens quam sit
præferendus qui est cognitione præditus & qui solum credit qui dicitur fidelis, nunc dicit eum à Solomone
vocari sapientem, qui cum vulgo irrideretur stultusque & infanus haberetur, & quæ hic patiebatur &
mors ipsa ei esset ignominiosa, iusto tandem Dei iudicio in filios Dei est relatus, & cum sanctis vitæ æternæ

gloriam assequutus. Hæc autem prædixit Solomon de Christi Apostolis, & Martyribus, qui cum ex cognitione credidissent, & sanctè vitam egissent, & pro Christo tormenta passi essent, & quam vulgus mortem ignominiosam putabat fortiter sustinuisent, suis factis dignam accepere mercedem. *Non solum ergo.* Postquam ostendit Clemens ex Solomone, quam viri sapientes & cognitione præditi præmia consequantur, quod quidem ideo vsu venit, quod Deus eos dignos iudicet, ex iis infert quod si bonis Deus præmia tribuit, quod quidem iusto facit iudicio, æquum est vt Ethnicis quoque & Gentilibus iuste iudicentur. Cuius quidem iudicij has affert rationes, quod cum eis sua dederit mandata, si ea transgrediantur, merito iudicantur. Præsciebat Deus eos esse non credituros, quod est præcipuum religionis: nolbat tamen eos esse impios, & à Deo alienos, ne si Deum non cognoscerent omnino interirent. Cum ergo in eos non caderet hominis perfectio, nempe fides, dedit eis qualemcumque suam perfectionem, nempe philosophiam, per quam Deum cognoscerent, vt scilicet dum viderent solem, lunam, & stellas, quæ sunt Dei opera, per ea author ipse intelligeretur. Data est autem philosophia ante fidem, vt ea esset veluti quoddam præludium & elementum fidei. Cum ergo eis datum esset hoc mandatum, vt ex astris Deum agnoscerent, tantum autem abest vt agnouerint, vt vel astra ipsa tanquam Deos colerent, Deo non cognito, alij vero imagines & sculptilia adorarint, merito vt ingrati iudicandi sunt, & damnandi si non peruersi cultus ducti fuerint penitentia, nempe quod astra aspicientes non se cõuerterint, & quod est omnium pessimum, saxa etiam & ligna in Deos retulerint, ei, quod tantum abest vt sit diuinum, vt ne sensus quidem sit præditum, diuinitatem tribuerint. Illi autem non minus perierunt, & à salute exciderunt, quam puluis qui per aerem dispergitur, & gutta quæ cadens à stula penitus euanescit. Ex corpore enim vniuersitatis non sunt amplius celandi qui Deum non agnoscent qui est omnium pontifex. Cum autem sit verisimile Clementi in hac sententia, vt existimet, eos etiam esse saluos, qui ex astris & cæteris operibus Deum agnoscent, vt id melius intelligeretur, subiungit aliud esse absolute esse saluum, aliud autem rectè & perfectè esse saluum. Eorum enim qui sunt salui, sunt pro fidei & meritorum diuersitate diuersi gradus, & variæ mansiones. Summum autem gradum obrinet qui non solum est fidelis, sed præter fidem est præditus cognitione. Quomodo enim apud Philosophos alia officia dicuntur media, ex quibus quæ procedunt actiones sunt eiusmodi, vt earum probabilis possit reddi ratio. Alia vero recta dicuntur & perfecta, quorum existunt actiones ex recta ratione exactaque & perfecta scientia. Et non peccant quidem imo vero etiam salui fiunt fideles, qui ex probabili agunt ratione, cognitione autem præditi, qui ex vera & exacta agunt ratione, ex Deo, inquam, ex verbo, & scientia, non solum salui fiunt, sed summum etiam salutis gradum obtinent. Contra autem quidquid agat gentilis, semper peccat, & ideo non potest esse saluus: Peccat autem quod licet videatur bene agere, non tamen bene agit, cum agens non eum sibi proponit scopum quem debet proponere, & non operatur ex verbo Dei & ratione, vt iubent scripturæ. In quavis autem re agenda is demum bene agit, qui verum & certum scopum sibi proponit, quod si scopum non nouit & ideo nescit bene agere, non est aggredienda actio. Qui nescit quis sit scopus pulsandi citharam & ita non nouit artem Citharædicam, non est ei tangenda cithara vt eam pulset: Et qui nescit quomodo sit canendum tibiis, non sunt ei inflandæ tibiæ vt sit tibiicen, & sic de cæteris: Ita qui non habet cognitionem, quomodo sit agendum ex verbo vite, non est ei accedendum ad res agendas. *Proportione ergo habita & conuenientia.* Hic concludit id de quo antea nonnulla dixerat, in cælis multas esse mansiones, esse autem varias habita proportione & fidei & meritorum eorum qui crediderunt. Ex quo intelligitur nec soli fidei dari regnum cælorum. Nam id quoque pro proportione & conuenientia datur etiam meritis & bonis operibus, ex quo refelluntur nostri temporis hæretici qui spretis operibus, omnia tribuunt fidei, nec operibus quorum est basis & fundamentum fides. Nec vnã & eandem esse fidem nec eadem opera & merita, cum vtrorumque sint diuersi gradus & diuersa præmia. Vt autem varias & alias alia maiores ostendat esse mansiones, citat Solomonem, qui dicit fidei gratiam dandam esse electam, & sortem in Templo Domini iucundiozem. Ex eo enim quod dicit in Templo Domini sortem dandam iucundiozem, significat, aliam alia esse maiorem: alioqui frustra feret comparatio. Vbi autem est Comparatiuus, necesse est cogitetur etiam Superlatiuus. Sunt autem in Templo Dei, id est in vniuersa Ecclesia, & comparatiua quæ sunt infimis Superiora, & est superlatiuum in quo est Deus, qui est omnium supremus. Citat etiam parabolam illam Euangelicam seminantis, in qua tres numeri triginta, sexaginta, & centum, significant tres illas electas mansiones, quæ dantur pro dignitate & meritis eorum qui crediderunt. Præstantissima est Christi martyrum mansio: Secunda est virginum: Tertia est eorum qui casto iuncti sunt matrimonio. Porro autem ij qui sunt salui, non solum varias fideique & meritis congruas habent mansiones, sed sunt etiam regni cælestis hæredes. Non est autem omnium vnã & eadem hæreditas, sed est varia & multiplex, sicut mansiones. Sed perfecta est hæreditas eorum qui euadunt in virum perfectum ad imaginem Domini, id est, qui quam proxime fieri potest, accedunt ad Domini imaginem & similitudinem: Domini autem esse similem, non est intelligendum, nec in figura humana, nec in virtute diuina, sed Domino est similis, qui per gratiam est in filium adoptatus, & in amicorum numerum coaptatus, dum facit quæcumque præcepit Dominus, & in Euangelio consummatus est Christi coheres, & eorum qui per gratiã facti filij Dei, sunt Domini & Dei per participationem. Ad Domini autem maxime & proxime accedit similitudinẽ is, qui cum sit cognitione præditus, & acceptã Magistri mentem exprimit, & super tecta docens, id est, ad allegoricos & anagogicos sensus accedens, in Mystica doctrina auditores edificat, non satis habes docere, nisi quæ verbis docet ea prius factis exequatur: cõueniẽter Magistro, qui prius fecit, deinde docuit: nihil autem docuit nec præcepit quod nõ possit fieri: qui autem præcipit & docet ea quæ possunt fieri, is est plane regalis & Christianus, à Christo qui vnctus dicitur, dictus Christianus: vncti autem erant Reges & Sacerdotes. Rex autem est qui dominatur & imperat. Cum autem recens creata Deus dedisset homini vt dominaretur, & præfisset bestiis externis, Christus dedit Christianis vt bestiis dominarentur internis, nepe affectionibus, ferisque & agrestibus animi perturbationibus. Agrestibus autem & feris bestiis non dominatur nisi qui eas nouerit. Bonum enim & malum sciat oportet qui vult esse saluus: Bonum vt faciat, malum vt vitet & declinet.

declinet. *Iam vero Apostolus quoque dicens.* Pergit Clemens loqui de cognitione seu de doctrina Christiana, & de philosophia. Dicit autem Apostolum dicere Græcam philosophiam esse secundum elementa mundi, id est elementarem, vt quæ plurimum tractet de elementis & rebus huius mundi seu naturalibus. Christi autem doctrinam esse perfectam, vt quæ non tractet de elementis, sed de iis quæ elementa longe superant, nempe de Deo, & rebus diuinis. De eo autem non multa hîc dicit, quoniam superius de eo satis scripserit. Quantum autem differt Oleaster ab olea tantum differt doctrina Græca à Christiana. Quomodo autem si oleaster fuerit insertus in oleam, qui prius fuerat agrestis, is efficitur olea, & naturam exiit agrestem, ita si doctrina Græca inseratur in Christum & eius doctrinam, ea definit esse Græca & efficitur Christiana, id est vera & perfecta: Christi enim doctrina in quam inseritur est illi instar terræ ex qua producit. Sicut autem oleaster multum quidem attrahit nutrimenti, sed non concoquit, ideo enim non concoquit quod concoctricem non habeat facultatem: Ita etiam doctrina Græca, quæ nutrimenti plurimum, sed inconcoctum, habet nutrimentum: habet enim varias quibus alitur disciplinas, si per fidem inserta fuerit in Christianam doctrinam, concocto eius nutrimento à concoquente Christi doctrinæ tanquam oleæ facultate, fit bona, mitis, & perfecta doctrina, sicut insertus oleaster per pinguedinem oleæ, cui inseritur definit esse agrestis & fit bona & mitis olea. A deo vt oleastro tanquam vera olea coronentur victores in Olympicis certaminibus. Facit enim insitio bonas & generosas arbores, quæ alioqui erant inutiles. Neque id solum facit insitio, sed etiam vltimus vitem in altum extollens, efficit quod ferat vas, quæ alioqui solum tulisset labruscas. Cum autem dicant scriptores rei rusticæ quatuor modis fieri arborum insitionem, quadruplicem quoque dicit Clemens esse eorum insitionem, qui in doctrinam inseruntur Christianam. Vnus modus est quo inter lignum & corticem surculum adaptat qui inserit, eo modo inseruntur idiotæ ex Græcis seu ex gentilibus, qui catechismum suscipientes, non in profundo verbum accipiunt, sed in superficie. Alius modus inserendi est quo ligno fissõ planta in ipsum inseritur, hoc vsu venit & philosophis, quorum disiectis dogmatibus inseritur fidei veritas, & Iudæis quibus aperta veteri scriptura inseritur noua olea, id est Christi fides. Tertius modus inserendi est, cum duo surculi falce derasi vsque ad medullam, quæ tamen illæsa manet, inter se vincuntur, hoc competit hæreticis, quorum dissidentia inter se dogmata, verbi gladio incisa, rami vniuntur, & ita pertrahuntur ad veritatem. Quartus modus insitionis qui est inoculatio quam describit Clemens, non video cui satis possit quadrare. Rem itaque relinquo considerandam perspicacioribus. Quæ autem ab Apostolo dicitur fieri insitio, est quæ in Christum implantatur natura infidelis, id est credit in Christum, qui prius non credebatur, vniuersumque autem fides animæ inseritur: sanctus enim Spiritus per eam distribuitur (sunt enim varia eius dona) & varie distribuitur, & ita transplantatur sed incircumscriptè. Nam is quidem qui distribuitur Spiritus, suam habet circumscriptionem, sed ipse Spiritus non circumscribitur sed incircumscripte distribuitur, vt qui nullum certum habeat finem nec limitem. *De cognitione autem.* Pergit Clemens loqui de cognitione, quæ quomodo comprehendatur volens ostendere, citat quæ de ea dicuntur in libro sapientiæ cuiuscumque is sit liber: Solomon enim non esse arguit, quod is non sit apud Hebræos. Dicit ergo claram esse sapientiam, & quæ non marcescit, id est non consumitur nec interit: est enim æterna Dei sapientia. Facile autem posse dici cum sit aperta & manifesta, & seipsam cognoscendam exhibens iis qui ipsam diligunt, & eos qui ipsam cupiunt præueniat. Esse quidem vigilandum vt ea comparatur, sed non est laborandum nec oportet esse anxium & sollicitum: sapiens enim efficitur qui de sapientia solum cogitauerit, est enim magna pars sapientiæ velle esse sapientem, tantum autem abest vt in ea querenda laboretur, vt ipsa circumeat quærens qui se sunt digni. Sed quoniã non omnes digni sunt sapientia & cognitione, ea non datur omnibus. Qui ea autem sunt digni eam in ipsis semitis benevole apprehendunt, id est in omnibus vitæ agendæ rationibus, & institutis: facile autem ab eis apprehenditur cum ipsis occurrat in omni cognitione, id est in omni doctrina. Est enim varia & multiplex sapientia & cognitio, vt sunt variæ doctrinæ quæ ab ipsa procedunt per cogitationes, illis autem occurrens sapientia non satis habet seipsam dare dignis occurrentibus, sed addit etiam dilectionem seu charitatem, quæ est omnium virtutum perfectio, & consummatio. Per eam autem dilectionem tanquam per rationem syllogisticam vel potius demonstratiuam est in conclusione sapientia. Nam vt à prima syllogismi seu demonstrationis propositione pendet conclusio, ita à dilectione sapientiæ pendet ipsa sapientia: Ita enim contextur syllogismus; Qui diligit sapientiam habet sapientiam. Qui est dignus sapientia diligit sapientiam. Qui est dignus sapientia habet sapientiam. Ex hac autem dilectione sapientiæ veluti quibusdam gradibus peruenitur. Primus gradus est qui est verisimum principium, sapientiæ desiderium seu disciplinæ & cognitionis: secundus gradus est cura disciplinæ, seu cognitionis & scientiæ, ea est dilectio. Disciplinæ autem & scientiæ curam non gerit, nisi qui eam diligit. Non diligit autem nisi qui leges obseruat: Qui autem leges obseruat is eas attendit & eis mentem adhibet. Qui eas attendit is eas confirmat, id est firmas reddit, & stabiles: Contra autem qui leges non attendit, sed eas negligit & eis non parat, eas abrogat, & efficit vt aboleantur & omnino pereant. Sublatas autem leges sequitur rerum omnium interitus. Sunt ergo obseruandæ & confirmandæ leges vt rerum vniuersarum tollatur interitus. Ad Deum autem prope accedit vbi non est interitus. Qui autem ad Deum prope accedit, is ad regnum tollitur quod efficit sapientiæ desiderium & dilectio. Est ergo sapientia desiderium veræ disciplinæ, quæ constat propter dilectionem & cognitionem: nisi enim diligitur cognitio nequaquam disci poterit disciplina. Dilectio autem non est aliud quam obseruatio Dei mandatorum: Deum enim non diligit qui eius mandata non custodit. Sine dilectione autem haberi non potest sapientia. *Quod ergo sit apud nos veritas.* Quod apud nos sit veritas ex hoc probatur, quod cum sint generalia quibus ostenditur veritas nempe res & persona, veritatem ostendit persona, nempe Dei filius qui nos docet, & res ipsa quæ ab eo docetur, nempe fides quæ resistit, & repugnat omnibus quæ ei aduersantur: omnibus enim suis aduersariis, Tyrannis scilicet & sophistis semper euadit superior, & nec totus quidem mundus eam potest vincere. Fidei autem fundamentum constat æternis dictis & factis esse prouidentiam, quam qui negat non est verbis refellendus, sed pœnis afficiendus,

vt impius & Dei inimicus. Christianorum est institutum, vt Deum honorantes, & quod est ei gratum facientes, salutem assequantur. Nihil autem est Deo gratius, quam vt salui simus. Ipsi autem efficiemur causa nostrae salutis, cum quomodo sit paranda non à Sophistis sed à Deo didicerimus: paratur autem per bonam operationem & cognitionem. Vtramque autem nos docuit Dominus noster, cui licet vt magistro nostra sit accepta ferenda salus, cum tamen ea non accedat citra nostram operam, non est inficiandum aliquid esse situm in nostra potestate, neque à nobis esse auferendum liberum arbitrium. ^a Quamobrem haereses quoque quae sunt in barbara philosophia. Sicut in Graeca philosophia multa recte in genere & summatim dicuntur, quae ad Christianam adiuuant philosophiam, licet non accurate & sigillatim dicantur ex veritate, ita etiam in barbara philosophia quae Christum profiteretur, sunt haereses, quae summatim & in genere de Deo & Christo loquuntur, sed non exacte, nec vt de eo sigillatim loquendum est in veritate. Ex iis erant qui licet in Christum crederent, ad iustificandum tamen necessariam putabant circumcisionem, propter eos circumcidit Paulus Timotheum, ne qui erant ex lege Catechumeni à fide deficerent, se eis accommodans vt eos lucrifaceret. Scien enim non iustificare circumcisionem, cauit ne principale dogma, nempe fides excideret, Baptismique sacramentum, poenitentia, & Eucharistia, & si quae sunt alia, quae sunt principalia Christianae religionis dogmata, quae sine fide & sacramentis non potest consistere. Circumcisione autem per Christi aduentum abrogata, vt careris legis umbris & figuris, iustificatio quidem & salus est fidei tribuenda. Paulus tamen se ad Iudaeorum demittens imbecillitatem, Timotheum circumcidit, ne putaretur fides legem solvere & abrogare, cum eam perficeret, & adimpleret, vt tandem cognoscentes Iudaei nihil amplius prodesse circumcisionem, intelligerent à solo Christo pendere iustificationem & salutem, nec se oportere circumcidi, si Christum qui erat ab eis expectatus Messias, sibi vellet prodesse. Qui ita se demittit ad aliorum infirmitatem, vt tantisper inutilia permittat, dum quae sunt principalia agnoscant & amplectentur, non est is dicendus mendax. Non est enim dicendus mendax qui aliorum prouidet salutem & utilitati, ad tempus quidem permittens quae sunt inutilia, interim conseruans principalia, & eos confirmans, quorum salutis curam gerit. Neque vero in nouo solum Testamento facta est demissio, & accommodatio ad aliorum salutem, sed etiam in veteri. Nam cum Daniel sibi oblatam à rege Baltazar purpuram & torquem se accepturum negasset, eam tamen postea accepit & gestauit, vt Iudaeis à Persis afflictis succurreret, & eorum salutem prouideret: quod quidem fecit per demissionem & accommodatorem, non quod purpuram & torquem gestandum sibi esse duceret, sed vt ea gestans, ad aliorum infirmitatem se demittere & accommodare ostenderet. Non sunt ergo mendaces qui se demittunt & accommodant ad aliorum infirmitatem, vt eis profint, cum satis intelligatur eorum esse scopum & institutum vt aliis profint, ad tempus omittentes id quod est exactum & accuratum.

VII.

^a ATQUE cognitionem quidem sequitur prudentia, prudentiam autem temperantia. Dicatur enim prudentiam quidem esse diuinam cognitionem, & in ijs qui diuini sunt: temperantiam autem philosophantur esse mortalem, & in hominibus nondum sapientibus. Iam verò si virtus est diuina, & ceu ipsius cognitio: temperantia autem est veluti imperfecta prudentia prudentiam quidem desiderans, laboriosè autem operans, & non contemptans, sicut certe iustitia quae est humana, vt quid commune subicitur sanctitati, cum sit diuina iustitia. Ei enim qui est perfectus, non in ciuilibus contractibus, neque in prohibitione legis, sed ex propria actione & dilectione in Deum est iustitia. Propter multas ergo causas occultant scripturae sententiam: primum quidem, vt diligenter inquiramus, & semper vigilemus in inueniendis salutaribus orationibus. Præterea nec omnibus quidem conueniebat hominibus intelligere, ne laderentur aliter accipientes ea quae à sancto Spiritu dicta sunt salutariter. Quamobrem ijs qui sunt electi ex hominibus, & ijs qui ex fide cooptati sunt ad cognitionem, quae seruantur sancta mysteria Prophetiarum, teguntur parabolis. Scripturarum enim stylus est parabolicus. Quocirca Dominus quoque cum non esset mundanus, tanquam mundanus venit ad homines. Portauit enim omnem virtutem & hominem qui erat in mundo enutritus, ad ea quae percipiuntur intelligentia, & sunt principalia, à mundo in mundum erat sublaturus. Quamobrem scriptura utitur quoque metaphora. Est enim parabola res eiusmodi: oratio ab aliquo non proprio quidem, sed quod est simile proprio, ad id quod est verum & proprium deducens eum qui intelligit: aut vt dicunt aliqui, dictio quae per alia, ea quae proprie dicuntur ostendit cum efficacia. Iam verò vniuersa quoque oeconomia quae praedicta est à Prophetis de Domino, videtur verè parabola ijs qui veritatem non norunt, quando filium Dei qui fecit omnia, carnem suscepisse, & in utero virginis conceptum esse, quatenus fuit genita sensilis eius caruncula: consequenter autem quatenus fuit genita, passam esse & resurrexisse, vnus quidem dicit, alij verò audiunt:

audiunt: Iudaeis quidem scandalum, Graecis verò stultitiam, vt dicit Apostolus. Apertè autem scripturae ijs qui aures habent verum ostendentes, illud ipsum quod passa est caro quam suscepit Dominus, Dei virtutem & sapientiam annunciant. Postremò parabolicum scripturae genus cum sit, vt ostendimus, antiquissimum, meritò apud Prophetas maximè abundauit, vt etiam philosophos, qui erant apud Graecos, & eos qui erant apud alios barbaros sapientes, ostendat Spiritus sanctus ignorasse futurum Domini aduentum, & mysticam quae ab ipso tradenda fuit doctrinam. Merito ergo quae Dominum praedicat Prophetia, ne præter multorum dicens opiniones aliquibus videretur blasphemare, ea quae significantur figurauit vocibus, quae possint etiam ducere ad alias mentis conceptiones. Iam verò Propheta omnes qui aduentum Domini praedixerunt, & sancta quae erant cum ipso mysteria, persecutionem passi sunt, occisi sunt, sicut ipse quoque Dominus qui eis explanauit scripturas. Eius quoque familiares, qui verbum praedicauerunt, postquam ipse excessit è vita, vti sunt parabolis. Vnde etiam Petrus in praedicatione loquens de Apostolis, dicit: Nos autem cum euoluissimus libros quos habuimus Prophetarum, qui partim quidem per parabolas, partim autem per aenigmata, partim verò expressa sua autoritate & ipsis verbis Christum Iesum nominant, inuenimus eius aduentum, & mortem, & crucem, & reliqua omnia supplicia quibus eum affecerunt Iudaei, & resurrectionem, & in celos assumptionem priusquam conderentur Hierosolyma, sicut scriptum est: Haec omnia quae oportebat ipsum pati, & post ipsum ea quae erunt. Haec ergo cum agnouissimus, Deo credidimus per ea quae de ipso scripta sunt. Et paulò post rursus infert, diuina prouidentia factas esse scripturas, sic referens: Sciebamus enim Deum haec verè iussisse: & absque scriptura nihil dicimus. ^b Habet autem alias quoque quasdam proprietates sermo Hebraeus, sicut etiam vnusquisque ex reliquis, continens quandam orationem quae gētis ostendit stylum & figuram. Desinit itaque sermonem, dictionem quae gentis stylo ac figura conficitur: sed non illis sermonibus nota est Prophetia. Graecis enim quae troporum vocantur mutationes, de industria celant, deductae ad similitudinem earum quae sunt apud nos prophetiarum: verum ostenditur tropus esse voluntariae à recto declinationis, quae fit vel versu vel soluta dictione. Est quidem certè tropus, dictio transcripta à proprio ad non proprium, compositionis causa, & propter rectum usum dictionis quae est in oratione. Prophetia autem minimè utitur figuris in dictionibus, propter ornatum orationis. Eò autem quòd non sit omnium, multis modis occultat veritatem ijs solis qui sunt initiati ad cognitionem, qui veritatem quaerunt propter charitatem, lucem faciens exoriri. Dicitur autem prophetiae species prouerbiū à barbara philosophia: dicitur aliqua quoque parabola, & deinde aenigma. Quinetiam dicitur sapientia, & vt ab ea diuersum quid disciplina, & rursus sermones prudentiae, & strophae verborum, & vera iustitia, & rursus doctrina dirigendi iudicium: & astutia quae simplicibus accedit ex disciplina, & sensus & intelligentia, quae ei inditur qui est recenter imbutus catechesi. Qui hos, inquit, audiuit Prophetas, sapiens erit sapientior, gubernationem autem possidebit intelligens, & intelliget parabolam & obscuram orationem, & sapientum dicta & aenigmata. Si autem ab Hellene Iouis filio, qui fuit cognominatus Deucalion, contigit Hellenicas, id est Graecas, appellari linguas, ex temporibus quae prius diximus, facile perspici potest quot generationibus sint Hebraea voce posteriores linguae quae sunt apud Graecos. ^c Procedente autem scriptura, cum qui praedicti sunt à Propheta tropos in vnaquaque parte adnotauerimus, adducemus viuendi rationem ex cognitione, per regulam veritatis, eam sedulo & artificiosè ostendentes. At non enim quae Herma quoque in visione apparuit potestas in typo Ecclesiae, dedit librum legendum quem voluit annun-

ciari electis? Eum autem, inquit, transcripsit ad literam, cum non inueniret quomodo finiret syllabas. Significabat autem utique literam esse omnibus claram, si in nuda lectione accipiatur, & hanc esse fidem quæ obtinet locum elementorum. Quocirca quæ est ad literam lectio, suscipit etiam allegoriam. Scripturarum autem ex cognitione explicationem, fide iam proficiente assimilari ei quæ sit per syllabas lectioni accipimus. Quinetiam iubetur Esaias propheta, nouo libro accepto, in eo scribere sanctam quandam postea futuram cognitionem per scripturarum expositionem, prophetice prædicendo spiritu illam quæ eo tempore adhuc erat non scripta, propterea quod nondum cognosceretur: dictum enim fuerat ab initio ipsi solis qui intelligunt. Iam verò cum Apostolos docuerit Seruator, scriptæ non scripta iam quoque nobis traditur traditio. Ea ratione qui apud Græcos sunt eruditissimi, Mercurio, quem dicimus esse orationem, consecrant propter interpretationem, fructum mali Punici. Habet enim multas laterbras oratio. Merito ergo Moysen quoque qui assumebatur, duplicem vidit Iesus filius Naue, & unum quidem cum Angelis, alterum autem supra montes, qui dignus erat cui in conuallibus iusta fierent. Vidit autem Iesus hoc spectaculum inferius, sublatus Spiritu, unà cum Chaleb, sed non vident ambo similiter: sed hic quidem descendit citius, ut qui multum quod grauabat inferret: ille autem cum descendisset, postea narrauit gloriam quam erat contemplatus, ut qui magis quam alter posset perspicere, ut qui esset purior, significante, ut arbitror, historia non omnium esse cognitionem. Nam alij quidem corpus literarum, nempe dictiones & nomina, perinde accorpus Moysi accipiunt: alij verò sententias, & quæ à nominibus significantur perueniunt, eum qui est cum Angelis Moysen curiose inquirentes. Certè etiam ex ipsi qui ipsum Dominum inuocabant, multi quidem dicebant, Fili David miserere mei: pauci autem cognoscebant Filium Dei sicut Petrus, quem etiam beatum pronunciauit, quoniam ei caro & sanguis non reuelauit veritatem, sed pater eius qui est in cælis: significans eum qui est cognitione præditus, non per eius carnem quæ fuit gestata in utero, sed per ipsam paternam potentiam cognoscere filium Omnipotentis. Non solum autem ipsi qui tantummodo incidunt, est ad eum difficilis inquisitio veritatis: sed eorum etiam quorum est propria scientia, ne his quidem totam simul aceruatim dari contemplationem docet Moysi historia, donec sicut Hebræi gloriam Moysi auersis oculis aspicere soliti, & sancti Israël Angelorum visiones: ita nos quoque obiectum veritatis splendorem possumus intueri. Nobis autem cursim exponatur exemplum ad declarandam cognitionem, Decalogus. Et quod sacer quidem sit Denarius, superuacaneum est nunc dicere. Sin autem tabula scriptæ opus Dei, inuenientur naturale ostendere opificium. Digitus autem Dei intelligitur Dei potentia, per quam efficitur creatio celi & terræ: quorum amborum intelligentur tabula esse signa. Nam Dei quidem scriptura & formatio in subiecta tabula est mundi creatio. Decalogus autem, in imagine quidem cælesti, continet Solem & Lunam, astra, nubes, lucem, Spiritum, aquam, aërem, tenebras, ignem: hic est celi naturalis Decalogus. Terræ autem imago continet homines, pecora, reptilia, bestias, & ex aquatilibus pisces & cete: & rursus similiter ex volucribus, & quæ sunt carniuoræ, & quæ miti ac mansueto utuntur cibo: & ex plantis similiter, & quæ sunt fertiles, & quæ steriles: hic est terra naturalis Decalogus. Porro autem arca quæ hæc continebat, fuerit rerum diuinarum & humanarum cognitio & sapientia. Fortasse autem fuerint hæc duæ tabulae, Prophetia duorum testamentorum. Mystice autem fuerunt renouata, cum simul abundaret ignoratio & peccatum. Dupliciter autem, ut videtur, scribuntur præcepta duplicibus Spiritibus, nempe

Matth. 15.
Ibidem 16.

nempe & principali, & eo qui subicitur: quoniam caro concupiscit aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem. Est autem in ipso quoque homine quidam denarius: quinque sensus, & vocis edendæ facultas, & vis seminaria, & hic quoque octauus qui fuit in formatione Spiritus: nona est facultas animæ quæ tenet principatum, quæ etiam dicitur principalis: & decima est sancti Spiritus quæ per fidem accedit, formam & charactèrem tribuens proprietatis. Ad hæc accedit, quod decem quibusdam hominis partibus videtur lex imperare, visui, & auditui, & odoratui, tactui, & gustui, & instrumentis eorum administris, quæ sunt duplicia, nempe manibus & pedibus: hæc est enim formatio hominis. Ingreditur autem anima, & etiam prius ingreditur principalis facultas qua ratiocinamur, quæ non generatur per deiectionem seminis, ut etiam absque ea numerus decimus colligatur, per quæ uniuersa actio hominis perficitur ordine. Nam cum primum est homo genitus, accipit initium vitæ à patribus: ratiocinandi ergo facultatem & eam quæ est principalis, dicimus esse animali causam constitutionis: quinetiam hanc partem expertem rationis, & fieri animatam, & esse eius partem. Iam vitalem quidem facultatem, qua continetur vis nutriendi & augendi, & ut in summa dicam, mouendi, sortitus est Spiritus carnalis, qui & motu est facillimus, & quoquo versus per sensus & reliquum corpus procedit, & per corpus primum patitur. Principalis autem animæ facultas habet liberam eligendi facultatem, in qua existit inquisitio, disciplina, & cognitio. Verum enim uero ordinata est uniuersorum relatio ad unam principalem facultatem, & propter illam & uiuit homo, & certo modo uiuit. Per corporeum itaque Spiritum homo sentit, concupiscit, latetur, irascitur, alitur, augetur: quinetiam per eum ad actiones aggreditur, conuenienter ei quod mens cogitarit & conceperit: postquam autem uicerit cupiditates, regnat principalis facultas. Illud ergo, Non concupisces: non seruias, inquit, carnali spiritui, sed ei imperabis, quoniam caro concupiscit aduersus Spiritum & insurgit ut se turpiter & indecore gerat præter naturam: & Spiritus aduersus carnem obtinet imperium, ad hoc ut homo vitam transigat secundum naturam. Num ergo merito dictus est homo factus esse ad Dei imaginem, non quod attinet ad figuram constructionis, sed quoniam Deus quidem ratione omnia architectatur: homo autem qui euaserit cognitione præditus, ratiocinandi facultate bonas & honestas peragit actiones. Merito ergo duæ tabulae duobus spiritibus data præcepta, & ei qui est formatus, & ei qui est principalis, quæ ante legem tradita fuerunt, dictæ sunt significare, & sensuum motus expriment per cogitationem, & manifestant per eam quæ est ex corpore operationem: est enim ex ambobus comprehensio. Et rursus, ut se habet sensus ad sensibile, ita intelligentia ad id quod ea comprehenditur. Sunt autem duplices quoque actiones, aliæ quidem per mentis agitationem ac conceptionem, aliæ verò per operationem.

COMMENTARIVS.

• ATQUE cognitionem quidem sequitur prudentia. Antea ostendit scripturam esse mysticam, & occultam, & ideo esse obscuram, nunc autem affert causas cur eam obscuram esse oporteat. Prima est, ut laboremus & vigilemus, & quæ sunt salutaria diligenter inquiramus: negliguntur enim quæ sunt facilia ut cuiusuis communia. Secunda quod non expediat scripturam ab omnibus intelligi, ne sæpe læderentur lectores, & arcana & mystica sensa à sancto Spiritu profecta se intelligere falso putantes, errorem amplecterentur pro veritate. Scripturarum itaque arcana mysteria, ne omnes ad ea temere irrumperent & quæ sunt intelligenda non intelligerent, sunt opera parabolis: ipse quoque Christus, cum licet non esset mundanus venit in mundum, & nascendo & patiendo, moriendo, resurgendo & in cælos ascendendo veluti quandam exhibuit parabolam. Totius itaque scripturæ est veluti stylus parabolicus. Constat autem parabola ex metaphoris, ab iis quæ non sunt vera & propria ad vera & propria deducens, & per alia ea quæ proprie dicuntur ostendens cum efficacia. Ideo autem parabola dicitur ad proprium, quod licet id ex quo constat non sit proprium, est tamen simile proprio. Porro autem uniuersa carnis à Christo susceptæ historia quæ à Græcis dicitur œconomia, iis qui non norunt veritatem nempe infidelibus videtur parabola, cum tamen sit res vera & verè gesta, quantumuis offendantur qui in Deum hominem nasci & pati non admittant, & Græci stultum putent eundem esse

Galat. 3.

Hic locus est corruptus.

Deum & hominem, & mortem esse perpessum qui fecit omnia, nec intelligant, id ipsum quod passus est caro, esse Dei virtutem & sapientiam, quam scriptura aperte annunciant. Hoc dicendi genere parabolico, quod fuit omnium antiquissimum vti sunt prophetae qui Christum praedicauerunt, ne multa dicentes praeter hominum opinionem, viderentur blasphemare. Fuerunt autem ij quoque passi, sicut Dominus, qui eis explicauit scripturas. Eodem dicendi genere parabolico vti sunt etiam eius familiares, Apostoli scilicet & discipuli, postquam excessit e vita. De quo citat Clemens Petri testimonium libro de eius praedicatione, qui licet sit apocriphus, ab eo tamen saepe citatur tanquam authenticus. Quod autem in loco quem Graece scribit *πρὸ τῆς κλιμαῖας ἱεροσόλυμα* existimo esse legendum *πρὸ τῆς ἁγίας ἱεροσόλυμα*, id est antequam capta esset Hierosolyma, nempe a Romanis Tito & Vespasiano ducibus. *Habet autem alias quoque quasdam proprietates.* Vniuersiusque gentis lingua suam habet phrasim ac proprietatem: cum autem sacra scriptura sit Hebraice scripta, sciendum est eius linguae proprietatem esse a ceterarum linguarum proprietatibus diuersam. Proprietates autem illae sermones vocantur qui suae gentis habent proprios tropos & figuras, quae adhibentur ad componendam & exornandam orationem. Prophetia autem nullo alio sermone aptius traditur, quam Hebraeo, qui figuras in oratione non adhibet ad eam ornandam, sed ad explicandam veritatem, quam tamen multis modis occultat, ut quae velit suam lucem iis demum exoriri qui sunt initiati ad cognitionem, & quaerunt veritatem, propter charitatem Dei scilicet dilectionem. In barbara autem, nempe Hebraea philosophia sunt multae species prophetiae, quarum meminit Solomon in Proverbis. Ex sunt parabola, aenigma, sapientia, disciplina, sermones, prudentia, strophae verborum, vera iustitia, doctrina, dirigendi iudicium, astutia, sensus & intelligentia. Earum tantum nomina dicit Solomon, sed definitiones & exempla tradit Hieronymus in Commentariis in ea prouerbia. Est autem lingua Hebraea longe antiquior Graeca, quae dicta est Hellenica, ab Hellene Iouis filio cognominato Deucalione, qui fuit Hebraeorum temporibus longe posterior, ut videre licet in primo Stromate. *Procedente autem scriptura, cum qui praedicti sunt a Propheta.* Cum in vnaquaque parte scripturae adnotarit Clemens tropos qui praedicti sunt a Propheta, dicit se sedulo & diligenter ostensurum viuendi rationem ex cognitione per regulam veritatis, id est quomodo sit viuendum ex praecipis quae cognoscuntur ex scientia Dei per regulam veritatis quae actiones nostras ad Deum dirigit, nos abducens a fallaciis huius mundi. Quod sit autem duplex scripturae sensus nempe literalis & allegoricus, ostendit testimonio Hermae, apud quem potestas in typo Ecclesiae dedit ei librum legendum quem voluit annunciari electis. Is liber fuit ab Hermo transcriptus ad literam, cum non inueniret quomodo essent finiendae syllabae, id est cum nesciret quomodo per literarum comprehensionem effectae syllabae efficerent dictionem. Ea transcriptio ad literam significat sensum literalem, qui est clarus omnibus si sola & nuda spectetur lectio. In eo literali scripturae sensu sita est fides, quae est inlar elementorum, quae per dictiones ex syllabis compositas perfectam constituunt orationem. Sensus autem literalis suscipit sensum allegoricum quasi syllabicum, ex quo, fide quae a nudo literali sensu incipit proficiente, accipitur explicatio scripturarum ex cognitione seu scientia, quae efficit ut non satis sit nuda & simpliciter credere, nisi verbi Dei rationes & causas intelligamus quantum licet homini. Ea assimilatur syllabicae lectioni quae est literali difficilius. De hoc autem Hermo cum satis antea dixerimus, non est quod ea ipsa frustra rursus repetamus. Quod autem iubetur Esaias in libro nouo scribere, id intelligit Clemens de illa Dei cognitione, quae futura erat in Christi aduentu ex scripturarum explicatione, quam praedicebat Spiritus. Noua autem erat ut quae nondum esset scripta, & intelligeretur ab iis solis qui intelligunt, nempe a Prophetis qui dicuntur videntes & intelligentes. Quae autem olim non erat scripta, nec cognoscebatur nisi praediceretur spiritu a Prophetis, eam postquam Christus Seruator cum aduenisset docuit Apostolos, non solum fuit scripta, quae non erat scripta, sed scripta quoque tradita sunt traditiones. Nam & quae scripta sunt opus habent interpretatione, & scripturarum traditionum sunt non scriptae traditiones, a scriptis quidem non diuersae, sed ad earum pertinentes intelligentiam. Huius rei Clemens hanc asserit causam, quod in iis quae scribuntur & dicuntur multa laet non intellecta nisi fuerint explicata. Quae autem in Oratione multa sunt latebrae, ostendunt apud Graecos eruditissimi, quos tamen non nominat Clemens, qui Mercurio praesidi eloquentiae consecrarunt malum punicum. Quod autem Iesus Naue filius quem Iosue dicimus, Mosem cum assumeretur id est moreretur viderit duplicem, vnum cum Angelis, alterum supra montes, nusquam est in sacris. Tantum in Deuteronomio legitur, Mosem a Deo iussu esse mori in monte Tabari: mortuum autem a Deo fuisse sepultum scilicet per Angelos, neque quenquam scire vbi sit sepultus. Sed est verisimile id sumpsisse Clementem ex libris apocryphis, ex quibus sumpsit etiam Iudas in Epistola, Angelum Dei Michael cum Satana pugnasse, qui corpus Mosi volebat esse in propatulo, ut prouocarentur Iudaei ad idololatriam propter summam tanti viri sanctitatem. Ex hac autem qua narrat Clemens historia, colligitur non omnium esse cognitionem, alij enim accipiunt tantum nomina & dictiones, tanquam corpus Mosi: alij autem non nomina & dictiones sed ipsas sententias & ea quae significantur per dictiones, nempe ipsum Mosem qui assumptus est apud Angelos. Is demum autem Mosi veram habet cognitionem, qui ipsum nouit Mosem non qui nomen eius: sed neque omnes Christum norant qui eum inuocabant, multi cum vocabant filium David, pauci autem filium Dei, sicut Petrus qui ab ipso Christo dictus est beatus, quod eius cognitionem accepisset reuelatam a Patre qui est in caelis. Christum verum non nouit qui eum solum nouit quod attinet ad carnem & humanitatem: is demum veram habet cognitionem Christi, qui eum nouit esse Deum. Non enim per carnem in utero portatam, sed per paternam potentiam cognoscitur filius Dei omnipotentis. Non facile acquirit veritatem qui in eam leuiter incidit, sed nec is qui est scientia praeditus totam simul Dei gloriam potest contemplari, nisi obiectum veritatis splendorem possit intueri, sicut Hebraei gloriam Mosi fixis oculis assuefacti conspicerent, & sancti Israelitae Angelorum visiones. *Nobis autem cursim exponatur exemplum.* Cum paulo ante dixisset de typis & figuris orationis, dixit se esse tractaturum de cognitione: ad eam autem declarandam primum se dicit cursim expositurum decalogum, veluti quoddam exemplum cognitionis. Cum autem dicatur decalogus oratio decem continens, vt

Deuter. 20. & 24.

mens, vt melius intelligeretur quid sit decalogus, erat danda eius etymologia, quod ea scilicet dicatur a decem quod est decem, & λόγος quod est oratio, vt ex ea intelligatur decalogum esse orationem quae decem continet. Cum autem decem sit numerus, occurrebat dicendum quisnam numerus sit decem. Et dici quidem poterat denarium esse complementum & finem numerorum, vltra quem nec ingenium, nec ratio aliqua excogitauit: nec enim datur vltior. Poterat etiam dici hunc numerum esse sacrum, quod & in veteri Testamento eo numero datae sint praecipua legis, & in nouo aliquot parabolas eo numero praedicas Christus populo dederit: ideo hic numerus dictus est sacer. Sed cum id sit omnibus satis notum, plura dicere quod sit sacer censet Clemens esse superuacaneum. Ex hoc sacro numero nepe denario constat aliquot decalogi, nempe orationes quae consistunt ex decem. Primum quidem duo decalogi qui sunt naturales, sunt decalogus Caeli, & decalogus Terrae: sunt autem vterque veluti tabulae digito Dei scriptae, is autem Dei digitus est ipsa Dei potentia. Eo autem Dei digito scripta sunt signa decem in caelo & totidem in terra, quae significant creationem. In caelo a Deo creatae sunt signa & imagines Sol, Luna, astra, nubes, lux, spiritus, aqua, aer, tenebrae, ignis. Hic est in caelo naturalis decalogus qui non est aliquo humano factus artificio, cum ipse Deus mundum sit architectatus. Habet etiam terra sua signa & imagines non humano artificio factas, sed naturaliter a Deo creatas, homines, pecora, reptilia, bestias, pisces, cetes, aues carniuoras, aues cicures, plantas fertiles, plantas steriles. Earum autem nonnullae sunt adeo diuersae inter se species, vt videantur inter se nullam habere affinitatem: quo fit vt duae censentur species, quae sunt vnae. Ita & aues carniuorae aliae sunt a cicuribus, & plantae fertiles a sterilibus. Hic quoque est terrae naturalis decalogus, vt qui non ab homine sed a Deo sit constitutus. Hos autem caeli & terrae naturales decalogos continebant duae tabulae, quae erant intra Testamenti arcam, quae est cognitio & sapientia rerum diuinarum & humanarum. Nec fortasse falleret qui dixerit, duas illas decalogi Tabulas significare diuina & veteris & noui Testamenti responsa seu eloquia. Quod autem legitur in Exodo post adoratum aureum vitulum, & introductam idololatriam, quod est peccatum maximum & summa ignorantia, duas illas tabulas a Mose fuisse fractas & resectas, mystice significat cum abundat ignorantia & peccatum renouandas esse duas tabulas, id est cognoscendam esse culpam & ad legis imperium esse redeundum. Cum sit autem in homine duplex Spiritus, & Spiritus principalis qui est ratio quae tenet principatum, & Spiritus qui subicitur & seruit nempe Spiritus carnis, dupliciter scribuntur legis praecipua, vt scilicet intelligat principalis Spiritus, esse sibi in carnem seu Spiritum carnis obtinendum imperium: Caro vero seu Spiritus carnis esse sibi parendum. Concupiscit quidem caro aduersus Spiritum, sed aequum est vt ratio regat & frenet cupiditates. Porro autem cum dixisset Clemens caeli & terrae esse decachordum naturalem, dicit in ipso homine qui est veluti paruus mundus, esse quendam denarium numerum, nempe quinque sensus, visum, auditum, odoratum, tactum & gustum; facultatem edendi vocem & loquendi (est enim vox veluti quaedam materia sermonis, & sermo vox quaedam distincta & articulata) vimque & potestatem emittendi seminis ad generationem Spirituum qui est in formatione hominis. Is est autem non Spiritus principalis qui ad informandum hominem caelitus a Deo immittitur, sed cum semine in naturae agrum nempe matricem immittitur; facultatem animae quae tenet principatum, & ideo dicitur principalis, vt quae teneat, cum ei caro seruiat seu Spiritus carnalis; & Spiritum sanctum, qui est proprietates quaedam per fidem ad hominem, & fidelis hominis ei tribuens formam & characterem. Sunt ergo in homine tres spiritus, & spiritus qui in formatione seu conceptione hominis cum semine emittitur, & Spiritus principalis qui a Deo caelitus immittitur, & Spiritus sanctus qui per fidem fidei datur. Praeter has autem decem enumeratas partes quae sunt in homine, lex etiam imperat quinque sensibus, & instrumentis duplicibus quae eis ministrant: Ea autem sunt pedes & manus, & in illis quidem partibus consistit terrena hominis forma. Ante earum autem partium formationem hominem ingreditur anima simul cum semine, fetum augens & nutriens, sed ante illam quae cum semine deicitur animam, primum subit hominem principalis illa facultas a Deo infusa, quae in homine imperium obtinet, sensuique dominatur & cupiditati, & est praedita vi rationis. Illa autem in generatione hominis non simul deicitur cum semine, sed a Deo infunditur cum sit eius origo caelestis. Sed anima illa, quae cum semine deicitur enumeratur inter partes hominis, ex quibus efficitur vniuersa actio: sed principalis illa animae qua ratiocinatur facultas, non enumeratur inter decem illas hominis partes, quibus ordine perficitur actio, quae quidem sunt omnes patibiles. Ab iis autem homo cum primum est genitus accipit initium vitae, non eius quidem quae est praedita ratione quae procedit a principali facultate, sed eius quae motum habet, & sensum a patibilibus. Principalis autem illa animae facultas non est ex patibilibus, sed ex iis quae cadunt sub intelligentia: Ea autem est causa constitutionis hominis. Nam quae cumque alia sint in homine, homo non est qui caret ratione, licet ex partes quae carent ratione sint animatae & sint partes hominis, quatenus homo constat ex partibus. Huius principalis animae facultatis, non est propria facultas vitalis, qua nutrimur, augemur, & mouemur, sed est propria Spiritus carnalis, ex quo a Paulo dicuntur animales, qui non principali animae facultati, sed carni seruiunt. Is autem carnalis Spiritus per totum corpus & omnes sensus in omnem partem facile mouetur. Per corpus autem facile patitur pro delictis, postquam excederit longe grauiora passurus. Principalis ergo animae facultatis non est proprium nutrire, augere, & mouere, sed quod est bonum libere eligere, inquirere, quae docetur discere & habere cognitionem. Cum autem principalis illa animae facultas sit hominis naturae propria, quae cumque ab homine fiunt ad ea sunt referenda. Cum autem scriptum sit Deum fecisse hominem ad sua imaginem, hoc scriptum esse dicit Clemens, non quod figurae Dei fabricae & constructionis homo sit similis: Corporei enim & incorporei quae non potest esse similitudo, cum nec incorporei vlla dicatur esse fabrica: sed quod vt Deus rationis, id est essentialis sui verbi imperio (dixit enim & facta sunt) omnia creauit, ita homo qui ad Dei veram peruenit cognitionem, non ratione & verbo essentiali, quod est solius Dei, sed mente & principali illa animae potestate quae in eo obrinet principatum, bonas & honestas facit operationes. Essentialem autem illam rationem qua Deus creat & fabricatur omnia, vocat Clemens λόγος: principalem autem animae potestatem qua Deus carnali seu corporali imperans spiritui bonas & honestas exequitur actiones, non λόγος sed λογισμὸν: ita essentialiam distinguens a potestate. Porro autem cum sint in homine duo spiritus, & is qui est formatus seu creatus,

Hebr.

is est autem qui cum semine dei dicitur in verum, & is qui est principalis, id est qui in homine tener principatum, & à Deo in hominem cœlitus demittitur. Duæ illæ decalogi tabulæ significant utrique spiritui data præcepta, ut carnalis spiritus intelligat esse sibi parendum, principalis autem imperandum. Fuerunt autem hæc præcepta etiam ante legem scriptam, ut quæ scripta essent lege naturæ, non in tabulis lapideis, sed in cordibus. Exprimunt autem hæc præcepta sensuum motus per cogitationem & operationem: Ut cum intellexerimus & cogitando & operando peccare sensus, ab iis enim maxima ex parte peccata profluunt, ab utrisque caueamus, ab utrisque enim comprehenduntur peccata, à cogitatione scilicet & operatione: ex anima autem est cogitatio, ex corpore operatio. Ut se habet autem sensus ad sensibile, ita intelligentia ad id quod cadit sub intelligentiam, non sentit sensus id quod cadit sub intelligentiam, nec intelligentia quod cadit sub sensum: Est ergo Deus mente colendus ut qui sub totam cadat intelligentiam, non est autem colendus ut sensibilis cum non possit sensu percipi. Quamuis autem sit corporis propria operatio, mentis autem contemplatio, tamen etiam suam actionem habet cogitatio & mentis conceptio, quam tanquam patientia suscipiunt quæ cogitantur & mente concipiuntur.

VIII ET ² primum quidem præceptum decalogi ostendit unum solum esse Deum omnipotentem, qui populum transtulit ex Ægypto per solitudinem in terram patriam, ut per diuinas quidem operationes comprehenderent ut poterant eius potentiam: ab eorum autem quæ sunt genita abstinerent idololatria, omnem spem habentes in Deo qui est ex veritate. Secunda autem oratio significabat non oportere assumere, neque inferre magnam & omni veneratione dignam eius potentiam, quæ quidem est nomen (huius enim solummodo discendi multi sunt adhuc capaces) neque transferre eius nuncupationem ad res genitas & inanes, quas quidem fecerunt homines artifices: in his autem is qui est non ponitur. In identitate enim ingenita, qui est, est ipse solus. Tertia autem est oratio quæ significat mundum à Deo esse factum: & dedisse nobis septimum diem ad quiescendum, propter eam quæ est in vita afflictionem, & malorum perpeffionem. Decus enim est indefessus, & impatibilis, & qui nullius indiget: quiete autem indigemus nos, qui carnem gestamus. Septimus ergo dies prædicatur quies, abstinentia à malis, præparans illum primarium & ex quo cuncta sunt orta diem, qui est verè nostra quies, qui quidem quoque prima est reuera lucis generatio, in qua omnia simul & cernuntur & possidentur. Ex hoc die prima sapientia & cognitio nos illuminat: lux enim veritatis, lux vera, umbræ expers, qui citra diuisionem diuiditur, Spiritus Domini in eos qui sunt per fidem sanctificati, qui est instar luminaris ad eorum quæ sunt agnitionem. Eum ergo sequentes, per totam vitam reddimur impatibiles: id autem est quiescere. Quocirca Solomon quoque ante celum & terram & omnia quæ sunt, omnipotenti dicit genitam fuisse sapientiam, cuius participatio quæ est per virtutem, non dico per essentiam, docet eos qui hic fuerint rerum diuinarum & humanarum habere scientiam via comprehensionis. Hæc quoque sunt obiter reuocanda in memoriam, quoniam de septenario & octonario ingressa est oratio. Qui est enim octonarius, videtur esse omnino propriè septenarius: septenarius autem aperte senarius, & hic quidem propriè esse Sabbatum. Septenarius autem operarius, nam & mundi ortus finitur in sex diebus, & motus Solis qui fit à conuersionibus ad conuersiones seu ab uno tropico ad alterum, perficitur in sex mensibus, per quem partim quidem cadunt folia, partim verò planta pullulant, & seminum fiunt perfectiones. Aiunt autem fetum perfectè absolui mense sexto, hoc est, centum & octoginta duobus diebus & dimidio, ut scribit Polybius quidem medicus in libro de Octomestribus. Aristoteles autem Philosophus in libro de Natura, & Pythagoræ, hinc ut arbitror, ex mundi ortu ex sententia Prophetæ numerum senarium perfectum existimant, & eum appellant μεσοτὸν & γάμος μεσοτὸν quidem, id est, medirectum, quod sit medium recti, hoc est, decem & duorum: videtur enim ex æquo abesse ab ambobus: γάμος autem, id est, coniugium: nam ut coniugium generat ex masculo & femina, ita sex ex impari quidem ternario qui dicitur masculus, ex pari autem, nempe binario, qui femina existimatur, gignitur:

gignitur: bis enim tria sunt sex. Tot rursus sunt motus maximè generales, per quos fertur omnis generatio, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, ante, pone. Merito ergo numerum septenarium existimant esse sine matre & sine prole, Sabbatum interpretantes, & speciem quietis dicentes allegoricè, in qua nec uxores ducunt, nec nubunt amplius. Neque enim ex numero aliquo ad aliquem sumentibus fit septenarius, neque ad aliquem sumptus, facit alium ex iis qui sunt intra duodenarium. Octonarium autem cubum appellant, cum septem errantibus inerrantem sphaeram connumerantes, per quas fit magnus annus, veluti quædam periodus remunerationis eorum quæ sunt promissa. Ea ratione cum Dominus quartus in montem ascendisset, fit sextus, & spirituali luce illuminatur, nudata quæ à se proficiscitur virtute, quantum videri poterat ab iis qui electi fuerant ut viderent, per septimam vocem prædicatus filius Dei, ut ipsi quidem quiescerent, qui de ipso erant persuasi, ipse verò per generationem quam significauit senarius, cum esset insignis octonarius, appareret Deus in caruncula, ostendens potentiam qui numerabatur quidem ut homo, ce-
¹⁰ labatur autem quisnam esset. Nam in numerorum quidem ordinem refertur senarius: elementorum autem consequentia ea nota facit quæ non scribitur. Hic in ipsis quidem numeris seruetur ordine unaquæque unitas usque ad septenarium & octonarium. In ordine autem elementorum fit intra sextum, & n̄ septimū. Cum processisset autē nescio quomodo nota in scriptura, si sic quidem sequitur, fit septenarius quidem sextus, octonarius verò septimus. Quocirca etiam sexto dicitur homo fuisse factus, qui fuit fidelis, sexto inquam qui est notula, ut Dominicæ hereditatis quietem protinus acciperet. Tale quid ostendit
²⁰ hora sexta salutaris œconomia, qua homo fuit cōsummatus. Iam verò ipsorum quidem octo, media sunt septem: septem autem videntur habere sex spatia. Alia est enim illa ratio quando septenarius glorificauerit octonarium, & cœli cœlis enarrant gloriam Dei. Figura autem eorum sensibiles, sunt elementa quæ sunt apud nos vocalia. Sic etiam ipse Dominus dictus est α & ω, principium & finis, per quem omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Non ergo, sicut quidam Dei quietem existimant, cessauit Deus facere. Nam cum sit bonus, si cessarit unquam benefacere, Deus quoque esse cessabit, quod nefas quidem est dicere. Quiescere ergo, est ordinasse ut seruaretur citra ullam transgressionem in omne tempus ordo eorum quæ facta sunt, & fecisse, ut unaquæque creatura cessaret à veteri confusione. Quæ enim diuersis diebus fuerunt creationes, maxime acceptæ sunt consequentia, utpote quod omnia quæ facta sunt, quæ simul creata sunt cum cogitatione, honorem habitura sunt ex eo quod antiquius, nec sit futura par eorum aestimatio, neque voce fuisset declaratus vniuscuiusque ortus, si acruatim & omnia simul fecisse, dicta esset creatio. Oportebat ergo aliquid primum quoque nominasse. Propterea ergo prima propheticè dicta sunt, cum omnia simul potestate facta sunt ex una essentia. Est enim una, ut opinor, Dei voluntas in una identitate. Quomodo autem in tempore facta fuerit creatio, cum si una cum iis quæ sunt, tempus quoque factum fuerit. Iam verò etiam in septenariis totus mundus circumagitur omnium quæ & viua gignuntur & quæ nascuntur. Septem quidem sunt quorum est maxima potentia, primogeniti Angelorum principes. Porro autem Mathematici quoque dicunt esse septem stellas errantes quæ terram administrant, à quibus Chaldæi omnia existimant per consensum quæ ad mortalem vitam pertinent fieri: quo fit ut etiam de futuris quædam promittant dicere. Ex inerrantibus autem septem quidem sunt Pleiades. Vrsa autem constant ex septem stellis, per quas & agricultura exercetur, & nauigatur. Luna autem septimo quoque die transfiguratur. Et in prima quidem hebdomada, est dimidia sui parte cæsa: in secunda autem plena: in tertia autem, ab occasu rursus est dimidia sui parte cæsa: & quarta, non apparet. Quinetiam ipsa quoque, sicut

tradit Seleucus Mathematicus, figuram mutat septies. Ex obscura enim & non apparente fit cornuta lunula. Perinde dimidia sui parte caesa: deinde ἀμφικύρτος, id est, concaua, ac gibbosa & plena: & rursus occidendo concaua & gibbosa, & similiter sui dimidia parte caesa, & cornuta lunula.

Septem nostra tonis pulchros Lyra perfonet hymnos, scribit quidam Poëta non ignobilis, docens veterem Lyram habuisse septem tonos. Sunt etiam in nostra facie septem instrumenta sensuum: duo quidem oculorum, duo autem meatus auditus, duo autem narium, & oris septimum. Et tatum quoque mutationes fieri per septenarium elegie Solonis significant hoc modo:

Infans septenos postquam compleuerit annos,
 Producti dentes vallus ut oris erunt.
 Postquam septem alios Deus huic concesserit annos,
 Fit pubes, seménque huic genitale datur.
 Verùm septem alios postquam compleuerit annos,
 Denfa leges barbæ contegit orta genas.
 Additus est illi cum septenarius alter,
 Vir tum virtutis fortia signa dabit.
 Sed monct adueniens vxorem ducere quintus,
 Posteritatis & hunc tunc meminisse suæ.
 Solers ingenium, firma & prudentia sexto est,
 Stulta nec hoc deinceps facta videre iuuat.
 Septimus accessit cum septenarius, atque
 Octauus, lingua pollet & ingenio.
 Nono aliquid possunt, sed iam minuuntur in illo
 Vires, quibus peragunt fortia facta viri.
 Sed decimus cum alios septem perfecit annos,
 Maturam mortem trititia fata dabunt.

Rursus in morbis dies criticus, id est, ferens iudicium, est septimus & quartusdecimus, in quibus decernat natura aduersus causas morbi efficientes. Alia eiusmodi innumerabilia adducit Hermippus Berytius in libro de septenario. Apertè autem mysticam de septenario & octonario rationem, iis qui cognoscunt, tradit beatus David sic psallens: Anni nostri sicut aranea meditantur. Dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Sin autem in potentatibus octoginta anni. Id autem fuerit nos regnare. Ut ergo discamus mundum esse genitum, non autem in tempore Deum facere existimemus, subiunxit Prophetia: Hic est liber generationis, & eorum quæ sunt in ipsis, quando facta sunt, quo die Deus fecit cælum & terram. Illud enim, quando facta sunt, enunciationem significat indiffinitam & expertem temporis. Hoc autem, Quo die fecit Deus, hoc est, in quo & per quem fecit omnia, & sine quo factum est nihil, significat eam quæ per filium fit operationem, quem dicit David, Hic est dies quem fecit Dominus, exultemus & letemur in ea, hoc est, per eam quæ per ipsum tradita est cognitionem, diuinis fruamur epulis. Dies enim dictum est verbum quod occulta illuminat, & per quod in lucem & ad generationem accessit unaquæque creatura. Et in summa, decalogus per elementum id est, significat nomen beatum, Iesum qui est verbum, ostendens. Quinta autem deinceps sequitur oratio, de honore patris & matris. Deum autem apertè dicit patrem & Dominum: quocirca eos etiam qui ipsum agnouerunt, appellat filios & Deos. Dominus ergo & pater est, qui est Creator omnium: mater autem non, ut quidam existimant, est substantia ex qua sumus geniti, ne-

¶ sal. 89.

¶ sal. 117.

Decem scribitur per Iesum, quæ est prima littera nominis Iesu.

geniti, neque, ut aliqui exposuerunt, ecclesia, sed diuina cognitio & sapientia, ut dicit Solomon, iustorum matrem appellans sapientiam, & est propter se eligenda. Et rursus, quicquid est bonum & honestum, à Deo per filium cognoscitur. Eam consequitur oratio de adulterio. Est autem adulterium, si quis relicta ecclesiastica, & vera cognitione, & de Deo persuasione, accedat ad falsam quæ non conuenit opinionem, aut in Deos referens aliquid ex iis quæ sunt genita, & alicuius ex iis quæ non sunt simulachrum aliquod constituens, ad transiliendum cognitionem, vel potius ab ea desiliendum. Ab eo autem qui est cognitione præditus, aliena est falsa opinio, sicut vera est ei coniuncta & familiaris. Quocirca præclarus quoque Apostolus unam fornicationis speciem vocat idololatriam consequenter Propheta qui dicit: Mœchatus est cum ligno & lapide. Ligno dixit, Pater meus es tu: & lapidi, tu me genuisti. Deinde quæ est de eade consequitur oratio. Est autem cædes firma ac constans ablatio. Veram ergo de Deo & eius aternitate orationem qui vult auferre, ut falsum inserat, dicens vel uniuersum nulla regi prouidentia, vel mundum esse ingenitum, vel negans aliquid ex iis quæ sunt firma ac stabilia in vera doctrina, is est perniciosissimus. Post hanc autem est oratio de furto. Quomodo ergo qui aliena furatur, cum magnam faciat iniuriam, in ea quæ meretur mala merito incidit: ita qui diuina opera sibi vendicat per fingendi vel pingendi artem, & dicens se esse effectorem animantium & plantarum: & similiter qui veram imitantur philosophiam, sunt fures: siue fuerit quis agricola, vel pater filij, seu minister deiectiois seminum. Deus autem præbens omnium augmentum & perfectionem, adducit ea quæ gignuntur ad id quod est secundum naturam. Plurimi autem, unà cum Philosophis, augmenta & mutationes tribuunt astris principaliter, quod in se est, uniuersorum patrem priuantes sua indefessa & inexhausta potentia. Elementa autem & astra, hoc est, potestates quæ administrant, iussa sunt ea exequi quæ pertinent ad diuinam œconomiam, eaque parent, & aguntur ab iis quæ sunt eis imperata, quò ea duxerit verbum Domini: quandoquidem diuina inest potentia ut omnia occultè operetur. Qui ergo dixerit se aliquid excogitasse vel fecisse ex iis quæ pertinent ad creationem, impij & nefarij incepti pœnas dabit. Decima autem oratio est de omnibus cupiditatibus. Quomodo ergo qui concupiscit ea quæ non decet, cogitur reddere rationem: eodem modo non permittitur res falsas concupiscere, neque existimare, ex iis quæ sunt in generatione, animata quidem per se posse, inanima autem omnino non posse salutem dare vel ledere. Et si quis dicat antidotum non posse mederi, & cicutam interimere, latenter callido decipit sophismate. Nihil enim ex iis operatur absque eo qui herba & medicamento vititur, sicut nec securis absque eo qui scindit, neque serra absque eo qui secat. Quomodo autem per se quidem non operantur, habent autem aliquas qualitates naturales, quæ artificis operatione proprium opus efficiunt: ita generali & uniuersa Dei prouidentia, per ea quæ mouentur propinquius, per submissionem transmittitur ad singularia efficacax operatio. Sed ut videtur, Greci Philosophi Deum nominantes, non cognoscunt, quoniam Deum nequaquam colunt ut Deum. Quæ enim ipsi philosophantur, ut ait Empedocles, ut quæ per vulgi linguam temerè transierint, effusa sunt, cum ora parum nouerint uniuersi. Nam ut ars viam excogitat, qua lux quæ à sole procedit, per vas vitreum aqua plenum ignescat: ita etiam Philosophia, cum ex diuina scriptura veluti quandam ignis scintillam acceperit, in paucis visione apprehendit. Certè quomodo eundem aërem spirant omnia animantia, sed alia aliter, & ad diuersum quiddam: ita etiam plurimi accedunt ad veritatem, vel potius ad id quod de veritate dicitur. Non enim de Deo dicunt aliquid, sed suas affectiones Deo attribuentes exponunt. Agitur enim ab eis vita quærentibus id quod est probabile, non autem id quod verum. Ex imitatione autem non docetur veritas,

Hierem. 3.

Matth. II.

sed ex disciplina. Non enim ut videamur esse, Christum credimus: quomodo nec ad solem, ut in sole tantum videamur esse, accedimus: sed hic quidem, ut caleamus, illic autem, ut viri boni & honesti simus, ut simus Christiani, vim facimus. Regnum enim est eorum qui sunt maxime violenti: qui ex inquisitione, disciplina & perfecta exercitatione hoc accipiunt fructus, quod Reges fiant. Qui ergo imitatur opinionem, ostendit etiam anticipatam notionem. Quando autem quispiam accepta rei scintilla, eam intus in anima accenderit desiderio & doctrina, omnia mouet postea ut cognoscat. Quod quis enim non apprehendit, neque ipsum desiderat, neque suscipit eam quae ex ipso capitur utilitatem. Posterior ergo is qui est cognitione praeditus, propter finem eorum quae recte & ex virtute geruntur imitatur Dominum, quoad eius fieri potest ab hominibus, quaedam Dominica accepta qualitate, ad Dei assimilationem: qui autem nesciunt cognitionem, nec certa possunt regula inquirere veritatem. Fieri enim non potest ut simus participes contemplationum quae ducuntur ex cognitione, nisi nos exiniamus prioribus cogitationibus: sic enim absolute dicitur communiter veritas de quolibet quod intelligentia percipitur, & de sensibili. Iam vero licet etiam videre veritatem picturae distinctam a vulgari, & musica honestatem sanctam ab impudica. Ergo Philosophiae quoque est aliqua veritas separata ab aliis Philosophis, & vera pulchritudo praeter adulterinam. Non ea ergo quae sunt in parte veritates, de quibus praedicatur veritas, sed ipsa veritas est magna cura & studio indaganda, non quaerendo scire nomina. Quod enim de Deo dicitur, non est res una, sed innumerabiles. Refert autem an Deum dicas, an quae sunt de Deo. In summa autem, cum de unaquaque re dicitur, a substantia distinguenda sunt ea quae accidunt: ac mihi sufficit dicere Deum esse eum qui est Dominus uniuersorum: per se autem perfecte & absolute dico Dominum uniuersorum, nullo reliquo quod excipiat. Quoniam ergo duae sunt ideae seu species veritatis, nempe nomina & res, alij quidem dicunt nomina, qui in ornatu & elegantia versantur orationis, eiusmodi sunt apud Graecos Philosophi: res autem sunt apud nos barbaros. Iam vero Dominus non frustra voluit uti vili & humili forma corporis, ne quis speciem laudans, & admirans pulchritudinem, absistat ab iis quae dicuntur: & attendens iis quae relinquuntur, abducatur ab iis quae percipit intelligentia. Non est ergo versandum in dictione, sed in iis quae significantur. Atque iis quidem quae apprehendi possunt, & non nota sunt ad cognitionem, verbum minime creditur. Nam corui quoque voces imitantur humanas, cum eius rei quam dicunt nullam habeant notitiam. Intelligens autem apprehensio fidem proximè consequitur. Ita etiam dixit Homerus, Hominum pater atque Deorum, nesciens quisnam sit pater, & quomodo pater. Quomodo autem ei qui habet manus, sumere est secundum naturam: & ei qui oculos sanos, lucem videre: ita ei qui fidem acceperit, proprium est esse participem cognitionis, si iacto fundamento aurum, argentum, lapides preciosos elaborare, & ei superaedificare voluerit. Non ergo pollicetur se velle esse participem, sed imperare: neque se futurum, sed esse regalem, & lucidum, & cognitione praeditum. Neque nomine, sed re ipsa res velle attingere conuenit. Nam cum sit bonus Deus, propter principalem uniuersae creaturae partem, cum eam vellet esse saluam, ad reliqua quoque facienda est conuersus, hoc eis primum praebens beneficium ab initio, ut fierent: esse enim melius, esse quam non esse, quiuis confitebitur. Deinde prout erat capax uniuersaeque natura, factum est & fit unumquodque ad ipsum quod est melius proficiens. Quamobrem non est absurdum datam quoque esse philosophiam a diuina prouidentia, prius erudientem ad eam quae est per Christum perfectionem, si non erubescat a barbara cognitione discere Philosophia profectum ad veritatem: sed sunt pili quidem numerati, & viles motiones. Philosophia autem quomodo non est in Verbo? Atqui

Sampsoni

Sampsoni quoque data est vis in pilis, ut etiam reiectis artes eorum quae sunt in vita, quae iacent & humi manent post excessum animae, cogitari non possint absque diuina potestate. Iam vero diuina prouidentia, desuper ex iis quae sunt principalia tanquam ex capite, peruadit ad omnes. Sicut unguentum, inquit, quod descendit in barbam Aaron, & in oram vestimenti eius, hoc est, magni Sacerdotis, per quem omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil non in mundum corporis. Extrinsecus autem Philosophia populi, est tanquam vestis: Philosophi ergo qui ad proprium sensum sunt spiritali sensu exercitati, postquam non partem Philosophiae, sed eam quae est per se perfecte & absolute philosophia, curiosè indagauerint & cum quodam amore veritatis, & citra ullam arrogantiam veritatis ferentes testimonium, ex iis quae apud eos qui sunt diuersae opinionis recte dicta sunt profecerint ad intelligentiam, per diuinam administrationem & ineffabilem bonitatem, quae semper quantum fieri potest, ad id quod est melius adducit eorum quae sunt naturam. Deinde non solum cum Graecis, sed etiam cum barbaris habuerint consuetudinem, a communi ad suam intelligentiam exercitatione ducuntur ad fidem: tanquam fundamento autem suscepta veritatis, assumunt etiam ulteriorem progressionem ad inquirendum, & ex hinc eis quidem gratum est discere, cupientes autem cognitionem, magno studio contendunt ad salutem. Ea ratione dicit scriptura, spiritum sensus datum esse a Deo artificibus: is autem nihil est aliud quam prudentia, vis animae quae contemplatur ea quae sunt, discernitque & comparat id quod est consequens, simile & dissimile, praecipitque & prohibet, & futura coniectat. Pertinet autem non ad artes solum, sed etiam ad ipsam philosophiam. Cur nam ergo serpens quoque dictus est prudens? Quoniam in maleficiis quoque potest inueniri consequentia aliqua & discretio, & compositio, & coniectura futurorum, & ideo latent plurima scelera, quoniam mali sibi omni ratione prouident ut possint vitare supplicia. Cum sit autem multiplex prudentia quae extensa est per totum mundum, & per omnia humana, in unoquoque eorum mutat appellationem. Et cum primis quidem causis se applicauerit, appellatur intelligentia: quando autem eam demonstratiua ratione confirmauerit, nominatur cognitio, sapientia, & scientia: quando autem versatur in iis quae tendunt ad pietatem, & a principio deductam absque contemplatione acceperit rationem, per operationis quae est in ipsa observationem, fides dicitur: & si in rebus sensilibus id quod videtur constituerit, tanquam in his verissimum, recta opinio: & in iis rursus quae ad motus manibus fiunt actionibus, ars. Cum autem absque primarum causarum contemplatione similitum observatione & traductione ad aliquid agendum impulsione ceperit, & aliquid constituerit, appellatur experientia: eius est proprius ille reuera principalis sanctus Spiritus, quam post firmam ac stabilem fidem, postremo per inspectionem ac curationem assumit is qui credidit. Cum sensum ergo excellentiorem participarit Philosophia, ut ostensum est ex iis quae prius dicta sunt: quae de iis quidem quae percepta fuerint intelligentia, ratione fit pertractatio, cum electione & assensione, dicitur Dialectica, quae ea quidem quae dicuntur de veritate, confirmat per demonstrationem, eas autem quae inferuntur dubitationes dissoluit. Qui ergo dicunt Philosophiam non venire huc a Deo, videntur omnino dicere fieri non posse ut Deus videat omnia singularia: neque eum esse causam bonorum omnium, cum unumquodque eorum sit ex singularibus. Nihil autem ex iis quae sunt, omnino constiterit, si Deus nolit: quod si eo volente est a Deo Philosophia, ea est cum talem esse qualis est esse voluerit, propter eos qui non alia ratione abstinerent a malis. Deus enim nonit omnia, non solum ea quae sunt, sed etiam quae futura sunt, & ut erit unumquodque, & eos qui sunt singulares motus prauidens, intuetur omnia, & omnia exaudit, & nudam animam aspiciens intrinsecus, uniuersaeque etiam ex singularibus aeternam habet

Psal. 132.
Deest ali-
quid, ut sit,
non in mū-
dum corpo-
ris, sed ani-
mae: vel ali-
quid eius-
modi.

intelligentiam, & quod sit in theatris, & in partibus uniuscuiusque inspiciendo, circumspiciendo, & conspiciendo, hoc in Deo simul sit & acervatim. Omnia enim & singula intuetur una applicatione, non tamen omnia per principale institutum. Iam enim multa quidem ex iis quæ sunt in vita, per humanam quoque rationem ortum accipiunt, cum diuinitus acceperint illuminationem. Ecce enim sanitas, per medicinam: & bona corporis habitudo, per alipticam, id est unguendi artem: & diuitiæ per negotiationem & rei faciendæ artem oriuntur & adsunt, per diuinam quidem prouidentiam, per humanam autem opem & operam. A Deo autem est etiam intelligentia. Atque diuinæ quidem voluntati maximè obedit bonorum virorum liberum eligendi arbitrium: quoniam bonorum quidem & malorum hominum multa sunt commoda communia, fiunt tamen utilia solis bonis & probis, quorum causa Deus hæc fecit. Ad usum enim bonorum virorum, enata est vis eorum quæ data sunt diuinitus: quinetiam cogitata eorum qui sunt virtute præditi, per diuinam fiunt inspirationem, cum anima aliquo modo afficitur, & diuina voluntas in humanas animas transmittitur, dum qui sunt singulares diuini administrari, ad talia opem ferant ministeria. Nam per gentes & ciuitates sunt distributæ Angelorum præfecturæ: fortasse autem etiam ex iis sunt deputati singulis. Pastor itaque & singularum ouium curam gerit: eos maximè prouidendi & visendi tenet studium, qui sunt & præclaro ingenio, & populo multum possunt prodesse. Ij autem sunt qui & ad regendum & docendum sunt apti, per quos prouidentia euidentia aperte ostenditur, quando vel per doctrinam, vel per magistratum aliquem, & administrationem vult Deus benefacere hominibus: vult autem semper, & ideo mouet eos qui sunt apti ad ea utiliter efficienda quæ pertinent ad pacem & virtutem & beneficentiam. Quidquid autem est ex virtute, & à virtute oritur, & refertur ad virtutem & aut ad hoc datur ut sint boni, aut ad hoc ut ij qui sunt boni, utantur iis commodis quæ sunt secundum naturam: adiuuat enim & in vniuersis, & in singularibus. Quemadmodum ergo non est absurdum, ut qui diabolo insolentiam tribuunt & iniustitiam, eum rei bonæ & quæ est ex virtute, nempe philosophiæ, datorem constituent? Contrà autem existimo legis esse proprium & rectæ rationis, reddere quod unicuique conuenit, & quod est eius proprium, & quod ad eum pertinet. Nam ut lyra est solius cytharædi, & tibicinis, ita commoda bonorum virorum sunt possessiones: ut eius qui est beneficus, natura est benefacere: ut ignis est calefacere, & lucis illuminare. Malum autem non faciet bonus, ut neque lux tenebras, aut ignis frigefaciet: ita contrà, vitium non fecerit aliquid quod sit ex virtute, est enim eius operatio malè facere, ut tenebrarum, oculos confundere. Non est ergo vitij opus Philosophia, quæ facit homines virtute præditos: restat itaque ut sit Dei, cuius solum opus est benefacere: & quecumque à Deo dantur, rectè & dantur & accipiuntur. Porro autem si usus philosophiæ non est malorum, sed datus est Græcorum optimis & præstantissimis, hinc quoque clarum est, à quo data sit, à prouidentia scilicet, quæ unicuique distribuit pro meritis ea quæ conueniunt. Meritò ergo Iudeis quidem lex, Græcis autem data est philosophia usque ad aduentum: hinc autem est vniuersa ac generalis vocatio, ad peculiarem populum iustitiæ, per eam quæ est ex fide doctrinam, per unum cogente Dominum eo qui est vnus solus Deus amborum, Græcorum scilicet & barbarorum, vel potius totius humani generis. Philosophiam autem sæpe diximus, id quod per Philosophiam assequitur veritatem, etiamsi sit singulare: iam verò ea etiam quæ bona sunt in artibus, ut in artibus habent principium diuinitus. Ut autem artificiosè aliquid facere continetur in artis contemplationibus, ita prudenter facere locatur sub prudentia: prudentia autem est virtus, & proprium est eius & alia cognoscere, & ea maximè quæ ad ipsam pertinent. Et sapientia quæ est facultas, nihil est aliud quàm

scientia

scientia diuinorum & humanorum bonorum. Dei autem est terra & eius plenitudo, bonæ diuinitus venire ad homines docens dixit scriptura, per diuinam virtutem ac potestatem, perueniente distributione ad humanum auxilium. Iam verò sunt tres modi omnis utilitatis, quæ alius alium impertitur: vnus quidem per affectationem, ut pædtriba qui effingit puerum: alius autem per assimilationem, ut qui alterum ut crescat hortatur, eò quòd ipse prior creuerit: & ille quidem adiuuat eum qui discit, hic autem simul prodest ei qui accipit. Tertius autem modus est qui sit iussu, quando pædtriba non amplius informans eum qui discit, nec per se ostendens luctam puero ad imitationem, sed tanquam iam satis exercitato nominatim imperat ut luctetur. Is est ergo qui est cognitione præditus, cum à Deo potestatem iuuandi acceperit, alios quidem iuuat, effingens affectatione, alios verò adhortans assimilatione, alios verò præceptione docens & erudiens. Certè ipse quoque pari ratione adiutus est à Domino. Sic ergo cognoscitur utilitas quæ à Deo peruenit ad homines, simul adhortantibus Angelis. Etenim diuina virtus præbet bona per Angelos, siue videantur, siue non videantur. Talis etiam fuit modus in aduentu Domini, quando & per hominum cogitationes & ratiocinationes virtus aliquid inspirat, & in mentes vim immittit & sensum perfectiorem, promptitudinis & animi alacritatis vehementiam præbens, & ad quæstiones & ad implenda opera. Exponuntur autem nobis quoque nihilo sepius ad imitationem & assimilationem, verè admirabilia & sancta virtutis exempla per res gestas quæ scriptæ sunt. Porro autem genus quoque actionis est manifestissimum & per testamenta Domini, & per leges quæ sunt apud Græcos, quinetiam per ea quæ sunt præcepta in Philosophia. Et ut semel dicam, omnis utilitas quæ ad vitam pertinet, suprema quidem ratione, à Deo omnipotente, qui præest omnibus patre, perficitur per filium, qui etiam propterea est Seruator omnium, inquit Apostolus, maximè autem fidelium. Proximè autem ab iis quæ sunt proxima singulis, per iussu & præceptionem eius qui est propinquus primæ causæ, nempe Domino. Qui est autem apud nos cognitione præditus, semper versatur in iis quæ sunt præcipua. Sed si quando est ei otium, & tempus relaxandi animi ab iis quæ sunt præcipua, loco alterius recreationis, Græcam quoque attingit philosophiæ, ut qui sit bellarium ad cœnam illaturus, non ut qui neglexerit ea quæ sunt præstantiora, sed ut qui acceperit quantum decet, idque propter eas quas dixi causas. Qui autem in Philosophia appetunt ea quæ non sunt necessaria, sed superuacanea, & solum contentiosis vacant sophismatibus, discedunt ab iis quæ sunt necessaria & præcipua, rationum umbras verè persequentes. Ac bonum quidem est scire omnia: cui autem est animus imbecillus ad multarum disciplinarum suscipiendam peritiam, ea sola eligit quæ sunt præcipua & meliora. Nam quæ est reuera scientia, quam dicimus solum habere eum qui est præditus cognitione, est firma ac stabilis comprehensio per constantes ac stabiles rationes deducens ad causæ cognitionem. Qui habet autem scientiam eius quod verum est in re aliqua, quæcumque ea sit, in eadem habet etiam eius quod verum est scientiam. Illa ergo oratio mihi videtur rectè se habere, an sit philosophandum: eam enim hoc ipsum consequitur. Sed etsi non sit philosophandum, non enim aliquid condemnarit quispiam, si non prius nouerit est ergo philosophandum. Hæc cum ita se habeant, oportet Græcos discere per legem & prophetas, colere unum Deum qui est verè omnipotens. Deinde doceri per Apostolum: Nobis autem nullum est simulachrum in mundo, quoniam in rebus genitis nihil potest Dei referre imaginem. Præterea doceri, quòd nec eorum quos colunt simulachra sunt imagines: neque enim figura tale est genus animarum, cuiusmodi fingunt Græci statuas. Non cadunt enim anima sub aspectum, non solum quæ sunt compotes rationis, sed etiam animæ aliorum animantium. Corpora autem ipsarum, nunquam fiunt partes ipsarum animarum, sed instrumenta,

Mmm

ut quibus alia quidem insideant, aliarum vero ea sunt vehicula, aliarum vero alio modo possessiones. Sed nec fieri potest ut instrumentorum expressè imitentur imagines. Fingat enim Solem, ut videtur, aliquis & Iridis imaginem representet coloribus: postquam autem simulachra reliquerint, tunc audient scripturam: Nisi abandauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, qui iustificantur per abstinentiā à malis, cum eo quod cum ea quæ est in his perfectione, proximum quoque possitis diligere & ei benefacere, non eritis regales. Augmentum enim eius, quæ est ex lege iustitiæ, ostendit eum qui est præditus cognitione. Sic cum fuerit aliquis collocatus in capite quod suum regit corpus, cum peruenit ad summum fidei, ipsam, inquam, cognitionem circa quam sunt omnes sensus, assequetur similiter summam hereditatem. Cognitionem autem obtinere principatum, apertè ostendit Apostolus iis qui possunt perspicere, hoc modo scribens Græcis illis Corinthiis: Spem autem habentes augescere fide vestra fore, ut magnificemur secundum regulam nostram in abundantia, ut in iis quæ sunt supra vos euangelizem. Non dicens extensionem prædicationis quæ fuit in loco, quoniam fidem quoque dicit abundasse in Achaia. Fertur autem in Actibus quoque Apostolorum, Verbum prædicasse Athenis: sed docet cognitionem, quæ est perfectio fidei, abundare ultra catechesim, conuenienter maiestati doctrine Domini, & regulæ ecclesiasticæ. Quocirca paulò etiam inferius subiungit: Si autem sum imperitus sermone, sed non cognitione. Caterum qui ex Græcis gloriantur, quod ab eis comprehensa fuerit veritas, dicant nobis à quoniam gloriantur se didicisse. A Deo quidem non, dixerint: ab hominibus autem confitentur. Et si hoc ita est, aut à seipsis serò didicerint, sicut certè ex ipsis quoque quidam insolenter gloriantur: aut ab aliis similibus. Sed non sunt fide digni de Deo dicentes homines, quatenus homines: neque enim qui homo est, potest pro dignitate de Deo vera dicere: imbecillus & morti obnoxius, de ingenito, & eo in quem non cadit interitus: & opus de eo qui fecit. Deinde qui non potest de seipso vera dicere, an non multò magis ne de Deo quidem ei credendum est? Quantum enim abest homo à Dei potestate, tantum est etiam eius oratio imbecilla, etiamsi non Deum, sed de Deo dicat, & verbo diuino. Est enim imbecilla natura humana oratio, & quæ non possit Deum dicere, non dico nomen, est enim hoc commune non solum Philosophis, sed etiam Poëtis nominare, neque essentiam, neque enim potest fieri, sed Dei vim & opera. Quanquam qui Deum sibi adscribunt magistrum, vix perueniunt ad Dei notitiam, opem eis ferente gratia ad quantulamcunque cognitionem, utpote voluntate voluntatem & sancto Spiritu sanctum Spiritum contemplari assuefacientes, quoniam spiritus scrutatur Dei profunda. Animalis autem homo non capit ea quæ sunt Spiritus. Sola ergo est à Deo tradita, quæ est apud nos doctrina, à qua dependent omnes fontes sapientiæ, quicunque ad veritatem tanquam ad scopum feruntur. Venientis certè ad homines Domini qui nos erat docturus, innumera- biles fuere significatores, annuntiatores, præparatores, præcursores ab alto ex mundi constitutione, per opera, per verba præsignificantes, prædicentes esse venturum, & quomodo, & quando, & quanam signa. Eminus certè lex præmeditatur & prophetia. Deinde præcursor ostendit præsentem, post quem prædicatores docentes aduentus virtutem significat. Philosophi Græcis solis, neque iis omnibus placuere, sed Platoni quidem Socrates, & Xenocrati Plato, Aristoteles Theophrasto, & Cleanthi Zeno, qui suis solis persuaserunt affectis. Magistri autem nostri verbum non mansit in sola Iudæa, sicut Philosophia in Græcia, sed diffusum est per totum orbem terræ, Græcorum simul & barbarorum gentibus & vicis & totis urbibus persuadens, totas domos & seorsum unumquemque ex iis qui audierunt, & ex ipsis etiam Philosophis non paucos iam traducēs ad veritatem. Et Græcam quidem

Matth. 5.

2. Cor. 10.

Act. 17.

1. Cor. 2.

Adicci vocabula duo, quæ in Græco videbantur deesse, nempe Philosophi Græcis.

quidem philosophiam si quibus magistratus prohibuerit, ea statim perit: nostram autem doctrinam à prima usque prædicatione prohibent simul Reges & Tyranni, & singuli Duces & magistratus cum vniuersis satellitibus, & innumerabilibus etiam hominibus, in nos belligerantes, & nos pro viribus excindere conantes. Illa autem magis etiam floret: non enim emoritur ut doctrina humana, neque flaccescit ut donum imbecillum. Nullum enim Dei donum est imbecillum: manet autem eiusmodi ut prohiberi nequeat, cum prædictum tamen sit fore, ut ea patiatur persecutionem. Deinde de Poëtica quidem dicit Plato: Res quædam leuis & sacra est Poëta, nec potest versus facere priusquam fuerit Deo afflatus & mente excefferit. Democritus quoque similiter: Poëta autem quacunque quidem scripserit cum Dei afflatu & sacro spiritu, sunt valde pulchra. Scimus autem qualia dicunt Poëta. Omnipotentis autem Dei prophetas, qui instrumenta fuere diuinæ vocis, nemo stupuerit. Eius ergo qui est cognitione præditus veluti statuam effingentes, iam quidem ostendimus, quænam sit eius morum magnitudo & pulchritudo, veluti describentes. Qualis autem sit in contemplatione rerum naturalium, postea ostendetur, cum de ortu mundi tractare cœperimus.

COMMENTARIVS.

* Et primum quidem præceptum Decalogi. Incipit Clemens exponere primum præceptum decalogi, quod ad Dei cultum pertinet, & in tria capita diuiditur. Et in primo quidem est, vnum solum esse Deum omnipotentem, qui eos ex Ægypto in quem propter famem migrarant, tempore regis Pharaonis & Isaac eorum Patriarchæ, rursus eos transtulit in terram patriam nempe Palestinam, ex qua migrarant, ut per diuinas eius operationes, & summa quæ fecerat miracula, eius summam quoad eius fieri poterat comprehenderent potentiam: Ea autem intellecta eam solum colerent & adorarent, idololatriam autem, id est, cultum idolorum rerum genitarum & mortalium vitarent, in eo solo spem habentes, qui est verus Deus, non autem in idolis falsisque diis & Dæmonibus. Secundum autem significat non esse nomen Dei (quod idem est quod potentiam) allumendum in vanum. In vanum autem nomen sumitur cum id quod non est Deus, sed inane, ut in quod cadit ortus & interitus, pro Deo vsurpatur: quod faciunt artifices qui rerum inanium fabricantur imagines, & qui iurantes quod falsum est tanquam verum & certum afferunt. In his autem rebus inanibus non collocatur Deus qui est. Is autem est qui verè est, quod soli Deo conuenit: is enim solus verè est, qui idem semper est & non mutatur, qui autem non mutatur est Deus. Ego enim, inquit, sum Deus, & non muror. Ij autem demum verè Deum colunt, qui huius rei descendæ sunt capaces. Atque hoc quidem significat caput secundum. Videamus autem quid dicat tertium. ^b Tertia autem est oratio quæ mundum à Deo esse factum. Tertium Decalogi præceptum significat mundum à Deo esse creatum, & datum quidem esse Sabbatum, id est, quietis diem, non Deo qui est indefectus & imparibilis, sed nobis hominibus, qui cum carnem gestemus laboramus, & facillè defatigamur, patimur & affligimur. Quiete ergo nobis opus est ut recreemur, non Deo qui cum sit spiritus operans non laborat, nec fatigatur nec affligitur. Sabbatum ergo dicitur quies, & est abstinentia à malis, præparans nobis primarium illum diem, ex quo omnia orta sunt, nempe Christum qui est vere nostra quies: Ex hoc die, qui est verè nostra quies nempe Christus, nos illuminat lux & sapientia: idem certe Christus noster est quies, lux & sapientia: per eum illuminamur, sanctificamur, sapientisque & iusti reddimur, resque diuinas & humanas comprehendentes ab eo docemur, qui per fidem sanctificamur. Ex eo autem die est generatio lucis, lucis inquam veritatis, lux vera quæ nullam habet vmbra: Ea est spiritus Domini, qui citra vllam diuisionem (diuisionem enim non recipit qui est expertus corporis) in suis donis distribuitur fidelibus. Est autem instar luminaria ad ea quæ sunt agnoscenda. Ea autem lux est etiam sapientia quæ ante cælum & terram genita est de omnipotenti. Eius fideles sunt participes non per essentiam, nam cum Dei ad hominem nulla sit proportio, quomodo vllam quantumuis breuem Dei partem potuerit homo capere: sed per virtutem: hinc est quod qui diuinæ virtutis est particeps, est ^c *θεός* quidem & *θεός*, id est diuinus, non autem Deus esse dicitur. Ex his autem possumus intelligere lucem & sapientiam, non solum dici verbum patris, sed etiam Spiritum sanctum, qui ex vtroque nempe Patre & Filio procedit, & vterque cum Patre & Filio sit vnus. Deus dat similiter fidelibus illuminationem ad res quæ vera sunt nempe æternæ, agnoscendas, sapientiamque & virtutem qua vita honesta agatur. Eum ergo sequentes, siue Christum, siue eius spiritum, nempe sanctum Spiritum, qui cum vtroque vnus est Deus, efficiamur imparibiles, id est nullis agitari animi perturbacionibus. Hoc autem est quiescere, id est sabbatum sanctificare. Huius enim præcepti de sanctificando sabbato hic est scopus & institutum, ut cum Deum cælum & terram creasse, quod est opus pulcherrimum & præstantissimum, cognouerimus, ipsi quiescamus, & à malis operibus, quæ per malas animi affectiones fiunt, abstineamus. Cum autem in hoc tertio Decalogi præcepto, nempe de sanctificando sabbato qui est dies septimus tractaret, arripit Clemens occasionem agendi de numero septenario & octonario. Quod ideo facit, quia ij sunt ita coniuncti, ut alter non sit sine altero, & qui est octonarius, videatur esse septenarius qui est dies quietis; & septenarius videatur esse senarius qui est operarius, nempe labori & operi destinatus. Hoc ita esse significant Græcorum literæ

seu elementa, quæ numeros quidem significant, sed inserta notula, nempe (ε) efficit tantam numerorum mutationem, ut elementum (?) quod erat sextum, si procedatur recta serie literarum, fiat septimum, & (η) quod erat septimum fiat octauum. Hinc est quod apud eos qui in numerando sequuntur rectum ordinem literarum, ut qui apud Homerum eius libros numerat (?) sit sex, & (η) septem, apud quos autem irrepit notula, quæ elementa sua numerandi possessione depellit (?) non sit sex sed septem, & non sit octo sed septem. Quod autem septenarius, qui est aperte senarius, si attendatur ε notula quæ in numeros irrepit sit operarius, non autem sabbatum, id est dies quietis, licet videre ex iis quæ adducit. Nam primum quidem sex diebus creatus est mundus, & sol suum motum absoluit his conuersionibus, quæ sunt à tropico Cancrj ad tropicum Capricorni: fit autem vnaquæque conuersio sex mensibus, in quibus partim res intereunt, partim generantur (hoc enim significat & foliorum defluxus, & plantarum pullulatio, & feminum perfectiones) & sex mensibus perficitur fœtus in utero matris, ut scribit Polybius medicus. Tot mensibus fœtum perficit anima à principio cœlitus utrum ingressa, membra formâs & creans. Ex eo autem quod Dei Propheta nempe Moses, qui non solum scribit historiam, sed etiam in suis scriptis prophetica continet mysteria, sex diebus dicit factum fuisse mundum: colligit & Aristoteles in Physicis, & Pythagorei Senarium numerum esse perfectum, ut in quo Deus omnia perfecit, & cum vocatur *μηνάς* & *ἡμωρ*, id est, medium locum tenentem, & coniugium. Medium autem locum tenens dicitur senarius, quod numerorum par habeat spatium inter duos & decem. Ex æquo enim distat senarius à duobus & à decem: est enim quaternarij spatium quo distat senarius à duobus & decem. Dicitur etiam senarius à Pythagoreis coniugium: nam ut coniugium generat ex masculino & fœmina, ita ex ductu ternarij qui dicitur Masculus, in binarium qui dicitur fœmina, procreatur Senarius: bis enim tria sunt sex. Hæc est causa cur à Pythagoreis senarius appelleretur *ἡμωρ*, id est coniugium: Partes enim iuxta se positæ ipsam gignunt. Quinetiam duæ partes aliquoties combinatæ senarium constituunt, ut sexies vnum, ter duo, bis tria. Quod autem senarius sit maxime aptus ad generandum hoc maxime ostendit, quod cum motus requiratur ad generandum, sex sunt motus generales per quos fertur generatio, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, ante, pone. Atque Senarius quidem numerus dicitur esse operarius, & coniugium: contra autem septenarius est sine matre & prole, & nec generat nec generatur: & eum interpretatur esse sabbatum seu quietem, in quo nec viri vxores ducunt, nec amplius ducuntur vxores. Is autem à peritis in formali Arithmetica, & potissimè à Pythagoricis numerus dicitur infœcundus, eò quod infra denarium, nec numerum generat, nec ab aliquo numero generatur: vnde infœlix censetur & infœustus. Neque si ex numero aliquo ad aliquem sumatur, fit septenarius, neque ad alium sumptus facit aliquem ex iis quæ sunt intra duodenarium. Quod autem septenarius sit infœcundus, ex hoc satis ostenditur, quod licet cum quouis numero multiplicetur ex iis qui sunt intra duodenarium, non generat alium numerum. Porro autem septenarius numerus significat sabbatū & quietem; illud inquam sabbatum in quo post reuersionem, nec viri vxores ducunt nec nubunt mulieres. Octauus autem numerus qui dicitur cubus, significans spheram inerrantem, & si cum eo connumerantur septem plantæ, seu spheræ errantes, fit veluti quædam periodus & remuneratio quæ à Deo est promissa iis, qui Deum sequentes, vixerunt ex virtute. Ea autem periodus est veluti quidam magnus annus Platonis, in quo spheræ & signa omnia ad suum simul redeunt caput. Post hæc autem pergens Clemens loqui de numeris qui partim scribuntur literis, partim signantur notis, exponit mysterium numerorum, quod est in transfiguratione. In illa ergo transfiguratione Christus ascendit quartus in montem, tribus secum assumptis discipulis Petro, Ioanne, & Iacobo, numero qui litera significatur est quartus, sextus autem est, non elementaliter numero, sed quando spiritali luce illuminatur, ostensa quæ à se proficiscitur virtute, quantum videre poterant discipuli, qui ab ipso electi erant ut viderent, est sextus non numero elementaliter, sed nota numero. Merito autem ei additis qui cum eo erant tribus discipulis, fuit sextus, cum in eo duæ sint hypostasies, licet ipse sit vnica persona, per vocem septimam, nempe vocem patris dicentis; Hic est filius dilectus in quo bene complacui, prædicatus est Dei filius, ut qui in eum credebant, in ipso quiescerent, & per humanam quidem generationem quam significat senarius, appareret Deus in carnicula, nempe in carne humana, & potentiam suam ostenderet, se hominem ostendens cum interim se esse Deum celaret. In numerorum enim ordinem refertur senarius, numerorum autem consequentiam facit, ea nota quæ non in literis scribitur, sed inter eas inscribitur. Atque in ipsis quidem numeris seruatur ordine vnaquæque vnitas, vsque ad septenarium & octonarium. In numero autem elementorum sextum sit (?) & (η) octauum. Cum autem nota quodammodo irrepisset in scripturam, septimus quidem sit sextus, octauus autem septimus, & si sic sequamur, sextus quidem sit septenarius, septimus autem octonarius. Et ideo die sexto qui est nota, dicitur homo fuisse factus fidelis, ut dominicæ hereditatis statim acciperet quietem. Qui enim factus fuerit fidelis, id est qui fidem acceperit (id enim allegoricè intelligitur de creatione hominis) statim accipit quietem dominicæ hereditatis, id est ipsum dominum. Porro autem ad sexti quoque numeri cõmendationem hoc adducit Clemens, quod Christus hora sexta in suæ passionis dispensatione homo sit consummatus, id est, eam obierit mortem, quæ humano generi perfectam attulit salutem. Ut facilius autem intelligantur quæ iam dicta sunt de numeris senario & octonario, subiungit octo septem habere. Nam si ponatur octo, quorum sint à se inuicem separatæ per seriem vnitates, octo, septem habebunt media, septem autem videntur haberi sex spatia seu interualla, si illorum septem per seriem separatæ sint vnitates. Porro autem cum in hac Christi transfiguratione octo sint numeri, Christus ascendens in montem cum tribus discipulis Petro, Ioanne, & Iacobo, in quo etiam fuerunt legislator Moyses & Helias, & vox patris quæ audita est in nube dicēs; Hic est filius dilectus in quo mihi complacui, qui est septimus, octauus fuit numerus, qui idem est sextus in duabus hypostasibus. Eum autem octauum nempe filium, glorificat pater, qui est vox septima. Quænam est autem Patris gloria qua Deus filium suum afficit? Ea est quod cœli cœlis enarrat gloriam, se à verbo Dei agnoscentes esse conditos, & firmamentum eius opera annunciat, quæ in eo sunt ab ipsa facta significans. Cœlorum autem figuræ quæ sensu percipiuntur, sunt veluti quædam elementa quæ sunt apud nos vocalia, quæ voce

quæ voce quodammodo significant. Non solum autem pater filium glorificat, & cœli tanquam voce præditi se ab eo creatos dicentes, narrat quanta sit eius gloria, & firmamentum magnifica eius ostentat opera, sed ipse Christus Dei filius dicens se esse α & ω, affirmat se esse principium & finem, & ab eo omnia esse creata, & sine ipso factum esse nihil. Loquendi de numeris senario septenario, & octonario acceperat Clemens occasionem, ex eo quod tractabat de eo Decalogi, in quo agitur de Sabbato, id est die sabbati, id est septimi qui est sabbatum, quo factum est dum tractaret de mysteriis transfigurationis pauca interim scribens de numeris Pythagoreis, ad quos & ad Macrobius de somnio Scipionis sunt remittendi qui plura volēt audire, reuertitur ad sabbatum vnde cœperat. Et quia ex eo quod scriptum est in Exodo Dei esse sabbatum, existimant quidam Deum quiescere, & cessasse operari: Eos refellit Clemens dicens, quod si Deus (cum sit bonus) cessaret benefacere, Deus quoque esse cessauerit: hinc concludit Deum benefacere, & semper operari: est enim nefas dicere Deum desinere esse Deum. Dei ergo sabbatū non significat Deum quiescere, & cessare ab operatione: operari enim non cessat is, cuius bonitas causa est creationis, alioqui cessaret esse Deus (quod est absurdum nec potest fieri) sed quiescere & ordinasse, ut in omne tempus seruaretur certus ordo eorum, quæ sunt creata, & fecisse ut creaturarum vetus cessaret confusio, quam dicunt chaos, quæ cessauit cum per creationem in mundum pulcherrimus illatus est ornatus rebus omnibus distinctis. Et Dei quidem cogitatione simul facta sunt omnia, sed ita tamen, ut non aceruatim creata sint omnia, sed in creaturis præferantur quæ sunt antiquiora. Est quidem vna Dei potestas & voluntas creandi in vna identitate, sed oportet in rebus creatis vnum nominari primum, & alterum secundum, & sic deinceps. Honore autem præferri id quod est antiquius, ut in Genesi sunt distincta, quæ sunt à Deo creatæ creaturæ. Quod autem in tempore nõ fuerit facta creatio, ex hoc est perspicuum, quod simul cum iis quæ sunt, tempus quoque factum fuerit. Iam vero cum locutus esset Clemens de creatione, ad quam proximè accedit generatio quæ est, & animalium quæ gignuntur, & eorum quæ à natura nascuntur, & producantur, in iis autem magnam vim & potestatem habet septenarius: dicit totum mundum circumagi in septenariis. Dicit itaque septem esse ordines Angelorum, septem esse stellas errantes, per quas dicunt Chaldæi mortalem vitam administrari, & per eas futura prædici. Ex stellis inerrantibus quas fixas appellant esse septem Pleiades, & vtramque Vrsam constare ex septē stellis, ex quibus dicitur agricolæ, quomodo sint agri colēdi, nauē vero quomodo sit nauigandum. Luna quoque septimo die mutat figuram, & ea figura mutatur septies. In veteri Lyra fuisse septem tonos, quibus canebantur hymni. Hominem in facie septem habere sensuum instrumenta, duo visus nempe oculos, duo auditus nempe aures, duo autem olfactus nempe nares, & vnum oris quod est septimum. Scribere autem Solonem septimo quoque anno ætatum fieri mutationem, cuius etiam citat versus quos antea citauit. Apud medicos quoque diem septenarium, & qui ex eo componitur quartumdecimum esse criticum, id est, in quo de morbo fertur sententia, quibus diebus decerrat natura aduersus causas morbi efficientes: hincque fieri ut vel propulsetur morbus, vel ægrotus violentiæ morbi cedens intereat. De ætatum mutatione per septenarium hæc dicit Solon, & de diebus etiam criticis per septenarium & quartumdecimum loquuntur medici, & multa alia adducit Hermippus Beritius in libro de septenario. Apud psaltem quoque regium David traditur ratio myrica numeri septuagenarij & octogenarij. Anni (inquit) nostri sicut aranea meditantur. Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor. Hæc quidem verba videntur exprimere breuitatem, miseriamque vitæ humanæ, quia longævus appellatur hoc tempore etiam qui septuaginta annos vixerunt, vsque ad octoginta autem videntur aliquas vires habere. Melius est ergo in his numeris spirituale aliquid perscrutari, neque enim super filios Adam, per quem vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, maior ira est Dei, quia multo breuius viuunt, quam vixerunt antiqui, cum & ipso- rum vitæ irrita sit longitudo, vbi mille anni comparati sunt diei hesterni atque præterito, & horis tribus: & vtrique tum multum vivebant, quando iram Dei prouocarunt vsque ad diluuium, quo perierunt. Septuaginta autem anni & octoginta sunt centum quinquaginta, quem sacratum esse insinuat iste liber psalmo- rum: eam enim habent in significatione rationem centum quinquaginta quam quindecim, qui numerus fit septem & octo coniunctis, quorum primus insinuat propter sabbati obseruationem testamentum vetus, secundus testamentum nouum propter Domini resurrectionem: hinc sunt in templo quindecim gradus, hinc sunt in templis quindecim cantica graduum, hinc quindecim cubitis summos montes aqua diluuij superauit: & si quibus aliis locis sacratus commendatur hic numerus. Ergo anni nostri sicut aranea meditantur, cum in rebus corruptilibus laboramus, corruptibilia opera texebamus, quæ nos secundum Esaiam Prophetam minime contegebant. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus octoginta anni. Aliud est in ipsis, aliud in potentatibus: in ipsis hoc est in annis vel diebus ipsis, quod datur intelligi in temporalibus rebus. Ideo septuaginta, quia temporalia promitti videntur in veteri testamento. Si autem non ipsis annis, sed in potentatibus, id est non in temporalibus, sed in æternis, octoginta anni, quod nouum testamentum in spe est renouationis & resurrectionis in æternum: & amplius eorum labor & dolor, id est quisquis hæc fidem transgreditur, & amplius aliquid querit, labores inueniet & dolores. Potest & sic intelligi, quod licet in nouo Testamento constituti sumus, quod octogenarius significat numerus, amplius habet hæc vita nostra laborem & dolorem. Et cætera quæ dicit Augustinus in expositione Psalms 89. *Ut ergo discamus mundum esse genitum.* Dixit antea Clemens Deum creasse mundum sola cogitatione, non autem in tempore, hoc ipsum dicit etiam Mosaicam significasse prophetiam quando dixit; Quo die fecit Deus cœlum & terram. Illud enim, quando facta sunt, est enunciatio indefinita, quæ nullo certo tempore definitur: quod enim fit sola cogitatione, nullo temporis spatio circumscribitur, dies quoque dicitur verbum, per quod ad lucem, & ad generationem adducitur omnis creatura. *Et in summa decalogus per elementum, id est.* In decalogi præceptis exponendis diu est immoratus Clemens. Cum autem decalogus scribatur per Iota, hic dicit Clemens per decalogum significari Iesum nomen beatum, nempe Iesum qui est Dei Verbum. *Quinta autem deinceps sequitur oratio.* Quartum Decalogi præceptum est de hono-

rado patre & matre. Deus autem est pater & Dominus, Dominus autem est pater qui est creator omnium. Mater autem non est substantia ex qua sumus geniti, sed diuina cognitio & sapientia, qua est mater iustorum, & propter se est eligenda. Quicquid autem est bonum & honestum à Deo per filium cognoscitur. *f. Eam consequitur oratio de adulterio.* Post præceptum de honorandis parentibus, sequitur præceptum de vitando adulterio. Adulterium autem propriè vocatur crimen quo marito vel uxori violatur fides. Adulterium autem allegoricè dicitur, vera relicta de Deo opinio & persuasio, & falsa suscepta opinio, & pro vero Dei cultu suscepta idololatria in deos referens creaturas, ex iis quæ non sunt idolum constituens vt transiliat cognitionem, vel potius ab ea desiliat. Porro autem in scripturis appellatur idololatria, adulterium & fornicatio. Cum ligno certe & lapide dicuntur fornicari, qui adorant idola facta ex ligno & lapide. *Deinde que est de cæde consequitur oratio.* Post præceptum de adulterio consequitur præceptum de cæde seu homicidio. Atque propriè quidem est cædes qua vita alicui adimitur, allegoricè autem cædes est qua quis Deo aufert æternitatem, & vel mundum dicit nulla regi prouidentia, vel cum esse ingenitum, vel negat aliquid ex iis quæ sunt firma & stabilia in vera doctrina. Nam vt nihil est perniciosius quam vitam homini adimere, ita longè est perniciosissimè ea Deo auferre quæ de illo præclare sentiuntur. *Post hanc autem est oratio de furto.* Nono Decalogi præcepto furtum prohibetur, quod ab hominibus quidè in homines admittitur, & ob quod Deus magna iniuria afficitur, in Deum quoque furtum admittit qui adiungendo & pingendo Dei opera sibi vendicant, cum habeant solam feminis deiectionem: Dei autem est proprium creare, elementa autem & astra quæ administrant imperatis, parent & faciunt quæ imperauit Dominus. *Decima autem oratio est de omnibus cupiditatibus.* Peruenit ad postremum præceptum Decalogi, quo prohibetur in genere concupiscentia. Nam cum prius dictum esset, Non occides, Non mæchaberis, Non furtum facies, Non loqueris aduersum proximum tuum falsum testimonium, Non concupisces domum proximi tui, non desiderabis uxorem eius, non ancillam, non bouem nec omnia quæ eius sunt, ex quo posset quis intelligere, vitiosum esse res alienas concupiscere, non propter concupiscentiam, sed propter ea quæ concupiscuntur, subiungit hoc præceptum quo significatur non malum esse concupiscere propter res quæ desiderantur, siue ex sint animata, siue inanimata, sed ipsam per se malam & vituperandam esse concupiscentiam, licet non attendantur quæ concupiscuntur, vnde etiam in genere prohibetur concupiscere. Cum autem duo sint quæ concupiscuntur, nempe & quæ non decet, quæ sunt scilicet turpia & indecora, & ea quæ sunt falsa: Turpium quidem & quæ non decet, vituperanda est cupiditas: falsa autem sunt fugienda, siue ea sint animata, siue inanimata, quæ in rebus in quibus est generatio, nihil agunt absque instrumento. Atque hæc quidem siue sint animata, siue inanima, per se quidem non operantur, habent tamen aliquas naturales qualitates, quæ artificis operatione proprium opus efficiunt: artifices enim opus est & instrumento: Ita etiam vniuersa & generali Dei prouidentia transmittitur ad singularia efficax operatio, per ea quæ mota propius accedunt se submittendo, atque vitanda quidem sunt turpia, & quæ non decet desideria. Vitanda autem & fugienda sunt falsa, nihil autem est magis falsum & à vero alienum, quam idololatria & cultus simulachrorum.

FINIS LIBRI SEXTI STROMATVM.

CLEMENTIS

CLEMENTIS ALEXANDRINI STROMATVM

LIBER SEPTIMVS.

10 **A**M verò tempus est vt Grecis ostendamus, solum esse verè piùm ac religiosum, eum qui est cognitione præditus: vt cum didicerint Philosophi, qualis sit is qui est verè Christianus, suam damnent inscitiam, vt qui temerè quidem & inconsideratè nomen persequantur: nullo autem iudicio eos impios, & à Deo alienos vocent, qui norunt eum qui verè est Deus. Oportet autem ad philosophos euidentioribus vt rationibus, vt ex sua ipsorum doctrina exercitati iam possint exaudire, etiam si seipsos nondum dignos præbuerint, vt essent credendi facultatis participes. Dictionum autem Propheticarum nõ meminerimus in presentia, tempore opportuno postea vsuri scripturis. Quæ autem ab eis significantur indicabimus, Christianismum summatim describentes, ne interrumpamus orationis continuationem, si vnà complectamur scripturas, idque ijs qui nondum earum dictiones intelligunt: Postquam autem ostenderit ea quæ significantur, tunc eis cum crediderint, ex redundanti copia aperientur testimonia. Quod si ea quæ à nobis dicuntur, videantur aliquibus ex vulgo diuersa à scripturis Domini: sciendum est ea illinc & spirare

20 & viuere, & cum ex eis argumentum habeant, se sententiam solam, non dictionem, profiteri adducere. Nimia enim pertractatio quæ non fit in tempore, meritò videri potuerit esse superuacanea: & non considerare omnino id quod instat & urget, nimia fuerit sollicitudine & egestatis. Verè autem beati sunt qui scrutantur testimonia Domini: in toto corde exquirent ipsum. De Domino autem testimonium ferunt lex & Propheta. ^b Est ergo nobis propositum ostendere, eum solum qui est cognitione præditus, esse sanctum, & ritè eum qui est verè Deus colere prout eius decet maiestatem: eum autem qui Deum colit vt eius maiestatem decet colere, consequitur Dei amor, & in Deum pietas. Quicquid ergo est excellens & superius, existimat esse honorabile pro dignitate: & in rebus quidem sensibilibus, esse honorandos magistratus & parentes, & omnem seniore: in ijs autem quæ docentur, antiquissimam philosophiam & vetustissimam prophetiam: in his autem quæ intelligentia percipiuntur, id quod est vetustius: in generatione autem filium qui est & principio & tempore carens principium: & eorum quæ sunt primitiæ, à quo discere eam quæ omnia superat causam, nempe patrem vniuersorum, quæ quidem est vetustissima, & omnium beneficentissima, & voce non utique traditur, sed cultu & silentio cum sancta admiratione est colenda & veneranda: & per quam propriè quidem dicitur de Domino, quantum possunt audire ij qui discunt, intelligitur ab ijs autem qui à Domino electi sunt ad cognitionem, est eorum qui sunt, vt ait Apostolus, exercitati sensibus. ^c Dei ergo cultus est continua animi cura ei qui est præditus cognitione, & eius perpetua in Deo occupatio per charitatem quæ nunquam intermittitur. Eius enim cultus qui versatur circa res

30 hominum, vnus quidem est qui reddit meliores: alius verò, qui seruit: medicina quidem corpus, philosophia verò animam reddit meliorem. Atque parentibus quidem à filijs, magistratibus autem ac principibus ab ijs qui parent eorum ditioni, accedens seruit utilitas. Similiter autem etiam in Ecclesia, eam quidem quæ facit meliorem imaginem Presbyteri seruant in Ecclesia: eam autem quæ ministrat, seruant diaconi. Ambobus his ministerijs Angeli Deo seruiunt in dispensatione & œconomia rerum terrenarum: & ipse qui est co-

gnitione præditus, qui Deo quidem inseruit, hominibus autem ostendit eam quæ meliorem facit contemplationem, quomodocunque ad erudiendum fuerit constitutus, ad hominum correctionem. Ille enim solus est pius ac religiosus, qui pulchrè ac citra ullam reprehensionem, in rebus humanis Deo seruit. Quomodo enim plantarum cultura est optima, per quam nascuntur & importantur fructus, scientiæ & agriculturæ experientia hominibus utilitatem afferens: ita eius qui est cognitione præditus, pius ac religiosus Dei cultus, eorum hominum fructus qui per ipsum crediderunt in se accipiens, cum plures ad agnitionem veniant, & per ipsam salui fiant, optimum importat prouentum per experientiam. *ἡ ἀρετὴ* autem, ita enim vocatur cultus Dei maiestati conueniens, est habitus qui id conseruat quod Deum decet: *ἡ ἀρετὴ*, id est, qui conuenienter Dei maiestati Deum colit, solus fuerit Dei amicus. Is autem fuerit qui nouit quid deceat & scientia & uita, qua sit uiuendum ei qui est Deus futurus, & iam Deo assimilatur. Ea ergo ratione fuerit primum & Dei amans: nam ut qui patrem honorat, amat patrem, ita qui Deum honorat, Deum amat. Qua quidem ratione mihi quoque uidentur esse tria effecta cognoscendi potestatis: res nosse: secundum, id efficere quod uerbum seu ratio dictauerit: & tertium, posse tradere, prout Dei conuenit maiestati, ea quæ occulta fuerant apud ueritatem. Is ergo cui persuasum fuerit Deum esse omnipotentem, & diuina mysteria didicerit à filio eius unigenito, quomodo fuerit is ἀθεός, id est impius? nam ἀθεός quidem est qui non putat esse Deum: *δαιμόνιος* autem, id est, superstitiosus, qui timet dæmonia, qui omnia refert in Deos, & lignum, & lapidem, & spiritum, & hominem qui uiuit è ratione redactum in seruitutem. Fides ergo est nosse Deum, quæ est prima post fiduciam doctrinæ Seruatoris, nullo modo iniusta facere, existimare hoc decere Dei agnitionem. Ea de re quidem in terra res est præstantissima homo, qui est maxima in Deum pietate. In caelis autem res est præstantissima, Angelus, qui loco propius & iam purius est æternæ & beatæ uitæ particeps. Perfectissima autem & sanctissima, & maximè principalis, & quæ maximè præest, & est maximè Regia, & longè beneficentissima, est natura filij, quæ est soli omnipotenti propinquissima: ipsa maxima excellentia, quæ omnia ordinat ex uoluntate patris, & optime gubernat uniuersitatem, indefessa & inexhausta potestate cuncta operans, propterea quod agit arcanas & abditas respiciens notiones. Nunquã enim à sua recedit specula Dei filius, ut qui non diuidatur, nõ dissecetur, nec transeat à loco ad locum, sit autem semper ubique, & nequaquam contineatur: tota mens, tota lux paterna, totus oculus, qui omnia uidet, omnia audit, scit omnia, potestate scrutatur potestates. Ei subiecta est uniuersa miuitia Angelorum & Deorum, Verbo paterno quod sanctam suscepit œconomiam & dispensationem, propter eum qui subiecit. Per quæ sunt etiam omnes eius homines: sed alij quidem per agnitionem, alij uerò nondum: & alij quidem ut amici, alij uerò ut serui fideles, alij uerò, ut absolutè serui. Hic est magister, qui mysterijs quidem erudit eum qui est præditus cognitione: & spe bona eum qui est fidelis: & corrigente disciplina per sentientem operationem, eum qui est duro corde: hinc est prouidentia priuatim, publicè, & ubique. Dei autem esse filium, & eum esse Seruatorem & Dominum quem nos dicimus, apertè diuinæ ostendunt Prophetiæ. Hac ratione qui est omnium Græcorum & barbarorum Dominus, persuadet ijs qui uolunt: neminem enim cogit ab ipso salutem accipere, propterea quod possit eligere, & omnia à se implere ad spem accipiendam. Hic est qui dat Græcis sapientiam per inferiores Angelos. Sunt enim iussu diuino & antiquo per gentes distributi Angeli. Sed pars Domini est opinio credentium. Aut enim omnium hominum curam non gerit Dominus, idque ei acciderit, aut quod non possit, quod quidem est nefarium, est enim in signum imbecillitatis: aut quod nolit cum possit, non est autem boni affectio: non est ergo socors ob

delicias,

delicias, qui propter nos carnem accepit patibilem. Aut curam gerit uniuersorum, quod quidem pertinet etiam ad eum qui est Dominus uniuersorum. Seruator enim est non horum quidem seruator, illorum uerò non. Pro ea autem quam habet unusquisque aptitudine, suum diuisit beneficium & Græcis & barbaris, & ijs qui ex eis prædestinati quidem fuerant, suo autem tempore sunt uocati, fideles & electi. Neque ergo unquam aliquibus inuiderit, qui omnes quidem ex æquo uocauit: ijs autem qui eximie crediderunt, honores tribuit eximios. Neque ab alio prohibitus unquam fuerit, qui est omnium Dominus & maximè boni & omnipotentis patris uoluntati seruiens. Sed neque Dominum impatibilem, qui sine principio est genitus, unquam tangit inuidia: sed nec res hominum ita habent, ut eis possit inuidere Dominus. Alius autem est qui inuidet, quem etiam tetigit affectio. Sed nec dici potest Dominum nolle dare salutem humano generi propter ignorantiam, quod nesciat quomodo sit gerenda uniuersiusque cura. Ignoratio enim Deum non tangit, qui ante mundi constitutionem fuit patris consiliarius: hæc enim erat sapientia qua Deus delectabatur omnipotens. Dei enim uirtus siue potestas est filius, ut pote ante omnia quæ sunt genita, Verbum patris maximè principale, & eius sapientia, propriè etiam dici potuerit magister eorum qui per ipsum sunt formati. Sed neque ab aliqua uoluptate abstractus relinquit unquam hominum curationem, qui cum suscepisset carnem quæ natura genita fuerat patibilis, ad impatibilitatis habitum eam erudit. Quomodo autem est Seruator & Dominus, si non est omnium Seruator & Dominus? Sed est quidem Seruator eorum qui crediderunt, propterea quod scire uoluerint: eorum autem qui non crediderunt est Dominus, si cum potuerint confiteri, propriam & eis conuenientem acceperint beneficentiam. Omnis autem Domini operatio, relationem habet ad omnipotentem, & est filius paterna quædam, ut ita dicam, operatio. Nunquam ergo seruator odio habet homines, qui etiam propter suam excellentem benignitatem, & in homines charitatem, non despecta carnis humanæ imbecillitate, sed ea indutus, ad communem uenit hominum salutem: est enim cõmunis fides eorum qui elegerunt: sed neque proprium opus unquam neglexerit, quod soli ex alijs animatibus hominis notio & mentis perceptio indita sit à creatione, neque alia melior & conuenientior hominum administratio Deo fuerit, quam quæ est ordinata. Semper ergo conuenit ei quod est secundum naturam melius ac præstantius, ut præsit ei quod est deterius, & eius quod non potest aliquid rectè regere, ei detur administratio. Est autem id quod uerè regit & præest, diuinum Verbum & eius prouidentia, quæ omnia quidem respicit, nullius autem ex ijs qui ad eam pertinent despicit curationem. Ij autem qui ad ipsum pertinere, & ei esse coniuncti elegerunt, fuerint qui per fidem iniantur. Hic omnium bonorum, uoluntate Patris omnipotentis, author & causa filius, est primus effector motus, potestas quæ sensu non potest comprehendi. Non enim id quod erat, uisus est ijs qui non poterant capere propter imbecillitatem carnis. Cum ergo carnem accepisset sensilem, uenit ostēsurus hominibus sufficientes esse eorum uires, ut possint obedire mandatis. Cum sit ergo uirtus paterna, facillè superat quæ uoluerit, ne minimum quidem relinquens, cuius curam non gerat eius administratio. Neque enim totum ab eo utique rectè esset effectum. Maximæ autem, ut arbitror, potestatis est omnium partium, etiam uis que ad minimam, accurata examinatio, peruadens ad primum uniuersorum administratorem, qui ex uoluntate patris gubernat omnium salutem, alijs ordinatis qui ad alios perfectos respiciunt, donec perueniatur ad magnum pontificem. Ab uno enim desuper principio, quod conuenienter uoluntati operatur, dependent prima, secunda, & tertia. Deinde in summo fine eius quod apparet, beati positi sunt Angeli, atque adeo usque ad nos ipsos, alij sub alijs sunt collocati, qui ex uno & per unum & seruantur & seruant. Quomodo

ergo vel minima pars ferri una mouetur spiritu lapidis magnetis, extensa per multos annulos ferreos: ita etiam qui sunt virtute præditi, diuino spiritu attracti, cum prima mansionem coniunguntur, deinceps autem alij usque ad postremam. ⁵ Qui autem sunt mali ex imbecillitate, cum propter iniustam imbecillitatem in malum habitum inciderint, nec vincentes nec victi, circumflant circumacti animi perturbationibus, humique decidunt. Lex enim hæc ab alto data est, ut qui velit eligat virtutem. ⁶ Quocirca præcepta quoque quæ & in lege, & ante legem erant, non legibus (iusto enim non est lex lata) statuerunt ut qui elegisset quidem, æternam vitam & beatum præmium acciperet: qui rursus autem vitio esset delectatus, concessere ut versaretur cum ijs quos elegerat: & rursus ut anima quæ assidue euadit melior ad acquirendam virtutem, & parandam iustitiam, meliorem locum accipiat in vniuersitate, ut quæ per unumquemque profectum extendatur ad habitum impatibilitatis, donec peruenerit ad virum perfectum, nempe ad cognitionis simul & hereditatis excellentiam. Salutare hæc conuersiones, pro ordine mutationis, diuiduntur, & temporibus, & locis, & honoribus, & cognitionibus, & hereditatibus, & ministerijs, usque ad eam quæ transcendit contemplationem, & est proxima Domino in æternitate. Quod est autem amabile, adducit ad sui contemplationem, quemlibet qui se totum applicauit ad cognitionem per dilectionem cognitionis. Quocirca præcepta dedit & priora & posteriora, ex uno fonte hauriens Dominus, nec eos qui erant ante legem, sine lege esse nihili pendens: nec eos qui non audiebant barbaram philosophiam, ferri effrenatos permittens. Nam cum illis quidem præcepta, his verò præbuisset philosophiam, incredulitatem conclusit ad aduentum, quo tempore est inexcusabilis quisquis non crediderit. Ab alio enim & Græco & barbaro profectu, deducit ad eam quæ est per fidem perfectionem. Si quis autem ex Græcis, transgressus id quod præcedit Græcæ philosophiæ, protinus ad veram aggressus est doctrinam, is etsi sit planè rudis, longo superauit interuallo, cum salutis compendium per fidem elegerit ad perfectionem. Quæcunque ergo nihil impediabant quò minus esset homini liberum eligendi arbitrium, effecerunt ut ea ad virtutem opem ferrent, & ostenderunt quomodo aliqua quidem ratione ijs etiam qui possunt obscure & exiliter dispicere, is qui reuera est solus vnus omnipotens, bonus appareat Deus, à seculo in seculum dans salutem per filium. Is rursus nulla ratione auctor fuit & causa mali: ad vniuersitatis enim salutem, ab eo qui est vniuersorum Dominus, vniuersa sunt ordinata, & vniuersè & sigillatim. Est ergo officium iustitiæ salutaris, vnumquodque semper deducere ad id quod est melius, prout contingit & conceditur: ad salutem enim & permutationem eius quod est præstantius, conuenienter suorum morum proportioni, administrantur etiam quæ sunt minora. Ecce enim quicquid est virtute præditum, mutatur in melius, habens propriam causam mutationis, electionem cognitionis, quam habebat anima in sua potestate. Castigationes autem quæ sunt necessariae bonitati magni qui intuetur iudicis, & per propinquos Angelos, & per varia præiudicia, & per perfectum & omni ex parte absolutum iudicium, cogunt eos qui doloris sensum paulò amplius exuerunt, duci penitentia. Alia autem taceo, Dominum glorificans. Ceterum dico illas animas cognitione præditas, quæ magnificentia contemplationis, vniuscuiusque sancti ordinis vitæ institutum superant, cum in quibus beatæ Deorum definitæ habitationes sunt distributæ in sanctis fuerint reputatæ, & tota ex totis transportatæ in melioribus locis meliora loca venerint, non in speculis aut per specula diuinam amplectentes contemplationem, quammaximè autem euidenti & verè puro ac sincero diuinæ contemplationis sempiternæ, sempiterno exceptas conuiuio, quo satiari non possunt quæ supra modum amant animæ, & inexplebili fruente latitia in secula nunquam terminanda, permanere, honoratas, ut ita dicam, identitate

identitate vniuersæ excellentiæ. Hæc est contemplatio quæ comprehendere potest ab ijs qui sunt mundo corde. Hæc est ergo operatio eius qui est consummatus in cognitione, cum Deo habere consuetudinem per magnum pontificem, pro viribus Domino assimilatum per omnem in Deum pietatem & religionem, quæ tendit ad hominum salutem, per curam exercendæ in nos beneficentiæ: & rursus per sacra ministeria, & per doctrinam, & per bonorum operum effectiorem. Iam verò seipsum quoque creat & fabricatur. Quinetiam eos qui ipsum audiunt, exornat is qui est cognitione præditus, ei quod natura possidet impatibilitatem, id quod ex exercitatione eam habet, quoad eius fieri maximè potest, assimilans, idque cum à Domini consuetudine & conuersatione minimè possit auelli. Mansuetudo autem, ut ego quidem opinor, & benignitas, magnificusque & maiestate plenus Dei cultus, sunt regulæ assimilationis, quæ oritur ex cognitione. ¹⁰ Has ego virtutes dico esse sacrificium Deo gratum & acceptum, cor à superbia & fastu alienum cum recta scientia, dicente scriptura, esse Dei holocaustum, cum quisquis ex hominibus assumptus est ad sanctitatem, illuminetur ad eam quæ discerni non potest unionem. Nam seipsum redigere in captiuitatem, & seipsum interimere, veterem hominem qui per cupiditates corrumpitur, interficientes, & nouum suscitantes à veteri mortis conuersione, & Euangelium iubet & Apostolus, depositis quidem animi perturbationibus, à peccato autem effectos omnino alienos. Hoc erat quod lex quoque tacitè significabat, iubens peccatorem tolli de medio, & à morte ad vitam traduci eam quæ est ex fide impatibilitatem. Quod cum non intelligerent ijs qui leges docebant, legem autem accepissent, ut quæ delectaretur rixis & contentionibus, dederunt occasionem ijs qui eam temerè volunt calumniari. Propter quam causam meritò Deo non sacrificamus, qui nullius indiget, & omnia præbuit hominibus: sed eum glorificamus qui est pro nobis sacrificatus, nos ipsos sacrificantes, ad id quod est nullius indigens, ex eo quod nullius indiget, & ab impatibili ad id quod est impatibile. Deus enim sola nostra salute delectatur. Meritò ergo ei non offerimus sacrificium, qui non vincitur à voluptatibus, cum inferius, & nec usque ad crassissimas nubes, & longè etiam ab ijs perueniat quæ fit per fumum exhalatio, si modò perueniat. Nullius ergo indiget Deus, nec capitur voluptate, nec est aut lucri aut pecuniæ cupidus, cum sit plenus, & cuiuslibet quod ortum est & indiget, omnia præbeat. Neque sacrificijs, sed neque donarijs, neque rursus gloria & honore Deus inuocatur, neque aliquibus eiusmodi allicitur: sed solis bonis viris & honestis apparet, qui iustum nunquam prodiderint vel propter metum intentatum, vel propter promissa magnifica. Qui autem non perspexere humana animæ libertatem, & quæ quod ad vitæ attinet electionem, non potest redigi in seruitutem, quæ ab ineructa fiunt iniustitia ægrè ferentes, Deum non esse existimant. His consimili opinione, qui in voluptatum intemperantiam, & vehementes dolores, & in infortunia præter expectationem incidunt, & casus lamentantur, dicunt non esse Deum: vel si sit, non omnia intueri. Alij autem sunt quibus est persuasum, eos qui Deum existimantur, sacrificijs & donis posse placari, assentienter & fauentes eorum libidinis, & neque volunt credere solum esse eum qui est verè Deus, qui est in identitate iustæ bonitatis. Pius ergo est & religiosus is qui est cognitione præditus, qui primum quidem sui curam gerit, deinde proximorum, ut fiant quamoptimi. Etenim filius bono patri gratificatur, seipsum præbens bonum & patri similem: & principi ac magistratui is qui eius subiungitur imperio.

COMMENTARIVS.

* Iam vero tempus est ut Græcis ostendamus. Cum atheos & impios Græci vocarent Christianos, ut qui pro diis non haberent eos, qui à vulgo colebantur pro diis, in hoc septimo Stromate ostensurus est Clemens

eum demum esse pium ac religiosum qui est cognitione præditus, cognitione autem præditum vocat eum qui credit in Christum sed non sine verbi scientia, hoc autem adeo facit ut cum philosophi didicerint quisnam sit verè Christianus, desinant in sanctum Iesu Christi nomen inuehi, in hoc suam arguentes inscitiam, nec impios & à Deo alienos vocet eos qui veri Dei habent cognitionem. Oportet autem & aduersus omnes Græcos disputare, sed aduersus Philosophos euidenter uti rationibus, ut ex sua ipsorum doctrina exercitati, possint quæ de Deo dicuntur audire, etiam si sint adhuc indigni qui credant. Atque in ea quidem quæ cum eis suscipitur disputatione, non statim adducuntur prophetia & scripturæ, sed cum præcesserit disputatio, postea tempore opportuno adducuntur scripturæ, & indicabitur quid significant. Ideo autem statim non adducimus scripturas, ne dum Christianismo summam describitur, interrumpatur continuata oratio, si vnà cum disputatione de Christianismo comprehendamus scripturas: maxime apud eos qui scripturæ nondum intelligunt verba & dictiones. Non intelliguntur autem scripturæ, nisi prius intelligatur quid earum dictiones & verba significant. Eis autem intellectis postquam crediderint copiosius & abundantius intelliguntur scripturæ, ex verbis enim intellectis aperitur & declaratur sensus scripturæ. Non deerunt forsitan qui dicant, ea quæ à nobis dicuntur non esse ea quæ dicuntur à scripturis: ad eos dicendum est ea quæ à nobis dicuntur suam vim habere à scripturis, & cum ex eis sumatur argumentum, eos profiteri ex iis sumptam adducere sententiam, non verba. In verbis nimium immorari nisi id tempus postulet, est superfluum & nimiam arguit ignauiam & negligentiam, si non consideremus id quod omnino nos urget & premit: nihil est autem, quod nos magis premat & urgeat quam Dei scrutari testimonium, quem qui exquirat & inuenit, is plene est beatus. De domino autem testimonium lex & propheta ferunt. Ex lege ergo & Prophetis quæ sunt diuinæ scripturæ est exquirendus Dominus: quæ sit autem inuenitur, inuentus autem reddit beatos. ^b Est ergo nobis propositum ostendere. Qui ex lege & Prophetis diuinis Deum inuenit, beatus est, ut qui sit sanctus, nempe à rebus terrenis & prophanis alienus: eum autem qui verè Deus est rite colit ut eius decet maiestatem, verè autem est Deus qui cum sit omnia quæ sunt, nihil est tamen ex iis quæ sunt, cum ab eo sint omnia quæ fiunt & facta sunt, nihil est tamen præter eum qui se dicit esse qui sit. Qui Deum ergo nouit ex scripturis, ut qui sit cognitione præditus, eum rite colit ut eius decet maiestatem, à Dei autem maiestate est alienum coli sensilibus & terrenis simulacris: decet enim ut qui sit Spiritus mensque mera, & intelligentia, in Spiritu adoretur & veritate. Qui Deum ita colit eum amet necesse est, & religiosa pietate veneretur quæcumque habet aut habere potest, atque adeo seipsum ei ferat acceptum. Atque qui est quidem cognitione præditus Deum qui verè est rite colit, ut eius decet maiestatem. Sed præter Deum cui tribuendæ sunt primæ partes, non ut Deum quidem pro eius maiestate, sed pro dignitate, quidquid est excellentis & superans honorabile esse existimat. Et in rebus quidem quæ sub sensum cadunt post Deum honorandos censet magistratus & parentes, & omnem Presbyterum, id est, qui est maior natu. Post magistratus parentes & Presbyteros nihil est doctrina excellentius & superius, ea maxime philosophia quæ est antiquissima: ut quæ proximè accedit ad sacram scripturam, & prophetiam quæ à Deo est inspirata. Atque multa sunt quidem eaque eximia quæ discuntur à doctrina, tam philosophica quæ est vetustissima, quam prophetica. Sed non omnia discuntur à doctrina: sunt enim quæ percipiuntur mente & intelligentia, in iis autem maxime excellunt supremæ mentes & intelligentiæ quæ sunt vetustissimæ. Post hæc maxime excellentem nouit generationem, is qui est cognitione præditus, generationem, inquam, non humanam & terrestrem, sed eam de qua dicit Esaias: Generationem eius quis enarrabit. Ex ea est filius qui est principium carens principio à quo omnia incipiunt: ipse autem à nullo incipit, imò vero & ipse & pater vnus est omnium principium. A filio autem dicitur Pater qui est prima & suprema omnium causa, fontis & origo totius diuinitatis & pater vniuersorum, cum sit autem pater qui est causa omnium antiquissima & vetustissima, in scripturis merito dicitur antiquius dierum. Non solum autem pater est vetustissimus, sed etiam bonus & benignissimus, à quo bona omnia procedunt. Et à filio quidem dicitur pater, & traditur non voce, sed silentio & contemplatione, & sancto cultu & admiratione. Per eam contemplationem & venerandam culturam à Domino dicitur pater, quantum possunt audire ij qui discunt, & quantum intelligunt qui sensus habent exercitatos. A Domino ergo nempe à filio proprio dicitur pater, sed non omnino dicitur, sed quantum audire potest qui audit, & tantum quantum intelligit qui à Deo est electus ad cognitionem, ut scilicet sit fidelis & sensus habeat exercitatos, id est in diuinis intelligendis diu sit meditatus. Patrem ergo non intelligit nisi qui eum à filio didicerit: is autem est qui est fidelis & electus ad eius cognitionem, sed nemo est qui perfectè & omnino intelligat: non plus enim intelligit, quam quantum potest audire, id est quantum conceditur. Et is demum intelligit, qui in diuinis meditandis est exercitatus, & assidua contemplatione Deum coluerit. ^c Dei ergo cultus est continua animi cura. Superius quidem dixit eum qui est cognitione præditus, Deum colere conuenienter eius maiestati, nunc autem exponit quisnam sit Dei cultus. Cum sit enim multiplex colendi significatio, id quod est multiplex, est reducendum ad vnum significatum, ut à cæteris separatim. Dei ergo cultus ut melius intelligatur, inquit, est animæ cura ei qui est cognitione præditus, & eius perpetua in Deo occupatio per charitatem quæ nunquam intermittitur. Ex qua quidem definitione intelligitur quisnam dicatur Deum colere. Deum ergo colere dicitur fidelis cognitione præditus, qui totum animæ suæ studium in Deo ponit, & in eo contemplando & meditando occupatur. Sed non quicumque in Deo meditando curam & studium ponit, & occupatur, is Deum colit. Nam qui propter inane studium & inutilem curiositatem, & non propter charitatem Deum meditat & contemplatur, is Deum non colit. Colit autem qui à perpetuo & qui nunquam intermittitur amore impulsus, totus versatur in Dei contemplatione. Cum sit autem Dei cultus propter charitatem, ex eo non aliud accipitur, quam ut reddamur meliores. In cultu autem qui versatur in rebus humanis, vnus est qui reddit meliores, alius autem qui tantum seruit & ministrat. Et medicina quidem melius reddit corpus, philosophi vero animam reddit meliorem. A filiis seruentibus coluntur parentes & vtilitatem ab eis accipiunt, dum illis ministrant. Principes & magistratus colunt ij qui eis subiecti eorum parent imperio, commoda & vtilitatem eis

tem eis afferentes. In Ecclesia sunt Presbyteri & Diaconi, Presbyteri quidem eum cultum exhibent, qui populum reddit meliorem doctrina & institutione, Diaconi autem seu ministri suo funguntur munere, Presbyteris seruientes. Porro autem hi duo cultus quorum alter reddit meliores, alter verò seruit vsui, sunt duo ministeria quibus Deo fertur. Deo autem in rebus terrenis dispensandis & administrandis seruiunt & Angeli, & is qui est cognitione præditus qui & Deo seruit & homines docet contemplationem quæ eos reddit meliores: ex quo possumus intelligere & Angelos & homines, qui Dei habuerint cognitionem, seruire hominibus prout à Deo fuerit constitutum, ut homines corrigant, & erudiant. Pius autem est ac religiosus Dei cultor qui in rebus humanis recte & ut decet Deum colēs, nihil facit quod iure possit reprehendi. Sicut autem plantarum illa cultura est optima per quam nascuntur & inferuntur fructus, scientia & agricultura hominibus vtilitatem afferentes. Ita pius ac religiosus eius qui est cognitione præditus Dei cultus, cum per ipsum multi crediderint & salui euaserint, magnum importat prouentum, & vtilitatem hominibus per experientiam. Nam ut agrum non recte colit qui agri colendi non nouit artem, ita Deum non recte colit qui Dei colendi non est præditus cognitione. Dei autem colendi non est præditus cognitione qui sensilibus seruit simulacris, & pro vero Deo falsos Deos adorat. Qui verum autem ut decet Deum colit, is est θεοσεβής, is Dei obseruat & colit maiestatem: qui autem Deum ita colit ut eius decet maiestatem, is solus est Dei amicus. Is enim demum Deum amat qui eum honorat, sicut & qui patrem amat, honorat patrem: Deum autem non honorat, nisi qui est cognitione præditus. Cognoscendi autem tres sunt effectus, Primus est res nosse: Deum enim ut eius conuenit maiestati non colit, qui falsis diis reiectis Deum verum non nouit. Secundus, est id facere quod dicitur seu præcipit Dei verbum. Tertius est posse tradere explicare & reuelare ut Dei conuenit maiestati, quæ latent apud veritatem quam verbum in apertum protulit, per suam carnis susceptæ dispensationem. ^d Is ergo cui persuasum. Ex his concludit Clemens falli Græcos & Philosophos, qui Christianos esse dicunt ἀθεοί: id est impios: nam qui Deum credit esse omnipotentem, & est θεοσεβής, id est Deum colit ut eius conuenit maiestati, & diuina mysteria seu sacramenta ab vnigenito Dei filio didicit, is non potest esse ἀθεός, id est impius. Fidelis ergo Dei cognitione præditus qui Deum credit esse omnipotentem, & talem eum credens ut decet colit, & à Dei vnigenito filio sacra didicit mysteria, non est impius: Contra autem Græci & philosophi qui Deum omnipotentem, qui verus est Deus, non putant esse Deum, & qui sunt superstitiosi, ut qui timent & colunt dæmonia, & in Deos referunt lignum & lapidem & spiritum, id est ventum, & aërem spirantem, & hominem qui viuit addictus seruitio dæmonum, ij plane sunt ἀθεοί. Nihil est autem quod æquè ἀθεοί, seu impium non esse prohibeat, atque fides, quæ ut & in Deum credamus efficit, & eum cognoscamus. Primo autem ex eo existit fides, quod postquam ex Domini Seruatoris doctrina habuerimus fiduciam, existimemus hoc decere Dei agnitionem nullomodo iniusta facere. Ex eo ergo quod Domini doctrinam confidamus esse veram, fit ut in Deum credamus: In Deum autem credentes & eum agnoscentes, non existimamus decere, ut qui in Deum credit & eum nouit, sit iniustus, & faciat quæ sunt iniusta & iniqua. Qui autem credit Deum esse omnipotentem, & à filio eius vnigenito sacra didicit mysteria, is cum sit maxime pius res est in terra præstantissima: in celo autem res est præstantissima Angelus, ut qui cælesti loco purius & propinquius accedēs, est æternæ & vitæ beatæ participes. Ipsa autem filij Dei natura, & homines & Angelos longe superat: Est enim res perfectissima & sanctissima, ut cui nihil desit, & est omni ex parte absoluta, quæ omnia regit & omnibus imperat, & est beneficentissima. Nec mirum si sit sanctissima quæ est à terra remotissima. Et certe si Angelus est res præstantissima, ut qui sit celo proximus qui est locus purissimus, quanto magis filij Dei natura est, quæ est soli omnipotenti propinquissima, ut qui sit in ipso patre? Is ex voluntate patris regit & gubernat totam vniuersitatem, & quæ nunquam desinit potestate omnia operatur. Ideo autem omnia operatur, quod occultas & quæ sibi soli patent proponit notiones. Quod has autem occultas & arcanas sibi proponat notiones, hæc causa est, quod ipse à sua nunquam discedat specula, nunquam diuidatur, nunquam dissectetur, nec transeat à loco ad locum, & semper sit vbique, nec tamen contineatur vllis certis loci limitibus. Sed nec rursus mirum quod omnes occultas videat notiones, cum quæ patri attribuuntur ea etiam attribuuntur filio, intelligentia, lux, oculus, qui omnia videt, omnia audit, scit omnia, & potestate sua scrutatur potestates. Quod autem filij Dei natura sit perfectissima ex hoc patet, quod ei nempe verbo paterno sit subiectus omnis Angelorum & Deorum exercitus, quod sanctam suscepit œconomiam & dispensationem carnis, qua est indutus propter eum, nempe eius patrem qui ei subiecit Angelos. Ex hoc autem quod verbo Dei subiectus est Angelorum cælestis exercitus, quod quidem verbum carne humana per diuinam indutum est œconomiam, patet quod eius sunt omnes homines: sed non omnes eodem modo, nec vna & eadem ratione. Alij enim homines sunt Dei verbi, ex eo quod verbi Dei habeant cognitionem; Alij autem sunt tantum catechumeni nec ad ipsam adhuc peruenerunt cognitionem; Alij autem sunt amici qui faciunt quæ Deus præcepit, ij autem sunt qui operantur ex scientia & cognitione; Alij autem sunt verbi Dei qui sunt serui fideles ut qui Deo seruiunt, non ex eo quod consecuti sint Dei cognitionem, sed ex eo quod credant: Alij autem absolute sunt serui, qui nec sunt amici nec ei sunt familiares, nec eum fiducia eum cognoscunt, sed absolute fide & spe ei seruiunt quomodocumque. Cum autem filij Dei id est verbi sint alia & alia ratione homines, is est omnium magister: non eodem autem modo omnes docet & erudit, sed arcanis quidem mysteriis erudit eum qui est cognitione præditus, spe autem bona eum erudit qui est fidelis: spes enim docetur ex eo quod credatur: quomodo enim sperauerit qui non credit quod docetur? Eos quoque erudit qui sunt alieni à disciplina, durique & obstinati corde, erudit autem per sentientem operationem; quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recepit. Ex illa autem erudita disciplina & Hebr. 12. castigatione, & publicè & priuatim & vbique existit prouidentia: Per illam enim & omnibus & cuilibet & quouis in loco prouidetur, ut nihil omitatur eorum quæ ad curam discipulorum gerendam pertinent. Pergens autem Clemens describit qualis sit hic filius, & verbum Dei: dicit autem scriptura prophetias aperte ostendere, hunc nostrum quem dicimus Dominum esse seruatorem & Dominum. Vult autem omnes

esse saluos, sed neminem cogit: dat enim omnibus liberum arbitrium. Est ergo in sua potestate & Domini salutem accipere, & ex se implere omnia ea quibus salus accipitur. Cum ergo Dominus libenter dat salutem, quam ut accipiat est in libero hominis arbitrio, non est quod de sua salute homo dubitet. Dat autem Dominus filius qui est verbum Dei Græcis sapientiam, per Angelos inferiores. Sunt enim & superiores & inferiores Angeli à Deo missi ad ministerium salutis, sed superiores Angeli curam gerunt credentium qui sunt pars Domini. A Domino ergo Deo datur sapientia, sed à Deo Græcis datur per inferiores Angelorum ordines, sed ab ipso Deo per se fidelibus qui sunt Dei portio. Dominus autem non gerit curam omnium, idque ei accidit, aut quod non possit, aut quod nolit cum possit. Si quod non possit, hoc est nefarium: arguit enim Deum esse impotentem, & imbecillum. Si autem nolit cum possit, non vult autem qui cum possit, non est bene affectus: est ergo ignauus & fœcior propter delicias qui non vult cum possit: nam si non esset fœcior & ignauus vellet cum possit. Quod autem nolit mirum est cum possit, qui propterea carnem suscepit patibilem, ad hoc ut posset pati. Aut curam gerit vniuersorum: curam gerere autem vniuersorum: est eius qui in omnes obtinet dominium, Dominus qui est seruator, aliorum quidem seruator, aliorum vero non. Seruator enim vult omnes saluos fieri: non omnes, tam Græcos scilicet quam barbaros, vno & eodem afficit beneficio, sed prout ad accipiendum beneficium aptos viderit. Et qui salui quidem fiunt prius ad salutem prædestinantur, deinde verò vno tempore vocantur & eliguntur, & fiunt fideles: Qui autem ad beneficium accipiendum nempe salutem non sunt apti, non ideo non salui fiunt quod eis Dominus inuideat (nullis enim inuidet qui omnes ex æquo vocat) sed quod salui non sint non in alios quam in ipsos culpa est conferenda, qui vocantem Dominum non audiunt. Sed iis qui vocantem audiunt & egregiam ei fidem habent, summos honores tribuit, dum cum sit omnium Dominus & boni & omnipotentis Patris seruiat voluntati, nemo prohibuerit quod minus quod vult faciat iis qui crediderunt. Sed neque Dominus inuidet qui est à principio genitus impatibilis, sed nec res hominum sunt eiusmodi ut eis inuideat Dominus. Hominibus inuidet caro & dæmon, qui ab homine præcepta ei inuidet salutem. Sed neque dici potest propter ignoracionem Deum non dare salutem, scit enim & quibus & quomodo sit danda: in Dominum enim non cadit ignoracio, qui priusquam crearetur mundus, Deo fuit à consiliis, & est sapientia patris qua delectatur, est que Filius & Dei virtus & potestas. Verbum Patris est ante omnia quæ sunt, & est magister eorum qui per ipsum sunt formati: nihil est ergo quod eum abstrahat à cura hominis gerenda, non inuidia, non ignorancia, non voluptas. Nam carnem quæ sua natura est patibilis ab ipso acceptam reddidit impatibilem, & erudit ad impatibilitatem. Hominis autem curam gerit, qui facit ut non sit obnoxius ægritudinibus & affectionibus. Post hæc autem mouet quæstionem ad quam respondet, Quomodo sit Dominus Seruator & Dominus, si non est omnium Seruator & Dominus. Respondet eum quidem esse seruatores eorum qui crediderunt, propterea quod scire voluerint: nam qui credunt ideo credunt, ut ea quæ credunt sciant & cognoscant, & ideo dicuntur gnostici. Est autem Dominus eorum qui non crediderunt quidem, sed sunt confelli, sibi autem acceperunt conuenientia beneficia. Plus autem est dare salutem credentibus, quam iis qui licet non credant, Deum tamen confitentur dare beneficium. Quidquid autem operatur Dominus id refertur ad Deum omnipotentem, & est Filius quædam Patris operatio. Nam nec Filius operatur sine Patre, nec Pater sine Filio, quoniam ipse Filius est operatio Patris: æterna enim Patris generatio, æternum operatur Filium. Ipse autem Dominus qui est etiam seruator, nunquam odio habet homines, sed humanam carnem induit, ut ei daret salutem, tantum abest ut hominis carnem despiceret. Carne ergo humana indutus seruator, venit ad communem hominum salutem: communis autem hominum salus est communis fides eorum qui elegerunt. Non habet enim salutem qui non habet fidem: fidem autem non habet qui eam non elegerit. Non est autem mirum si Deus hominis curam gerit, cum homo sit opus Dei: suum autem opus non negligit. Hominem autem esse Dei opus ex hoc intelligitur, quod ex omnibus animalibus solus homo habet notionem & intelligentiam à creatione inditam: simul enim atque creatur homo à Deo, venit extrinsecus ratione prædita & intelligens anima. *Hic omnium.* Hominem esse Dei opus antea dixit, nunc autem dicit eum esse Dei opus per Filium, qui voluntate Patris est causa & author omnium, ut qui sit primus effectus motus: quo fit, ut quæcunque fiat ab eo mota in opus deducatur. Cui sit autem eius maxima potestas, ut qui sit Patris potestas, ea tamen non potest à carne cõprehendi, ut quæ nõ cadat sub sensum. Quamuis ergo carnem acceperit, tanta tamè est carnis imbecillitas, ut quid sit ab iis qui carne sunt recti intelligi nõ possit. Nam cum sit Deus & homo, à carne quidem homo solù cernitur, non Deus. Carnem autem accepit Dei filius, ut intelligerent homines cum ipse esset homo qui opè fert hominibus, nõ deesse sibi vires ad obediendum mandatis. Non est autem mirum si ab eo adiuti homines, Dei mandata exequuntur, cum ipse sit Dei virtus quæ quæcunque voluerit facile superat, nihil autem omittit quod nõ administret, ex iis quorum curam gerit. Quod nisi faceret & aliquam negligeret particulam vniuersitatis (nã tota ab eo recte geruntur) neque ab eo vniuersum recte esset effectum. Cum autem ne minima quidem sit particula cuius curam non gerat virtus Dei seu verbum (nam alioqui non esset recte effectum vniuersum) est maximæ potestatis quæ est Dei virtus, omnium partium perfecta examinatio & consideratio, peruadens vsque ad primum administratorem vniuersorum. Est autem potestatis examinatio ipsa potestatis actio, peruadens vsque ad primum administratorem id est ipsum Dei verbum; quod patre ita volente omnium procurat salutem. Præter ipsum autem verbum quod procurat & regit omnium salutem, sunt alij ordinati qui ad alios perfectos respiciunt nempe ad eos qui dant operam Græcæ philosophiæ, à qua nequam regitur & procuratur salus, licet ea suam habeat perfectionem. Sunt autem illi tandiu ordinati ad regendos in philosophia perfectos, donec veniatur ad magnum pontificem, nempe illum qui est sacerdos secundum ordinem Melchisedech, nempe Christus qui & eorum qui salui fiunt præest saluti, & philosophorum etiam curam gerit. Ab illo autem verbum quod principium vocat Christus, dicens, ego sum principium qui & loquor vobis) desuper dependent primæ, & secundæ, & tertie causæ. In extremo autem sine eius quod apparet

Deut. 33.

Ioan. 8.

paret, nempe ipsius cæli, apparet certis nempe nouem ordinibus, alij sub aliis collocati ad nos vsque pertinent. Ex vno autem & per vnum nempe Christum à quo mittuntur, accipiunt & dant salutem. Quomodo autem ab vno primo principio dependent secundæ causæ, & beati sub se inuicem collocati Angelorum ad nos vsque pertinent: ita etiam qui sunt virtute præditi Dei spiritu attracti, cum prima mansione coniunguntur, & alij deinceps vsque ad postremam. In domo enim patris, id est in cælo, multæ sunt mansiones quæ & à se sunt separatæ, & rursus inter se sunt inuicem coniunctæ, à prima vsque ad vltimam. Ut hoc autem melius intelligatur, assimilat illam domorum coniunctionem parti minimæ ferri, quæ attracta spiritu magnetis lapidis, vnà mouetur extensa per multos annulos ferreos. *Qui autem sunt mali.* Qui sunt quidem virtute præditi diuino spiritu attracti, cum in domo Patris in cælo scilicet, sint variæ mansiones pro meritorum varietate, & separatur & inter se iunguntur. Qui autem sunt mali ex infirmitate ac imbecillitate, nepe ex eo quod non valeant vires ad virtutem allequendam, cum propter iniustam inexplebilitatē, id est auaritiā & iniquam plura habendi cupiditatē in malum habitum inciderint, id est in vitium quod elui non potest, adeo ut nec superare possint, nec superari: ij circūflunt & agitantur animi motibus & perturbationibus, ut nulla sit in eis firmitas & stabilitas, quod sit ut humi decidant, nec in altum possint erigi, nec in cælum assurgere ac suspicere. Quibus autem desunt vires & qui animi agitantur motibus & perturbationibus, quantumque velint, virtutem eam nõ assaquantur sine libero arbitrio. Nam et si donum Dei sit virtus quæ à Dei gratia proficitur, eam tamè non habet is cui datur nisi donanti assentiatur, & gratiā eligat. Tantum autem abest ut homo libero careat arbitrio, ut lex de virtute eligenda ab eo qui ipsam velit, ab alto data sit id est à superis. *Quocirca præcepta.* Cui lex ab alto, nempe à superis data sit, ut qui virtutē velit eam eligat, ideo præcepta quoque quæ fuerunt & ante legem, & post legem (nam nec iis quibus nondum erat lex data deerant præcepta naturalia, & legi latæ subdita erant sua præcepta) statuerunt, ut qui virtutē elegisset æternam vitam acciperet, & beatum præmiū nempe bonarum actionum remunerationem. Statuerunt autem non lege lata, nam viris bonis & iustis nõ est lex data: huiusmodi enim, inquit Paulus non est lex, nã qui boni sunt & iusti sponte & libere agunt nullo iussu coacti, nec pœnarum villo terrore impulsii. Non solū autem eligunt virtutem sed etiam vitium. Concesserunt itaque præcepta, ut qui vitio esset delectatus, libere & sua sponte vereretur cum iis quos elegerat. Est ergo in liberi arbitrij potestate vel bonum vel malum eligere, neque cogunt præcepta ut bonum vel malum eligatur. Eadem quoque præcepta statuerunt, ut anima quæ assidue proficit ad acquirendam virtutem & parandam iusticiam, in totius mundi vniuersitate meliorem locum habeat, nempe meliorem in domo Patris, in cælis in quâ, mansionem: ita enim singulati in virtute & iustitia extenditur ad habitum impatibilitatis, id est fit impatibilis, & nullis obnoxia motibus & perturbationibus, donec venerit ad virum perfectum, id est ad perfectam cognitionem & excellentiam hereditatis (perfectus enim est qui & summam habet Dei scientiam & cognitionem) & Christi filij Dei factus frater adoptatur, & ita eius cohæres, habet hereditatis excellentiā: per liberi autem arbitrij electionē, qua à malo ad bonum nempe à vitio ad virtutē conuertitur anima, fiunt salutes conuersiones, prout est varia eorum mutatio. Diuiduntur in multas partes pro ratione circumstantiarum, temporum & locorum, & honorum & cognitionum, & hereditatum & ministeriorum vsque ad cõtemplationē quæ transcendit & est proxima Domino in æternitate. Prout enim sunt varia loca, varia tempora, varij honores, variæ cognitiones, variæ hereditates, varia ministeria, sunt variæ cõuersiones. *Has ergo virtutes.* Virtutes illæ quæ Domino assimilant, sunt gratum & acceptum Domino sacrificium, & cor à superbia & fastu alienum, quod cor contritum & humiliatum vocat Psalmographus. Vocat autem scriptura holocaustum quod totum Deo offertur, totum autem Deo offertur, quando quis ex hominibus ita est assumptus ad sanctitatē, ut ad Dei illuminetur vnionē, quæ separari & discerni nõ potest. Hoc autem Deo est maximè gratum sacrificium, quando quis seipsum in seruitutē legis reductum & peccati captiuum effectum, interficit & mortificat, veterē inquam hominem qui corrumpitur per cupiditates, per noxia inquam desideria & affectiones, interficit, & à veteri, vitiorum morte depulsa, in nouum conuertit hominem, virtutibus vitii succedentibus. Et hoc est, Deo exhibere, ut dicit Paulus, sua corpora hostiam viuentem, sanctam Deo placentē. Hoc fit cum sunt depositæ omnes animi perturbationes, & fit peccator à peccato omnino alienus. Hoc ipsum etiā lex tacite significat, iubens de medio tolli peccatorem, id est omnino tolli peccata, & impatibilitatem quæ est ex fide (nam ab animi affectionibus & perturbationibus maximè liberat fides) traduci à morte ad vitam, id est plane esse viuam: verè enim sunt mortui quorum animæ vitam adimunt peccata, & vitiorum ægritudines. Per hoc autem quod lex iubet peccatorem tolli de medio, significatur peccatorem seipsum occidere & sacrificare, id est seipsum mortificantem castumque reddentem offerre Deo hostiam viuam & sanctam. Hoc cum non intelligerent legis doctores, & putarent legem reuera sentire peccatores esse occidendos, ut cui essent gratæ rixæ & contentiones, dederunt aliis occasiōem nempe calūniatoribus legem calumniandi: quod ea esset propensa ad eadem faciendam, cum tamen hoc esse falsum constet ex eo, quod Deus non nostro exitio, sed nostra salute sola delectetur. Quod autem Deo nõ sacrificamus, nos inquam id est Christiani, hæc causa est quod Deus nullius indigeat, Deus, inquit, meus es tu quoniam honorum non eges: cum nullius autem indigeat, omnia præbet hominibus. Quod autem dicit Christianos Deo non sacrificare, intelligit de sacrificiis quæ in veteri lege Deo offerebantur, in qua occisa immolabantur animalia. Non sunt autem talia Christianorum sacrificia: animalia enim Deo non sacrificat, sed sacrificant sacrificium laudis & gratiarum actionis, eum glorificantes qui pro nobis est sacrificatus, nempe cum qui cruci affixus se pro nobis Deo obtulit. Seipsum autem sacrificant, id est, sanctas & immaculatas hostias offerunt, corpora sua mortificantes Deo qui nullius indiget, & impatibili Deo se impatibiles exhibentes. Quod quidem ideo faciunt quia Deus sola nostra salute delectatur. Cum autem ei demum offeratur sacrificium ab eo qui vincitur à voluptatibus, Deus autem nec capiatur à voluptate, nec lucrum aut pecuniam appetat, ut qui sit diues & omni ex parte plenus, & tantum abest ut alicuius indigeat, ut omnibus à natura productis, quæ indigent ex eo omnia suppetant, meritò illi non sacrificatur. Et ut sacrificium illi nõ offertur, ita nec donis, nec gloria, nec honore innocatur & allicitur, nec aliis eiusmodi: sed solis viris bonis Deus apparet, qui nullo terrore, nec vllis promissis induci possunt, ut quod æquum est & iustum deserat.

Ioan. 14.

Galat. 5.

Rom. 12.

Psal. 15.

^a NAM credere quidem & parere, est in nostra potestate. ^b Malorum autem causam si quis putauerit & materia imbecillitatem, & inuoluntarios ignorationis impetus, & rationis expertes propter inscitiam necessitates, cum eos perinde ac bestias aliquas per disciplinam superauerit is qui est cognitione praeditus, diuinum imitans institutum, benefacit pro viribus hominibus qui voluerint: & si aliquando fuerit in magistratu constitutus, non secus ac Moses, praerit ad salutem eorum in quos obtinebit imperium, & mansuefaciet id quod est agreste & infidele: honore quidem eorum qui sunt optimi ac praestantissimi: supplicio autem improborum, quod conuenienter rationi inscribitur ad disciplinam. Imago enim valde diuina & Deo similis, est viri iusti anima, in qua per praceptorum obedientiam aedificatur & collocatur dux mortalium & immortalium omnium, Rexque & genitor omnium, bonorum reuera lex & praescriptum, & verbum aeternum, qui & priuatim singulis, & communiter omnibus est vnus Seruator. Hic est reuera unigenitus, & omnium Regis & omnipotentis patris gloriae figura, quae ei qui est cognitione praeditus imprimit perfectam contemplationem ad suam imaginem, ut sit iam tertia diuina imago, quae quoad eius fieri potest assimilatur causae secundae, ei quae est reuera vita, per quam, vitam veram viuimus, veluti nobis describentes cum qui est cognitione praeditus, qui versatur in ijs quae sunt firma & stabilia, & nec mutari possunt nec alterari. Sibi ergo & suis imperans, firmam ac stabilem possidens comprehensionem diuinae scientiae, germane ac sincere accedit ad veritatem. Eorum enim quae intelligentia percipiuntur cognitio & comprehensio, iure dicatur firma ac stabilis scientia: cuius ea quidem pars quae versatur in rebus diuinis, hoc habet munus ut consideret quidem quae sit prima causa, quid vero sit per quod facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil: & quanam sunt ea quae sunt ut disiungentia, quae autem ut comprehendentia: & quae sunt quidem coniuncta, quae vero ut disiuncta: & quemnam habeat ordinem unumquodque eorum, & quas vires, & quod ministerium afferat unumquodque. Et rursus in rebus humanis, quid sit ipse homo, & quid sit ei secundum & praeter naturam, & quemadmodum rursus agere vel pati oporteat, & quanam sint eius virtutes, & quanam vitia, & de bonis & malis, & mediis, & quaecunque tractantur de magni & excelsi animi virtute, de prudentia & temperantia, & de ea quae est post omnes omni ex parte perfecta & absoluta virtute iustitia. Sed prudentia quidem & iustitia utitur ad parandam sapientiam: magni autem animi virtute, non solum in ferendis casibus, sed etiam in eo quod resistat voluptati & cupiditati, dolorique, & ira: & in summa, cuius rei quae nos vel vi vel fraude aliqua illicit. No enim oportet vitia & honesta sustinere, sed persuaderi & ea sustinere, quae sunt terribilia. Inuenitur autem dolor quoque utilis, & in medicina, & ad erudiendum, & castigandum: & per eum corriguntur mores ad utilitatem hominum. Magni autem & excelsi animi virtutis species sunt tolerantia, ingens spiritus, magnitudo animi, liberalitas, magnificentia. Propter quam causam, nec reprehensionem, nec vulgi malam famam apprehedit is qui est cognitione praeditus, neque gloriae subiicitur, neque assentationibus: & in sustinendis laboribus simul aliquid agens eorum quae oportet, & casus omnes magno & forti animo superans, reuera vir apparet inter alios homines. Et rursus custodiens prudentiam, & moderatus ac temperatus in quiete anima, ea quae praecipiantur excipiens tanquam quae sibi conueniant: ea vero quae sunt turpia, ut aliena auertens, mundanus & supermundanus ornate & decore se gerens, & nullo modo delinquens. Maxime quidem diues, ex eo quod nihil concupiscat, ut qui paucis egeat, & cuiusuis boni magnis abundet copiis, propter boni cognitionem. Eius enim iustitia est primum munus, amore complecti eos qui sunt eiusdem generis, & cum eis agere & versari in terra & in caelo. Ea ratione lubenter quoque impertit & communicat si possideat:

& cum

& cum sit comis & benignus, summo odio habet malos, quoduis maleficiū perfecte abhorret & auersans. Oportet ergo discere esse fidelē & sibi & proximo, & parere praeceptis. Hic est enim Dei seruus, qui sua sponte se subiicit praeceptis: qui autē non iam propter praecepta, sed propter ipsam cognitionē est mundus corde, is est Dei amicus. Neque enim nascimur natura virtute praediti, neque ea natis, ut aliqua aliae partes corporis, accedit postea naturaliter, nā sic non esset voluntarium, nec laudabile: sed nec ex eorū qui conuenerunt accedente usu & consuetudine, quomodo sermo virtus perficitur (vitiū enim propemodū hoc modo ingeneratur) sed nec ex arte aliqua, siue ex iis quae proponunt sibi quae sit, siue ex ijs quae pertinent ad curā corporis, accedit cognitio. Sed nec ex ijs quae sunt in orbe disciplinis: bene enim cum eis ageretur, si tantū possent praeparare animā & ei ministrare. Nā leges ciuiles malas actiones forte possunt reprimere: sed neque ad persuadendū comparata orationes, cū versentur in superficie, praebuerint permansionē veritatis quae constituit scientiā. Philosophia autē Græca veluti prapurgat & praeparat animā ad fidem accipiendam, super quā veritas aedificat cognitionē. Hic est verus Athleta, qui in magno stadio, nempe pulchro hoc mūdo, coronatur, veram affecutus victoriam aduersus omnes animi perturbationes. Nam & Agonotheta est omnipotens Deus, & qui brauia seu premia distribuit est unigenitus Dei filius, spectatores autē sunt Angeli & Dij: variūque & ex omni genere pugnae constās certamē, non est aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus spirituales potestates quae per carnes operantur vehementes vitiorū & affectionum motus. His magnis superatis certaminibus & veluti prostrato imminente tentatore, potitus est immortalitate: falli enim non potest Dei sententia in iustissimo iudicio. Atque vocatū est quidem theatrū ad certamen, in stadio autem decertat athleta. & ex his utique superat qui aliptae paruerit. Omnibus enim omnia à Deo proposita sunt equalia, & est ipse alienus à reprehensione: misericordiam autem consequitur is qui potest, & potens est is qui voluerit. ^c Hac ratione mentē quoque accepimus, ut sciamus quod agimus: & illud, Nosce teipsum, hoc est scire propter quid orti simus: orti autem sumus ut eligeremus obedire praeceptis ad hoc ut vellemus esse salui. Hic est Nemesis, propter quam non licet Deum effugere: est ergo officium hominis, Deo parere, qui variā annunciauit salutem per praecepta. Deo autem gratum esse & acceptum, efficit confessio: benefactor autem praesens beneficentiam. Qui autem cū ijs, cum quibus par est, considerationibus ^d prompto & alacri animo acceperit, & mandata custodierit, is est fidelis. Qui autem pro accepto beneficio pro viribus refert gratias per charitatem, is iam est amicus. Vna est autē ab hominibus praecipua gratiae relatio, ea facere quae Deo sunt optima. Nam tanquam proprii factus, & in aliquo cognati effectus, magister & seruator accipit utilitates & correctiones hominum ad propriam gratiam & honorem, sicut etiam damna & offensiones quas accipiunt ij qui in ipsum crediderūt, tanquam ingrati animi in se admissa crimina, propriaque probra & dedecora existimat. Quod enim aliud probrū ac dedecus Deum attigerit? Quocirca nec possunt omnino referri gratiae pro dignitate salutis, si conferantur cum utilitate quae à Domino proficiscitur. Quomodo autem qui vexant possessiones, dominos iniuria afficiunt: & qui milites, eorum Imperatorem: ita Domini est contemptio, eorum qui sunt illi dedicati, vexatio. Quomodo enim Sol non solum caelum, & totum mundum illuminat, super terram & mare resplendens, sed etiam per fenestram & paruum foramen, vel in intima penetralia domorum lucem emittit: ita Verbum undique effusum, vel minima respicit ex ijs quae in vita geruntur. ^e Græci autem sicut hominibus formae similes, ita iisdem quoque quibus ipsi, animi perturbationibus, Deos ponunt obnoxios, & quomodo eorum formas sibi similes singuli describunt, ut ait Xenophanes, Aethiopes quidem nigros & simos, Thraces autem fuluos & caeruleos: ita etiam animos quoque

ἀδράστη
Nemesis,
inde dicta,
quod effugi
non possit.
ἀδράστη

assimilant ijs qui eos effingunt, Barbari quidem agrestes & efferatis moribus: Græci autem mansuetiores, sed in quos tamen cadunt motus & perturbationes. Quocirca necesse est quidem ut improbi malas de Deo suscipiant cogitationes, probi autem optimas. Quamobrè qui est animo verè regio & cognitione præditus, is cum & piè Deum colat, & sit alienus à superstitione, persuasum habet eum solum qui solus est Deus, esse honorandum, venerandum, magnificum, beneficentia omnes complectentem, principem & authorem bonorum, malorum autem non esse causam. Atque de Græcorum quidem falsa religione satis, ut arbitror, ostendimus in libro qui dicitur Protrepticos, id est exhortatorius ad gentes, abundè vrentes ijs quæ ad id faciebant historiis: non sunt ergo repetenda ea quæ aperte dicta sunt. Quod ad notandum autem attinet cum ad hunc locum peruenerimus, satis est ex multis pauca adducere, ad ostendendum eos esse impios qui Deum pessimis hominibus assimilant. Aut enim eis Dij læduntur ab hominibus, & qui læduntur ab hominibus, ostenduntur esse ijs inferiores: aut si non læduntur, quemadmodum cum non lædantur, perinde ac iracunda anicula ad iram incitata indignantur? ut dicunt Dianam propter Oeneum iratam fuisse Ætolis. Quemadmodum enim cum Dea esset, non cogitauit, quod non contemnens Oeneus, sed vel cum esset oblitus, vel cum sacrificasset, neglexit? Bene autem ipsa quoque causam suam defendens apud Mineruam, propterea quod ei succenseret quod in templo peperisset, dicit:

Cruenta quidem spolia gaudes,
Cernens detracta ex mortuis,
Nec hæc sunt tibi execranda:
Si autem ego pepererim, graue ducis.

quanquam cetera quoque animalia quæ in Templis pariunt, eis nullam faciunt iniuriam.

COMMENTARIVS.

* NAM credere. Patri & principi esse similem est facile: Ei enim euadit similis qui ei credit & eius preceptis mandatis. Credere autem & obedire est in nostra potestate. Malorum autem causam. Hic docet Clemens quomodo hominibus benefaciat is qui est cognitione præditus, is scilicet, qui fidem habet Dei scientiam & cognitionem. Is benefacit hominibus qui voluerint, eis non bene fit qui sibi oblatum non accipiunt beneficium: benefacit autem diuinum imitans institutum. Nam & bonus est Deus, & eius proprium est benefacere, non benefacit autem nisi malorum causas norit: malorum autem censetur esse causa & materia imbecillitas, terrena inquam & crassa natura quæ in se nihil habet diuinum & spirituale. Ignorantia quoque quæ non voluntate, sed temerario quodam impetu fertur ad agendum. Sunt etiam naturales quedam necessitates quæ omnino carent ratione, quod in eis nulla sit scientia. Has malorum causas tanquam bestias, volens hominibus benefacere fidelis qui est cognitione præditus, superat per disciplinam. Benefacit autem hominibus is qui est cognitione præditus etiam si sit priuatus: multo autem magis si quando fuerit in magistratu constitutus. Tunc enim sicut Moses eis quibus imperabit, ita præerit ut eis det salutem, bonos quidem honoribus afficiens, improbos autem suppliciiis, postulat autem ratio ut bonos honorare, improbos autem castigare habeatur pro disciplina. Quod autem fidelis Dei scientia & cognitione præditus diuinum imitans institutum benefaciat hominibus, hæc causa est, quod iusti anima, nempe eius qui fide viuit, est imago plane diuina, & Deo similis. In ea iusti anima edificatur & collocatur, ex eo quod obediatur præceptis, æternum Dei verbum, Dux omnium mortalium & immortalium à quo omnia reguntur & generantur, & quod tanquam legem & certum præscriptum reuera sequuntur boni. Et est priuatim & conuenienter vnus omnium Seruator. Hoc autem æternum verbum, est vnigenitus Dei filius, estque figura & character gloriæ omnium regis & Patris omnipotentis. Hic autem filius Dei vnigenitus, qui est Dei verbum & sapientia eiusque character, imprimi debet in iusti anime cognitione prædito perfectam contemplationem ad suam imaginem. Illa autem contemplatio à verbo quod est Dei figura impressa in iusti anime cognitione prædito est Dei imago. Quomodo autem in Gymnicis certaminibus est agonothera (is autem est qui certamen proponit, & est qui decertantibus athleticis brauia proponit, & præmia) Ita etiam in hoc spirituali gnostico certamine, Deus est omnipotens qui certamen proponit, brauia autem & præmia proponit vnigenitus Dei filius, athletarum autem decertantium spectatores sunt Angeli. Porro autem est varium & multiplex constans ex omni pugna genere: decertatur autem non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spirituales potestates, nempe dæmones qui per carnem ab eis impulsam excitant vehementes animi motus & vitia. Peractis autem certaminibus, & deiecto ac prostrato tentatore seu diabolo, qui per tentatam carnem vehementes incitat animi motus & affectiones, victor pronuntiatus fit immortalis: neque vero potest aliter fieri. Nam cum iusta Dei sententia est constitutum, ut qui aduersarium dæmonem superarit sit immortalis, quæ iusto Dei iudicio lata est sententia minime falli potest. Atque vocatū quidem est theatrum

est theatrum ad certamen, id est vocati sunt angeli ut spectarent decertantes athletas, decertantes autem spectant Angeli. Non omnes vincunt athletæ, sed ij demum qui paruerint aliptæ, is autem est qui athletam vngit ad certamen: per eum autem intelligit doctorem & præceptorem, qui & quomodo certandum sit docet, & vires ei addit & animum. Atque Deus quidem omnia omnibus proposuit æqualia, & nemo est qui eum iure possit reprehendere. Vult autem Deus omnes fortiter decertare, ut victoria potiti salui fiant. Salui autem fiunt per Dei misericordiam ij qui eam possunt consequi, consequi autem possunt ij qui volunt: volunt autem ij qui vt vincant libero vtuntur arbitrio. Per eum ergo stat qui non vult vt libero arbitrio, quominus sit saluus: vt autem potest si velit, & eo vtens est potens. Ideo autem mens nobis data est, vt intelligeremus quod agimus, & diuinum illud præceptum, Nosce teipsum, nos admonuit vt sciremus propter quid orti sumus: orti autem sumus vt libero nostro arbitrio eligeremus obedire præceptis, vt vellemus esse salui: saluus autem non potest esse qui non vult. Hac ratione mentem quoque accepimus. Non temerè autem & inconsideratè suscipitur hoc certamen, sed à Deo accepimus mentem & intelligentiam, vt sciamus quod agimus: nemo enim quod agit rectè gerit, qui nescit quod agat. A Deo quoque accepimus id quod est in proverbio; Nosce teipsum. Is autem demum seipsum nouit, qui ad quem finem natus sit, nouit: hic est autem finis propter quem nati sumus, vt cum nobis datum sit liberum arbitrium, liberè & nostra sponte eligamus Dei obedire præceptis. Deo autem obediendi scopus non eo tendit, vt per ea vel diuitias nobis paremus, vel fruamur voluptatibus, sed vt velimus esse salui, Christiani autem salus est vita æterna. Si Deo ergo ita præceptis eligamus parere, vt salutem assequamur, ea vero non potest nos effugere: hæc enim est Dei Nemesis quæ & Adrastia dicitur, per quam Deus & tribuit quod cuique debetur pro meritis, punitque & vliscitur eos qui non paruerint. Dicitur autem & Nemesis quod rectè & legitime cuique tribuat, & Adrastia quod scelera Dei vltionem minime effugiant, vt nec etiam virtutum merita effugiant Dei mercedem & remunerationem. Est ergo hominis officium Deo parere, qui per præcepta variam annunciat salutem. Vna quidem est salus quatenus omnes qui præceptis parent sunt salui, varia vero est salus quatenus præceptis variè obediunt, & ideo eorum qui eis obediunt, variæ sunt habitationes, & vt dicit Christus, in domo patris mei variæ sunt mansiones. Quatenus ergo sunt omnes salui qui obediunt præceptis, est vna salus, quatenus autem eorum qui salui fiunt variæ sunt habitationes & mansiones, salus est varia & multiplex. Græci autem sicut hominibus forma similes. Postquam ostendit Clemens, quam sint inter se similes sol & Dominus Verbum, visum est illi dicere quam sit stulta opinio Græcorum, qui deos existimant similes esse forma hominibus, & eos esse censent obnoxios iisdem animi motibus & perturbationibus. Cùm sint autem hominum variæ nationes, & quælibet natio suam habeat formam, & ei animum conuenientem, necesse est vt quælibet natio censeat esse varias deorum formas, varioque eorum animos, motusque & affectus. Deos esse hominibus similes censerent Epicurei, teste Cicero de natura deorum, & Plutarcho de Placitis Philosophorum: quod quidem eo minus est mirū quod essent improbi, vt qui felicitatis finem sibi proponerent voluptatem. Improbi enim de Deo malas suscipiunt cogitationes: boni verò credunt eum esse honorandum, venerandum, magnificum, omnes beneuolentia & beneficentia complectentem, bonorum omnium authorem, & causam, non esse autem causam malorum. De Deo autem bene magna ex parte senserunt & cogitauerunt Academici & Stoici, qui Deum dixerunt sua prouidentia curare res humanas, vniuersam mundi machinam administrare. De falsa autem gentium & maxime philosophorum religione, dicit se non esse plura dicturum, quod de ea satis dixerit in oratione exhortatoria ad gentes, nec opus esse vt eadem reperantur. Quod ad notandum autem attinet. Ex iis quæ scripsit Clemens in exhortatoria ad gentes, visum est ei adnotandum inter multa, eos esse impios qui Deum assimilant pessimis hominibus, qui scilicet Deo eos tribuunt affectus, & eos animi motus, qui in Deum non cadunt, sed in vitiosos & sceleratos homines. Eleganti autem dilemmate ostendit eos affectus in Deum non cadere: aut enim dij læduntur ab hominibus, & ita dij sunt inferiores hominibus, quod est absurdum, & diuina natura indignum, quæ est humana præstantior, aut non læduntur. Quod si non læduntur, cur quasi iratæ aniculæ indignantur? neque ergo diis conuenit lædi ab hominibus, neque non lædi: quod si non læduntur, cur indignantur, vt vetula ad iram incitata: vt dicunt Poetæ Dianam propter Oeneum iratam fuisse Ætolis. Scribunt enim poetæ cum in Ætolia orta esset magna frumenti copia, Oeneum propter eam diis omnibus sacrificasse præterquam Dianæ, quod agrefereus Diana, Oeneo infensa, Aprum immisit Calydonium qui totam Ætoliam mirè afflixit & vastauit. Dicit autem Clemens non fuisse causam cur Oeneo succenseret. Nam cum esset Dea (eam enim esse deam existimabant Græci) debebat cogitare Oeneum non propter contemptum ei non sacrificasse, sed vel esse oblitum, vel cum iam sacrificasset, non curasse amplius: hoc autem non iustam fuisse causam, cur adeo in Oeneum irasceretur. Non iustiore certe fuisse causam, cur Oeneo irasceretur Diana, quam quod Minerua irasceretur Dianæ, propterea quod ipsa in suo templo peperisset, potuisse certè Oeneum suam causam æque defendere apud Dianam: atque ipsa Diana suam causam defendisset apud Mineruam indignantem quod in suo templo peperisset. Tu gaudes, inquit Diana, Minerua, videns cruenta spolia detracta esse ab hostibus, neque hoc tibi videtur esse execrandum. Cur autem tibi videtur esse execrandum si ego pepererim, sed nec diis vllam faciunt iniuriam cetera animalia quæ pariunt in templis.

* MERITO ergo superstitiosi, cum Dæmones perimescant, & sint procliuēs ad iram, omnia quæ eueniunt, existimant esse signa & causas malorum. Si mus aram quæ erat è luto constructa perfoderit, & cum nihil aliud haberet, lecythum corroserit: si gallus qui alitur vespere cecinerit, hoc alicuius esse signum statuentes. Talem quendam ludificatur Menander in Comædia quæ inscribitur δεισιμαστος, id est, superstitiosus:

Nnn iij

Quidnam boni mihi accidat ô boni Dei?

Nam dexteri alligans calcei corrigiam

Rupi.

Meritò ô nugator, erat enim putrida: tu autem es parcus & sordidus, qui nolis novos emere. Lepidum est illud Antiphontis: Nam cum quidam male præfagiret ex eo quod sus porcellos deuorasset, isque eam vidisset ob sordes eius qui ipsam alebat fame valde attenuatam: De signo, inquit, letare, quòd cum sic esuriret, filios tuos non comederit. Quid mirum, inquit Bion, si mus calathum arrosferit, cum non inueniret quod comederet? hoc enim fuisse mirum, si (ut ludens argutabatur Arcefilaus) murem calathus comedisset. Rectè certè Diogenes quoque illi qui admirabatur quòd inuenisset pistillum à serpente in gyrum circumdatum: Ne mireris, inquit: esset enim illud mirabilius, si vidisses rectum serpentem esse à pistillo circumdatum. Oportet enim animantia rationis expertia currere, pugnare, parere, & mori: quæ cum illis sint secundum naturam, præter naturam nobis nunquam fuerint:

Et volucres multæ veniunt sub lumina Solis.

Philemon quoque Comicus talia ridet in Comædia. Cum videro, inquit, obseruantem quis sternutarit, vel quis sit locutus, aut respicientem quis sit qui pullo procedat, statim in foro sternutat unusquisque nostrum, is secum ingreditur & loquitur, dicens ciuibus res non euenire ut earum fert natura. Deinde sobrii quidem petunt sanitatem: se autem implentes, & in ebrietatibus festis diebus volutantes, morbos ad se attrahunt. Multi autem suspensas quoque timent scripturas. Lepidè admodum Diogenes, cum inuenisset scriptum super domum cuiusdam improbi, Insignis victoria, Hercules hic habitat, nihil mali ingreditur. Et quomodo ingreditur, inquit, dominus adium? Ij autem ipsi omne lignum, & omnem lapidem pinguem, ut dicitur, adorantes, lanas flauas, & grana salis, & faces, & scillam, & sulphur timent, incantati à præstigiatoribus per quasdam immundas expiationes. Deus autem qui reuera est Deus, sanctos solos nouit, iusti mores, sicut iniustos, impuros & sceleratos. Videre quidem certè licet oua ab his quæ purgantur si fota fuerint, viuificari: atqui hoc nequaquam fieret, si eius ipsius, quod purgatur, mala participarent. Eleganter certè Comicus quoque Diphilus per hæc ridet præstigiatores, Puellas expians Prætidæ, & patrem ipsarum Prætum Abantiadem, & anum quintam inter eos, tæda una, & scilla una, quot hominum corpora, & sulphure & bitumine maris magnum edentis strepitum, ex quieto sed profundo fluente Oceano. Sed beate aër mitte per nubes Andicyram, ut ex cimice fucum efficiam. Certè rectè quoque Menander, Si aliquod quidem verum malum haberes, hos tibi verum medicamentum adhibere oporteret: nunc autem non habes, inane medicamentum inueni ad inane: existima autem id te aliquid iuuare. Abstergant te circumcinctæ mulieres, & ex tribus fontibus aquam afferant ut te aspergant, saltemque & lentem iniicient: quilibet est mundus qui nullius est sibi mali conscius. Iam verò dicit Tragedia, Oreste: Quis te perdit morbus? conscientia ipsa, quoniam sum mihi conscius me perpetrasse graua. Reuera enim non est alia puritas quàm abstinere à peccatis. Pulchrè ergo dicit etiam Epicharmus: Mundam si mentem habeas, es mundus toto corpore. Porro autem animas quoque dicimus prius oportere purgari à malis & improbis dogmatibus per rectam rationem, & tunc sic conuerti ad commemoranda præcipua capita: nam ante mysteriorum quoque seu sacramentorum traditionem, exhiberi oportere quasdam expiationes iis qui sunt initiandi mysteriis, utpote quòd oporteat impia deposita opinione ad veram conuerti traditionem. Num enim vere & rectè aliquo loco non circumscribimus eum qui non potest circumscribi, neque in templis manu factis concludimus eum qui omnia continet? Aedificatorum autem & lapicidarum, sordidæque & illiberalis

illiberalis artis quodnam fuerit sanctum opus? Non sunt iis meliores qui aërem & id quod continet, vel potius totum mundum & vniuersum, existimarunt esse dignum Dei excellentia? Ridiculum enim fuerit, ut ipsi dicunt Philosophi, hominem qui est ludus Deorum, Deum efficere, & ex ludicra arte Deum fieri: quoniam id quod fit, fit idem & simile ei ex quo fit, ut quod fit ex ebore eburneum, & quod ex auro aureum. Quæ autem à vilibus & sordidis hominibus conficiuntur imagines & templa, sunt ex vana & inutili materia: quare ipsa quoque fuerint vana, inutilia, materialia, & profana, & ut artem perfecteris, sordes semper participant & illiberalitatem: non sunt ergo utique sacra & diuina artis opera. Quidnam verò poni & collocari potuerit, cum nihil sit quod non sit positum & collocatum, quoniam omnia sunt in loco? Iam verò quod ponitur & collocatur, ab aliquo ponitur & collocatur, cum prius positum & collocatum non esset. Si ergo Deus ponitur & collocatur ab hominibus, fuit aliquando non positus & non collocatus, & nec omnino quidem erat. Id enim erat non locatum & positum, quod non erat: quandoquidem quicquid non est, ponitur & collocatur: quod autem est, non poni & collocari potuerit ab eo quod non est, sed nec ab ullo alio, nam ipsum quoque verè est: restat ergo ut à seipso. Et quomodo aliquid seipsum generabit? aut quomodo ipsum quod est, seipsum esse ponet & collocabit? Vtrum cum prius non esset positum & collocatum, prius seipsum posuit & collocavit? Sed ne sic quidem fuisset, quoniam id quod non est, poni & collocari non potest. Et quod existimatum est esse positum & collocatum, quomodo id quod est quod prius habuit, hoc seipsum postea fecerit? Cuius autem sunt ea quæ sunt, quomodo hoc aliquo adhuc opus habuerit? Sed etsi Deus est homini forma similis, perinde ac homo opus habebit nutrimento & tegumento & domo, & aliis quæ consequenter accidunt. Nam qui eandem habent formam & easdem affectiones, eodem quoque victu egebunt. Si autem sacrum accipitur duobus modis, nempe ut Deus ipse, & id quod est constructum in eius honorem, quomodo non propriè eam quæ in Dei honorem per sanctam agnitionem facta est ecclesiam, Dei sacrum dixerimus, quod est magni precij, & non sordida & illiberali arte constructum: sed neque manu præstigiatoris ornatum, sed voluntate Dei templum effectum? Non enim nunc locum, sed electorum congregationem, appello ecclesiam: melius est hoc templum ad accipiendam Dei dignitatis magnitudinem. Animal enim quod est magni precij, ei qui est omni precio dignus, imò cuius precio nihil omnino respondet, consecratum est propter insignem sanctitatem. Fuerit autem magni precij is qui est cognitione præditus, qui est in honore & precio apud Deum, in quo Deus est collocatus, hoc est, de Deo consecrata est cognitio. Hic diuinam inuenerimus effigiem & sanctam imaginem in iusta anima, quando ea quidem fuerit beata, ut quæ est præpurata, beata autem efficiat opera. Hic est & quod collocari potest, & quod est collocatum: hoc quidem in iis qui iam sunt affecuti cognitionem, illud autem in iis qui possunt fieri, etiamsi nondum sint digni Dei scientiam accipere. Nam quicquid est crediturum, iam fidelis Deo & posita in honorem imago virtute prædita, Deo est dedicata. Quomodo ergo Deus loco non circumscribitur, neque animalis figuræ vnquam assimilatur: ita nec in eum similes cadunt affectiones, neque alicuius indiget, sicut quæ sunt natiua, ut sacrificium instar alimenti propter famem concupiscat. Quæ tangit affectio, in ea omnia cadit interitus, & ei qui non nutritur, cibum præbere est stultitia. Porro autem Comicus ille quoque Pherecrates lepidè in comædia quæ inscribitur Fugitiui, fecit Deos cum hominibus exposulare de sacris, quòd cum Dis sacrificarent, primum secerneretur id quod eorum dedecori assignaretur, dicendo: Non cum femora ad inguina vsque valde circumlinxeritis, & lumbos valde tennes, ipsam deinceps spinam tanquam limatam distribuistis nobis tanquam canibus? Deinde

cum vos vestri inuicem pudeat, multis modis contegitis. Eubulus autem qui est ipse quoque Comicus, hoc modo ipse quoque scribit de sacrificiis: Caudam solam & femur sacrificatis, tanquam pædiconibus. Et in comædia Semele introductum Dionysium facit disceptantem: Primum quidem quod mihi sacrificant quidam sanguinem & vesicam, cordis autem ne superficiem quidem. Ego enim neque dulci vescor victima, nec femoribus. Scripsit autem Menander: Cum summos lumbos, bilem, & quæ comedi non possunt ossa Diis apposuerint, ipsi consumunt alia. An non enim à nidore sacrificiorum vel bestiis est abstinentum? Sin autem reuera nidor est munus Deorum qui sunt apud Grecos, cur non prius quoque coquos in Deos retulerint, qui æquali dignantur beatitudine, & non ipsum adorant caminum qui est huic venerabili nidori propinquior? Quinetiam Hesiodus dicit etiam Iouem deceptum à Prometheo in diuisione carniū, accepisse.

Hes. in the.

Arte mala ossa bouis nitida pinguedine tecta.

Hinc fit vt ossa viri sacras adolere per aras

Aflucti, veteris imitantur originis vsum.

^m Sed nequaquam dixerint, quæ ex indigentia oritur cupiditate vexatum Deum nutriri. Eum itaque efficiunt plantæ similem, vt qui nutriatur absque appetitione: & bestiis quæ latent in cauernis, eas quidem certè dicunt aut ab ea quæ est in aëre crassitudine, aut etiam ab ipsa proprii corporis exhalatione nutriri, & citra offensionem augeri. Atqui si citra vllam egestatem eis Deus nutritur, quid est opus nutrimento ei qui non indiget? Sin autem gaudet honorari, cum natura nullius indigeat, non abs re nos Deum precibus honoramus, & hoc sacrificium optimum & sanctissimum cum iustitia emittimus, iustissimo verbo cum honorantes, per quem accipimus cognitionem, ea quæ didicimus per eum glorificantes. ⁿ Est ergo quod est hic apud nos altare, terrestris congregatio eorum qui sunt dedicati orationibus, qui veluti vnā vocem habent communem & vnā mentem. Quæ autem per odoratum sumuntur alimenta, etsi sint diuiniora iis quæ per os capiuntur, significant tamen respirationem. Quid ergo de Deo dicunt, vtrum perspirat sicut genus dæmonum? an inspirat solum, vt aquatilia per branchiorum dilatationem? an circumspirat, vt insecta per compressionem pennarum incisionis? Sed nulli ex iis, si sapiant, Deum assimilauerint. Quæ autem respirant per pulmonis ad thoracem obiectam dilatationem, ea tanquam remulo attrahunt aërem. Deinde si Deo dederint viscera & arterias, & venas, & nervos, & partes, inducent eum nihil differentem. ^o Conspiratio autem propriè dicitur in ecclesia. Est enim Ecclesia sacrificium. Verbum quod à sanctis exhalatur animis, cum sacrificium simul aperiat & tota mens Deo. Sed antiquissimam quidem aram in Delo sanctam vulgò iactarunt. Ad hanc autem solam dicunt etiam accessisse Pythagoram, cæde & morte minimè inquinatam: aram autem verè sanctam iustam animam, & qui ab ea emittitur suffitum nobis sanctam dicentibus orationem, non credent? ^p Esus autem carniū, vt arbitror, prætextu, excogitata sunt hominibus sacrificia: licebat autem alioqui absque tali cultu simulachrorum, ei qui vellet, vesci carnibus. Quæ enim ex lege sunt sacrificia, allegoricè nostram significant religionem, vt turtur & columba quæ offeruntur pro peccatis, emundationem partis animæ quæ caret ratione, Deo esse acceptam significant. Si quis autem ex iustis esu carniū animam non onerat, satis consentanea vititur ratione, non qua Pythagoras & eius affecla, somniantes animæ transmigrationem. Videtur autem Xenocrates seorsum tractans de nutrimento ex animalibus, & Polemon in opere de Vita secundum naturam, apertè dicere, esse inutile quod ex carne fit nutrimentum, iam confectum & assimilatum animis bestiarum. Ea ratione Iudæi quoque maximè abstinent à carne suilla, ut potè quod hoc animal sit maximè sceleratum & execrandum, quoniam

niam maximè ex aliis fructus effodit & corrumpit. Quod si dicant hominibus data esse animalia: nos quoque id confitemur, sed non omnino ad comedendum: sed neque omnia, sed quæcunque non laborant. Quocirca non malè Plato Comicus in Comædia quæ inscribitur Festa, dicit: Ex quadrupedibus autem deinceps nullum oporteret nos occidere, præter sues: carnes enim habent suauissimas, & nihil ad nos redit ex sue, præterquam setæ & lutum & clamor. Vnde etiam dicebat Esopus, non rectè clamare sues, cum quando trahuntur, maximè intelligat se ad nihil aliud esse vtilis quam ad sacrificium. Quocirca Cleanthes quoque dicebat eos pro sale habere animam, ne carnes putrescerent. Alij ergo eò non vescuntur, vt qui sit inutilis, alij verò vt qui fructus perimat: & alij eo non vescuntur, quod sit animal procliuè ad coitum. Ea ratione neque hircum lex sacrificat, præterquam propter solam malorum amandationem, quando quidem voluptas est vitij metropolis. Iam verò hircinarum quoque carniū esum dicunt conferre ad morbum comitialem: dicunt autem maximum fieri argumentum ex carnibus porcinis. Quocirca iis quidem qui corpus exercent est vtilis, iis autem qui ipsam conantur augere animam, propter eam quæ ex esu carniū ingeneratur hebetudinem, non utique. Fortasse autem ex iis qui sunt præditi cognitione, exercitationis quoque gratia abstinerit aliquis à carnibus, & ne caro nimis luxuriat, & nimio impetu feratur ad rem Veneream. Vinum enim, inquit Androcydes, & carnis ingurgitationes, corpus quidem robustum efficiunt, animam verò debiliorem: est ergo impium & à religione alienum hoc nutrimentum ad perfectam intelligentiam. ^q Quocirca Aegyptij quoque in iis quæ eorum ritu sunt sanctificationibus, non permittunt Sacerdotibus vesci carnibus: & auiculis vtuntur quàm leuissimis: & pisces non tægant, cum propter alias quasdam fabulas, tum maximè quod eiusmodi cibus carnem reddat humidam. Iam verò animantia quidem terrestria & volucra, eundem quem nostræ animæ, aërem inspirantia, nutriuntur, vt quæ eiusdem generis aëre habeant animam. Pisces autem ne hunc quidem dicunt inspirare aërem, sed illum qui cum aqua fuit cõtempertatus statim in primo mundi ortu, sicut etiam cum reliquis elementis, quod est etiam indicium materialis permansionis. ^r Oportet ergo Deo offerre sacrificia, non sumptuosa ac splendida, sed quæ sunt pia & ei accepta, & suffitum illum in lege compositum, qui constat ex multis linguis & vocibus in oratione, vel potius qui ex diuersis gentibus & sexibus per donum testamentorum constituitur in vnitatem fidei, & in laudibus congregatur, mente quidem pura, iusta autem & recta vitæ institutione, ex sanctis operibus & iusta oratione. Nam quis adeò stultus, vt ait lepor Poëticus, & tam ignaui est animi,

Tam credulus vir est quisquam, vt speret Deos,

Quæ non habent carnem ossibus, tosta & bile,

Quæ esurientes neque ipsi ederent canes,

Lætarier, munus sibi que hoc poscere,

& iis qui hac faciunt gratiam reddere, seu sint piratæ, seu latrones, seu tyranni? Nos autem dicimus ignem sanctificare, non carnes, sed animas peccatrices, ignem dicentes non illum edacem & omnia consumentem & planè sordidum & illiberalem, sed prudentem, qui peruadit animam per ignem transeuntem.

COMMENTARIVS.

^s MERITO ergo supersticiosi cum dæmones pertimescant. Postquam ostendit Clemens exemplo Dianæ quæ Oeneo irata quod sibi non sacrificasset, in Ætoliam caprum immisit Calydonium, dæmones & gentium deos esse iracundos, subiungit supersticiosos quoque cultores Dæmonum esse iracundos, & statuere omnia quæ eueniunt esse signa & causas malorum. Quod quidem esse ridiculum probat, & aliquot Poetarum testimonio & autoritate Philosophorum. Quod autem quæ eueniunt ratione carentibus mala non significant animalibus, hanc affert rationem, Quæ secundum naturam eueniunt rationis expertibus animalibus, ea nobis sunt monstra: Currere autem, comedere, pugnare, parere, & mori, eis eueniunt secundum naturam. Ea ergo mala non significant: sola autem monstra quæ eueniunt præter naturam, mala significant. Non fo-

lum autem sunt ridicula ostenta quæ sumuntur ex iis quæ sunt ab animalibus rationis expertibus, sed etiam omnia quæ sunt ex sternutatione, & auguria quæ capiuntur ex esu pullorum, de his omnibus vide Cicero- nem primo & secundo de Diuinatione. Est autem ridiculum existimare quod cum sternutare sit secundum naturam, sternutatio significet aliquid mali euenturum quasi ea sit præter naturam. Est autem hoc quoque ridiculum quod sobrij quidem sanitates, se autem vino ingurgitantes, & in ebrietate diebus festis volutantes ipsi sibi morbos accersunt. *Multi autem suspensas quoque.* Quam sint autem formidolosi superstitiosi Dæmonum cultores, quod suspensas etiam literas timeant, Erat quidem vir malus, supra cuius domum erat scriptum, Insignis victoria Hercules hic habitat, nihil mali ingreditur. Volebat autem significare, nihil mali esse ingressurum, vbi habitat Hercules qui dicitur ἀλκιμαχός, quod ad mala propulsanda opem ferat. Hoc cum scriptum inuenisset Diogenes admodum lepide dixit: Et quomodo ingreditur domi- nus ædium? Inter se enim pugnant quod nihil mali domū ingrediatur, & ingrediatur Dominus domus qui est malus. Non potest enim malus ingredi quin malum ingrediatur simul. *Ij autem ipsi omne lignum.* Dicit Clemens hoc quoque esse ridiculum, quod isti superstitiosi omne quidem lignum pingue, & lapidem pin- guem, & quibus scilicet manat humor oleosus, tanquam deos adorant, timēt autem ea ipsa ligna, & lapides, & lanas flauas, & grana falis, & tædas, & scillam, & sulphur per quæ expurgatur à peccatis quibusdam im- mundis incantationibus: est enim ridiculum quæ sunt corporea, tanquam deos adorare, & existimare cor- poreas labes purgare incorporeas, nempe peccata & ea ipsa timere. Ad purificationem autem utebantur veteres Græci aqua maris, dicit enim Aristophanis interpres, mos erat veteribus illis nempe in mari καθαίρειν τοὺς ἀίθρα μάλαιους, id est, purgare eos qui sunt polluti. Vnde dicit Euripides δαλασσα κλύζι παύσα τ' ἀνθρώπων κακά, id est, omnia expurgat mare hominum mala: utebantur & sale, & ideo Lycophron in Alexandro dicit ἀγρό- τλω θύα, id est, falem lustralem seu purificantem. Utebantur etiam lanis flauis, & scilla, & sulphure quæ om- nia vim habent abstergerendi & purgandi. Et credebant quidem Græci seu gentes his omnibus tanquam pu- rificantibus purgari & expiari peccata. Sed apud Christianos eos demum pro sanctis & puris habet Deus, Deus inquam, qui solus est Deus, quorum sunt iusti & boni mores, eos autem qui sunt iniusti, impuros & sceleratos, quantumcunque abstergantur labes corporeæ. Quod autem sequitur in Græco Clementis, ὅτι ἔστιν ἡ ἀσθενεία ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν καθαίρειν, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου, quod sic vertimus; videre quidem certe licet aures ab iis qui sunt purgati si forte fuerint, viuificari, at qui na- ta quam hæc fierent si eius qui est purgatus mala susciperent: sic nos de verbo ad verbum vertimus, sed cum quis sit verborum eorum sensus, non possumus elicere, id sagacioribus coniectandum relinquimus. *Ele- ganter certe Comicus quoque Diphilus.* Prætidis filia Præti Argiuorum regis, dum Iunonem contemnerent, seque ei præferrent, ab ea in furorē sunt versa, in vacca seruntur mutata, vt quæ sibi tāquam vacca mugiri putarentur. Virgil. in Bucol. Prætidis implerunt falsis mugitibus agros, Eas curauit Melampus, data ei regni parte, & vna ex eis vxore, liberauit autem eas infania, vel lacte caprino, vt scribit Ælianus, vel elleboro nigro, vt vult Plinius, quod ideo ab eo vocatum est Melampodium. Diphylus autem Comicus scripsit Comædiam in qua filias expiat Prætidis simul cum Præto Abātis filio earum patre. Eas autem expiat scilla & sulphure, & aqua marina, vel bitumine: in ea irridet Comicus præstigiatores, qui oculos homi- num ita prestringunt, vt sibi videantur videre quæ non vident. Conuertens autem Comicus sermonem ad aërem eum rogat, vt se per nubes mittat Anticyram in qua optimum nascitur elleborum. Alludit autem ad elleborum quo Præti filias à furore liberauit Melampus: hoc si faciat, cimicem, inquit, fucum efficiam: effi- ciam inquam, vt quod videretur aliud quam sit appareat. *Certe recte quoque Menander.* Veris malis vera adhibenda sunt remedia, inanibus autem inania, existima autem ea tibi prodesse, licet te fallant & oculos tibi prestringant. Ad labes animi abstergendas quæcunque admoucantur aquæ, & quæcunque lustrationes & purgamenta, ea nihil proderunt nisi sit purus & mundus animus. Purus autem est & mundus, qui nullius est sibi mali conscius. *Iam vero dicit tragedia.* Vt is demum est purus, nec vllis indiget piaculis, qui nullius est sibi mali conscius, ita non est grauior animi morbus quam immunda conscientia, quando homo est sibi conscius se grauiā perpetrassē scelera. Non est autem alia animi puritas quam abstinere à peccatis, quod nisi fiat, frustra ad eum lustrandum ac piandum adhibentur piacula. Quod si mens sit munda totum quo- que corpus est mundum. *Porro autem animas quoque dicimus.* Non traditur vera doctrina nisi prius pur- getur anima à malis & improbis dogmatibus. Simul enim esse non possunt quæ sunt contraria. Contraria autem sunt, & inter se pugnant vera & falsa dogmata: eiectis autem falsis dogmatibus, in eorum locum suc- cedunt præcipua religionis capita. Est huius rei causa quod in malam animam non intret sapientia, nec in cor peccatis subditum. Expiandi quoque sunt certis expiationibus qui sunt initiandi mysteriis, id est sancta suscepturi sacramenta: hinc est quod ei demum datur baptismus, qui suorum peccatorum egerit pœni- tentiam, nec datur mysterium seu Sacramentum Eucharistiæ, nisi mundis & purgatis. Nam vt luci nihil est rei cum tenebris, ita impietati cum veritate nulla est societas & coniunctio. *Num enim non vere & recte aliquo loco.* Eiectis impiis & falsis Græcorum dogmatibus, in eorum locum succedunt recta & vera decreta religionis. Apud Græcos Deus aliquo loco circumscriptur, & templis manufactis concluditur, pingitur, & in certa sede locatur, & ex diuersa materia conficitur. Contra autem pium & verum est dogma religio- nis, Deum vt qui est incorporeus, & expers omnis materia, nec loco posse circumscribi, cum omnia conti- neat, nec templo includi, cum sit vbique, licet ad eum adorandum, & ei sacrificium precesque offerendas ibi cōueniatur. Nec eius efficitur imago eburnea aut aurea: ridiculum enim esse Deum eburneum aut aureum: cum tamen sit vnumquodque tale quale id ex quo efficitur, & quantumcunque à fabre & artificiosè fiat, non potest non esse sordidum & illiberale, quod illiberale & sordidæ artis est particeps, neque sacrum & diuinum potest esse artis opus, quod ex vana & inutili fit materia, quæcunque ea sit. *Quidnam vero poni & collocari potuerit.* Hoc erat inter cætera Græcorum dogmata, quod Deus in tēplis & altaribus habitaret, vt qui in eis poneretur & collocaretur ab hominibus. Pij autem verbi cognitione præditi sentiūt Deum in tēplis & aris non habitare, nec in illis poni & collocari ab hominibus, Deum quidem esse vbique vi sua & potestate

Pli. li. 25. 8. 5.

potestate, vt qui omnia contineat: nusquam autem esse, vt qui loco minime circumscribatur. Quod autem Deus non ponatur & collocetur ab hominibus sic probatur. Quidquid est positum & collocatum, cum sit in loco, non amplius ponitur & collocatur, Deus autem est in loco, vt qui sit vbique potestate, nō amplius ergo ponitur & collocatur. Quod autē Deus sit in loco, ex hoc intelligitur quod omnia sint in loco, quā- uis loco non circumscribantur. Quam sit autem absurdum statuere Deum poni & collocari, ex hoc potest intelligi, quod si fuit tempus quo Deus est positus, fuit etiā tempus quo nō est positus, & ita fuit tēpus quo non fuit Deus, quo quid dici fingique potest magis absurdum & impium? Ipsum autē esse Deū arguit esse positū & locatū: qui si nō fuerit positus & locatus, quod dico per hypothēsim, is nec ab eo quod non est, nec ab vllō alio, nec à se ipso poni potuerit & locari. Nam quod nō est quidem ponitur, non ponit autem id quod est, nec vllū aliud quod est, aliud ponit quam seipsum, vt quod vere sit, vlla ratione fieri potest, vt aliquid seipsum ponat & generet. *Sed etsi Deus est homini forma.* Poni & collocari deos dicebant Græci in tēplis & aris, similes hominibus, vt etiā dicebant Epicurei Philosopheri deos habere formā & figuram huma- nam. Quod si sint hominibus similes, & eadē habent affectiones, & nutriētur vt homines, & similiter atque ij vestiētur, & eadē habebunt habitationes. Quæ enim eandē habent formā, & eadē affectiones, iisdē quoque opus habebunt, eadē enim illis accidunt. Porro autē sacrū dicitur & Deus ipse, & id quod est in honorē eius cōstruētū, quod si tēplū quod in honorē Dei ab hominibus est factū qui suo artificio per- stringūt oculos, est sacrū, quanto magis ecclesia, nō locus quidē ipse in quem cōuenitur, sed ipsa cōgregatio electorū, quæ quidem congregatio est longe melior tēplis ad suscipiendā Dei magnitudinē. Et ipsa ergo Ec- clesia est tēplū, & in ea Ecclesia est & animal quod est magni prætij, & in magno honore apud Deum: id animal est is qui est cognitione præditus, in quo Deus est collocatus, Dei scilicet in eo est cōsecrata cog- nitio. In hac Ecclesia inuenitur diuina imago in iusti anima, quæ à peccati sordibus est ex baptismo expurga- ta, bonaque ac beata facit opera. In eadē Ecclesia est quod iam est collocatū, & quod potest collocari. Col- locatū est quod est veluti Dei tēplū: ij autem sunt qui non solum habent fidē, sed etiā Dei scientiam sunt affecti. Quod collocari potest est quod nondū est Dei tēplum, sed potest fieri, talis est qui credit quidem, sed nondum peruenit ad Dei cognitionē & scientiam. Ea enim fidelis anima virtute prædita Deo est dedi- cata. *Porro autem Comicus.* Diis olim sacrificarunt veteres vt animalū carnibus vescētes eis alerētur, quod quam esset stultū ex hoc licet videre, quod non nutriantur ij in quos nō cadit interitus, frustra ergo diis sa- crificabatur qui minimè nutriebantur. Cum autē ea sacrificia parata essent, vt iis dii vescerētur & homines sacrificantes, homines ea diis fernerant quæ illis minus apta essent, & probrum ac dedecus eis afferrent, vt ostendunt ea poetarum tellimonia quæ citat Clemens, vt qui spinam eis distribuunt tanquam canibus, quam multo ordeo nempe mola operiunt, cum eos sui sacrificij pudeat, caudam quoque & femur eis assi- gnant tanquam pædiconibus. Quidā autem sanguinē & vesicam diis offerunt, & apponūt quæ eis minime conueniūt, cordis autem quod diis maximè cōuenit, ne supremā apponūt superficiē. Sunt autem in iis ver- sibus quædam trunca & mutila quæ restitui non possunt, quoniam eorū nulla hodie extant exēplaria. Non est certē dubium quin sit erratum in eo quod hic est, ἐγὼ δὲ οὐκ ἐδίω κλύβουαν ὑδὲ μύελαν, sed quomodo sit locus reparandus plane nescitur: diis quidē apponunt homines bilē, lumbos, & ossa, quæ nō sunt esculēta, ipsa au- tē cætera consumunt & edūt quæ apta sunt ad edendū. Ita apud Hesiodum in cōuiuio deceptus fuit Iupiter à Prometheo qui illi apposuit ossa tecta pinguedine, ipse autē sibi optimā partem carnis elegit. Ex hac autē veteri diis sacrificandi cōsuetudine, in qua deos fallentes sibi meliorē partem reseruabāt homines, inoleuit prius inuisitatus mos vescendi carnibus. *Sed nequaquam dixerunt.* Is demum nutritur qui alimēto indigens id appetit quo reficiatur, & quod est amissum recuperet. Talia quidem sunt animalia, sed hæc mutatio non cadit in deos: non sunt ergo dii animalibus similes, cum nō nutriantur vexatū appetitu, qui procedit ex in- digentia: sed sunt similes plantis & arboribus quæ nutriuntur absque vlla appetitione: nam etsi attrahunt alimentū quo indigent, ea tamen attractio fit absque vllius desiderio. Sunt etiam similes bestiis latētibus in cauernis quæ nullo cibo vescuntur, sed aluntur à crassitudine eas circumstantis aëris, & ab exhalatione quæ exit ex earum corpore. Quomodo autē aluntur, ita etiā augētur, nec est quidquā quod eas offendat, nec dū aluntur, nec dum augētur. Si ergo Deus nō eger nutrimento quid opus est ei sacrificio quo alatur? Quod si non delectatur sacrificiis, sed delectatur præcibus, quanto melius facimus qui nō animalū sacrificium, sed sacrificium optimū & sanctissimum ei offerimus iustitiæ & laudis, cum per verbū nempe per Christum ho- norātes, à quo accepimus Dei cognitionē & scientiam, ea quæ per ipsum didicimus glorificātes, & sciētiam quam habemus ei acceptam ferētes. *Est ergo quod est hic.* Si Deus non delectatur sacrificiis sed præcibus, quæ est apud nos ara est congregatio eorum qui sunt dedicati præcibus, qui vnam & eandē habent vocem & mentem, vt qui vnū & idem dicunt & sentiunt. Vna enim est & eadē fides quam verbis exprimūt, Deum laudantes & glorificātes. Cum autē Deus cui sacrificatur, dicatur ali sacrificio, alatur autē & odore qui est alimentum, diuinus cibus qui ore sumitur, neutro modo Deus alitur: non solum autem alit odor, sed etiam iuuat ad respirationem. Cum autem per odorem & perspiretur, vt perspirant quidā dæmones, qui, vt sentit Augustinus, sunt aërea & ignea animalia: & inspiratur vt inspirant aquatilia: & circumspiretur, vt in insectis dum cōprimuntur incisæ eorū pennæ: & respiretur per pulmonis ad Thoracē obiectā dilatationē, qua tan- quā remulo attrahitur aër ab animalibus: sed cum nihil horum in Deum cadat, stultū est & temerariū his Deū assimilare. Quod si etiā viscera arterias, venas, & membra Deo dederint, longè stultius adhuc faciunt, vt qui Deū constituāt nihil omnino differentem ab animalibus. *Conspiratio autem.* At in aliis quidem est vt diximus perspiratio, vt in quibusdā dæmonibus, inspiratio in aquatilibus, circumspiratio vt in insectis, res- piratio vero in aliis animalibus per dilatationē pulmonis. In Ecclesia autem nihil est eorū, sed in ea propriè est cōspiratio, quæ est eius sacrificiū, nempe verbum quod à sanctis emittitur & exhalatur animis, simulque aperitur verbū quod est sacrificiū, & tota mens Deo. Cū ergo in Deo colendo, & ei sacrificando verbum cū mente cōsentit in Ecclesia, meritò propriè dicitur esse conspiratio. Est autem in Deo colendo cōspirans congregatio ara sancta, sicut etiam ara sancta est iusta anima, à qua sanctus emittitur suffitus, nempe sanctæ

Ooo

quæ ad Deum funditur præces. Hæc autem sancta cōgregatio in qua Deo incruentū offertur sacrificium iustius credenda est ara sancta, quam antiquissima illa ara in Delo insula, in qua Deo nullum cruentū fiebat sacrificiū. Ad quam solam, ut quæ nulla cæde animalium esset polluta, sacrificaturus venisse dicitur Pythagoras, qui ut ab esu abstinebat animalium, ita nec Deo cruentas offerebat hostias. *¶ Esus autem carnum.* Excogitata quidem sunt à gentibus sacrificia, ut cum in eis occiderentur animalia sacrificiorū prætextu vesceretur carnibus, sed quid opus sacrificiis & idola colere ut occisorū animalium vesceretur carnibus. Nam etsi idolis nulla oblata essent sacrificia, animalia licebat occidere, & eorum vesci carnibus. Hic quidem fuit gentibus sacrificandi prætextus, sed is prætextus non fuit apud Hebræos: sed quæ ex lege Mosaica faciebant sacrificia erant typica & allegorica, ab iis enim significabantur quæ nostræ nempe Christianæ conveniebant religioni. Nam, ut exempli causa cæteris prætermittis aliquid dicamus, turtur & columba Deo offerebantur pro peccatis, id allegoricè significabat Deo esse gratam & acceptam rationis expertis partis animæ emundationem, nempe dum pœnitentia expurgatur peccata. Fuerunt autem & olim apud Græcos qui abstinebant ab esu carnis, & sunt etiam hodie apud Christianos, quos vocat iustos, qui non vescuntur carnibus. Ab animalis abstinebant Pythagorei, & ieiunantes Christiani abstinent à carnibus: utriusque suam afferunt rationem, sed Christiani convenientiorem & magis consentaneam. Pythagorei stultam somniantes *μετηέλευσιν*, id est animæ transmigrationem non comedebant carnes, ne comedendo carnes in sua corpora simul transmigrarent animæ. Christiani autem abstinent à carnibus, ne esu carnum caro luxurians euadat rebellis spiritui & rationi. Xenocrates & Polemon reprobant & reiiciunt tanquam inutile nutrimentum ex animalibus: id enim confectum & assimilatum animalium, hominibus reddit animales & feros. Iudæi ut ex Mosaica lege licet intelligere à multorum animalium, sed maximè à carnis suilla esu abstinent: quod sit sus maximè sceleratus & execratus, ut qui fructus effodiat & corrumpat. Sunt quidam omnia animalia à Deo data hominibus, sed non omnia ad comedendum, verum ea quæ non laborant: quæ laborant autem non sunt comedenda. Plato Comicus dicebat ex omnibus animalibus nullum esse occidendum præter porcum, ut qui carnes habeat suavissimas. Ex porco certè nihil aliud quam fetam lutum & clamorem accipimus. Non est autem quod porcus clamet occidendus, cum ad nihil aliud sit utilis quam ad sacrificiū. Cleanthes Philosophus Stoicus dicebat porcum animam habere pro sale, ne carnes putrescant: in porco enim nihil est aliud præter animam, id est vitam, quæ ei nihil aliud præstat quam ut vivat, & carnes eius non putrescant & intereant. Hunc autem locum de porco ita concludit Clemens, ut dicat alios quidem vesci carne suilla, alios non vesci. Qui vescuntur quidem hanc afferre rationem, quod sint eius carnes suavissimæ: qui non vescuntur, à porco abstinent quod & sit animal inutile, & quod sit sceleratus, ut qui fructus effodiat perdatque & consumat, & quod sit animal libidinosum & præclue ad coitum. Quæ ratione autem à porco comedendo abstinebant Iudæi, ea ratione etiam in lege sacrificabatur hircus, non ob aliud quam ad propulsandum & amandandum peccatum, quod quidem vocat scriptura, Facere hircum pro peccato: est autem hircus animal propensum ad libidinem: libido vero est metropolis vitij, ex qua veluti deducuntur quædam colonia vitiorum & peccatorum. Quod autem dicit Clemens, Carnem hircinam conferre iis qui laborant comitiali, qui est epilepsia, Nescio unde hoc acceperit Clemens: De hoc certè nihil dicunt Hippocrates & Galenus, nec qui historiæ scripterunt animalium. Caro autem porcina, ut dicit Galenus, concoctu quidam est difficilis, sed bonum & valentè nasci stomachum valde nutrit & corpus auget, sed non animam, imo vero potius lædit intelligentiam, propter hebetudinem quæ ex esu eius nascitur. A cuiusvis quoque carnis esu se abstinent qui se exercent in rerum sacrarum cognitione, ad vitandam nimiam carnis luxuriam, & ne sit nimis propensa ad libidinem. Androcydes quem scribit Clemens disisse, vinum & carnis ingurgitationes, robustum quidem corpus efficere, animam vero debiliorem, is est, qui cum videret Alexandrū plus a quo vino deditum, his verbis ab ebrietate conatus est eum abducere; Vinum potaturus, ô rex, memento te bibere terræ sanguinem. Nam ut venenum est homini cicuta, sic & vinum, ait Plutarchus. Id ipsum refert etiam Plinius lib. 14. 6. 5. natur. hist. Est ergo hoc nutrimentum minime conueniens ei qui perfectam assequi vult intelligentiam. *¶ Quocirca Aegyptij.* De Sacerdotibus Aegyptiis multa scripsit Herodotus, & Diodorus Siculus, & Orus Apollo, præter ea dicit Clemens eos cum intelligerent à crassis & viscosis cibis obrundi & hebetari ingenium & intelligentiam, cum essent sacra facturi à magnorum animalium carnum esu abstinuissent, auiculas tantum comedisse quarum sunt leues carnes & concoctu faciles, & ne pisces quidem tetigisse, quod is cibus carnem maxime reddat humidam & luxuriantem. Quod autem alimentum ex piscibus minime conueniat homini, hanc affert rationem, quod terrestria & volucra animalia eundem inspirant aërem quem homines, & eiusdem generis aëre habet animam. Pisces autem non eundem quam homines inspirant aërem, sed eum qui à mundi creatione cum aqua fuit cōmixtus, & cum cæteris elementis: quod quidem satis indicat, id quod est ex pisce nutrimentum esse crassum & materiale, nec materiam facile exuere, sed eam per longum tempus manere. Diu autem manens materia crassa & obrutum reddit ingenium. *¶ Oportet ergo Deo offerre sacrificia.* Sicut quæ sunt crassa alimenta, & multum habent materiæ, non conueniunt iis qui ad perfectam tendunt intelligentiam: ita nec Deo sunt offerenda sumptuosa & magnifica sacrificia, ut puta arietum, & bouum multa milia. Neque enim Deus qui est expers materiæ delectatur materialibus: sed ei sunt offerenda quæ sunt pia, & ei grata sacrificia laudis & gratiarum actionis, & præces quæ offeruntur ab Ecclesia ex diuersis gentibus, nationibusque & sexibus congregata in vnitatem fidei per donum veteris & noui testamenti, cuius mens est pura, bonaque & sancta vitæ institutio, & bona opera, & iusta oratio, nempe quæ cum vita sancta consentit. Has præces assimilantur Clemens iustitibus, qui in lege veteri erant compositi ex vario genere aromatum: hæc sunt sacrificia pia & Deo grata, non ea in quibus torretur caro & ossa, quæ tantum abest ut Deo placeant, qui est expers sanguinis & materiæ, ut ne esuriētes quidam canes ea comederint. Qui autem hæc cruenta faciunt sacrificia, quicumque ij sunt illis à Deo nullam possunt cōsequi gratiam, seu sint piratæ, seu latrones, seu tyranni. Atque in cruento quidam sacrificio est ignis qui carnem non sanctificat, sed exedit: in incruento autem sacrificio est ignis expers materiæ, nempe Spiritus sanctus, non carnem peruadens sed animam, eamque expians & purgans.

Leuit. 4. 9.
10.
Num. 6. 19.
& 29.

¶ I V B E M V R autem colere & honorare eundem, quem & verbum esse & Seruatorem & ducem habemus persuasum, & per ipsum, patrem, non selectis diebus, ut aliqui alij, sed continenter per totam vitam hoc agentes & modis omnibus. Certè genus electum, per præceptum iustificatum, Septies, inquit, laudem dixi tibi. Unde nec in definito loco, neque in templo selecto, neque diebus aliquibus festis & præstitutis, sed per totam vitam is qui est præditus cognitione, in omni loco, etiam si per se sit solus, & si habuerit aliquos qui similiter crediderunt, Deum honorat, hoc est, agit gratias propter rectæ vitæ cognitionem. Si autem alicuius boni viri præsentia, propter reuerentiam & obseruantiam eius quod est præstantius, cum qui conuersatur semper format & effingit: quem admodum is qui cum Deo semper est præsens, per cognitionem, & vitam, & gratiarum actionem, non iure se melior semper euadat in omnibus & factis & verbis & affectionibus? Talis est is cui est persuasum, Deum ubique adesse, non autem arbitratur eum certis ac definitis locis esse conclusum: ut cum sese absque eo aliquando esse existimauerit, noctu & interdiu intemperantiæ se dedat & libidini. Per totam ergo vitam diem festum agēs, ubique & omni ex parte Deum adesse persuasi, laudantes agros colimus, laudantes nauigamus, & in omni alio vitæ instituto ut decet ex arte versamur. Propius autem Deo iungitur & familiaris efficitur is qui est cognitione præditus, ut qui simul quidem grauitatem & hilaritatem ostendat in omnibus. Grauitatem quidem propterea quod ad Deum conuertatur: hilaritatem autem propterea quod humana bona reputet quæ dedit nobis Deus. Videtur autem cognitionis excellentiam Propheta sic ostendere: Benignitatem & disciplinam & cognitionem doce me, per adscensum amplificans id quod est principale perfectionis. Hic ergo homo qui est verè regalis, sacerdos, sanctus Dei, quod quidem nunc quoque seruatur apud eos qui sunt doctissimi ex barbaris, genus sacerdotale ad regnum prouehentes: hic ergo nequaquam se tradit confusa turba dominæ theatrorum. Quæ autem dicuntur & fiunt & videntur voluptatis illicientis gratia, ne in somnis quidem admittit. Neque ergo eas quæ visu percipiuntur voluptates, nec eas quæ in aliis fruendis capiuntur varietates: ut sumptuosos & magnificos suffitus qui odoratum alliciunt, aut condimenta ciborum, & quæ ex variis vinis sentiuntur delicias gustum inescantes: neque odoriferas ex variis floribus contexturas, quæ per sensum animam effæmiant: sed honestum rerum omnium usum ad Deum semper referens, & cibi, & potus, & vñctionis, vniuersorum datorum offerens primitias, gratias agens & per donum & vñctionem, & per Verbum ei datum, ad conuiuiales epulas raro veniens, nisi quod amicitiam concordiamque & consensionem profiteatur conuiuium, ut veritas ei persuaserit. Est enim ei persuasum Deum omnia scire & audire, nec vocem solum, sed etiam cogitationem. Nam auditus quoque qui fit in nobis per meatus corporeos, non apprehendit per vim corpoream, sed per quandam sensum animalem, & intelligentiam quæ discernit voces aliquid significantes. Non est ergo Deus humana forma præditus, ut audiat, neque ei sensibus opus est, ut placuit Stoicis, maximè auditu & visu, non posse enim aliter unquam apprehendere. Sed & aëris ad patiendum facilitas, & acerrimus Angelorum consensus, & vis quæ animam attingit conscientiam, inexplicabili potestate etiam absque sensibili auditione simul cum cogitato cognoscit omnia. Quod si quis dicat vocem quæ inferius circa aërem voluitur, ad Deum non peruenire: at cogitata sanctorum secant non solum aërem, sed etiam totum mundum. Occupat autem vis diuina perinde atque lux, totam animam perspicere. Quid autem non etiam vota & instituta ad Deum perueniunt, suam vocem emittentia? an non ea etiā transmittuntur à conscientia? Quamnam vocem expectauerit, qui secundum propositum electum etiam ante ortum, & id quod futurum est tanquam quod sit cognouit? An non profundum

cuiusvis animæ elucescere facit lux potestatis, cum penetrabilia, ut ait scriptura, scrutetur lux potestatis? Totus auditus, & totus oculus, est, ut his verbis utar, Deus. Nullam ergo religionem, nec ullum Dei cultum seruat, neque in hymnis, neque in sermonibus, sed neque in scripturis aut dogmatibus, quæ non conuenit de Deo cognitio, ad humiles & indecoras deflectens notiones & cogitationes: quo fit ut multorum laudatio nihil differat à maledicto, propter veritatis ignorationem. Atque quorum quidem sunt appetitiones, cupiditates, & ut semel dicam, animi impulsiones, eorum sunt etiam preces. Quamobrem nemo potum desiderat, sed bibere potum: sed nec hæreditatem, verum esse hæredem: ita autem neque cognitionem, sed nosse: neque etiam rectam rempublicam, sed rempublicam gerere. Eorum ergo sunt preces, quorum petitiones: & eorum sunt petitiones, quorum cupiditates. Precari autem & appetere fiunt inter se inuicem, ad habendum bona & ea quæ adiuncta sunt commoda. Is itaque qui est cognitione præditus, creaturæ & petit & precatur ea quæ sunt verè bona, nempe bona animæ, ipse quoque adiuuans ut perueniat ad habitum bonitatis, ut non amplius habeat bona tanquam aliquas adiunctas disciplinas, sit autem bonus. Quocirca eos maximè decet precari qui Deum norunt ut oportet, & ei rei habent virtutem appositam & consentaneam, qui sciunt quanam sint verè bona, & quæ sint petenda, & quando, & quomodo singula. Est autem extrema insania, ab iis qui non sunt dii tanquam à diis petere: aut quæ non sunt conducibilia petere, petendo sibi mala quæ visione bona esse apprehendunt. Vnde meritò cum sit vnus bonus Deus, ab ipso ex bonis alia quidem dari, alia verò permanere, precamur nos & angeli, sed non similiter. Non est enim idem, petere ut donum permaneat, aut ab initio ut id accipiamus contendere. Quinetiam auersio & depulsio malorum, est species preces. Sed ea precesatione nunquam est utendum ad damnum hominum, nisi iustitiæ curam gerens hoc molitur is qui est cognitione præditus, & dispenset hanc petitionem iis qui mali sensum exuerunt. Est ergo, ut audacius dicam, preces, cum Deo conuersatio, & collocutio: licet ergo susurrantes, & ne labra quidem aperientes tacitè loquamur, intus clamamus. Omnem enim intrinsecus paratam collocutionem Deus exaudit perpetuò. Ea caput & manus in cælum extendimus, & pedes excitamus in vltima acclamatione orationis, promptitudine & alacritate spiritus assequentes essentiam quæ apprehenditur intelligentia: & vnà cum verbo corpus à terra abducere conantes, erectam & eleuatam animam desiderio meliorum cogimus in sancta progredi, magno animo carnis vinculum despicientes. Scimus enim optimè, eum qui est præditus cognitione, totum mundum lubenter transmittere, ut certè Iudæi Egyptum, apertè ostendendo se Deo quamproximos esse futuros. Quòd si nonnulli certas ac definitas horas constituunt orationi, ut exempli causa, tertiam, sextam, ac nonam: at is qui est cognitione præditus, per totam orat vitam, per preces quidem cum Deo studens versari. Reliquit autem, ut semel dicam, omnia quæ non sunt utilia: cum eò iam peruenerit, ut iam hinc acceperit consummationem eius qui agit ex charitate. Imo verò triplicem horarum diuisionem, quæ totidem sunt honoratæ precibus, sciunt qui norunt beatam sanctarum mansionum trinitatem. Hic mihi venit in mentem quorundam qui diuersa sentiunt, nempe Prodicæ hæresis sectatorum, dogmatum, quæ inducunt non esse orandum. Ne ergo de hac sua impia sententia, tanquam noua & aliena hæresi se offerant, sciant eam quidem prius fuisse acceptam à Philosophis qui dicuntur Cyrenaici. Suo autem tempore dicetur aduersus impiam execrandorum illorum dogmatum cognitionem, ne si huic Commentario insereretur cõtra eos disputatio, quæ de iis proluxa futura esset pertractatio, interrumperet cæptam orationem, cum nos solum ostendamus verè pium ac religiosum Dei esse cultorem, qui ex regula ecclesiastica verè est cognitione præditus, cui

tus, cui soli, cum ex Dei voluntate dispertiat ac distribuat, fit petitio cum petiuerit atque adeo cogitauerit. Quomodo enim quicquid vult potest Deus, ita quicquid petierit is qui est cognitione præditus, id accipit. Omnino enim nouit Deus eos qui bonis digni sunt; & qui non, unde dat ea quæ singulis conueniunt. Quamobrem indignis, etiamsi sepe petierint, non dabit: dabit autem scilicet iis qui sunt digni. Non est tamen petitio superflua, etiamsi bona dentur absque oratione. Iam & gratiarum actio, & petitio eorum quæ pertinent ad conuersionem proximorum, est opus eius qui est præditus cognitione: quæ quidem ratione orauit quoque Dominus, gratias quidem agens propter ministerium, rogans autem quamplurimos esse in cognitione, ut in iis qui salui fiunt, per salutem ex agnitione Deus glorificetur, & qui est solus bonus & qui solus Seruator, per filium ex seculo in seculum agnoscatur. Quamquam fides quoque futurum esse ut accipiat, est species orationis quæ est reposita ut conuenit cognitioni. Ceterum si oratio est occasio cum Deo conuersationis, aditus ad Deum nulla est prætermittenda occasio: eius certè qui est præditus cognitione, sanctitas connexa cum beata prouidentia, per spontaneam confessionem, ostendit perfectum Dei beneficium. Est enim veluti quadam mutuo respondens prouidentia cura, sanctitas eius qui est cognitione præditus, & quæ conuertitur amici Dei beneuolentia. Neque enim Deus inuitus est bonus, quomodo ignis est præditus vi calefaciendi. Est autem voluntaria bonorum impeditio, etiam si anticipet petitionem. Neque verò inuitus saluus erit is qui fit saluus: non est enim inanimis, sed omnino voluntariè & libero animi arbitrio contendet ad salutem. Quocirca præcepta quoque homo accepit, ut qui ex se moueri & incitari possit ad utrum velit ex iis quæ sunt eligenda & fugienda. Non facit ergo Deus bona ex necessitate, sed libera voluntate benefacit iis qui ex se conuertuntur. Non est enim seruilis quæ ad nos venit diuinitus, tanquam à deterioribus ad meliores procedens, prouidentia. Ex miseratione autem nostræ imbecillitatis, exercentur quæ sunt proxima ac continentes prouidentia dispensationes: sicut etiam pastores ouium curam gerunt, & Rex eorum qui eius parent imperio, & nos paremus præfectis nostris, qui eos regunt qui sunt eis commissi, eo ordine qui fuit eis traditus. Dei ergo sunt serui & cultores, qui liberalissimum & maximè regalem cultum exhibent, qui fit per piam ac religiosam mentem & cognitionem. Est ergo omnis quoque locus verè sacer, in quo Dei accipimus notionem & cognitionem, & tempus. Quando autem is cuius est bona mens, & bonum animi institutum, & qui est gratus, petit per orationem, nonnullam aliqua ex parte fert opem, lubenter per ea quæ flagitat precibus, accipiens id quod desiderat. Quando enim nostram bonam animi propensionem acceperit is qui est dator bonorum, eius conceptionem omnia simul bona consequitur. Certè per orationem examinatur modus quomodo se habeat ad id quod oportet. Si vero vox & dictio nobis data est causa intelligentiæ, quemadmodum non ipsam animam & mentem Deus exaudit, cum iam certè anima animam, & mens mentem exaudiat? unde quæ multas edunt voces Deus linguas non expectat, ut hominum interpretes, sed cognoscit omnium, ut semel dicam, mētes & quod nobis vox significat, hoc Deo nostra loquitur cogitatio, quam etiam ante creationem sciebat venturam esse in mētem. Licet ergo ne voce quidem emittere orationem, sed solum quicquid est intrinsecus spirituale, intendere in vocem quæ mente percipitur, per indiuisam ad Deum conuersionem. Quoniam autem ortus diei imago est Oriens, illinc quoque lux augetur quæ primum illuxit ex tenebris: sed etiam iis qui voluntantur in ignoratione, exortus est dies cognitionis veritatis, ea ratione qua Sol in Oriente matutino, nempe orationes. Vnde etiam quæ erant ex templis antiquissima respiciebant ad Occidentem, ut qui stant vultu conuerso ad imagines, doceantur verti ad Orientem. Psal. 140.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum, aiunt Psalmi. Sceleratis ergo hominibus oratio, non solum in alios, sed etiam in seipsum est perniciosissima: siquidem etiamsi quæ fausta & prospera dicunt, petita acceperunt, lædunt eos qui acceperunt, ut qui sint eorum usus nescij. Qui enim orant ut possideant bona ea quæ non habent, ea quæ uidentur bona, non ea quæ sunt petunt. Qui est autem cognitione præditus, eorum quidem quæ possidet permansionem, ad ea autem quæ est superaturus aptitudinē, eorum autem quæ nō est accepturus, petet æternitatem. Quæ autem uerè sunt bona quæ uersantur in anima, ea & sibi esse, & ei permanere precatur: neque aliquid ex iis quæ absunt desiderat, contentus præsentibus. Neque enim est propriis bonis defectus, cum satis iam sibi sit ex diuina gratia & cognitione. Sed cum suis quidem sit contentus, aliis autem non egeat, omnipotentē autem cognoscat uoluntatem, & simul habeat & precetur, maximè autem proximè adhaereat potentia, studens esse spiritualis, per indefinitam charitatem est unitus Spiritui. Sic magni est & excelsi animi, qui id quod est omnium præstantissimum, quod omnium optimū, possidet per scientiam, & facile quidem incitatur & applicatur ad contēplationem: eorum autem quæ cadunt in contēplationem, in animam uim habet permanentē, hoc est, perspicacē scientiæ acrimoniā. Hanc autem ut possideat potestatem quàm maxima uim contēdit, se ab iis quæ menti aduersantur continēs, & in contēplatione quidem perpetuò residens, & in ea se exercēs exercitatione quæ ab iis quæ sunt iucunda se abstinet, & ea quæ sunt faciēda rectè gerit, & magna præterea utens experientia, tam in doctrina, quàm in iis quæ ad uitam pertinent, habet dicendi libertatem, non uim effrenatæ linguæ, sed uim & facultatem simplici oratione utentē, quæ nihil eorū quæ cōuenienti tēpore dici possunt, & de quibus maximè dicendū est pro dignitate, celat, neque propter gratiam, neque propter timorē. Qui ergo quæ Dei sunt accepit à choro mystico ipsius ueritatis, utitur oratione adhortatoria, quæ magnitudinē uirtutis, ipsam, inquam, & quæ ab ea oriuntur, pro dignitate indicat, cū diuina orationis eleuatione, iis quæ percipiuntur intelligentia, & quæ sunt spiritualia, quammaximè fieri potest, ex cognitione se reddens familiarem. Quo fit ut semper sit benignus, mansuetus, aditu facilis, affabilis, patiens, gratus, bona præditus conscientia. Is est non solum rigidus & austerus ad hoc ut non corrumpatur, sed etiam ad hoc ut non tentetur. Præbet enim animum, qui neque uoluptati neque dolori cedit, aut ab eis expugnatur. Iudex, si uocet ratio, immobilis, animi motibus nihil penitus largiens, immutabiliter quæ iustum iubet proficisci, ingrediens, persuasum habens omnia pulcherrimè administrari, & animas semper in melius proficere, donec ad ipsum bonum uenerint, ut quæ in uestibulis, ut semel dicam, patris, magno pontifici proximè euaserint. Hic cognitione præditus, qui est fidelis, & cui est persuasum quæ sunt in mundo optimè administrari, æquo certè animo fert omnia quæ eueniunt. Meritò ergo nihil requirit ex iis quæ ad uitam pertinent ad usum necessarium, ut cui sit planè persuasum, quod qui omnia nouit Deus, id quod est utile suppeditat bonis etiam non petentibus. Sicut enim artificii artificiosè, & gentili gentiliter: ita etiam ei qui est cognitione præditus, ex cognitione præbet singula. Et qui ex gentibus quidem conuertitur, fidem: qui autem ascendit ad cognitionem, charitatis petet perfectionem. Qui autem summum iam attingit cognitione præditus, precatur ut augeatur contēplatio & permaneat: sicut qui est homo communis, ut sit perpetuò sanus. Iam uerò petet etiam ut à uirtute nunquam excidat, maximè adiuuans & dans operam ut perpetuò maneat eiusmodi ut non possit excidere. Nouit enim aliquos quoque ex Angelis, qui propter socordiam humi lapsi fuerant, nondum perfectè ad unum illum habitum, ab ea quæ est ad duplicitatem aptitudine seipsum expressisse. Is qui hinc ad summum cognitionis & excellentem uiri perfecti altitudinem se exercuit,

se exercuit, & ita uiuere ut nullo loco nec tempore labatur elegit, & in eo se exercet per mentis undique exæquatam & unius planè tenoris stabilitatem. Quibus autem grauis aliquis adhuc relinquitur angulus deorsum uergens, unà quoque detrahatur id quod per fidem sustollitur. Ei ergo qui exercitatione profecta ex cognitione parauerit uirtutem quæ non potest amitti, efficitur naturalis habitus. Et quomodo lapidi grauitas, ita huius scientia euadit huiusmodi ut non possit amitti, non inuoluntariè, sed uoluntariè, uirtutis & cognitionis atque prouidentia. Quoniam autem amissum non esse, per cautionem fit eiusmodi ut non possit amitti: cautionem quidem ad hoc ut non peccet, bonam autem considerationem ad hoc ut uirtus non amittatur, retinebit. Cognitione autem uidetur bonam præbere considerationem, docens perspicere ea quæ possunt adiuuare ad hoc ut uirtus permaneat. Res est ergo maxima Dei cognitio: quocirca ea quoque ita conseruatur uirtus ut amitti nequeat. Qui autem Deum nouit, est sanctus & pius: qui est ergo cognitione præditus, ostensum est eum solum esse pium & religiosum. Is gaudet quidem de bonis præsentibus: lætatur autem propter ea quæ sunt promissa, tanquam iam præsentia. Non enim eum adhuc latent tanquam absentia, propterea quod qualia sint iam antè cognouerat. Cognitione ergo persuasus, quomodo sit unumquodque ex futuris, hoc possidet. Quod enim est mancum & defectum, metiendum est ex eo quod ad ipsum pertinet. Si ergo possidet sapientiam, & est res diuina sapientia: qui est particeps eius quod non indiget, non fuerit indigens. Non enim sapientiæ communicatio fit dum se inuicem mouent & retinent operatio & id quod participat: neque dum aliquid aufertur, aut fit alicuius indigens. Ostenditur ergo minui non posse operationem per ipsam communicationem. Sic ergo nobis habet omnia bona is qui est cognitione præditus, potestate: sed nondum etiam numero, nam alioqui dimoueri non posset, quod attinet ad diuinos qui debentur profectus ac administrationes. Hunc quoque Deus adiuuat, propinquiore honorans curatione. An non enim bonorum uirorum gratia, & ut ea possiderent, & illis usui, uel potius saluti essent, omnia facta sunt? Non ergo eis abstulerit ea quæ sunt propter uirtutem, propter quos sunt quæ facta sunt. Clarum est enim quod bonam ipsorum naturam & sanctum institutum honorans, ijs qui bene uiuere constituerunt, uires inspirat ad reliquam salutem, alios quidem solum adhortans, alijs uerò qui ex se digni euaserunt opem ferens. Est enim omne bonum eiusmodi, ut adnascatur ei qui est præditus cognitione: siquidem ei est finis scire & facere scienter unumquodque. Quomodo autem medicus præbet sanitatem ijs qui ei opem ferunt ad sanitatem: ita etiam Deus æternam salutem ijs qui opem illi ferunt, & cum eo cooperantur ad cognitionem, & ad bonas actiones. Cum autem simul cum eo quod facimus, in nostra sint potestate ea quæ præcepta imperant, perficitur quoque promissio. Ac mihi uidetur illud quoque rectè dici apud Græcos. Athleta quidem non ignobilis nec pusilli animi inter ueteres, cum longo tempore corpusculum exercuisset ad fortitudinem, ascendens ad Olympiam, cum Pisani Iouis aspexisset statuam: Si omnia, inquit, ô Iupiter, mihi rectè parata sunt ad certamen, iustè mihi redde uictoriam. Sic enim cum is quoque qui est cognitione præditus, citra reprehensionem & cum bona conscientia, quod ad se attinet, omnia impleuerit, & ad doctrinam, & ad exercitationem, & ad bonorum operum effectiōem, & ad hoc ut Deo sit gratus & acceptus, id uniuersum salutem deducit ad perfectionem. Hæc ergo à nobis exiguntur quæ sita sunt in nostra potestate, & eorum quæ ad nos pertinent tam præsentium quàm absentium electio, & desiderium, & possessio, & usus, & permansio. Quocirca uerè puram & immaculatam oportet habere animam, eum qui cum Deo conseruatur, seipsum bonum perfectè efficientem: sin minus, proficientem ad cognitionem, & eam desiderantem, à uitæ autem operibus omnino esse auulsam.

COMMENTARIUS.

* **IUBEMVR autem.** Postquam ostendit Clemens quodnā sit pium Deo que gratū & acceptum sacrificium, nūc docet quemnam colere & honorare debeamus. Iubemur, inquit, colere & honorare Dei filium & per ipsum patrem. Qui est autem Dei filium eundem credimus esse Dei verbum & sapientiam, nostrumque seruatorem & ducem. Cum autem is vbique sit, totus & semper, & nec certis locis contineatur, nec definitis comprehendatur temporibus, non est certus locus quo colatur, nec tempus quo honoretur, nec certus constituitur locus ad colendum, nec tempus ad honorandum, sed vbique & semper est colendus & honorandus. Quod si obijciatur esse certa tempora ab Ecclesia statuta, vt Deus colatur & honoretur, hoc quidem nemo inierit inficias. Sed dici potest, Deum quidem vbique & semper coli, sed certa loca vt pote 10
 templa & aedes sacras & certa tempora esse constituta, vt sciretur quo tempore & loco conuenturus esset populus, qui alioqui Deum qui vbique & semper est, vbique & semper honorat & colit. Certis ergo & stans diebus, nempe diebus festis, & certis locis ab Ecclesia constitutis, fit commemoratio præclarorum Dei beneficiorum, quorum nisi congregatus admoneretur populus ea è memoria exciderent, & qui semper est vbique colendus & honorandus, vix vnquam coleretur & honoraretur, nec laudaretur & gratiæ a populo simul congregato Deo agerentur, cui omnia ferre debet præcepta. Hæc est ergo causa cur & dies festi, & aedes sacre sint ab Ecclesia constitutæ, cum alioqui in templis manu factis Deus minime habiter. Populus ergo certis diebus & locis Deum colit & honorat. Genus autē electum & sacerdotale, quod apud Psalmistam dicit septies se laudem Deo dicere, vbique & semper Deum colit & honorat, toto vitæ tempore eum laudans & ei agens gratias propter eam quam habet Dei cognitionem, eum, inquam, laudat & ei 10
 agit gratias, siue sit solus, siue cum aliis qui in Deum credunt quem scit vbique adesse. ⁶ *Videtur autem cognitionis excellentiam.* Quanta sit excellentia eius qui est cognitione præditus ostendit propheta Dauid dum Deum rogat vt eum doceat bonitatem, disciplinam & cognitionem & scientiam, in summo loco ponens cognitionem per amplificationem. Nam in vera Dei quæ a Deo docetur cognitione consistit principalis perfectio, qua qui est præditus is verè est regalis sacerdos, & sanctus Dei regalis est, vt qui ratione imperat vitiosis animi motibus & perturbationibus. Sacerdos est, vt qui Deum rite colit & honorat, eumque rite colens & honorans est sanctus Dei: hinc est quod hoc adhuc hodie seruatur apud barbaros Hebræos scilicet & Christianos, vt ex genere Sacerdotali ad regnum prouehantur. Qui certe apud Christianos sunt pontifices plane regiam obtinent auctoritatem. Is suæ dignitatis memores cum vulgo promiscuam non habent consuetudinem, nec cum eis in theatralibus versantur spectaculis. ⁷ *Quid autem non etiam nota.* Postquam dixit Clemens, non solum sanctorum voces, sed etiam cogitationes, & aërem, atque adeo totum mundum 30
 secantes, ad Deum peruenire, imo verò vim diuinam tanquam lucem totam occupare & peruadere animam. Hinc fit vt cum Deus prior totam peruadat & occupet, non tam ad eum voces perueniant & cogitationes, quam ipse prior ad eas venit. Quinetiam ad Deum perueniunt quæcunque homo proponit & instituit, tanquam quæ suas habeant voces, quæ emittuntur ab ipsa animæ conscientia. Sed non opus est vt Deus eorum expectet voces, cum omnia nouerit quæ sunt futura, etiam antequam facta sunt perinde ac si iam sint. Aperit Deus, & in lucem profert Deus quæcunque sunt in anima, vt qui etiam ipsa scrutetur intima penetralia. Deus omnia ita videt & audit, vt quodammodo dici possit totus oculus & auditus. Audit autem & videt longe perfectius licet sensuum nullis præditus sit instrumentis. Adeo quidem certe clare videt & audit, vt eius vim sentiendi non male explicet qui totum eum esse dicit oculum & auditum. Hoc est de Deo rectè sentire tales sensus illi tribuere qui sint excellentissimi & perfectissimi. Quod si quis 40
 aliter sentiat, nec de Deo conuenientem habeat opinionem, de eo viles & abiectas & Dei maiestate indignas suscipiens notiones & cogitationes, is est impius & a vera religione alienus, is nec in hymnis, nec verbis, nec scriptis, nec dogmatibus rite Deum colit. Hinc fit vt vulgus quod temerè Deum laudat, cum nesciat veritatem, eum potius maledictis appetat & execretur quam laudet. ⁸ *Hic mihi venit.* Cum de precatone multa dixisset Clemens, recordatus autem esset esse hereticos quos vocat diuersa sentientes, vt qui diuersa sentirent a fide Catholica (si sunt Prodicus Gnosticorum pater, & eius sectatores qui dicebant non esse orandum) hoc illi visum est confutandum, ne frustra ab eo suscepta esset hæc oratio. Huius impiæ sententiæ se fuisse inuictorem iactabat Prodicus, cum multis ante eum seculis id ipsum sensisset Aristippus philosophus Cyrenaicus, & eius asseclæ. Aduersus eos quidem statuit disputare, sed in aliud tempus differt disputationem, ne cum esset prolixior, ea abrumperet cursum cæptæ orationis. In aliud ergo tempus dilata ea aduersus Prodicum disputatio, pergit Clemens tractare de oratione. Dicit itaque eum esse verè pium & religiosum Dei cultorem, qui ex regula Ecclesiastica, id est conuenienter scriptis quæ recepit Ecclesia est cognitione præditus, is cum ex Dei voluntate quæ est ei apprimè nota, cuncta dispertiat, distribuat, & administret, a Deo impetrat non solum quod petierit, sed quod vel tantum cogitarit. Non est autem mirum si quod tantum cogitarit accipit. Nam cum omnia possit Deus, non est dubium quin illi concedat, quem scit omnia distribuere & administrare ex Dei voluntate. Deus itaque qui nouit quinā sint digni bonis dat, etiā si non petant, iis autem qui non sunt digni non dat, etiam si sæpe petant. Dat itaque Deus quæ singulis conueniunt. Quamuis autem bona det Deus etiam si nulla preces præcesserint, nõ est tamen oratio superuacua. Non est enim Deus eiusmodi vt ad dandum cogi possit, sicut vis ignis est eiusmodi vt ardeat velit nolit. Orari ergo vult Deus vt bona cum dignis dare omnes intelligant. Sed nec inuitis dat hominibus, quorum est liberum arbitrium ad bona suscipienda quæ dantur. ⁹ *Quoniam autem ortus diei imago est Oriens.* Fit oratio ab iis qui orant conuersis ad Orientem, quam quidem veterem fuisse traditionem scribit Basilius libro de Spiritu sancto. Oriens autem est imago ortus diei. Ipsi quoque Christi imago est Oriens qui non secus atque sol exoritur, illuxit ex tenebris, iis qui volutabantur in tenebris exortus est dies veritatis. Veritas autem inter cetera continet etiam orationes, quæ & fiunt ad ortum solis & diriguntur ad verum orientem, nempe Christum. Vetustissima autem templa olim spectabant ad occidentem, vt ij quorum vultus 60
 conuersi

conuersi erant ad imagines seu idola, discerent oportere eos conuerti ad verum Orientem nempe ad Christum, ad quem petit Dauid suam dirigi orationem non minus suauem & gratam, quam odorem suffitus quem vocant incensum & sacrificium, quod in veteri lege quotidie offerebatur vesperi. Nam iugiter quidem offerebat sacerdos & mane & vespere, sed dignissimū erat illud sacrificium quod fiebat vespere, quod significabat & sacrificium crucis & Eucharistiam a Christo vespere institutam. ¹ *Sceleratis autem hominibus.* Cum possit dubitari vtrumne omnibus proficit oratio, respondet Clemens, in sceleratis hominibus orationem non solum aliis, sed etiam sibi ipsis esse perniciosissimam. Nam siue aliis siue sibi petierint, quæ sunt fausta & fœlicia, & ea impetrarint, non modo non proderunt, sed etiam oberunt cum nesciant quomodo eis sit vtendum. Nam qui orant vt bona fortunæ quæ non habent possideant, petunt non bona quæ sunt, sed quæ videntur esse bona, & quæ sæpius incommoda quam commoda possidentibus afferunt. Improbis ergo hominibus bona petentibus, quæ mala sunt vt nescientibus, sæpe non prodest, sed obest oratio. Sed viro bono & Dei cognitione prædito raro vsuuenit vt noceat oratio: nam ea demum petit quæ non ignorat sibi esse profutura. Non enim petit quæ non habet, sed vt quæ iam habet permancant: quod si qua sunt quæ non habet, ad ea autem potest peruenire, petet aptitudinem, qua ad ea perueniat. Ita petet vt perueniat ad regnum cælorum, & vt æternam vitam consequatur. Si quæ autem sunt quæ suæ naturæ captum superant, sed sunt propria solius diuinitatis, ea sibi non petet ad quæ non est aptus, sed ei soli cui debetur, petet æternitatem. Ita soli Deo beato & immortalis ab homine petitur omnis honor & gloria. Quod autem superius dixerat Clemens, eum qui est cognitione præditus, bona futura quæ sunt a Deo promissa spe certa iam possidere, hic quoque sed aliter dicit. Dicit enim eum qui est cognitione præditus, omnia bona possidere, potestate quidem omnia, sed non omnia numero, id est nondum actu. Omnia autem numero & actu possessurum, quando quæ fuerint promissa, re ipsa fuerit consecutus. Quod autem promissa bona nondum actu possideantur, ex hoc potest intelligi, quod adhuc restat vt in multis diuina gratia proficiat, multaque gerat & administret quæ pertinent ad salutem: hunc autem honorat Deus propinquoire sua cura & prouidentia. Nam propter bonos viros facta sunt omnia, nempe vt ea possiderent, vt ea illis essent vsui & conferrent ad salutem. Cum ergo Deus omnia fecerit & crearet propter bonos viros qui viuunt ex virtute, eis minime abstulerit quæ sunt propter virtutem. Tantum certe abest vt virtutem & quæ ad eam pertinent auferat, vt bonam eorum honorans naturam & institutum, eis det vires partim eos adhortans qui parum aut nihil ex se possunt, partim iis qui ex se digni sunt opem ferens. Ex se autem digni sunt qui sua sponte sunt boni, quibus omne bonum adnascitur. Ei autem adnascitur cui est finis & scopus vt scierit vnum quodque agat: sciētē autē scit & facit, qui absque ratione nihil scit & nihil facit, sciētē autē nescit & facit, qui neque suæ scientiæ, neque facti certam potest reddere rationem. Is ad hoc vt sciat opus habet exhortatione. Qui autem scit sciētē nõ eget exhortatione sed opus habet vt adiuuetur, adiuuetur inquam, a Deo, sine cuius auxilio est inutilis & inefficax scientia, & rursus vt Deum adiuuet ei cooperando: cooperatur autem vt qui suo libero vtatur arbitrio. Neque enim Deus operatur in inuitum, quod quidem medici probat exemplo, qui dat quidem sanitatem, sed eam non dat inuito. Non sanatur enim nisi qui lubens ei a medico data acceperit medicamenta, vt noxij expellatur humores, quibus expulsi restituitur sanitas: ita Deus quoque æternam dat salutem, sed non inuitis. Iis enim demum dat salutem qui ab ipso datam accipiunt scientiam, & bonas quæ ab ea procedunt actiones. In nostra autem potestate sunt & quæ agimus, & quæ nobis a Deo data præcepta imperant. Hinc fit, vt nobis a Deo facta perficiatur promissio. Dantur enim quæ sunt nobis a Deo promissa, quod quidem non est aliud quam æternam a Deo consequi salutem. 40

² *QUINETIAM decet eum omnes orationes & probè facere, & cum probis. Est enim v. lubricum ac periculosum vnà adscribi cum peccatis aliorum. Vnà ergo cum ijs qui recētius crediderunt, is qui est cognitione præditus, de ijs precabitur de quibus vnà etiam agere conuenit. Vniuersa autem eius vita, est quidam celebris ac sanctus dies festus. Atque ei quidem sacrificia, sunt ipse preces & laudes, & quæ ante cibum sunt scripturarum lectiones: psalmi autem & hymni, dum cibus sumitur: antequam eatur cubitum, quinetiam noctu, rursus orationes. Per eas se ipsum vnit choro diuino, ex memoria continua in memoria semper mandanda positus contēplatione. Quid verò, an non aliud quoque sacrificium, nempe dogmatum & pecuniarum in egenos largitionem, cognoscit? Maxime. Sed nec ea quæ fit ore vititur verbosa precatone, vt qui quæ petere a Domino oporteat, didicerit. In omni ergo loco orabit, sed non vt aperte populo appareat. Is verò dum & ambulatione vititur & sermone & quiete & lectione & ijs quæ sunt ex ratione, omni modo precatur, & si in ipsius animæ penetralibus solum cogitauerit, etiam inenarrabilibus gemitibus Patrem inuocauerit: ille autem propè adest eo adhuc loquente. Cum sint autem tres fines cuiusvis actionis, propter id quidem quod est bonum & vile omnia operatur: voluptatis autem causa aliquid agere, his relinquit qui vulgarem vitam sequuntur. Longè autem abest vt qui in tali pietate probatur & dyudicatur, sit ad mentiendum propen-*

nem, cum ab omni pœna & supplicio fuerimus liberati, quæ sustinemus ex peccatis ad salutarem disciplinam. Postquam redemptionem, præmiū & honores dantur consummatas, cum cessauerint quidem à purgatione, cessauerint autem etiam ab alio ministerio, etsi sit sanctum, & inter sanctos: deinde ijs qui fuerint mundo corde, per proximam Domino adhesionem, perpetuæ contemplationi permanet restitutio: & Dij vocati sunt appellatione, qui in iisdem sedibus sunt collocati, in quibus alij Dij qui sunt primi à Seruatore constituti. Est ergo cognitio velox ad purgationem, & apta ad mutationem facile suscipiendam in melius. Vnde etiam facile traducit ad id quod est animæ cognatum ac diuinum & sanctum, & per cuiusdam proprii luminis mysticos profectus transmittit hominem, donec in supremum quietis locum restituerit eum qui est mundo corde, docens Deum scienter & per comprehensionem contemplari facie ad faciem. Hæc est enim utique animæ cognoscen-
 tis perfectio, ut cum omnem purgationem & ministerium superauerit, sit cum Domino, ubi est proximè & ei coherendo subiecta. Fides ergo, ut semel dicam, est breuis & compendiosa eorum quæ urgent cognitio. Cognitio autem est firma ac stabilis demonstratio eorum quæ assumpta sunt per fidem, quæ per doctrinam Domini supra fidem edificatur, quæ transit ad id quod non potest excidere & mutari, & potest comprehendi scientia. Ac mihi quidem videtur esse prima quædam salutaris mutatio, quæ fit à gentibus ad fidem, ut prius dixi, secunda autem, quæ est à fide in cognitionem. Illa verò trañciens ad charitatem, hinc iam reddit amicum amico, id quod cognoscit, ei quod cognoscitur. Et fortasse qui est eiusmodi, ex hinc iam anticipauit ut sit similis Angelis. Post eam ergo postremam quæ est in carne excellentiam, semper prout conuenit mutatus ad id quod est melius, ad paternam aulam, ac verè Dominicam per sanctam hebdomadem cõtendit mansionem futurus, ut ita dicam, lumen stans & manens propriè, quod est omni ex parte & omnino immutabile, qui est primus modus Dominicæ operationis, eius quæ dicta est à nobis remunerationis, conuenienter pietati & veræ religioni. Ex multis autem quæ sunt testimoniis, unum solum exemplum adducam, quod sic dictum est à Dauid propheta: Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo Seruatore suo. Hæc est generatio querentium Dominum, querentium faciem Dei Iacob. Breuiter, ut arbitror, nobis significauit Propheta eum qui est præditus cognitione: cursimque & obiter, ut videtur, nobis demonstrauit Dauid, Seruatorem esse Deum, dicens eum esse faciem Dei, qui annunciauit & docuit de Spiritu. Quocirca Apostolus quoque appellauit filium characterem seu typum gloriæ patris, qui veritatem de Deo docuerit, & expresserit quod Deus & Pater vnus est & solus omnipotens, quem nemo nouit nisi filius, & cui filius reuelauerit. Vnum autem esse Deum, per eos qui quærent faciem Dei Iacob, meminit, quem solum esse Deum patrem bonum exprimit Seruator noster & Deus. Generatio autem querentium eum, est genus electum, quod est vi inquirendi præditum ad cognitionem. Et ideo Apostolus quoque dicit: Nihil vobis prodero, nisi vobis locutus fuero aut in reuelatione, aut in cognitione, aut in Prophetia, aut in doctrina. Quamquam nonnulla quoque rectè sunt ab ijs qui non sunt præditi cognitione: sed non ex ratione, sicut est in magni animi virtute. Nonnulli enim cum sint natura iracundi, & deinde id absque ratione aluerint, ad multa citra rationem quodam feruntur impetu, & faciunt similia ijs qui sunt magni & excelsi animi, adeò ut sordidi & illiberales artifices eadem nonnunquam rectè gerunt, quod attinet ad tolerantiam: sed neque ex eadem causa, ex qua qui est præditus cognitione, neque idem sibi proponentes, nec si totum corpus tradant. Charitatem enim non habent, quæ sit

Psal. 23.

1. Cor. 14.

quæ generatur, ut ait Apostolus, per cognitionem. Quæcumque ergo sit actio à sciente, ea est recta actio: quæcumque autem ab insciente, mala est, etiam si maximè instet & urgeat, quoniam non fit fortis ex consideratione: neque dirigit actionem ad aliquid utile ex ijs quæ conuertunt ad virtutem, & procedunt à virtute. Eadem autem ratio est etiam in aliis virtutibus, quæ etiam ijs conuenienter in Dei cultu & religione. Non ergo in sanctitate solum talis est nobis is qui est cognitione præditus. Religionem autem ac Dei cultui qui fit ex scientia, sunt etiam consequentia præcepta de alia eius vitæ institutione. Vitam autem eius qui est cognitione præditus, nunc est nobis propositum describere, non autem adducere dogmatum contemplationem, quam conuenienti tempore postea exponemus, simul etiam seruantes consequentiam. De vniuersis ergo verè & magnificè disseruit, ut qui diuinam conceperit doctrinam. Cum ergo initium duxisset à creature admiratione, quod possit accipi cognitio, domo argumentum afferens, fit alacer & promptus Domini discipulus. Cum primum autem audiisset, Deum & providentiam credidit ex ijs quæ est admiratus. Hinc impulsus omnibus modis dat operam disciplinæ, omnia illa faciens, per quæ poterit accipere cognitionem eorum quæ desiderat. Desiderium autem per profectum fidei, consistit contemplatum simul cum inquisitione: id autem est fieri dignum tali & tanta contemplatione. Sic Dei gustabit voluntatem, is qui est præditus cognitione: non aures enim præbet, sed animum rebus quæ significantur ab ijs quæ dicuntur. Cum ergo essentias ipsas & res acceperit per verba, merito animam quoque deducit, ad ea quæ oportet, illud, Non mæchaberis, Non occides, propriè accipiens, ut dictum est ei qui est præditus cognitione, non ut existimatum est ab aliis. Accedit ergo se exercens contemplatione quæ efficit scientiam, ut certamen ineat cum iis quæ magis vniuersè & magnificentius dicta sunt, rectè sciens, quod qui docet hominum scientiam ut ait Propheta, est Dominus, per os hominis Dominus operans: ea ratione carnem quoque accepit. Merito ergo nunquam incundum præfert utili, nec si casu aliquo eum præuentum meretricis vim afferens prouocet formosa mulier: Quoniam nec Ioseph quidem ab instituto abducere potuit vxor domini. Ei autem se exiit per vim tenenti tunicam, ut qui à peccato quidem fuerat nudatus, honestatis autem & temperantiæ ornamentum induerit. Nam etsi oculi domini Egyptij, inquam, Ioseph non videbant, at omnipotentis quidem certè inspiciebant. Nam nos vocem quidem audimus & corpora contemplamur: Dominus autem rem examinat, à qua fertur vocem edere & aspiciere. His consequenter si vel morbus vel casus aliquis eum inuaserit qui est præditus cognitione: atque adeo mors quæ est omnium terribilissima, manet animo interritus, sciens quæcumque sunt eiusmodi esse nature necessitatem, sed sic quoque Dei virtute ea affici medicamentum salutis, ut quæ per disciplinam eos beneficio afficiant qui sunt incompositiores, & à sancta pro merit-
 tis verè dispartiantur providentia.

COMMENTARIVS.

60 QVINETIAM decet eum omnes orationes & probè facere, & cum probis. Pergit Clemens ostendere quomodo se gerere oporteat cum qui Dei habet cognitionem & scientiam. Dicit ergo eum oportere facere omnes orationes & cum probis. Multæ quidem sunt orationes, sed in omnibus seruanda est ea formula quam in sua oratione nobis præscripsit Dominus. Non est autem orandum cum omnibus, sed cum iis demum qui sunt probi & sancti. Est ergo orandum in Ecclesia Catholica, non in synagoga hæreticorum & impiorum. Cur autem cum eis non sit orandum, hanc affert rationem, quod sit periculolum cum malis versari, ne eis similes euadamus, & ne peccata eorum describantur illis, qui iniquas & impias fundunt præces, cum sancto, inquit Propheta, sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Orandum est autem non solum cum iis qui Dei habent scientiam, sed etiam cum iis, qui reuera crediderunt, & qui licet credant nondum perfectam habent cognitionem. Cum

eis præcabitur is qui habet cognitionem præces concipiens, de quibus simul agere conuenit, nempe de mysteriis Ecclesiasticis & de iis quæ ad componendos & corrigendos mores pertinent. ^b Cum autem tres. Quidquid agit homo agit propter finem, tres autem sunt fines cuiusvis actionis: vnus est propter bonum seu honestum & virtutem, alius autem propter utilitatem & vitæ commoditatem, alius propter voluptatem. Duos autem fines sibi proponit is qui est cognitione præditus, operatur enim & vt recte & honeste ac ex virtute viuat, & vt prospiciat suæ vitæ commoditatem in quibus consistit utilitas. Voluptatem tanquam homine indignam qui Dei habet cognitionem rejicit in eos qui sequuntur vulgarem viuendi rationem, & quæ magis conuenit bestiis quam hominibus. ^c Longè autem abest vt qui in tali pietate probatur & iudicatur sit ad mentiendum. Qui est probatus in Christiana pietate & religione, nec ad mentiendum nec ad iurandum est propensus. Iurandum autem seu iuramentum sic definit Clemens, vt dicat id esse confessionem definitiuam, id est affirmationem definitiuam cum diuina assumptione, id est ad id asserendum Dei accepto nomine. Qui autem in Christum credit is est fidelis. Fidelis autem nempe ^d *πιστος*, dicitur & qui credit, & cui creditur, id est fides habetur. Qui autem in Christum non credit, est infidelis, & qui ita se gerit vt propter vitam improbam ei non credatur, est etiam infidelis, id est ^e *ἀπιστος*. Vterque ergo est infidelis, & is qui non credit, & is cui non creditur. Qui autem in Christum credit & est fidelis, est vt qui ita credat & sit fidelis, & qui vitam suam ita instituat vt ei credatur, etiam si non iuret. Talis est enim eius vita vt ea sit tanquam firmum ac stabile iuramentum, & ex eo quod in tota vita ita se gerat vt in omnibus factis eius perpetua sit constantia, & in omnibus eius dictis sit perpetua veritas. Ei ergo qui est eiusmodi etiam iniurato iure creditur, vt qui sit semper fidelis, nunquam autem infidelis. ^d *Eius autem qui est præditus*. Magna quidem est dignitas eius qui est præditus cognitione, sed est maior & amplior dignitas eius qui alios docendi mandatum suscipit munus, amplæ autem eius dignitatis causa est quod verbo & facto susceperit dispensandam doctrinam, qua nullum est maius bonum in terris, per quam nobis intercedit cum Deo coniunctio & societas. Cum ergo per doctrinam homo Deo coniungatur quo nihil est homini melius, maxima est eius dignitas qui docendo hominem Deo coniungit & conciliat. Qui autem Dei docet doctrinam est veluti imago animata, quæ est homo. Ostendit autem Clemens & similitudinem & differentiam inter inanimatas & animatas imagines. Qui pro Diis, inquit, colunt & venerantur res terrenas, quæ aures non habent imagines præcantur, perinde ac si audirent & quæ eis authoribus fiunt pacta conuenta pro firmis habent & stabilibus, cum tamen nulla possit esse authoritas in iis qui nec videt, nec sentiunt, nec quicquam intelligunt: in quo maximè falluntur qui inanima colunt simulachra. Nihil ergo efficiunt inanimæ falsorum nempe terrenorum deorum imagines, quantacunque eis detur authoritas. Aliud est in animatis imaginibus nempe hominibus, quibus authoribus & ducibus nempe docentibus, præclara & magnifica accipitur Dei doctrina à fide digno magistro, nempe Christo. Quod autem in eos homines scilicet confertur beneficium, id refertur in ipsum Dominum, ad cuius imaginem & similitudinem, eum scilicet veluti representans & ad salutem renouans, efficit Catechumenum id est qui diuinam audiens doctrinam ingreditur viam salutis. Dominum autem representans & adorans imaginem per quandam relationem, dicitur is qui est cognitione præditus. Quomodo per figuram quæ dicitur metonymia apud Græcos, Mars dicitur ferrum, & Bacchus vinum, dicitur etiam Domini imago animata, vt qui aliorum utilitatem suam existimet salutem. Dicitur Domini imago, nõ quod eius formam representet essentialem, sed signum & symbolum eius potestatis, & sit ei prædicatione similis. Eius autem qui est cognitione præditus talis est prædicatio, vt quicquid habet in mente, id etiam ferat in lingua, id est prædicet apud eos qui digni sunt audire verbi Dei prædicationem: ita autem prædicat, vt ei quod dicit assentiatur, & idem dicat & sentiat, & ita viuat vt eius vita à verbis nõ discrepet, & ita inter se congruant, & quod sentit & quod dicit vita. Aliquando tamen vsuuenit, vt vera quidem sentiat, non vera tamen dicit, quædo scilicet per quandam æconomiam alicui malo remediũ allaturus falsa dicit, verum interim sibi proponens sicut etiam aliquando medici ægros curaturi mendacium vel potius bono dolo vtuntur. Ita ille præclarus prædicator Paulus Apostolus summa cognitione præditus, cum manufactam circumcissionem nihil prodesset sentiret, & palam diceret, sed solam cordis circumcissionem, quæ est ex fide, ne Iudæos offenderet, repente auellens à synagoga Timotheum circumcidit, se Iudæis accommodans, & factus Iudæus vt omnes lucrifaceret. Eius enim erat institutum non solos Græcos seu Gentiles, sed etiam Iudæos ad fidem adducere. Qui ita se demittit, & accommodat & quadam vitæ æconomia & dispensatione propter propinquorum utilitatem & salutem, is minimè cogitur vt vtatur simulatione, sed quæ dicit ita dispensat, vt bono dolo vtatur non tendens ad mendacium sed ad veritatem, ac principaliter facturus si non faceret propter alios quibus immineret periculum ab iis qui eis inuidet. Christianis enim imminet periculum à Iudæis qui eos inducunt ad manufactam circumcissionem, non ad cordis circumcissionem quæ est ex fide. Talis ergo est is qui Paulum Apostolum imitatus & cognitione præditus se tradit pro Ecclesia, & pro familiaribus, & pro iis quos Christo genuit, verborum ostendens veritatem & charitatem in Dominum. Is in omnibus se recte gerit, nullo timore ita præteritus vt nõ Christiana vtatur libertate, semper verũ dicens, nec vnquam volens mentiri, & in sermone ita se exercens, vt nunquam peccet: nam quod cum dolo profertur mendacium, id est sermo exercens ad vitium: & vt in summa dicam se omnino rectè gerit in sermone, actione & cognitione, & in ipsa etiam cogitatione. ^e *Hac ergo est vt cursim persequendo dixerim Christiani pietas & religio*. Pergit Clemens ostendere in quo consistat perfectio Christiana, nempe in fide quæ perficitur & consummatur cognitione, quæ facit vt Christianus nihil turpe faciat nec iniustum, minime autem impius, quod in principio libri statuerat probare aduersus eos qui Christianos arguebant impietatis quod essent ^d *ἀθεοί*. *Αθεοί* enim, id est sine Deo, non est qui falsos deos rejiciens per fidem vnum solum credit esse Deum, & per certam cognoscit cognitionem. Solus ergo est pius iustus ac religiosus verusque Dei cultor Christianus qui est cognitione præditus, Deus autem quem colit est princeps & rex omnium & omnipotens. Eum autem colit ex vera & recta pietate, & religione, nempe pura mente & incruentis sacrificiis. Sicut autem perfecta est fides, quæ Dei recta perficitur cognitione ita cognitio est hominis perfectio quatenus

actio quatenus est homo. Multæ enim sunt hominis perfectiones, sed vna sola est quatenus est homo, quæ est vera & recta Dei cognitio. Ea autem cognitio est rerum diuinarum scientia quæ sola hominem perficit, etiam si omnes aliæ artes desint & scientiæ, quæ etiam iuuant hominem tamen minime perficiunt. Qui hanc attigit perfectionem in rebus omnibus cum moderatione, & in omnibus vitæ actionibus & sermonibus ita se gerit, vt sit semper sui similis, & à verbo Dei minime discrepet. Per hanc cognitionem est perfectus fidelis. Perfectus enim non est fidelis, qui eius quod credit non habet scientiam. Est autem fides bonum internum quæ Deum confitetur, etiam eum quærat vt cognoscat & glorificet, vt qui sit Deus. Primum ergo oportet in fide educari, in qua cum incrementum fuerit acceptum, fidei quoad eius fieri potest Dei gratia accipienda est cognitio. Duobus autem modis dicitur cognitio: est enim cognitio quæ per doctrinam discitur, nempe per rationem, demonstrationem, & causam, ea autem dicitur sapientiæ. Dicitur etiam cognitio quæ non discitur per doctrinam neque per humanam rationem & demonstrationem, sed per Dei inspirationem & reuelationem. In solo autem sermone qui profertur non est constituenda, sed nomen solum cognitionis ex visione & apparitione sapientiæ quæ non est quod videtur. Arque fidelis quidem Christiani perfectio est, cognitionis autem fundamentum est fides: de Deo enim non dubitare sed credere est fundamentum. Christus autem est vtrumque & fundamentum, & ædificium, per quem est principium & finis, fides scilicet & charitas. ^f *Quantquam nonnulla*. Omnia recte faciunt qui sunt præditi cognitione, & ea faciunt ex ratione & scientia, fiunt autem nonnulla quoque recte ab iis qui non sunt præditi, sed non faciunt ex ratione. Recte & ex ratione faciunt qui sunt fortes magnique & excelsi animi: qui autem sunt iracundi, neque iram cõpescunt sed alunt, recte aliquid faciunt, sed ad agendum effrenato quodam feruntur impetu non ducente ratione. Videntur autem non dissimiles iis qui sunt magni & excelsi animi. Eadem etiam agunt, quod ardet ad patientiam sordidi & illiberales artifices, quæ qui sunt cognitione præditi. Sed nec in causa, nec in fine conueniunt. Sordidum enim & illiberale non impellit ratio, sed turbulenti animi motus, nec idem sibi proponit quod qui est cognitione præditus. Is enim & incitatur à ratione & proponit sibi permissa quæ expectantur, & tormetorum perpeffioni præponit, quæ non expectant opifices etiam si totum corpus tradat torquendum, charitatem enim non habent quæ gignitur ex cognitione. Ea ergo actio demũ est bona ex cognitione & scientia, mala autem quæ fit ex ignorantia & inscientia quantumuis sit acris & vehemens. Non bona certe est actio eius, qui eadẽ quidem gerit quæ fortis, sed ea gerit sine ratione & cõsideratione, neque tendunt ad virtutem, nec procedunt à virtute. Quomodo autem in pietate & Dei cultu, religione, & scientia opus est cognitione, sic etiam in aliis virtutibus. Sicut autem in aliis virtutibus quæ sunt ex cognitione & scientia sua sunt præcepta, ita etiam sua habet præcepta religio, & Dei cultus, quæ tractant de vitæ institutione eius qui est præditus cognitione. Ea mox tradit Clemens fieri, de dogmatibus referuans in aliud tempus. ^g *De vniuersis*. Cum qui est cognitione præditus diuinam doctrinam ex sacris scripturis cõceperit, quæ vniuersa complectitur, is de vniuersis verè & præclare differit, colligit præcepta quæ pertinent ad vitæ suæ institutionem. Diuinam autem doctrinam ex hoc cepit comprehendere, quod cum res vidisset creatas, eas est admiratus, ex earum consideratione cognouit Deum esse qui eas creauit, & sua prouidentia earum curam gerit. Ex illa rerum creatarum admiratione orta est fides. Simul enim & Deum omnipotentem esse credidit, qui omnia condidit, & sapientiam qui omnia quæ fecit sua prouidentia regit & administrat. Cum ergo ex rebus creatis cognouisset homo Deum & eius prouidentiam, ex eo accepit argumentum qui quærit cognitionem, quod non longè esset petenda cognitio, sed è domo sua sumenda, id est ex rebus creatis: hinc fit prõptus & alacer Domini discipulus, qui se totum dedit disciplinæ, vt omnibus modis acciperet cognitionem eorum quæ desiderat. Prima est ergo fides quæ oritur ex rerum creatarum admiratione: fidem autem sequitur desiderium: desiderium autem inquisitio, ex quibus coniunctis & temperatis perficitur cognitio. Hac opus est contemplatione ad assequendam quæ desideratur cognitionem. Ita ad Dei perueniẽs cognitionem, qui eum quærit gustat Dei cognitionem, intelligens quam suavis sit Dominus, non verba quidem attendens, sed iis quæ per verba significantur mentem adhibens. Per verba autem significantur res, & essentia, quas ex verbis accipit qui quærit cognitionem, deducit autem ad animam ea quæ oportet, nempe quæ illi conueniunt. Conueniunt autem animæ ea quæ mens percipit & quæ cadunt sub intelligentiam. Porro autem verba non ita semper accipit vt sonant, sed mysticos arcanos & allegoricos sensus ex eis elicit, Verba enim illa, Non occides, Non mœchaberis, aliter interpretantur quam vulgus censet interpretandum: hæc ad mysticos & allegoricos sensus deductio, est veluti quædam contemplatio. Ea contemplatio efficit scientiam, quæ versatur in iis quæ sunt magis vniuersa & magis præclara: in ea se exercet is qui quærit cognitionem, vt vincendo sciens superet ea quæ sunt vniuersa & magis præclara. Vincitur enim quæ diuturna cõtemplatione acquiritur scientia. Contemplatione autem ideo acquiritur scientia, quod sit Dominus qui eam doceat. Docet autem eam per os hominis. Quod vt melius faceret & conuenientiũs, carnem accepit & homo factus est.

^a *V T E N S autem rebus creatis, quando dicit & quantum dicit verbum ei qui creauit* ^{v1.}
actis gratis, vsus earum sit dominus: nunquam acceptæ est memor iniuriæ, nulli indignatur, aut acerbe in eum inuehitur, etiam si sit odio dignus propter ea quæ facit: colit enim creatorem, diligit autem vitæ socium, eius miserens & pro eo orans propter eius ignorantiam. In corpus quoque suum per cõsensionem afficitur, cui quidem natura patibili est alligatus, sed non in ipsum primam suscipit affectionem. In inuoluntariis quidem certè casibus à doloribus seipsum deducens ad ea quæ sunt eius propria, non abducitur ab ijs quæ sunt ab eo aliena: ijs autem cedit & se commodat, quæ sunt solum eius necessaria, quatenus illa se cõ-

seruatur anima. Non enim opinione aut existimatione solum vult videri esse fidelis, sed cognitione & veritate, hoc est firmo & stabili facto & sermone efficaci. Non solum ergo laudat bona & honesta, sed ipse etiam cogitur esse bonus & honestus, à bono & fideli seruo transiens ad amicum per charitatem propter perfectionem habitus, quam ex vera disciplina & multa exercitatione acquisit. Vt qui ergo magna vi contendat ut perueniat ad summum cognitionis, moribus ornatus, habitu compositus, habens omnia illa commoda eius qui est verè cognitione præditus, pulchras respiciens imagines, multos quidem qui se rectè & ex virtute antea gesserunt, Patriarchas, plurimos autem Prophetas, & innumerabiles Angelos, & postremò Dominum qui nos docuit, & ostendit fieri posse ut summam illam vitam assequamur: propterea omnia mundi bona quæ sunt in promptu & ad manum, non diligit, ne humi remaneat, sed ea quæ sperantur, vel potius quæ iam sunt cognita, sperantur autem esse comprehendenda. Hac ergo ratione & labores, & tormenta, & afflictiones sustinet, non ut qui sunt fortes apud Philosophos, propter spem quòd præsentibus quidem sint cessaturi dolores, sint autem rursus iucundorum futuri participes, sed cognitio ei persuasionem ingenerauit firmissimam futurorum spei recipiendæ. Quocirca non solum quæ hic sunt supplicia, sed etiam iucunda contemnit omnia. Aiunt certè beatum Petrum, cum vidisset uxorem suam duci ad mortem, letatum quidem esse propter vocationem, & quòd domum reuerteretur: valde autem exhortando & consolando proprio nomine eam compellantem dixisse, Heus tu memento Domini. Tale erat beatorum matrimonium, & usque ad amicissima perfectissima affectio. Ea ratione Apostolus quoque qui uxorem ducit, tanquam qui non ducit, inquit, volens matrimonium minimè moueri affectione, & nequaquam diuelli à charitate in Dominum, quam tenere ad Dominum peregrinanti uxori suasit qui verè erat vir. An non est ergo eis manifesta fides spei post mortem, qui etiam in ipso tempore tormentorum Deo agunt gratias? Firmam enim & constantem, ut opinor, fidem possidebant quam fideles quoque consequerentur operationes. Est ergo in omni casu fortis ac valida anima eius qui est cognitione præditus, quæ veluti corpus Athletæ, & optima est habitudine, & maximas habet vires. Est enim optimi quidem consilij in ijs quæ ad homines pertinent quid sit iusto faciendum sententiam exponens, nempe quæ supernè à Deo procedunt principia, & ad Dei assimilationem, voluptatum & molestiarum corporis acquirit moderationem. Audacter autem insurgit aduersus metus in Deo habens fiduciam. Reuera ergo terrestris diuinæ virtutis imago est anima cognitione prædita, perfecta virtute exornata ex his omnibus simul, natura, exercitatione, & quæ simul creuit ratione. Hac pulchritudo animæ fit templum sancti Spiritus, quando affectionem Euangelio consentientem per totam vitam habuerit. Qui est eiusmodi insurgit aduersus omnem metum, omne periculum, & quicquid est formidabile, non solum mortem sed etiam paupertatem, & morbum, & ignominiam, & quacunque sunt huius generis; ut qui & à voluptate vinci nequeat, & rationis expertibus dominetur cupiditatibus. Bene enim nouit quæ sint agenda, & quæ non, ut qui pulchrè nouerit quenam sint reuera graua & pertimescenda, & quæ non. Vnde scienter sustinet ea quæ oportet, & quæ decere ei dictat ratio, scienter distinguens ea de quibus habenda est fiducia, hoc est, ea quæ sunt bona, ab ijs quæ videntur, & terribilia ab ijs quæ apparent, ut pote morte, morbo, & paupertate, quæ quidem sunt potius opinionis quam veritatis. Hic est qui reuera est vir bonus, qui per habitum vel affectionem animæ virtute præditæ remotus ab animi perturbationibus, vniuersam superauit vitam affectionibus obnoxiam. Huius omnia à seipso dependent ad finem acquirendum.

quirendum. Nam quæ fortunæ dicuntur incommoda, ea viro bono non sunt formidabilia, quoniam non sunt mala. Quæ autem verè sunt graua, ea sunt à Christiano aliena, qui est præditus cognitione, ut pote quæ ex diametro pugnant cum bonis, quoniam ea sunt mala, nec fieri potest ut eidem eodem tempore simul insint contraria. Qui citra ullam ergo reprehensionem egerit actum vitæ, quem ei Deus agendum præbuerit, quæ sunt agenda, & quæ sustinenda cognoscit. Nunquid ergo si propter eorum quæ sunt graua aut non graua, ignorationem, consistit pusilli & abiecti animi vitium, solus qui est præditus cognitione, audenti fidentique est animo & cognoscit bona, quæ sunt, & quæ futura sunt. Cum his autem, ut prius dixi, unà sciens ea quæ non sunt reuera graua, ut qui sciat solum vitium esse inimicum, & exitium afferens ijs qui proficiunt ad cognitionem, armis Domini munitus, aduersus id bellum gerit. Non enim si quid constat propter imprudentiam, & diaboli operationem vel potius cooperationem, hoc protinus fuerit imprudentia aut diabolus, quoniam nulla operatio est prudentia: prudentia enim est habitus. Nulla autem operatio est habitus. Non ergo neque quæ propter ignorationem consistit actio, iam est ignoratio, sed vitium quidem est propter ignorationem, non tamen ignoratio; neque enim animi motus, neque peccata sunt vitia, etsi procedant à vitio. Nullus ergo citra rationem fortis, est cognitione præditus: nam pueros quoque sic dixerit aliquis fortes, qui quæ sunt formidabilia sustinent, propter eorum quæ sunt graua ignorationem: ignem quidem certè sic tangunt, & feras quæ in hastas incurrunt, cum sint fortes citra rationem, vocauerint ratione præditas. Fortasse autem, hi quoque fortes dicent præstigiatores se in gladios rotantes, qui ex quadam experientia propter vilem mercedem malam artem exercent. Qui est autem reuera fortis, cum propter multorum inuidiam & emulationem, manifestum videat periculum, quod accedit confidenter accipit, hac ratione separatus ab ijs qui dicuntur Martyres, quod alij quidem sibi ipsis præbeant occasionem, & se nescio quomodo in ipsa pericula iniiciant: bonis enim verbis uti par est: hi verò se ex recta ratione componentes, deinde cum Deus vocauerit prompto & alacri animo se tradentes, & confirmant vocationem ex eo quod nihil temerè & præcipitanter de se constituerint, & virum præbent examinandum in ea quæ est ex veritate rationali fortitudine. Neque ergo metu maiorum minora tolerant ut reliqui, neque timentes ne vituperentur ab ijs qui sunt eiusdem loci & sententiæ, in confessione persistunt vocationis, sed propter suam in Deum charitatem lubentes parent vocationi, nullum alium sibi scopum proponentes, nisi ut Deo placeant, non autem propter premia laborum. Nam alij quidem propter gloriæ cupiditatem: alij verò quod vitent aliud grauius supplicium: alij verò propter quasdam letitias & voluptates post mortem futuras patiuntur: pueri in fide, beati quidem, sed qui nondum sunt viri in ea quæ est in Deum charitate, ut is qui est cognitione præditus. Sicut enim sunt quomodo in gymniciis certaminibus, ita etiam in Ecclesia coronæ virorum & puerorum. Caritas autem est ipsa propter se eligenda & expetenda, non propter aliquid aliud: ei ergo qui est cognitione præditus, unà cum cognitione augetur perfectio fortitudinis, ex vitæ exercitatione quæ semper est meditata vincere motus animi. Metu ergo & formidine vacuum, & in Domino confidentem reddit suum Athletam, iniungens & exercens charitas: quomodo ei tribuit iustitia ut per totam vitam verum dicat. Est enim iustitiæ compendium; dicere erit vestrum: Næ næ, & non non. Eadem ratio est etiam in temperantia: neque enim propter honoris cupiditatem, quomodo Athletæ propter coronas & gloriam, neque rursus propter pecuniæ cupiditatem, ut nonnulli præ se ferunt esse tem-

perantes ac moderati, graui motu & perturbatione animi bonū persequentes: sed neque qui propter rusticitatē est continens, & non gustat voluptates, est ullus verē temperans. Certē cum voluptates gustauerint qui in faciendo opere vitam terunt, continentia inflexā duritiem infringunt ad voluptates. Tales autem sunt ij quoque qui lege & metu prohibentur: nam si acceperint occasionem, furtim legem transgrediuntur, ea quae sunt honesta fugientes. Quae est autem propter seipsam expetenda temperantia, ut quae per cognitionem perficiatur & semper maneat, virum efficit Dominum, & qui sua auctoritate imperet, ut sit temperatus is qui est cognitione praeditus, & nec afficiatur a voluptatibus, nec liquetur doloribus, ut aiunt Adamantem igne minimē liquefcere. Horum ergo causa est sanctissima & totius scientiae praecipua charitas. Per cultum enim eius qui est optimus & excellentissimus, qui ex uno charactērem accipit, amicum simul & filium efficit eum qui est praeditus cognitione, perfectum reuera virum, ut qui creuerit in mensuram aetatis. Quinetiam quae est circa eandem rem concordia ac consensio, est assensio: quod autem idem est, unum est. Amicitia autem perficitur per similitudinem communitatis quae sita est in uno. Qui est ergo cognitione praeditus, cū diligat eum qui verē est unus Deus, & sit vir verē perfectus, & Dei amicus, in filij locum cooptatus (haec enim sunt nomina nobilitatis & cognitionis & perfectionis) per Dei contemplationem, quam summum profectum cognoscēs capit anima, munda planē effecta, & facie, inquit, ad faciem Deum omnipotentem aeternē videre dignata, tota enim effecta spiritalis, cū ad id quod est cognatum processerit in Ecclesia spiritali, manet ad Dei requiem, atque haec quidem ita sint. Cū autem ita se habeat is qui est cognitione praeditus, & quod ad corpus attinet, & quod ad animam, & quod ad propinquos, seu fuerit seruus, seu hostis lege factus, seu qualiscunque inuenitur aequalis & similis (non enim conuenienter legi diuinā despicit fratrem eodem patre & eadem matre natum) eum certē qui affligitur alleuat consolationibus, adhortationibus, ijs quae sunt ad vitam necessaria succurrens: dans omnibus egentibus, sed non similiter, sed iuste & pro meritis: quinetiam ei qui persequitur & odio habet, si eo indigeat, parum curans eos qui dicunt, propter metum ei dedisse: si non hoc fecerit propter metum, sed ut ei opem ferret. Qui enim ut inimicis subueniant non parcent pecuniae, & odio habent improbos, quemadmodum non fuerit in suos maior eorum charitas? Qui talis est, ex hoc progreditur ad perfectē sciendum, & cuiusnam maximē, & quantum, & quando, & quomodo sit daturus. Quis autem eius viri iurē fuerit inimicus, qui nullam inimicitiarum causam praebet omnino? Nunquid autem sicuti de Deo dicimus, Deum nulli aduersari, nec esse alicuius inimicū, est enim creator omnium, & nihil est ex ijs quae constiterunt quod nolit? Dicimus autem ei esse inimicos eos qui non parēt, & ex eius praecipis nō ambulāt, ut qui in eius testamentū gerāt inimicitias: eodem modo inuenerimus etiā in eo qui est cognitione praeditus, ipse enim nulli unquā ullo modo fuerit inimicus: eius autē inimici intelligi potuerint, qui in viā ei cōtrariā conuertuntur. Et alioqui is qui est in nobis distribuēdi habitus, dicitur iustitia: quinetiā habitus discernēdi pro meritis aut magis aut minus, in quibus id oportet fieri ex scientia, est species summae iustitiae. Atqui sunt quidē quaedā quae vulgi more rectē gerūtur ab aliquibus, ut continentia a voluptatibus. Quomodo enim inter gentes, & ex eo quod nō possit consequi quod videt aliquis, & ex eo quod timeat homines: sunt autem etiam qui propter maiores voluptates abstinēt ab ijs quae iucunda sunt in praesentia: ita etiam in fide, aut propter promissionem, aut propter Dei metum se nonnulli continent. Sed est quidem fundamentum cognitionis, talis continentia, & quaedam deductio ad id quod est melius, & ad id quod est perfectum incisatio. Initium enim sapientiae, inquit, est timor Domini. Qui est autem perfectus, propter charitatem omnia suffert, omnia sustinet, non ut homini placeat, sed Deo.

Quanquam

Quanquam eum quoque laus sequitur per consequentiam, non ad suam utilitatem, sed imitationem & usum eorum qui laudant. Dicitur autem in alio quoque significato continens, non solum is qui comprimit animi perturbationes, sed etiam is qui bona continet, & firmiter ac stabiliter acquirit scientiae magnitudinem, ex qua producit eas quae ex virtute sunt operationes. Ea facit & si quis casus euenerit, a suo proprio habitu nunquam excedat qui est praeditus cognitione: est enim solida & immutabilis boni quae scientiam constituit possessio, ut quae sit scientia diuinarum & humanarum rerum. Cognitione ergo nunquam fit ignoratio, neque bonum mutatur in malum: quocirca & comedit, & bibit, & uxorem ducit, non principaliter, sed necessariō. Uxorem autem ducere, dico, si Verbum dixerit, & ut conuenit: qui enim fuerit perfectus, exempla habet Apostolos, & reuera vir ostenditur, non in eo quod vitam elegerit monasticam, sed ille viros vincit qui in matrimonio, & liberorum procreatione, & domus cura ac prouidentia, citra voluptatem & dolorem se exercet, & cum domus curatione est indiuisus a Dei charitate, & insurgit aduersus omnem tentationem quae affertur per filios, uxorem & famulos, & possessiones. Ei autem qui domum non habet, magna ex parte euenit ut non tentetur. Qui ergo sui solummodo curam gerit, vincitur ab eo qui cū sit inferior quidem in ijs quae pertinent ad suam salutem, superior autem in ijs quae spectant ad vitae dispensationem, exiguum reuera conseruat imaginem, veritatis prouidentia. Sed nobis quidem quam fieri potest maximē prius variē exercenda est anima, ut ad suscipiendam cognitionem sit operatu facilis. Non videtis quemadmodum mollitur cera & purgatur aes, ut accedentem accipiat charactērem? Iam verō ut mors est animae separatio a corpore, ita cognitio est veluti mors rationalis, abducens & separans animam a motibus & perturbationibus, & deducens ad vitam beneficentiae & bonarum operationum, ut tunc Deo dicat liberē, viuo sicut vis. Nam cuius est institutum ut placeat hominibus, is Deo placere non potest: quoniam non quae conferunt, sed quae delectant multi eligunt: qui autem Deo placet, bonis hominibus per consequentiam sit gratus & acceptus. Quomodo ergo cibus & potus & Venus ei amplius fuerit delectabilis, cū etiam sermonem qui aliquam affert voluptatem, motūque cogitationis & operationem iucundam, habeat suspectam? Nemo enim potest duobus dominis seruire, Deo & Mammona: non pecuniam dicens sic nudē dicit, sed suppeditationem quae sit a pecunia in varias voluptates. Reuera non potest fieri ut qui Deum cognouit magnificē & verē, eis quae aduersantur seruiat voluptatibus: est ergo unus quidem solus ab omni cupiditate alienus ab initio, benignus & clemens Dominus, qui propter nos quoque est homo. Quicumque autem student a simili charactēri qui ab ipso datus est, ut fiant expertes cupiditatis magna vi contendunt ex exercitatione. Qui enim concupiuit, & seipsum continuit, ut vidua quae est rursus virgo per temperantiam, is eam cognitionis mercedem seruatori & magistro reddidit, quam ipse petiit, nempe abstinentiam a malis, & bonarum actionum operationem, per quas accedit salus. Quomodo ergo qui artes didicerunt, per ea quae docti sunt alimenta accipiunt: ita is qui est cognitione praeditus, per ea quae scit, vitam acquirens, sit saluus: qui enim noluerit perturbationem animae excindere, seipsum occidit. Sed, ut videtur, alimenti quidem defectus est ignoratio animae: nutrimentum verō, cognitio. Haec autem sunt cognoscentes animae quas assimilauit Euangelium virginibus sanctificatis, quae Dominum expectant. Nam virginibus quidem sunt, ut quae a malis abstinerint, expectant autem Dominum propter charitatem: & suum lumen accendunt ad rerum contemplationem, prudentes virginēs, dicentes, o Domine, iam tandem desideramus te recipere: consequenter ijs quae tu mandasti viximus, nihil praetermittētes eorū quae praecipisti, quamobrē promissa quoque petimus. Precamur autem

Ppp iij

quæ sunt utilia, utpote quod non conveniat à te petere quæ sunt pulcherrima, & accipimus omnia ad utilitatem, etiam si videantur esse mala quæ accidunt exercitia, quæ quidem nobis tua præbet æconomia, ad stabilitatem exercendam & constantiam. Atque qui est quidem cognitione præditus, propter insignem sanctitatem est paratior si petat non assequi, quam si non petat assequi. Precatio quidem est ei uniuersa vita, & cum Deo conuersatio, quod si sit mundus à peccato, omnino quod vult assequetur. Iusto enim dicit Deus: Pete & dabo tibi, cogita & faciam. Si sunt ergo utilia, accipiet protinus: inutilia autem nunquam petet, & ideo non accipiet: sic erit id quod vult. Quod si quis dicat nobis, quosdam etiam peccatores impetrare petitiones: hoc quidem raro fit, propter iustam Dei bonitatem. Datur autem iis etiam qui possunt aliis benefacere: unde non fit donatio propter eum qui petit, sed æconomia præuidens eum qui per ipsum saluus est futurus, rursus iustam facit donationem, iis etiam qui sunt digni, ea enim quæ verè sunt bona, dantur etiam non petentibus. Quando ergo non necessitate vel metu vel spe iustus fuerit aliquis, sed ex libero animi instituto, hæc dicitur via regia, quam ingreditur regale genus: sunt autem lubricæ & præcipites aliæ ab ea declinationes. Si quis ergo metum & honorem abstulerit, nescio an adhuc sustinuerint afflictiones, etiam præclari qui liberè loquuntur Philosophi. Cupiditates ergo & alia peccata dicta sunt tribuli & valli: operatur ergo is qui est præditus cognitione, in vinea Domini, plantans, putans, irrigans, verè diuinus agricola eorum qui sunt plantati in fide. Et qui malum quidem non fecerunt, æquum censent ut otij mercedem accipiant: qui autem bona facit ex nudo ac puro animi instituto, exigit mercedem ut bonus operarius. Duplam certè is acceperit, & propter ea quæ non fecit, & propter ea quæ bene fecit.

COMMENTARIUS.

V T E N S autem rebus creatis. Pergit Clemens describere mores & vitæ instituta eius qui est cognitione præditus: dicit ergo eum vrentem creaturis, quomodo & quando volit verbum quod eas creauit, nempe conuenièter rationi quæ dicitur quomodo & quando sit eis vrentum, cum creatori egerit gratias, earum vsum habet in sua potestate, ut scilicet eis vrentur ut volit. Cum autem res omnes sint creatæ ad vsum hominum, sæpe autem contingat ut vrentibus fiat iniuria, is certè qui est cognitione præditus, patienter & æquo animo fert iniuriam, nec acerbè inuehitur in eum qui ipsum offendit, etiam si propter factam iniuriam dignus sit qui habeatur odio. Quod autem æquo animo ferat iniuriam hæc affert rationem, quod Deum colat qui vtraque creauit, nempe & eum qui fecit iniuriam, & eum cui facta est iniuria, & quod eum diligit qui est vitæ socius, cum vtrique sit pariter vita à Deo inspirata. Non solum enim eum colimus & honoramus qui beneficio afficit, sed eum etiam diligimus qui communi beneficio nobiscum est affectus. Cum autem eum diligit qui est à Deo, sicut ipse gerens & vita donatus, quo fit ut sit eius vitæ socius, si quid ei graue accidat eius miseretur, eumque adiuuat, pro eo orat, dolet enim quod eum videat laborare ignorantia. Non solum dolet propter eius ignorantiam, quod est animi vitium, sed etiam si labore incommodo corporis, eius qui corporis malo simul cū eo afficitur. Est enim vterque patibilis, quo fit ut alter alterius malo afficiatur: cū autem sit & animæ & corporis affectio, prima quidè est affectio animæ cū corporis affectione quæ est secunda, sed cum in vtrumque afficiatur is qui est cognitione præditus, nempe & in corpus, & in animam, in corporis affectionibus, siue sint propria siue aliena, ita se gerit, ut animam semper corpori preferens caueat, ne lædatur anima ab affectionibus corporis, iis solum cedens & se accommodans quæ sunt necessaria, ab aliis se abducens, siue sint propria, siue aliena. Quod in socij animam quam ab affectionibus corporis vult esse illam ita sit affectus, causa est, quod velit essentia videri fidelis, vult enim ipsam rei veritatem non opinionem. Quod ita demum fiet si non ab omni vento circummagatur, sed sint eius facta firma & stabilia, & cum bonis & honestis actionibus verba quoque consentiant. Non solum ergo laudat quæ sunt bona & honesta, sed bonus quoque est & honestus, & non solum est fidelis seruus, ut qui credit, sed est etiam ex seruo amicus, ut qui charitatem diligit, eum enim non amplius dicit Dominus seruum, sed amicum. Talis autem euadit & ex frequentibus operationibus, & ex diuturna exercitatione parato & acquisito habitu, is totis viribus contendens peruenire ad ipsum culmen cognitionis, & moribus & habitu se gerens ut oportet, & sibi proponens imagines & exempla Patriarcharum, & Prophetarum, Angelorum & summorum virorum qui in vita se præclare gesserunt, & ipsius Christi qui docuit quomodo perueniantur ad summam vitam, nempe æternam, huius mundi bona non diligit, ne humi repens ad cælestia & superna non aspiret, sed ea diligit quæ spe quidem sunt cognita, re ipsa autem sunt postea comprehendenda. Propter hanc spem, fert patienter tormenta, labores & afflictiones, ut qui sit fortis: sed longè est alia fortitudo eius, qui ad summam tendit cognitionem, quam eius quæ à Philosophis dicitur fortitudo. Fortes enim dicuntur

dicuntur apud Philosophos qui sperant præsentibus cessaturos dolores, se autem voluptate & eorum quæ sunt iucunda, futuros postea participes: sed cognitio firmissimè persuadet fore, ut qui nunc patitur, ea quæ spe apprehendit certissimè recipiat. Et ideo non solū contènit quæ hic sunt tormèta & supplicia, sed omnes etiã voluptates, & quæcunque sunt iucunda. Quod autè & tormenta contènat, & quæ sunt iucunda negligat, ostèdit exèplo Petri, qui lætatus est cū videret vxorè suã duci ad mortè, propter vocationè & quod rediret in domū suã nēpe in cœleste habitaculū, & eam salutàs exhortatus est ut meminisset Domini. Beati viri scilicet Apost. ita se gerebat in matrimonio, & in amicissima & quæ erāt eis charissima, ita erāt affecti: sed nō erat affectio illa carnalis. Precepit certè Paulus Apostolus, eos qui ducunt vxores esse tanquã si nō ducerēt, significans eos qui ducunt vxores non moueri debere affectione carnali, neque propter matrimonialem cōiunctionem separari à charitate in Christum, quem Petrus qui vere erat vir, & qui duxisset vxorem, cum Paulus esset celebs, vxori peregrinanti, ut quæ duceretur ad mortem, iubebat tenere, & domini qui eam vocabat meminisse. Quod autem quæ sperabant se affecturos certissime crederent, ex hoc potest intelligi, quod in ipsis tormentis Deo gratias agerent. Erat autem eorum fides non vana & instabilis, sed firma & stabilis, & non solum exprimebatur verbis, sed eam etiam ipsa testabantur opera fide digna. ^b Nāquid ergo si propter eorum quæ sunt graua. Pusilli & abiecti animi virum reddit ignorantia eorum quæ sunt graua & non graua, contra autem fortem & magni animi virum grauium & non grauium reddit cognitio. Quo fit ut is demum sit fortis & audax qui est cognitione præditus. Cū enim sciat vitium esse virtuti & cognitioni inimicum, & ei pro viribus afferre exitium, armis Domini munitus, iustitia, veritate, scuto fidei, galea salutis, gaudio, & cæteris quæ enumerat Paulus ad Ephesios, aduersus id bellum gerens suam ostendit fortitudinem. Quāuis autem vitium sit ex ignorantia, & ex diaboli operatione, vel potius cooperatione, nō tamen vitium est ignorantia, neque diaboli operatio nec diabolus. Et quamuis vitium sit propter ignorantiam, est tamen ignorantia. Sunt autem & vitia & virtutes habitus, operationes autem seu actiones non sunt habitus. Sunt autem & animi motus & peccata actionis, quæ licet sint ex vitio, non sunt tamen vitia, neque enim sunt habitus. Ij autem demum sunt fortes qui sunt fortes propter rationè & cognitionem: Non sunt ergo pueri dicendi fortes, qui graua sustinent, quæ tamen nesciunt esse graua: ignem quidem certè tangunt cum grauem & molestum esse nesciant: neque feræ sunt fortes, licet in hastas irruant, cum nullam habeant rationem qua quæ sunt graua & formidanda discernant: sed nec fortes dicendi sunt præstigiatores, qui se rotant in gladios, nam quæ agunt etsi videantur fieri à fortibus, non ea faciunt aliqua ducti ratione, sed sola moti experientia, citra rationem autem nemo est fortis: quæ autem agunt præstigiatores, ea agunt propter lucrum & vilem quam expectant mercedem. Qui est autem verè fortis, is non propter aliquod lucrum, aut propter expectatam mercedem sustinet graua: cum propter multos qui bonis inuident, manifestum sibi creati videt periculum, id sibi oblatum magno & confidenti animo suscipit. Et qui sunt quidem eiusmodi sunt viri fortes: sed sunt longe fortiores qui dicuntur Martyres, & se ad fortiter gerendum recta ratione componentes, & Deo vocanti se alacriter tradentes, ex eo suam firmam & stabilem reddunt vocationem, quod nihil agant non præuisum & præmeditatum, & ita se præbent examinandos ex vera, & quæ ex ratione consistit fortitudine. ^c Eadem ratio est etiam in temperantia. Conuenièter ei quod dictum est de fortitudine & iustitia, de temperantia esse dicendum dicit Clemens: Non sunt enim temperantes, nec propter honoris cupiditatem, nec propter pecuniam, nec propter vlla præmia, ut propter honores & præmia abstinentiam sibi indicant Athletæ, magno animi affectu bona persequentes. Sunt etiam qui se continent à voluptatibus, quod propter rusticitatem se ad eam videant esse ineptos, ij licet se continent, non sunt vere temperantes: ij certè qui propter rusticitatem se abstinent à voluptatibus, cum eas semel gustauerint continentia asperitatem emolliunt & infringunt ad voluptates. Ita etiam qui propter pecuniam legibus irrogatam se à vitis abstinent, si se obtulerit delinquèdi occasio legem transgrediuntur, & turpia amplectentes quæ sunt honesta fugiunt. Hæc temperantia cum non propter se sed propter aliud experatur, non est vera temperantia. Quæ autem propter se expectanda est temperantia, & quæ perficitur scientia & cognitione, estque firma & stabilis, virum efficit dominum, & qui sua autoritate imperet, ut maritus imperat vxori. Is demum ergo est temperans qui est cognitione præditus: eum nec mouet nec titillant voluptates. Est autè adeo rigidus & infractus, ut nullis liqueat doloribus, similis diamanti qui ne igne quidem liquefcit, tantus est eius rigor & durities. Harum autem virtutum nempe fortitudinis, iustitiæ, temperantiæ, quæ perficiuntur scientia & cognitione, præcipua causa est charitas. Ea autem charitas est cultus eius qui est optimus & excellentissimus, nempe Christi qui ex vno, patre scilicet, characterem ac figuram accipit: Est enim Christus character & figura patris. Hic Christi cultus, & in eum charitas, amicum simul efficit & filium eum qui est cognitione præditus, & virum plene perfectum, ut qui creuerit in mensuram ætatis Christi, ut qui sicut Christus Dei representans characterem & figuram, Dei sit amicus & filius, nō vere quidem, sed adoptiuè: neque enim qui est cognitione præditus ad Dei peruenit characterem, & figuram. Dei autem representat characterem & figuram, is qui est fortis, iustus & temperans. Ex charitate autem & cultu vnus qui est optimus & excellentissimus, nempe Christi, qui ab vno figuram accipit & characterem, non solum perficitur fortitudo, iustitia, & temperantia, sed etiam quæ est in eadem re, concordia, consensus, & assensus. Quod autem est idem, est vnum. Non est ergo mirum si quæ in vno & eodem est concordia, consensus, & assensus, perficitur ab vno qui est Dei character & figura. Ea autem concordia & consensus in vno dicitur communia in vno conueniunt. Is autem qui est cognitione præditus cum qua scilicet quæ sunt multorum communia in vno conueniunt. Is autem qui est cognitione præditus cum eum diligit qui vere est vnus Deus, & sit vir verè perfectus, ut qui ad Christi plenam peruenit ætatem, est quoad eius fieri potest Dei figuram & characterem representans, & Dei amicus, ut qui vnum Deum diligit, & non vere quidem factus Dei filius, sed in Dei filium gratia adoptatus. Quæ quidem nomina, viri perfecti, Dei amici, & filij eius, nobilitatem & perfectionem significant. Cum is talis sit, eius anima per Dei contemplationem quam accipit summe proficiens, non potest enim ulterius progredi quam ut Deum ve-

Hic locum Clementis citat Nicephor. lib. 9. cap. 24. suæ historiæ.

re contemplet, immunda effecta, nulla enim labes & macula residet in anima, quæ Deum putè contemplatur, & Deum omnipotentem videns facie ad faciem, id est verè & planè, id est, non in imagine & speculo, & non expressa visione, & tora effecta spiritualis peruenerit ad id quod est ei cognatum, id est quod est verè spirituale, in Ecclesia quæ non cadit sub aspectum, vt Ecclesia quæ est in terris, sed est mere spiritualis, libera ab omnibus mundanis negotiis & perturbationibus, in Deo conquiescit & manet in æterna requie. Talis quidem est is qui est cognitione præditus. *Atqui sunt quidem quedam quæ vulgi.* Cum ea dixisset esse perfectæ quæ ex scientia fiunt, & ex charitate, subiungit fieri etiam ab aliquibus minus perfectæ, vt quæ vulgi more gerantur, nec sint tamen contemnenda, vt quæ sint fundamentum cognitionis, vt est, se continere à voluptatibus. Imperfecta enim est continentia, si quis se contineat à voluptatibus, ex eo quod omnino videat se non posse consequi id quod vult, & ex eo quod timeat homines, & se à minoribus in præsentia absteineat voluptatibus quod speret maiores: ita in fide aut propter promissionem se continet, aut quod Deum metuens futurum aliquod malum reformidet. Et hæc quidem est continentia, sed imperfecta & vulgaris, perfecta autem est quæ ex scientia procedit, & ex charitate. Qui autem ex charitate procedentem habet continentiam, vt Deo placeat omnia suffert & sustinet, non autem vt hominibus. Quamuis autem solum sibi proponat vt Deo placeat, laus tamen etiam non affectata eum consequitur per consequentiam: non quod ea laus aliquam ei afferat vtilitatem, sed quod qui ipsum laudant, eum imitentur, & ita id sit eis vtile. Imperfecta autem continentia cum non sit propter charitatem, sed propter merum, non est ea quidem perfectum bonum, iuuat tamen, vt quæ deducat ad bonum & sit initium sapientie & cognitionis. Cum autem de continentia multa dixisset Clemens, de ea scilicet qua abstinetur à voluptatibus, sit autè alia quoque continentia, ea scilicet non qua abstinetur à vitiiis & voluptatibus, sed qua bona quæ habentur retinentur, ne temerè profundatur, nec hanc quoque continentiam voluit prætermittere. Dicit ergo Clemens non solum esse continentem qui se continet à voluptatibus, sed eum etiam qui bona habet, continet & retinet, & maximè scientiam firmiter & stabiliter tenet, ex qua producuntur quæ ex virtute fiunt actiones. Cum sit autem scientia diuinarum & humanarum rerum, sitque firma, stabilis, & immutabilis, qui est cognitione præditus, tam firmiter & stabiliter eam tenet, vt nihil possit accidere, & ipsa ab eo excidere. Cum ergo semper habeat scientiam & cognitionem, fieri non potest vt cognitio sit ignoratio, neque enim bona mutantur in malum. Quod si ei qui est cognitione præditus sit vtrudum rebus quæ ex se nec bonæ sunt nec malæ, sed indifferentes, ita enim appello *ἀδιάφορα*, eis vteretur non tanquam principalibus, sed tanquam necessariis. Non est autem malus vsus eorum quæ sunt necessaria, si quis eis vtatur non tanquam principalibus, sed tanquam ad vitam necessariis. Comedit ergo & bibit, vt qui sciat sine cibo & potu viui non posse. Non est ergo malum comedere cum sit necessarium, malum autem esset si quis cibo & potu ita se ingurgitaret, vt id ad vitæ felicitatem duceret esse præcipuum. Ducit etiam vxorem, non quod præcipuum bonum esse censeat frui voluptate & amplexibus coniugalibus, sed tanquam necessariam sibi proponit liberorum procreationem. Hunc enim esse matrimonij scopum dicit Verbum, & non ob aliam causam dicit ducendam esse vxorem. Perfecti quidem fuerunt Apostoli qui non duxerunt vxores, & illi qui eos imitati vitam egerunt monasticam. *Sed nobis quidem quam fieri potest.* Multis in locis antea dixit Clemens ad fortitudinem, iustitiam, continentiam, & alias virtutes opus esse scientia & cognitione. Nunc autem dicit, maximè exercendam & explicandam esse misericordiam, vt cognitionem facile suscipiat, est enim cognitio & scientia veluti quidam character, qui in anima imprimitur. Sicut ergo mollienda est cera quæ figuram est susceptura, & purgandum est as in quo figendus est character, ita, vt sit anima apta ad suscipiendam cognitionem & scientiam, lenis & polita & purgata sit oportet. Et hoc ipsum significabat Aristoteles, cum diceret animam rasæ tabulæ debere esse similem, vt in ea depingerentur scientia & virtutes. Porro autem volens Clemens ostendere quid efficiat in anima impressus character cognitionis & scientia, cognitionem morti cõparat, quæ est separatio anime à corpore, & cognitio veluti mors rationalis. Nā sicut mors naturalis animam separat à corpore, ita mors rationalis nempe scientia & cognitio, separat animam à motibus, affectibus & perturbationibus, & eam deducit ad vitam ex virtute agendam, & ad bonas operationes. Hoc autem dicit imitans Platonem, qui Philosophiam vocat mortis meditationem, quia sicut mors animam separat à corpore, ita philosophia abducit animam à sensilibus, & traducit ad ea quæ sub solam cadunt intelligentiam. Qui ita abducit animam à vitiosis motibus & perturbationibus is non studet hominibus placere, sed Deo, adeo vt cum omni ex parte eius pareat præceptis, libere possit dicere; Viuo sicut vis, vult enim Deus exacte sua obseruari præcepta. Quod non facit qui vult placere hominibus, cuiusmodi est vulgus hominum qui non ea eligunt quæ honesta & vtilia, sed quæ sunt iucunda & delectabilia: qui autem placent hominibus, Deo non placent. Sed qui Deo placent, ij quoque per consequentiam bonis hominibus sunt grati & accepti. Qui vult autem Deo placere is adeo est ei deditus, vt præter eum nihil sit ei iucundum, non cibus, non potus, non Venus, licet sint quædam ad vitam necessaria: adsunt enim præter Dei contemplationem, omnes alia ei suspectæ voluptates, & sermo qui delectat & operatio iucunda: huius rei causa est quod qui Deo seruit, vni Deo seruiat necesse est, non potest enim animus distrahri in varias partes, & qui positam suam habet delectationem, is nec ex pecunia, nec ex iis quæ ex pecunia suppeditantur capit voluptatem: sed nec qui Deum verè nouit, verè autem nouit qui eum scit esse puram mætem, is ab omni perturbatione liber, seruiet voluptatibus, quæ à Deo sunt alienæ & ei sunt contrariæ. Vnus autem solus Dominus noster, nempe Christus, qui sua benignitate & clementia pro nobis homo factus est, etiam ab initio semper fuit ab omni cupiditate alienus. Qui autem dat operam vt characteri quem ab eo acceperunt sint similes, non fuerunt quidem ab initio alieni à cupiditate, sed omni vi & exercitatione contendunt eum imitantes, vt sint expertes omnis cupiditatis. Est autem homini quidem innata cupiditas, quod si eam reprimat & se contineat, vt vidua quæ rursus facta est virgo per temperantiam, is hanc cognitionis & scientia Seruatori Deo reddit mercedem, quod & à malo absteineat, & bene operetur. *Quomodo ergo non ex necessitate.* Quinam sint digni quibus etiam non petentibus det Deus, exponit Clemens, dicens eos esse qui bene, & ex virtute viuunt,

virtute viuunt, non quod timeant, aut honorem & præmia expectent, sed ex libero animi instituto, is autem est verè iustus & bonus. Sunt autem ab ea multæ declinationes, quas qui sequuntur, non sunt vere iusti & boni. Qui via ingrediuntur regia, ij sunt qui veram habent Dei cognitionem, qui autem ab ea declinant sunt Philosophi qui bene non agunt, nisi vel metu impuls, quod pœnas irrogandas timeant, vel propositis honoribus & præmiis, quæ expectant, adducti. Qui vult autem talis esse, vt tanquam digno, etiam non petenti det Deus, is vitiiis & peccatis careat oportet: hoc vt fiat, dat operam qui est cognitione præditus, qui in vinea Domini sedulo laborans sit bonus Agricola, cupiditates & cetera peccata quæ sunt instar tribulorum amputat & aueruncat. Hinc fit vt qui Agricola bonum acceperit cultum, duplicè accipiat mercedem, & quod mala non egerit, & quod bonas fecerit actiones. Duplicem illam mercedem pro eis exigit is qui est cognitione præditus, vt qui in vinea Domini boni agricolæ officio sit functus.

Hic qui est cognoscendi potestate præditus, à nemine tentatur, nisi Deus permiserit, VII. idque propter eorum qui cum eo versantur vtilitatem: cõfirmat certè ad fidem per virilem adhortans tolerantiam. Et profectò propterea beati Apostoli, ad confirmandas & stabilendas ecclesias, ad experientiam & testimonium ducti sunt perfectionis. Cum ergo habeat is qui est cognitione præditus, vocem in auribus resonantem quæ dicit. Quem ego percussero, tu eius miserere, petit vt ij etiam qui odio habent, ducantur pœnitentia. Nam quod de maleficis in stadiis sumitur supplicium, est etiam puerorum non contemplari: non potest enim fieri vt ab iisdem unquam doceatur vel delectetur is qui est præditus cognitione, qui ex libero animi instituto, vt bonus esset & honestus se exercuit. Et ideo qui voluptatibus minimè est liquefactus, nec in peccata unquam incidit, alienorum malorum exemplis non castigatur: multum autem abest vt terrenis voluptatibus & spectaculis delectetur, qui mundanas, etsi sint diuina, contempsit promissiones. Non omnis ergo qui dicit, Domine, Domine, ingreditur in regnum Dei, sed qui facit voluntatem Dei. Is autem fuerit qui est cognitione præditus operarius, qui mundanas quidem vincit cupiditates, licet sit adhuc in carne. De his autem quæ cognouit futuris, & quæ adhuc sub visum non cadunt, tam certam habet persuasionem, vt ea magis adesse putet, quàm quæ sunt presentia. Hic est aptus & oportunus operarius, qui iis quidem quæ nouit letatur: quod autem in huius vita necessitatibus volutetur, animo contrahitur, nondum dignatus efficace eorum quæ nouit participatione, hac ratione hac vita vitatur tanquam aliena, quantum requirit necessitas. Nouit ipse ieiunij quoque anigmata horum dierum, quarti, inquam, & sexti: dicitur autem ille quidem Mercurij, hic verò Veneris. Ecce enim ieiunat in vita, & ab auaritia, & à libidine, ex quibus omnia oriuntur vitia. Fornicationis enim iam tres supremas ex Apostoli sententia posuimus differentias, libidinem, auaritiã, idololatriam. Ieiunat ergo etiam ex lege à malis actionibus, & ex Euagelij perfectione à malis cogitationibus: ei exhibentur etiam tẽtationes, non ad expiationem, sed ad propinquorum, vt diximus, vtilitatem, si laborum & dolorum periculo factò, eos contempserit & amãdarit. Eadem est ratio etiam de voluptate: est enim res maxima, cum quis eam expertus fuerit, deinde abstinuisse: quid enim magnum, si quis se contineat ab iis quæ non nouit? Is cum exequutus sit præceptum quod est ex Euangelio, facit illum diem Dominicum, quando malam abiecerit cogitationem, & acceperit eam quæ est ex cognitione, eam quæ est in ipso, Domini glorificans resurrectionem. Quinetiam cum theorematis quod est ex scientia acceperit comprehensionem, se Dominum videre existimat, visum suum deducens ad ea quæ cadunt sub aspectum, etsi videatur videre ea quæ non vult videre, castigans videndi facultatem, cum senserit se voluptate affici ex applicatione visus: nam hoc solum vult videre & audire quod ad se pertinet. Iam verò fratrum animas considerans, carnis quoque pulchritudinem ipsa aspicit anima, quæ solum id quod est honestum consuevit intueri absque voluptate carnali. Fratres autem sunt qui reuera per electam creationem, & morum consensionem, & operum substantiam, eadem faciunt & cogitant & loquuntur opera sancta & honesta, quæ Dominus voluit ipsos, qui sunt electi, sentire. Nam fides quidem est in eo, quod eadem eligat:

cognitio autem in eo, quod eadem didicerint & sentiant: spes autem in eo, quod eadem faciant. Quod si propter vite necessitatem in se nutriendo consumat aliquid temporis, se debitum fraudare existimat, ut qui à suo auellatur negocio. Hinc sit reuera ne somnium quidem videat, quod non electo conueniat. Nam reuera is est totus hospes & peregrinus in tota vita, qui ciuitatem habitans, contemnit ea quæ sunt in ciuitate, quæ apud alios habentur in admiratione, & uiuit in ciuitate tanquam in solitudine, ut non locus eum cogat, sed liberum eligendi arbitrium eum iustum ostendat. ^b Hic qui est cognitione præditus, ut semel dicam, Apostolicam adimplet absentiam, rectè uiuēs, accuratè cognoscens, suos iuuans necessarios, montes propinquorum transmouens, & inæqualitates ipsorum animæ abiiciens. Quamquam unusquisque nostrum sibi est & uinca & operarius. Qui autem agens etiam quæ sunt optima uult latere homines, Domino simul & sibi ipsi persuadens quod uiuat ex præceptis, ea præferens ex eo quod esse credidit: *Vbi enim, inquit, est mens alicuius, illic est etiam eius thesaurus: ipse seipsum diminuit, ad hoc nunquam contemnit fratrem qui fuerit in afflictione, propter eam quæ in charitate est perfectionem, si se sciuerit facilius laturum egestatem quàm frater.* Existimat certè illius dolorem esse dolorem proprium, & si ex sua præbens inopia, propter beneficentiam aliquo afficiatur incommodo, id non agrè fert, sed magis adhuc auget beneficium. Habet enim puram & sinceram fidem, eam quæ est de rebus, per opera & contemplationem laudis Euangelium. ^c Atqui non laudem ab hominibus accipit, sed à Deo, peragens ea quæ docuit Dominus. Hic cum attrahatur à spe propria, non gustat ea quæ sunt in mundo pulchra, omnia quæ hic sunt magno animo despiciens, miserans eorum qui post mortem castigantur per supplicium inuiti confidentes, bonam habens semper conscientiam, & semper paratus ad exitum, ut hospes & peregrinus earum quæ hic sunt hereditatum, memor tantum priorum: quæ autem hic sunt omnia aliena existimans, non solum Domini mandata admirans, sed ut semel dicam, per ipsam cognitionem particeps diuinæ voluntatis, verè familiaris Domini, & mandatorum electus ut iustus, regendi autem & regnandi potestate præditus, ut cognitione præditus omne quidem aurum quod est super terram, & sub terra, & regnum quod est à finibus ad fines Oceani despiciens, ut solum Domini cultum teneat. Quocirca & comedens, & bibens, & uxorem ducens si dicat *Verbum*, quinetiam somnia aspiciēs, sancta facit & cogitat, ea ratione semper mundus ad orationem. Is uerò etiam præcatur cum Angelis, ut quiam sit etiam æqualis Angelis, neque est unquam extra sanctam custodiam, & licet oret solus, habet chorum Angelorum unà assistentem. ^d Duplicem is nouit operationem, & eius qui credidit, & eius qui creditur, eam quæ est pro digna excellentia. Nam iustitia quoque est duplex, una quidem propter charitatem, altera uerò propter metum. Dictum quidem certè est timor Domini castus, permanens in seculum seculi: qui autem conuertuntur à timore ad fidem & iustitiam, permanent in seculum. Iam uerò abstinentiam à malis operatur is qui timet. Adhortatur autem benefacere charitas edificans super uoluntarium, ut quis audiat à Domino: *Non vos amplius dico seruos, sed amicos. Etiam cum fiducia accedit ad preces. Genus autem ipsum orationis est gratiarum actio propter præsentia, præterita, & futura, ut quæ sint per fidem iam præsentia: id autem præcedit, accepisse cognitionem. Quinetiam sic quoque petit ut uiuat uitam in carne definitam, ut cognoscendi potestate præditus, ut expers carnis, & consequatur quidem quæ sunt optima, fugiat autem quæ sunt deteriora. Petit autem alleuationem quoque eorum quæ nos peccauimus, & conuersionem ad agnitionem, tam acriter sequēs eum qui uocat in excessu, quàm ille uocat, ut ita dicam, producens, propter bonam conscientiam festinans ad agendas gratias, & ut cum illic fuerit cum Christo, ut qui seipsum dignum præbuerit propter puritatem, per contemperaturam habeat*

Matth. 6.

Psal. 18.

Ioan. 15.

habeat Dei uirtutem quæ suppeditatur per Christum. Non enim calor participatione calidus, neque ignis lucidus, sed uult totus esse lux. Is accuratè & exactè nouit id quod dictum est: *Nisi odio habueritis patrem & matrem, & præterea propriam quoque animam, & nisi signum portaueritis. Nam & carnales affectiones, quæ uoluptatis maximas habent illecebras, magno animo despicit, & omnia quæ sunt accommodata ad creationem & nutritionem carnis: sed etiam insurgit aduersus animam corpoream, imperium detrectati spiritui experti rationis frænum iniiciens, quoniam caro concupiscit aduersus spiritum.* ^e Signum autem portare, est mortem circumferre, adhuc uiuum renunciantem omnibus: quoniam non est æqualis charitas eius qui seminauit carnem, & eius qui creauit animam ad scientiam. Hic cum ad benefaciendi habitum peruenerit, dicto citius beneficio afficit, orans ut fratrum quidem peccatorum sit particeps ad confessionem & cognatorum conuersionem, ad propria autem bona amicis communicanda paratissimus. Ipsi autem sic ei sunt amici. Augens autem quæ apud ipsum deponuntur semina, ea quam mandauit Dominus agricultura manet quidem nulli peccato affinis: sit autem continens, & degit cum iis qui sunt simili spiritu in choris sanctorum, etiam si adhuc in terris detineatur. Hic toto die & nocte dicens & faciens iussa Domini, supra modum letatur, non solum cum manè surgit & in meridie, sed etiam cum deambulatur, & dormit, & uestes induit & exuit, & docet filium, si sit genere filius, inseparabilis à mandato & à spe: Deo semper agens gratias, sicut animalia glorificantia, quæ allegoricè dicuntur per Esaiam: *tolerans cuiusuis tentationis, Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit.* Talis erat Iob quoque, qui propter in Dominum charitatem, omnia sibi externa unà cum sanitate auferenda deposuit: erat enim, inquit, sanctus, iustus, abstinens ab omni improbitate. Sanctum autem significat ea iura, quæ ad Deum pertinent, & omnem æconomiam, quæ quidem sciens, erat præditus cognitione. Oportet enim neque si sint bona, eis esse nimium deditum: neque rursum si mala, nimium agrè ferre, sed utrisque esse superiorem, hæc quidem conculcantem, illa uerò ad egenos transmittentem. ^f In dispensando autem & se demittendo & accommodando, est admodum cautus is qui est cautione præditus, ne forè non intelligatur, aut pro constitutione habeatur dispensatio. ^g Nūquam meminit eorum, quæ in se sunt peccata, sed ea remittit: quocirca iuste etiam orat, dicens; *Dimitte nobis, nam nos quoque dimittimus.* Nam hoc quoque unum est ex iis quæ uult Deus, nihil concupiscere, nullum habere odio: est enim opus unius uoluntatis, omnes homines.

Luc. 14.

Iob. 1.

Esa. 37.

COMMENTARIVS.

^a Hic qui est cognoscendi potestate. Pergit Clemens de eo tractare qui est cognitione præditus, quem dicit à nemine tentari, nisi Deus permiserit. Tentari autem dicit eum qui ab aliquo patitur & affligitur; cum autem eius qui est cognitione præditus curam gerat, non temerè eum permittit pati & affligi: Permittit autem ut eius tolerantia sit utilis iis qui cum ipso uersantur. Confirmat enim eorum fidem, dum uident eum magno & forti animo pati tormenta propter Christum, quæ sibi quoque pro fide fortiter patienda esse intelligunt. Hæc fuerunt causa ut Apostoli (qui si uilli alij erant cognitione præditi) ut in fide firmas, & stabiles suas redderent Ecclesias, ducerentur ad experiendam tormentorum perpersionem, quam tolerantibus, erant Martyres, id est testes, ferebant enim testimoniū Christianæ fidei perfectionis: Qui est autem cognitione præditus, non solum sua tormentorum perpersione confirmat fidem eorum qui cum ipso uersantur, sed etiam cum sciat Deum iubere nos misereri eorum quos ipse afflixit, & habeat hæc Dei uocem ex scripturis acceptam in suis auribus perpetuo sonantem; *Quem ego percussero, tu eius misereberis, commēdat misericordiā, & inducit eum qui in aliquem concepit odium, ut doleat & ducatur pœnitentia, quod eum sit odio infectatus. Odisse enim non potest qui afflicti miseretur, & si quando oderit ægrefert se odisse: afflictorum autem misereri est adeo à natura insitum, ut ne pueri quidem possint aspiciere eos qui in stadiis & locis publicis tormenta patiuntur. Porro autem non potest fieri ut cognitione præditus, qui ex libero animi arbitrio se exercuit ut esset bonus & honestus, ab iisdem doceatur & delectetur. Quomodo enim ab iis docebitur qui iam per se didicit: aut quomodo ab iis delectabitur, cum eum sua delectat scientia & cognitio? Qui autem libero animi instituto & arbitrio se exercuit, ut esset bonus & honestus, nec à uoluptatibus liquefcit & dissoluitur, nec in peccata unquam incidit, alienorum malorum exemplis non castigatur. Nam in eo qui est bonus & honestus nihil est*

quod castigetur. Tatum autē abest, ut terrenis delectetur voluptatibus, ut etiam bona terræ quæ Deus promissit legem seruantibus despiciat, ut qui totus versetur in diuinorum & cælestium cōtemplatione. Qui talis est, intrat in regnum cælorū: in eū autem intrat non quicumque nomen Domini solum habet in ore, sed qui præter Christi nomen & titulum quem vsurpat, facit quod vult Pater eius, scilicet obseruat præcepta. Is autē est qui bona facit opera ex cognitione, & licet sit adhuc in carne terrenus, tamē vincit cupiditates. De iis autē quæ nouit futura, tã certò credit, ut ea iam magis adesse putet, quã quæ sunt præsentia. Et laetatur quidem iis quæ certo nouit esse futura, ægrefert autem quod adhuc volutetur in iis quæ sunt huic vitæ necessaria, nempe quod ei sit comedendum & bibendū, & alia sint facienda quæ præsentis vitæ vsus exigit, nec reipsa sit adhuc particeps eorum quæ certò nouit futura. Cum itaque aliam vitam expectet futurā, in terrea hac vita vitatur tanquã aliena, ea sumens quæ sunt ad vitam necessaria, quantū exigit necessitas. ¹⁰ *Hic qui est cognitione præditus.* Pergit Clemēs describere ea quæ pertinent ad eū qui est cognitione præditus: Hic inquit, qui est cognitione præditus adimpler Apostolicā absentiam, id est ea quæ faciebāt Apostoli cum adessent & hic viuere. Rectē viuere Apostoli, ita etiã rectē viuunt qui est cognitione præditus, munere fungēs Apostoli, rectam exactamque habebant cognitionē Apostoli, ita is qui est cognitione præditus. Opem ferebāt etiã Apostoli iis qui ipsis erant necessitudine cōiuncti, tanta enim eorum fides erat ut transmouerēt mōtes, & quæ erāt in anima inæqualia & aspera deiiciēs, eam reddebant planā & semper sui similem. Hoc enim de Apostolis dicit Clemens, quod Christus de fide, & quod per fidē faciebāt Apostoli, idem etiam faciunt qui sunt notione præditi, Apostolorū implentes absentiam. Quanquã autem in eos qui erant ipsis propinquitate & necessitate cōiuncti, & olim operati sint Apostoli, & eis præsentē vita functis, qui nunc sunt cognitione præditi: vnusquisque tamen est etiã sibi & vinea & operarius, & vinea quam colit, & operarius qui colit. In inuitū enim nō cōfertur cultura animæ, nec sufficit externus Agricola, sed sua quoque opera & cultura opus habet. Colere autē animā non est aliud quã vitia auellere, & virtutes inferere. Optimus autem Agricola est is, qui agēs optima, non vult ea quæ facit sciri ab hominibus, satis habēs si sua fretus cōscientia Deo persuadeat quod viuat ex præceptis, ea præferens ex eo quod crediderit esse quæ sunt futura. Quæ cum esse sciat licet nondum adsint, in iis tanquam in thesauro figit cor suum & mentē suam. Qui in iis quæ sunt tanquã in futuro thesauro mentem defigit, is se, id est suas terrenas diuitias dimittit, id est distribuit & dispergit. Hoc autem facit ut nunquam contemnat fratrem qui affligitur & laborat egestate, propterea quod sit perfectus in charitate: mauult autē sua fratri erogare quam ea retinere, si sciuerit se paupertatē æquiori animo laturū quam frater, minusque sibi graue & molestam futurā. Nam quod fratri graue est & molestū, id sibi quoque graue & molestum esse ducit, & dolorē fratris propriū id est suū existimat. Et certē si frater idem sit quod fere alter, omnia sunt inter se cōmunia, & nihil est vnus quod nō sit alterius. ³⁰ Quod si frater licet laborans inopia, ex modicis tamen suis facultatibus fratri suo succurrat, vnde aliquo afficiatur incommodo, tantū abest ut id ægreferat, ut suam augeat beneficentiam & plura quam antea erogat. Habet enim puram & sinceram de rebus fidē, & quæ sunt credēda credit ut oportet, laudatque & cōmendat Euangeliū, non solum ex eo quod Deum contempletur, sed etiam ex eo quod bona ædat opera. *Atqui non laudem ab hominibus accipit.* Pergit Clemēs tractare ea quæ sunt eius qui est cognitione præditus. Is autem non accipit laudē ab hominibus, sed à Deo. Ab hominibus autē laudē accipit, cuius vnus est scopus & institutū ut placeat hominibus, & ab eis laudetur; à Deo vero, is qui nō morās laudē & gloriam ab hominibus, satis habet si Deo grata sint eius opera. Hic cum perpetuo Dei seruet & exequatur præcepta, cum trahatur à spe promissorum præmiorum, quæcūque sunt in hoc mundo pulchra & præclara despicit, nec ex eis vllam capit voluptatem: miseretur autē eorum qui damnati & suppliciis castigati, inuiti consentitur dominum & bonam habens cōscientiã semper est paratus ex hac vita excedere: est enim hic tanquam hospes & peregrinus eorū quæ hic sunt bonorū, memor autē propriorum, nempe diuinorum & cælestium, ad quæ aspirat. Terrena omnia aliena esse existimat, & non solum admiratur quæ præcepit Dominus, sed etiam si Deus nulla dedisset præcepta, per eam quam habet Dei cognitionē, scit quamnam sit eius voluntas, est familiaris Domini & eius mandatorū, & ab eo electus ut iustus, & regendi & regnandi potestate præditus, ut qui scientiam habeat & cognitionē, quicquid est auri super terrā & sub terra despicit, & quodcūque tenetur regnū à primis finibus Oceani vsque ad vltimos conterunt. Vnū enim solū Deum vult colere, quæ est illi vinea & possessio. Cum itaque sit vnus eius propositū Deum colere, siue comedat siue bibat, siue vxorem ducat, si ita velit Dominus, & si etiam dormiēs somniet, semper sancta facit & cogitat, neque aliquid eorū quæ ab eo fiūt in terris cum auocat à pietate & religione. Quo fit ut nunquam sit immundus, neque sit aliquid quod vetet quominus oret: ad vnū enim solum Deum totus est intentus eius animus: neque vero orat solus, sed cum Angelis quibus iam est æqualis, & eos suos habet custodes: & quāuis oret solus, ut qui sit remotus ab omni hominum multitudine, sibi tamen assistentem habet chorū Angelorum. ⁴⁰ *Duplicem is nouit operationem.* Pergit Clemens dicere de eo qui est cognitione præditus, dicitque esse duplicem, eius scilicet qui credit operationem, & eius qui creditur pro eius dignitate & excellentia. Scit ergo eum dupliciter operari, nempe ex charitate, sicut etiam duplex est iustitia, ea quæ est ex metu, & ea quæ est ex charitate. Scit etiam eum qui creditur & propter quem operatur, quem credit esse excellentissimū. Dupliciter autē operatur is qui credit, & propter charitatē nempe quod Deum diligit & proximū, & propter timorem, nempe quod timeat suppliciorum minas sibi intentatas: in eo timore si nihil aliud abhorret quam supplicia, ille timor seruilis est. ⁶⁰ Quod si non tã timet supplicia, quam ægreferat se Deū offendisse qui est bonus & iustus, is timor est castus; Is timor si nō in se definit, sed cōuertatur ad fidē & iustitiã, ut scilicet & in Deū credat, & bonas agat actiones, manet in seculū seculi: Perducit enim ad vitā æternā. Perducit autē ad vitā æternā non solus timor, sed qui est cōuersus ad fidē & iustitiã: nō sufficit enim fides nisi ex fide bona fiant opera. Quāuis autē timor ad fidē & iustitiã prosit ad bona faciēda opera, maximē tamen operatur ad abstinendū à malis: abstinere enim à malis, qui penas dandas timet, sed ad bona faciēda opera maximē incitat charitas, quæ adhorratur benefacere, sed non fiunt bona opera nisi bono nitantur fundamento. *Signum autem portare.* Crucem seu signum portat qui

portat qui mortem circumfert, & adhuc viuus renunciat omnibus: Renunciat autem omnibus qui omnia mundana despicit, tanquam qui in hoc mundo non amplius viuat, & aspiret ad cælestia. Non æque ergo diligit patrem qui seminavit carnem, à quo scilicet productum est corpus, & eum qui creauit animam, ut Dei haberet scientiam & cognitionem. *Hic toto die & nocte dicens & faciens.* Pergit Clemens dicere ea quæ fiunt ab eo qui est præditus Dei cognitione: hic, inquit, qui est cognitione præditus, toto die & tota nocte præcepta Domini & verbis recitans, & factis exequens, mirum in modum gaudet, & mane surgens, & in meridie, & deambulans & dormiens, vestimentis se induens, & exuens, & filium suum docens si habeat filium, à mandatis nunquam recedens, à quibus nunquam potest separari, & de futuris promissis semper bene sperans, Deo semper agens gratias, & cum glorificans sicut ea animalia, ratione prædita, nempe ¹⁰ Seraphim quæ ter sanctus dicentia cum glorificant. Quæcūque autem tēratio cum inuaserit eam patienter & æquo animo tolerat, cum quæ dedit Dominus ea quoque à Deo auferantur, in hoc Iob imitans, qui æquo animo tulit, non solum bona externa quæ sibi ablata fuerant, sed etiam ademptam sibi sanitatem pro qua teterrimo vlcere erat affectus. Cur autem omnia bona externa simul cum sanitate sibi adimi æquo animo Iob tulerit, rationem reddit scriptura de Iob dicens, erat enim, inquit, iustus, sanctus, & ab omni improbitate abstinens. Iustus cum esset Iob, intelligebat iustum esse, ut quæ dederat Deus, vel potius commodarat, ea cum veller reciperet; Sanctus cum esset, & nosset quæ ad Deum pertinent (Dei autem sunt sancta iura, & sanctæ leges, & rerum omnium dispensatio & administratio) Dei voluntati minime repugnandum esse duxit; quod si fecisset fuisset impius. Iob autē tantū aberat ut esset impius, ut ab omni abstineret improbitate, satagebat sanctas Dei leges & sancta iura, & quod omnia ab omnipotēti eius voluntate dispensantur & administrantur, erat cognitione præditus. ²⁰ Qui est autem cognitione præditus, intelligit oportere ita se gerere, ut qui bona habet non sit eis nimium deditus, neque eis abutatur, ea temerē & luxuriosē prodigens & profundens. Sin autem mala & aduersa ei obtigerint, ea patienter & æquo animo ferre, & in vtriusque, tam prosperis scilicet rebus quam aduersis, se Dominum ostendere, ut scilicet neque efferatur secundis, neque angatur aduersis. Quod faciet si mala despiciat & conculcet, bona autem nempe opes suas distribuat egentibus. *In dispensando autem & se demittendo.* Quamuis Dei præcepta exacte feruet, is qui est cognitione præditus, incidant tamen tempora in quibus dispensare seque demittere & accommodare oportet. In ea dispensatione cautus sit oportet is qui est cognitione præditus, ut scilicet ita se gerat, ut intelligatur id quod agit esse dispensationem, non constitutionem. Ita se gessit Paulus in circuncidendo Timotheo, ut intelligeretur id fecisse se accommodans Iudæis, ne à Christo alienarentur, volens interim manere saluam cōstitutionem, quod Christiano non sit necessaria circuncisio. Et ita distinguit dispensatio à constitutione, aliud deinde recenset Clemēs quod fit ab eo qui est cognitione præditus, scilicet quod licet in eum sit peccatū, peccatorum tamen quæ in se admittit, non meminit, sed ea condonat & remittit. Iusta itaque est eius petitio quam à Domino petit in oratione, nempe, ut ei remittantur peccata; quoniam ipse aliis peccata remittit. Iniqua autem esset eius petitio, si peteret ut sua remitterentur peccata, cum aliis peccata non remitteret. Remittendi autem peccata hæc est potissima causa, quod, ut non vult Deus aliena concupisci (id enim verat in decalogo) ita etiam nullum vult haberi odio: Odio autem habetur is cuius non remittuntur peccata. Quod autem nullus homo sit odio habendus, hæc causa est, quod omnes homines sunt opus vnus voluntatis, nempe vnus Dei voluntate creati.

⁴⁰ *N VN QV I D autem eum qui est cognitione præditus, perfectum esse volens Seruator VIII.* *noſter, ſicut patrem cæleſtem, hoc eſt ſeipſum, dicens, Venite filij, audite à me timorem Domini, non vult nos amplius habere opus auxilio quod datur per Angelos, ſed à ſeipſo cùm dignus euaserit accipere, & à ſeipſo præſidium habere per obedientiam? Qui talis eſt, exigit à Domino, non autem petit, & egentibus fratribus non petit is qui eſt cognitione præditus, pecuniæ copias ad eis impertiendum: ſed optabit illis ſuppeditari ea quibus indigent.* ⁵⁰ *Nam ſic dat etiam preces iis qui indigent, is qui eſt cognitione præditus, & non per preces inſcienter ſimul præbet & ſimpliciter. Sape ergo paupertas, & morbus, & tales tentationes præbentur ad admonitionem & correctionem præteritorum, & ad curam futurorum. Qui eſt eiſmodi, his petens alleuationem, ut qui habeat id quod eſt eximium cognitionis, non propter vanam gloriam, ſed propter hoc ipſum quod ſit cognitione præditus, exercet ipſe beneficentiam, ut qui factus ſit inſtrumentum Dei bonitatis. Dicunt autem Matthiam Apoftolum inter cætera dixiſſe: Si electi vicinus peccauerit, peccauit electus: nam ſi ſe ita geſiſſet ut iubet Verbum ſeu ratio, cuius vitam ita eſſet reueritus vicinus non peccaſſet.* ⁶⁰ *Quid ergo dicemus de eo qui eſt præditus cognitione? An nescitis, inquit Apoſtolus, quod templum Dei eſtis? Diuinus ergo eſt is qui eſt cognitione præditus, & iam ſanctus, qui Deo aſſat & aſſatur. Iam verò oſtendens ſcriptura eum eſſe alienum à peccato, eum quidem qui offendiſſet vendit alienigenis. Ne aſpiciat autem ad concupiſcentiã mulierem alienam, dicens, aperte dicit peccatum eſſe alienum & præter naturam templi*

Dei Templum autem, unum quidem est magnum, ut Ecclesia: alterum verò paruum, ut homo qui seruat semen Abrahae. Non concupiscet ergo aliquid aliud, qui habet Deum qui requiescit. Iam verò relictis omnibus quae sunt impedimēto, & despecta tota quae eum abstrahit materia, caelum secat per scientiam: & spiritalibus transmissis essentiis, & omni principatu & potestate, tangit supremos thronos, ad illud solum tendens, propter quod solum cognoscebat. Serpente ergo commixto cum columba, simul perfecte viuit & cum bona conscientia, spem fide commiscens ad expectationem futuri. Sentit enim donum quod accepit, ut qui dignus sit habitus qui consequeretur, & translatus sit à seruitute in filiorum adoptionem, consequenter scientiae: & neque non Deum cognouerit, vel potius ab ipso sit cognitus propter finem, & pro gratiae meritis ostendat operationes: operi enim sequuntur cognitionem, non secus ac umbra corpus. Merito ergo nihil cum conturbat ex iis quae accidunt, neque quicquam veretur ex iis quae diuino fiunt consilio propter utile, neque erubescit mori, ut qui bonam habeat conscientiam, ut ostendatur potestatibus, ab omnibus, ut semel dicam, animae maculis emundatus, & qui sciat post excessum ex hac vita fore ut secum agatur melius. Vnde iucundum & utile nunquam praefert aeternae, & diuino consilio, per mandata seipsum exercens ut euadat Domino gratus & acceptus in omnibus, & apud mundum laudabilis, quandoquidem dependent omnia ab uno Deo omnipotente. In propria, inquit, venit filius Dei, & sui eum non receperunt. Quamobrem etiam in usu rerum mundanarum, non solum agit gratus & admiratur creaturam, sed etiam utens ut oportet laudatur, quoniam ei finis desinit in cōtemplationem per operationem ex cognitione profectam, quae sit conuenienter mandatis. Hinc iam per scientiam colligens viaticum cōtemplationis, postquam magnifice accepit magnitudinem cōtemplationis, procedit ad translationis sanctam remunerationem. Audiuit enim psalmum dicentem: Circundate Sion, & comprehendite eam, narrate in turribus eius. Significat enim, ut arbitror, eos qui Verbum altè susceperunt, futuros altos ut turres, & firmiter & stabiliter staturos in fide & cognitione. Et haec quidem quàm fieri potest breuissimè dicta sunt apud Graecos instar seminis, de eo qui est cognitione praeditus. Sciendum est autem, quod si unū vel alterum ex his fidelis rectè gesserit, non tamē geret omnia, neque cum summa illa sciētia cum qua is qui est cognitione praeditus. Atque illius quidem, ut ita dicam, impatientis quae nobis est in eo qui est praeditus cognitione, per quā perfectio eius qui est fidelis, per charitatem in virum perfectum procedens ad mensuram peruenit aetatis, Deo assimilata, ut quae verè facta sit aequalis Angelis, succurrunt multa alia, quae ex scriptura adduci possunt, testimonia. Satius autem existimo hanc laudem propter orationis prolixitatem iis relinquere qui volunt laborare, permittentes ut una etiam elaborent dogmata per allegationem scripturarum. Vnius autem breuissimè meminero, ne locum praetermittam non adnotatum. Dicit enim diuinus Apostolus in priore Epistola ad Corinthios: Audet aliquis vestrum habens negocium cum alio, iudicio contendere apud iniustos, & non apud sanctos? An nescitis quod sancti mundum iudicabunt? & quae sequuntur. Cum sit autem ea pars maxima, oportunitis dictionum Apostolicorum utentes dictionibus, paucissimis persequētes, & dictionem enunciātes veluti metaphrasticè, ostendemus sententiam dicti Apostolici, per quam describit perfectionem eius qui est praeditus cognitione. Non cōstituit enim eum qui est praeditus cognitione, ex hoc solum quod magis iniuria afficiatur, quàm afficiat: sed eum docet etiam obliuisci acceptae iniuriae, nec permittens malè precari ei qui fecit iniuriam. Scit enim Dominum quoque aperte iussisse orare pro inimicis. Dicere enim eum qui est affectus iniuria iudicio contendere apud iniustos, nihil est aliud quàm velle videri vicem reddere, & velle iniuriam referre, quod quidem est ipsum quoque similiter

facere in-

facere iniuriam. Dicere autem aliquos velle apud sanctos iudicio contendere, ostendit eos qui petunt precibus ut iis qui fecerunt iniuriam par pari referatur, & esse quidem prioribus secundis meliores, sed nondum planè obediētes, nisi iniuria perfecte obliuiscētes, ex doctrina Domini precentur etiam pro inimicis. Pulchrum est ergo quod bonam mentem ex ea quae est ad fidem pœnitentia acceperint. Nam etsi veritas videatur eos habere inimicos qui inuident & amulantur, ipsa tamen nulli est inimica: nam & Deus facit Solem suum oriri super iustos & iniustos. Quinetiam ipsum Dominum misit ad iustos & iniustos, & qui contendit Deo assimilari, per maximam iniuriae acceptae obliuionem, remittens septuagesies septies, utpote per totam vitam & vniuersam mundi conuersionem, quae hebdomadibus quae numerantur significatur, est benignus & clemens in quemlibet, etiamsi quis hoc vniuersum in vita viuens tempus, iniuria afficit eum qui est cognitione praeditus. Non solum enim possessionem vult virum bonum aliis permittere ex iis qui ipsum affecere iniuria, sed etiam vult iustum ab illis iudicibus petere remissionem peccatorum, iis qui in ipsum peccarunt. Et merito, siquidem in eo solum quod est externum, & in eo quod pertinet ad corpus, si vel vsque ad mortem procedatur, detrimento afficiunt ij qui conantur facere iniuriam, ex quibus nihil est quod sit proprium eius qui est praeditus cognitione. Quemadmodum autem Angelos qui defecerunt iudicabit quispiam, qui ipse defecerit ab illa lenitate, & acceptae iniuriae obliuione, quam praescribit Euangelium? Cur non ergo potius, inquit, iniuria afficimini? Cur non potius fraudamini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, eis scilicet malè precantes qui peccant per ignorantiam: & fraudatis Dei clementia & bonitate, quantum est in vobis, eos quibus malè precamini, fratres dicentes nō eos solos qui sunt in fide, sed etiam proselytos. An enim is qui nūc est inimicus sit postea crediturus, nos nondum scimus. Ex quibus aperte colligitur, etsi non esse omnes, at nobis quidem ipsis videri esse fratres. Iam verò omnes quoque homines qui sunt vnius Dei opus & una imago, una circundati substantia, etiamsi sint alij aliis magis obscurati, solus cognoscit is qui scit etiam per creaturas operationem, per quam rursus Dei adorat voluntatem. An nescitis quod iniusti regnum Dei non possidebunt? iniuriam ergo facit is qui refert iniuriam, seu facto, seu verbo, siue etiam volendi cogitatione, quam post legis paedagogiam circumscribit Euangelium. Et haec quidem eratis: tales scilicet, quales adhuc sunt, quibus ipsi non ignoscitis. Sed abluti estis: non absolutè ut reliqui, sed cum per cognitionem abiectis animae affectiones, ut pro viribus assimilaremini bonitati Dei prouidentiae, & per tolerantiam, & per acceptae iniuriae obliuionem. Super iustos & iniustos, Verbi & operum benignitatis lucem, sicut Sol, emittentes, siue hoc animi magnitudine, hoc sibi vencabit is qui est praeditus cognitione: siue imitatione eius quod est melius. Tertia est autem causa, Remitte & remittetur tibi, veluti cogente mandato ad salutem propter insignem bonitatem. Sed sanctificati estis: ei enim qui ad hunc venit habitum, sanctum esse conuenit, nullo modo cadendo in ullam animi perturbationem, sed perinde ac si carne careat, & absque hac terra sanctus euaserit. Quamobrem iustificati estis, inquit, nomine Domini, facti estis, ut ita dicam, ab ipso, ut iusti essetis sicut ipse: & spiritui sancto, quoad eius fieri potuit, commixti & temperati estis. Num enim omnia mihi licent? Sed non in potestatem redigar, inquit, ut aliquid faciam vel cogitem vel loquar praeter Euangelium. Escae autem ventri, & venter escis, quas Deus destruet, hoc est, eos qui sic cogitant & viuunt, tanquam nati sint ut comedant, non autem comedunt ut viuant quidem per consequentiam, cognitioni autem attendant principaliter. Et nūquid eos esse dicit veluti carnes sancti corporis? Corpus autem allegoricè Domini dicitur Ecclesia, spiritalis & sanctus chorus, ex quibus ij qui vocantur solum nomine, viuunt autem non ex ratione, sunt carnes.

Q99 ij

Hoc autem corpus spirituale, hoc est sancta Ecclesia, non fornicationi, nec ab Euangelio defectio, quæ nullo modo oportet inire consuetudinem & familiaritatem cum vita gentilium. Fornicatur enim in Ecclesiam, eius quoque corpus, is qui gentiliter uiuit in Ecclesia, siue in facto, siue in uerbo, siue etiam in ipsa cogitatione. Qui huic adheret meretrici, ei inquam quæ est præter testamentum operationi, sit aliud corpus, non sanctum in carnem unam, sed uitam gentilem, & spem aliam: qui autem adheret Domino in spiritu, corpus spirituale, diuersum genus congressionis. Filius hic totus, homo sanctus, imparibilis, cognitione præditus, perfectus, formatus doctrina Domini, ut cum facto & uerbo & ipso spiritu Domino adhereret, recipiat illam mansionem quæ debetur ei qui sic uir euasit. Sufficit hoc specimen eis qui habent aures. Non est enim euoluendum mysterium, sed tantum est ostendendum, quantum sufficit ad reuocandum in memoriam iis qui sunt participes cognitionis, qui etiam intelligent quemadmodum dictum sit à Domino: Estote ut pater uester perfecti, perfecte peccata remittentes, & acceptæ iniuriæ obliuiscetes, & uiuentes in habitu imparibilitatis. Quomodo enim perfectum dicimus medicum, & perfectum philosophum: ita, ut opinor, perfecte cognitione præditum. Sed nihil ex his, etsi sit maximum, assumitur ad Dei similitudinem: non enim, ut Stoici ualde impie, hominis & Dei eandem uirtutem esse dicimus. Nunquid ergo debemus esse perfecti, ut uult pater? Nequaquam enim fieri potest ut sit aliquis perfectus ut est Deus: uult autem Pater nos ita uiuere ut obediamus Euangelio, perfectos fieri citra reprehensionem. Si ergo dicti quod ita prolatum est ut ei aliquid desit, id quod deficit subaudierimus, ad locum implendum iis qui possunt intelligere: & uoluntatem Dei cognoscemus, & pro dignitate mandati simul pie & magnifice uiuemus. Quoniam autem est consequens respondere iis quæ à Græcis & Iudæis nobis obiiciuntur: in nonnullis autem dubitationibus similiter atque prædicti nos reprehendunt quæ aliam sequuntur doctrinam hæreses, bene habuerint ut prius expurgatis iis quæ sunt impedimento, parati ad soluendas dubitationes, progrediamur ad sequens Stroma. Primum ergo hoc aduersus nos adducunt, dicentes non oportere nos credere propter dissensionem hæresum: retardatur enim ac differtur ueritas, dum alij alia dogmata constituunt. Ad quos dicimus, quod & apud uos Iudæos, & apud eos qui apud Græcos fuere in maxima existimatione Philosophos, fuere plures hæreses: neque tamen ideo dubitandum esse dicitis philosophari, aut se Iudaicæ tradere disciplinæ, propter eam quæ est inter se uestrarum sectarum dissensionem. Præterea autem fore ut in ueritate seminentur hæreses, ut in frumento zizania, prophetice dictum est à Domino, & fieri non potest ut non fiat id quod prædictum est esse futurum. Huius autem causa est, quod quicquid est pulchrum sequitur Momus. Num ergo si quis pacta conuenta non obseruauerit, & transgressus fuerit eam quæ sit apud nos confessionem, propter eum qui non stetit suæ promissioni, abstinebimus nos quoque à ueritate? Sed ut oportet uirum probum minime esse mendacem, & nihil infirmare eorum quæ est pollicitus, etiamsi aliqui alij pacta conuenta transiliant: ita nos quoque nullo modo conuenit transilire regulam ecclesiasticam: & maxime eam quæ sit de rebus maximis professionem, nos quidem obseruamus, illi uero transiliunt. Est ergo credendum iis quæ firmiter adherent ueritati.

COMMENTARIUS.

NUNQUID autem eum qui est cognitione. Persequitur Clemens suum institutum de eo qui est præditus cognitione, dicit enim Christum Seruatoré nostrum uolentem eum esse perfectum, sicut pater celestis atque adeo ipse est perfectus; patris enim & filij una est & eadem perfectio, non aliunde uelle nos auxiliu petere & præsidium, quam à seipso Deo, ut ne ab Angelis quidem petatur. Uult enim nos totos petere ab ipso cui quæcunque petuntur & impetrantur, sunt accepta ferenda Christo, petet autem is qui est cognitione præditus, cum dignus euaserit qui petere incipiat, propter obedientiam. Qui talis est, inquit, nempe Dei

habet cogni-

habet cognitionem & scientiam & eius paret præceptis, is non tam à Deo petit quam exigit. Tanta est enim eius in Deum fiducia, ut quasi debitum postulet quod petit. Quid ergo dicemus de eo. Peccasse Clemens dicit electum si peccet eius uicinus: non peccaret enim uicinus si electus ita se gereret ut uult uerbum. Sed quaeritur an sicut peccat electus, peccat etiam is qui est cognitione præditus. Respondet Clemens dicere Apostolum eos qui sunt cognitione præditi esse templum Dei. Templum autem Dei est in quo est Deus. Id autem in quo est Deus est diuinum & sanctum: quod autem sanctum est non peccat. Sanctus autem est qui est cognitione præditus, is ergo non peccat. Qui est autem diuinus & sanctus, is & Deum inspirat & à Deo inspiratur. Non ergo sicut peccat electus, ita peccat is qui est cognitione præditus. Quod autem à peccato sit alienus is qui est cognitione præditus, ex hoc ostendit scriptura, dicens eum qui peccauerit uenditum esse alienigenis, Ioseph enim peccarat in fratres quos pessimi criminis insimularat: ita enim accipitur allegorice. Scriptura quoque dicens, non esse aspiciendam alienam mulierem ad concupiscentiam, significat peccatum, à templo Dei esse alienum & plane diuersum ab eius natura. Est autem duplex templum, unum magnum & alterum paruum. Magnum est Ecclesia quæ est congregatio fidelium, alterum est quilibet homo fidelis: utrumque dicitur templum quod in eo Deus habitat. Paruum autem habet semen Abraham nempe Christum, qui quod ad humanam attinet generationem, ab Abrahamo induxit generis originem. Cum autem in utroque Deus habitat, utrumque est sanctum & immune à peccato. Unde & sancta est Ecclesia, & quilibet fidelis est sanctus & alienus à concupiscentiis. Quid enim aliud concupiscet, qui Deum habet quo nihil est aliud melius & præstantius? sciendum est autem. Longè est maius esse cognitione præditum quam esse tantum fidelem. Unum aut alterum rectè geret fidelis, sed non omnia, nec cum ea scientia cum qua is qui est cognitione præditus. In cognitione autem prædito est ueluti quædam imparibilitas, id est omnium uitiorum & animi perturbationum uacuitas, per quam perfectio eius qui est fidelis in uirum perfectum procedens, peruenit ad plenam mensuram ætatis. Per eum enim est adeo perfectus, & omni ex parte absolutus, ut Deo sit similis, ut qui sit æqualis ipsis Angelis qui sunt imparibiles. Alludit autem Clemens ad id quod scribit Paulus ad Ephesios in mensuram ætatis plenitudinis Christi, per mensuram plenitudinis ætatis, significans perfectionem. Cum autem multa alia adduci possent ex scripturis ad ostendendam uiri cognitione præditi perfectionem, quoniam longiori opus esset oratione, eam curam relinquens aliis, unam tantum citat particulam ex Epistola prima ad Corinthios, quam metaphrasticè exponit, perfectionem eius qui est cognitione præditus, qua constare dicit, non ex hoc solum quod iniuria magis afficiatur quam afficiat, sed etiam quod acceptæ iniuriæ non meminerit, nec male precetur iis qui fecerunt iniuriam, cum ipse Christus iubeat etiam orare pro inimicis. Horum contrarium facient, qui siue apud iniustos, siue apud iustos uolunt iudicio contendere, ut par pari referant, & acceptam referant iniuriam. Et apud quoscunque quidem fiat, semper malum est acceptam referre iniuriam. Tertia est autem causa remitte & remittetur tibi. Duabus causis quas superius dixerat Dei assimilationis, perfectionis scilicet, & iniuriarum obliuionis, subiungit tertiam nempe peccatorum remissionem, quæ sumitur ex scriptura quæ dicit remittite & remittetur. Hoc est præceptum quod propter insignem bonitatem cogit ad salutem. Quæ est enim maior bonitas quam eum qui in te peccauit & te offendit non uicisci, sed ei peccatum remittere? cogitur autem quodammodo ad salutem, cum propter remissa peccata etiam nolens saluus fiat. Quoniam autem est consequens respondere. Postquam de eo qui est cognitione præditus, & de eius perfectione, satis dixit Clemens, & ad octauum Stroma erat venturus, uisum est ei prius esse respondendum ad ea quæ aduersus fidei doctrinam Christianis obiiciunt & Græci & Iudæi: dicunt enim ad fidei doctrinam non esse accedendum, quod in ea sint diuersæ sectæ & hæreses, quoniam à ueritate retardat diuersorum dogmatu constitutio. Quibus respondens Clemens eos suo iugulat gladio. Nam & apud Græcos in magna existimatione est philosophia, cum tamen philosophorum diuersæ sint hæreses, & apud Iudæos quoque sint sectæ. Sed non ideo Græci dicunt non esse philosophandum, nec Iudæi eos reiciunt qui se tradunt eorum disciplinæ, non esse ergo quod in Christianis exprobrent dissensiones hæresum. Futuras autem in sua Ecclesia hæreses, ut in frumeto loliam ipse prædixit Christus, nec fieri potest ut non sint. Hæresum autem hæc est causa, quod cum sit res pulcherrima uera fidei doctrina, quod quicquid est pulchrum sequitur Momus, qui apud Græcos dicitur Deus reprehensionis. Nec ideo non est standum promissis quod pacta conuenta non seruat quis, nec si qui à ueritate recedunt non ideo non est obseruanda regula Ecclesiastica, & quæ sit de rebus maximis fidei promissio. Est ergo firmiter credendum, & est ipsa retinenda & amplectenda ueritas.

IAM uero nobis ut largè uentibus hac defensione licet apud eos dicere, quod medici quoque quorum conuenienter suis sectis diuersæ sunt sententiæ, ex aquo re ipsa curant. Num ergo quispiam agrotans & ut curetur opus habens, non admittit medicum propter eas quæ sunt in medicina hæreses? Neque ergo qui anima agrotat, & est plenus simulachris, pro sanitate & ad Deum conuersione prætexat unquam hæreses. Certè propter probatos, inquit, sunt hæreses: probatos autem dicit, uel eos qui uenientes ad fidem, maiori electione accedunt ad doctrinam Dominicam, tanquam probos argentarios, qui nummos Domini adulterinos discernunt ex falsa impressione: aut eos qui in ipsa fide iam probi euaserunt, & in uita & in cognitione. Propterea ergo maiori cura opus est & prouidentia, ut examinetur quomodo sit exactè & perfecte uiuendum, & quenam sit uera pietas &

Qgg iij

rectus Dei cultus. Clarum est enim quod cum veritas sit ardua & difficilis, propterea certe fuerunt quaestiones, ex quibus quæ nimio sui amore laborant, & sunt ambitiosa & gloria cupida, sunt hæreses eorum qui non didicerunt quidem, neque verè acceperunt, sed sibi cognitionis sumpserunt persuasionem. Est ergo nobis maiori studio & cura perscrutanda, ea quæ verè est veritas, quæ sola versatur circa eum qui verè est Deus. Laborem autem consequitur dulcis inuentio & memoria. Est ergo labor inueniendi subeundus propter hæreses, sed non est omnino deficiendum. Neque enim si appositus sit fructus, unus quidem verus & maturus, alius verò factus ex cera quammaximè similis, propter similitudinem est abstinendum ab utroque. Simul autem est discernendum comprehendente contemplatione, & principali consideratione, verum ab eo quod apparet. Et quomodo si una quidem sit via regia, & multæ etiam aliæ, ex quibus aliquæ ferunt in præcipitium, aliæ verò ad fluuium rapidè fluentem, aut ad mare profundum, non dubitauerit quispiam viam ingredi propter dissensionem, sed utetur via regia & trita & sciuncta à periculo: ita cum alij alia dicant, de veritate non est discedendum, sed est exactissimè & diligentissimè inquirenda eius exactissima & accuratissima cognitio. Nam cum oleribus hortensibus unà etiam nascuntur herba: num ergo abstinent agricola à cultura agrorum? Cum ergo habeamus à natura multa quæ nos incitant, & dant occasionem ad ea quæ dicuntur examinanda, debemus etiam veritatis inuenire consequentiam. Quocirca meritò etiam condemnatur, non assentientes iis quibus oportet parère, non discernentes id quod repugnat, id quod est & indecorum, & præter naturam, & falsum à vero & consentaneo, & decoro, & eo quod est secundum naturam: quibus quidem utendum est, ut quæ incitent & sint occasio agnoscendæ eius quæ verè est veritas. Gracis ergo est inanis hic pretextus: volentibus enim licebit inuenire veritatem. ^b Iis autem qui causas adducunt quæ carent ratione, est iudicium quod nullam habet excusationem: utrum enim perimunt, an assentiuntur nullam esse demonstrationem? Existimo omnes assensuros per eos qui sensus perimunt. Cum sit autem demonstratio, necesse est descendere ad quaestiones, & per ipsas scripturas discere demonstratiuè, quemadmodum lapsæ quidem sunt hæreses: quemadmodum autem in sola veritate & antiqua Ecclesia sit perfectissima cognitio, & ea quæ est reuera optima hæresis, id est, electio. Ex iis autem qui declinant à veritate, alij quidem seipso solos, alij verò propinquos quoque conantur fallere. Atque hi quidem qui appellantur $\delta\omicron\lambda\omicron\sigma\phi\omicron\iota$, hoc est, opinione sapientes, qui se veritatem inuenisse existimant, nullam habentes veram demonstrationem, ij seipso decipiunt, se acquiescisse existimantes, quorum non parua est multitudo, & quaestiones declinantium propter confutationes, & doctrinam vitantium propter condemnationem. Qui autem eos qui accedunt decipiunt, sunt valdè callidi, & astuti, qui etiam si satis assequantur se nihil scire, probabilibus tamen argumentis obscurant veritatem. Alia est autem, ut opinor, natura probabilium argumentorum, & alia verorum. Et quod necesse sit nomen hæresum ita dici ut veritati opponatur, & ab ea distinguatur, cognoscimus: à qua cum quædam ad hominum perniciem auulserint Sophistæ, humanis à se inuentis ea infodientes artibus, gloriantur se præesse diatribæ seu scholæ potius quàm Ecclesiæ. ^c Sed qui in rebus pulcherrimis laborem impendere sunt parati, non prius desistent quaerere veritatem, quàm ex ipsis scripturis acceperint demonstrationem. At sunt quidem quidam communes hominum iudices, nempe sensus: alij autem, eorum qui consularunt & exercuerunt ea quæ vera sunt, nempe quæ sunt verarum & falsarum orationum artes, per mentem & ratiocinationem. Maximum est autem deponere opinionem, consistendo in medio accurata perfectæque scientiæ, & temerariæ sapientiæ opinionis, & nosse quod qui

eternam

eternam sperat quietem, cognoscit etiam eius ingressum qui est laboriosus & arctus. Et qui semel admisit Euangelium, & salutare, inquit, quando cognouerit, ne ad ea quæ sunt retro conuertatur, sicut uxor Loth, neque ad priorem vitam quæ dat operam rebus sensilibus. Sed neque recurrat ad hæreses: assuefaciunt enim nescio quomodo, eum qui non est, nosse Deum. Qui enim diligit patrem vel matrem plus quàm me, qui sum verè pater & magister veritatis, qui regenero & recreo, foueoque & alo electam animam, non est me ^{Luc. 9.} dignus, ut sit, inquit, Dei filius, & Dei discipulus, & simul etiam amicus & cognatus: nemo enim ad ea quæ sunt retro aspiciens, & manum suam mittens ad aratrum, est aptus regno Dei. ^d Sed ut videtur, multis in hodiernum diem videtur Maria esse puerpera propter ortum filij, cum non sit puerpera: etenim dicunt aliqui eam postquam peperisset, inspectam ab obstetrice, inuentam fuisse virginem. Tales autem sunt nobis scripturæ Dominicæ, veritatem parientes, & manentes virgines cum occultatione mysteriorum: peperit, & non peperit, inquit Scriptura, ut quæ ex se, non ex coniunctione conceperit. ²⁰ Quamobrem iis qui sunt cognitione præditi, conceperunt scripturæ: hæreses autem, ut quæ non intellexerint, amandant tanquam quæ non conceperint. Cum autem omnes homines idem habeant iudicium, alij quidem Verbum quod dicitur sequentes, faciunt argumenta: alij autem cum seipso dediderint voluptatibus, scripturam torquent ad suas cupiditates. Opus est autem, ut opinor, amatori veritatis robore animi: necesse est enim labi in maximis, eos qui res maximas aggrediuntur, nisi regulam veritatis ab ipsa veritate acceptam tenuerint. Qui autem sunt eiusmodi, ut qui à recta via exciderint, meritò etiam ³⁰ falluntur in pluribus singularibus, propterea quod non habeant verorum & falsorum iudicium planè exercitatum, in iis quæ oportet eligere: si enim haberent, parèrent scripturis diuinis. Quomodo ergo si quis fiat bestia ex homine, similiter atque ij qui fuerant infecti venenis Circes: ita homo Dei esse & Domino fidelis esse perdidit, qui aduersus Ecclesiasticam recalcitrauit traditionem, & in humanarum hæresum desiluit opiniones. Qui autem ex errore reuersus obediit scripturis, & vitam suam permisit veritati, Deus quodammodo ex homine efficitur. ^e Principium enim doctrinæ habemus Dominum, qui & per ⁴⁰ Prophetas, & per Euangelium, & per beatos Apostolos, multifariam multisque modis à principio ad finem deducit cognitionis. Principium autem si quis alio opus habere existimauerit, non utique verè potuerit conseruari principium. Qui est ergo ex seipso fidelis, Dominica scriptura & voce est fide dignus, quæ per Dominum exercetur ad hominum beneficium. Ipsa autem iudice utimur ad res inueniendas: quicquid autem iudicatur, non creditur, priusquam fuerit iudicatum, quare nec est principium id quod opus habet iudicio. Meritò ergo cum fide comprehenderimus principium indemonstrabile, & ex redundantanti quadam copia demonstrationes ab ipso principio sumpserimus de principio, voce Domini erudimur ad cognitionem veritatis: non enim absolute enunciatis hominibus fidem habuerimus, quibus licet etiam enunciare contrarium. Si autem non satis est solum absolute dicere quod visum est, sed oportet etiam probare quod dictum est, non expectamus testimonium quod datur ab hominibus, sed voce Domini probamus quod quaeritur, quæ est magis fide digna quàm quæuis demonstrationes: vel potius quæ sola est demonstratio, per quam scientiam, qui solum quidem gustauere scripturas, sunt fideles. ⁶⁰ Qui autem etiam ulterius processerunt, sunt perfecti gnomones veritatis, ij scilicet qui sunt cognitione præditi: quandoquidem etiam in iis quæ ad vitam pertinent, eos qui sunt rudes superant artifices, & per communes notiones exprimunt id quod est melius. Sic ergo nos quoque ex ipsis de ipsis scripturis perfectè demonstrantes, ex fide persuademus demonstratiuè. ^f Quod si Prophetis quoque scripturis

uti ausi fuerint qui persequuntur hareses, primum quidem non omnibus, deinde non perfectis, neque ut dicat corpus & contextura Prophetiae, sed eligentes ea quae dicta sunt ambiguae, traducunt ad proprias opiniones, paucas voces sparsim carpentes, non id considerantes quod ex ipsis significatur, sed ipsa nuda dictione utentes. Nam in omnibus ferè dictis quae adducunt, inueneris ipsos sola nomina attendentes, ut qui mutant significata, neque quemadmodum dicantur cognoscant, neque ips quae afferunt allegationibus, ita ut earum natura postulat utantur. Veritas autem non inuenitur in eo quod transferat significata, sic enim omnem veram euertent veritatem: sed in eo quod considerent quid Domino & omnipotenti Deo perfecte conueniat, & eum deceat, & in eo quod confirment unumquodque ex ipsis quae demonstrantur per scripturas, ex ipsis rursus similibus scripturis. Neque ergo volunt conuerti ad veritatem, ut quos pudeat deponere commodum sui in seipos amoris: neque sciunt qua ratione possint suas stabilire opiniones, scripturis vim afferentes. Cum autem ad falsa in vulgus proferenda dogmata processerint, cum omnibus ferè scripturis euidenter pugnant, & semper à nobis qui contra eos dicimus confutati, quod restat; nunc adhuc quoque sustinent, partim quidem ex Prophetis aliqua non admittere, partim autem nos, tanquam qui simus alterius naturae, non posse quae sunt illorum propria intelligere, calumniantur. Nonnunquam autem etiam cum conuincuntur, sua negant dogmata, aperte confiteri erubescunt quae se seorsum sic docere gloriantur: sic enim in omnibus haresibus videre licet, persequendo ipsorum dogmatum nequitias. Nam postquam à nobis euersi fuerint, ostendentibus ipsos aperte aduersari scripturis, duorum alterum videre licet fieri ab iis qui praesunt dogmati: aut enim suorum dogmatum consequentiam, aut ipsam Prophetiam, vel potius suam ipsorum spem despiciunt. Semper enim sibi sumunt id quod eis visum fuerit esse euidentius, quam quod dictum est à Domino per Prophetas, & ab Euangelio, & etiam Apostolorum testimonio confirmatum & comprobatum. Cum ergo viderent sibi imminere periculum, non de vno dogmate, sed de conseruanda haresi: non veritatem inuenire (nam cum quae sunt in medio posita & in promptu sunt apud nos legissent, ea ut vilia contempserunt) sed quod est commune fidei, superare contendentes, excefferunt à veritate. Nam cum Ecclesiastica cognitionis non didicissent mysteria, neque veritatis percipissent magnitudinem, ut qui in perscrutando rerum profundo fuissent socordes, & superficie tenus legissent, scripturas valere iusserunt. Inani ergo sapientiae opinione elati, perpetuo litigant, aperte ostendentes se magis curare ut videantur, quam ut philosophentur. Iam verò cum non necessariis rerum nitantur principiis, & humanis moti opinionibus, ut finis deinde eis necessariò sequatur, comparant, sauciantur argumentis eorum qui veram tractant philosophiam, & quiduis potius tolerant, & omnem, ut aiunt, rudentem mouent, etiam si futuri sint impij, propterea quod non credant scripturis, quam à secta sibi grato honore traducantur, & à vulgo iactata in eorum Ecclesiis prima sede, propter quam illam quoque conuiuialem, per eam quae falso nomine appellatur charitatem, primum accubitus amplectuntur. Quae est autem apud nos agnitio veritatis, ut ex iis quae iam sunt credibilia, iis quae nondum sunt, fides habeatur, efficit: quae quidem est, ut ita dicam, essentia demonstrationis. Sed omnis, ut videtur, haresis ab initio habet aures quae non audiunt id quod est utile, sed solum patent iis quae dicuntur ad voluptatem. Nam curatus utique esset eorum aliquis, si tantum voluisset parere veritati. Est autem triplex ratio curandae opinionis, sicut etiam cuiusuis affectionis: causa cognitio: & quomodo ea possit auferri: & tertium, animae exercitatio, & assuetudo ut possit sequi ea quae rectè iudicata fuerint. Quomodo enim turbatus oculus, ita etiam anima conturbata iis

bata iis dogmatibus quae sunt praeter naturam, non potest veritatis lucem perfecte videre, quin etiam ea quae sunt praepedibus aegre intuetur. Dicunt itaque anguillas quoque excacatas capi in aqua turbida. Et sicut improbi pueri excludunt Paedagogum, ita etiam hi arcant Prophetiam à sua Ecclesia, suspectas eas habentes propter reprehensionem & admonitionem: quamplurima certè consarciunt mendacia & figmenta, ut iure videantur non admittere scripturas. Hac ergo ratione non sunt piij, ut qui diuinis praeceptis non acquiescant, hoc est, diuino spiritui. Quomodo autem dicuntur inanes amygdala, non in quibus nihil inest, sed in quibus id quod inest, est inutile: ita etiam haereticos dicimus qui sunt inanes Dei consiliorum & Christi traditionum, & amarescunt non secus atque agrestia amygdala, & sunt principes authorisque dogmatum, nisi quae propter veri euidentiam deponere & occultare non potuerunt. Quomodo ergo in bello non est ordodeserendus quem dedit imperator militi: ita nec deserendus est ordo quem nobis dedit Verbum, quem accepimus principem ac ducem cognitionis & vitae. Vulgus autem ne hoc quidem examinavit, an sit sequendus aliquis, & quisnam hic, & quemadmodum: quale enim est Verbum, talem quoque esse vitam conuenit fidei, ut possit sequi Deum qui ab initio omnia recta via dirigit. Postquam autem Verbum quissiam fuerit transgressus, & per id, Deum, si imbecillus quidem fuit, propterea quod aliqua repentina se obtulerit visio, efficiendum est ut sint prompta visa quae sunt ex ratione. Sin autem more qui prius inualuit, victus fuerit, ut ait scriptura, is qui est ex vulgo, curandum est ut mos conquiescat in eo quod est perfectum, & omni ex parte absolutum, & ut contra cum dicat, exercenda est anima. Si autem pugnantia aliqua quoque dogmata videtur attrahere, ea sunt subducenda, & eundum est ad eos qui quietam dogmata efficiunt, & diuinis scripturis eos incantant qui sunt rudes & imperiti, & strepitum pertimescunt, per testamentorum consequentiam eis veritatem explanantes. Sed, ut videtur, magis declinamus ad ea quae sunt opinabilia, etiam si sint contraria, quam ad veritatem: est enim austera grauisque & seuera. Atque cum sint quidem tres animae affectiones, ignorantio, scientia, opinio: qui in ignorantia quidem versantur, sunt gentes: qui autem in scientia, vera Ecclesia: qui verò in opinione, ij qui sectantur hareses. Nihil ergo apertius videre licet affirmantes eos qui sciunt de iis quae sciunt, quam hos de quibus opinantur, quod attinet ad affirmandum absque demonstratione. Se itaque inuicem despiciunt & irrident, & accidit ut eadem intelligentia ab alijs quidem in maximo honore habeatur, ab alijs autem damnetur amentiae. Atqui didicimus aliud quidem esse voluptatem, quae est attribuenda gentibus: aliud autem litem & contentionem quae praeponenda est in haresibus: aliud gaudium, quod, ut proprium, Ecclesiae est assignandum: aliud autem, letitiam, quae danda est ei qui ex veritate prae datus est cognitione. Quemadmodum autem si quis in Ischomacho studium posuerit, eum faciet agricolam: & si in Lampidio, nautam: & Charidemo, imperatorem: ut in Simone, equitandi gnarum: & si in Perdice, cauponam: & si in Crobylo obsoniorum conditorem: & si in Archilao saltatorem: & si in Homero, Poëtam: & si in Pyrrhone, contentiosum: & si in Demosthene, oratorem: & si in Chrysippo, dialecticum: & si in Aristotele, physicum: & si in Platone, philosophum: ita qui paret Domino, & per eum datam sequitur Prophetiam, efficitur ad magistri imaginem Deus qui in carne versatur. Hanc ergo altitudinem minimè assequuntur, qui non sequuntur Deum eos ducentem: ducit autem per scripturas diuinitus inspiratas. Atque cum ea quidem sint innumerabilia quae sunt ab hominibus, sunt utique duo cuiusuis peccati principia, ignorantio & imbecillitas: est autem utrumque in nostra potestate, cum nec velimus discere, nec cupiditatem continere. Ex his autem, unum quidem

Supponitur.
Letitia cō-
iuncta pru-
dentiae.

est per quod non recte iudicant, alterum vero, per quod non possunt exequi quae recte sunt iudicata. Neque enim si quis fuerit deceptus in sententia, recte agere potuerit, etiam si sit satis potes ut agat ea quae fuerint cognita: neque qui potest id quod oportet iudicare, se ab omni reprehensione alienum praebuerit, si sit ad res gerendas impotens. Consequenter ergo duae quoque genere disciplinae traduntur utrique peccato utiles: illi quidem, cognitio, & ex scripturarum testimonio euidentis demonstratio: huic vero, quae est ex Verbo exercitatio, quae a fide & timore tanquam Paedagogis docetur: crescunt autem ambo in perfectam charitatem. Eius enim qui est praeditus cognitione, est hic quidem, ut arbitror, duplex finis: in aliquibus quidem, contemplatio ex scientia: in aliis vero, actio. Ac fieri quidem potuerit ut hi haeretici discentes ex his Commentariis, conuertantur & corrigantur ad Deum omnipotentem: sin autem tanquam surdi serpentes (quod noue quidem dicitur, est autem antiquissimum) non exaudiant canticum, a Deo certe castigentur, paternas admonitiones quae fiunt ante iudicium patienter sustinentes, donec pudore affecti ducantur poenitentia: non autem per immanem inobedientiam seipsos iniiciant in perfectum iudicium. Fiunt enim singulares quae quaedam disciplinae, quas vocant castigationes, in quas multi ex nostris qui in delicto fuerunt, ex populo Dominico dilabentes incidunt, sed sicut a magistro vel a patre pueri, ita nos castigamur a prouidentia. Deus autem non punit, est enim punitio mali redditio: castigat autem & communiter & priuatim ad utilitatem eorum qui puniuntur. ¹ Haec quidem adduxi, volens adhortari studiosos ne facile prolabantur in haereses: alios autem ut ab hac quae consistit in superficie siue inscitia, siue stultitia, siue mala habitudine, siue quocunque alio nomine eam vocare oporteat, desistant efficere cupiens: contra autem persuasos conans adducere ad veritatem, eos qui non sunt omnino immedicabiles, usus sum his sermonibus. Sunt enim qui nec omnino quidem in animum inducunt ut audiant eos qui hortantur ad veritatem, quin etiam nugari aggrediuntur, verba in veritatem maledica effundentes, sibi arrogantes quod quae sunt ex rebus maxima, cognouerint, cum nec didicerint, nec quaesierint, nec laborarint, nec inuenerint consequentiam, quorum potius miserebitur aliquis, quam odio habeat, propter talem vitam eorum rationem. Si quis autem est medicabilis, qui tanquam ignem vel ferrum ferre possit libertatem veritatis, secantem & urentem falsas eorum opiniones, praebet aures animae. Hoc autem fiet, si non otium & socordiam amplectentes extrudant veritatem, aut gloriam desiderantes, res nouas magna vi persequantur. Sunt enim socordes, qui, cum liceat ex ipsis scripturis, diuinis scripturis conuenientes colligere demonstrationes, id omnino non faciunt, sed quod eorum voluptatibus suffragatur eligunt. Gloria autem tenentur desiderio, qui ea quae ex sua natura conueniunt, sermonibus diuinitus inspiratis, tradita a beatis Apostolis & magistris, sua sponte fallaci sapientiae simulatione corrumpunt per alias tractationes, humanis doctrinis resistentes diuinae traditioni, ut haeresim constituent. ² Nam inter eos viros qui tanti erant in Ecclesiastica cognitione quid restabat dicendum a Marcione, verbi gratia, aut Prodicto, & similibus, qui non sunt ingressi recta via? Neque enim eos qui praecesserunt superare potuerunt sapientia, ut aliquid adinuenirent iis quae ab illis verè dicta sunt: sed bene cum eis actum esset, si scire potuissent ea quae prius sunt tradita. Is ergo nobis solus qui est cognitione praeditus, cum in ipsis scripturis consenuerit, Apostolicam & Ecclesiasticam seruans dogmatum rectitudinem, rectissime viuunt conuenienter Euangelio, & demonstrationes ita ut quaerit inuenit, ut qui emittatur a Domino, a lege & a Prophetis. Nam vita, ut opinor, eius qui est cognitione praeditus, nihil est aliud quam facta & verba quae consequuntur traditionem Domini: sed non est omnium cognitio. Nolo enim vos ignorare fratres, inquit Apostolus, quod omnes sub nube erant, & spiritualis

& spiritualis cibi & potus erant participes, aperte confirmans, non omnes qui Verbum audiunt, facto & verbo cepisse magnitudinem cognitionis. Vnde etiam subiunxit: Sed non in eis omnibus est complacitum. Cuiam? Ei qui dixit: Quid mihi dicitis, Domine, & non facitis voluntatem Patris mei, hoc est, doctrinam Seruatoris, quae nobis est cibus spiritualis, & potus qui nescit sitim, aqua vitae cognitione praedita.

COMMENTARIVS.

¹ Iam vero nobis ut large videntibus. Quod etiam si in Christianismo sint haereses, non ideo tamen non est quaerenda veritas, ex hoc ostendit, quod etiam si in medicina sint multae sectae, non ideo tamen qui aegrotat non quaerit sanitatem: curant enim omnes medici, & in eo conueniunt quod curant conuenienter suae sectae, licet in eo differant quod alij aliis melius curant. Ita etiam qui anima laborat, ut qui colit idola, non ideo non quaerit sanitatem, quod apud Christianos sunt haereses: oportet enim esse haereses, ut & qui veniunt ad fidem, eligant quae sunt meliora, nempe fidem Catholicam, & qui iam credunt, vera dogmata tanquam probos nummos discernant a falsis & adulterinis: idque non solum in fide, sed etiam in moribus ardua & difficilis est veritas, & ideo nascuntur quaestiones, quas qui recte examinat, is est orthodoxus. Qui autem sunt ambitiosi & gloriosi, & cum non didicerint se scire persuadent, ij sunt haeretici. Versatur autem veritas circa Deum, in quo quaerendo magno opus est studio & diligentia: in quaerenda autem veritate laboratur propter haereses, ea autem iuuenta dulcis est inuentio & memoria. Quamuis autem sit veritas inuentu difficilis propter haereses quae cum veritate aliquam habent similitudinem, est tamen sedulo danda opera ut inueniatur, ut si oppositus sit fructus, vnus quidem verus alius vero ex cera, falsus quidem sed vero similis, non propter veri & falsi similitudinem abstinendum est ab vniuscuiusque fructus inquisitione. ² Iis autem qui causas adducunt. Omnes quidem qui a veritate declinant sunt haeretici, sed licet inter se conueniant quod declinent a veritate, in hoc tamen differunt quod alij seipsos tantum, alij autem eos etiam decipiunt qui ad ipsos accedunt. Et qui seipsos quidem decipiunt appellantur doctores, id est opinione tantum sapientes, cum nulla vtantur demonstratione, sua autem inani opinione contenti fugiunt quaestiones quae deciduntur demonstratione quam non habent, & vitant quae a verbo traditur doctrinam, cum intelligant fore ut ab ea condemnentur. Qui autem alios decipiunt cum velint videri sapientes, licet se nihil scire intelligant, obscurare quidem conantur veritatem, suam autem haeresim, non veris, sed in speciem probabilibus tantum argumentis tentant adstruere. Cum autem haeresis opponatur veritati & ab ea distinguatur, intelligant autem qui alios fallunt haeretici in quanta existimatione sit veritas, sophistae qui tanquam simia imitantur sapientes, ex veritate quaedam auellunt, & humanis artibus ea infodiunt, quas ipsi inuenerunt ut simplices & incautos sic decipiant, & ad falsa sua dogmata attrahant, & nouam sectam & disciplinam constituent quod ei praesent gloriantur, non autem Ecclesiae: a qua desierunt. ³ Sed qui in rebus pulcherrimis laborem impendere sunt parati. Haeretici quidem qui alios volunt decipere, ut id facilius assequantur ex veritate aliqua auellunt, & iis quae dicunt afferunt aliquam probabilitatem; non ipsam autem quaerunt veritatem, sed nouam excogitant sectam & disciplinam, cuius se esse authores gloriantur, & cui praesse volunt non Ecclesiae. Sed qui sunt orthodoxi, & in fidei pulcherrimis laborant dogmatibus, non aliquid veritatis auellunt ut admixta probabilitate alios decipiant, sed semper ex scripturis quaerunt veritatem, per sumptam ex eis demonstrationem. Et sunt quidem in hominibus duo iudices, nempe, & sensus quo iudicant indocti & illiterati: sunt & intelligentia & ratiocinatio seu syllogismus qui vera iudicant, id est ea quae verè dicuntur discernunt a falsis & contra. Ad veritatem autem non peruenitur per opinionem, & ideo est tollenda. Standum est autem in medio perfectae scientiae, quae scientifico discitur syllogismo, & temerariae opinionis scientiae. Stans autem in medio veritas, asciscit sibi perfectam scientiam a qua docetur, repellit autem inanem opinionem scientia, quae temerè vera esse credit, quae cum veritate nullam habent affinitatem. Per veritatem autem peruenitur ad quietem aeternam. Eam qui sperat, intelligit viam quae ducit ad eam esse arctam & laboriosam. Eam quietem promittit Euangelium, sed iis demum promittit qui accepto Euangelio rectè progrediuntur, nec vnquam retro aspiciunt. ⁴ Sed ut videtur. Deus quidem est pater veritatis, a qua sunt filij Dei, discipuli, cognati, & amici. Ut autem Deus est pater veritatis, ita Dominice quoque scripturae veritatem pariunt, & manent tamen virgines. Sunt qui in hodiernum diem existimant Mariam esse puerperam, quod ex ea natus sit filius, quod tamè falsum est: nam etsi ex ea natus est filius, non tamè ex femine viri, sed ex sancto Spiritu fuit conceptus, neque enim peperit virgo, ut humano more pariunt mulieres, fractis scilicet pudoris claustris & deiectis secundinis, nullumque dolorem in pariendo sensit; etsi peperit non est tamen dicenda puerpera, quod pepererit, nam in eius partu nullae fuerunt secundinae, quae obstarent quominus maneret virgo. Peperit ergo Maria & non peperit: non peperit quidem more humano, sed peperit diuino & supernaturali, qui non impedit quominus maneret virgo. Qualis autem est Maria tales sunt diuinae scripturae, quae veritatem pariunt & manent virgines: peperit autem & non peperit Maria: pariendo enim occultauit mysteria, quod scilicet natus ei esset qui erat Deus, ex se enim concepit obumbrata a sancto Spiritu, nec vllam viri est perpessa coniunctionem. Concipiunt etiam & pariunt scripturae, & non concipiunt nec pariunt. Concipiunt & pariunt iis qui Dei habent cognitionem, eis enim concipiunt & pariunt veritatem: non concipiunt autem nec pariunt haeticis, eos enim procul a se expellunt, ut qui non intelligant. Non intelligentibus plane sunt steriles scripturae: nam etsi ab haeticis saepe citentur scripturae, citatae tamen nihil eis profunt, ut quae eis non producant veritatem. Veritatem autem non producant nisi intelligantur, haetici autem eas non intelligunt, sed verum & germanum earum sensum deprauant & corrumpunt. Atque omnibus quidem hominibus vnum est & idem iudicium, sed varie applicatum non vnum & idem sed diuer-

sum efficit. Alij quidem sequuntur Dei verbum & rationem, quæ dicitur quid sit agendum: conuenienter autem verbo & rationi argumenta afferunt quæ probant & fidem faciunt. Alij autem Dei verbum non sequuntur nec rationem, sed totos se dedunt voluptatibus: ij non ea efficiunt argumenta quæ sunt probabilia & fidem faciunt eorum quæ sunt bona & honesta, sed torquent scripturas & inuitas cogunt seruire suis desiderijs & cupiditatibus. ^a *Principium enim.* Cum Dominus sit nostræ doctrinæ principium, à quo scripturas habemus per prophetas, Euangelium, & Apostolos, est ipsum principium indemonstrabile. Si enim esset demonstrabile alio opus haberet principio, nec esset amplius principium. Demonstrant autem scripturæ per fidem quæ sunt vox Domini. Est autem vox Domini magis fide digna, quæ uis demonstratio, vel potius est ipsa demonstratio. Quod si vox Domini est demonstratio, quæ sit in scripturis, non ab hominibus sed ab ipsis petendum est testimonium veritatis. Eam veritatis scientiam qui tantum gustarunt ex scripturis sunt fideles, qui autem ultra ipsas processerunt scripturas, & ad ipsam peruenerunt cognitionem, sunt perfectæ regulæ veritatis, ij autem non solum sunt fideles sed etiam cognitione præditi. Non solum autem sciunt quæ intellexerunt ex scripturis, sed nec ea ignorant quæ rudes callent artifices, & suis animis licet non scriptas communes imprimunt notiones, quod si scripturæ vim habent demonstrandi per fidem, nos ex fide quam habemus scripturis persuasue demonstramus. A Domino ergo qui est summum principium habemus scripturas, quas cum veras esse credimus per fidem, ex ipsis vere demonstramus. ^f *Quod si prophetis quoque scripturis uti ausi fuerint.* Cum ad veritatem ex fide demonstrandam scripturis utantur fideles, eis etiam utantur hæretici, ostendit Clemens, quænam sit inter eos differentia. Ambo quidem utantur scripturis, sed non eodem modo. Prophetis scripturis omnibus utantur fideles: hæretici autem non omnibus sed quibusdam tantum, neque iis perfectis, sed truncis & mutilis, nec ullam habentes rationem contextus scripturæ, sed si in prophetis aliqua sit ambiguitas, quæ dicta sunt ambigue ad suas traducunt opiniones, sola autem nomina attendunt, non attendentes quid ea significant. Porro autem falsâ dogmata in vulgus proferentes, euidenter pugnant cum omnibus scripturis: à fidelibus semper confutati calumniantur, eosque quæ à se dicuntur non intelligere aiunt, & prophetas scripturas non admittunt, ut quæ eorum scriptis non conueniant. Nonnunquam autem conuicti sua negant dogmata in quibus alioqui gloriantur, conuicti autem erubescunt ea confiteri. Cum certe ostensum fuerit ea quæ dicunt pugnant cum scripturis, qui dogmati præsumunt, nempe heresiarchæ, fatentur sua dogmata inter se non consentire, aut ipsam prophetiæ negant scripturam, aut spem quam ex sua doctrina conceperant despiciunt, ut qui frustra laborant. Confutari quidem ita deprimuntur. Quod si non confutantur, quicquid sentiunt euidenter existimant quam quod dixit Dominus per prophetas, Euangelium & Apostolos, cum autem videant sibi imminere periculum, ne vnum aliquod dogma, sed ne tota hæresis intereat, quam volunt conseruari, non quærunt inuenire veritatem. Cum enim quæ sunt apud nos in medio posita, vulgariaque & facilia, ut quæ scripta sint in triualibus parabolis legissent, ea contempserunt. Non quærunt, inquam, inuenire veritatem, quæ latet in vulgari & trito vulgi sermone: sed fide volentes esse superiores, excidunt à veritate. ^g *Quæ est autem apud nos agnitio veritatis.* Hæretici contemnentes scripturas quæ veritatem ex fide demonstrant, ostentationem sibi solum proponunt non veritatem: agnitio autem veritatis, quam habent fideles orthodoxi, efficit ut per ea quæ iam sunt credibilia, credantur ea quæ nondum sunt credibilia. In hoc enim quodammodo consistit essentia demonstrationis, ut ex iis quæ sunt vera & certa, ostendantur credibilia, quæ prius credi non poterant: ita quidem se gerunt fideles orthodoxi, qui habent (ut scribit Euangelium) aures audiendi. Audiendi autem aures habent qui non audiunt ad voluptatem, sed ad assequendam veritatem. Eas non habent hæretici, qui non audiunt id quod est vtile & honestum, sed parent voluptati & eam sequuntur. Quod autem ita sit ex hoc potest intelligi, quod si veritati parerent hæretici, ex praua opinione curaretur aliquis, sed nullus curatur. Triplici autem ratione curatur mala opinio sicut & quæuis mala affectio, nempe si & cognoscatur causa malæ opinionis, & sciatur quomodo ea tollatur, & si sese exercuerit & assuefecerit animus, ut ea possit sequi quæ esse bona & recta iudicauerit. Ut ea autem quæ recta & bona iudicauerit sequatur animus, fieri non potest, si sit turbatus falsis dogmatibus, sicut nec turbatus oculus, ea potest videre quæ sunt præ pedibus, nec turbatus quoque animus lucem potest perspicere, maximè qui falsis & quæ naturæ non conueniunt est excæcatus dogmatibus. Excæcatus autem animus, ut qui lucem non videat, facile capitur & decipitur, sicut anguilla excæcata capiuntur in aqua turbida. Porro autem comparat Clemens hæreticos cum malis pueris, qui pedagogum qui eos docet & instituit excludunt: prophetiæ enim sicut & totum fere verum testamentum sunt pedagogus ad Christum. Sed vetus testamentum reiciunt hæretici & Manichæi, quod ut iure facere videantur, mendacia & figmenta confarcinant, ut qui in veteri testamento, ut hoc exempli causa dicam, Deum dicant esse iustum, sed non bonum, cum tamen in vtroque vnus sit & idem Deus. In suas itaque Ecclesias non admittunt Prophetas, quas vident esse acres & vehementes in vitijs insectandis & malis reprehendis. Sunt ergo impij hæretici qui diuina præcepta non suscipiunt, nec sanctum Spiritum à quo per inspirationem aditæ sunt scripturæ. Jam vero ut melius intelligamus quales dicat esse Clemens hæreticos, eos assimilat amygdalis: inania enim dicuntur amygdala, non quod in eis nihil sit, sed quod illud quod est in eis sit inutile. Ita etiam inanes dicuntur hæretici, non quod in eis nihil sit, sunt enim in eorum scriptis multa, sed quod in eis nihil sit diuinum, neque quicquam ex iis quæ tradidit Christus, sed quæ sunt in eis sunt amara ut amygdala agrestia, & nihil omnino profunt, & sunt quæ ab ipsis traduntur dogmata, à Deo & Christo plane aliena, nisi si qua sunt adeo euidentia, ut ea auferre & abscondere non potuerint. ^h *Quomodo ergo in bello non est ordo deserendus.* Ut miles sequitur ordinem quem dedit dux exercitus, ita eum qui Christo nomen dedit, sequi oportet ordinem quem verbum dedit, qui est fidelibus princeps, & dux cognitionis & vitæ: cum sit ergo verbum princeps & dux noster, oportet & cognitionem nostram & vitam ei esse conuenientem, ut possit Deum sequi qui via recta omnia dirigit. Hoc is demum intelligit qui est cognitione præditus, non vulgus imperitum, quod nescit nec an sit aliquis sequendus, nec quis sit sequendus. Quod si quis verbum Dei, hoc est eius præceptum transilierit, & ita Deum

ita Deum offenderit, infirmus quoque euaserit & imbecillus, quod repentina aliqua visio se ei obtulerit, efficiendum est ut repentinæ eius visionis loco succedant visæ quæ sunt ex ratione, ut quæ à Verbo procedunt. Quod si quispiam è vulgo, id est qui nondum est cognitione præditus, victus fuerit à malo aliquo more & consuetudine quæ inualuit, curandum est ut in eo quod est perfectum & omni ex parte absolutum malus ille mos non conquelescat, sed aduersus eum fortiter pugnans se exercet animus. Quod si mala inuaserit dogmata, ea sunt subducenda, id est paulatim auferenda, & ij sunt aduendi qui rerum diuinarum periti non pugnancia, sed quieta ex scripturis constituunt dogmata, & carminibus sacris imperitos & simplices incantant, verborumque fugiunt strepitum & contentionem, & per testamentorum veteris scilicet & noui consequentiam explanant veritatem. Tales erant autem qui prisco seculo Christianam docebant Theologiam: sed hodie eiusmodi Theologis contemptris, qui docere possunt veritatem, quæ est grauis austeræ & seueræ, nos non tam ad eam declinamus quam ad opinionem ei contrariam. ⁱ *Atque cum sint quidem tres animæ affectiones, ignoratio.* Quoniam de veritate hic agitur à Clemente quæ percipitur scientia (est autem scientia animæ affectio) ut ea possit à cæteris distingui affectionibus, docet tres esse animæ affectiones, ignorationem, opinionem, & scientiam. In ignoratione autem dicit versari gentes, ut quæ Deum nesciant & à Deo sint alieni. In scientia autem versatur Ecclesia, quæ assequitur veritatem, quæ est ipse Deus, assequitur autem per demonstrationem ex ipsis scripturis. In opinione autem versantur hæretici, qui cum non sequantur scripturas, nec ex eis ullam certam afferant demonstrationem, verisimili tantum nituntur opinione. Affirmant omnes quæ dicunt & ij scilicet qui sciunt & qui opinantur, & ij qui nec sciunt nec opinantur. Et si tollatur quidem demonstratio, in affirmando sunt omnes pares, sed in hoc est superior Ecclesia, quod ex scripturis afferens demonstrationem, ad ipsam peruenit veritatem, quam sibi proponit: gentes autem non sibi proponunt veritatem sed voluptatem. Hæretes autem, ut quæ sint vincendi cupida, ad victoriam contendunt per litem & contentionem. Ecclesia autem non sibi proponit voluptatem, nec litem, nec contentionem, sed veritatem. Quos autem hic adducit Clemens, non omnes fuerant scriptores, etsi legantur omnes fuisse periti eius artis quam eis tribuit, præter Ischomachum, qui nescio an vsque legatur scripsisse de agricultura, ut nec eius fuisse peritus, sicut nec Lampis de re nautica, nec Charidemus de arte Imperatoria, neque Simon de arte equitandi. Sed cum hoc scripserit Clemens, quem temere scripsisse nefas est dicere, de eo quod scripsit sit penes eum fides. Legitur autem Perdix fuisse & caupo & claudus, à quo ortum est prouerbum *ἀπὸ δίκης σιελός* id est Perdix tibia, de quo vide in Chiliadibus Erasmi: Crobilus autem non legitur fuisse obsoniorum conditor, sed celestissimus leno, de quo est prouerbum apud Erasum, Crobili iugum, quod dicitur de societate duorum pari improbitate. Vide Erasum in Adagijs. De Archelao Iudææ tetrarcha, inter cætera legitur, quod fuerit saluator, sed non legitur scripsisse de arte saltandi: cæteri autem quos recenset, fuerunt celebres scriptores, adeo ut nemo eos dubitet scripsisse. Homerus poëta & Pirro ille contentiosus, qui primus de omnibus dubitandi artem induxit, ut videre licet apud Laërtium: Demosthenes orator eloquentissimus, Chrysippus dialecticus subtilissimus, Aristoteles rerum naturalium indagator perspicacissimus, & Plato philosophus, quo nemo inter Græcos de Deo scripsit diuinius. Cum autem de agricultura ageret Clemens, loco Ischomachi, de quo nihil vsquam legitur, aptius posuisset clarissimum poëtam Hesiodum, quo apud Græcos nemo melius scripsit de agricultura. ^k *Hanc ergo altitudinem minime assequuntur, qui non sequuntur.* Ut veritatem assequamur Deus est sequendus, qui nos ducit per scripturas ab eo inspiratas. Cum autem plurima fiant ab homine, & vix fieri possit ut non in aliquo peccetur, operæpretium est scire quæ sint principia peccati. Ea autem sunt, nempe ignoratio, & imbecillitas seu impotentia, vtrumque autem situm est in nostro libero arbitrio. Nam cum propterea ignoremus quod non discamus, & si non discamus, id nostræ culpe discere vel non discere, sunt enim nobis proposita ex quibus discamus, & si non discamus, id nostræ culpe est adscribendum. In nostra quoque est potestate, ab iis quæ concupiscimus, vel nos continere vel non continere: Et sit quidem per ignorantiam, ut non rectè iudicemus, per imbecillitatem verò & impotentiam sit ut non rectè agamus, & exequamur quæ bona & honesta fuerint iudicata. Si quis enim fuerit deceptus in sua sententia eo quod ignoret, etiam si potuerit agere quæ recta esse cognouerit, non poterit rectè agere. Recte enim agendi fons & principium est scientia, qua caret qui ignorat, neque qui potest iudicare, quod sit agendum, rectè agit si ad agendum sit impotens. Aduersus vtrumque peccatum, nempe ignorantiam & agendum imbecillitatis, data sunt duæ disciplina, veluti quædam remedia aduersus ignorantiam, cognitio, & demonstratio, quæ sumitur ex scripturis. Aduersus imbecillitatem & agendi impotentiam, data est frequens in agendo exercitatio ex verbo Dei, quam docet fides & timor Dei tanquam pædagogus. Nam lex quidem est, ut ait Paulus, pædagogus ad Christum: ad vitam autem ex virtute agentiam tanquam pædagogus nos ducit fides in Christum, & timor Dei. Vtrumque autem nempe fides in Christum & timor Dei, crescit in perfectam charitatem, quæ est finis & veluti colophon præceptorum Dei. Eius autem qui est cognitione præditus duplex est finis. Alius enim sibi proponit contemplationem ex scientia, & ad eum suum scopum dirigit. Alius autem sibi proponit operationem, & ex virtute actionem. ^l *Hæc quidem adduxi, volens adhortari studiosos.* Ostendit Clemens quamnam utilitatem accipere possint hæretici ex his Stromatum commeterijs. Aut enim eis lectis corrigentur & conuertentur ad Deum omnipotentem à quo defecerunt. Quod si tanquam surdæ apides non audierint canticum quod videtur nouum, nempe Euangelium, cum sit antiquissimum, vel quod sit à lege & ab antiquis prophetis prædictum, à Deo castigantur, admonitiones patienter ferentes, donec pudore affecti ducantur pœnitentia, non autem propter inobedientiam condemnentur, iudicium sua culpa sibi accersentes. Castigantur autem non solum hæretici, sed sunt etiam nostrorum à populo Dei dilabentium priuatæ castigationes, qui in delictum inciderunt, hæ dicuntur etiam disciplinæ. Disciplinæ autem dicuntur & castigationes, quod nos à diuina castigemur prouidentia, quæ suorum curam gerit, sicut castigantur pueri à patre & magistris. Dicitur autem Deus non punire: punit enim qui pro malo, nempe peccato admisso, malum reddit: castigat autem cuius

Chil. 2. cct.
2. pro. 29.
Chil. 2. cct.
2. prou. 21.

Rursus autem illa quoque contra sunt similiter immunda, quæ bifidam quidem habent ungulam, minimè autem ruminant. Hæc enim indicant hæreticos, qui ingrediuntur quidem in nomine Patris & Filij, accuratam autem eloquiorum declarationem subtiliter exprimere, & in tenues partes comminuere nequeunt, & iustitia opera paulò crassius, non autem accuratius & subtilius obeant, si modò obeunt. Iis qui sunt tales dicit Dominus: Cur mihi dicitis Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Sunt autem omnino immundi, qui neque bifidas habent ungulas, neque ruminant. Vos autem Megareses, inquit Theognis, neque tertij, neque quarti, neque duodecimi estis, neque in ratione, nec numero, sed tanquam pulvis quem projicit ventus à facie terræ, & tanquam stilla à cado. ^h His à nobis prætractatis, & loco morali nobis summatim sparsimque descripto, ut sumus polliciti, & quæ ad veram excitant cognitionem, ita hic & illic disseminatis dogmatibus, ut à quolibet ex iis qui mysteriis non sunt initiati, non facile possint inueniri sanctæ traditiones, aggrediamur quæ sumus polliciti. Sunt autem libri Stromatum utique similes, non illis elaboratis hortis in quibus sunt arbores & plantata, & in certum ordinem digestæ ad delectandos oculos: sed alicui potius spisso & umbroso monti, in quo simul sunt plantatæ cupressi & platani, laurus & hædera, mali & oleæ & ficus, de industria commistis plantis arborum fertiliū & infertiliū simul, propter eos qui quæ sunt pulchra & matura surripiunt & suffurantur, latere volente scriptura. Ex quibus cum viui radices sumpserit, & alibi inseruerit agricola, pulchrum hortum efficiet & nemus amœnum. Neque ergo ordinem, neque dictionem spectant libri Stromatum, cum etiam Græci de industria nolint adesse ornatum dictionis, & latenter dogmata inserant, & non ut rei habet veritas, hoc agentes ut si qui eorum scripta legant, sint laboriosi & acres ad inueniendum. Sunt enim multæ & variæ escæ propter multas piscium differentias. Atque adeo post hunc septimum librum Stromatum, de iis quæ deinceps sequuntur tractemus, aliud sumentes exordium.

COMMENTARIUS.

^a At inquit, dicta est inflare cognitio. Cum magnis laudibus fecisset Clemens scientiam & cognitionem, visum est illi esse respondendum obiectioni, quæ fieri posset aduersus cognitionem. Nam cum dicat Paulus inflare scientiam, obiici posset eam non esse laudandam quæ superbos reddat & elatos: ita enim accipiebant vocabulum inflatos. Ad hanc obiectionem duobus modis respondet: inflatus enim dici potest superbus & elatus, in quo sensu si accipiatur vera cognitio & scientia, non reddit superbum & arrogantem, sed ea quæ non est scientia, sed tantum esse videtur. Sin autem per inflare significet Apostolus non superbum reddere & arrogantem, sed confidere, & magno & excelso esse animo, eo quod ex scripturis habeat cognitionem, quæ facit ut contemnatur quod trahit ad peccatum. Soluitur obiectio, nec vituperanda, sed potius laudanda est cognitio. In hunc sensum vult Clemens accipi inflare, & in Ecclesiastico, & apud Paulum in Epist. 1. ad Corinth. Non enim efficit Dominus ut qui sapiunt ex scripturis sint superbi & arrogantes, sed ut rectè & præclare, & rite sentiant: nihil autem est maius veritate: non ergo tumidos & arrogantes reddit scientia & cognitio, sed efficit ut sit magna & præclara quam ex scripturis acceperunt sententia. ^b Notus enim est ut ait David in Iudæa. Præclara autem & magna scientia est Dei cognitio, quæ cum Israëliti populi esset propria & peculiaris pulchrè dixit David; Notus in Iudæa Deus, quoniam Iudæi eum per scientiam agnitiū confitebantur. Interpretatur autem Iudæa confessio. Tum demum autem verè notus est Deus si eius præcepta seruentur, quæ diriguntur ad vnā proximi dilectionem, non verè autem diligitur proximus nisi propter Deum diligitur, qui est scopus & finis charitatis. In hoc ergo consistit Ecclesiastica veritas, si Deus intelligatur & diligitur. Hoc est faciendum ei qui est præditus cognitione. Non est autem Ecclesiastica suffuranda veritas, ut faciunt hæretici qui contra regulam faciunt Ecclesiasticam, Deo non seruientes, sed propriæ suæ gloriæ, & cupiditati: fraudem facientes proximis, quos in hæresim, & errorem attrahunt, adulterantes & corrumpentes veritatem, cum oporteret eos illam seruare integram, & docere eam tenere & amplecti. ^c Quod autem Ecclesia catholica postiora sua fecerint conciliabula. Paucis ostēdit Clemens catholicā Ecclesiam hæreticorū conciliabulis fuisse antiquiorem, ut planum sit stultè hæreticos suam iactare antiquitatem. Catholica Ecclesia cœpit à doctrina Christi. Tempore autem Augusti natus est Christus, passus autem est tempore Tyberij, durauitque eius doctrina quam prædicando exposuit vsque ad medium eius regni. Doctrinam Christi secuta est doctrina Apostolorum quam tradiderunt vsque ad Paulum. Paulus autem regnante Nerone martyrio fuit coronatus, & ita eo mortuo cessauit eius doctrinæ prædicatio. Multis autem post annis sua dogmata excogitarunt hæretici, cœperunt autem suam doctrinam tradere hæretici à tempore Adriani vsque ad ætatem Antonini maioris.

De his

De his autem veteribus hæreticis non est quod plura dicamus, cum eorum historiam videre liceat apud Irænum, Epiphaniū, & apud Theodoretum de fabulis hæreticorum. In his tamen non memini, me aliquid legere de Glauca, nec Theodato quorum hic meminit Clemens. Si autem his hæresibus longe antiquior fuit Ecclesia Catholica, quanto magis his hæresibus quæ ad nostra vsque tempora peruenere? ^a Ex his quæ dicta sunt manifestum esse existimo. Dicit Clemens vnā solam esse Ecclesiam eamque antiquissimam, ut quæ imiteretur principium quod est vnum. Vnum autem principium est Deus, ut ergo Deus est vnum essentia: ita etiam Ecclesia in vnum coaptatur naturam. Hæretici autem conantur multas ex vna facere, & in multa schismata eam scindere, quæ dicuntur hæreses. Non solum autem vna est & sola essentia, sed etiam vna & sola cogitatur, & suo principio quod est Deus, & excellētia quæ superat omnes alias cōgregationes. Ea est antiqua & Catholica: Antiqua, quod antiquitate superet omnes alias sectas, quæ se ab ea separauerūt. Catholica autem, quod sit & omni tempore, & in omni loco, Dominus autem in ea congregat in vnitatem fidei eos, quos sancto suo proposito præordinauit, & ut iusti essent prædestinavit antequam crearetur mundus. Ea autem fides est, vel ex duobus testamentis veteri scilicet & nouo, vel ex vno potius testamēto quod pro varietate temporum videtur diuersum. Vnum autem est quod in eo sit vna in Christum fides qui vel venturus ad salutem expectatur, vel iam venisse & nos redemisse creditur. ^b Cæterum Ecclesie quoque eminentia. Sicut vniuersitatis cōstructio est ex vnitare, quæ est Deus qui est omnium principium, ita etiam Ecclesie principium est vnitatis, id est Deus, per quem fit ut omnibus emineat, & omnia superet, & nihil habeat sibi simile & æquale. ^c Atque de his ut quidem. Ut fuerunt variæ hæreses, ita etiā fuerunt variæ hæreticorum appellationes. Alij sunt appellati à nominibus eorum qui hæresum dogmata inuenerunt, ut Valentiniani à Valentino, Marcionistæ à Marcione, Basilidiani à Basilide, qui tamen se gloriantur opinionem accepisse à Mathia, quod esse falsum ex hoc constat quod fuerit vna & eadem omnium Apostolorum doctrina: quam obrem fuit vna & eadem traditio. Non aliud ergo tradidit Mathias, quam Petrus, & cæteri. Alij autem sunt à loco denominati, ut Peratici vel Peræi à Peræa regione vltra mare mortuum in Monbitide regione, circa torrentem Aruorum, & vterius in Iture & Nabitide ut scribit Epiphanius, vocantur autem Saraplei, & Helcesæi. Alij autem à gente Phryges quorum Montanus gloriabatur se esse paracletum. Alij ab operatio- ne ut Eucratitæ qui se continebant ab omni venere, & dicebant esse nefarium etiam ipsum matrimonium. Alij autem à suis dogmatibus denominati sunt ^d *domitii*, quod falsam phantasiā & visionem habebant pro vera. Sed qui sint quos vocat Clemens Hamatitas nusquam me legisse memini. Alij autem appellati sunt Cainæ quod Cain colerent & adorarent. Alij Ophiani ab adoratione serpentis: idem enim est Ophis Græcè quod serpens latinè. Quinam autem sint qui ex Simonianis dicantur Euchitæ non memini me legere, nō taciturus si vsquam inuenero. De Euchitis quidem scribit Theodoretus quos vocat etiam Mellalianos, qui spreto baptismo, & cæteris quæ ad Christianam pertinent religionem, solam perpetuam amplectuntur præcationem bonas & pias actiones nihil omnino curantes, sed quod ij essent ex Simonianis seu Simonis Magi asseclis ne verbum quidem. ^e Cum autem iis, qui Ecclesia. Cum de Ecclesia Catholica, & de hæresibus multa dixisset Clemens, & septimo libro finem esset impositurus, ut qui ex Ecclesia mystica & arcana sensa cōtemplantur, ut ea veluti paruo aperto foramine melius considerent, ex Leuitico sumptam de mundis & immundis animalibus legem transfert ad allegoriam. Quæ sunt enim in veteri testamento scripta sunt omnia in typis & figuris. Munda esse animalia dicit scriptura, tam ad comedendum quam ad sacrificandum, quæ & ruminant & bifidas habent ungulas, immunda autem quæ neque ruminant, nec bifidas habent ungulas. Quæ fidas autem habent ungulas, & ruminant, ea significant fideles, quorum duplex est fides, firma, & stabilis, quæ eos ducit ad patrem, & filium: Ij etiam dicuntur ruminare quod sacras scripturas meditantur, eas in mysticum subtilemque, & spiritualem sensum communiunt: & ruminant quidem vulgares Iudæi, ut qui in lege Dei & scripturis meditentur, sed bifidas non habent ungulas, nam in ore quidem habent scripturas, & eloquia Dei, sed non habent fidem quæ est fundamentū & veluti basis veræ religionis quæ ad patrem ducit per filium, solus enim filius nouit patrem, & cui filius reuelauerit. Sunt ergo immundi Iudæi, qui fidas non habent ungulas: nam licet credant in patrem, in filium tamen non credunt qui solus potest deducere ad patrem. Hæretici autem credunt quidem in patrem & filium, & ea ratione sunt mundi, sed sunt immundi quod non ruminant. Non ruminant quod scripturas & Dei eloquia, in mysticos & spirituales sensus nō diuidunt, & iustitiæ opera quæ traduntur à scripturis nō spiritualiter exequuntur, imo ne exequuntur quidem: ij frustra Dominum inuocant, cum non faciant quæ iubet Dominus. Inanis enim est fides, quam non sequuntur opera quæ veram & viuam fidem esse testantur. Omnino autem sunt immundi, qui neque bifidas habent ungulas, nec ruminant, id est qui neque credunt in patrem & filium, neque conuenienter fidei bonas & sanctas faciunt operationes. De his dicit Clemens quod dicit Theognis de Megaresibus, eos neque esse tertios, neque quartos, neque duodecimos, & in nullo esse numero, nec ratione. Nec enim sunt Catholici, nec Iudæi, nec hæretici. Sunt ergo inter eos referendi, qui planè sunt impij & verè ^f *æro*. Impiorum autem non magis habenda est ratio, quam pulueris, quam ventus proicit super terram, & stillæ quæ cadit à cado, & cadendo perit pœnitens, nec est vllius momenti. ^h His à nobis prætractatis. Huic septimo libro finē impositurus, & ea quæ deinceps sequuntur progressurus, admonet lectorem, quid in legendis Stromatis sit spectaturus. Dicit enim librum Stromatum non esse similem horto, in quo sunt arbores plantatæ, & in certum ordinem digestæ, sed alicui plantario, in quo sunt variæ arbores tam fertiles quam infertiles, ex quo sumuntur alibi plantatæ viui radices. Ex his desumptis pulchrum hortum & nemus amœnum facit Agricola. Dicuntur autem Stromata, quod sicut stragula vestes, sint veluti ex variis cœtonibus cōtextæ, nec in eis est quærendus orationis, sed quærenda potius quæ possunt esse vsui rei tractatæ de qua agitur. Sicut etiam apud Græcos in eorum scriptis latent dogmata, ut qui ea legunt ad ea inuenienda sint diligentiores, & acriores. Quomodo autem vbi sunt varij pisces sunt varij cibi, ita vbi varij textuntur centones, sunt etiā varia quæ traduntur. Septimo autem libro finito, octauum incepturus aliud sumit exordium.

CLEMENTIS ALEXAN-
DRINI STROMATVM
LIBER OCTAVVS.



ED^a neque antiquissimi Philosophi ad contendendum ferebantur & ad dubitandum, nedum nos qui amplectimur eam quæ verè est philosophiam, quos apertè causa inuentionis ad perscrutandum quærere iubet scriptura. Recentiores autem Græcorum Philosophi, inani laudis cupiditate commoti, refellendo simul & contendendo, ad nugæ deducuntur inutiles. Contrà autem barbara philosophia omnem expellens contentio-

Luc. II.

nem: Quærere, inquit, & inuenietis: pulsate & aperietur: petite & dabitur vobis. Atque pulsat quidem per inquisitionem, quæ per interrogationem & responsionem habetur oratio, veritatis fores, per id quod apparet. Apertè autem per scrutationem eo quod est impedimento, ingeneratur contemplatio quæ est ex scientia. Iis qui sic pulsant aperitur, ut opinor, id quod quæritur. Et iis qui sic petunt interrogationes per scripturas, ad quod quidem à Deo contendunt, fit donatio diuinitus data cognitionis, comprehendendo per rationalem quæ verè elucet inquisitionem. Non enim fieri quidem potest ut inueniat, non autem quærat: neque ut quærat quidem, non perscrutetur autem, & explicet & aperiat per interrogationem, ad euidentiã deducens id quod quæritur: neque ut rursus procedens per omnem examinationem, non deinceps accipiat premium, videlicet scientiam eius quod quæritur. Sed potest quidem inuenire qui quæserit: quærere autem, si prius existimauerit se nescire. Hinc autem ductus desiderio ad id quod bonum est & honestum inueniendum, benignè quærere, citra contentionem & citra gloriæ cupiditatem, interrogando & respondendo, & ea etiam quæ dicuntur considerando. Oportet enim non solum eos qui ad diuinas se applicant scripturas, sed eos etiam qui communes insequuntur notiones, ita proponere quæstiones ut desinat inuentio in finem aliquem utilem. Turbulentos enim homines, & forenses inuentiones, alius excipit locus & alia turba: cum autem qui veritatis simul est amator & familiaris, decet esse pacificum, & in inquisitionibus, per demonstrationem quæ sit ex scientia, non nimio sui amore laborantem, sed veritatis amantem, accedere ad eam quæ comprehendit cognitionem. ^b Quenam autem fuerit alia melior aut euidentiõr methodus ad principium talis doctrinæ, quàm nomen propositum tam apertè oratione persequi, ut id assequantur quicumque eadem voce vtuntur? Estne demonstrationis ergo nomen eiusmodi, cuiusmodi est Blityri, vox solum nihil significans? Et quomodo neque Philosophus, neque Orator, sed neque Iudex, tanquam nomen nihil significans profert demonstrationem, neque aliquis ex iis qui iudicio contendunt, ignorat esse significatum? Iam verò Philosophi excogitant demonstrationem, ut quæ consistat, alius aliter. De qua uis ergo re quæsitã si quis rectè tractet, non ad aliud principium quod sit certum & extra controuersiam potius deducet orationem, quàm ad id quod quicumque sunt eiusdem gentis & sermonis, ex appellatione fatentur significari. Deinde ab eo progrediendo, necesse est quærere, existat nec ne id quod oratione significatur. Deinde si esse ostensum fuerit, accuratè quærendum est qualis sit eius natura, & num ordinem datum superet. Si autem non sufficit id solum quod visum est, absolūtè dicere de eo quod quæritur: licet enim ei qui aduersatur ex æquo contrà quod velit pronunciare, sed oportet confirmare id quod dictum est. Et si eius quidem referatur iudicium ad id de quo similiter dubitatur, & illius rursus ad alterum de quo dubitatur similiter, procedet in infinitum, & non poterit demonstrari. Si autem eius quod

eius quod certum est & extra controuersiam, referatur fides ad id quod omnes consententur, illud est constituendum doctrinæ principium. Omne ergo nomen propositum, est sumendum ad orationem quæ est certa & extra controuersiam, & manifesta iis qui sunt participes considerationis, futurum quidem doctrinæ principium, expositurum autem inuentionem eorum quæ quæruntur. Agè ergo propositum sit nomen Sol: dicunt itaque Stoici eum esse intelligens vinculum ex aquis marinis. An non est ergo oratio seu definitio, ipso nomine obscurior, quæ alia demonstratione indiget an sit vera? Melius est ergo dicere communi & aperta oratione, Solem nominari id quod est splendidissimum eorum quæ cælum obeunt. Est enim, ut opinor, fide dignior, & apertior, & quam omnes similiter consententur homines, hæc oratio. Similiter autem demonstrationem quoque omnes homines confessi fuerint esse rationi consentaneam, quæ iis de quibus dubitatur, ex iis quæ sunt certa & extra omnem controuersiam, facit fidem. Non solum autem demonstratio & fides & cognitio, sed etiam præscientia seu præcognitio dicitur duobus modis: una quidem quæ est ex scientia, firma ac stabilis: alia autem solum ex spe. At propriè quidem dicitur demonstratio, quæ fidem indit ex scientia animis eorum qui discunt: altera autem est ex opinione. Sicut etiam homo, unus quidem verè est homo qui communem habet prudentiam: alter verò agrestis & beluinus. Sic etiam dixit Comicus: Caries est homo, donec fuerit homo. De boue quoque, equo, & cane eadem est ratio, prout fuerit virtus vel vitium animalis: respicientes enim ad perfectionem generis, venimus ad ea quæ sunt præcipua ex significatis. Ecce enim medicum intelligimus, cui nihil deest medicæ facultatis: cognitione autem præditus, eum cui nihil deficit cognitionis quæ est ex scientia. A syllogismo autem differt indicatio, quatenus id quidem quod indicat, unum significat, cum sit unum: ut, uterum gerere dicimus esse indicium quod non sit amplius virgo. Quod autem in syllogismo sumitur, cum sit unum, plura consequitur: ut, quod Pytho proderet Byzantinos, exempli causa, non unum, sed plura sumuntur quæ id significant. Et concludere quidem ex iis quæ quis confitetur, est ratiocinari seu syllogismum conficere. Ex veris autem aliquid concludere, est demonstrare, adeo ut sit quædam composita utilitas demonstrationis: nempe ut ex eo quod quæ sumuntur vera sumat ad ea quæ quæruntur, & ex eo quod inferatur consequens conclusio. Quod si non sit prius, vel id non consequatur secundum, non demonstrat quidem, sed est ratiocinatus, seu effecit syllogismum: assumptis enim propositionibus conuenientem inferre conclusionem, solum est ratiocinari. Ex assumptis autem propositionibus esse etiã unamquamque veram, non solum est ratiocinari, sed etiam demonstrare: concludere autem, quod est $\pi\epsilon\rho\alpha\iota\tau\epsilon\upsilon$, ut etiam patet ex nomine, est ad finem deducere. Est autem in unaquaque oratione finis id quod quæritur, quod etiam vocatur conclusio. Nulla autem simplex & prima oratio vocatur syllogismus, etiam si sit vera, sed est ad minimum composita ex tribus huiusmodi: duabus quidem, & quæ sumuntur propositionibus, una autem, ut conclusione. Aut enim omnia egent demonstratione, aut etiam quædam ex iis sunt credibilia. Sed si prius quidem verum est: uniuscuiusque demonstrationis petentes demonstrationem, procedemus in infinitum, & sic euertetur demonstratio: sin autem secundum ea ipsa quæ ex se sunt credibilia, erunt principia demonstrationum. Iam verò Philosophi fatentur esse indemonstrabilia principia vniuersorum: quamobrem si est demonstratio, omnino necesse est prius aliquid esse ex se credibile, quod quidem primum dicitur & indemonstrabile: ad fidem ergo indemonstrabilem reducitur omnis demonstratio. ^a Fuerint autem alia quoque principia demonstrationum post eum fontem qui est ex fide, nempe ea quæ euidenter apparent ex sensu & intelligentia. Nam ea quidem quæ ex sensu euenerunt, sunt simplicia, & eiusmodi ut solui nequeant: quæ autem ex intelligentia, simplicia, rationalia, & prima:

quæ autem ex his gignuntur, sunt quidem composita, sed nihilo secius euidencia, & credibilia, & primis magis rationalia. Quam ergo propriam orationis facultatem habemus omnes natura insitam, ea est ex eo quod est consequens, & eo quod repugnat. Si qua ergo fuerit eiusmodi inuenta oratio, ut ex iis quæ iam sunt credibilia, iis quæ nondum sunt probabilia possit fidem facere, eam ipsam dicemus esse essentiam demonstrationis. Dictum est autem fidei quoque & demonstrationis genus esse duplex: unum quidem, quod solam affert persuasionem animis auditorum: alterum verò, quod efficit scientiam. ¹⁰ Si quis ergo inceperit ex iis quæ sunt euidencia sensui & intelligentiæ, & deinde conuenientem intulerit conclusionem vere demonstrat: sin autem ex opinabilibus solum, sed non primis, hoc est, neque sensu euidentibus nec intelligentiæ, si conuenientem quidem inferat conclusionem, ratiocinabitur quidem, sed non quæ scientiam constituat efficiet demonstrationem: sin autem non conuenientem, ne omnino quidem ratiocinabitur. ²⁰ Differt autem demonstratio à resolutione. Vnumquodque enim ex iis quæ demonstrantur, demonstratur per quædam quæ demonstrantur, illis quoque prius demonstratis ab aliis, donec recurramus ad ea quæ sunt per se credibilia, aut ad ea quæ sunt euidencia sensui & intelligentiæ, quod quidem nominatur resolutio. Demonstratio autem est, quando à primis venit id quod queritur, per omnia quæ sunt intermedia. Oportet ergo virum qui est præditus facultate demonstrandi, veritatis quidem propositionum multam curam gerere, nomina autem non curare, siue quis pronuntiata, siue propositiones, siue assumptiones quis eas malit vocare. Similiter autem magna quoque cura est gerenda, quorumnam ³⁰ subiectorum quid concludat: an autem concludentem orationem, an syllogisticam quis velit appellare, non curare. ⁴⁰ Dico enim eum qui demonstrat, oportere hæc duo obseruare in omnibus, nempe ut veras quidem assumat propositiones, eis autem consequentem inferat conclusionem, quam quidem nonnulli etiam appellant *ἐπιφορὰν*, hoc est, illationem, id scilicet quod in unaquaque quæstione infertur propositionibus, de eo quod queritur: atque diuersis quidem opus est propositionibus. Ei autem quod est propositum, id quoque quod est ei propositum ad orationem, conueniens assumere necesse est: & hanc orationem oportet esse apud omnes certam & extra omnem controuersiam. Si sumantur ⁴⁰ autem propositiones quæ quæstioni propositæ non conueniant: non contingit eum aliquid rectè inuenire, cum ignoretur tota quæstio proposita, quæ etiam quæstio naturæ appellatur. ⁵⁰ In omnibus ergo quæ queruntur, est aliquid quod prius queritur, quod cum sit omnino ex seipso credibile, creditur absque demonstratione, à quo quidem est procedendum ad eorum inquisitionem, statuendumque est id esse iudicem eorum quæ videntur esse inuenta. Omnis enim quæstio inuenitur ex ea quæ prius consistit cognitione: esse autem cognitionem quæ prius constiterit ante quamcunque rem quæ queritur, aliquando quidem solummodo essentiæ, cum eius ignorentur munera & officia, ut verbi causa, lapidum, & omnium animantium, quorum ignoramus operationes, aut affectionum, aut facultatum, aut, ut semel dicam, eorum quæ insunt in iis quæ sunt. Nonnunquam autem cognosci quidem aliquid ex his facultatibus, vel affectionibus, vel aliqua ex his, ut animæ cupiditates & affectiones: ignorari autem & queri essentiam. In multis autem cum ipsa nostra intelligentiæ sit sibi ipsi subiecta, hæc omnia in quæstione versari cuiusnam ⁶⁰ ex substantiis sic insunt. Nam cum utrorumque, essentiæ scilicet & operationis, notiones cogitatione conceperimus, ita quæstionem aggredimur. Sunt autem etiam aliqua, quorum eum sciamus operationes simul cum essentiis, ignoramus affectiones.

* SED neque antiquissimi philosophi. Non est dubium hic aliquid deesse, ut quæ sequuntur cohæreant præcedentibus, sed quid agas cum vnicum inueniatur exemplar, nec spes sit aliud inueniendi? Non est tamen ideo à cæpto desistendum, & quod nobis est reliquum, est quomodo poterit explicandum. Videtur autem huius octauæ libri esse scopus & institutum, ut doceat quomodo ad barbaræ seu hebrææ, quæ eadem est quæ Christiana, philosophiæ cognitionem sit procedendum. In ea ergo dicit esse abstinendum, à contentione, & dubitatione, maxime cum ab ea abstinerent etiam veteres philosophi, tantum abest ut contentiosos, litigiosos, & dubitandi studiosos eos esse oporteat, qui veram nempe diuinam amplectuntur philosophiâ, ¹⁰ quos querere non autem contendere & dubitare iubet scriptura, ut inueniât. Inter veterem ergo & barbaram, seu diuinâ quæ est Christiana philosophiâ, in hoc bene conueniebat quod vtraque non contenderet, neque dubitando disceptaret, sed tantum quereret ut inueniret. Iuniores autè Græci philosophi contendendo, & se inuicè refellendo, veritatè amittebant, & ad nugæ deueniebant quæ nihil afferebant utilitatis, sed iubet scriptura non contendere nec dubitando disceptare, sed querere, pulsare, & petere. Pulsat autem ea oratio, quæ interrogando & respondendo, pulsat ostium veritatis, ut ad eam possit ingredi: pulsat autè per id quod est probabile, & verisimile. Qui sic ingreditur ad veritatem, perferutando aperit id quod erat impedimento. Ablato autem impedimento se ostendit scientia quæ generat contemplationem. Rei enim quæ ignoratur nulla potest esse contèplatio. Ea enim contemplamur quæ menti nō minus sunt perspicua, quam quæ cernuntur oculis corporis: qui veritatis fores sic repulsat, inuenit quod querit. Ut autem qui querit ²⁰ inuenit, ita qui petit, sit modo petitio & interrogatio conuenienter scripturis, quæ docent quid & quomodo sit à Deo petendum. Petenda est autem à Deo diuina cognitio, non leuiter autem est petendum, sed acriter contendendum. Si ita petat is qui petit à Deo, datam cognitionem accipit. Ne autem putes tantum esse petendum, & citra laborem scientiam esse assecuturum, dicit eam donari comprehendendo per rationalem inquisitionem: non cōprehenditur enim nisi cū inquiritur. Inquirendi autem instrumentum est ratio, quæ elicit, id est quæ non est otiosa, sed ratiocinando se ostendit. Ad inueniendum autem his gradibus proceditur. Ut inueniatur est querenda, queritur autè perferutando & explicando, perferutatio autem fit per interrogationem: interrogando enim & respondendo, ad euidenciam ducitur quod queritur. Bene examinato autem quod queritur, eius nempe scientiæ, accipitur præmium. Ita inuenit qui querit, sed ad ³⁰ querendum nemo accedit nisi fateatur se nescire. Scientiam ergo quam non habet non inuenit qui est superbus & elatus, & quod nescit se sibi scire persuadet. Qui autem se scire nescit, & à natura insito sciendi tenetur desiderio, querit scientiam non per contentionem & inanis gloriæ cupiditatem, sed benigne interrogando & respondendo, & quæ vtrique dicuntur considerando. Oportet enim proponere quæstiones non solū Theologas, sed etiam vulgares, ut pro sit inuentus eorū finis: distinguendi enim sunt homines veritatis studiosi & amantes, ab hominibus turbulentis, & qui forensi agitantur strepitu. Hos enim dedecet esse contentiosos, & ea sectari quæ lites pariunt, sed eos qui amant veritatem decet esse pacificos nec *φιλαυβῆς*, id est sui amantes, sed veritatis, & ad eam acquirendo peruenire, per demonstrationem quæ ex scientia perficitur, & ad cognitionem quæ eam cōprehendit. ⁴⁰ Quenam autem fuerit alia melior. Non est alia melior via & ratio, nec clarior qua perueniatur ad principium doctrinæ quam nomen propositum ita oratione explicare & definire, ut quicumque ea voce vtantur id intelligât. Cum sit ergo demōstratio, oratio nominis propositi, & de quo agitur, significatum explicans, non est demonstratio similis vocabulo, *βλῆρι*, quod est vox nihil omnino significans. Quod autem aliquid significet demonstratio, ex hoc est perspicuum, quod & Philosophus, & orator, & iudex eam aliquid significare intelligant. Imo vero ne ij quidem qui apud iudicem litigant, ignorât eam aliquid significare. Philosophi certè non ita cogitant de demōstratione, tãquam quæ nihil significet, sed tanquam de ea quæ sit, & vere cōsistat, licet de ea diuersi diuersa dicât. Qui est ergo de re quæ sita tractaturus, non aliud doctrinæ sumet principium quod sit certum, & de quo nō possit dubitari, quam quod omnes qui eodem vtuntur sermone, fatentur idem significare: sed fieri potest ut sit aliquid de cuius significato nemo dubitat ex iis qui eodè sermone vtuntur, dubitatur tamen an existat id quod significatur. Apud omnes qui eodè sermone vtuntur de significatione Hippocœturi nō dubitatur, dubitari tamè potest an existat Hippocœntaurus: Quod si esse cōstitit, adhuc potest dubitari qualis sit eius natura, ⁵⁰ ut scilicet constituatur eius speciem constituens differentia, & intelligatur cuius sit ordinis, & an datum ordinè tràsiliat. Non satis est autè absolutè dicere, id quod visum fuerit de eo de quo queritur, & de quo dubitatur, potest enim is qui cōtradicit, eius quod dictū est dicere contrariū. Oportet ergo ut qui dicit id probet & cōfirmet. Quod si illud de quo dubitatur, & de quo queritur referatur ad alterū de quo similiter dubitatur, & illud ad alterū, & similiter procedatur in infinitū, nulla poterit statui demōstratio. Tum demum autè verè demōstrabitur, si illius rei de qua queritur fides referatur ad id principiū quod omnes fatentur, idque est doctrine principium quod est inuenturum ea quæ queruntur. Ut autem melius intelligatur quidnā sit quod omnes fatentur, adfert duas Solis definitiones. Vnam Stoicorum qui dicūt Solem esse intelligens vinculū ex aquis marinis: quæ est adeo obscura, ut ad eam intelligendam opus sit alia definitione. Altera quæ est vulgo nota, & quam omnes veram esse fatentur, Sol est splendidissimū eorum quæ cælū obeunt. Quod ⁶⁰ autem verti, intelligens vinculū, melius est si vertatur, intelligentem fulgorè, Græcè enim est legendū non *ἀσπυμα*, sed *ἐναυμα*, id est splendore vel iubar. Est autem longè certior & credibilior à vulgo definitio, quam Stoicorū. ⁶⁰ Similiter autem demonstrationem. Ut definitio ita etiā ea demōstratio est rationi conueniens, quæ ex his quæ sunt certa & indubitabilia, facit ut credatur ea de quibus queritur & dubitatur. Ut autem in demōstratione & fide, nempe argumētis quæ probant, sit fides ex iis quæ sunt certa & indubitabilia, ita etiam præscientia: nam ut ex iis quæ sunt certa, & indubitabilia, demōstratur scientia eorū quæ sunt præsentia, ita etiam ex iisdem demōstratur futurorum præscientia. Et quæ ex scientia quidè est præscientiæ demōstratio adeo est firma, & stabilis, ut nō possit excidere: quæ autè non est ex sciētia, sed ex spe quæ procedit ex opi-

nione & probabilitate non est adeo certa, ut qui credit non possit falli. Cum autem duobus modis probetur aliquid, & per demonstrationem quæ est de certis & quæ non sunt dubitabilia, & per syllogismum ex probabilibus & verisimilibus, utrumque quidem dici potest demonstratio, sed ea proprie est demonstratio, quæ est ex certis & indubitabilibus. Quod si quid probetur ex probabilibus & verisimilibus, dici etiam poterit ratio, sed improprie. Cuiuscunque autem vocabuli cum duo sunt aut plura significata, id est accipiendum quod proprie significatur, Homini est unum vocabulum: duo autem habet significata. Nam & homo dicitur, in quo animi motibus imperat animus, nempe communis prudentia, & homo dicitur in quo animi perturbationibus tanquam quibusdam belluis seruit animi prudentia: sed cum de homine loquimur, de eo proprie loquimur in quo imperat ratio, non autem in quo dominantur feri & agrestes animi motus, ita etiam bos quoque equus & canis dicitur in quo est perfecta virtus cuiusque animalis in suo genere, & proprie dicitur bos, equus, & canis in quo cuique sua virtus. Dicitur etiam eodem nomine is qui est vitiosus, sed improprie. ⁴ *Euerint autem alia quoque principia.* Præter id principium demonstrationis, quod est per se credibile, & non eget vlla demonstratione, sunt etiam alia quæ sunt ex sensu euidencia, & alia quæ ex intelligentia. Ex sensu euidencia sunt ipsa sensuum obiecta, ut ignis qui ita cadit sub sensum tactus, ut ex innato colore probetur esse ignis, non confutari possit non esse ignem, cum is sit simplex, nec possit diuidi. Nam si possit diuidi, ostendi posset eum id non esse quod erat antequam diuideretur, sed non diuiditur, & ideo non dissoluitur. Quæ autem sunt euidencia ex eo quod apparet ex intelligentia, ea sunt quæ sunt in vniuerso, & in genere notiones, ea etiam sunt simplicia, ut obiecta sensuum, & ideo non possunt diuidi nec dissolui, sunt etiam rationalia in quo differunt ab obiectis sensuum, quæ solo sensu percipiuntur non autem ratione. Sunt ea quoque prima: sunt enim quæ sunt mentis ac rationis priora iis quæ sunt corporis, & ita sunt priores sensibus, iis quæ sunt in vniuerso & in genere notiones. Sunt etiam omnium primæ notiones, quæ non sunt vniuersæ, & in genere, sed quæ sunt vnicæ & singulares, plura tamen comprehendant quam quæ sunt vniuersæ & in genere, talis est quæ in hominum animis impressa est Dei notio, & quæ Dei sunt administræ mētēs & intelligentiæ. Porro autem cum suam habeat generationem, & quæ sunt ex intelligentia, & quæ ex sensu, quæ gignuntur quidem sunt composita, sed non modo corporali. Sunt tamen æque euidencia ac prima, ut ea ex quibus nascuntur, & non minus apta ad efficiendam orationem. Cum autem superius dixisset effici demonstrationem & ratiocinationem, ex tribus orationibus, quæ sunt propositiones, hic quidem dicit orationis propriam facultatem nobis à natura esse insitam, sed consistere & ex eo quod est consequens, & eo quod repugnat: si sit quidem priori consequens id quod secundo loco dicitur, cohærebit & rectè consistet oratio, si autem pugnantia sequentia cum prioribus, minime cohærebit & consistet oratio. Quod si inuenta fuerit talis oratio, quæ per ea quæ sunt per se credibilia, probet ea quæ non sunt probabilia, ea oratio erit essentia demonstrationis. Demonstratio enim est quæ per ea quæ sunt per se credibilia & fidem facientia, probat ea quæ alioqui ex se non crederentur. Duplex autem est probatio nempe syllogistica & demonstratiua. Syllogistica ex probabilibus & opinabilibus efficit ut vera tantum esse credantur quæ audiuntur: Demonstratiua autem efficit ut ex iis quæ per se sunt certa & credibilia, non solum vera esse credantur quæ inferuntur & concluduntur, sed eorum quoque sit certa & indubitabilis scientia. ⁶ *Differt autem demonstratio à resolutione.* Paucis hic exponit Clemens quid differat demonstratio à resolutione, quod fuscè & copiosè tractat Aristoteles in Analyticis. Nominatur, inquit, resolutio, quando resolutis omnibus quæ demonstrant, & illis rursus ab aliis demonstratis, peruenitur ad ea quæ per se fidem faciunt, aut ea quæ sunt euidencia sensu, & intelligentia. Demonstratio autem est quando ab iis quæ sunt prima fit conclusio quæstionis, per omnia quæ sunt intermedia. Oportet autem eum qui scit quomodo sit demonstrandum, dare operam ut veræ sint quas assumit propositiones, quomodo cunque eæ vocentur, de nomine enim nihil refert, modo cõstet quidnam sit, parum ergo refert vocenturne pronunciata an propositiones ante assumptiones. Diligenter etiam est considerandum quidnam concludatur ex assumptis propositionibus, nec multum laborare quomodo vocetur quod concluditur, an oratio quæ concludit, an oratio syllogistica, id est, oratio quæ ex præmissis propositionibus ratiocinando aliud concludit. ⁷ *Dico autem eum qui demonstrat oportere hæc duo obseruare.* Cum ad inueniendam scientiam & cognitionem opus sit demonstratione, docet Clemens quid sit obseruandum ei qui est demonstrator. Cum autem fiat demonstratio duabus præcedentibus propositionibus quas sequitur conclusio, id est illatio ex præcedentibus, videndum est, ut sint veræ quæ præcedunt propositiones: non enim nisi ex veris vera & certa inferitur conclusio. Et sunt quidem diuersæ quæ præcedunt propositiones, quarum prima dicitur propositio, secunda autem assumptio, ex his oportet sequi conclusionem quæ est certa oratio, & extra omnem controuersiam. Quod si assumantur propositiones quæ quæstioni propositæ non conueniant, non rectè inueniet demonstrator, neque enim perueniet ad naturæ quæstionem, quæ est naturalis & essentialis rei definitio, ad quam ex veris propositionibus nos deducit conclusio. ⁸ *In omnibus ergo quæ querantur.* Ante ea de quibus queritur, seu quæ versantur in quæstione, est aliquid quod per se prius cognoscitur, nec opus habet vlla demonstratione. Præcedens autem illa cognitio, quæ per se creditur, nec opus habet demonstratione, est veluti sedes à qua proficiuntur & iudicantur quæ sunt inuenta, quod Græcè dicitur ὀργανήλον & κριτήλον, ut quæ deducunt ad inuentionem eorum quæ queruntur, & adiudicandum rectè sint inuenta. Prima autem cognitio est aliquando essentiæ solius, aliquando essentiæ operationum, affectionum, & facultatum quæ in ea insunt, aliquando autem vtriusque, nempe & essentiæ, & eorum quæ ei vel insunt vel accidunt, aliquando autem ignoratur & queritur essentia: sciuntur autem quæ ei insunt, & accidunt, & contrà: aliquando autem sciuntur quidem esse in essentia, sed cum sint variæ & multiplices essentiæ, licet sciatur eas esse in essentia, ignoratur in quam sint essentia, diiudicat autem ea quæ est nobis subiecta intelligentia. Cum autem essentiæ eiusque operationum, facultatum, & affectionum notiones animo conceperimus, ad quæstionis propositæ inuentionem ex prima per se credibili & indemonstrabili cognitione perueniemus.

Est ergo

⁹ *EST ergo inuentionis ratio & methodus eiusmodi: incipiendum est enim à cognitione earum quæ proponuntur quæstionum: sæpe enim decipit figura dictionis, & confundit ac perturbat cogitationem, ut non facillè inueniat ex qua sit differentia: ut, exempli causa, an non sit animal fœtus qui gestatur in utero. Nam cum & animalis & fœtus qui in utero gestatur aliquam habeamus notionem, querimus an fœtus qui gestatur in utero insit esse animal: hoc autem est, an substantiæ quæ gestatur in utero, insit ut tunc possit moueri, & præterea sentire. Quamobrem operationum & affectionum inquisitio est in essentia quæ prius cognoscitur. Statim ergo is qui proponit, prius est interrogandus quidnam vocet animal: hoc enim est maxime faciendum, quando viderimus nomen duci ad diuersos vsus: & perscrutandum est, an de significato dubitetur ex appellatione, an sit apud omnes extra controuersiam. Si enim dixerit se vocare animal, quicquid augetur & alitur: rursus eum rogabimus, an platas quoque existimet animalia: deinde cum sic quidem dixerit, iam oportet ostendere quid sit quod utero gestatur & alitur. Plato enim platas quoque vocat animalia, ut quæ solam tertiam animæ speciem, nempe eam quæ concupiscit, participent. Aristoteles autem censet plantas & naturalis & nutrientis animæ esse participes, animantia autem non censet esse vocanda: quod enim alterius animæ, nempe sentientis, est particeps, id solum vult vocari animal. Stoici autem naturalem seu vegetantem facultatem, non nominant animam. Quod si is qui proposuit, negauerit plantas esse animalia, ostendemus eum se cum pugnantia dicere: nam cum definiert animal ex eo quod alatur & augetur, & plantam non esse animal pronunciarit, nihil aliud visus est dicere, quam quod id quod alitur & augetur, & est animal, & non animal. Dicat ergo quid velit discere. Num augetur & nutriatur fœtus qui est in utero, aut an sit particeps alicuius sensus, aut etiam motus qui est ex appetitione. Nam ex sententia quidem Platonis, planta est animata & animal: ex sententia verò Aristotelis, nodum quidem est animal: deest enim ei vis sentiendi, sed iam animata: est ergo, ut ipse vult, animal, essentia animata sentiendi potestate prædita. Ex Stoicorum autem sententia, neque animatum, neque animal est planta: est enim animal animata essentia. Si ergo animal est animatum, anima autem est natura vi sentiendi prædita: clarum est quod iam animatum est sentiendi potestate præditum. Si ergo is qui quæsiuit, vicissim fuerit interrogatus, an animal quod est in utero adhuc vocet animal, quod augetur & alatur, habet responsum. Sin autem dicat esse id quod querit, utrum fœtus qui gestatur in utero sit iam sentiendi potestate præditus, an etiam per aliquam appetitionem sit se mouendi potestate præditus, sit iam aperte rei perscrutatio, non manere amplius deceptione nominis. Si autem non respondeat ad id quod fuit vicissim rogatus, neque velit dicere quidnam intelligat, aut cuiam rei tribuens nomen animalis, fecerit propositionem, iubeat autem nos diuidere, potuerit cognosci eum esse contentiosum. Si autem cum sint duo modi, unus quidem qui sit per interrogationem & responsum, alter autem persequendo & explicando latius, negauit alterum: audiat nos omnia persequentes quæ pertinent ad quæstionem propositam: deinde postquam perfecimus, tunc licebit ei vicissim tractare de vnoquoque. Si autem interrogando conetur abrumpere examinationem, planum est eum nihil velle audire. Sed si malit quidem respondere, primum omnium est rogandus, cuiam rei tribuat nomen animalis. Et ubi hoc responderit, rursus est rogandus, quidnam ei significet fœtus qui gestatur in utero, an quæ iam sunt formata & animalia, an etiam semen deiectum vult significare id quod est in utero, an ea quæ iam sunt membris efficta & expressa, quæ appellantur ἐμβρυα. Cum autem ad hoc quoque responderit, oportet deinceps id quod est propositum cõcludere & docere: si autem ipse velit nos dicere non respondens, audiat. Quoniam tu non vis dicere de quonam significato, dicas id quod proposuisti, sic*

Sff

enim fieret ut ego non verba facerem de significatis, sed iam de rebus ipsis considerarem, scias te perinde fecisse, ac si proposuisses an canis sit animal, merito enim dixissem, de quo cane: ego enim & de terrestri, & marino, & de astro caelesti, quinetiam de Diogene, & de aliis deinceps loquor canibus: non enim diuinaverim utrum de omnibus interrogas, an de aliquo. ^b Quod ergo postea es facturus, hoc cum iam didiceris, dic aperte de quonam quaeras. Sin autem in excutiendis nominibus lubens verferis, clarum est quod ipsum nomen factus, neque est animal, neque planta, sed nomen, & vox, & corpus, & id quod est, & aliquid, & quiduis potius quam animal. Et si hoc proposuisti, habes responsionem. Sed, neque quod significatur ex nomine factus, est animal: sed illud quidem est incorporeum, & dicendum est id esse & rem & cogitatum, & quiduis potius quam animal: fuerit autem quaedam alia natura animalis. Aperte enim ostensum est à re ipsa de qua quaeritur, natura, inquam, factus qui est in utero, cuiusmodi ea sit: alia est quae proponitur quaestio de significatis huius nominis animal. Dico ergo, si hoc dicis animal quod potest sentire & moveri ex appetitione, est animal non absolute, id quod ex appetitione & movetur & sentit: nam potest etiam dormire, aut si non adsint sensilia, non sentire. Quod autem potest vel impelli appetitione, vel etiam sentire, est à natura datum signum quo animal cognoscitur: tale quidem enim ex his significatur. Primum quidem, an factus qui in utero gestatur, ex appetitione non sentire aut moveri possit, quod quidem proponitur considerandum: alterum autem, an factus qui gestatur in utero, aliquando sentire aut moveri potest ex appetitione: in quo significato nullus quaerit, cum sit evidens. Quaesitum autem fuerat, utrum factus iam sit animal, an adhuc planta: deinde nomen animalis traductum est ad definitionem, ut esset manifestum, cum sensu & motu qui proficiscitur ex appetitione, inuenissemus ipsum differre à non animali. Id rursus distinximus à rebus ei adiunctis, dicentes aliud quidem esse id quod potestate est tale, quod nondum quidem sentit & movetur, erit autem aliquando tale: alterum autem, quod iam actu est tale. Huius autem est aliud quidem quod iam agit, aliud autem, quod agere quidem potest, quiescit autem vel dormit: hoc est autem id quod quaeritur. Non enim ex eo quod alatur factus, dicendum est esse animal, quod quidem est eorum qui recedunt ab essentia, iis autem quae alioqui accidunt mentem adhibent. In omnibus autem quae dicuntur inueniri, posita est demonstratio, quae quidem est oratio quae probat aliud ex aliis. Ea autem ex quibus probatur id quod quaeritur, oportet cum qui discit confiteri & cognoscere: horum autem omnium est principium, id quod est evidens sensu & intelligentia. atque prima quidem demonstratio constat ex his omnibus. Quae autem ex iis quae per hanc prius fuere demonstrata, rursus aliquid aliud concludit, & quidem non minus credibilis quam prior: non potest tamen prima quoque nominari, quoniam neque ex primis concluditur propositionibus. Prima ergo species differentiae eorum quae quaeruntur, cum tres sint, est ostensa: dico autem cum cognoscatur essentia, ignorari aliquam eius actionem vel affectionem. Secunda autem erat differentia earum quae proponuntur quaestiones, in qua actiones quidem & affectiones omnes cognoscimus, ignoramus autem essentiam, ut, exempli causa, in quam parte corporis sita sit pars animae quae tenet principatum. Eadem autem demonstrationis pertractatio est etiam in hac quaestione. Dicunt aliqui non contingere esse se plura principia unius animalis: atque unius quidem generis principia non contingit esse plura unius animalis: generibus autem diuersa, non est absurdum.

COMMENTARIUS.

* EST ergo inuentionis ratio & methodus. Traditurus Clemens methodum & rationem inueniendarum quaestionum quae sunt propositae, affert exemplum quaestionis: Sitne qui in utero gestatur factus, animal. Ea quaestio ut melius explicetur prius statuendum est quid sit animal, & quid sit factus qui est in utero, quem

ἐμβρυον appellant. Sed de ea re est varia Philosophorum sententia. Plato enim etiam plantas dicit esse animalia, Aristoteles autem animali dicit opus esse ut sentiat. Stoici autem ne vegetantem quidem facultatem dicunt esse animam, tantum abest ut plantas dicant esse animalia. Cum autem sit varia animalis significatio, non prius quid sit animal recte poterit considerari, quam sicut in homonymis à ceteris distincta fuerit eius significatio. Interrogando ergo & respondendo cum eo fuerit processum, ut constet de qua re agatur, disputando peruenietur ad quaestionis propositae inuentionem. Ut si de cane agatur, non prius examinabitur quid sit canis, quam inter disputantes constiterit sitne canis terrestris, an marinus, an sydus caeleste, an Diogenes qui dictus est canis à quo orta est secta Cynicorum. ^b Quod ergo postea es facturus. Cum interrogando & respondendo eo esset peruentum, ut distinctis & factus & animalis significatis, quaerendum esset id de quo quaeritur, quaerendum autem esset sitne factus qui in utero gestatur animal, rursus interrogat decidendane sit quaestio ex nomine, an ex re ipsa, & cum nec ex nomine factus, nec ex nomine animalis definiti possit, nec quid sit factus, nec quid sit animal, relicto nomine & factus & animalis, ex re ipsa est definiendum quid sit factus & animal, nempe ex ipsa natura factus & animalis. Cum sit autem eiusmodi natura animalis, ut sit animal quod potest sentire & moveri ex appetitione, non semper autem ex appetitione moueatur & sentiat, aliquando enim dormit, quo fit ut non sentiat, nec sentit quando non adsunt quae sub sensum cadunt, non est absolute animal, est enim animal quando sentit: non est autem quando non sentit. Signum autem quo cognoscitur animal, est quod possit moveri & sentire ex appetitione. Qui autem in utero gestatur factus si ex appetitione potest moveri & sentire, id signum est quod sit animal, de quo nemo dubitauerit. Sed cum factus sit eiusmodi ut non semper sentiat, possit tamen aliquando sentire, dum non sentit quidem, alitur tamen, & augetur, factus est planta non autem animal: sed cum non solum alitur & augetur, sed etiam ex appetitione mouetur & sentit, non solum est planta, sed etiam animal, ita fit ut factus sit aliquando tantum planta, cum alatur & augetur non autem sentiat, aliquando autem animal cum appetitione moueatur & sentiat.

* APVD Pyrrhonios, inquiunt, est ἐποχή, hoc est, assensionis sustentatio, quae vult nihil esse firmum & stabile. Ea si à seipsa inceperit, clarum est, quod primum seipsam infirmabit. Aut ergo dat aliquid esse verum, & non est de omnibus sustinenda assensio: aut persistit dicens nihil esse veri, & est perspicuum quod nec ipsa prius verum dicit: aut enim ipsa verum dicit, aut non. Sed si verum quidem dicit, concedit vel inuita, esse aliquid veri: sin autem non verum dicit, vera ea relinquit quae volebat tollere de medio. Nam quatenus falsa ostenditur quae perimit epoche, seu assensionis sustentatio, eatenus vera esse ostenduntur ea quae perimuntur, quomodo somnium quod omnia somnia dicit esse falsa: nam cum seipsam perimat, confirmat alia. Et in summa, si est vera, ducet à seipsa principium, cum non sit alius cuius alterius sustentatio assensionis, sed primum sui ipsius. Deinde si comprehendit quod sit homo, vel quod sustinet assensionem, est perspicuum cum non sustinere assensionem. Quomodo autem respondit etiam ad rogatum? nam clarum est cum de hoc non sustinere assensionem. At qui se sustinere assensionem pronunciat, quod sequendo si oporteat nos de rebus omnibus sustinere assensionem, de ipsa assensionis sustentatione assensionem primum sustinebimus, sitne ei credendum, an non. Praeterea si hoc ipsum verum est, cum verum nescire, neque omnino veri quicquam ab illo datur: si autem hoc quoque dicit dubitabile verum ignorare, eo ipso dat verum cognosci posse, quod suam de ipso assensionis sustentationem videatur non confirmare. Quod si haeresis est dogmatum inclinatio, aut, ut quidam dicunt, inclinatio quae multis dogmatibus praebet consequentiam inter se & ea quae videntur, tendens ad recte viuendum: & dogma quidem est quaedam quae sit ratione comprehensio: comprehensio autem est habitus & assensio animi, non solum ephectici, sed etiam quilibet dogmaticus, id est, qui tradit dogmata, in nonnullis solet sustinere assensionem, aut propter mentis imbecillitatem, aut rerum obscuritatem, aut vires aequales rationum. Ante definitiones autem, demonstrationes, & diuisiones, prius ponendum est quot modis dicatur id quod quaeritur: & tractanda sunt homonyma, & synonyma sunt apte & distincte ponenda in sua significatione. Deinde quaerendum est an ex iis quae considerantur relata ad alia, sit id quod proponitur, an per se ipsum sumatur. Post haec, an sit, quid sit, quid ei accidat: aut sic etiam, An sit, quid sit, propter quid sit. Ad haec autem contemplanda confert singulorum cognitio & uniuersorum, & ea quae sunt priora, & differentiae, & earum diuisiones. Atque inductio quidem affert id quod est uniuersum & definitionem: diuisionem

nes autem, species, & quid sit, & indiuiduum. Contemplatio autem qua consideratur, quot modis dicatur, affert assumptionem eius quod est proprium: dubitationes autem, eas quae sunt in ipsis, differentias & demonstrationes: & alioqui augent contemplationem ea quae ipsam consequuntur: ex omnibus autem ostenditur scientia & veritas. Rursus id quod in summam redigitur ex diuisione, appellatur definitio: sumitur enim prior diuisionis & posterior distinctio: prior quidem, quando concessum vel propositum fuerit: posterior autem, quando demonstratum. Porro autem per sensum, ex eo quod est singulare, in summam colligitur id quod est uniuersum ac generale: inductionis enim principium est sensus: finis autem, id quod est uniuersum ac generale. Atque inductio quidem non ostendit quid sit, sed quod sit, vel non sit: diuisio autem quidnam sit, & distinctio similiter atque diuisio, essentiam docet, & quid sit, non autem an sit. Demonstratio autem tria, nempe an sit, & quid sit, & propter quid sit aperit. Sunt autem nonnullae quoque definitiones quae causam continent. Quoniam autem scire est, quando causam uiderimus: sunt autem quatuor causa, materia, id quod mouet, forma, finis: erit quatuor modis distinctio. Primum ergo sumendum est genus, in quo sunt ea quae sunt proxima iis quae sunt suprema: postea propinqua ac continens differentia. Differentiarum autem continuatio quae scinditur & diuiditur, implet quid sit esse, seu rei essentiam ac definitionem. Non est autem necesse dicere omnes uniuscuiusque differentias, sed eas quae formam tribuunt. Geometrica resolutio & compositio est diuisioni Dialecticae & definitioni similis. Et à diuisione quidem recurrimus ad ea quae sunt simpliciora, & magis principalia. Atque genus quidem rei quae quaeritur diuidimus in eas quae ei insunt species: ut exempli causa, in homine, animal quod est genus, diuidimus in eas quae in ipso apparent species, nempe mortale & immortale. Et sic semper genera quae uidentur esse composita, secantes in species simpliciores, accedimus ad id quod non quaeritur, & non amplius suscipit diuisionem. Cum enim animal diuiserimus in mortale & immortale, deinde uerò mortale in terrestre & aquatile, & rursum terrestre in uolucres & pedestres, & sic propinquam ei quod quaeritur speciem, quae etiam comprehendit id quod quaeritur diuiserimus, secando deuenimus ad simplicissimam speciem, quae nihil quidem aliud, sed id solum quod quaeritur comprehendit. Rursus enim pedestre diuidimus in rationis particeps & expers rationis. Deinde ex iis speciebus quae sumuntur ex diuisione, eligentes ea quae sunt magis propinqua homini, cum ea in unam composuerimus orationem, efficitur hominis definitionem, quae est animal mortale, terrestre, pedestre, rationis particeps. Quo fit ut materia quidem locum obtineat diuisio, definitione quaerens simplicitatem nominis: artificis autem & opificis definitio, quae componit & construit, & eius quod est ostendit cognitionem. Non harum autem rerum, nec idearum sunt definitiones, sed rerum quas habemus uniuersas & generales in animo notiones. Harum notionum dicimus esse orationes quae eas interpretantur.

COMMENTARIUS.

* APUD Pyrrhonios, inquit. Cum in hoc libro sit Clementis scopus & institutum, ut doceat quomodo per demonstrationem & ratiocinationem perueniatur ad cognitionem & scientiam, videat autem cognitioni ac scientiae nihil magis esse contrarium, quam si statuatur in rebus nihil esse firmum & stabile, quod omnino fiet, si ista stabilis sit, id est assensionis sustentatio, ut nulli rei quantumuis uera & certa sit assentiendum, qui fuit error Pyrrhonorum, qui non solum omnem reiiciebant ueritatem, sed nullam etiam admitterebant probabilitatem & uerisimilitudinem, in quo longè discrepabant à ueteribus Academicis, qui de rebus ita disputabant, ut sequerentur quae sunt probabilia. Hanc Pyrrhonorum, id est assensionis sustentationem, ita refellit Clemens ut dicat eam seipsam euertere & destrueri. Seipsum enim destruit qui omnia dicit esse falsa, falsa autem dicit qui eis non assentitur, & hoc dicens dicit se uerum dicere. Est autem Clemens in hac sententia, ut dicat non solum epaxelous, id est qui sustinent assensionem, sed etiam dogmatists, id est qui dogmata profitentur posse aliquando suam iustis de causis sustinere sententiam: sustinetur autem assensio, aut propter mentis imbecillitatem, cum non tanta sit vis ingenij, ut possit intelligere quod dicitur,

dicitur, aut propter rerum obscuritatem, quae impedit ut absconsa ueritas non ueniat in lucem, aut propter vires aequales rationum, cum scilicet quae utrinque afferuntur rationes sint parisi momenti, ut quæritæ sint ueluti in aequilibrio. Non est ergo semper sustinenda assensio, & in iis quae sunt certa & indubitata est retinenda & amplectenda ueritas. Ante definitiones autem demonstrationes. Cum ad inueniendam scientiam & ueritatem, opus sit definitione, demonstratione, & diuisione, non est eis prius utendum, quam sciamus quænam prius sunt ad ea necessaria, & quae prius sunt tractanda. Non poterimus certe rectè definire, demonstrare, & diuidere, quam sciamus quot modis ponatur id quod quaeritur. Positis ergo nominibus quae plura significant, non poterit nec definiri nec demonstrari nec diuidi, nisi constet quænam sit significatio eius nominis quod est definiendum, demonstrandum, & diuidendum. Ita etiam si sunt uerba synonyma, id est quae diuersis uocabulis unum & idem significant, unum ex eis est eligendum quo apte & conuenienter possimus definire, demonstrare, & diuidere in sua significata. Deinde est considerandum an uocabulum de quo proponitur quaerendum, ad aliud referatur, sine quo non possit consistere, an per se ita consistat ut nullo alio opus habeat ad quod referatur. Ante ipsam quoque rei quae quaerenda proponitur quaestionem, sunt aliae quae praecedunt quaestiones, nempe an sit, quid sit, & quænam sint eius accidentia, vel an sit, quid sit, & propter quid sit. Nisi enim & rem esse constiterit, & ab aliis distincta fuerit, & intellectum fuerit propter quid sit in rerum natura, & quis sit eius finis, non rectè poterit de ea disceptari. Non poterunt autem cognosci haec quaestiones, nisi prius cognoscatur singula & quae sunt in genere, nempe quae sunt uniuersalia, nempe quae sunt in genere. Ad ea autem cognoscenda inducit inductio, quae per singula deducit ad uniuersa, & ad definitionem. Diuisiones autem inducunt species per differentias, quælibet enim generis speciem constituens differentia efficit speciem: inducunt etiam, quid sit nempe definitionem, constituta enim specie per diuisionem generis per differentiam mox apparet definitio indiuidui. Simul enim definitur quid sit homo quilibet, nempe quod sit animal rationale mortale. Quod si consideretur quot modis dicatur aliquid, fiet ut ex ea consideratione dignoscatur quid sit proprium. Eadem autem consideratione qua dignoscitur quid sit proprium in modis, de quibus quaeritur, dignoscitur etiam quae sit in iis modis differentia quibus inter se differant. Non aliunde autem discernitur & cognoscitur differentia, quam quod de ea re dubitatio infert demonstrationes. Quamquam etiam si nulla inferatur demonstratio, contemplanda tamen & consideranda magis & magis augetur contemplatio, & consideratio. Ex his autem omnibus ostenditur scientia, & ueritas. Rursus id quod in summam redigitur. Porro autem ex definitione maximè ostenditur scientia & ueritas. Quid sit autem res de qua quaeritur elucescit definitione, ueram enim rei habemus scientiam, quando eam uere habemus definitam. Vere autem est definita, quando ex diuisione generis per differentias redacta est in summam: ea autem in summam reductio appellatur definitio. In diuisione autem duae sunt differentiae, prior, & posterior: ea in unum redacta tanquam in unam summam, constituunt definitionem. Ea autem ut in unum redigantur, prior est proponenda vel concedenda distinctio, posterior autem demonstranda. Non solum autem in unum fit reductio per generis diuisionem per differentias, sed etiam per inductionem in summam colligitur, id quod est uniuersum & generale. Colligitur autem per sensum, nempe per indiuidua, quae sub sensum cadunt. Incipit enim inductio ab indiuiduis quae sunt sensilia, definit autem in uniuersum & generale quod non amplius cadit sub sensum, cum existat notio generalis. Quamuis autem per indiuidua in summam nempe ad uniuersum deducatur inductio, non efficit tamen definitionem quae quid sit ostendit, per eam enim solum cognoscitur, sine an non sit. Diuisio autem per differentias, & distinctiones ostendit, quidnam sit res de qua quaeritur, & quænam sit eius essentia. Non autem an sit, quod ostendit inductio: demonstratio autem & inductio & diuisione ex qua fit definitio, est longè praestantior. Ostendit enim & an sit, & quid sit, & propter quid sit. Propter quid sit autem id de quo quaeritur ostendere, est dicere finalem eius causam. Hoc facit quidem demonstratio, sed per sepe etiam definitio. Sunt enim quaedam definitiones, quae causam in se continent, & ideo dicuntur causales. Cum autem ad scientiam adipsendam plurimum ualeat causa cognitio, scire autem nihil est aliud quam rem per causam cognoscere, & est aliqua quae causam continet definitio, operæpretium est scire quot modis dicatur causa.

* HARVM autem notionum sunt etiam diuisiones. Ex diuisionibus autem, una quidem diuidit id quod diuiditur in species, ut genus: altera autem in partes, ut totum: alia uerò in ea quae accidunt. Atque totius quidem in partes diuisio, ut plurimum consideratur in magnitudine: quae sit autem in ea quae accidunt, nunquam potest tota accipi, siquidem oportet etiam unicuique omnino eorum quae sunt inesse essentiam. Unde etiam reprobantur ambae diuisiones: sola autem probatur diuisio generis in species, à qua formam characteremque accipit quae est in genere identitas, & diuersitas quae est in differentiis specialibus. Species semper in aliqua parte consideratur, non tamen contra si quid est pars alicuius, hoc erit etiam species: manus enim est quidem pars hominis, non est autem species. Et genus quidem inest in speciebus: animal enim inest in homine & boue. Totum autem non inest in partibus, homo enim non inest in pedibus: quocirca species est parte magis principalis. Et quaecumque de genere praedicantur, ea etiam omnia praedicantur de specie. Atque optimum

quidem fuerit contemplari genus in duabus speciebus: sin minus autem, in tribus. Species ergo diuisa quidem generalius, caractèrem accipiunt ex eodem & altero. Deinde verò diuisa, per ea quæ generaliter significantur caractèrem accipiunt. Vnaquæque enim species aut est essentia: ut cum dicimus, ex iis quæ sunt, alia quidem sunt corporea, alia verò incorporea: aut quantum, aut quot, refertur ad aliquid, aut ubi, aut quando, aut agere, aut pati. Cuiuscunque ergo rei habet aliquis scientiam, eius etiam dabit definitionem: quemadmodum qui non potest oratione comprehendere & definire quodlibet, eius rei nunquam habuerit scientiam. Ex ignoratione autem definitionis, accidit ut multæ oriantur dubitationes & deceptiones. Si enim qui rem nouit, habet in animo eius cognitionem: potest autem etiam oratione explicare id quod habet in animo: eius autem quod animo cogitatur explicatio, est definitio: necesse ut qui rem nouit, possit eius etiam dare definitionem. Assumitur autem in definitionibus etiam differentia, quæ signi locum obtinet in definitione. Hominis itaque definitioni adiectum, ut ridendi præditum, facit totum, animal rationis particeps, mortale, terrestre, pedestre, ut ridendi præditum. Quæ enim per differentiam adhibentur definitioni, sunt signa rerum propriarum, ipsarum autem rerum naturam non indicant. Iam verò dicunt differentiam esse propriæ redditionem, & quatenus differt ab aliis id quod habet differentiam, quod soli inest, & de re mutuo prædicatur: necesse est in definitionibus primum genus assumere ut principale, & quod possit consistere. Et in longioribus quidem definitionibus, multitudo specierum quæ inueniuntur per decem prædicamenta: in minimis autem, quæ ex propinquis & continentibus speciebus sumptæ fuerint principales rei essentiam & naturam significant. Quæ est autem minima, constat ex tribus: ex genere, & duabus speciebus maxime necessariis: hoc autem fit propter breuitatem. Dicimus ergo: Homo est animal ut ridendi præditum: tunc est assumendum id quod præcipue accidit ei quod definitur, aut propria eius virtus, aut proprium eius munus ac officium, aut aliquid aliud eiusmodi. Quare definitio quæ rei exponit essentiam, non potest quidem rei naturam accuratè comprehendere: per præcipuas autem species declarat essentiam. Habet autem definitio propemodum essentiam in qualitate. Quæ efficiunt ut sustineatur assensio, causæ sunt duæ supremæ. Vna quidem, mens humana quæ est multiplex & instabilis, cui quidem natura est insitum ut generet dissensionem, aut eorum inter se, aut sui ipsorum à seipsis. Secunda autem, ea quæ est in rebus discrepantia, quæ etiam maxime efficit ut sustineatur assensio. Nam cum neque omnibus visis possimus credere propter repugnantiam: neque omnibus fidem non habere, quod id quod dicit omnia esse incredibilia, cum sit ex omnibus, in numerum etiam omnium ascribatur: neque aliquibus quidem credere, aliquibus verò non credere, propter æqualitatem: eò deducti sumus ut sustineremus assensionem. Harum autem principalium causarum, assensionis, sustentationis, cogitationis quidem instabilitas, generat dissensionem: dissensio autem est propinqua causa sustentationis assensionis. Vnde plena quidem est vita iudiciis & curis, & in summa, eorum quæ dicuntur bona & mala, electione, quæ quidem dubiæ mentis & ad oppositarum rerum infirmitatem claudicantis, sunt argumenta. Sunt itaque libri plena bibliotheca, classisque & commentationes iis qui in dogmatibus inter se dissentiant, & sibi persuaferunt se in rebus tenere veritatem. In voce tria versantur: nempe & nomina quæ sunt signa eorum quæ animo cogitantur principaliter, per consequentiam autem, etiam subiectorum: secundo autem, cogitata quæ res subiectas referunt & exprimunt. Vnde sunt omnibus eadem cogitata, propterea quod ex rebus subiectis eadem forma & typus ingeneretur omnibus: non itidem etiam nomina, propter diuersos sermones. Tertium autem, sunt res subiectæ, ex quibus nobis imprimuntur cogitata. Atque nomina quidem

reducit

reducit Grammatica in vigintiquatuor vniuersa ac generalia elementa: oportet enim esse elementa definita: eorum enim quæ sunt singularia, cum sint infinita, non est scientia. Est autem proprium scientiæ vniuersis ac generalibus theorematibus niti & definitis, unde singularia reducuntur ad vniuersalia ac generalia. Philosophorum autem indagatio versatur & in iis quæ animo cogitantur, & in rebus subiectis. Quoniam autem singularia horum sunt infinita, horum quoque sunt quedam inuenta elementa, ad quæ reducitur quicquid queritur: & si videatur quidem subire vnum aliquod, vel etiam plura ex elementis, id esse pronunciamus: quod si omnia effugerit, nequaquam esse. Ex his quæ dicuntur, alia quidem dicuntur absque connexionem, ut homo, & ut currit, & quæcunque orationem minimè perficiunt, quæ habet verum vel falsum: alia verò cum connexionem. Ex iis autem quæ dicuntur absque connexionem, alia quidem significant essentiam, alia autem quale, alia verò quantum, alia autem quæ referuntur ad aliquid, alia autem ubi, alia verò quando, alia autem situm esse, alia autem habere, alia verò agere, alia autem pati: quæ etiam dicimus esse elementa eorum quæ sunt, quæ sunt in materia & post principia. Considerari enim possunt hæc ratione. Quæ carent autem materia, sola mente possunt apprehendi per primam applicationem. Ex his autem quæ collocantur sub decem prædicamentis, alia quidem per se dicuntur, ut nouem prædicamenta: alia autem relata ad aliquid. Et rursus ex iis quæ sunt sub his decem prædicamentis, alia quidem sunt synonyma, quorum & nomen est ambobus commune, ut animal: & ratio eadem, hoc est, definitio, hoc est, essentia animata. Heteronyma autem sunt, quæ circa idem subiectum sunt in diuersis nominibus, ut ascensus & descensus: est enim eadem via, siue sursum, siue deorsum. Est autem alia species heteronymorum, utpote equus, & niger, quæ & nomen habent, & rationem, alterum ab altero diuersam, & neque habent idem subiectum: sunt ea autem dicenda altera, non heteronyma. Polyonyma autem sunt quæ eandem quidem habent rationem, nomen autem diuersum, ut ensis, spatha, gladius. Denominatiua autem sunt, quæ ex altero aliquo sunt nominata, ut à fortitudine fortis. Homonyma autem sunt, quæ vtuntur eodem nomine, non habent autem eandem rationem, ut homo, & qui est animal, & homo pictus. Ex homonymis autem, alia quidem habent idem nomen ex fortuna, ut Ajax Locrus, & Ajax Salaminius: alia autem ex cogitatione. Et ex his, alia quidem per similitudinem, ut homo, & qui est animal, & qui pictus: alia autem per proportionem ac conuenientiam, ut pedes Idæ, & nostri pedes, propterea quod sint inferius: alia autem ex operatione, ut pes nauis, per quem nauis nauigat, & pes noster, per quem mouemur. Dicuntur etiam homonyma ab eodem & ad idem, ut à medico liber & scalpellum medica, & ex medico qui vtitur, & ad rationem medicam. Ex causis autem, alia sunt quæ dicuntur procatartica, alia verò synectica, alia autem adiuuantes, alia sine quibus non. Procatartica, quæ primò dant occasionem ad hoc ut aliquid fiat, quemadmodum pulchritudo in continentibus dat occasionem amoris: eis enim visa solum ingenerat affectionem amatoriam, nec tamen necessariò. Synectica, quæ etiam per synonymiam seu vniuocè vocantur, per se perfecta, quandoquidem est per se causa efficiens effectus. Deinceps autem sunt omnes causæ ostendendæ in eo qui dicit, Pater quidem est causa procatartica seu primordialis disciplina: magister autem synectica, id est continens. Eius autem qui discit, ingenium est causa adiuuans: tempus autem obtinet rationem causarum sine quibus non. Causa autem propriè dicitur id quod agendo est aliquid præbens, seu præbendi potestate præditum: sicut etiam ferrum dicimus esse τμηλικόν, hoc est, secandi potestate præditum, non solum in secando, sed etiam in non secando. Sic ergo παρελκόν quoque, id est, præbendi pote-

προκαταρ-
τικόν, pri-
mordiales.
συνεκτικόν,
contingen-
tes.

Sss iij

state præditum, ambo significat, & id quod iam operatur, & quod nondum quidem operatur, sed vim habet operandi. Porro autem alij quidem causas esse dicunt ex corporibus: alij verò ex incorporeis: alij autem dicunt corpus quidem esse propriè causam, incorporeum autem per abusionem & veluti causaliter. Alij autem conuertunt è contrario, res incorporeas quidem propriè dicentes esse causas: per abusionem autem corpora: ut, verbi causa, sectione, quæ est operatio, esse incorporea, & esse causam secandi, cū sit operatio incorporea, & quòd secetur similiter gladio, & eo qui secat, quæ sunt corpora. Aliquorum autem 10 causa dicitur tribus modis, una quidè quæ est causa, ut statuarius: alia autem, cuius causa est, ut fiat statua: alia verò cui est causa, ut materia: cri enim causa est ut fiat statua. Fieri ergo & scindi, quæ sunt causæ cuius sunt, cū sint operationes, sunt incorporea. Qua ratione, categorematum, vel, ut nonnulli dicunt, dictorum (categoremata enim λεκτα, hoc est dicta, vocant Cleanthes & Archidemus) sunt causæ: vel, quod potius dicendum est, aliæ quidem dicuntur causæ categorematum, ut huius, scinditur, cuius casus est scindi: aliæ verò, pronuntiatorum, ut huius, nauis fit. Cuius rursus casus est, nauem fieri. Ari- 15 stoteles autem vocat appellationem, nempe eorum quæ sunt huiusmodi, domus, nauis, vstionis, sectionis. Est autem extra controuersiam casum esse incorporeum, quare illud quoque sophisma sic soluitur. Quod tu dicis transit per os tuum, quod quidem est verum: domum autem dicis, domus ergo transit per os tuum, quod quidem est verum. Neque enim domum dicimus quæ est corpus, sed casum qui est incorporeus, quem habet domus. Et edificatorem dicimus edificare per eam relationem quæ fit ad id quod futurum est. Sic dicimus texi chlamydem, id enim quod facit, significat operationem. Non est autem al- 30 terius quidem, id quod facit, alterius verò, causa, sed eiusdem & chlamydis & domus. Quatenus enim causa est ut fiat, ea ratione est etiam efficiens quòd fiat: eadem autem est & causa efficiens, & propter quod. Et si aliquid quidem est causa & efficiens, hoc quoque est omnino propter quod: si quid autem est propter quod, non est id quoque omnino causa. Multa quidem certè concurrunt ad vnum effectum, propter quæ fit finis, sed non sunt omnia causa. Filios enim nõ occidisset Medæa, nisi fuisset irata: neque fuisset 40 irata, nisi laborasset zelotypia: neque fuisset zelotypa, nisi amasset: neque amasset, nisi Iason Colchos nauigasset: neque Colchos nauigasset, nisi Argo fuisset edificata: neque Argo fuisset edificata, nisi ligna fuisset scissa ex Pelio. In his enim omnibus cum sit propter quod, non sunt omnia causæ cædis filiorum, sed sola Medæa. Quamobrem id quod non prohibet, non operatur: quocirca non est causa id quod non prohibet, sed id quod prohibet: in aliquidenim agendo & operando causa intelligitur. Præterea quod non prohibet separatum est ab eo quod fit, causa autem refertur ad id quod fit: non fuerit ergo causa id 50 quod non prohibet. Propterea quidem certè perficitur, quòd non adsit id quod potest prohibere. Quatuor autem modis dicitur causa: efficiens, ut statuarius: & materia, ut as: & forma, ut character: & finis, ut honor gymnasiarchæ. Eorum ergo sine quibus non, rationem as tenet, ad hoc ut fiat statua, & est similiter causa. Nam quicquid est sine quo non contingit fieri effectum, causa est necessariò: causa autem non absolutè, non est enim synectica seu continens causa, id sine quo non, sed adiuuans. Quicquid autem operatur, effectum reddit cum eius quod patitur aptitudine: nam afficit quidem cau- 60 sa, patitur autem vnumquodque prout ei fuerit aliquid à natura insitum, cum sit ea quæ id præbet aptitudo, & eorum sine quibus non, rationem obtineat. Est ergo causa inefficax absque aptitudine: non est autem causa, sed causa adiuuans. Omnis enim causa consideratur in agendo. Seipsam autem non fecerit terra: quare nec fuerit causa sui ipsius. Ridelicium est autem dicere, non ignem esse causam vstionis, sed ligna: neque gladium, sectionis,

sectionis, sed carnem: neque quòd victus sit Athleta, vires aduersarij, sed suam imbecillitatem. Causa continens non opus habet tempore: nam cauterium simul ac carni fuerit applicatum, præbet dolorem. Ex procatarteticis aliæ quidem tempore opus habent, donec ad finem perductus fuerit effectus: aliæ autem non indigent, ut casus in fractura. Num ergo hæc non dicuntur expertia temporis per eius priuationem, sed per diminutionem, ut etiam repente, quod nec ipsum quidem factum est absque tempore? Omnis causa 10 quæ tanquam causa comprehendi potest cogitatione, est alicuius, & versatur in aliquo. Alicuius quidem effectus, ut gladius secandi: in aliquo autem versatur, nempe in eo quod est aptum & accommodatum, quemadmodum ignis in ligno, non vret enim Adamantem. Causa est ex iis quæ referuntur ad aliquid: mente enim concipitur per eam quæ est ad alterum habitudinem & relationem. Quo fit ut duobus sibi inuicem applicatis, causam intelligamus. Eadem autem est ratio opificis, effectoris, & patris. Non est aliquid ipsum, suis ipsius causa, neque est aliquis pater suus: nam sic primum, futurum esset secundum. Causa quidem certè agit & afficit: quod à causa factum est, patitur 20 & afficitur. Non potest autem idem à seipso sumptum, operari simul & affici, neque esse filius & pater. Et alioqui id quod est causa eius quod fit ab ipsa, est prius tempore quo ad essentiam, ut gladius incisionis. Non potest autem idem simul & tempore esse prius quo ad materiam, quatenus est causa: & tempore esse posterius, quatenus est opus causæ. Et differt esse ab eo quod factum est esse: sic etiam causa quidem eius quod fit, pater verò filij. Non contingit enim idem per idem & esse simul & fieri: nihil est ergo sua ipsius causa. Causæ non sunt altera alterius inuicem, sed altera alteri. Spleniaca enim quæ prius existit affectio, non est causa febris, sed ut fiat febris: & quæ præcedit febris, non splenis causa est, sed ut augeatur affectio. Sic etiam virtutes sunt sibi inuicem causa ne separentur, propter mutuam consequentiam: & qui sunt in fornice lapides, sunt sibi inuicem causa manendi, non sunt autem sui inuicem causæ. Magister quoque & discipulus sunt sibi inuicem causæ proficiendi. Dicuntur autem alteri alterius inter se causæ, aliquando quidem eorundem, ut mercator & caupo sunt sibi inuicem causa 40 ut proficiant: aliquando autem alterius & alterius, quemadmodum ensis & caro: ille quidem carni, ut scindatur: caro autem gladio, ut scindat. Oculum pro oculo, & animam pro anima. Qui enim alicui vulnus infligit letale, is ei causa est mortis, aut ut ei mors accidat: qui autem est ab ipso vicissim letaliter sauciatus, eum vicissim causam habuit, non quatenus ei fuit causa, sed per aliud: ipsi enim fit causa mortis: non autem mors mortale ipsi vulnus vicissim intulit, sed ipse sauciatus. Quare ipse quidem fuit alterius causa, aliam autem causam habuit. Et qui alij fecit iniuriam, causa quidem est alterius, nempe eius cui facta est iniuria. Lex autem quæ contrà iubet eum supplicio affici, non iniurie ac maleficij, sed alteri quidem vindicta, alteri verò disciplina causa est. Quamobrem non sunt sui inuicem causæ ut causæ, si causæ sunt. Præterea quæritur an multa fiant multa causæ vnius per congressum. Coniuncti enim homines causa sunt ut nauis attrahatur, sed cum aliis, nisi sit etiam aliqua causa adiuuans, quæ concausa dicitur. Alij autem dicunt, si multa causæ sunt, seorsum vna vnius causa, eius quidem 60 quod est esse beatum, quod vnum est, causæ sunt virtutes quæ sunt multe: & eius quod est caleferi, & dolere, multe sunt causæ similiter. Nunquid ergo multe virtutes sunt vna potestate, & quæ calefaciunt, & dolore afficiunt: & multitudo virtutum quæ est vnum genere, fit causa vnius, nempe eius quod est esse beatum? Reuera autem procatartetica quidem causæ sunt vnius plures & genere & specie: & genere quidem, ut cuiuslibet morbi, exempli gratia, algor, resolutio, labor, inconcoctio, ebrietas: specie autem

febris. Continentes autem causa, genere solum, non itidem etiam specie. Eius enim quod est bene olere, quod est unum genere, multae sunt causa specie, ut pote thus, rosa, crocus, styrax, myrrha, unguentum. Rosa enim non fuerit adeo odorifera, ut myrrha. Idem autem fit causa contrariorum, aliquando quidem ob causa tum vim, tum magnitudinem, aliquando autem ob eius quod patitur aptitudinem. Ob certam quidem vim, nempe eadem chorda ob intensiorem aut remissionem, acutum aut grauem edit sonum: ob aptitudinem autem eorum quae patiuntur, mel quidem sanos dulcedine afficit, amare 10 autem eos qui febre laborant: & unum & idem vinum, alios quidem ciet ad iram, alios vero exhilarat: & idem Sol, ceram quidem liquefacit, lutum autem exiccac. Porro autem ex causis aliae quidem sunt apertae, aliae vero obscurae: & aliae quidem consideratione comprehenduntur, aliae ratiocinatione. Ex obscuris autem, aliae quidem sunt obscurae ad tempus, ut quae aliquo quidem tempore abdite fuerint, aliquando autem rursus aperte videantur: aliae autem obscurae natura, quae nullo tempore possunt esse apertae. Et ex his quidem quae sunt natura, aliae quidem possunt comprehendi, quas quidem vocabant non 20 obscuras, quae per signa sumuntur reputando ac ratiocinando, quemadmodum symmetria dubiarum orationum quae cadunt in contemplationem: aliae autem quae comprehendi nequeunt, quae nullo modo possunt cadere sub comprehensionem, quae etiam omnino dicuntur obscurae. Et aliae quidem sunt procatarticae seu primordiales, aliae vero synecticae, id est, continentis, aliae autem concausae, aliae vero adiuuantes. Et aliae quidem, eius quod est secundum naturam, aliae vero, eius quod est praeter naturam. Aliae autem morbi, & per accidens, aliae quidem affectionum, aliae vero earum magnitudinis: aliae au- 30 tem temporum & occasionum. Atque si tollantur quidem causa primordiales, manet tamen effectus. Contingens autem causa est, quae si adsit, manet effectus: & si tollatur, tollitur. Continentem per synonymiam appellant, etiam per se perfectam, quando quidem est sufficienter per se efficiens effectus. Si autem causa per se, perfectam significat operationem, adiuuans causa significat ministerium, & munus quod obit cum alio. Atque si nihil quidem praebetur, ne dicetur quidem adiuuans: sin autem praebetur, eius fit omnino causa cuius etiam praebetur, hoc est, eius quod fit per ipsam. Est ergo causa adiu- 40 uans, quae cum adest fit effectus, aperta quidem aperta, obscura autem obscura. Porro autem concausa quoque est ex genere causarum, quemadmodum commilito est miles, & coephebus est ephebus: atque adiuuans quidem causa, fert opem causae continenti, ad intensiorem eius quod ab ipsa fit. Concausa autem non ita mente concipitur: potest enim esse concausa, etsi non sit aliqua causa continens. Intellegitur enim concausa cum alio, quod nec ipsum per se potest effectum efficere, ut quae sit causa cum causa. Differt au- 50 tem adiuuans causa a concausa, quod concausa quidem, ei quod seorsum non efficit, praebet effectum: adiuuans autem, in eo quod seorsum quidem non efficiat, alteri autem accedens quae seorsum efficit, ei ferat opem ad hoc ut sit effectus vehementissimus. Maxime autem ex primordiali causa factam esse causam adiuuantem, ad vim causa intendendam adducit.

COMMENTARIUS.

* H A R V M autem notionum sunt etiam diuisiones. Postquam dixit Clemens notionum tantum vniuersarum, & generalium quas animo comprehendimus fieri definitiones, subiicit non earum esse definitiones sed etiam diuisiones. Sunt autem triplices diuisiones. Nam & genus diuiditur in species, & totum diuiditur in partes, & fiet etiam diuisio in accidentia. Et totius quidem in partes diuisio consideratur in magnitudine, accidentium autem non potest tota esse diuisio. In vnoquoque enim eorum quae sunt oportet esse essentiam, sed in accidentibus nulla est essentia: sed nec in magnitudine dicitur esse essentia. Quamuis ergo sit triplex diuisio, nempe & generis in species, & totius in partes, & ea diuisio qua diuiduntur accidentia, nempe

nempe partium, nec accidentium proprie est. Ea proprie est diuisio, qua genus diuiditur in species. Ab ea diuisione formam & characterem accipit identitas, quae est in genere. Diuisio enim genere in speciem hominis, formam quidem & characterem accipit animal quod est in homine, & in genere & in specie idem est animal, & in eadem specie hominis, est etiam rationale quod discernit, & diuidit per eam differentiam, ab aliis speciebus, & erit quidem vnum, & idem animal in genere & in specie. Rationale autem discernet hominem ut ratione praeditum ab aliis speciebus. Semper autem consideratur species in aliqua parte. Nulla enim est species, quae non habeat aliquam partem: nam & homo, & quoduis brutum suas habet partes, & in quauis eorum parte est species. Non tamen pars alicuius speciei, est species. Manus hominis est pars hominis, qui est species, sed pars hominis non est species. Porro autem quamuis genus & totum in hoc conueniant, quod vtrumque sit vniuersum & integrum, in hoc tamen differunt, quod genus quidem sit in speciebus, inest enim animal in homine & boue & ceteris speciebus animalium, totum autem non est in partibus: nam homo qui est totum, non est in pedibus qui sunt partes hominis. Est itaque species parte magis principalis, nam genus quidem est in specie, totum autem non est in parte. Quinetiam quicquid praedicatur seu dicitur de genere, idem etiam dicitur de specie. Quicquid certe dicitur de animali, idem etiam de homine, ut si animal quod est genus dicatur viuere, dicitur etiam homo viuere, qui est species animalis. Cum autem genus sub se multas contineat species, non poterunt considerari pauciores duabus aut tribus speciebus. Generalius autem diuidi dicuntur species, quando in diuisione est & genus & differentia, & tunc accipit species formam & characterem ex eodem & altero. Idem quidem est & ipsum genus, quod est in genere & in specie, ut animal quod est vnum & in genere & in specie. Alterum vero est differentia quae aliquam speciem ab aliis distinguit, ut rationale quod hominem discernit ab aliis animalibus, & volatile quod aues distinguit ab aliis speciebus. Diuiduntur etiam species non per diuisionem generis per idem & alterum, id est per genus & differentiam, quae quidem diuisio est maxime generalis, sed diuiduntur etiam per generalia significata, a quibus formam accipiunt & characterem. Ita quodlibet praedicamentum habet suam speciem, quae formam & characterem accipit ex his quae significantur. Praedicamenta ergo quae sunt suprema rerum genera, diuisa per sua significata, species constitunt: & est vnumquodque praedicamentum species ex significati diuisione. Cum sint autem praedicamenta species, species autem sint notiones quae sunt in animis, solae autem definiuntur notiones, definiuntur etiam praedicamenta. Quorum autem sunt definitiones, eorum etiam sunt scientiae & contra: qui ergo scit, & rem quam scit potest oratione explicare & definire, rursus qui potest explicare & definire is sciat quoque necesse est. Sunt enim definitiones & scientiae ita inter se coniunctae, ut non possit vnum sine altero consistere. Quod si ignoretur quomodo sit facienda definitio, multae inde orientur dubitationes & deceptiones, definitio enim rem explicat, & omnem tollit dubitationem. Quamuis autem definitio quid sit res quae definitur explicet, & id maxime efficiat generi subdita differentia, quae addita definitae speciei eam distinguit ab aliis speciebus, naturam diuersam ostendens. Additur tamen definitioni etiam alia differentia, quae rei non ostendit naturam, sed tantum significat ei innatam proprietatem qua distinguitur ab aliis, adeo ut id sit simul & proprium & differentia, quale est vi ridendi praeditum, quod est & proprium hominis, & quo differt ab aliis animantibus. In hominis itaque definitione adiectum particeps rationis, mortale, terrestre, pedestre, hominis ostendit naturam, qua ab aliis distinguitur. Vi autem ridendi praeditum significat proprietatem qua ab aliis distinguitur, non autem naturam. Est itaque illud ridendi vi praeditum, & hominis proprium, ut quod ei soli inest, & differentia, cum ridendi potestate differat ab aliis animantibus. Id autem quod soli inest, & cui soli inest mutuo de se praedicatur. Nam & homo praedicatur de eo quod habet in se ridendi facultatem, & quod ridendi habet potestatem de homine, in definitionibus autem primum genus assumitur, ut quod obtineat principatum, & per se consistat. Cum sint autem multiplices definitiones, nempe & longiores, & minores & minima: longiores quidem sunt, quae sumuntur ex multis speciebus per decem praedicamenta, quorum vnumquodque est species: minima autem sunt quae sumpta ex proximis speciebus, rei naturam & essentiam indicant. Minima autem omnium sunt, quae constant ex genere, & ex duabus necessariis differentiis, ut fiat breuior definitio. Quamuis autem definitio non perfecte ipsam explicet essentiam, eam tamen vtrumque declarat per proprias species. Habet autem definitio essentiam propemodum in qualitate. Qualitatem autem vocat proprietatem, virtutem officiumque & munus eius quod definitur. Quae efficiunt ut sustineatur assensio, causa sunt duae supremae. Cum ostendisset Clemens perueniri ad veritatem & scientiam per demonstrationem & definitionem, neque tamen sunt omnia ita certa, ut non sit aliquando sustinenda assensio, dicit duas esse causas sustinenda assensionis. Vna est mens humana, quae cum sit multiplex & instabilis eas generat vi sua dissensiones, ut non facile intelligas quibus sit credendum & non credendum. Secunda est rerum inter se discrepantia, quae efficit, ut neque credatur omnibus neque non credatur: non creditur quidem quod inter se pugnent: creditur autem & non creditur, quod tanta sit in eis aequalitas, ut veluti in libra sita fides nunc in hanc partem, nunc in illam propendeat. His de causis sustinemus assensionem. Hinc factum est, ut in rebus humanis sint iudices, & cura, quae res dubias & controuersas perpendunt & examinant. Hinc sunt etiam bibliothecae, in quibus discrepant Philosophi de contrariis & inter se pugnantibus dogmatibus. In voce tria versantur nempe & nomina quae sunt signa. Quoniam notio dicitur quae animo comprehenditur, cui vel assentimur, vel eius sustinemus assensionem, intellexit Clemens de voce aliquid esse dicendum. Tria ergo sunt in voce consideranda. Primo nomina, quae sunt signa eorum quae in animo principaliter cogitantur, & per consequentiam signa subiectorum. In voce ergo sunt nomina, quae significant ea quae cogitantur. Cogitata autem referunt & expriment ea quae sub vocem cadunt. Eadem autem sunt omnia cogitata: eadem enim forma & figura exprimitur ex rebus subiectis: sed non ut eadem sunt omnibus cogitata, ita etiam sunt eadem nomina. Nam pro linguarum & sermonum diuersitate apud diuersas gentes varia sunt nomina, sed eadem sunt omnibus cogitata quae non exprimentur,

& referuntur ex nominibus quæ sunt varia, sed ex rebus subiectis quarum est eadem figura & idem typus. Atque nomina quidem reducit grammatica. Scientia Græcè dicitur *ἐπιστήμη*, quæ ideo ita est appellata, quod mens se sistat oportet ad aliqua certa & definita. Cum autem infinita sint indiuidua & singularia, & ideo non possit certa eorum haberi scientia, reducenda sunt indiuidua ad vniuersa & generalia. Hinc est quod cum sint nomina infinita, quorum non potest certa haberi scientia, Grammatica ea volens certa comprehendere scientia, omnia deduxit ad certum numerum elementorum, nempe ad viginti quatuor elementa. Philosophi quoque qui & ea scrutantur quæ mente percipiuntur, & quæ sunt subiecta, & quæ sub sensum cadunt, quæ sunt infinita & innumerabilia, vt ea certa & definita comprehenderent scientia, quædam inuenerunt elementa ad quæ reducuntur omnia de quibus queritur. Ea sunt vel summa illa genera quæ vocantur prædicamenta, vel ea quæ dicuntur rerum principia. Et si quid sit quod ex vno vel pluribus constet principii, id verè esse dicitur, sin minus id non esse est certo statuendum. Ex his quæ dicuntur alia quidem dicuntur absque connexione. Quæ scientia comprehenduntur non possunt exprimi & explicari, nisi verbis quæ de aliis dicuntur. Quæ de aliis dicuntur ea vel sine connexionione dicuntur, vt quæ perfectam non efficiunt orationem: quæ autem dicuntur cum connexionione ea perfectam efficiunt orationem, vt quæ affirmant vel negent, & vel verum dicant vel falsum. Quæ autem dicuntur sine connexionione, sunt illa decem summa genera quæ dicuntur etiam prædicamenta, & sunt elementa eorum quæ sunt in materia, & post principia à quibus fiunt alia, & possunt considerari ratione. Sunt autem illa summa genera seu decem prædicamenta eorum quæ cadunt sub materiam. Quæ sunt autem expertia materiæ, ea non comprehenduntur ratione, sed sola mentis applicatione. Ex his autem decem prædicamentis, vnum solum dicitur ad aliud relatum, nec per se dici potest: reliqua autem nouem prædicamenta dicuntur per se, nec referuntur ad aliud. Ex his autem quæ sunt sub his prædicamentis, alia sunt synonyma, alia sunt heteronyma, alia sunt polyonyma, alia sunt denominatiua, alia autem sunt homonyma. Quæ cum eleganter explicet Clemens, & apertam eorum tractet definitionem, non est quod in his exponendis diutius immoremur. Ex causis autem, alia sunt quæ dicuntur procatartica. Quoniam ad scientiam & cognitionem plurimum possunt causæ, eas primum enumerat, deinde eas definit, & vt facilius intelligantur, earum dat exemplum. Procatarticae sunt causæ, quæ non sunt primo rem efficientes, sed rei agenda primam dant occasionem, licet non necessariam: ita vis pulchritudo est prima occasio amoris, licet amorem non efficiat necessario. Synæctica autem sunt causæ continentes, & quæ proxime suum efficiunt effectum. Earum autem causarum exemplum dat in eo qui discit. Pater est disciplina prima occasio qui dat filium magistro instituendum: Magister autem qui docet est prima & proxima efficiens causa disciplina: ingenium autem discipuli, est disciplina causa adiuvans, seu cooperans. Cum autem tempore opus sit vt discatur disciplina, tempus est causa sine qua non discitur disciplina. Quamuis autem omnes sint causæ, quæ ad efficiendum aliquid conferant, ea tamen proprie dicitur causa, quæ agendo aliquid præbet, nempe causa efficiens: vt autem dicatur efficiens non necessario requiritur vt efficiat, sed vt vim habeat & potestatem efficiendi. Ita ferrum dicitur secare cum possit, secare, etsi nondum fecerit, & operatorium dicitur quod potest operari licet nondum operetur. Porro autem alij quidem causas esse dicunt ex corporibus. Cum de causis non omnes eadem sentiant, sed alij quidem eas dicant esse corpora, alij vero eas dicant esse incorporeas, Clemens neutram reiicit opinionem: variè enim consideratas dicit causas & corporeas esse & incorporeas. Nam si dicatur secare gladius, secandi causa erit corporea. Quod si secare dicatur sectio, quæ est operatio seu actio quæ est incorporea, sectio erit causa incorporea. Dicitur etiam vtraque esse causa per abusionem: vtrumque enim & gladius scilicet dicitur proprie secare qui est corpus, sectio quoque proprie secare dicitur, quæ est incorporea: ferrum seu gladius est proprie secandi causa, cum id amoueat quod obstat ne secetur quod est comminuendum. Sectio quoque est proprie secandi causa: non enim secatur aliquid nisi agendo & operando, ea autem actio est incorporea. Secare quoque proprie dicitur materia quæ sua duritie amouet id quod comminuitur vt secetur. Vtrumque ergo, & proprie & improprie seu per abusum dicitur causa secandi, sed diuersè consideratum.

OCTAVI ET VLTIMI LIBRI STROMATVM FINIS.



IN TITI FLAVII CLEMEN-

TIS ALEXANDRINI PROTREPTICVM

COLLECTANEA EX VARIIS DOCTORVM

virorum Lectionibus, commentariis, aduersariisque decerpta.

Prior numerus paginarum huius editionis, posterior decadem linearum indicat.

10



10 DHORTATORIA] *αεσβετικός*. P. Victorius var. Lect. lib. 4. cap. 18. Ita veteres huiuscemodi orationes appellabant (*αεσβετικός λόγος*) quibus plenis laudis alicuius rei ad eam capeffendam adhortabantur. Aristoteles quoque à Græcis interpretibus traditus est *αεσβετικόν* con-

doceatis caprorū reclamantiū viscera cruētatis oribus dissipatis. Sic apud Nonniū citatur è Lycurgo Nauij versus hic qui forte huc pertinet. Alte iugatos angues in se gerunt. Plutarch. in Alexandro de Olympiade verba faciens quæ Bacchi sacris addicta erat, & Mænadum more dracones alebat, οἱ πολλοὶ περιθρημένοι θύσσις ἢ γαμακῶν ὡς τὸ σφάνοις ἐξέπλητον τῶν ἰδρύων. Caterum apud Euseb. citatur hic locus c. 5. l. 2. de Præparat. Euang. δι' ἧν ἡ πλὴν παρικολλήσῃς, ὁ δὲ ταπεινὸς ἐπικολλήσῃς. Euam per quam error est consequutus, & mors infecuta.

20

20 fecillè, quo adolescentes impelleret ad studia philosophiæ. Ipse autem aliquando mecum cogitavi, an Cicero verbis his ex Hortensio quæ citantur à Nonnio huiuscemodi orationē significarit. Nam quod vereris ne non cōueniat nostris ætatibus ista oratio, quæ spectat ad hortandum. Hec ille. Pollux l. 6. citat Antisthenem ἐν τῷ αεσβετικῷ & Galeni est *αεσβετικός* ὅτι τὰς τέχνας. Vide pag. 702. 10.

1. 20. Eunomium Locrensem.] Strabo quidem lib. 6. eandem penitus fabulam narrat siue historiā de certamine Eunomi, Locri cum Aristone Rhegino, de Pythone vero & Dracone, hoc est de illo ipso serpente ab Apolline occiso mētio fit à Clemēte, quod id accidit *πυθίως ποτὶ ἀρρηθρομένους*, quo tēpore Pythij ludi celebrabantur. Narratur & hoc ipsum ab Antigono in congerie mirabilium narrationum, quem Xylander cum Liberali edidit. De cicadis Locrensisbus Ælianus c. 9. li. 5. de animalib. vide Prouerbiū Acanthia cicada.

Iam vero si accurrate.] Græcè τὸ *εὐα* διασωόμενον. Genesis 1. v. 1. serpens Hebraicè dicitur *חיה*, at in Chaldaica paraphrasi *חיה*. Irè Exod. 4. v. 3. vt quidè vult A. Magius à verbo *חיה* nuntiauit, indicauit, q. d. Nuntium, quod nuntiauit ipsi *חיה* Chauræ Eux fructum vetitum: vnde Bar-Cepha Syrus eam dictam putat ab indicatione, Hebræi à vita. Est ergo Syrochaldaica vox Cheuia, sed & alibi sæpe Hebræa lingua dicitur Syriaca, vt in Actis Apost. Epiphanius in Epitome librorū contra hæreses, ὁ πῦρ κρενωροῦ μόνως τῶν ὄφεις ἀνεστέμμενοι, ἐν ἄλλοις τῶν ἰδρύων, ἐν τῶν ἰδρύων τῶν ὄφεις ἀπατηθέντων ὀφθαλμομένοι, ἢ δὲ τῆς διασίας φωνῆς τῶν ὄφιν ἀπὸ τῆς ἐβραϊστικῆς εἰς αὐτῶν πλάτων κικλήσκοντες. *εὐα* ἢ *χρῖ* τῶν ἰδρύων ἀπὸ δόσον τῶν γαμακῶν, *χρῖ* ὃ τῶν δεικταίων *εὐα* τῶν ὄφιν παίδες ἐβραϊστικῶν ὀνομάζονται. Et carniū distributionem habent in sacris, serpentibus coronati, clamātes Euan Euan, (vel, Euoè Euoè) illam adhuc Euam à serpente deceptam inuocantes, aut per aspiratam vocem ex Hebraica lingua serpentem ad suum errorem euocantes. Eua enim citra aspirationē Hebræis mulierem, cum aspiratione serpentem significat. Hoc Epiphanius atque Euseb. à Clemēte acceperunt. Caterum quod Eux nomen scribi dicitur cum spiritu leni, non, opinor, viris doctis probant; multo minus I. Drusius opinionem suam, qui Euantes inde putat appellatas, & Græcæ vocis etymologiam querit in Syria lib. 1. Animad. cap. 33.

30

30 14. 50. Didymæum.] Gr. *διδυμία*. Fed. Morello Professori Regio doctill. viro legendum videtur *Διδυμία* ex Cicero 1. de Diuinat. Arnob. lib. 6. & aliis.

Ib. 60. Non propalabo.] Gr. *ἐκ ἐξορκισμαί*, quod fere sonat extra tēpli vestibula choreas ducere, proverbiali tropo vsurpatur pro arcana & reticēda in vulgus edere. D. Dionys. initio de Hierarch. *δι' ὅρα ὅπως ἐκ ἐξορκισμῶν τὰ ἄγρια ἢ ἄγριον*, caue ne sancta sanctorum elimines. Tatianus Assyrius *ὅσον ἐξορκισάμενον τὰ παρ' ἀθηναίους μυστήρια περιμαρῖκατε*, loquitur de Diagora Melio quem ob proditam in vulgus mysteriorum fidem Athenienses quouis supplicio dignum censuerant. Vide Iunium 6. cent. 80.

15. Coronati serpentibus.] Arnob. lib. 5. Bacchanalia etiam prætermittimus inania, quibus nomē Omophagiis Græcum est, in quibus furore mētito, & sequestrata pectoris sanitate circūplicatis vos angibus, atque vt vos plenos. Deī numine ac maiestate

50

enim si vllē aliq̄ eiusmodi quoq; fabulā. Paulo post vbi cum Menādro disputat ἔδδ' ἡλῖος ὀπιδεῖξ' ἰστ' αὐθρον πὸν ἀληθῆ, ἔδδ' λόγος ὅς ἐστιν ἡλῖος φυχῆς, quibus in verbis locum δὲ postērius occupavit ἔδδ'. Hęc ille. Ceterū ne quis, vt nonnulli existimant, veram etymologiam mysteriorum hic tradi putet, aduertēdum est non tam Grammaticum veriloquium, quam Rhetoricam regulam à coniugatis argumentandi aut à notatione nominis ridendis his vocibus obseruari, in qua plerunq; ioco aut non ita exacta statera res proferūt, nō enim magis hęc sunt certa quam illa apud Athenæum l. 3. Dionysium quēdam noua nomina fluxisse, vt columnā μινερῶν, quod valida perduret, iaculum βδελύχων quia iaciatur in aduersum, muriū latebras μωσῆρα quia κωσ πρὸς mures feruent.

Ib. 60. Ex tympano comedi.] Iul. Firmicus de errore prof. relig. c. 19. Libet nūc explanare quibus se signis vel quibus symbolis miseranda hominum turba cognoscat. Habēt enim propria signa, propria respōsa quæ illis in ipsis sacrilegiorum cœtibus diaboli tradidit disciplina. In quodam templo, vt in interiores partes homo moriturus possit admitti, dicit de tympano manducaui, de cymbalo bibi, & religionis secreta perdidici, quod Græco sermone dicitur, ἐκ τυμπάνου βέβρακα, ἐκ κυμβαλίου πέπωκα, ἔχρηνα μωσῆρας.

Ib. Temperatum attuli.] ἐκ μινερῶν. P. Leopardus l. 4. c. 2. Emēdat. profert ex II. Athenæi τὸ κέρνος ἀγρίων κερσεμῶν ἔχει ἐν αὐτῷ κοτυλίοντες. cernosvas fictile cui agglutinatae sunt exiguæ cotyle multæ in quibus alba sunt papauera, triticū, faba, mel, oleum. His vescitur qui fert cernos, vt & qui cistā gestauerit. Pollux l. 4. τὸ γδ κερνοφόρον ὄργανον οἶδα ὅτι κέρνος ἢ ἐξαιεῖδας ἔδειον. (manuscriptus φέροντες) κέρνα δὲ τῶν ἐκκαλεῖται. Hefychius, κερνοφόρος ὁ πᾶς θυσιᾶς ἄγρον. Clemens, τὰ σύμβολα εἰς ὅτι κινήσ' ἔλασσε, καὶ μὴ γελασσεῖν ἢ ὑμῖν (ita enim legendum ex Eusebio) ἐκ μινερῶν, sic habent tam Clemens quam Eusebius, sed legendum ἐκ μινερῶν, cernos tuli, vel craticulas illas mysteriorum gestavi, aut quæcūque illa fictilia fuerint vasa.

16. Sabaziorum certe.] Arnob. l. 5. Auctore aliquis desiderabit rei, tum illū citabimus tritū notumque fenarium, quem antiquitas canit dicēs, Taurus draconem genuit, & taurum draco. Ipsa nouissime sacra, & ritus initiationis ipsius, quibus Sebadiis nomen est, testimonio esse poterūt veritati, in quibus aureus coluber in sinum demittitur consecratis, & eximitur rursus ab inferioribus partibus. Firmicus c. 27. Sequitur aliud symbolum, τῶν δὲ δαίμονες ἐ δρακὼν τῶν πατέρ. Idem c. 11. Sebasiū colentes Iouem anguē cū initiātur per sinū ducunt. adhuc primi erroris vitia grasātur, & quicquid hominē perdidit colitur, & funesti anguis callida crudelitas adoratur.

16. 20. Pineas nux.] Arnob. contra gentes l. 5. cuius rei testimonium argumētumq; fortunæ suis prodidit in carminibus Thracius. Talos, speculum, turbines, volubiles rotulas, & teretes pilas, & virginibus aurea sumpta ab Hesperidibus mala, erat nobis consiliū preterire. Hefychius κερμοσύνη καὶ μινερῶν τὰ μέλι. Scaliger in Catullum. Tympanū tubam Cybellem tua mater initia. Non hic sacra, sed plane crepūdia. Apuleius in Apologerico. Etiamne cuiquam mirum videri potest, cui sit vlla memoria religionis, hominem tot mysteris Deum conscium, quādam factorum crepundia domi adferuare. Nam tuba & tympanum sunt crepundia Cybeles, quum adhuc in cunis esset, vt Bacchi κῆνος ἐ βόμος, ἐ πάρινα κερμοσύνη. πάρινα crepundia, initia. Pindarus in Hypor-

chemasin vocat κατὰρχας. Adde, Glossarium, Crepūdia γυαλισματῶν, ἄρχας. Idem in hunc locum Varronis li. 8. de LL. Ac si quis puerorum per delicias pedes male ponere, atque imitari vacias cœperit, hos corrigi oportere si concedant, contra si quis in consuetudine ambulandi iam factus sit vacia, aut cōpernis, si cum corrigi non concedant, non sequitur, vt stulte faciant, qui pueris in geniculis obligent serperastrā, vt eorum deprauata corrigant crura. κερμοσύνη serperastrā. Orpheus enumerās crepundia Bacchi in infantum supellecile recenset illa, vt citat Clemens.

Ibid. 40. Hic cum suum fratrem.] Heruetus hic frustra est cum mutat, πρὸς τινι in αὐτῷ. Tres enim fratres erant Corybantes. Strabo l. 10. πρὸς κορυβαίτας οἱ μὲν γδ δίδος ἐ κερμοσύνης φασὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς καθυπεροῖς ὄντας. Iouis & Calliopes filios Corybantas eosdem esse aiunt, & Cabiros. Paulo post ex Pherecyde tradit Vulcanū ex Cabera Protei filia tres Cabeiros, totidemque nymphas Cabiridas ortas. Arnobius li. 5. obliuioni etiam Corybantia sacra donentur, in quibus sanctū illud mysterium traditur: Frater trucidatur à fratribus, interempti ex sanguine apium natum, prohibitum mensis olus illud apponi, ne à manibus mortui inexplabilis contraheretur offensio. Iul. Firmicus de errore profan. relig. c. 12. In sacris Corybantium paricidium colitur. Nam vnus frater à duobus interemptus est, & ne quod iudicium necem fraternæ mortis aperiret sub radicibus Olympi montis à paricidis fratribus consecratur. Hic est Cabirus, cui Thesalonicensis quondam cruento, cruentis manibus supplicabant. Apud Eusebium etiam legitur πρὸς τινι non αὐτῷ.

17. 20. Puerileque Iacchus.] P. Leopardus li. 6. c. 27. Emendationum, hęc Orphei carmina, vt apud Arnobium li. 5. & Clementem hic, atque apud interpretem Eusebij habētur l. 2. de Præparat. Euang. c. 5. emendanda esse ait, & notandum in 3. carmine Arnobium videri aliter legisse, quàm Græca habeant exemplaria, tam Clementis, quam Eusebij. nam ab illis nulla fit mentio Iacchi, quare non πᾶς δὲ ἢ ἐν ἰακχῶς suspicatur eum legisse, sed πᾶς ἢ παπαρῶς δὲ ἢ, aut aliquid simile. Vt semel dicam quod sentio, inquit, sunt hęc inuoluta & mysteriōde & forte mendosa. Ceterum fortasse legendum est apud vtrunq; vt legit Arnob. qui in huius impuræ fabulæ narratione hunc versum videtur expressisse illis verbis, Facit sumere habitum &c. In Eusebio impresso quod ad reliquum attinet, legitur ὑποδεδειμέναι, vt suspicatur legendum Heruetus. Cetera leguntur vt apud Clementem nisi quod ἐν τῷ δὲ πᾶσι corrigendum est pro δὲ τῶν. Cyceon cinnus Nonio, potio ex multis liquoribus confecta. Athenæus li. 11. κικκῶν γδ ἐν αὐτῷ γίνεται πρὸς τῷ πρὸς ἐν τῷ κερμοσύνη πρὸν ἔχουσα ἐ δῆριον. In ipsa miscetur Cyceon potio ex polenta & caeco tēperata. Hefychius κικκῶν πῶμα ἐκ πολλῶν βότανων συσκευασμένον. aliis οἰνόμα, vt & interpretationū huius nominis cinnus fieri possit, sed Budæus eius varia fuisse genera admonet. Vide Turnebum l. 12. c. 8. Aduersar. Arnob. etiam & Cicero cinnum vertunt.

Ib. 30. In cista accepit.] P. Leopardus l. 4. c. 3. Emēdat. Non male otium ille suum poneret, qui ea loca quæ Eusebius à Clemente est mutuatus cum ipso Clemēte coniungeret, & cōtra. Hoc si fecisset is, qui cum nobis Latinum dedit, non legisset apud Clemētem κῆσι τὸ σὺβῆμα ἐλευθῆριον, nec vertisset, In cista accepit Eleusiniū signa &c. cum legendū sit ex Euseb. κῆσι τὸ σὺβῆμα. i. Atque hoc est signū Eleusiniū.

niorū. Arnob. hęc ita vertisse videtur. Ipsa denique symbola, quæ rogati sacrorum in acceptionibus respōderis, ieiunauit, atq; ebibi cyceonē, exta sumpsi, & in calathū misi: accipi rursus, in cistulā transtuli.

Ib. 40. Et iolyrae.] Io. Scaliger in Varronem. Pannus πολύρη, glomus. Vnde quædam placentæ, quæ ad eum modum confectæ essent, γλόπη dicebantur. Meminit Athenæus l. 3. Clemens Alex. Protrept. καὶ πρὸς ἀμίδες ἐ γλόπη. Glomus vocabatur Latine, quod γλόπη glomus. Festus, Glomus in sacris crustulum.

Ib. Annon mala Punica.] Quod apud Trapezuntium legitur inter ista, exta fumantia, corda tremētia, non reperitur tale quid in Græco Eusebij, tātum καὶ καρδίαι. Fed. Morellus P. legendum suspicatur καὶ καρδίαι, vt de ramis ficulneis intelligatur, quia Clemēs paulo post κλάδων σακκῆς inter Dionysia refert. Trapezūt. autē potuit & quoddā ex istis placentarū vocabulis putare id significare, vt vertit φθῆς pultes. Heruetus quoque melius reddidisset, pthois. sic apud Athenæum ὁ δὲ φθῆς ἔσθ' ἄν γίνεται. Sic porro confici pthoidem. Enumeratur & apud Pollucem li. 6. c. 11. inter placentarum genera, sic enim legēdum ex manuscripto. φθῆς ἐ φθῆδῆς, ὀπῆς, σπυρμαῖδες. nā diuersum genus ὀπῆς apud Athenæum li. 14. interpres vertit pthoides libatoria. Postremo quod vertit Heruetus, ignis non dissimulat, & arguit, & punit quæ iubentur, sic habuit Florentina editio π πρὸ ἔχ' ὑποκρίνεται ἐλέγχῶν ἐ καλῶν ἢ κελύεται. in suo libro Græco ita sua manu correxerat ille, ἐλέγχῶν καὶ καλῶν.

30 Apud Eusebium. π πρὸ ἔχ' ὑποκρίνεται, ἐλέγχῶν ἐ καλῶν κελύεται. Trapezuntius, nescit ignis dissimulare, aperiendo, redarguendoque omnia punit.

18. 10. Menagyrtis.] Apuleius l. 8. Metamorph. per plateas & oppida cymbalis & crotalis personantes, deamque Syriam circumferentes mendicare cōpelunt. Minutius Octauio. Mendicātes vicatim Deos ducunt, idem Tertullio. Apologet. 13. Dionys. Halic. l. 11. Iunius centur. 9. Prouerb. 23. apud eūdem Dionys. & Eusebium 2. de Præparat. legit μινωαργυρῶν & μινωαργυρῶν, quæ vox idem cum altera μινωαργυρῶν & μινωαργυρῶν, sonat: nisi quod ex etymi ratione menstruum circulatorum intelligamus μινωαργυρῶν. nam quolibet mense cæteris faciebāt, stipemque corrogabant. vt ex Suida quoque discimus. vide pag. 76. 10.

Ib. Qua de causa.] Muretus li. 10. c. 17. var. lect. Diagoras & Hippo Melij fuerunt, de iisque & de Theodoro quasi de hominibus impiis loquuti sunt veteres, quod etsi veri Dei cognitionem consequuti non erant, eos tamen, qui colerētur à popularibus suis, Deos non esse intelligebant. Ideo Aristophanes Socratem Melium vocat, cui eādē notam inurere calumniatores volebant. Idemque de Socrate testatur Iustinus in Apologia 2. pro Christianis & de Heraclito, cum modeste, ac frugaliter viuerent, atheos habitos illos. Et certe Socrates nūquam docuit nullos Deos esse, sed tantum supremum quendam Deum immēsum, æternum, multo superiorem iis omnibus qui tum publice pro Diis colerentur.

60 οἱ μὲν λόγον βιώσαντες χειριστῶν εἰσι καὶ ἄθεοι ὀνομάσθησαν, ὅς ἐν ἑλλήσοι μὲν Σοκράτης ἐ ἠεσῆκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς. Hęc Muretus. Arnob. l. 4. Possumus hoc in loco omnes istos vobis quos inducitis, atq; appellatis Deos homines fuisse monstrare, vel Agragatino Euhemero replicato, cuius libellos Ennius clarum vt fieret cunctis sermone in Italū trāstulit, vel Nicagora Cyprio, vel Cyrenensī Theodoro, vel Hippone ac Diago-

ra Melii, vel auctoribus aliis mille. Laetant. l. 1. c. 11. meminit Eumeri, sed Messenium dicit. Plutarchus apud Eusebium l. 14. c. 6. Tegeatē, sic enim legendum est ex lib. de Placitis Phil. 1. Itemque Diagoras Melius, non Milesius. Paulo post. Quod apud Epiphanium legitur Heraclitus Ægyptius, sine dubio mēdosus est locus; licet & in Græco sit ἀργύπιος φησί.

Ib. 40. Hunc ne vides.] Duo quidem priores ex his quatuor versibus Euripidis sunt, vt monet Clemēs ipse lib. 5. p. 605. 20. Athenagoras citat in Legatione pro Christia. & Cicero 2. de Natura Deorum.

Vides sublime fufum immoderatum æthera, Qui tenero terram circumiectu amplectitur, Hunc summum habeto Diuum hunc perhibeto Iouem. Io. Villiomarus in Titium 8. 17. legit; Vides sublime fufum, nō, fufum, i. ὑψος. & immoderatum ἀπερον significare ait. Ennius itē: Aspice hoc sublime cādens quem inuocat omnes Iouem, alij legunt, sublimen quem vocant o. i.

29. 60. Coryphasiam.] De Minerua Coryphasiam vide P. Victorium l. 1. c. 15. qui locum Pausaniæ ex Messeniācis consentientis cum Clemente profert, quod vero Minerua quinta patris pelle se induerit tāquam ægide, Iulius Firmicus c. 17. de err. prof. relig. Quinta Minerua Pallante patre & Titanide matre orta est, quæ patris appellata nomine Pallas est ab hominibus nuncupata. Hęc paricidialis amētia furoris & vana temeritatis instinctu, patrē Pallatē crudeli morte iugulauit. Nec simplici patris morte contenta, vt diutius malis suis frueretur, & vt de morte patris crudelius triumpharet exuiis corporis eius ornata est. Cicero 3. de Nat. Quinta Pallantis, quæ patrem dicitur interemisse virginitatē suam violare conantem, cui pinnarum talaria affingunt: Ifacius Tzetzes. πάλλαια τὸν ἴδιον πατέρα πτερωτῆ ὑποκρίνεται βιάζοντα αὐτῷ ἀεὶ ἐπὶ τὸ δέμα αὐτῷ ὡς αἰγίδα πειλεβάνεο, καὶ τὰ πτερά τῆς τοῦ πατρὸς ἀποσπῆρασαν. Pallantem patrem suum alatum, ipsamque violentem occidit, eiusque pellem, vt ægidem gestabat, atque alas pedibus suis accomodauit.

30. 20. Et Callimachus.] Verba illa, Idem alibi, ad sequentem lineam pertinent, diuersis enim locis hęc ait Callimachus. Vtrunq; referunt typographi inter fragmenta eius sub finem operum. Arnobius li. 4. de Marte. Quis ei canes ab Caribus, quis ab Scythiis asinos immolari non principaliter cum cæteris Apollodorus?

Ib. 30. illum quoque.] Locus est ex ode 3. Pythiorū antiſt. 3. sed illa non satis tuto vertit Heruetus πρὸς τῷ δὲ ἀμφὸν ἀμφοῦς ἔσθ' ὄνον. manus per ambas. N. Sudorius, qui versū reddidit, eleganter

Phæbigenæ certe perylrixist lumina fuluo Nitore, & illum blanda merces impulit. Iuppiter iratus rediuiui pectora Glauci, Et insolentis rupit Æsculapij Fulmine, quod toto connixus corpore torfit; Illosque adustos liquit audax spiritus. Scholiastes Græcus ὡς ἐνοκίλει βέλος δὲ ἀμφοτέρων ἡδὲ μαιῶν, ἢ ἡδὲ πλευρῶν, δὲ αὐτῷ πρὸ ἀσκληπῆος ἐ πῆια πρὸς τῷ ἔσθ' ὄνον. Vtrunq; ergo occidit Iuppiter, & Æsculapium, & eū qui ab eo fuerat curatus siue ille fuerit Glaucus siue Hippolytus siue Tyndarus, vt varij tradūt. Athenag. in legatione hūc etiā locū Gētibus obicit.

Ib. 60. Cypriaca. Stobæus tit. 31. de verecūdia citat Stafimum in Cypriacis. Athenæus l. 8. & 15. dubitat Cypriorū versuū auctor sitne Stafim⁹ an Hegeſias. 31. Namque virum Alcidem.] Hic versus reperitur

initio lib. vi. Odyssæ ubi narratur Iphiti mors ab Hercule occisi. Cæterum quod substituit Heructus aßpawon in locum πῖ εἰδωλον Homerus Odiss. 12. vocat etiam βῖλου ἡερακλείου εἰδωλον quum occurrit Vlixii apud inferos, qui locus ab Homeri reprehensoribus carpitur, & Lucianus inde sumit occasione irridedi Deum hunc ex hominibus ascitum, in Dialogis mortuorum, nam si ille quoque umbra est vel simulachrum, habetque suos manes ut cæteri νεκροί, argumento est hominem fuisse.

Ib. 40. Thmuitarum capris.] Had. Iunius cent. 3. 93. Thmuitarum hircus de mulieroso homine, in quæ adhinnunt quodammodo scorta, ad vnus nutum parata. D. Clemens Protrep. loquens de Apolline ὁ θημιουτῶν πρῶτος. Est autem Thmuus oppidum Ægypti Stephano teste. Eusebius & Nicephorus Philææ meminerunt Thmuitarum Episcopi. D. Hieronym. 2. aduersus Iouinianum, vrbes ait in Ægypto ex animalium vocabulis nūcpari, Leonto, Butiris Thmuus, quod interpretatur hircus.

32. Alius Pelopem.] Iul. Firmicus. Pelops in deliciis amatoris fuit, & diu prostituti pudoris damna sustinuit. Tatianus contra Græcos ὁ παρ' ὑμῶν ὁ πέλοψ δειπτον ἦν θεῶν γίνεταί κηὶ ποσὶ δῶνος ἐρωμένος. Apud vos autem Pelops Deorum epulis apponitur, et si amatus à Nepruno. Pindarus ode 1. Olymp. πέλοπος τῷ μελαεπίης ἐραστῆς ποσειδῶν Pelopis, quem prapotes amavit Neprunus. Ælianus var. histor. l. 13. c. 5. Chrysiptum filium Pelopis rapuisse Laium tradit, & Athenæus l. 13. Laius apud Pelopem diuersatus adamauit eius filium Chrysiptum & cum raptum imposuisset curruū au fugit. Praxilla Sicyonia Chrysiptum à Ioue raptum fuisse inquit.

35. 50. Et Phaethonti.] Theodorus Canterus l. 1. c. 19. var. lect. In hunc locum Arnobij l. 4. Nonne vestris cautū est literis post Vulcanū Phaonem, Martem, in Anchisæ nuptias Æneadam matrē arsisse: Hoc loco suspicabar pro Phaonem, Phæonem scribendum esse, sed in eo non acquieui, verum consulens exēplar Romanū longe aliam lectionē inueni nimirū hanc, post Vulcanū Phaethontem, quæ lectio prima frōte alienissima visa est, tādē consului Clementē ubi hæc respexi ὁ φαεθόντα ἐλόχα, quare hic locus Arnobij non emedationem, sed obseruationē requirit. Hæc ille. Athenæus tamen l. 2. sub finem. κραπίος ὁ φηοί φάωνος ἐραεπίου πῶ ἀφροδίτῃ, ὃν καλεῖς φηδακίαις αὐτῶν ἀποκρίψαι. μερσίαις ὃ ἐν κρήνῃ κρησῶν. Cratinus inquit, Venerem cum Phaonem deperiret in pulchris lactucis cum abdidiisse. Marfyas vero in segete virētis ordeī. Ælianus l. 12. c. 18. var. hist. Phaonē omnibus hominibus elegantia forma præstantē Venus in lactucis abscondit. Legendū itaq; in vtroq; videtur Phaonē.

Ib. Nemeæ alij pueno.] Scholiastes Pindari in Præfatione Nemeorum τὰ νέμα φαίνῃ ἀρχαῖα ὅττι ὀφέλη, & paulo post, ὅρις ἀπέειλε πὺν πᾶσι δα. ἀμφιάερος ὃ τῆς ματιπέδομος ἀρχέμαρον αὐτῶν ἀκάλεσεν, ὅτι ἀρχὴ μόρε ἐχρήσθη ὁ πῶ παίδος γένεσος. Opheltem Amphiararus Archemorum appellauit, quod Argiuis initium mortis esset morte sua, sed hunc Eupheti & Creusæ non Lycurgi & Eurydices filium dici aduerte. Cæterum necesse nō fuit mutare lectionem apud Clementē κηὶ τῷ πῖλοπος τῷ γοῦσὶ πᾶ ὀλύμπια ὁ φειδῶν σπετελίζεταί ζεὺς & inferias Pelopis Olympia sibi vindicat Iuppiter Phidix.

36. 10. Prosymnus nomine.] P. Leopardus l. 3. c. 20. Omnia hæc habent Arnobius li. 5. & Theodorctus in curatione Græc. affect. Meminerunt etiam Hyginus, Lycophronis scholiastes, & Fauorinus in voce

ἀόρηος, sed in nomine variant. Nam quem Clemens, Arnobius & Gregorius Prosymnum, eūdem Theodorctus & Lycophr. interpres πῶλυμνον vocant, Varinus πῶλυμνον, Hyginus mēdose Hypolipnum vel Hypolymnum & Pausanias πῶλυμνον.

37. 30. Annofa geniti.] Versus est. Odyss. 19.

Ἀλλὰ κηὶ ὡς μοι εἶπε πῶν ἡβῶς ὁπαπῶθεν ἐσσι
Οὐ γὰρ ἀπὸ δούδος ἐσσι παλαιφάτη.

alia lectio παλαιφάτη. verba sunt Penelopes ad Vlixem. Sed & sic mihi dic tuum genus vnde es, Non enim à quercu antiqua. Reperitur & similis sententiā Iliad. χ. est que prouerb. quod magnus ille Chiliafta ch. 1. c. 8. 87. inde ductū ait, quod antiquitus in cauis quercubus habitaret homines, atque inde nati fingebatur, ideo, & creditū est à Deucalione proiectis ē saxis natū mortaliū genus. Alio item loco sibi ipsi nō cōstat, & peiorem rationem reddidit. ch. 3. c. 7. 76.

At Eustath. ὅτι νεομάδα βῖον εἶκεν οἱ ἀσπρωπί, ὁ ὀρεινόμοσ κηὶ δρυῶν κηὶ λῆθων κηὶ ὀπίσσειν τὰ νεογά ἐκ ἡδύμανοι δὲ πνίαν τὰ φιλῶτα. ἔστιν ὁ φῆμη διεσπάρη ἐκ ἦν ἐνελεσκόντων τὰ ἐκ ἡτῆ βρέθη ὡς ἄρα ἐκ δρυῶν ὁ λῆθων ἡμινῶνται ἀσπρωπί.

Quo tempore in syluis & antris habitabant mortales nonnunquam liberos exponebant in arboribus petrificæ excuatis, cum eos præ inopia nutrire non possent. Vnde sparsum in vulgus expositos illos natos ex quercubus & petris. Vsurpatur prouerbium in eos qui non carent genealogia, vel agrestibus nō sunt moribus, vt à Sexto Empirico sub finem operis contra Mathematicos. & 438. 40.

37. 40. Agamemnonē certē.] Hunc locum emendarunt P. Leopardus l. 4. c. 4. & Giraldus ab Heructo citatus, sed in eo differunt, quod ille legat ἐν ἔρωσιν ἢ καλεῖς, in Cupidinibus vel Formosis, & ἀρμυνηδὸς νεῶν ἀφροδίτης, templum Veneris Argynnidis. Profert etiam locum Strehani de Urbibus, ex quo liquet hunc Argynnum filium fuisse Pifidicæ Leuconis filia, Athamantis neptis, filij Sisyphi.

37. 60. An non Veneri.] P. Leopardus l. 8. c. 25. Veneris ἀειθαλίας meminerunt Clemens Alex. & Hesyehus ἀειθαλῶ ἀφροδίτῃ. Scholia in Clementem ἀρμυνηδὸν interpretantur. Hæc ille. Ipsum quoque verbum ἐμβαλεῖν referunt ad turpia viri docti exponentes illud ἐμβαλεῖν vsipiam. ἀειθαλῶ autem decurtatum forte est ex ἀειθαλίῃ vt ἀρσῶ ἐκ ἀρσῶφον, σερακῶ ἐκ σερακῶσα, Tarentino idiomate. Cæterum spurcum illud Dionysij Epithetum quod affert initio sequentis paginæ ἀειθὲ τὸ κῆλεν τὸ κῆλεν ἢ ἡλεην deducit scholiastes Æschyli in Persas sub finem Tragædiæ.

38. 10. ex illis Euenitæ.] Euenitas non facilius opinor reperias quàm Osirim Ægyptij, quamobrem hic forte an legedum non ἐνλυῖται sed ἐνλυῖται Syenitæ. Facilis enim mutato Συ in Ευ. Ælianus li. 10. de animalibus c. 19. τῷ ἰχθύϊ τῷ φάρεος. ἐνλυῖται μὲν ἀργυρῶν ἰεροῖς νομίσειν. εἰ δὲ οἰκοῦντες τῷ καλεῖται ἐλεφαντῶν τῷ μαυῶται. Ægyptij Syenitæ sacros pisces Pargros dicunt, atque Elephantinam sic nuncupatam colētes Mæoras pisces. Deinde causam addit, quod pisces isti accessum inundantis Nili suo aduentu prænuntiant. Idem scribit Plutarchus de Iside & Osiride agens de Oxyrinchitis σιβόμενοι σὸν πὸν ὀξυρῶχον ἰχθύϊ δειδῆσαι μήποτε τὸ ἀλῆσρον καθάρων ὄντι ὄξυρῶχου ἀελεπόντος αὐτῶν ἐνλυῖται ὃ φάρεον. Hunc piscem Strabo φαρῶλεον appellat & φάρεον vnde Phagroriopolis li. 17 in Arabici sinus recessu. Ibidem meminit & insulæ Elephantinæ in Nilo. & Plinius li. 16. c. 21. vt circa Memphim Ægypti & in Elephantinæ The-

baidis

baidis nulli arbori decidant folia, ne vitibus quidē. Athenæus l. 7. Mæotas numerat inter Nili pisces.

Ib. 20. Thebani autem.] Ælianus lib. 12. c. 5. de animalibus. κηὶ θηβαῖοι ὃ σέβουσι ἐλλῆνας ὄντες ὡς ἀκῶα γαλλῶ. Thebani, quanquam Græci, mustellam religiose venerantur, quia nimirum nutrix Herculis fuit, aut quod cum Herculem Alcmena parturiret & parere non posset, ea prætercurrens pariendi vincula dissoluit. Ibidem etiam mures idem adorari tradit ab

10 iis qui Troadis Hamaxitum incolunt, vnde Apollinem Sminthium appellant; tum vero in æde Sminthij cicures ali mures, σκῆθος enim murem illis significat. Addit deinde fabulam de muribus ab Apolline expulsis, & alteram quam hic innuit Clemens. Cretenses ad coloniam domo missi Pythium rogant, vt quempiam ad habitandum aptum locum ostenderet. Respondit ille, vbi; κησῆεις. i. terra geniti bellum eis inferrent ibi confidendum. Ita eos ad Hamaxitum profectos castra posuisse, tum incredibilem murium multitudinem erupisse, & clypeorū lora derossisse, & arcuum neruus exedisse, ex quo cōiecturam duxerunt illos esse terrigenas, proinde hūc locum excoluisse, atque Apollini Sminthio templū excitasse. Eandem fabulam narrat Strabo li. xij. de Eurymedusa. Arnob. li. 4. Nunquid à nobis aliquando conscriptus est, modo in aurum versus, modo in Satyrum ludicrum, in draconem, in alitem & quod omnia genera contumeliarum transfiliat, in formicula paruuam, vt Clitoris videlicet filiam Myrmi-

30 donis redderet apud Thesialos matrem. Ib. 30. Neque vero obliuiscar.] Ælianus l. 12. c. 40. ἡμῶσι ὃ ἄρα δειλοὶ μὲν λυκαὶ Σάμοι ὃ ἀειθαλίῃ, Lupū Delphi colunt, Samij ouem veneratur. Deinde causam addit, quod Samiis furto sublatum aurū ouis inuenit; Ideo Mandrobolus lunoni ouem cōsecrauit vt Aristoteles tradit. Idem l. 11. c. 8. In Leucade promontorium est excelsum & sacrum, in eo Apollinis Aethij fanum, cuius honori dedicatum certus festum cum instat, in quo saltando etiam certat, bouem Mulcis, quod etiam illæ sanguine saturata, recedūt veluti munere ad id faciendū persuasæ. Euphorionē citat etiā idem l. 17. c. 28. & Athenæus multis in locis.

40 Ib. sed nec eorum.] P. Victorius l. 12. c. 15. Tibullus in quadā elegia superstitionis Syrorū meminit, qui colūbas cōsecrabant, timebātque violare, ita canēs: Quid referam vt voluit crebras intacta per vrbes Alba palestino sancta columba syro? alij legūt, suo. Id quoque memoriæ prodidit Xenophon in expeditionis Cyri. narrat enim copias illas venisse ad fluuium Chalum plenū magnorū piscium ac mansuetorum, quos Syri deos putarēt nec sineret violari, quod etiam tribuebāt columbis. Cicero 3. de Natura Deorum. Piscem Syri veneratur. Porphyrius l. 4. ἀειθῶτος Menandri Comici versus ponit, quibus exponitur, quo humilitatis descendant Syri, vt Deā placent, si forte aliquando incontinentia ducti piscem comederint.

46. 10. Lycij autem.] P. Leopardus l. 4. c. 3. Eméd. restituendum ex li. 4. Eusebij de Præpar. Euang. c. 7. moner. & addédum Eusebio nomen libri ἐν νόσοις in Reditibus seu reuerfionibus, vt cōstat ex codice Eusebij Græco Lutetiæ edito. Citatur hic auctor & ab Athenæo l. 9. & alibi, & Atheniensis dicitur. Paulo post etiā legendū ibidem pro Lesbī Dofcida & Phitocules, Lesbij, Dofidas & Pythocles, at hic etiā vt ibi Phocæenses, non Phocenses. nam φωκαῖς Phocææ vrbis Ionix ciues, φωκῆς, incolæ Phocidis Pho-

60 censes, Stephanus de vrribus. Quod vero addidit Trapezuntius, singulis annis, abest ab vtroq; Græco. Ib. Erechtheus autem.] Plutarchus in historiis parallelis Græcis & Romanis, hæc duas narrat historias coniunctas numero 20. Erechtheus cum Eumolpo bellum gerens cum didicisset victorem futurum se si filiam immolaret, re cum vxore Praxithea cōmunicata puellā maftauit, cuius rei Euripides in Erechtheo meminit. Marius cum Cimbris bellum gerens, cū inferior illis esset, in somnio præmonitus est, victoriam se consequuturum si filiam prius victimam offerret Calpurniā nomine. Patriæ igitur charitati natura postposita eo facto victoriā reportauit. Cuius rei Dorotheus 4. rerum Italicarum meminit. Vnde constat legedum apud Eusebiū, & Marius Rom. non Macarius. nam & ita Græcus Eusebius.

Ib. 20. Quomodo ergo non sunt.] Gr. πῶς ὃ ἄχ' ὄσιοι. Et apud Eusebiū πῶς δὲ ἐκ αἰθέροις οἱ δεσποταῖς, οἱ μὲν σωτηρίας ἐνφημοῦμενοι, οἱ δὲ σωτηρίαν αἰπούμενοι ἀπὸ ἡδύτων σωτηρίας. Quo modo enim nō scelestissimi sunt superstitiosi & illi qui tāquam saluatoribus inuocantur, & isti qui salutē ab insidiatoribus salutis petūt? Nam & Iuppiter & Bacchus σωτηρίας cognomen inuenerunt vt est apud Plinium & alios passim.

47. 20. Quid tibi enumerem.] Heructus verbum κέκληται quasi superfluum deleuit. Ita ergo vertendum. Quod tibi enumerem illas Hyperboreorum vxores, (Hyperoche & Laodice nominabatur) quæ in Dianæ delubro, quod in Apollinis templo situm est, sepultæ sunt: Has enim esse scæminas ex Hyperboreorum finibus aduectas ait Arnobius paulo ante. Immarus filius Eumolpi & Dairæ Græcæ est ἡμῶρος ὃ ὀνομάσθη κηὶ δαιρέας, Immarus filius Eumolpi & Dairas. nam Dairas frater eius nō mater. Arnob. Similique error in Trapezontio qui vertit; Eumolpi & Dianæ filius, apud Eusebiū. In Arnobio itē legendum videtur Cleomachum non Cleochum, neque hic fortasse Clearchum, nam apud Eusebiū c. 8. l. 2. Præp. ita citatur hic locus. κηὶ ὄμαρον πῶ φῶσαι ἐν πᾶσι διδυμῶ φησι. Legitur & ἡμῶρος Immarus, nō, vt hic, Imtharus.

Ib. sed neque Apollinis.] Dubitationē Heructi tollit Th. Canterus l. 2. c. 1. dum ita legit apud Arnobiū lib. 6. Sub Apollinis arula quæ Telmessi apud oppidum visitur, Telmessum esse conditum vatem non scriptis cōstantibus indicatur? Agefarchi Ptolemæ de Philopatore quem edidit primo Cinyram regē Paphi & c. nullus igitur Ptolemæus Philopator, sed Ptolemæus filius Agefarchi scripsit historiam de Philopatore quam sæpe citat Athenæus vt l. 5. πολεμαῖος ὃ ὁ πῶ ἀζηνοδῶν μεγαλοπολίτης ἡβῶς ἐν τῷ δευτέρῳ ἦν ἀπὸ τῶν φιλοπότα ἰσοεῶν.

50. 20. Adorabant acinacem.] Brodæus Miscell. lib. 5. c. 5. Tamethi ἀκινάκης vocabulū sit Persicū ensē significās, vt tradit in Polyhymnia Herodot. κηὶ τὸ ἀρσικὸν ἔξῃφος ἀκινάκῃ καλεῖται. Græci tamen etiam pro gladio Scythico vsurpare solent, quæ sicut Deum quēdam gens illa obseruare & coleret σκηνῶν οἱ στυρομαῖται ἀκινάκῃ σέβουσι. Ammianus Marcell. l. 31. Nec templum apud eos visitur aut delubrum; ne tuguriū quidē culmo tectū, sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumq; vt Martem regionum, quas circueunt, Præfulē verecūdius colūt. Lucianus in Ioue Tragædo σκηνῶν μὲ ἀκινάκῃ θύοντες ὁ θηραῖες ζαμὸν ἔειδ.

Ibid. Et samia lunonis.] Th. Canterus l. 2. c. 25. ex hoc loco illum Arnobij corrigit Puteū Samios pro lunone, legit que pluteum. Euseb. de præpar. l. 3. c. 3.

ἡ ἀποστέλλων ἕρπον εἰς ἔδαμον ἡ ἕρας ἢ καὶ ἔχλινον εἶχον εἶδος.
 Tertullianus aduersus gentes. Sed & qui crucis religioſos nos putat conſecratus erit noſter cum lignum aliquod propitiatur. Et tamen quāto diſtinguitur à crucis ſtipite Pallas Attica & Ceres farrea, quæ ſine effigie rudi palo & informi ligno proſtāt? Lucanus l. 3. ſimulachraque mæſta Deorum, Arte carent, cæſiſque extant informia truncis. Athenæus l. 14. Parmeniſcus Metapontius riſit Latonæ imaginem deformem & ligneam in Delo inſula cū eam ſtatuum putaret eſſe. Et apud Arnobium legendum non Ethedius, ſed Aethlius. citatur ab Athenæo lib. 14. ἀέθλιος.

Ib. 30. Romæ autem.] Scaliger in Varronem. Videtur non longe ab his, quæ ex Varrone affert Clemens, quod apud Nonniū citatur ex lib. de vita populi Rom. Quid inter hos Ioues interſit, & eos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo aduertere, & horum temporum diuitias, & illorum paupertates. Ouid. Iuppiter anguſta vix totus ſtabat in æde. Paulo poſt, imagines in Neapetcha P. Leopardus corrigit ex Græco ἀράχματα ἐπιπατήρη ſtatuarum nouem cubitorum l. 2. c. xi. Emendat.

30. 50. Iunonis Tiryinthiæ.] Eufebius lib. 3. cap. 3. ex Plutarcho λέγεται ἡ Πίερα ὁ παλαιὸς ἀργολίδος ἡ ἕρας ἵδον εἰσάμενος πλὴν αὐτῶν θυγατέρα καλλιθυίαν ἵβειαν κατιστήσας ἐκ τῆς πατρὸς ἕρας ἵδον ὄχι μὴν ἡ ἕρας ἀράχματα. 19. 50. Piras dicitur primus Argolica Iunonis templo extracto & Callithya filia ſua anſiſtite conſecrata. ex arboribus circa Tiryntem exciſa piro ſimulachrū Iunonis poſuiſſe. Corrigenſus etiam eſt Eufebius in Chronicis ad annū mundi 3560. In Argis primus ſacerdotio functus eſt Callitias filius Pyrantis. Manuſcriptus Chriſtianiff. Regg. matris, In Argis prima ſacerdotio functa eſt Callitias filia Spirantis. Meminit & Clemens lib. 1. Strom. 372. 40. Callithoes ſacerdotis Argiuarum Iunonis.

Ibid. Palladium diopetes.] Epicuræi cum plurimum tribuerent Epicuri libro περὶ κριτικῶν νόθου humano ingenio, ſed diuino conſectum, atque de cælo delapſum oſtendere ipſum volentes diopetes appellabant. Plutarchus contra Colorem, quod verbum Cicero expreſſit lib. de ſinib. bonorum dicens delapſum de cælo. D. Lucas Aetor. 19. diopetes appellat Dianæ ſimulachrum quod ipſum Numa Romanis perſuaſit de ancylis de quo Ouidius 3. lib. Faſt. de Palladio lib. 6. Gilbertus Cognatus cent. 2. prouerb. 172. Locum Suidæ aſcribere ex manuſcripto non pigebit, quod auctior ſit & emendatior diopetes ἐξ ἕρας κατὰ χροῖον ὅτι οἱ παρ' ἑλλήσι παλαιὰ καὶ νεώτερα φέρον ἐμπειροῦ βυλάμοι (Aldina edit. φέρον) ὡς ὄρασιν ἐφρασκον, ὅτι τὸ ἀράχματα ἐξ ἕρας τὸ δῖος ἐπέμψθη, καὶ κατέπευ κρείττον ἕραρχον πάσης ἀνθρώπινης χείρας καὶ ἀδελφῆς, ὅθεν καὶ diopetes αὐτὸ καὶ ἕρανον βρέτας ἐκείνην τὸ βροτῶν ἐπέμψθη, idem antea Clemens hac ipſa pag. num. 30. Addit Suidas adenda impreſſo; ὁ παρ' ἕρας ἵδον ἢ παρ' ἕρας ἀράχματα ματαία ὁ παλαιὸς ἀράχματα, ἡ δὲ τῶν ἀράχματα τοῖς ἰδοῦ κρινόντες & c. In extremo eſt, αἰχίον μινδὸν τῆς κεκοιμήτης καμμάμμοι. Solebant Græci profani vt ſimulachra commendarent dicere ea à Ioue miſſa, vt immortalia: quamobrem & ſolebant ſtatuarios in exilium mittere aut enecare, ne manufacta viderentur. Exemplum affert ſimulachri Alexandriæ. Ptolemæus enim artiſtes, eo conſecti, & ingenti ſoſſa excauata, ac tabulatis impoſitis, dolo occultato iuſſit, vt in eis epularentur: tum in medio conuiuio ſubſidente pauimento cōciderunt, atque ita oppreſſi ſunt. Ar-

nobius lib. 4. Quis ex reliquiis Pelopis compactum eſſe Palladium prodidit? Iulius Firmicus de errore prof. relig. Palladij etiam quid ſit numen audite. Simulachrum eſt ex oſſibus Pelopis factum. Hoc auarus Scytha feciſſe perhibetur: iam quale ſit conſiderate, quod Scytha barbarus conſecrauit.

52. 60. Nobis autem.] P. Faber c. 2. Dodecameni. Verum Deum eſſe aut ſolium, vel vnum Deum eſſe dicitur idolorum, demonumque falſo Dei nomen uſurpantium habita ratione, vt ſcilicet ea nequam pro Dijs habenda eſſe doceatur, eo que pertinet, quod apud Clementem ſcriptum eſt πὸν ὄντα ἄνθρωπος μὴ γινώσκει περὶ θεῶν. Item quod aliquanto poſt vbi nullum ſenſibile ſimulachrum, quale Gentibus, eſſe Chriſtianis, ſed verum Deum ipſa mente, atque cogitatione comprehendi docet. His enim verbis exprimit. ἡμῶν ἢ ἕχ' ὄντος ἀδελφῆς ἀδελφῆς, νοῦν ἢ τὸ ἀράχματα ὅτι νοῦν ἕκ ἀδελφῆς ὅτι τὸ ἀράχματα ὁ θεὸς μόνος ὄντως θεός. Sed hac obſcura & mendosa ita (meo quidem animo) correxeris, ſi pro priore νοῦν legeris νοῦν, & poſterius illud ἕκ ἀδελφῆς ὅτι τὸ ἀράχματα, tāquam ſuperfluum, & à libratio vel à ſcholiaſte quodam ſciolo repetitum expunxeris. neque enim dubito quin ita prorsus Clemens exararit. ἡμῶν ἢ ἕχ' ὄντος ἀδελφῆς ἀδελφῆς, νοῦν ἢ τὸ ἀράχματα ὅτι νοῦν ὁ θεὸς ὁ μόνος ὄντως θεός. Atque vt antiquitus Iudæi, Romana etiā vigente Republica, Deum ineffabilem & inuifibilem exiſtimantes nullo ſimulachro adhibito coluere, ſic hodie Chriſtianis nullū intelligibile Dei ſimulachrū eſſe ſcripſit, ſed intelligibile dumtaxat, eum ſcilicet (vt equidem ſentio, nam hoc à Clemente non explicatur) qui re vera ipſe Deus eſt filium Dei vnigenitum.

53. Antiochus autem.] Arnobius 6. contra Gentes. Antiochum Cyzicenum ferunt quindecim cubitorum (ſic enim in Romana editione correctum eſt) Iouem ex delubro aureum ſuſtulit, & ex ære bracteolis ſubſtituiſſe fucatum. Fuit hic Antiochus Syriæ rex, Sedetis filius, regnauit que an. 18. Iosephus Antiq. l. 13. c. 19. Eufebius & Iuſtinus. Paulo poſt Arnobius ſequutus eſt Clementem qui ante tribuit iuniori Dionyſio quod alij ſeniori. Deinde vt notat P. Victorius lib. 2. Var. lect. c. 10. Cicero id factum in Peloponeſo ait, Clemens in Sicilia, ſed vereor, inquit, ne hoc M. Tullio impoſuerit, vt legens hoc factum in ſano Iouis Olympij, ob dignitatē Peloponeſij ſani putarit id in Peloponeſo commiſſum. Sed in Sicilia quoque Iouis Olympij fanum fuiſſe T. Linius auctor eſt. lib. 24. & Diodorus Siculus. Liberalis Dionyſij vertit Heructus paulo poſt Gr. Διοῦνος τὸ ἐλευθερίου. Arnobius. Vbi liber Eleutherius cū Athenis? Ab Eleutheris vrbe Beotiarum, cuius ciuis eſt ἐλευθερός.

53. 20. Cum ſacerdote Chryſide.] P. Leopardus l. 6. c. 11. lib. Aduerſus Iouinianum 1. apud D. Hieronymum recte legitur, nec eſt Chryſeis legendum vt quidam arbitrantur, tamen apud Pauſaniam legatur πλὴν ἱερῶν χρυſίδος; auctores habeo Thucydidem in 2. & 4. ὁ νεὸς τῆς ἕρας κατὰ αὐτῆν χρυſίδος τῆς ἱερείας & c. Templum Iunonis apud Argos deſtagrauit Chryſide ſacerdote, cum lucernam ardentem coronis appoſuiſſet, illic ita ſoporata, vt incenſa omnia non ſentiret; propter quod Argiuos verita protinus in Phliuntem nocte confugit, Clementem item Alexand. & Arnobium lib. 6. Vbi Iuno Regina cum inclytum eius fanum ſacerdotemque Chryſidem eadem vis flammæ Argiua in ciuitate deleret. Vbi Serapis Ægyptius, cum conſimili caſu iacuit ſolutus in cinerem cum myſteriis omnibus atque Iſide?

Ibi. 30.

Ibid. 30. Ignis sapiens.] Gr. πῦρ σαφρονῶν. Tertullianus Scorpiaco. ſapiens ignis effigiem virtuti deſundit illis, ſugillans illic cor habentes, vbi & theſaurum. Minutius Felix Octauio. Illic ſapiens ignis membra vrit, & reficit, carpit & nutrit, ſicut ignes fulmine corpora tangunt, nec abſumunt.

59. 40. Ptolemæus autem.] P. Victorius lib. 7. c. 4. locum ex oratione pro Flacco indicat & Mithridatem, Deum, illum patrem, illum conſeruato-rem Aſia, illum Dionyſum, Bacchum Liberum nominabant. Athenæus lib. 5. obuiam proceſſiſſe artiſtes Bacchi & libationes factas cum Athenio regis Mithridatis prætextu per Atticam circumferretur. Vide eundem Victorium c. 7. 19. Ptolemæo Auleæ filio, Cleopatra fratri cognomen Dionyſij tribuunt Eufebius in Chronico & alij paſſim.

Ibid. 10. Quid opus eſt?] Athenæus lib. 3. meminit Alexarchi cuiuſdam Caſſandri Macedonia Regis fratris, qui dicebatur Vranopolidis conditor; & loquendi peculiare formas inuenerat: itaque ad Caſſandri duces ſcriperat, Alexarchus bellator primipilos Solis filios ſaluere iubet. Idem li. 7. Menecratis meminit cuiusque epiſtolam ad Philippum adfert, cuius hoc initium eſt. Tu quidem in Macedonia regnas: at ego in Medicina. recitat & verſus cuiuſdam, qui ait Nicoſtratum ſe Herculem dixiſſe, & alium quendam ſe Mercurium autumate chlamyde ornatum, caduceo & alis, Nicagoram ſcilicet Zelitem, qui patriæ tyrannidem occupauit.

62. 30. Figuras gestusque Philenidis.] τὰ φιλενίδος ἡμίματα. Athenæus li. 8. p. 116. Aldina edit. καὶ βιβλία περὶ φιλενίδος καὶ πλὴν τῶν ἀρχαίων γαστρονομίαν ὁμοίως ἢ καὶ τὰ Σεραπίνας ἐμπειροῦς βιάσθαι κινησόντες καὶ ἡμιματων. Philenidis libros, Archeſtrati gaſtronomiam, ancillis pariter horum motuum ac figurarum experimentis peritas. Et paulo ante turpiſſimum ait de rebus veneris opus illi aſcriptum, ſed falſo honeſtiſſimæ fœminæ per calumniam id tribuiſſe Polycratem, vt ſtatuarum Æſchryon Samius. Meminit eiſdem li. 10. Vide H. Iunium prouerb. Philenidis commentarij.

63. 10. Ipſius Dei voluntas.] τὸ βούλημα κοσμοποιῆς. Sane quod Alexandrinus Clemens ſola Dei voluntate mundum & à ſolo Deo conditum, quando & ſolus Deus eſt, memorat, mihi non eſt dubium, quin partim excludendis dæmoniis ac idolis exarauerit, partim etiam, imò vero potiſſimum conſutandis veteriſtis hæreticis, quorum Simon quidem Magus veluti ſignifer quidam, dein Menander eius diſcipulus, ſed & Saturninus & Carpocrates, & ex Gnoſticis nonnulli mundum, & quæ in eo ſunt, factum ab Angelis emiſſis ab Ennoea ſeu Selene multo inferioribus ingenito patre aſſerebant. Cerinthus autem & Nicolaitæ non à primo Deo, ſed à virtute valde ſeparata, & diſtante ab ea principitate, quæ eſt ſuper omnia, Trimegiſtus Pimandra c. 1. καὶ πῶς πημιſαντες καὶ ἐνός μόνου, τῆς ἑαυτῶν θεότητος δημιουργησάντες τὸ ὄντα. Vide Iren. lib. 1. c. 25. & lib. 3. c. 11. hac P. Faber c. 2. dodecameni.

68. 40. Veneris Tanaidis.] Strabo quidem Vxiourum meminit apud quos ἀφροδίτη αἰαίτης colebatur & apud Perſas ſacra fuiſſe celebrata prodit Anaitidis & Omani (αὐτῆς ἐν τῶν αἰαίτης καὶ τῶν οὐρανῶν ἱεροῦ νεόμυται. Videndum ergo num hæc ſit dea quam Clemens hoc loco indicat. Vide Strabonem lib. 15 vbi Perſas Venerem & Solem colere tradit & lib. 11.

70. 40. si bonum quale fit.] Senarij ſunt Græce qui quo modo diſponedi ſint vide in philoſophica Poeli pag. 51. Eoſdem habes & lib. Stromat. 5. 604. 20.

75. 20. In veritate est vnus.] Citantur hi Sophoclis verſus à Iuſtino de monarchia & ab Arthenagora in legatione, apud Clementem. verſus ille, aberrantes lucro homines, Græce mendofus eſt ἡντι δὲ πλουκαρδία πανώμενοι legendum ex Iuſtino & lib. 5. Strom. pag. 605. 10. ἡντι δὲ πολλοὶ καρδία, vel καρδία πανώμενοι. Mortalium aſt errantes corde plurimi. Orphici deinde verſus apud Eufebium etiam multo afferunt ampliores li. 13. c. 7. Præpar. Ille apud Clementem εἰσοραῖ ἡντι δὲ, αὐτὸς δὲ πᾶντας ὄραται. Eufebio ſic εἰσοραῖ ἡντι δὲ ἡντι δὲ εἰσοραῖται, ſed mente cernitur. Item εἰς ἐς ἀποπληγῆς. Eufeb. εἰς ἐς ἀποπληγῆς vnus perfectus Deus eſt qui cūcta creauit, quo modo & apud Theodoretum li. 2. de Curatione Græc. apud quem tamen legitur αὐτὸς δὲ πᾶντας ὄραται, vt apud Clementem. Principium horum verſuum apud Stobæum vſpiam fic adūbratur αἰετῶν σωτηρίων ὄραται & c. Cantabo prudentibus.

76. Menander certe.] Extat huius dramatis vtriuſque nomen apud Stobæum tit. 106. & 11. & alterius apud Athenæum lib. 14. ſed apud Iuſtinum in libello de monarchia citatur ex Auriga hic Menandri locus, itaque hic expungendum nomen videtur ſuppoſitij. Ibidem legitur mendosè ὀκλίαν παρεπιπύθη τὸ σαυδίου, Clemens, οἰκίας παρεισίων, Perionius vertit, in tabula conuenit. Langus, in albo ſcribitur. In tabellis picta quædam geſtaſſe olim mendicos vſpiam legitur. Eſt & in illo de monarchia libello alter Menandri locus ex Sacerdote, poſtremuſque verſus ſic abſoluit

εὐνομένην ἀνθρώπων ἀκαρδίαν Πέδη.
 Mortalibus reperta ab impudentibus,
 Conſicta riſus gratia, Rhode mea.

76. 40. Apollinem qui medias.] Verſus Euripidis ſunt in Oreſte Tragædia quæ etiamnum extat vnde corrigi quædam poſſunt in Græco Clementis. Reijcit Oreſtes culpam in Apollinem qui maternam eadem imperauerat, vide & Æſchylum in Eumenidibus. Extat quoque Tragædia Ion vnde ſequentes ſunt excerpti vbi legitur πλὴν λόγου δὲ χηρίσμαι, melius quam apud Euripidem πλὴν λόγου δὲ χηρίσμαι. Quod ſi (quanquam id nunquam fiet, vt ſequenti verbo tamen) pœnas violenti amoris dederitis & c. alij aliter explicat: apud Iuſtinum p. 169. legitur εἰς ἕ ὅραται, πλὴν λόγου καὶ χηρίσμαι. Poſtremo illud, nudo capite, paræciam refert: nam qui citra pudorem & palam aliquid faciunt dicuntur id nudo capite facere, vtitur D. Cyrillus in Ioan. Euangelium, & D. Chryſoſt. in Babylam. Vide Prouerbiorum centurias.

78. 20. Traducentur coram ſole.] Huc pertinere videtur illa Hieremias 8. 2. & expandent ea ad Solem & Lunam & omnem militiam cæli, quæ dilexerunt & quibus ſeruierunt, & poſt quæ ambulauerunt. Item cap. 19. 7. Et dabo cadauera eorum eſcam volatilibus cæli & beſtiis terræ: & ponam ciuitatem hanc in ſtuporem Lxx. εἰς ἀφανισμόν demolitionem. Locus autem qui paulo poſt ex Ofec citatur reperitur. cap. 4. Amos 13. δόξα κύριος εἰς σερραὶν βροντῶν καὶ κήλων πνεύμα. Quin Dominus eſt firmans tonitruum & creans ſpiritum, & annuncians in homines & c. In vulgata Latina eſt, Quia ecce formans montes, & creans ventum.

T et iij

λέων, hic apud Clementem utrumque vides: reliqua autem partim Symmacho, partim Theodotioni, cuius est etiam illud πρὸς Πηνελόπειαν τὴν παιδείαν quod multipliciter disciplinam, sic enim verendum est potius quam quod ludum multipliciter, vsque ad illud καὶ τῆς εἰρωμένης αὐτῆς ἔχει πέρασ quod est Theodotionis & Symmachi. lxx ἔχει ἔσαι δειλοί. vel apud alios πέλοσ.

126. 40. Oculorum suffusionem.] Gr. τὸ ὑπόχυμα τῶν ὀφθαλμῶν. C. Plinius de re medica 15. Suffusiones & albugines. Celsus li. 6. c. 6. suffusio, quam Græci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentia, qua cernit, se opponit: Sanguinem ex fonte, vel naribus mittere, in temporibus venas adurere expedit. Definuitur ab Aegineta li. 6. cap. 21. ἀρρὸς ὑπερδύστας ὅτι πρὸς κερὰς ἔχει τὴν κέρην ἐμποδίζουσα τὸ ὄρα, ἢ τὸ σφαιρῶδες ὄρα. Suffusio pigri humoris concretio iuxta pupillam in cornea membrana, quæ visum impedit, aut certe, ne oculus clare cernat, efficit.

133. 10. Venerem Græcè.] Plato in Cratylo Hesiodi esse dicit πρὸς ἠεροδότης ἔκ ἀξίον ἠεροδῶν ἀντλέειν, ἀλλὰ συζωρεῖν ἐπὶ θεῶν τῶν ἀφρῶ ἤξειεν ἀφροδίτη ἐκλήθη. De Venere Hesiodo repugnare non decet, sed concedere propter ipsam ex spuma generationem ita vocari. Sic enim malim vertere cum Ficino quam cum nouo interprete, propter spumam æstum qui in generatione fit. Hesiodus ἔνεκ ἐν ἀφρῶ θρέβθη. Apud Aristotelem Euripides Hecuba, ἀφροσύνης θεῶν quod fit amentia Deali. 2. cap. 23. Rhetoric. At li. 2. de generat. anim. cap. 2. εἶκοι δὲ ἑδὲ τῶν ἀρχαῖος καὶ δύναν ἀφροδότης ἢ τῶν ἀφροδότης ἔσαι φύσει τῶν ζῴων κέρην θεῶν τῆς μίξεως ἀπὸ τῆς διωάμεως τῶν περὶ ἠεροδότησαν. Neque vero homines antiquos latuisse videtur seminis esse spumofam naturam: deam enim quæ rei veneret præest, ab ipsa facultate nominantur.

143. 60. Quod Sicinnis Græcè.] Gr. καὶ σικιννίζεν εὐρηκέναι. Pollux li. 4. cap. 14. εἶδη δὲ ὄργανάτων ἐμμέλεια τραγική, κάρδακας καυμική. (Sic enim habet manus, non καυμική) σικιννίς τραγική. Species vero saltationum Emmelia siue Modulata Tragica, Cordaces comica, Sicinnis Satyrica. Saltationes armata Pyrrhica & Telestias, ita corrigere interpretationem, cum auctoritate manuscripti fretus, tum Athenæi vnde hæc videtur sumpsisse Pollux. πρῶτος εἶσι τῆς σικιννίως πηκίσεως ὄργανός. Tres sunt in scenica poësi saltationes, Tragica Comica Satyrica. li. 14. Idem li. 1. Italicam saltationem constatam fuisse tradit è Comica Tragica, & Satyrica, quam Sicinnim, à qua, & Satyram scriptores Sicinnistas appellarunt, vel, vt alibi ait, Sartyros. Quidam aiunt eius inuentorem fuisse Sicinnim barbarum hominem, alij Cretensem natione fuisse. Alij dictam volunt Sicinnim ἀπὸ τῶν σικιννῶν à corporis succussu, quidam ἀπὸ τῆς κινήσεως à motu corporis. Hæc Athenæus, sed ibidem interpretis eius vertit Molossica modulatio quod est Græcè μολοσσική ἐμμέλεια, quæ duo forte distinguenda sunt, nam ἐμμέλεια per se speciem constituit saltationis.

144. 3. Tanquam capri.] P. Leopardus l. 2. c. 10. Emend. Quidam magni nominis interpretes κάρων pro capro accipiunt. Clemens Alex. li. 1. cap. 7. Pæd. καὶ δὲ τὸ οἰ κάρων εἰς σαρῶν ἠνεκμένον, ἐστυμένον fortè. Idem li. 2. cap. 10. κάρων ἢ οἰ τὸ ἐπιμακόν. Et li. 3. cap. 3. κάρων ἢ καὶ αὐπί. Omnibus his locis interpretis captum vertit, pro Apro. Hinc κάρων & κάρων subare. Hæc ille. Cæterum locus li. 2. reperitur

pag. 228. 10. libri autem 3 p. 257. 50. in hac secunda editione ab Herueto emendatus. Athenæus lib. 13. sic habet ex aliquo πάλαι κωμικός ἐξουκλήμενος.

Ibid. 20. Exercitatore[m] iacob.] τὸν ἀσκητῶν athleticam vel pugilem. Sic quoque Chrysofostomus Homil. 58. in Genesim. ἐπιδοτὴν τὸν ἐμμελῆ τὸν ἀδελφὸν συνπλάσαν πηκίσεσθαι, ἵνα μάθη θεῶν τῶν ποσειδάτων ὅτι ἔδιν ἀνδρῶν ὑποσπίσται, ἐν χίμασι ἀνθρώπων παλαίην ματὰ τὸ δικαίου καταδέχεται, ἵνα τὴν δειλίαν ἐξέλῃ τῆς τῶν δικαίου ψυχῆς. Quoniam occursum erat fratri, vt sciret re ipsa nihil se molestum laturum esse, in figura hominis luctari cum iusto voluit, & vt formidinem ex anima iusti eximeret.

145. 50. Virgam potentia.] Idem Chrysof. Hom. in Psal. 109. ἡ ῥάβδος καλασκή ὅτι, ὁ εὐεργητικὸς καὶ ἀσκητικὸς καὶ βασιλείας σύμβολον. τὴν μὲν δὲ αὐτῶν ἐν ταῖς ῥάβδον ἐκδέχεται μὲν ἢς οἱ μαθηταὶ τὴν οἰκουμένην περὶ τρεχόν ἤθη διορθώσιν καὶ ἐξ ἀλόγου πινὸς κακίας ὅτι λογικῶν ἀργυρῶν τῶν ἀνθρώπων φύσιν. Virga aliquando quidem castigat, & beneficio afficit, aliquando autem consolatur, & est signum regni. Virgam autem virtutem hic vocavit, cum qua discipuli orbem terræ obierunt mores corrigentes, & à quodam à ratione alieno vitio deducentes, ad hominum naturam rationis compotem.

151. Sagitta[m] mea[m].] Gr. in 1. Pæd. τὰ βέλη μου συνπλέσθαι αὐτίς. lxx τὰ βέλη μου συνπλέσω εἰς αὐτίς vulg. Latina & sagittas meas complebo in eis. Quod quidam ex Hebræo interpretantur, expendam contra eos omnia mala. In noua editione Romana legitur τὰ βέλη μου συμπληρώσω εἰς αὐτίς. Quod vero sequitur ὅτι δὲ τῶν ἀνταγῶν propriè indicat conuulsionem corporis in partem posteriorem, quæ accidit ex contractione neruorum, qui vel in posteriorem, vel in anteriorem partem corpus flectere solent. Verbum Hebraicum pestem amarissimam, vel exitialem morbum significat, qui cito necat.

156. 50. Incompositus Iuda.] ἔκ ἐροβήθη ἀσώθης ἰούδα. lxx ἢ ἀσώθης ἰούδα. Vulgata Latina, & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius. Paulo post ex eodem capitè Hieremiæ citatur locus qui videri posset emendandus apud Clementem; quod enim vertit Heruetus, & non in domum vocasti me & patrem & principem καὶ ἔχ ὡς οἶκον ἐκάλεσάς με, ὁ πατήρα καὶ ἀρχόντα τῆς πατρίδος sic est v. 4. cap. 3. ἔχ ὡς οἶκον ἐκάλεσάς με, καὶ πατέρα ὁ ἀρχὸν τῆς πατρίδος σου. Nonne vsque nunc vocasti me & patrem, & ducem virginitatis tuæ: Vulgata. Ergo saltem à modo voca me &c. Chaldaicæ paraph. interpret. Ab hoc tempore vti que orabis coram me: In quadam tamen editione Germanica legebatur vt apud Clementem, & in commentario Theodoretæ, Num inuocasti me, tanquam domum, patrem & ducem v. r. affertque locum Psalmi 30. Esto mihi in Deum protectorem, & domum refugij: Denique in editione Romana auctoritate Xysti 5. edita sic legitur.

156. 60. Et pulchra meretrix.] Quem inducendum censuit Heruetus locum tenuimus. Est enim ex c. 3. Naum prophetæ, quem adiunxit Hieremiæ versui Clemens, vt pote quod & in hoc ciuitas Ninive meretrix vocetur. Ex lxx. & meretrix speciosa & grata, dux maleficiorum. Vulgata Latina, Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosa, & grata, & habentis maleficia. Hieronymus in eum locum. Pro duce maleficiorum Aquila, & Symmachus transtulerunt, habens maleficia. Nec mirabitur Ninivem scortorum iam esse gra-

tissimam, qui tantam hominum multitudinem cum ea viderit fornicari, & maleficiis illius & quibusdam incantationibus ad amorem eius pæne cunctos trahi.

163. 50. Laudata virtus.] Tale hoc Pindari est Ode Nemeorum 8. αὐξέτω δὲ ἀρετῆς χλωραῖς ἔρσας, ὡς ὅτε δένδρον ἀΐσει quod eleganter vertit N. Sudorius, Planta vni verno satiata rore, Crescit, assurgens tenuis in auras, Sic virum virtus decorata cælo tollitur ingens. —

Ouidius, Laudataque virtus Crescit, & immensum gloria calcar habet. Horatius.

Crescit occulto velut arbor auo Fama Marcelli:

Gregorius Nazianz. ὃν τὸς ἐπαύους οἶδα, τῶν τῶν θεῶν καὶ τῶν ἀφροδότης. Quam enim rerum laudes, earum quoque incrementa noui. Illud autem carmen alterum reperitur inter aurea Pythagoræ, quod qui de viro bono idyllium vertit ita reddit,

— ortoque à vespere cuncta reuoluens, Offensus prauus dat palmam & premia rectis.

169. 10. Iumentis assimilatus est.] Gr. παρομοιωθῆναι τῶν κτήνων. Malim referre ad Psalmum 48. v. 13. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Apud Hieremiam quidem cap. 5. v. 8. Equi amatores in fœminas, legimus, sed quoniam citat Sapiētiam referendum est hoc ad Ecclesiasticum quem σοφίαν οὐραχ. Græci dicunt, quamquam dissimulandum non est diuersam esse lectionem. Clemens ait. ἵππος εἰς ὄχλου ὁ φιλήδονος, καὶ μοιχῆς πάντες ὑποκἀτω ὀπισηθῆμενος χρεματίζῃ: at cap. 33. v. 6. apud lxx ἵππος εἰς ὄχλου ὡς φίλος μοχός, ὑποκἀτω πάντες ὀπισηθῆμενος χρεματίζῃ. vulgata Latina, Equus emillarius, sic & amicus subsannator sub omni supra sedente hinnit. Ianfenius in Ecclesiasticum. Vt equus equa conspecta hinnit, nulla habita ratione eius qui insidet, nō in gratiam eius, sed propter equam, ita fictus amicus oblata spe commodi benevolentiam ostendit cuius non in gratiam eius, sed amore commodi. Feder. Morellus putat, illa verba apud Clement. ὁ φιλήδονος καὶ μοιχῆς ἀλογίστα κτήνη παρομοιωθεῖς, per παρένθεσιν & ἐπισηθῆναι inserta esse. indicat quod subiicitur διὸ καὶ ὀπισηθῆναι πάντες &c.

IN LIB. II. PÆDAGOGI.

50 Pag. 171. 40. Edendi necessitate.] Quantitas cibi athletarum quam fuerit cæteris hominum mensuris superior, sciri potest ex iis, quæ scriptis mandauit Galenus 2. de digno. pulsum, videlicet carnis minas duas paucum cibum athletic fuisse, vt aliqua ex parte fabuloso illi fidem adhibere valeamus, quod de Athleta Milone Crotoniata & Heraclide pugile celebratur, quorum alterum carniū minas 20. deglutisse, & panis totidem, vini choas persiccasse tres, ac aliquando taurum absumpsisse, alterum prope infiniti cibi exitisse ferunt. Atque hinc perspicuum fit, quam verè Aristoteles 4. de gen. animalium dixerit, sapenmero athletic membra variis formis affici, cum ob multam edacitatem natura haud valet æquè in toto corpore omnes cibi partes conficere, & confectas equaliter distribuere, sicut 8. Politic. cibum eorum, qui exercebantur athleticè, modo βίαιον ἔσφλω, modo ἀτακτοφωγίαν νο-

cavit, quasi plus quam ferre possent, edere cogentur: qua etiam voce vitur Clemens Alexan. lib. 1. Pæd. Mercurialis li. 1. cap. 15. de arte Gymn.

Ibid. 60. Qui in Melo sunt.] Multa apud Clementem & Gellium ex Varrone ciborum genera referuntur, quæ ex longinquis regionibus Romam aduecta maximo in pretio erant: inter cætera hœdum ex Ambracia nominat, quem nonnulli piscem καὶ πρὸν Athenæo vocatum putarunt. Ego vero non piscem sed quadrupes animal extitisse potius existimo vt & capras. Varro lib. 2. de re rustica cap. 3. ex Media insula habuisse eos scribit. A Clemente quoque & à Polluce hœdi Melici omnibus præferuntur. Vnde & in Varrone non ex Media sed ex Melica legendum censuissim, nisi Columella ca. 2. l. 8. auctor esset vulgares mutata litera Medicos dixisse Melicos. Mercurialis li. 1. cap. 25. Var. lectio-num. Athenæus li. 1. τῶν ἐν μέλω ἐλέφους, πρὸς ἐν σωμαθῶ καρρέας. Hædos ex Melo, mugiles ex Symætho. Pollux li. 1. cap. 10. ἔλεφος ἐν μέλω, interpres, hœdus ex grege, verte ex Melo, sed apud eundem legimus κερρὸς ἐν σιαθῶ. Helychius Sciathum numerat inter Cycladas insulas. Stephanus de vrbibus σωμαθῶ πόλις περὶ αἰτίας, σκιάθος ἐνβοῖας.

172. 10. Nihil esse aliud quam bucca.] ἔδεν ἀλλ' ἢ γνάθος. In Comœdiis γνάθωνες dicuntur gulosi, & matrici, vt vult Festus à magnis malis, quia ματῶνας veteres τῶν γαστρῶν vocabant. Scaliger in Varronem. Apud Athen. li. 10. athleta dicitur γνάθου δοδός, male seruus, & Eubulus Thebanorum meminit ἀφροδῶν ἀεὶ τῶν ἐδῶν δι' ἡμέραν, ὅλους τραχῆλους. Virorum qui ad comedendum totos dies maxime sunt strenui, qui toti quanti guttura sunt.

172. 40. Homini inquam.] Hæc totidem verbis efferuntur à Mufonio in libro πρὸς προσφῶν apud Stobæum tit. πρὸς ἀνεκασίας de incontinentia. additurque ratio sane elegans. Quipe alimentum dum maxime munere suo fungitur in concoctione digestionemque nullo suauitatis lenocinio nos afficit, sed nutrit duntaxat, & vires reficit, quamuis multo longius tempus intercedat, quam dum edimus. Idem scribit Sen. Ep. 84.

Ibid. 40. Nam nec corporibus.] Gr. ἐπεὶ μὴδ' ἀφελῶσαι πέφικαι τὸ σῶμα ἐκ τῆς πολυπλείας τῶν βρωμάτων. Præsertim cum nihil utilitatis corporibus accedat ex tam sumptuosa dapum structura. Sic enim vertit interpres Stobæi hæc Mufonij verba illis germana καὶ ἴστωτα ἢ δαμῶς ὡς φησὶ μὲν τῶν βρωμάτων ἐκ τῆς πολυπλείας τῶν βρωμάτων. Non enim varia vilibus sed sumptuosa opponuntur. Reliqua apud eundem Mufonium haud minus similia. Omnino enim contraria ratione qui communissimis vtuntur cibis robustissimi sunt. Itaque seruos dominis, agrestes vrbanis, pauperes diuitibus validiores, vt plurimum videas laboribus aptiores tardius fatigari, rariius ægrotare.

Ibid. 50. Beatus qui comedit.] μακάριος ὁσ φάσεται ἔσσειν. Ita apud S. Lucam cap. 14. v. 15. quod est in vulgata editione, Beatus qui manducat panem in regno Dei.

173. 20. Musca quoque.] Gr. μύγα πύπτις οἰκείαι ὀνόματι ληχέαιον dixit primum vitium ligurionem, quod de muscis dicitur. Varro de re rustica li. 3. ca. 16. Non vt muscæ liguriunt, quod nemo has videt vt illas in carne aut sanguine aut adipe. P. Victorius liguriunt, foscucos epularum carpunt & delicatiorres dapes studiosè sectantur. Voracitatem autem

ἀδελφάριον quod aliquando gladiatoribus tribuitur vitium, ut antea ex Mercuriali annotatum est...

174. 10. Non enim poculorum. μη τι μὲν συμφοροεάν. Eam Cicero 2. de legibus circumpotationem vocat...

175. 10. Inglunies quæ Græcè. Plutarchus Symposiaca. 4. καὶ τὸ ὄψοφάριον ὡς φιλοφύλακτος λέγεται...

177. 30. Asellus dicitur. Athenæus li. 7. ὄνος φησὶν ἀελουπέλης ἐν τῷ πέλῳ...

Ibid. 40. Hunc Epicharmus. Athenæus hunc locum citat Epicharmi eodem libro ex eius opere, quod inscripsit ἡβῆς γάμον...

vario ventre Cestras, Afellos. Vide Prouerbiorum centurias in voce Afellus.

184. 50. Duplex est autem. Sixtus Senensis lib. 6. Biblioth. sanctæ Annot. 289. cum hoc Clementis loco alterum Hieronymi confert ab Herueto in Commentario citatum...

185. 30. Perpanca nam cogit. Apud Stobæum tit. de Incontinentia hæc sententia Menandro tribuitur. Quod autem subiungit de contumeliæ cratere dictum Anacharsidis aliter effert Stobæus...

Ibid. 40. Ibi autem. Plato 2. de legibus ὀπίκουρον τῆς πῆχνης αὐστηρότητος ἐδωρήσατο πίν οἶνον φαρμακόν...

Ibid. 50. ἀκροθώρακα vocant. Aristotelem in 3. Problem. 2. manifestum est eos ἀκροθώρακας vocasse, qui leuiter inebriati delirant...

Ibid. 60. Vinum enim primum. Hæc ex Platone videntur excerpta 1. de legibus πίνοντα τὸν ἀνθρώπον αὐτὸ ποιεῖ...

spe est. Clemens οἶνος γὰρ πρῶτον μὲν αὐτὸν ἀπὸ, lege αὐτὸ, ἵλεων ποιεῖ τὸν πίνοντα μάλλον ἢ πρῶτον. Equum & clementem vertit Heruetus, at ἵλεως etiam ἵλαρον significat.

186. 10. Atqui duos. Verba sunt Penthei apud Euripidem in Bacchis καὶ μὴ μὲν ὄσον μοι δύο μὲ ἡλίους δοκῶ. Virgilius 4. Æneid. Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus. Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas.

186. Conuiuium delabatur. Gr. μη λάθη πρῶτος εἰς μέθην ἢ ἐναγία. Athenæus li. 8. ἐναγίας quidem non ἀπὸ τῆς ὄχης, quo vocabulo indicatur alimentum, nuncupantur, sed quod in iis recte omnia fierent.

20. Nam ad epulas conuenientes, primum Deos venerabantur, deinde ad animi remissionem ac hilaritatem se traducebant, potionem τὴν μέθην appellantes. Paulo post, sub nomine benevolentia Gr. φιλοστοίας ὀνόματι vbi alludit Clemens ad morem Græcorum.

30. Idem mos Græciæ Regibus die qui φιλοστοία dicebatur. Hefychius hanc adhibitam φιλοστοίαν post cœnam auctor est Antiquitat. Conuiuii. 3. ca. 10. Tale illud Didonis apud Virgilium.

Ibid. 60. Fornacem quidem. Gr. κάματος μὲ δοκιμαζή σῆμαμα ἐν βαφῇ, οἶνος δὲ καρδίαν ὑπὸνιφάνων. Locum est Ecclesiastici 31. v. 30. vbi in Antuerpiensi edit. ἐν καρδίᾳ ὑπὸνιφάνων ἐν μέθῃ, at in Romana ut apud Clementem καρδίας ἐν μέθῃ ὑπὸνιφάνων. Latina vulgata. Ignis probat ferrū durū, sic vinum corda superborū arguet in ebrietate potatum.

40. Ignis probat ferrū durū, sic vinum corda superborū arguet in ebrietate potatum. Sic quoque Glossariū vetus, de ferramētis. Ferrum durū σῆμαμα, alibi σῆμαμα ferrumino, σῆμαμα ferramen, σῆμαμα indurator. In Lexico alio, ferrumen σῆμαμα, rectius Plinius li. 36. cap. 22. aciem appellat, quæ vox Gallicæ vicina est. Alij duritiem mucronis intelligunt. Iantēnius. Ignis probat & exhibet gladium acutum, quemadmodum ferrum quod si non tingeretur in aqua non tantam haberet duritiem; sic vinum corda superborum exhibet dum illa vino madesunt, nam & illa fiūt ad nocendum promptiora. Vel certe quod ut ait Horat. de Arte poetica.

Reges dicuntur magnis vixere culullis, Et torquere mero, quem per spexisse laborant.

188. 10. Cui iniuicunde nugæ. Prouerb. 23. v. 29. apud Clemen. ὕπν ἀνδρῶν λέγειν at apud 70. ὕπν ἀνδρῶν καὶ λέγειν cui tristitia, & ineptiæ. Versus autem qui sequuntur non Sapphus neque Poetriæ vllius sed Eratosthenis sunt, apud Athenæum li. 2. Dipnosoph. Quod enim, inquit, scripsit Poëta Cyrenæus, Est eadem vini &c. Vbi interpres Callimachum putat citari cum sit apud Stobæum tit. 18. Eratosthenis nomen, licet communis ei sit cum Callimacho patria. ποιητικὸν dixit non fœminam indicans, nam & pag. 205. citans Me-

nandrum idem verbum vsurpat. In Græco Clementis scribe ἀδελφὰ non ἀδελφὰς, deinde ita hæc βορρῆς ἢ ἐ νότος ἔδδ ἑὶ κεκρυμμένα φαίνει: vel traiecit di-ctione ἔδδ πᾶν κεκρυμμένα φαίνει. Senarium vero de vino allatum ab Herueto tanquam Euripidis, apud Athenæum lib. 10. repertum Æschylo vindicat Stobæus, licet Erasmus auctor erroris sit in Prouerbio, In vino veritas. De decumanis fluctibus, vide Iunium Centuria 6. Prouerb. 77.

187. sicca & luminosa. Gr. ἕτω δὲ καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὑπὸνιφάνων κατὰ τὸ καὶ ἕτω καὶ φασγάνος: αὐτὴ δὲ ψυχὴ ἕτω ἕτω. Apud Stobæū tit. de Temperatiā ex Heraclito profertur hæc sententiā. αὐτὴ ὀκταν μῦθοσθ, ἀγεται ὑπὸ παιδὸς ἀνθρώπου σπαρμένοσθ ὑπὸ ψυχῆ ἕτω. αὐτὴ ψυχὴ ἕτω καὶ αὐτὴ. Vir inebriatus vacillat & ab impubere puero ducitur animam habens, humidam. Est autem anima sicca sapientissima & optima. Apud eundem tit. 17. de Continentia ex Musonio citatur dictum illud, sed legitur αὐτὴ ἕτω ψυχὴ ἕτω. At in manuscripto Regiæ correctum est αὐτὴ ψυχὴ. Reperitur & apud Plutarchum eadem sententia lib. de oraculorum defectu & de esu carniū, sed vtrouque legendum putat αὐτὴ ψυχὴ Henricus Stephanus. αὐτὴ tamen retinetur à Mercuriali var. lection. lib. 4. capite 2. quo modo apud Galenum scriptum est. Scaliger in Varro-nem interpretans illud Afranij, vigilans, ac solers, sicca sana sobria. Potest hic dicta esse sicca pro sobria, ut apud Plautum in Afinaria & Ciceronem in Academicis sicci homines pro sobriis, sicuti madidus & madulsa pro ebrio. Ita etiam Græcè ἕτω. Pindarus apud Plutarchum πρὸ ἀποκοφῆσθ αὐτὴ ἕτω ψυχὴ ἕτω. & Athenæus li. 2. ἕτω ἕτω vocat abstemiam. Sed Scalligerum fefellit vitiosus codex, qui Pindaro tribuat Heracliti dictum. At apud Eusebium lib. 8. Præparat. Euangeli. capite 5. κατόπι αἴρος ἢ διὰ νῆα πέφυκεν ἀκανάσθαι, δὲ ὁ καὶ περὶ κλητῆσθ ἐκ ἀπὸ σκοποδ φησὶν ὅ ἡ ἕτω ψυχὴ ἕτω καὶ αὐτὴ. Legendum videtur censuisse aut legisse interpret αὐτὴ ἕτω, ita enim vertit, Aër sicciior, anima prudentior, atque melior. Hæc tam diuersa vitis doctis diiudicanda relinquimus.

Ibid. Nec Arethufium. In vetere exemplari, quod solum habui cum hunc pium grauemque scriptorem excudendum darem, scriptum offendi ἕτω τὸν ἀρεθῦνον ἕτω μὴ παρῆ: correxi ἀρεθῦνον. Plures autem antiqui auctores Ariusij vini ut optimi mentionem fecerunt. Plutarchus in Commentario quo disputat de vita ab Epicuro laudata, & Strabo in 14. qui narrat à loco nomen hoc illi impositum, cum ager quidam asper Chij insulæ Ariusius appellatus ferat vinum optimum omnium vinorum Græcorum. Athenæus quoque in Epitome lib. pri. necnon etiam Galenus. Virgilius quoque meminit huius vini in pastorali carmine, ita namque in vetustissimis exemplaribus legitur versus ille, Vina nouum fundam calathis Ariusia nectar. Inueni quoque libros calamo exaratos, in quibus sit Arethusia. P. Victorius li. 15. capite 24. var. lectionum. in excuso typis est, ἕτω τὸν ἀρεθῦνον. Sic & videtur voluisse vertere Heruetus in hac secunda editione, sed omiffa est correctio ab amanuensi.

Ibid. 40. ebrietate autem. Plato li. 1. de Legibus μέθης ὅ αὐτῆσθ πρὸ τῶν πῶν, ὡσαύτ σπύδαμ ἕτω καὶ καλ-

quod ibidem reperitur, vt & c.ii. de hist. anim. li. 3. ... COR- ruptio canicem gignit, pilei autē prohibita trāspi- ratione corrumpendo canicem, faciunt. At qui hūc ipsum li. de animalib. apud eundē Athenāū reperi- mus quamplurimis locis citatum & multa alia Ari- stot. opera nominari quæ Stagyritæ nemo alius tri- buit, vt & apud Apolloniū in historiis mirabilibus editum à Xylandro, & multos scimus fuisse Ari- stoteles.

Ibid. 50. Ea de causa medici. Athenæus li. 15. pro- fert Alcæi & Anacreontis carmina, tum addit, hor- tatur videlicet vt sibi vngat pectus, in quo sedes est cordis. Hoc autem fuit olim factitatum, non ideo solum quod natura vapor odoris à pectore sursum in caput effertur, sed etiam quia in corde sit animi domicilium, vt asserunt Philonimus & Praxagoras illustres medici. Paulo post coronas appentas pec- tori ὑποθυμιάδας à poetis vocatas ait.

Ib. visa enim non fruuntur. Tertullianus de Co- rona mil. res esse ait spiraculi aut spectaculi flores: Deinde in hunc coronatum vsū inuehitur. Cate- rum in capite quis sapor floris, quis coronæ sensus, nisi vinculi tantum? Quia neque color cernitur, ne- que odor ducitur, neque teneritas commendatur. Tam contra naturam est florem capite sectari quā cibum aure, quam sonum nare. Minutius Felix. Sa- ne quod caput non coronamus, ignoscite. Auram boni floris naribus ducere non occipitio capillifue solemus haurire.

Ib. 60. Sicut ergo pulchritudo] Plutarchus de A- more, καὶ τῆς καλοῦ ὄψεως μὴ ὀπιπρότερον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀ- γασίας, καὶ ἀκρίτου, μάλλον δ' ὡς οὐκ ἐπιβουλεύει τὸ πρὸς τοῦ ἀγαθῆς καὶ μόνου, οἱ δὲ καλοὶ τῆς μακρῆς ἐστὶν ἡ δὲ ὄψις τὸ πάθος ἐστὶ καλόν. Formosos intueri iucundis- simum est: tangere autem, non sine periculo licet. Imo, vt Xenophon inquit, ignis quidem tangentes solum vrit, pulchri vero etiam procul distantes in- flāmant: vilis enim veluti anser est capienti amoris.

214. 10. Hedera itaque. Hæc de hedera & quæ se- quuntur de nucē & de Narcissō mutuatus est à Plu- tarcho ad verbum li. 3. Symposiac. c. 15. quod vero Sophocles ait Narcissum esse, σεραϊσμά χροϊαίης τῶν coronamentῶν terrestrium Deorum, subterraneorū intellige, ceu inferorum, nam vt docet Eustathius in 1. Iliad. νάρκισσος ἐρεμύτι σερραϊσμά, dicitur enim Nar- cissus ἐκ τῆς νάρκισσος ἢ ἐρεμύτις σερραϊσμά, & ex Phanodemo li. 5. rerum Atticarū cōstat coronas ἐ Narcisso con- secratas fuisse Proserpinæ, quod florem illum col- ligeret, cum rapta fuit à Plutone, vel quod circa monumenta nascatur frequens. Cælius li. 26. ca. 20. vel omnibus subterraneis diis, quod defuncto & morte torpidi flore torpido coronarentur. Dodo- næus Pempt. 2. li. 2. c. 21.

Ib. 20. In certaminibus. Athletis non eadem quo- cunq; tempore præmiorū genera proposita, verum vt Clem. Alex. memoriæ prodidit. Primo fuit δόσις ceu donū, secūdo plausus & excitatio, tertio foliorū cōiectio, postremo corona. Quid autē δόσις Clemē- ti significet, nisi aliquid in ei⁹ vulgato codice desi- detur, puto nihil aliud quā congiariū significare: quo pacto apud Herodianū quoq; ea vox vsurpata inuenitur: nisi potius leue aliquod munusculū desi- gnet, quod posterioribus omnibus vilis extiterit. Mercur. li. de arte Gymnast. c. 14. Athenæus li. 10. refert ex elegis Xenophanis de athletis, ἐκ πλέως ὁ δῶ- ρον ὁ οἱ κερμῆλον εἶη aliquo donatur à ciuitate munere

quod suæ virtutis sit monu mentū. Plin. li. 16. ca. 14. Antiquitus quidem nulla corona nisi Deo dabatur. viritim vero ne in certamine quidē vlli, ferūq; pri- mum omnium Liberū patrē imposuisse capiti suo, sed ex hedera, postea Deorū honori sacrificantes sum- psere. Nouissime & in factis certaminib. vsurpata. Paulo post, Ludos ineunti semper assurgi etiam ab Senatu in more est. quod ad athletas referre voluit Mercur. li. 1. c. 3. gymnast. Pulchreque cum eo, quod ἐπισημῶν appellat Clemens, conueniret, nisi ad Ro- 10 manos potius referendum esset qui ciuica donati es- sent. Illi enim coronas non nouere nisi bellicas.

Ib. 30. sed quod ea dedicata sit idolis. Tertull. de corona mil. 7. Quale igitur habēdum est apud homines veri Dei, quod à candidatis diaboli introdu- ctū est, & ipsis à primordio dicatū est, quodq; tā tūc idololatria iniuriabatur ab idolis, & id idolis adhuc viuus, nō quasi aliquid sit idolum; sed quoniam quæ alijs idolis faciūt ad demones pertinēt. Porro si quæ 20 igit, quod ipsa sibi idola fecerunt, cum adiuuerent?

Ib. sapho autem. Morem fuisse veterum vt lon- ge alijs florib. texerēt coronas diuersis diis constat. Musas vero rosis coronare ipsos solitos, plures gra- ues scriptores literis prodiderunt. Vtūtur autē om- nes testimonio Sapphonis, quæ carmine quodam testata id fuerat. P. Victor. li. 14. c. 18. var. lect. dein- de locū citat apud Plutarch. symposiac. li. 3. ca. 1. de nuptialibus præceptis, & Clemētis hoc loco quem ex Stobæo se correxisse ait antequā eū excudēdum 30 daret ex Bibliotheca Medicea, καὶ ταῦτα ἡ καίσαρ ἰδέ- πικε μιανουσία ὁ δὲ ἐστὶ ἰδέ πικ' ἰστοῦ ἢ γὰρ πιδέχης ῥόδων πρὸ ἐκ πιδέας ἀλλ' ἀραῖης κ' ἐν αἰδέας δέμοις φοιτῶσας πιδ' ἀ- μαυράν νεκρῶν ἐκτεπίζαμίνα. Ita reperitur scriptus hic locus in quodam Stobæi manuscripto codice, nisi quod illa duæ voces πιδέχης & πιδά non dorica sed communi lingua efferuntur, quod viri docti ex alijs Grammaticis emendarūt. Sed & in Aldina Plutarchi editione alteram reperimus. Scribitur ad fœminam 40 indoctam & literarū expertē. Mortua inquit iace- bis, neque memoria vnquam tui extabit: non enim es particeps rosarū ex Pieria ortarū, sed obscura or- ci domos peragrabis cum exilibus ymbris volitās. Itaq; videri fortasse cupiat possit glossēma quod præterea in hac sententia alibi legitur. In eodē loco Sympof. testatur Plutarchus floribus coronatos fuisse τῆς ἱρανίας

Ib. 40. Quæ de causa mortuos. Q. Victorius li. 2. c. 7. var. lect. Græcorū morē in efferēdo honestiore aliquo funere significauit. Cicero in orat. pro Flac- 50 co quod contineretur plebis itis Smyrnæorū quæ fecerāt in Castriciū mortuū ostendēs, primū vt op- pidū intro ferretur, deinde vt efferrent ephebi: post-remo vt imponeretur aurea corona mortuo. In- stitutū autē hoc coronandi mortuos tetigit etiam Aristoph. in Concionant. vbi induxit virū vxorem increpantem, quod cum noctu in lectulo dormiē- tem reliquisset, tanquam cadauer, addit enim nihil desiderari potuisse, nisi quod coronam capiti eius non imposuisset. Plinius li. 21. cap. 3. vt ipsi mortuo parentibusque eius sine fraude esset imposta. Ter- 60 tullian. de corona mil. Quid enim tam dignū Deo, quam quod indignum idolo? Quid autem tam dignum idolo quam quod & mortuo? Nam & mortuorum est ita coronari: vel quoniam & ipsi idola statim fiunt, & habitu & cultu conse- crationis, quæ apud nos secunda idololatria est.

Minutius Felix Octauio. Nec mortuos corona- mus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi facem, aut non sentienti corona- nam, cum & beatus non egeat, & miser non gau- deat floribus.

Ibid. Cum demonibus nullo. Tertull. ibidem. Nihil dandum idolo, sed nec sumendum ab idolo. Si in idolio recumbere alienum est à fide, quid in idoli habitu videri? Quæ communio Christi & Be- 10 liæ? & ideo fugite. Longam enim diuortium man- dat ab idololatria, in nullo proxime accedendum. Et paulo post. Indignum enim vt imago Dei viuī, imago idoli & mortui fiat.

Ibid. 50. Pulchra enim amaranti. Gr. καλῶς τῶ ἀμαραντῶ ἑφραῖος ἀπὸ κατὰ τὴν καλὰς πεπολιτυμένω. Sic 1. Petri 5. κομιέθε πρὸ ἀμαραντῶν τῆς δόξης ἑφραῖων. Perci- pietis immarcescibilem gloriæ coronam. Quidam ad verbum, Reportabitis coronam gloriæ amaranti- nam, ceu ex amaranto. Perinde quasi diceret ex 20 vero ceu precioso amaranto, aut quæ magis est im- marcescibilis quàm quæ ex amaranto.

Ibid. Dominum spinis fuisse. Tertullianus de Corona mil. Si ob hæc caput ei tuum debes, tale si potes ei repende, quale suum pro tuo obtulit, aut nec floribus coroneris si spinis non potes: quia non floribus potes. Item. Christus Iesus quale oro- te sertum pro vtroque sexu subiit? ex spinis opi- nor, & tribulis, in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis. Gulielmus Tyrius Belli sacri 30 li. 9. cap. 9. de Godofrido Rege. Promotus autem humilitatis causa, corona aurea, regum more, in sancta ciuitate noluit insigniri: ea contentus, & illi reuerentiam exhibens, quam humani generis Im- perator in eodem loco vsque ad crucis patibulum pro nostra salute spineam deportauit.

215. 40. Sufinum quidem. Sufinum vnguen- tum ex liliis constare, balano, calamo & alijs Pli- nius docet, li. 13. cap. 1. Dioscorides c. 53. li. 3. hunc- que explanans Herm. Barbarus in Lexicis deside- rari ait eius nominis causam. Afferit Stephanus de 40 vrbibus σούσα πῶλις ἀφ' ἧν κέντηται τὸ πρὸν ἄ πολλα ἐν τῇ γῆσει πέφυκεν ἐκείνη. Similia & Etymologicum ὄδ' ἔ- ῶν φωνικῶν τὰ λέξεα λέγεται. Athenæus li. 12. narrans Persarum reges hycmare Sufis ait tradidisse Aristobulum & Charetem κληθῆναι τὰ σούσα δὲ τῶ ἀραϊόπικα τὰ πῶσι (ὅστιν γὰρ εἶναι τῆ ἑλλήνων φωνῇ κρίνον. Id est ὅστιν id significare Persis, quod κρίνον Græcis hoc est liliū: itaque vertendus & intelligendus est locus ille vt 50 ambiguitas tollatur, quæ I. Drusium fefellit li. 12. Observationū c. 8. non Brodæum li. 1. ca. 2. Miscell. In libro de nominibus Hebraicis Susana, liliū vel gratia eius. Hoc vero loco pro κείνων legendū apud Clementem ἡλεων quæ vox alteram speciem liliorum significat.

220. 40. Pretiosissimos gaunaces. Scaliger in hunc Varronis locum de L. L. li. 4. In his multa peregrina, vt sagum, reno Gallica: Gaunacum maius sa- gum, & amphimallon, Græca. Interpretatur Gau- nacum maius sagum, quod esset crassum vestimen- tum. Aristophanes Vespis, οἱ μὲ καλῶς ἑστραῖοι, οἱ δὲ καυ- 60 νάκλω. Pollux tamen ibi legit κανδύκλω. Apud Athe- næum li. 14. αἰνῆστας ἀμφιβεβημένοι, perperam pro γαῖνακας. Vide Hefychium & Pollucem li. 6. & Æ- lianum de animal. li. 17. cap. 17. Vides ergo Herue- tum, vt vt sit, non aberrasse à scopo: nam Persicum esse vocabulum docet Ælianum, & genus vestis ex murium pellibus.

Ibid. 40. Poetica Rhegea. Gr. ἑπι ποιητικὰ ῥήματα In 3. Odyss. Eustath. ῥήματα τὰ ποιητικὰ βασιλῆα. Peri- stromata tineta. Quia tamen sæpius eo vocabulo vtitur Homer. ideo poetica appellat li. 2. Dipnoso- phist. Homerus ait Athenæus ἐ stragulis quæ sub- sternuntur, λινὰ vocat, id est frugalia nempe candi- da, nulloque colore tineta: ῥήματα vero, quæ circum- teguntur, & suspenduntur, quia tineta sint, auleas: nam ῥήματα τὰ βασιλῆα.

221. Lecti nymphae. τῆς νυμφίδος κλῆσις Heruerus an- tea verterat, sponte, νυμφίδος κλῆσις sponsalis lectus, vt νυμφίδος θάλαμος in Epigrammatibus. Item νυμφί- δην δῆλοζος quæ alibi noue δῆλη Antipater li. 3. Epigram. Polluci li. 3. κλῆσις γαμικῆ. Apud Home. Vlixes Odyss. 4. narrans fabricam spōsalis lecti à se fabricati τῶ δὲ ἑξ ἑμφίθετον θάλαμον δ' ἐμὸν ὄφρ' ἐπίλωσα πυκνῆς λιγυδέας. Huic autem ego ieci thalamum meum donec per- feci. Vide num huc respexerit Clemens.

227. Patiam epilepsiam. Hæc sententiam Eryxi- macho cuidam tribuit Stobæus tit. de intemperantia. Ερυξίμαχος τῶ σωνοσία μακρῶν ὀπλιωτῶν ἐλεῖθμ, καὶ χροῖα- μῆνω δὲ γλαστῆν. Eryximachus coitum breuem comi- tialē morbum esse dicebat, ac tempore tantū dif- ferre. In eodem autem libro Democriti dictum sic effert ἑμνοσία, ἀποπληξία, σμικρῆ, ἐξέστυται γὰρ αἰθρῶτος ἐξ αἰθρῶτων. Coitus est breuis apoplexiæ, prorūpit enim homo ex homine, quæ postrema sūt à Plinio cōuer- 10 sa li. 28. c. 6. Abderitanū fuisse Democritum Stepha- nus & Suidas testantur, alij Milesum eum dicunt.

Ib. 50. Nihil à Venelope. Vt hic maritū erga vxorem, sic vxorem erga maritum officium docens S. Gregorius Nazianz. contra mulieres, se exornantes 15 τὸν πλεονόπως τὸν νότον ἡμῶν ἢ φαντα ἔνδοθεν τῶ ἐκπέλω, ἐκπέθι τῶ ἐλέγλω.

Telam vt Venelope texis, quam nocte retexis, Par Hecuba interiori, par Helena exteriori.

232. 20. Pili custodiantur. Varro li. 2. de re rustica. Plæraq; similiter faciendum in ouibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatē (vt sunt Tarētina & Attica) pellibus intextuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel infici rectē possit vel lauari ac parari. Hor. 2. Car. 6. Dulce pellitis ouibus Galefi flumen. Colum. li. 2. c. 22. Feriis pontificiis pellibus oues vestiri nō licet. Itaque Diogenes, vt refert Laërtius, cū in Megarēsi agro pellibus intectas oues spectasset, Megarēsum autē liberos nudos ob medicamentum passim videret, facete dixit, Præstare Megarēsis arietē esse, quàm filium: Et quod ille ἀρεῖατα δέρμα. ὅν ἐσπετασμένω, hic Clemens τὸ ἀρεῖατα φωνάσθησαν αἱ πελῆες.

241. 30. Illa Sandalia. P. Victorius li. 14. c. 15. Var. lect. Sandaliū erat calceamētum diutum mulierū, vt testimonio Cephisodori Comici intelligitur, qui in Trophonio sua ita induxit mulierē cōquerētem 20 fortunas suas. σκεδαλιὰτε τῶ λεποχιδῶν ἐφ' οἷς τὰ χροῖα τῶν ἑστῆν ἀνθεμα, νυῖθ' ὁ ἄσπρη θεοῦ παρὰ ἑξω ἀρεῖατα, quæ namq; antea sumptuoso genere calceamēti vsa fuerat, postea tāquam ancillā ait se induere periba- tidas. Calceorū autem clavis confixorū mentio fit etiam apud Athenæum ex Philarcho, qui li. 12. scri- psit Alexandri familiares in luxum nimium effusos fuisse, inter quos vnus Agnon clavis aureis confi- xas crepidas & calceos gestabat.

Ibid. 40. Sunt itaque. De fœminarum albis calceis Apuleius lib. 7. Metamorph. Calceis fœ- mininis albis illis, & tenuibus indutus, & in se- quiozem sexum infertus. Vopiscus Aureliano. Cal- ceos mulleos & cereos, & albos, & ederaceos, 30 V u u iij

viris omnibus tulit, mulieribus reliquit. Pollux li. 7. ca. 22. ἰδία ἢ γυναικῶν ὑποδήματα καθήματα, λευκὸν ὑποδήματα μάλλον ἐπιτελεῖν. P. Coluius in Apuleium. Caterum in Florentina Græca editione post illa verba ἀγασθῶ χριστίον sequebatur, ἢ λαμάνων ἢ δέονται ἢ κατὰ μῆτραν αἰ δένονται, πάλιν πάλιν ὑποδήματα ἢ χριστίον αὐταῖς. vñctis est vtendum. Soleis autem clavis confixis indigent, quæ iter agunt, alioquin vt plurimum calceis vtantur opus est: neque enim fœminam decet &c. Hæc ab interprete in vtraque editioe nescio quo casu omiffa sunt. Apud eundem Pollucem reperies eandem ἢ κοινῶδες etymologiam qui & meminit ἐλαφροδ φακασίον sic enim habet manuscriptus, & ratio carminis exigit. Atque hæc duo genera sunt calcamentorum, quæ concedit viris. nam quod vertit interpres, soleis vtendum est, Gr. ἐλαύταις ἢ φακασίον χριστίον: Sed apud Latinos non est tanta varietas calceorum, vt singulis Græcis singula respondeant.

243. Primum enim que sunt.] His gemina illa Tertulliani de Corona mil. 8. Dicimus enim ea demum & nostris & superiorum vsibus, & Dei rebus, & ipsi Christo competisse, quæ meras utilitates & certa subsidia, & honesta solatia necessitatiis necessitatibus vitæ humanæ procurent: vt ab ipso Deo inspirata credantur propiore prospectore & instructore, & oblectatore si forte hominis sui. Quæ vero hunc ordinem excefferunt ea non conuenire vsibus nostris.

Ibid. 10. Quod fietiam vobis.] Idem de cultu fœm. 10. Nonne sapientes patres familiæ de industria quædam seruis suis offerunt, atque permittunt, vt experiantur an æqualiter permissis vtantur, si probe, si modeste? Quanto autem laudabilior qui abstinerit in totum, qui timuerit etiam indulgentiam domini? Sic igitur & Apostolus, Omnia inquit licent, sed non omnia ædificant. Cyprianus de habitu virginum. Locupletem te dicis & diuitem? Sed non omne, quod potest, debet & fieri: cum nec desideria proluxa & de seculi ambitione nascencia vltra honorem ac pudorem virginitatis extendi, cum scriptum sit, omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

Ibid. Adsumt mihi.] Sic occurrit huic obiectiōni Cyprianus libro citato. Locupletem te dicis, & diuitem, & vtendum putas iis, quæ possidere te Deus voluit. Vtere, sed ad res salutares, vtere, sed ad bonas artes, vtere, sed ad illa, quæ Deus præcepit, quæ Dominus ostendit. Diuitem te sentiant pauperes, locupletem sentiant indigentes. His etiam consentanea scribit D. Io. Chrysof. extremo sermone sec. in beatum Iob.

244. Apud barbaros.] Tertull. de habitu muliebri 7. Apud Barbaros, quosdam quia vernaculum est aurum & copiosum, auro vinctos in ergastulis habent, & diuitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores. Et de cultu fœmi. 10. Quanquam & aurum ipsum cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula seruire referunt Gentilium literæ: adeo non veritate bona sunt, sed raritate. Plutarchus in Erotico καὶ μὲν ὁ χριστίον ὡσπερ ἐν αἰθιοπία πίδακι δειδέσθαι βέλπον ἢ πλούτω γυναικός. Melius esse inquit aureis compedibus, vt fit in Æthiopia vinciri, quam opibus mulieris. Vide Tho. Canterum var. lectio. lib. 1. cap. 5.

Ibid. καθήματα.] καθήματα apud Pollucem lib. 5. cap. 16. Eisaia 3. καὶ πῶς μὲν οὖν καὶ τὸ καθήματα. In quem locum D. Basilius scribit καθήματα mundum muliebrem esse demissum & descendentem ad peccatus, laxatis ac mollibus catenulis propendentem, quo confirmatur interpretatio D. Hieronymi in cap. 16. Ezechielis. Puto autem, inquit, καθήματα dictum ex variis gemmis in peccatus mulierum monile descendens. Theodotus vertit τὰ καθήματα, Symmachus χαλαρά vt est apud Procopium. Suidas, ἀλύσις τῆς ἀμφιδίας καλεῖται οἱ ἰωνεῖς: & Fauorinus docet ἀλύσι vocari etiam catenam ex ferro, auro vel argento confectam.

Ibid. 20. Muranulas aureas.] Non vestium hæc sunt nomina sed monilium. Nam Pollux lib. 5. cap. 16. inter mundi muliebris nomina ad ornatum brachiorum numerat ὑψίς serpentes: & Legimus 1. Cantici Cantic. Muranulas aureas faciemus tibi. Licet LXX habeant ὀμειάματα χρυσοῦ non μωραλίνας. V. editio serepὶ χρυσοῦ vt annotatum est in Romana postrema, vbi forte legendum serepὶ χρυσοῦ nam & serepὶ numerat Pollux inter monilia, & hic Clemens ipse, quod vertit interpres torques. Hieronymus de laudib. Afellæ, Aurum colli sui, quod quidem muranulam vulgus appellat, quod scilicet metallo in virgulas lentescente quadam ordinis flexuosi catena contextitur, vendidit.

Ibidem. Nicostratus.] Nicostrati meminit Pollux loco citato & ex eo quadam quæ ad ista pertinent citat. Libro autem 7. cap. 22. Hunc ipsum Aristophanis locum annectit capiti de calceis, tanquam summam ornamentorum muliebrum, sed tamen in Comœdia Thesmophoriazuzis, quæ extat, non reperietur opinor, nisi forte vt ex Plautinis Comœdiis quæ extant multa citata reperimus, quæ non sunt apud Plautum editum, aut certe ἐν ταῖς δευτέραις παραφρασεύσαις, quam alteram Comœdiam Aristophanis citat Athenæus lib. 1. hic fuit, à Polluce & Clemente repertus locus, nam & idem citatur ex primis Thesmophoriaz. pag. 628. 30. certe ex vtriusque collatione multa corrigi possunt: nos varias lectiones tantum notabimus, non enim hæc sunt iusta notæ sed collectanea. Clem. κίσιεν Pol. κίσιεν pumicem C. πρυφοκαλάσιον P. πρυφοκαλάσιον G. ἀμπρόγιον. P. ἀμπρόγιον. Postea addit Clemens βύρην quod abest à libro Pollucis impresso, non à manuscripto. C. κισθῶνα P. χιτῶνα, quod cython est Herueto, post χιτῶνον, tunicam. sequitur apud Clementem τὰ μέγιστα ἢ ἢ ἐρικατέτων. εἴτε ἢ; δίσπας. At apud Pollucem impres. nihil tale, verum in manuscripto quidem hæc τὰ μέγιστα ἢ ἐρικατέτων αὐτῶν τῶν δίσπας. Appareret hæc verba fuisse alterius personæ dicentis præcipua omiffa esse, & subiicientis quæ sequuntur. Sic ergo verte, Quæ tandem illa? Atqui præcipua ex istis non dixisti. diopas &c. Post illa ποτὲ λέξην, illa Clementis magis integra sunt & senarium ἀκατάληκτον conficiunt. C1. μολόχον. P. μαλακίον. C. βύρην χιτῶνα P. βύρην, χιτῶνα forte βύρην hunc cum eo quod Cyprianus botronatum appellat non male iunxeris: sunt hæc genera armillarum & dextralium li. de habitu virginum. Vide. C. ἀμφιδίας P. ἀμφιδίας redimicula C. καταπλάσμα P. καταπλάσμα. manuscriptus autem deficit ab impresso, stat à Clemente, vt & in hoc C. δολίβοις. P. ολιόκοις. C. ὑποχελιδας Herueto ventilastra P. ὑποχελιδας. forte, ὑποχελιδας, monile intelligit, quod collum ambit. Postremum vtique ἐλικτήρας appellat, id est inares.

Ib. 49.

Ib. 40. Artem maligni imitantes.] Gr. ζυλῶσαι τὴν πορνείαν τὴν πύχλω. Ita Tertullianus de cultu fœm. 5. Reprehendunt enim cum emendant, cum adiiciunt, vtique ab aduersario artifice sumentes additamenta ista, id est à Diabolo. Nam quis corpus monstraret mutare, nisi qui & hominis spiritum malitia transfigurauit? Item. De aduersario eius in cuius manu sit aliquid vsui postulare, transgressio est. Christianus à Malo adiuuabitur: nescio an hoc nomen ei perfeueret. Vide annotat. in p. 251. 10.

245. 3. In quibus ei sacrificauit.] Gr. ἐν αἷς ἐπέσυσαν αὐτῆς ὁ ἀπειθεῖς πρὸς ἐνώμια αὐτῆς. corrigendum ex LXX ἐν αἷς ἐπέσυσεν αὐτῆς, & vertendum, in quibus ei sacrificabat & ornabatur in auribus suis, & apponebat torques suos. Sacrificabat Baalim, id est, falsis diis.

Ib. 40. Eis autem.] Tertullianus de cultu fœm. 10. Scrupulosa Deus auribus vulnera intulit, & tāti habitum vexationem operis sui, & cruciatu infantiæ tui primum dolentis, vt ex illis ad ferum nati corporis (forte, ferruminati σωμαθέντες) cicatricibus grana nescio quæ penderent. Cyprianus de disciplina & hab. virg. magistrum sequitur. An vulnera inferri auribus Deus voluit, quibus innocens adhuc infantia, & mali secularis ignarna crucietur, vt postea ex illis cicatricibus & cauerna pretiosa grana dependant, grauiam et si non suo pondere, mercium quantitate? In aures autem exprimit duplici voce πλάσσαν ὁ ἐνοβίαν, nam λοβός est ima auriculæ pars quæ Glosfarium lamnam appellat. Paulo post, descēdens ad meatus, qui sunt, Græcè erat εἰς τὴν χεῖρ' φύσιν τῆς αὐτῆς πόρου εἰς τὴν αὐτῆς meatus.

Ib. Oculi autem.] Tertull. de habitu mulie. Et medicamēta ex fūco, quibus lanæ (malæ alij) colorātur: & illum ipsum inquam puluerem, quo oculorum exordia producuntur. Item lib. de cultu fœm. In illum etenim delinquant, quæ cutem medicaminibus vngunt, genas rubore maculat, oculos fuligine collinunt. Cyprianus de disciplina & hab. virg. Illi oculos circumducto nigrore fucare, & genas mendacio ruboris inficere docuerunt. Ita Hieronymus de vidualitate ad Furiam, orbes stybio fuliginatos dixit. Erat stybium spuma nitentis lapis, cuius præcipua vis ad dilatandos oculos. Græci παταβόρθευμα appellat. Porro hanc cohortationem concludit haud aliter ac Clemens, idem Tertullianus de cultu fœm. Proдите vos iam medicamentis & ornamentis extructæ Apostolorum, sumentes de simplicitate candorem, & pudicitia ruborem, depictæ oculos verecundia, & spiritus taciturnitate, inferentes in aures sermonem Dei, annectentes ceruicibus iugum Christi.

IN LIB. III. PÆDAGOGI.

248. 30. Et quam paucissimis.] Crates Thebanus in Epist. ad Hermippum, ἀσκεῖτε ὀλίγην δεηθῆναι. πῶς γὰρ ἐξ ὀλίγου θεῶν. In eo vos exercete, vt paucis rebus indigeatis. Sic enim ad deos maxime accedetis.

Ibid. 60. Reclē ergo dixit.] Apud Heraclidem Ponticum, seu in libro de allegoriis Homericis ὁ γρὸν σκοτεινὸς Ηρακλειτὸς ἀσαφῆ ὁ δὲ συμβόλων εἰκαστικῶν διωραμεία θεολογεί τὴν φύσιν. δι' ἃν φύσιν, θεοὶ θνητοὶ τ' ἀθανάτοι, ζῶντες πῶν δεικνύον πάντων, θνησκοντες πῶν δεικνύον ζῶντων. Nam obscurus Heraclitus de Physicis intricatè & symbolicè docet, vt cum inquit, Dij mortalesque homines, immortales, viuentes illorum mortem, morientes illorum vitam.

249. 10. Perperam agere.] ἄσπερα γὰρ ὁ κἀμαπτομάς.

Basilius reg. breu. 49. πῶς ὁ μὴ δὲ γείαν, δηλὰ δὲ κἀμαπτομάς ὁ ἀσπερα μὲν ἀνέται, ἀσπερίας ἔχει καπτομαίαν. Omne quod præter necessitatem ad ostentationem & ornatum assumitur id ἀσπερίας accusationem incurrit, seu perperam agendi. Reperitur & hoc vocabulum apud Ciceronem l. 1. ad Atticum Epist. 11. Muretus lib. 7. var. lect. c. 14. Hefychius ἀσπερος, μὲν βλακείας ἐπαρρημιος. Tertullianus illud Pauli vertit li. de Patientia, ἢ ἀσπερεύεται. Non proteruum sapit.

250. 30. Infelices amatores. Gr. τῶς δειδιδάμνας ἐσσεύσας superstiriosos amatores.

251. 10. Sunt otiosa.] Hanc Euripidis sententiam profert Stobæus tit. 62. in vituperio Amoris:

Ἐρος γὰρ ἀργὸν καὶ τὴν εἰρήνην ἐφύει.
Φιλίη κατὰ τὴν ἐξ, ὁ κῶμος ἐκαστομάτα,
Φεύει δὲ μὲν ἄλλοις. Amor otiosa res est, inutilis ad opera. Amat specula, & flauas comæ tincturas, Fugit labores. Extat & apud Plutarchum in Erot. Chrysofomus hom. 78. in Mathæum, ἢ γυνὴ πάλιν ἔστω μὲν οἰκονόμος, ἀσπερ δὲ τῆς οὐσίας ἐπέσταν ἀλάκρυμοτέρων ἐχέτω φρονύδια, πᾶσι δὲ ἔσταν ὅπως ἀπαντα ἐργάσεται οἰκία. Quod autem dixit eas hominum opificem contumelia afficere, imitatus videtur Cyprianus de disciplina & hab. virginum. Manus Deo inferunt, quando id quod ille formauit reformare & transfigurare contendunt, nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, Diaboli quodcunque mutatur.

Ib. 30. Crocodili.] P. Victorius l. 11. c. 4. var. lect. Sic Horatius,

— Nec illi
Iam manet humida creta, colorque
Stercore fucatus crocodili.

Animaduertendum autem cum duo sint genera crocodilorum, quorum alterum ancipitem vitam ducat, ac nūc in terris, nunc in aquis viuat, alterum vero terrestre tantum animal sit, posterioris huius, cum odoratis floribus vescatur reliquias diligenter exquiri, quæ nidorem iucundum reddant, maculæque omnes è facie deleant, ac nitorem afferant. Testatus hoc est Galenus, & crocodileam has ipsas reliquias cibi medici vocant. Grauis vero ac seuerus scriptor cum acriter reprehēderet sui temporis mulieres, quod huiusmodi fallacis vterentur, vsus est etiam prischorū testimonio, quibus ne illæ quidem probabantur.

Ib. Est autem aliqua.] P. Victorius l. 15. c. 23. Mos erat Græcarum mulierum in calceis suberem gestādi, vt grandiores viderentur. Plinius lib. 16. quo loco de subere disputat videtur significare hyme tantum ipso fœminas vsas, quod concedi posset vt valetudini aptum, & tamen addit ea quæ indicant, aliud etiam in hoc ipsas sequutas, & conuenit testimonio Comici, quod citauit Clemens. Xenophon etiam in libro de re familiarit huius fraudis meminit. Vbi de vxore Ischomachi. ὑποδήματα ἐχρυσαν ὑψηλά, ὅπως μείζων δοκίμη ἔῃ ἢ ἐπιφύκη. Iidem autem versus citantur ab Athenæo, sed duo qui desiderantur in principio apud Athen. leguntur in libro exarato calamo, ita enim habetur, ἀσπερ ὁ μὴ γὰρ ἀσπερ τὸ κέρδος καὶ τὸ σκυλῶν τῆς πέλας. &c. Hæc ille. Iidem etiam reperuntur hic apud Clementem, quorum sententia incipit ab illis verbis. Primum quidem in lucro, & in spoliandis. Interpres Athenæi lib. 13. Præcipuum studium ad quæstum est, & eos qui propius se admouent spoliandos. At quod sequitur emendatius habet Clemens, πάντα τ' ἀλλὰ ἐργ' αὐταῖς πείρημα γίνεσθαι. quàm apud Athenæum πάντα τὰ ἄλλα αὐταῖς πείρημα. Hic

Vau iij

nodis implicat. Versus autem qui sequuntur non Democriti sunt, sed Homeri Iliad. v.

Ibid. 60. verborum.] P. Leopardus l. 9. Emendat. c. 3. Extrat apud Strobæum Theocriti Chij in Anaximenem oratorem scomma his verbis: Θεοκρίτος ὁ Χίος Ἀναξιμένειος λόγιον μέλλοντος, φησὶται, εἶπε, λέξέων μὲν ποταμὸς, τὸ δὲ θαλάσσιος. Id est, Theocritus Chius cum Anaximenes orator esset habiturus orationem, Incipit, inquit, verborum quidem flumen, sed mentis gutta. Clemens Alexand. Stromat. l. 1. similem huic locum habet, sed deprauatam, ποταμὸν ἀπὸ χων ῥημάτων, ἔδὲ θαλάσσιον, quod Gentianus perperam ita vertit. Verborum &c. Legendum autem τὸ, id est, flumen inertium verborum, mentis autem gutta.

307. Ad linguam.] Reperiuntur hæc carmina inter opera Solonis cum cæteris Gnomis edita. pag. 138, sed ordine mutato, primum enim tertio loco ponitur, in quo & legitur non ut apud Clemetem, & eis ἐπι αἰμυλῶν ἀνδρῶν, sed, & eis ἐπι αἰόλων ἀνδρῶν, Verba itaque verba loquentis, & in tertio χεῖνες mollis, vertitur. Omnibus ita vobis mollis inest animus.

Ibid. 10. In Archilochis Poetas.] Gr. ἐν ἀρχιλοχέεισιν ποιηταῖς, Heruetus legit, ποιηταῖς. Athenæus lib. 3. citat Cratinum ἐν ἀρχιλοχέεισιν in Archilochis & lib. 4. atque aliis locis.

Ib. 30. Hunc nec aratorem.] Aristoteles 6. Ethic. c. 7. ad Nicomach. Homero tribuit hos versus ut Clemens, at Dion Hesiodo, Suidas Margiten fuisse docet à Comædis irrisum ob stultitiam, qui ultra quinarium numerare non poterat, & matrem suam aliquando interrogavit iuuenis, an ex eodem patre edita esset. Margitas autem & stultos vocabant, ut Alexandrum Æschines in orat. contra Ctesiphontē.

313. 50. Velle bonum eligere.] ἐθέλειν ἀγαθὸν ποιεῖν, eligere velle quod est optimū. Videtur respexisse ad illud Theognidis: κάλλιστον τὸ δικαιοῦσθαι, Res pulcherrima quæ iustissima. Idem Aristoteles docet 5. Ethic. ad Nicomachum. F. Morellus P. R.

Ib. 40. Rursus autem.] Vide quæ collegimus in lib. 6. pag. 683. 20.

315. 10. Officium vero.] Gr. ἔργον τὸ πρὸς ἀρετῆν ἔργον, opus vero epichirema quod ad Rhetorem quomodo pertineat discite ex Fabio lib. 5. c. 10.

Ib. 40. Vir impeditus.] Apud Strobæum lib. de calurnia 40. ex Euripide citatur in Alexādra, sed corrupte legitur εὐλοκασία, pro ἀλλοκασία itaque hic Clementis locus emendationem confirmat Th. Cantabri l. 2. c. 5. var. lect. Atq; adeo falsum, videtur, inquit, secūdū Euripidē, quod inquit Stadius Cæcilius eloquentiam innocentiam esse, vt est apud Apuleium.

Ib. 60. Multis ergo.] Gr. ἔπειτα δὲ πῶς πολλοὶς ἀρέσκουσιν, ἀ μὲν δὲ ἐκείνοις εἰ δέλω ἢ ἀσπόμεν ἡμεῖς. Emendandum putat F. Morellus Prof. Reg. ἀ μὲν δὲ ἐκείνοι εἶδεν. Vult itaque vt placeas desiderandum non est. Quæ namque nouit ille, nos non exercemus; quæ vero nos scimus, procul sunt ab illius affectibus.

316. 60. Musas Sireribus.] Th. Canterus l. 2. c. 1. var. lect. simile ex Theodoro locum profert li. 8. de Cypar. Græc. Pythagorum puto compos lepidosq; sermones Sireribus opinatum esse persimiles, Musis vero, quæ nihil inducti decoris fucique præferentes, nudam veritatis formam ostendunt.

318. Non licet.] In fragmentis Pindari hæc ita Latine reddidit, licet enim audire Pindarum quoque scribentem, non apud omnes erumpere sermonem antiquum fidelissimis silentij viis, stimulus autem pugna est fermo præualēs. Theodoretus l. 1. de Cu-

rat. Græc. ægrit. Acciaolo interprete, nā Græco carremus. Annon quæso ipsi Pindaro Poetæ Lyrico auscultandum putatis manifeste prohibenti, μή ποτε ἀπαντας ἀναρήξαι ἀρχαῖον λόγον. Hoc est antiquam rationem cunctis aperire?

330. 40. Ex his æquiloquus.] Hæc eadem exscripsit Diogenes Laertius in vita Socratis ex Timone in Sillis quibus ille Socratem irridebat, qui antea lapides sculpebat

Fluxit ab his legumque loquax, lapidumque politor Graiorum vates, imposituræque magister.

Hic legit Clemens, ἀποστολέτης, quamuis quidam corrigant, ἀποστολέτης.

331. 60. Et Thoyt nobis.] Tertull. de anima c. 2. Nendum diuos, vt Mercurium Ægyptium, cui præcipue Plato adfuevit. Pamelius in eum locū scribens meminit huius Clementis, monetque hic legendum Theut, quemadmodū legitur apud Platonē in Phædro, vbi narrat Socrates venisse Theut ad Thamum Regem Ægypti, eique artes suas demonstrasse. De eodem item in Philebo. φησὶ δὲ ἀπὸ τοῦ κατεπίσταν εἶπε καὶ τοῦ αἰθραπῆ, ὡς λόγος ἐστὶ ἀπὸ τοῦ Σουβέλινα τὸ δὲ ἡμέτερον. Vocem infinitam animaduertit, siue Deus aliquis, siue diuinus homo, veluti fama refert huiusmodi hominem nomine Theuth in Ægypto extitisse. Cicero 3. de Nat. Deor. vt monet Scaliger in Varronē, Theut vocat; locus tamen Ciceronis sic legitur in editione Lambini. Mercurius quincius quem colunt Phenæata, qui Argum dicitur interemisse, ob eamq; causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis leges & literas tradidisse. Hunc Ægyptij Thoyth appellant.

Suidas τὸ δὲ τὸ δὲ ἔργον. 332. 20. Heracles autem.] Plutarch. hæc verba Heracleti de Sibylla affert lib. de Pyth. oraculis. Σιβυλλα μαγομένη ἐστὶ μαλακὰ & ἀκροῦσται, & ἀνώμαλα φησὶ ὁ μὲν, ἄλλοι δὲ τῶν ἀρετῶν εἰσὶν ἄνθρωποι. Sibylla furcæ ore non ridicula, neque exornata, aut vnguentis oblita verba fundēs mille annos voce peruatit, eius Dei opera, qui per eam loquitur. Ex eodē libro sumptū est quod sequitur de petra, quæ apud Delphos ostenditur. Sed omissa sunt quedam ab Herueto, sequitur enim post illud, ἀ μὲν δὲ τὸ πρὸς ἀρετῆν ἔργον, ἐν τῷ δὲ φανὸν δὲ μαλακῶν ἀσπόμεν, λαμίας ὄσων συραπῆς τῆς Σιδωνίας. At Plutarchus, εἰς μαλακῶν ἀσπόμεν, λαμίας ὄσων συραπῆς τῆς Πισιδίας. Sic in Aldina editione; at Interpres Gallicus crudelitissimus nobis est sequendus, qui eum manuscriptis eum auctorem contulit. Quidam autem aunt ex Malca profectam illam, filiamque Lamia fuisse Neptuni filia. Postremo & quæ ex Serapione proferuntur, ex eodē loco decerpta sunt.

335. 30. Qui scripsit Titanomachiam.] Multi dicuntur huius operis auctores. Athenæus ideo li. 7. citat Titanomachicæ scriptorem lib. 2, siue is fuerit Eumelus Corinthius, siue Arctinus, siue alio quocunque nomine vocari gaudeat.

Ib. 50. Primi itaque.] Totum hunc locum exscripsit Euseb. l. 10. Præp. Euang. c. 2. p. 278. edit. Paris. vsque ad illa verba sequent. p. 336. 30. inuenta narratiū. Trapezunt. Eusebii interpretis paulo liberius suo more vertēs hæc ita scribit. Astrologiā primos Chaldæos, Ægyptios deinde edidisse. Heruet. ad verb. reddidit.

336. Et rursus Celmis.] Apud Eusebium πάλιν πὲρ δὲ δαμναμενέως οἱ φησὶ ἰδαίων δακτυλοὶ, ποσθῶν ἐν κίονεσσι σίδηρον εὔρον. Trapezuntius, Tolmentem vero & Damnamenæum Iudæos in Cypro primos ferrum inuenisse. Atque ita Polydorus Vergilius in libris de Inuentoribus. Clemens habet rectius, Κέλμις πὲρ αὐτῶν δαμναμενέως

δαμναμενέως οἱ φησὶ ἰδαίων. Apollonij Scholiastes auctoris Phoronidis (id est poematis nomen quod citatur p. 372. 40.) carmina citat, in quibus tres tantum Daetyli nominantur.

Κέλμις δαμναμενέως πὲρ κίονεσσι & κίονεσσι Ακμῶν.

Celmis Damnameneusque ingens, Acmonique superbus. Vide Prouerbium Κέλμις ἐν ἰδαίῳ, de iis qui nimium sibi credunt. Sunt qui quatuor numerent, ait Greg. Gyraldus Syntagm. 1. Salaminum Damnanem Herculem & Acmonem. Plinius lib. 7. c. 56. Ferrum Hesiodus in Creta eos, qui vocati sunt Daetyli Idæi. Itaque hic fortasse legendum erat ἐν κρήτη, non ἐν κίονεσσι, sed & Strabo in lib. 14. scribit Telchinas, quos quidam & Corybates putant, ex Creta in Cyprum venisse, & primos ferrum, & as operatos esse. Diodoros Siculus lib. 5. c. 15. in loco, quem Berecynthū dicunt, Idæos Daetylos ignis vsum & aris, ferrique naturam inuenisse tradit.

Ibid. Alius autem Idæus.] Gr. ὁ δὲ δῆλος ἰδαῖος Ἀτ Εὐσεβίῳ, δέλας δὲ δῆλος ἰδαῖος εὔρον χαλκῶν κράτην, ὡς δὲ ἡσιόδοσος αὐτῶν. Trapezuntius, Ferri autem tincturam aut temperiem qua robur accipit Delam Iudgem comperisse, quamuis Hesiodus Delam ex Scythia fuisse asserat. Plinius lib. 7. c. 56. Æs constare & temperare Aristoteles Lydum Scythem monstraße, Theophrastus Delam Phrygem putat. Scribe ergo, Delas autem alius Idæus ferri & c. quamuis de patria diuersa sentiant.

Ib. Ac Thraces quidem.] Gr. καὶ μὲν θράκες ποσθῶν τῶν καλαμῶν παρὰ μὲν εὔρον ἰδαῖοι δὲ μάχησιν καμπύλην. Ex his postremis vocibus vides, ἀφ' ἧσιν restituendum esse. Eusebii quoque lib. Euang. Præpar. 9. ἀφ' ἧσιν scribit, quem sequuntur Polydorus Vergilius falcem vocat, id est, enssem falcatum, non falcem ruralem. Claudianus — non falce Gelonus,

Non arcu pepulere Ceta. Brodæus Miscellan. l. 1. c. 19. Vide & I. Lipsium l. 2. c. 9. Saturnal.

Ibid. Dicit sanites.] Gr. πῶς καθεῖς πιαστικῶν ἔσθον ἰσῶν τὸν σάντις, ἔπειτα δὲ ποσθῶν τῶν καλαμῶν ἀσπόμεν. Quæ fuerit armatura Samnitium de qua C. Plinius lib. 7. c. 20. natur. histor. in literis diu multumque versati compertum habent. Clemens in Stromatis ait, Itanium (samnis is erat) post hominum memoriam primum fabricasse scutum, quod & Eusebii Euang. Præpar. x. recitat. Non est ergo quod dubites aut apud Clementem legi oportet Titanum, aut in Plinio Itanū. Quanquā de Latini gladiatoris nomine plus equidem Plinij vetustis exëplaribus, eiusque metaphrastæ Solino, quam Græco librario fidei tribuendum censeo. Plinij verba subicci. Tritanū in Gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem, filiumq; eius militem magni Pompeij. Solinus vero adnotauit Tritanum gladiatorem armatura Samnitium fuisse. I. Parrhasius Epist. ad Lupicipitē. His adde Ciceronem 1. de Finibus, hunc Lucillij versum proferentē. Municipem Ponti Tritanni centurionum. Lege ergo, Τελαιῶν πὲρ, σαμνίτις ἔπειτα δὲ π. θ. καλαμῶν ἀσπόμεν. & tritanum (samnis is erat) primū fabricasse scutiū.

Ib. 10. Cappadoces primi.] Gr. εὔρον τὸν νάβλαι καλόμενον. Eusebii, πῶν νάβλαι καλόμενον. Frequentiori in vtu est νάβλαι, quam νάβλαι, vt apud Athenæum li. 4. νάβλαι εἶδος ἄρταν μισυλικῶν, ἢ ψαλτήριον, ἢ κισσῶν, diuersum tamen esse à psalterio conicit ex Cicrone de Aruspicum resp. & Quintiliano H. Stephanus. L. Cælius Rhodig. l. 9. c. 4. pro psalterio accipit, & quidam interpretes ex Hebræo 1. Paral. c. 15. & nablis & citharis concrepantes ἀγαφονήντες ἐν ναύλοις, & κινύραις,

Ibidem, nablis arcana cantabāt, ἐν ναύλοις ποσθῶν κινύραιων. Vox ab Hebræo non multum discedit. Quid. de arte inertium:

Discite etiam duplici genalia nauilia palma. Vertere. Pollux l. 4. c. 9. διπλά μὲν & νάβλαις μιμητικῶνται φησὶ μὲν, ἔπειτα παρὲναι Παρμύλιον ἀλιηπέδα ἢ νάβλαι ἰνῶν. Sic enim lego ex literarum vestigijs scripti libri.

Ibid. Et absque vlla.] Gr. ἐναυπηγήσων αὐτῶν ὁ βόσπορος ἀντιόχου. Eusebii, ὁ βόσπορος ἀντιόχου. Trapezuntius, Quadriremē à Carchedonijs primū factam fuisse, cuius architectus Bosporus fuit. Certe paulo ante Medicinam inuenisse dixit ἀπὸ αἰγυπτίου ἀντιόχου, Apim Ægyptium indigenam. Plin lib. 7. 56. Quadriremē Aristoteles auctor est fecisse Carthaginenses.

Ibid. Qui etiam Noropes.] Gr. νόροπος ἔσθων ἰδαῖοι παμνῶν, νῶν δὲ νόροπον καλῶνται. Eusebii, νῶν δὲ νόροποι. Trapezuntius; Pannonēs, qui Noricum habitant, quos Noropes appellant, aris vsum inuenisse. Stephanus de Vrribus νόροπος πόλις παμνῶν, ὁ πόλις νόροπος ὡς ἐπαφροδίτης ἐν πῶν ὁμηρικῶν φησὶν, ὁ δὲ γίγνεται ἐν παμνῶν σίδηρος, ὡς ἀκαηθῆς λαμπαρῶν τῶν ἐστὶν ἀφ' ἧσιν τὸ νόροπον χαλκῶν. Suidas in eandem sententiam scribit, πόλις παμνῶν νόροπος & νόροπος ὡς εἶδος ἐστὶν νόροπος. At Eustathius in illum locum Iliad. λ. ἐδύσατο νόροπον χαλκῶν dici ait, νόροπον τὸν λαμπαρῶν τῶν ἐστὶν τὸν ἐστὶν τὸν ὄσων. Item, ὁ μὲν ἐάν ὄσων ἐαυτῶν. Certe ex Strabone lib. 7. aliisque Geographis constat Pannoniā partem Noricos esse, vt eadem, secundum alios, finitimos.

Ibid. 20. Satyrum inuenisse Phrygem.] Sequebatur in Græco Eusebii περὶ χερδῶν δὲ ὁμοίως & πῶν ἰδαῖοι δὲ ἡμιονίαν ἀγγῶν τὸν & αὐτῶν φησὶν. Trapezuntius hæc tribuit Marfyæ cum mixophrygia harmonia, de qua paulo post, vertitque; Marfyam Phrygem trichordam diatonamque harmoniam & mixophrygiam. sed abest ab Eusebio illud κατὰ τὸν φησὶν ἡμιονίαν. Plinius Marfyæ Phrygi modulus Phrygios acceptos refert. Pollux autem lib. 4. cap. 9. μοῖδον χερδῶν τὸ εὔρημα, περὶ χερδῶν δὲ ὄσων ἀσπόμεν παρὰ τοῦ ἀντιόχου, ἐκείνων δὲ τῶν εὔρημα. Suidas, ἀλμπῶν μισῶν ἀλιηθῆς ἡμιονίαν ἡμιονίαν τῆς μαυλικῆς μοῖδης τῆς ἰδαῖοι ἀσπόμεν, at Olympum alterum iuniorum Phrygem facit. Extrat Olympi, vt musici insignis nomē apud Basilium orat. ποσθῶν νέος. εἰ δὲ τὸ μισῶν ἢ τὸ ὄσων τῶν φησὶν ποσθῶν χερδῶν κέρμαλα. Quod si Marfyæ vel Olympi Phrygum musicorum modos tentare voluissent. Olympium perperam interpretes & Historicum Dictionarium scribunt.

Ibid. Thamyrim Thracem.] Ita quoque Eusebii. Plinius vero lib. 7. Lydios modulus Amphion, Dorios Thamyras Thrax. Paulo post, περὶ τῶν ποσθῶν, delet Brodæus, corrigitque ex Eusebio περὶ τῶν ποσθῶν. lib. 1. Miscell. c. 19.

Ib. 30. Semiramidis regis.] Ita Græca ὅτι σεμεράμιδος βασιλέως αἰγυπτίου. Eusebii, σεμεράμιδος βασιλέως ἀσπόμεν Regina Assyriorum. Sed vt præstet operas mutuas, quod est apud Eusebii, θεοφραστῶν ἐφέσιος, ex Clemente corrigendum est. Diogenes enim Eresii fuisse Theophrastum Aristotelis discipulum auctor est. σεμάρμιον, demum dicitur ab Eusebio Mitylenæus ille.

337. 10. Alij autem.] P. Leopardus lib. 2. Emendat. c. 11. οἱ δὲ Μινῶν διδοστικῶν, ἔπειτα δὲ δαμναμενέως, pro quo legendum οἱ δὲ Μινῶ τὸν Διὸς ὄσων Ἀδελφῶν ἔπειτα δὲ δαμναμενέως. Id est, Zaleucusque Locrus primus narratur leges condidisse: alij autem Minoæ filium Iouis ætate Lyncei. Hic autem post Danaum exiit. Qui non graua-bitur consulere Eusebii Chronica, inueniet eodem tempore regnasse, in Creta quidem Minoæ, Argis

Latina interpretatione constituatur post vocem Dominus, sic retineri poterit hæc lectio & exponi. In loco Danielis qui allatus est à Clemente completens ea quæ apud lxx reperiuntur, & quæ aliunde adijci diximus mentio fit primum 70. hebdomadam deinde septem, tertio loco sexaginta duarum, postea vnius, quarto dimidij hebdomadis, postremo alterius dimidij. Septem hebdomadas concludi ædificatione templi ait, iam in sexaginta duabus Christum esse & in vna hebdomade, in qua dictum est illum confirmaturum patrum, sequitur dimidium hebdomadæ numerandum à tempore quo constituta est à Nerone abominatio desolationis in ciuitate sancta vsq; ad eius necem, postremo alterum dimidium à nece Neronis ad euerfionem Hierusalem. Nō enim septem annos continere vult hanc hebdomadam, sed annos 6. menses 4. quorum vnum dimidium pertinet ad vltimos imperij Neronis annos, alterum ad xvii. menses Galbæ Othonis & Vitellij cum biennio imperij Vespasiani, cuius anno secundo euerfa fuisse Hierosolyma Chronica Eusebij testantur. Vide quæ postea Clemens ait seipsum explicans pag. 367, 50. Quod vero attinet ad hanc Clementis Chronologiam in qua immanis reperitur annorum numerus, & qui 70. excedit hebdomadas, animaduertendum est nonnullos non continuare annos omnes 70. hebdomadam, sed interrompere: vt ab edicto Darij ad initium belli Iudaici, ab eodem edicto ad discessum Nehemiæ, ab edicto Artaxerxis ad Christi cadem, item ab initio duodecimi Neronis ad annum secundum Vespasiani, quominus est mirandum Clementem vsque ad euerfionem vrbs deducere hebdomadas aut non continuare hiatum illum annorum à Christi passione ad tempus quo Nero abominationem desolationis constituit. Vide quæ ad stabiliendam suam sententiam, quæ in quibusdam cum Clemente conuenit, disserit pluribus Scaliger li. 6. de emendat. temp. pag. 288.

Ibid. 20. *vafreus autem.*] Exscripsit hunc locum Eusebius in Chron. ad Olympiad. 47. Sententia eius nostræ etiam Clemens congruit in primo Stromate, 47. Olympiade captiuitatem Iudæorum factam esse contestans, regnante apud Ægyptios Vaphre, apud Athenas Phenippo, & supputari 70. annos desolationis templi vsque in secundum an. Darij. Clemens ait *φιλίστου ἀλώσειν ἄρχοντος*. Pratoris vel Principe Athenis Philippo & ad 48. non 47. refert Olymp. in vno manuscr. P. Pithoei erat 49. Olymp. in aliis duobus 47. Sequitur apud Eusebium locus alter sic ex auctoritate codicum vet. legendus. Capta Hierosolyma ab Assyriis, ad Vaphrem regem Ægypti Iudæorum reliqui transfugerunt. Huius Vaphris Hieremias quoque propheta certo loco meminit. Vide Hieremias cap. 44. v. 30. Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Ægypti in manu inimicorum eius. *lxx idem ἐξ ἡδύτου πὴν φαραὼν βασιλεὺς αἰγυπτίου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ.* Clemens ait *ἡαφρηὺς βασιλεύοντος*.

Ibid. 30. *Manfit autem.*] Hæc quoque retulit in Chronicum suum Eusebius ad Olymp. 64. Clemens quoque his congruit in primo Stromate ita scribens. Et perseueravit captiuitas annis 70. vsque ad secundum Darij filij Hyftaspis, qui Persis Assyriis & Ægypto regnauit: sub quo Aggæus & Zacharias & vnus de duodecim, qui vocatur Ange-

lus prophetauerunt, sacerdotioque functus est Iesus filius Iosedech. Hæc supradictus vir. Quod autem septuagesimus annus desolationis templi altero anno Darij fuerit expletus, domesticus testis est Zacharias Propheta secundo anno Darij dicens: Domine omnipotens, quousque non misereberis Hierusalem, & ciuitatibus Iuda quas desexististi? septuagesimus annus est. Ita legitur in manuscriptoris. atque illud, desexististi, verius est, quam quod fuit hæctenus asperxit: nam & vulgata vertit, quibus iratus es, quod in margine additum erat. Nihilominus tamen hic locus non efficit vt ei assentiamur, præsertim cum Eusebius ipse lib. 10. de præpar. Euang. cap. vlt. in primo anno Cyri finitos esse captiuitatis annos fateatur. Quod ipsum affirmant & Iosephus li. 11. Antiq. Lactant. li. 4. cap. 5. Cyrillus 8. in Iulianum, Iulius Africanus annualium 5. Sulpitius 2. hist. & alij. Nam si in 2. Darij anno finirentur necesse esset vt à desolatione Hierusalem ad 1. Cyri annum non plus 30. numerarentur cum 20. 40. ab eo ad 2. Darij numerent auctores huius sententia. At constat Nabuchodonosor regnasse post desolationem vt traditur 4. Reg. 25. annos 28. Post eum quatuor imperarunt Euilmerodach Niglissarus Laborfadachus & Nabonidus, vt Iosephus Hieronymus & Eusebius tradunt 17. annis: ita erunt 43. anni à desolatione Hierusalem vsque ad primum Cyri. Ergo ad 2. Darij plures 70. Vide B. Pererium li. 10. in Danielem.

Ibid. 40. *Ptolemaus Lagi.*] Quoniam varia erant Lagidarum Ptolemaeorum cognomina, eo factum est vt in iis enumerandis Historici non consentiant. Consentiant plerique à Lagi filio vsque ad Philometora vt Tertullianus, Eusebius, Epiphanius, (nisi quod hic eū Philopotora dicat) & Strabo, qui reges illos successisse ait *παῖς ᾧδὲ πατρὸς αὐτοῦ διαδέχονται* vsque ad Philometora. Tertius, Evergetes dicitur etiam Epiphanes in Prologis Trogi cum Iustino editis, sic enim lego illud Vtrufphonæ. Quartus, Straboni *ὁ φιλοπάτωρ τῆς ἀραθηναίας*, de quo Iustinus li. 30. Quintus eius filius Epiphanes, cui tutor à Romanis datus M. Lepidus, maritus Cleopatrarum Antiochi Epiphanis sororis. Sextus Philometor quem Popilius aduersus Antiochum est tutatus. Strabo *ὁ πῶτι ἀδελφὸς διεδέξατο ὁ δεύτερος ἐυζήτητος ὁ φασακίνα παρὰ ἄλλοις*. Hic fratris filium occidit. Iustinus li. 38. Idem ergo est Evergetes & Physcon & Soter frater Philometotis, non duo vt viri docti cum Eusebio volunt. Septimus eius filius *ὁ λαθύριος* dicitur Straboni, Lathyros in prologo Trogi 39. Lathyros alij, quem mater eiecit. Octauus Alexander, Eusebio 9. quem ita de eo lego in 2. manuscr. Expulso de regno Physcone Ptolemao per matrem Cleopatram & in Cyprum secedente, Ptolemaus qui & Alexander succedit. Nonus Lathyros, iterū, de quo ita Euseb. legēdus: Ptolem. qui à matre fuerat eiectus regressus de fuga regnū obtinuit, quia Alexandrum, qui ante eum fuerat, ob interfecionem matris ciues pepulerant. X. filius eius quem Strabo Auletem, Euseb. Dionysium. Alij Dionysium fratrem Cleopatrarum putant; sed quia non diu regnauit, ab aliis cum Notho & Alexandro 2. omittitur.

365. 10. *Deinde ad Helene.*] Conuenient hæc cum Eusebij Chronicis modo ita corrigantur ex fide optimi codicis Pithœani, vt ad annū Mnesthei nonum scribatur illa, Hercules in morbum incidit pestilentem,

pestilentem, qui ob remedium doloris se iecit in flammam, & sic morte finitus est, anno ætatis 52. Quidam ante tricimum eum periisse scribunt. Deinde ad 14. Mnesthei hæc referenda quæ ita lego in codice Reg. M. Alexander Helenam rapuit & Troianum bellum decennale surrexit: causa mali, quod trium mulierum de pulchritudine certamē fuit, vna earum Helenam pastori iudici pollicente. Excidium autem Troiæ accidit tempore Elon iudicis Hebræorum cui successit Abdon eique mox Samson, vt ad res sacras profana referamus. Sed primi illius iudicis nomen restituendum est Eusebio legendumque, Post Eusebon in libro Hebræorum fertur Iudex Elon rexisse populum annis 10. qui non habetur apud lxx interpretes. In cod. Pith. dicitur Ælaon, in Viët. Ælon, in Reg. Elaon, in vulgata Ahialon. Sane mirum est quod à lxx prætermisum dicit hunc iudicem, cum ita legamus Iudicum 12. v. 11. *καὶ ἐκέλευεν μετ' αὐτῶν πῶν ἰσραηλ ἀλλοθὺ ὁ ζαβουλωνίτης*. Sed & hic noster ante pagina 354, 40. *Deinde Ebron zabalonus octo annis*. Deinde Æglon ex Ephraim octo annis. Nonnulli autem *sepiem annis Abatthan coniungunt quatuor annos Ebron*. In Græco erat *πᾶ ἑβραῖμ πτωπερακοντα ἔτη*. Plane Ebron ille est Elon, Æglon autem Abdon Ephraimites, Abatthan demum Eusebon siue *ἐβραῖμ*, cuius forte annos cum Elonis annis iungebant.

365. 20. *Rursus à prima.*] Ios. Scaliger li. 5. de emend. temp. Sentit Plinius urbem conditam anno 1. Olympiadis septimæ, quæ sententia multos assertores habet, Dionysium, Eusebium alios, & in primis veterem Chronologum apud Clementem: *ἀπὸ τῆς περὶ τῆς ὀλυμπιάδος ὅτι τῆς β' αἰῶνος καὶ ἰν' ἔτη καδ*. Nam quo minus integri sint 24. desunt tot dies, quot sunt à Palilibus ad proximos dies æstiuos, quibus ludicrum Olympicum celebrabatur. Neque aliter Solinus censet, qui dicit cœprante Olympiade 7. Romam Palilibus conditam hoc est circa initia 7. Olympiadis.

Ib. *Hinc ad Babylonis.*] Idem eodem libro p. 221. agens de consulatu Iunij & Bruti ita legit hunc locum. At vetus Chronologus, apud Clementem *ἐπιδρην ὅτι πλὴν βασιλέων ἀναρῆσαι ὑπατοι ἐγγύοντο ἐπ' ἔτη δ' ἑκατότα πτωπερακοντα πείρα*. Hinc ad tempus quo sublatis reges & consules creati anni ccxlii. In Florentina edit. Clem. legebatur *ἐπιδρην ὅτι πλὴν βασιλέων ἀναρῆσαι ὑπατοι ἐγγύοντο ὅτι πλὴν α. τ.* Heruetus hæc conuertens addidit à *Dario*. Certe si Chronologos ceteros consulas, annorum numerus, quos affert Clemens, magis conuenit cum spatio temporis à condita Roma ad Regifugium quam ad euerfionem Babylonis. Et hic omittis Græcis videtur epochas Romanorum persequi. quamobrem huic emendationi assentientes quod sequebatur *ἀπὸ τῆς βασιλευσας ἀλώσεως ὅτι πλὴν ἀλεξάνδρου πλεοντῶν* legemus ita *ἀπὸ τῆς βασιλευσας ἀναρῆσεως ὅτι πλὴν α. τ.* A Regifugio autem ad Alexandri obitum anni 186. Totidem reperies in Chron. Eusebij ab Olympiade 66. ad 114. vbi Regifugium & Alexandri mors notantur.

365. 30. *Hinc ad victoriam.*] Idem li. 5. pag. 237. Dupliciter sumitur initium Actiæ victoriæ. Aut enim à classe Antonij & Cleopatrarum victa, & Thorh fixo, aut ab Alexandria recepta. Diem ipsum docet Dio classis deuicta 4. Non. Septemb. Cæsare Octau. 3. M. Valerio, Messala Coruino Coss. anno imperij Augusti 15, Iuliano 16. Rursus Chronolo-

gus vetus apud Clementem *ἀπὸ τῆς ἀλεξάνδρου πλεοντῆς ὅτι πλὴν ἀναρῆσαι ὑπατοι ἐγγύοντο ἐπ' ἔτη καδ*. A sequenti igitur anno Iuliano putat Actiacam victoriam, nempe à consulatione 4. Augusti & Alexandria recepta. Horatius lib. 4. Ode 4.

— nam tibi quo die
Portas Alexandria supplex,
Et vacuam patefecit aulam,
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus.

Ibid. Ad certamen quod Romæ.] Gr. *ὅτι πῶν ἀγῶνα ὁν ἔθηκε Δοκεπαῖος*. Idem li. 5. 243. hunc locum citans, Tetraeterides inquit per Capitolinos Agonas seruabantur. Quorum primus à Domitiano institutus fuit, duodecimo eius & Seruij Cornelij Consulatu. Anno Iphiti 1014. scribebat librum suum de die natali Censorinus, quo anno prodit celebratum vnde quadragesimum Agonem Capitolinum anno Christi 238. Idem li. 1. cap. 10. Auson. lectionum docet exemplo ludorum Olympicorum institutos fuisse hos Agonas, in quibus omne genus artifices certabant, & quercu coronabantur, & Romæ non per lustra vt antea magnum annum vt vocabant, sed per Capitolinos Agonas computabant.

Ibid. 50. *Ab Adam quidem.*] Discrimen illud est inter Hebræos & lxx quod ab illis quidem ab Adam ad diluuium numeretur anni tantum 1656 at lxx vt est apud Eusebium circa tempora Salomonis, *Ab Adam vsque ad diluuium 2242 anni*, quæ verba sunt addenda etiam alio eiusdem Chronici loco circa 199 Olympiadem post illa verba à diluuiio vsque ad Abraham consentientibus tribus manuscriptoris codicibus. Vide D. Augustinum li. 15. cap. 23. de Ciuit. Marianum Scotum, & Adonem Viennensem, & his historicis antiquiorem Gregorium Turonensem, ex cuius historiæ calce corrigendum est caput, & idem numerus lxx scribendus.

367. 10. *Natus est autem.*] Edidimus hunc locum Græco Florent. edit. nihil morati correctionem interpretis, qui & ita priori editione conuertat. Neque enim hic valet illud Sophoclaum *ἡυπεραι φροντίδες*. Illexit in errorem virum doctum, diuersa ratio numerandi annos Augusti. Alij eorum annos eius imperij putat à primo consulatu ipsius; atque ita 56. reperiunt. Natus enim est Augustus Cicerone & Antonio coss. v. c. 691. Consulatum gessit 711. annum agens 20. vt Suetonius & Dio tradunt, vel vt ipse ait in indice suo ab A. Schotto vulgato 19. mortuus est 14. Calend. Septemb. v. c. 767. ætatis suæ 75. m. 10. d. 26. Natus est Christus ætatis eius 62. vrbs 752., ab eius consulatu 42. inchoato. vt scribit Eusebius li. 1. cap. 5. Hist. Epiphanius hæret. 51. & in Anchor. Orosius li. 7. c. 2. At Tertullianus aduersus Iudæos & Irenæus li. 3. cap. 25. an. 41. absoluto scilicet. Alij vero annos Augusti numerant ab Actiaca victoria quo tempore solus imperauit an. 43. atque ita præcedenti pag. Clemens 43. annos Augusto tribuit, & nunc anno eius 28. natum Christum ait. Vt Eusebius li. 1. cap. 5. Hist. octauo & vicesimo ab Ægypto occupata. Beda li. de sex ætatibus mundi natum eum vult anno 27. Actiæ victoriæ, quod probat Ioseph. Scaliger 6. de emendat. tempo. 256. On. Panuinius in Chronico Eccles. an. 29. in Comment. in Fastos

30. Victoria illa notatur à Dione 4. Non. Septem. an. V. C. 723. Panuinius ortum Christi an. V. C. 752. Maneat ergo annus 28. Augusti & hoc in loco Clementis & alius Chronologus relinquatur quadragesimus secundus, vel restituatur potius Hefychio apud Anastasium in Questionibus in scripturam Quæst. 92. quod fragmentum quoniam & Clementis nostri meminit adiciam ex manuscripto Regg. M. *Εν τῷ πρῶτῳ μὲν ἐπι τῆς βασιλείας αὐτοῦ μὴ δὲ δεικνύμεθα καὶ ἡμέρα ἕκτη, ὡσαύτως καὶ ἡμέρας ἐξήντη ὁ κύριος ἡμεῶν ἰσὺς τὸ κτ' ὁδὸν ἐκ τῆς ἀγίας πατρὸς ἡμεῶν. ἔπειτα κτ' ἀποχρῆς ἀπὸ κτισίας κόσμου ἕως τῆς χειρὸς ἡγουμένης ὡσαύτως ἐξ ἀκαθαρσίας ἀπὸ ἀδάμ ἕως φέρεται ἡμεῶν ἐπὶ πενήντη ὡσαύτως ἀπὸ φάλακ' ἕως μὲν τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐπὶ α' ζ' καὶ λοιπὸν σιωνιανερὰ φησὶ σὺν αἰσθητοῖς ἐπὶ λ' γ' αἰ' γίνεσθαι ἀπὸ ἀδάμ ἕως τῆς χ' ἡγουμένης καὶ σαουράσιος ἐπὶ σ' πλῆρη ὁ γὰρ φέρεται κτ' πλὴν σαουράσιος μωσέως π' ἡμῖν λέγεται π' χρόνος τῆς χ' ὀπτανείας. ὡσαύτως γὰρ π' αἰσθητοῦ τῆς ἡμέρας πλάσιος ὁ θεός καὶ ἐξ ἡσ' ἔπειτα τῆ ἀμύροπα, ἕως καὶ τῆς ἡμέρας τῆς χ' αἰσθητοῦ ὅτι τῆς γῆς ἡλθεν ὡσαύτως αὐτῶν, π' ὁ γὰρ δηλοῖ καὶ ἡ θεία γραφή λέγουσα ἡμέρα καὶ ἡμέρα ἐπὶ ἀνάστασιν καὶ κλήσιος καὶ θεοφίλιος ὡσαύτως οἱ θεοφίλιος ἐπὶ χρονογράφῳ ἐξέδωκε. Hæc à G. Herueto Latina facta reperies in Bibliotheca Sanctior. Patrum, in quibus hæc mutanda sunt. Nam in 42. anno imperij Augusti, mense Decembri 25, die sexto, hora 7 diei natus est. Item, vsque ad natalem & crucifixionem 6000. Nam ab Adam vsque ad Phalec filium Heber anni 3000. & à Phalec vsque ad 42. annum. Postremo; Ita etiam sexto die millenarij venit in terram, & seruauit eum. Sic enim corrigendum esse constat è Græco & rationibus ipsis annorum; quin ne illud quidem vacare mēdo videtur in Græco, dum ait ad annum Augusti esse tantum 1067. Nam si additis 33. fiunt sex annorum millia plena, 2967. fuerint oportet. Quamquam rara est & paucorum Chronologia sexto millenario natum Christum; Ecclesia quidem Græca circa annum mundi 5500. ortum Christi notat cum Eusebio in fragmentis Chronicorum à Curterio editis, at Romana 5199.*

Ibid. 20. *Annum acceptabilem.*] Locus est Esaiæ 61. v. 2. vt prædicare annum placabilem domino *1 x x* καὶ καλέσαι ὀνομαζὸν κυρίου δεκάτην. Et vocare annum acceptabilem domini. Clemens κηρύττει legit. Hilaris in Psalm. 52. prædicare annum domini acceptum. Hieronymus, & annuntiarem annum placabilem domino. Procopius in Esaiam δεκάτης ἢ κτ' τῶς ἀλλοῖς ἐνδοκίας, πὺν τῆς ἀνατροπῆς καὶ ἀποκρίσεως εἰπὼν ἐν αὐτῷ ὅτι γῆς φῶς ἡμέρας τῶς παροῦσι παρέλξει. At hanc Clementis de anno vno prædicationis Christi constat etiam fuisse Tertulliani in Iudeos sententiam, I. Africanus 5. annal. & Lactantij li. 4. cap. 10. quin & S. Augustini 18. Ciuit. cap. 54. nisi forte in nomine consulum deceptus est. Communis Chronologorum sententia est Christum mortuum esse non eo ipso anno quo baptizatus est hoc est 30. sed quarto mense anni sui 33.

Ibid. *sunt autem.*] I. Pamelius in librum Tertulliani aduersus Iudeos cap. 8. Clementem ait hoc loco afferre opinionem cum eorum qui 41. tum eorum qui 42. Augusti anno Christum volunt natum, quod antea ortum eius retulerat in annum 28. post decessum Cleopatram, & nunc addat aliorum sententiam, qui subtilius natali Domini non solum annum, sed et diem addunt, quem dicunt 29. anno Augusti (sic enim legendum est, pro eo quod men-

dose iterum est 28.) in 25. mensis Pachom, quem nos Decembrem dicimus, natum. Vide etiam G. Mercatoris Chronolog.

Ibid. 30. *Mensis Tubi.*] τὸ πρῶτον μὲν. Beda lib. de temporum ratione cap. 9. Ægyptij qui primi ad Solis cursum, cuius motus tardior facilius poterat comprehendere, menses putare cœperunt sumpto ab Autumni tempore primordio tricenis hos produuntur includere diebus, quorum primus mensis Thoth 4. Cal. Septembrium: 11. Paophi 4. Cal. Octob. 11. Athyr 5. Cal. Nouemb. 111. Chæac. v. Tybi 6. Cal. Ianuar. vi. Mechir 7. Cal. Februar. vii. Phamenoth 5. Cal. Martiar. viii. Pharmuthi 6. Calen. April. ix. Pachom 6. Cal. Maiar. x. Payni 7. Cal. Iuniar. xi. Epiphi 7. Cal. Iul. xii. Mefori 8. Calend. Aug. funit exordium: quem 10. Cal. Septem. die terminantes residuos 5. dies ἐπαχρημίας vel intercalares siue additos vocant, quibus etiam quarto anno diem sextum, qui ex quadrantis finci solet adnectunt. Hæc Bedæ enumeratio pertinet ad annos Ægyptiorum Actiacos, nam veterum Ægyptiorum ante victoriam Actiacam anni cum Bisextum omitterent ob quadrantem sex horarum addendum, anticipabant vno die quarto quoque anno & vt ait Ios. Scaliger de emendat. temp. pag. 133. eorum Thoth laxis habent in anteriora fugiebat, eoque fiebat vt cum Romanis mensibus non possent comparari. Verum anno Iuliano recepto & Thoth fixo, diem sextum addiderunt vt scribit Eusebius in Chronicis à I. Curterio editis sic n. manuscript. συμπληρῶνται ὅτι π' κ' τὸ αὐτὸ κατ' ἑπὶ καὶ π' αὐτῶν ἀλλοῖς μὲν π' τῆς ἡμέρας ἀπὸ τῆς λοιπῆς πέντε ἡμερῶν. ἐὰν δ' ἐπαχρημίας π' τῆς ἡμέρας, π' τ' ἐπὶ β' τῆς ἡμέρας, ἐξ ἡμερῶν ὀνομαζομένων ἐπαχρημίας. Hæc ideo addidi quod & graues auctores Ægyptiorum veterum menses vagos à recentioribus fixis non distinguentes errarint, quod in Plutarcho notat Scaliger pag. 163. & quidam alios immerito reprehendant Ægyptios menses cum Latinis comparantes vt I. Lalamentius Lactantium Firmianum quod lib. 1. cap. 6. de falsa religione Thoth Septembri nostro respondere censuerit. Est in eodem Anastasij libro fragmentum quoddam constitutionum Apostolicarum quod subiiciam ex manuscripto, tū quia in iis quæ à F. Turriano editæ sunt non reperitur, tum quia in interpretatione quedam restitui possunt è Græcis. *Ἐπεὶ γὰρ ὁ κύριος ἡμεῶν ἰσὺς ἐκ τῆς ἀγίας πατρὸς ἡμεῶν ἐν βηθλεὲμ κτ' ἀνηύθη χριστὸς. ὡσαύτως ἕδωκε τῆς ἡμέρας (sic apud Hefychium paulo ante) ὅτι π' αὐτῶν καλῶν δὴ ἡμερῶν. ἐθαπείνη ὅτι π' πεντακστὴ αὐτῶν ἐπὶ τῶν ἡμερῶν π' τῆς ἡμέρας ἐν τῷ ἰσὺς ἡμεῶν ἐν τῷ κόσμῳ κηρύσσων τὸ ἐναγγέλιον τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ ἀγαθῶν, καὶ θεραπέυων πᾶσαν ἰσθμὴν ὡσαύτως μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ ἕως ἐξήντη ἔτη λ' ὡσαύτως μὲν π' αὐτῶν ἐπὶ τῷ πεντακστῷ τῶν ἐπὶ αὐτῶν ἐσταυρώθη φαιμενῶν κτ' ἡμέρας 5. ὡσαύτως τῆς ἡμέρας, ὡσαύτως σελήνης ἰδ. ἀνέστη ὅτι ἐν πενήντῳ φαρμῶν τῆς ἡμέρας α. ὡσαύτως τῆς νυκτὸς καὶ ἀφῆθη πᾶσι ἡμῖν τῶς μαθηταῖς αὐτοῦ. καὶ ἐσανέρωσε πᾶσι δόξαν αὐτοῦ δι ἡμερῶν μ. διδάσκων ἡμᾶς κηρύσσων ὅτι π' ὀνομαζομένων αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἀφεσιν ἀμφοτέρων. ἀνεήθη ὅτι παρ' ἡμῶν γ. ὡσαύτως τῆς ἡμέρας.*

Ibid. *Aliqui autem.*] Epiphanius hæresi 51. refert natum esse Christum circa Ianuarij mensem, hoc est ante octauum Iduum Ianuarij quæ est sexta (non quinta) eiusdem mensis secundum Romanos, secundum Ægyptios Tybi vndecima, iuxta Syros siue Græcos Audinæi sexta, & ab eo die vsque ad diem ante decimum tertium Cal. April. & secundum

secundum Ægyptios Phamenoth mensis 24. compleuisse annos triginta duos, & resurrexisset 26. Phamenoth ante xi. Cal. Apriles.

369. 10. *Aquam enim Moy.*] Ios. Scaliger in Notis quibusdam ad Orpheum. Moi Syriace est aqua. sed manifestè Moses ipse dicit nomen impositū sibi quod extractus sit ab aquis πῦρ extractus, non à Syriaco π. Hoc enim ridiculum est; quare in eo errant, & Philo & Iosephus, & alij veteres, dum eum falso ἰδαρυγγῶν interpretantur.

Ibid. 60. *Quæ carebat liberis.*] Extant hæc carmina Ezechieli apud Eusebium Præpar. li. 9. cap. 4. multa que alia ex eodem cum quibus hæc collata si fuerint, multa corrigi in Græca editione poterunt. Ea ita Græce habet liber Clemens. καὶ ἀπὸ τῆς θυγατρὸς βασιλείας ἀθεῖαι ὁμοῦ quod correxit Heruetus ἀπὸ αἰσθητοῦ. Apud Eusebium legitur illud rectius. Itaque retenta vera lectione verte, Dein nata Regis cum suis pedissequis. Abras vocabat ancillas Attici. Suidas ἀθεῖαι ὀνόματι γυναικῶν κἀν ἑνὶ μῶς. Deinde adfert exempla ex Menandro in Pseuderacle & in Sicyonia, quod ideo moneo à manuscripti interpunctione monitus, quod vir doctus existimasse videatur nomen patriæ Sicyoniam fuisse. Citatur poema illud à Stobæo li. 51. vsi sunt ipsi 1 x x Exodi cap. 2. καὶ πῦρ ἢ θυγατρὸς φασεῖν ἡμᾶς ὅτι πὺν πῦρ καὶ αἱ ἀθεῖαι αὐτῆς ὡσαύτως πὺν πῦρ καὶ αἱ ἀθεῖαι. Absque hoc loco esset, probari poterat emendatio interpretis, cui occasione dedit forte an locus ille Eusebij li. 9. Præpar. cap. 4. qui ex Artabano tradit Merthin filiam hanc fuisse Palmanothis, vxorem Chenephthis regis terræ Memphriticæ, quæ cum sterilis esset subiecit sibi quendam Iudæorum infantem.

380 40. *Efficiamini autem.*] Nicephorus li. 10. cap. 26. Historiæ, Spectatores nummularios (in margine erat λόγῳ τῶν πραπίστῶν, vtrumque suspectum) nos esse diuinum oraculum iubet, & vt pulcherrimum quodque ex rebus omnibus diligentes, quod malum est abiiciamus, quod bonum autem disquiramus & inuentum retineamus. S. Basilus in principium Prouerb. καὶ ὡς δοκίμος πραπίστῶν τὸ μὴ δοκίμων καὶ δόξῃ. ἀπὸ τῆς παντὸς εἰδὸς πονηρῶν ἀφῆξιται. Idem in 1. cap. Esaiæ. Pauci probi trapezitæ. Rari admodum sunt, qui cuncta queant explorare, & bona quidem penes se nouerint retinere, ab omni autem specie mala sibi temperare. S. Ambrosius proœmio explanat in Lucam. Erat autem populi gratia discernere spiritus, vt cognosceret quos referre deberet in numerum prophetarum, quos autem, quasi bonus nummularius, improbare, in quibus materia magis corrupta forderet, quam veri splendor luminis resularet. 1. Thellalonic. 5. v. 21. Omnia probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete vos. Gr. πάντα δοκιμάζοντες τὸ καλὸν κατέχετε. Tertullianus de præscriptionibus, omnia examine, quod bonum est tenete.

381. 30. *Lucerna est præceptum.*] λαμπτήρ ἄρα ἐστὶν ἀγαθὴ, νόμος δ' φῶς ὁ θεός. Prouerbior. 6. v. 23. ὅτι λύχνος ἀβλήθῃ νόμος καὶ φῶς. Quoniam lucerna mandatum legis, & lux. Aquila Symmachus & Theodorio, λύχνος ἐστὶν ἡ νόμος φῶς vt in editione Romana annotatur. vulg. Quoniam mandatum lucerna est, & lex lux. Ex Hebræo ad verbum, Quia vt lucerna est mandatum, & lex vt lux: & via vitæ sunt increpationes eruditionis. Vide 392. 30.

Ibid. *Lex est Rex.*] Muretus in Senecam, Quare bonis viris mala accidant. Hanc in offensam ve-

locitatem procedere æternæ legis imperio. Ita vocabant, inquit mentem, ac consilium diuinum: siue vt Cicero 2. de legibus rationem rectam summam Iouis, & eo sensu dixit Pindarus νόμον τῆς πάντων βασιλέα θεοῦ καὶ ἀθανάτων vt est apud Platonem in Gorgia, quod etiam posuerat Chrysippus li. 1. τῶν νόμων vt est li. 2. D. de legibus, & apud Euripidem Hecuba ait legi illi etiam Deos paruissè ἀλλ' οἱ θεοὶ δύνανται, καὶ ὁ κείνων κρατῆρ' ἔχουσιν. Vide fragmenta Pindari. Illud quoque paulo ante de tuenem mentibus ex Homero est Iliad. 7. ὀπλοπέραν δὲ ἀνδρῶν αἰεὶ φέρεται ἡδύνοισι.

Ibid. 50. *Eccc ego.*] Vide apud 1 x x. cap. Gen. 17. v. 4.

IN LIB. II. STROMATVM.

387. 60. *sed qui spiritum.*] D. Paulus 1. Cor. 2. v. 10. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Ita locum hunc de Spiritu sancto exposuit Didymus Alexandrinus li. 1. de Spiritu sancto. Sic & quæ Dei sunt nemo cognouit nisi τὸ πνεῦμα, id est Spiritus Dei, τὸ γὰρ πνεῦμα hoc est Spiritus enim scrutatur omnia etiam alta Dei.

392. *Hoc eloquium.*] Gr. εἰ μὴ ἐλπίσῃτε ἀνέλπιστον ἐν ἐξουρίῳ, ἀνδρῶν καὶ ἀπυρον. Ita legitur hic locus in Florentina editione Clementis: apud Theodoretum autem εἰ μὴ ἐλπίσῃτε τὸ ἀνέλπιστον, ἐκ ἐξουρητοῦ fortasse Clemens scripserat, εἰ μὴ ἐλπίσῃτε ἀνέλπιστον ἐκ ἐξουρητοῦ. Vtitur autem & alibi Heraclitus verbo ἐλπίσῃ potius quam ἐλπίσῃ. Est enim illud magis Ionicum. Henr. Stephanus in Poësi Philosoph. Interpretes Theodoretii li. 1. Therapeutices Græc. vertit. Ni speretis quod sperare non est, nequaquam inuenietis quod inscrutabile, dubium inaccessumque est. Pindari porro dictum quod paulo post addit habes & pag. 30.

398. *merito ergo.*] Gr. ἄρα ἐν σῶματι πῶν. Est in Ecclesiastici cap. 15. versus 10. vnde hoc fortasse Clemens. Sapientia enim astabit laus & in ore fidei abundabit, & dominator dabit eam illi. In quem locum scribens C. Iansenius relationum putat referendum ad laudem, & non ad sapientiam, quod Græca habeant ἐν τῷ ἄρα ἐρήσεται ἄγιος, καὶ ὁ κύριος εὐδοκίῳ αὐτοῦ. In sapientia enim dicitur laus & dominus prosperabit illam. At Dionysius Carthusianus & N. Lyranus vtrumque membrum quod sequitur referunt ad sapientiam, & exponunt, Sapientiam auget suo laudatori fidei. Clemens videtur editionem legisse quam sequutus est auctor vulgate. Sic in præcedenti versu τῶν κλεινῶν ἀπιστῶν alius ad laudem, alius ad sapientiam refert. Similis est ille locus cap. 34. Sapientia in ore fidelis complanabitur Gr. ἄρα σῶματι πῶν κλεινῶν. Sapientia ori fidei consummatio.

Ibid. 50. *Mens videt.*] Tertullianus de anima, 18. Meminerat Epicharmi Comici: Animus cernit, animus audit, reliqua surda & cæca sunt. Apud Plutarchum 2. de fortuna Alexandrij longior profertur hæc sententia εἰ μὴ γὰρ ὡς φησὶν ὀπτιζήριμος νόσος ὅτι, καὶ νόσος ἀκείνη, ἔμαθα δ' ὑποφάσθαι κωφὰ τυφλῶν ἢ λόγῳ δέομαι. Citatur & à Theodoro li. 1. contra Græcos & ab Aristotele sect. xi. Problem. 33. sententia vero sacra legitur Ecclesiastici 6. v. 34. in Antuerpiensi edit. εἰ μὴ ἀγαπήσῃς ἀκούειν, οὐδέτις σωθεῖσιν. Si dilexeris audire, recipies intellectum. In Latina vulg. Si inclinaueris autem tuam, excipies doctrinam. In Romana ta-

men editione omittitur vox σωειν, vt apud Clementem, & annotatur in quibusdam libris cam addi. Certè in Hebræo est, vnde vertunt quidam, si affectus fueris studio audiendi prudentiam percipies.

399. 10. Et lapis qui vulgo.] Quid est cur Heraclius lapis ferrum ad se trahat ingens inter Phycos pugna est. Galenus περι τοις Α. β. φυσις η δ πρς οτι δλωαυς ελλεκει οπδ οικειων εκαστω οπδ οντων οσαυτ εν τη λιθω τη ηεσκακρια το σιδηρον. Clemens Alexand. ελλειν τον σιδηρον δεσ σιδηριαν. Gregorius αφορητω της φυσις βιζι, alij αποροιας πνευματωδεις. teste Plutarcho, quidam magnetem ferrum appetere tanquam cibum, quo vitam sustentet, eaque lapides omnes via viuere probare non cessant. Nos η αφορητω ιδιου id fieri putamus. Nonnullæ porro pluresque huiusmodi sententia, quas referre piget, indignæ sunt quæ refutentur, præter vnam Galeni cui succinit Clemens: quæ ideo mihi non arridet, quod permulta varias res ad se deriuent, cum quibus nulla est prorsus συγγυια: quæ enim Rhabarbari cum flaua bile, quæ agarici cum pituita οικειότης; alia fileo, quæ succini cum palcis, quæ adamantis cum festucis, quæ plantæ cuiusdam cum sanguine eum, vt tradit ipse Galenus, elicientis affinitas? Brodæus Miscel. lib. 3. cap. 29.

404. 30. Qui me audit.] Græcè δδ εμοδ ακων αυεπαυσται επ ερωτης πεπιθως, και ησυχαστ αφοδως απο παντες κακεδ. L x x Prouerb. 1. v. 33. ο δε εμοδ ακων κατασλωαστ επ ελπιδι, και ησυχαστ αφοδως απο παντες κακεδ. At me audiens habitabit in spe, & requiescet absq; terrore ab omni malo. Latina vulg. Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur timore malorum sublato. In editione Romana Sixti v. annotatur ex quodam Scholiaste ad alteram partem huius versus αναπαυεται επ ερωτη πεπιθως, quo modo legit Clemens. Ex Hebræo, Qui autem obedit mihi habitabit confidenter, & requiescet à timore mali.

412. 30. Ille ergo.] Origenes tract. 35. in Matthæum videtur astruere impossibile esse eos, qui post susceptam Euangelicæ prædicationis gratiam & fidem, abnegauerunt Christum, rursus ad pœnitentiam reuerti, & veniam delicti impetrare, qui error in Nouatianis damnatus est. Et hunc errorem videtur hausisse è schola Clementis Alex. præceptoris sui: is enim li. 2. Strom. duas tantum pœnitentias per omnem vitam admittere videtur, alteram ante baptismum, alteram post, plures autem minimè. Cæterum credibile est tam Clementem quam Origenem noluisse pœnitentiam lapsis denegare, sed peccantes à relapsu deterere voluisse his dictis. Sixtus Senen. lib. 6. Bibliotheca an. 119.

413. Vt qui obtusis.] Gr. ο ταϊς εσπαιρομεναις λοβιζεις γυμναζομενος. Campidoctores & exercitatores, qui iuuentutem gladii depugnare docent, pila buxæ aut eburnea mucrones gladiatorum muniunt ne lædant. Ex pilæ tam in Italia, quàm hic in Gallia Bottones vocantur. Græci σπαιραν dicunt. Clemens η δδρατης αποθλωντης πλω σπαιραν, Polybio dicitur εσπαιραν li. 10. Similiter bastarum λοβιζεις præmunicbant, à quo vocabant εσπαιρομεναις. Ibidem Polybio τεις εσπαιρομεναις γροσποις ακοντην. Linius ad verbum hæc vertens dixit: præpilatisque missilibus iaculati sunt: Neque adeo male G. Heruetus locum Clementis vertit, cum tu potius rem totam penitus

ignoraueris. Verrendum igitur, Quemadmodum si quis præpilatis hastis deludens aliquem interfecerit, pila ex cuspidè hastæ delapsa. Villiomarus in Titium li. 5. cap. 11.

Ibid. 50. Factura.] Medeam Euripidis Latino carmine reddidit G. Buchananus.

Videoque quantum perpetrabitur nefas; Sed pessimorum facinorum genitor furor, Ratione maior me retrorsum distrahit.

Eadem apud Ouid. Metamor.

aliudque cupido, Mens aliud suadet: video meliora, proboque, Vteriora sequor.

Ibid. 60. Quæ sibi.] Rectius conuertit è Græco pag. 231. 50. cap. 10. li. 2. Pædag. hunc versum Οδυσ. λ Non enim fuit aurum illud mariti sed vt docet Eustathius εδαροδοκητη ησ το αυδρος η χρυσον ελαθεν αυτη το αυδρος ως οη απημπεληθσα εκεινον ορμου χρυσου δεθεις αυτη ποδω πολυκειαις η αδραςου. Nam cum eius arbitrio permissum esset vt vir eius proficisceretur ad bellum, aureo illo torque corrupta secundum aduersarios eius litem dedit. Cicero li. 4. in Verrem. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, vt cum vidisset monile, vt opinor ex auro & gemmis, pulchritudine eius incensâ salutem viri proderet. Athenæus li. 6. tradit ideo celebre fuisse Eriphyles aureum monile, quia tum aurum foret in magna apud Græcos penuria, quin & argenteum poculum illa a tate non sine admiratione velut nouum & insolens quippiam visum fuisse. In vulgata interpretatione Homeri idem error emendandus est & apud Pausaniam in Bæoticis ex interpretatione Loescheri.

414. 50. Silentium sermone.] εστ γδ πδ οη ε σιγη λοζου ηεα ερει ex Euripidis Oreste hæc esse monuit nos doctissimus vir Fed. Morellus aliquantulum immutata; sic enim habet. εστ δ ε σιγη λοζου Κριεσιων ημοιτ αυ, εστ η ε σιγης λοζος. Versum proxime sequentem Athenodoro tribuit Stobæus tit. 126. Vide quæ in 208. 30. annotata sunt.

418. 20. Attende tibi.] Gr. ποδσεχε σεαυτω Deuteronomij 15. v. 9. Πρδσεχε σεαυτω μηποτε ηχηται ρημα κρυπτον εν τη καρδια αυουμου. Attende tibi ne forte fiat verbum occultum in corde tuo iniquitas. Latina vulg. Caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio. Scripsit elegantissimam homiliam in hunc Mosis locum D. Basilus, atque inter cætera hoc ait, ποδσεχε σεαυτω, ελετατον σεαυτον υς εη. γηωδι σεαυτω πλω φουον δλε σιγητην μη το σωμα αυαντας δε η ψυχη και οη διπλη υς οβην ημω η ζωη. Attende tibi ipsi. In examen te ipsum aduoca; tuam ipsius naturam fac noueris. Nam corpus quidem mortale, anima vero immortalis est. Scito duplicem nobis propositam esse vitam.

420. Deo enim magis.] S. Cyrillus Alexandr. 10. in Iulianum. Ημεις νοητω και πνευματικω αποπληρηνης λατρειαν ποδσεχεταμθα ποδσοκομιζιν εις οσμω εωδιδας παντα εσπον οπτικιας, πησιν, ησπιδα, αζαπλιω, διακοσωλιω, εκρατιας, ακαταπαυτους δοξολογιας αυλος γδ αυτη θυσια η αυλω και καθαρω ποδπισουα. Σω και νοητης εκουσμιας αναθηματα της αληθους ευζωιας οη εσπι. Hæc ita citantur ab Anastasio in Quæstionibus de scripturæ locis quas G. Heruetus interpretatus est. Nos cultum implentes spirituales & qui cadit sub intelligentiam, iussi sumus offerre in odorem suauitatis omne genus virtutis, fidem, spem, charitatem, iustitiam, continentiam, perpetuas glorificationes. Nam hoc materiæ, & purus,

& purus, & honestatis cadentis sub intelligentiam donaria sunt modi veræ quæ recte agitur vitæ. Interpres Cyrilli hic videtur aliter legisse in 5. responsione li. 10. vt cū vertit extrema, Et mentalis fragrantie oblationes sūt vere honeste vitæ modi, ευσμοιας.

423. 60. Eleemosyna & fides.] Gr. ελεημοσυωαι & πισεις φυλακαι βασιλικαι. Prouer. 20. v. 28. ελεημοσυωη και αληθεια φυλακη βασιλει. Eleemosyna & veritas custodiunt Regē, Latina vul. Misericordia & veritas custodiunt Regē, & roboratur clementia thronus eius. Aquila pariter vertit ελειος και αληθεια: ac sepe conuenit cū Latina vulgata hic interpres, sed Hebrais eadem vox & veritatem, & fidē significat, vt Græcis, misericordiam & eleemosynā; Prouer. 3. v. 3. ελεημοσυωαι και πισεις μη εκληπετωσαι σοι. Latina, Misericordia & veritas te non deserant & c. 16. v. 22. ελεημοσυωαι & πισεις ποδω πεπλην αυαςτοις. Eleemosyna & fides apud fabricatores bonos. Quæ locū hic indicari putauit Heruetus. Latina, Misericordia & veritas præparat bona. utrobique eadem reperitur voces Hebrææ.

424. 60. Est ergo verissimum.] Sic in Græco hæc scribuntur. ωσαυτ δοκιμαζειται χρυσοσ ε αργυροσ εις καμινον, ητωσ εκλεζεται καρδια ανθρωπων κωλοσ. Prouerbiorū αυτε 17. v. 3. sic ωσαυτ δοκιμαζειται εν καμινω αργυροσ ε χρυσοσ, ητωσ εκλεζεται καρδια ποδω κωλω. Sicut probatur in camino argentum & aurum, sic electa corda apud Dominum. Latina ad verbum ex Hebræo, Sicut igne probatur argētum & aurum camino, ita probat corda Dominus. Aquila Symmachus & Theodotio, ε δοκιμαζον καρδια κωλοσ. In editione Romana hæc annotantur. Scholion εκλεζεται καρδια κωλοσ, quo modo legit Clemens. Bene fit pius Herueti Manibus, qui li. viueret, nobis gratias ageret.

425. 30. Qui autem.] Plutarchus 2. De esu carnū οη εις σπαρτω αυν αθνητες οβητες εζεπυροσ, ηνα τη βαφι τη σιδηρου ποδσεθονυμενον το αιμα ε δεχεχομενον πλω σερκα ετυνη. ε μαλαξη. οη ε εδα ε σων οπτικων ανημοιμοι ε λακπιζοντες, ηνα αιμα και γαλα ε λυθρον εμβρωον ομω συμπαρητητων εν ωδιν εν αναδευτατης ω εδ και εαζερε, φεζου ε ζωη το μαλιτα φλεγμανον. Alij verubus ignitis porcos iugulant, vt ferri tinctura sanguis extinctus atque diffusus carne molliat, delicatamque reddat. Alij veribus suum foetorem instante iam partu insiliūt eaque calcant, vt sanguinem & lac & tabum foetus simul interfecti inter matris dolores eximentes (Proh piacularis Iupiter) maxime inflamatam animalis partem vorent.

430. Astutorum enim.] Gr. εφια πανεργον οπτηγωσεται πας οδδς αυτης. ανοια ε αφρονον εν πλανη. Sic penitus legitur Prouer. 14. v. 8. excepto illo πας οδδς αυτην. Aquila & Theodotio αφρονον οπτηγωσ Symmachus αφρονον δλωσ. Latina vulg. Sapientia callidi est intelligere viam suā, & imprudētia stultorum errās. Hanc enim potius lectionē postulāt & Græca & Hebræa. Chaldaicæ paraphrasis interpretatio, sapiētia callidi est intelligentia viæ suæ & stultitia stultorum fraudulenta. Itaque sic potes hæc vertere, ignorantia autem insipientum in deceptione, Id est, nihil aliud cogitat quam quomodo imponere aliis possint. Præcedenti sententiæ non ab similibus est illa Prouer. 28. γ ανδρες κακοι ε νοητοι κριθη, οη ε ηηνητες τον κωλον σωησουεν εν πτωη. vel vt alibi σωησουεν παντα. Latina, Viri mali non cogitant iudicium qui autem inquirūt dominum animaduertunt omnia. Cæterum quamuis in malam partem sumatur vox πανεργος tamen vt docet Suidas significat & τον πωυ φρονιμον και παντα οπτηγωμενον. Quo loco & manuscripti ope mendū sustule-

ris, si legas, καλει ε οτωσ απο δομειων το δημον.

431. Dicitur itaque.] Varro li. 2. de re rustica ca. 4. Sus Græce dicitur υς olim thyfus dictus ab illo verbo quod dicitur θυνη quod est immolare. Ab Suillo enim genere pecoris immolandi initium primum sumptum videtur: cuius vestigia, quod in itis Cæteris porci immolantur. P. Victorius in Varronem hunc citat Clementis locum, & Ios. Scaliger legit θυς υς quod Latine Varro scripsit thyfus. Vide libro 7. Strom. pag. 707. Cleanthis Philemonis & Aescopi dicta in hanc sententiam.

Ib. 20. Ego vero.] Theodoretus de Curat. Græcor. li. 3. Antisthenes quidem Socratis familiaris Diogenisque præceptor, qui temperantiam dicitur fecisse quammaximi, hæc de Venere olim dixit. Ego si Venere capere mihi liceat, iaculis nihil moratus transigam; quando hæc nobis honestas probatque mulieres vna corrumpit. Idem Antisthenes Cupidinem nature vitium appellabat, cui vitio miser homines succumbentes pessimam ægritudinem Deum vocant. Stobæus tit. 29. ait cum dixisse voluptates esse venandas quæ labores sequuntur non quæ præcedunt.

432. 50. Durij equi.] Δυρεισ υνωσ ιππου εικονα σωζι. Durei cuiusdam equi speciem præfert. Dicit potest de homine multifariis & diuersis inter se vitiiis obnoxio. Clemens li. 2. Stromata de Basilide loquens statuentem passionem animæ spiritus quosdam rationali animæ annexos. Dureo equo ligneo ab Epeo fabricato multos Græcorum proceres fuisse inclusos notum est. Hen. Iunius Cent. 3. Prouer. 77. Hominem ergo quemuis intelligit qualem describat Basilides. ο κη βασιλειδω αυθρωποσ. Suidas Δυρειασ ο ξυλλιος ιππουσ οπδ εκλωων dicitur & δυρεπιος & δυειος. Eriphanius hæresi 21. Simonianorum δι και τον παρ ομωρω δελον ιππου μαμηζακημενον, οη νομωσιν εκλωωσ οπτηγωσ δεσ γρηψωσαι, ελεγε παλι ο γωης οη ανωια οη οη εδων. Cæterum eadem ratione Athenæus li. 9. ex Diphilodixit Δυρρον επωρω χλωη το φυσωμαλι. Dureum anserē adduco magna inflatum mole, aur, vobis fero anserem tumore Durium; quod scilicet farcimine distentus esset. Macrobius li. 3. Saturnal. cap. 13. refert Cincium in oratione qua suasis legem Fanniam de moderandis sumptibus, obiecisse suo seculo, quod porcum Troianum mensis inferrent, hoc est differunt variis animantium generibus. Vide Prouerbia Chil. 4. Cent. 10. 70.

434. 10. Hæc habeo quæ.] Hæc ita conuersa sunt à Cicerone li. 5. Tuscul. Quæst. Græca ita legenda hic vt apud Theodoretum li. 12. της δεκαπελυκης. Εκεινοισ ε ημελωδωσ βιοτυνοιας και ποε ιοντασ ερωηστωμαεν ε αποτηνησιν το σερδαναπαλισ οπτηγωσ αμμα ποδσενηστωμαεν. πδδ γδ εκεινησ, οπτηγωσ απο εαφω εωσ ερωσ οωσ εφραζον, ε εφωελοσ, και μετ ερωτασ περην επαση, πα ε πολλα ε οληια παντα λεληθια και γδ ερωσ αποδωσ εμω νινω μεγαλησ βασιλευσασ. Αλλα γδ ε τωσ λευδοσ οη γεραφοντες επηγεαλαν, ε γδ ερωσ οπλευθησασ απω εφραζε ε επεσ αλλ εις πλω δωδω φηρασ εκεινα κερωρικεν ερω ε μονον το ποδσενομουσ βιν πλω δυσωδων η διλωεωσ πλω ψυχωσ ανωιωσ και ανια εωμηθωαν αυτης πα καμια και μαμηζακηνησ αν ποδσενομοσ ερωαεπο. Illos brutarum animantium vitam degentes viuos quidem luctu commiseremus, defunctorum vero sepulchris Epigramma Sardapanali inscribamus. Ita enim illius tumulo inscriptum fuit.

Hæc habeo, quæ edi, quæque exaturata libido hausit, multa quidem & falicia cuncta reliqui.

Nam cinis ecce ego sum, magna qui celsa tenebam

Regna Nini. Sed enim egregie mentiti sunt, qui sic inscripserunt, neq; enim qui vita defunctus est, habet amplius, quæ comedit olim ac bibit, sed ea omnia in putrem corruptionem abierunt. Habet autē solū iniquitatis suæ fœtorem, qui animam scelerum sibi consciam, & eaque in memoriæ sinu perpetuo retinentem continuo dolore discruciat. Proferuntur & à Strabone li. 14. & ab Athenæo li. 8. Diphosoph. apud quos tertius versus alios duos præcedit. ad verbum ita vertuntur, Habeo quod comedi, quod proterue feci, quod in amoribus voluptatis percepi: multavero fœlicia exoleverunt, legitur enim apud Athenæum καὶ ὄλβια πάντα λίσσωται. Apud Strabonē καὶ ὄλβια κείνα λίσσωται, ut hic apud Clementem. In manuscripto libro Quæstionum Anastasij vnde Theodoretū locū exscriptimus πάντα λίσσωται. Aliud elogium in Sardanapali tumulo exaratum inuenies & li. 12. Athenęi à Chærilo versus, apud interpretem Aristophanis Avium ex Apollodoro, & Suidam ex Callisthene. εἴδω καὶ πίνω & πῶλίζω ὡς πάρα ἄλλα αἰσθητάτα ἔκ ὧν πέττα ἀζία. Sculpta in lapide fuit imago dextræ manus coniunctis digitis, velut ad sonum elidendum in eoque literis Assyriis hoc inscriptum, Ede, bibe, & lude, reliqua humana nec digitorum crepitu digna sunt.

437.40. Vespis crassiores. Repone ex priori editione, vespis aciores. σφικτῶν, ὡς εἰπῆν, εἰσι μεμύηται. Ipsi enim obesi aduersarij & Olympici vespis, ut ita dicam, acerbiores sunt, ac precipue voluptas. Vespæ acerbior, prouerbium de praeferoce & crudeli dicitur, vespæ namq; infecti exigui ictus acerbis sunt & haud temere sine febris sunt testante Plinio, quippe cuius ter nouenis punctis interire hominem prodidere nonnulli. H. Iunius Cent. 6. Prouer. 6.4. Plin. li. 11. cap. 22. præcipue gustata serpente infectior est morsus vespæ, Alianus li. 15. c. 9. de animalibus, aut cū in cadauere vipere aculeū imbuerūt li. 5. c. 16.

Ib. 60. Vir philosophatus. Diogenes Laert. in vita Zenonis Cittici hos ait esse Philemonis in Comædia Philosophi, sed primo loco tertium ponit, εἰς ἄρτον ὄλον ἰσθῆς, ὄσπτεῖν ὕδαρ. Philosophiæ χαρὶν & cætera ut apud Clemētem nō εἰς ἄρτος, & κελύβ. Cum pane caricas vorat, & aquam bibit, Exercet ignotū Philosophiæ genus, Docet esurire, dehinc auditores capit.

441.10. Metrodorus autē. Cicero li. 2. Tusculan. Metrodorus quidem cum perfecte putat beatum, cui corpus bene constitutum sit, & exploratum ita semper fore. Idem 3. de officiis. Nam si non modo utilitas sed vita omnis beata corporis firma constitutione, eiusque constitutionis spe explorata, ut à Metrodoro scriptum est continetur. Plutarchus de vita secundum Epicurum, τὸ γὰρ εὐσχαρῆς ὁδὸς κατὰ σῆμα & τὸ πᾶσι τῶν πρὸς ἐπισημασίων ἀποστῆναι χρεῖν ἔχει καὶ βέλγασι πῶν. Gellius li. 9. 5. Th. Canterus li. 2. cap. 6.

442.60. Qui me audit. Vide quæ superius in pag. 404. annotata sunt.

444.50. Graui fuerunt. In libello sententiar. Comicar. hoc ita disticho Latino exprimitur ab H. Stephano, Tu nuptiarum tædia & molestias, Scis intueri, non tueris commoda.

445. Patrie, vir. Hic senarius mutilus est, libet sic fulcire πατρίδα γάμος ἐμπόδι ὡς μητέρα αἰδῶ ut sit apostrophe Comica ad alium, nisi quid docti contra. Fed. Morellus P. R.

Ib. 10. Maximum itaque. Vide quæ annotata

sunt in paginam 509.20. cui simile illud Euripidis Medæα Ηὐδὲ μὲν γίνεσθαι ἄσπετος ὅταν γυνὴ παρὲς ἀνδρα μὴ διχραστῆ. Fœlicitatem quam supremam existimo, Concors marito mulier vbi degit suo.

IN LIB. III. STROMATVM.

448.20. Qui autem excisi. Gr. οἱ δὲ ἐκπυρμημένοι καὶ συμφοροῦν. Qui autem excisi sunt casu aliquo sinistro, Eunuchi facti sunt ex necessitate. Hæc omnia ex Clemēte 10 transtulit Epiphanius in librum suū. i. hæresi 32. p. 96. Basil. edit. vbi hoc deest membrū. Illud quoque quod sequitur, Propter ea quæ ex matrimonio eueniunt, & alia vsque ad finem periodi manca sunt apud Epiphaniū, qui ex hoc loco restitutus est. Item illud, Apprehende ergo, Græce est ἀπὸ πύχου ὄντων μαζιμὸς γυναικὸς, rectius quam apud Epiphaniū ἀπὸ πύχου μαζιμὸς. Sustine pugnacem uxorem. Nec melius opinor vertit Cornarius, Quum autem, inquit, gratiarum actio & benignitas Dei in petitionem tuam incidit, quam Heruetus, Quando tua Eucharistia incidit in petitionem: Græce utrobique erat ὅταν ἢ φησὶν ἢ ἐν χριστῷ σου εἰς ἀπὸ τῆς ὑπερπύχου. Sequitur apud Clem. καὶ εἰς τὸ λοιπὸν ἢ κατὰ τὴν ἑσώτα μὴ σφύλλωσαι, γάμισον. & steteris de cætero non peragens cum virtute, ut ne offendaris, nuptias contrahe. forte ita vertere potes, Et steteris in posterum, non ut recte agas sed non offendas, uxorem duc.

Ib. 30. A fratre ne separetur. Gr. μὴ χωρίζω, κερῆται ὅτι ἐστὶν ἑσώτα εἰς τὰ ἀζία, ἔδει δὲ ὡς αὐτὸν πατρὸς. Ita etiā Epiphanius, quæ sic eius interpres, Hic à fratre ne separetur. Dicit itaque, ingressus sum ego ad sancta nihil possum facere. vertendum utrobique. Dicit, ingressus sum in sancta, nihil p. uti possum.

Ib. Velit tantum. Gr. θελωσάντων ἀπαρτῆσαι τὸ καλόν, & ὁπίσθηται. Epiphanius μὲν ἀπαρτῆσαι Velit solum perficere bonum, & assidue. Ibidem legitur λέγουσαν ἔθελωμεν rectius hic κερῆται, corrige itaque in interprete, Aliquando ore quid. in dicimus, nolimus peccare. Deinde ibidem corrige ex Clemente φυσικῶν ἢ τῶν ἀποδοχῶν ἢ ἀνασχετῶν δέ. τῶν παρὰ φύσιν & c. Naturale autem est venereis rebus vii, necessarium vero minime. Has adposui voces & c. Paulo post emenda illa Epiphaniū πάντων γε ὁπίσθησαν φυσικῶν, sic ut habet Clemens πάντας γε ὁπίσθησαν φυσικῶν, & lege in interpretatione, docuerunt propter perfectionem, quum omnino natura salui futuri sint, etsi peccent propter naturaliter 50 insitam electionem, cum alioqui neque eadem ipsis facere permittant h. d. p. Valentiniāni se natura saluos fieri dicebant. Tertullianus in libro aduersus eosdem cap. 29. Quæ nunc quoque si plenam atque perfectam notitiam apprehenderint istarum neniārum, naturificatæ iam spiritalis institutionis germinatæ (vel potius germanitate) certam obtinebūt, immo omnino debitam. Irenæus li. 1. c. 1. Quapropter & nobis quidem necessariam esse bonam conuersationem respondent: aliter enim impossibile esse 60 saluari. Semetipsos autem non per operationem, sed eo quod sunt naturaliter spiritalis, omnino saluari dicunt. Quemadmodum enim aurum in cæno positum non amittit decorem suum, sed suam naturam custodit, cum cænum nihil nocere auro possit: sic & semetipsos dicunt, licet in quibuscunque materialibus operibus sint, nihil semetipsos

ipfos noceri, neque amittere spiritalem substantiam. Vide li. 2. 390. 20.

249.10. Ex patre quidē Alexandrinus. Theodoretus in li. de hæresibus Carpocratæ Epiphanius patrē Alexandrinum fuisse testatur, quamobrem corrigendus est Epiphaniū locus hæresi 32. ἀπὸ κεφαλῆς ἡμῶν μὴ τὸ πᾶσι πατρὸς γένος ὧν ἐστὶν ἐπὶ κεφαλῆς ἡμῶν. nisi forte memoria lapsus est Epiphanius dum hunc Clementis locum exscripsit. paulo post etiam scripsit ἐν σάμω γὰρ cum sit apud Clemētem ἐν Σάμω. verū ex quatuor verbis insula illius vnā tradit Strabo li. 10. dici & σάμω & σάμων communi illi cum insula nomine. Quod vero dixit Clemens in nomē Christianū maximū emanasse probrū ab illa communi Carpocratianorū Venerē, exponit pluribus Eusebius li. 4. Historiæ c. 7. His igitur diabolus vsus est: quo qui fidē receperat nō solū in fraude induceretur, verū etiā gētib; quæ erant à fidē aliena copiā & tanquā anām praberēt sacrosancto Dei verbo petulāt, impięq; obtrectandi: eo planē cōsilio, ut fama de istorū flagitiosa vitæ ratione passim dissipata turpē ignominia notā vnuerſæ Christianorū multitudini inureret: quod videlicet tum nefando concubitu matres & sorores violare, tum etiam scelerato quodam alimentī genere uti non verebatur.

450.20. Hos dicunt. Philastrius Brixienſis li. de hæresibus. Floriani siue Carpocratiani dicuntur negantes iudiciū & resurrectionē, Christi de Virgine natū non credentes, omnemq; resurrectionē in filiorū procreatione nefandi cætus existimantes cōsistere, ut in Ecclesia sua post occasū Solis lucernis extinctis misceri cum mulierculis nō dubitauerint, legis præceptū implere putātes: Nascimini & multiplicamini, Iudaismo poti⁹ & paganitati parere nefandē q̄ Christianæ veritati acquiescere propterates. Theodoretus li. 1. de fabul. hæretic. non ipsi Carpocratī sed eius discipulo attribuit τῶν περὶ τῆς λατρείας τῶν κερῆταις περὶ τῆς δόξας ἡμῶν γὰρ τῆς γυναικὸς ἐνομοθετήσων ἢ διὰ χεῖρας ἔκ ἐν τῶν κερῆταις δειπνοῦν. τὸν φῶς ἐκποδῶν πῶν μὲν οἱ, ἢ τῶν αἰσθητῶν. Is aperte & palā scortari adiecit decretis Carpocratæ. Mulieres enim esse cōmunes constituit. Quamobrem nō solū in conuiujs publicis, candelæ lumine paulo longius remoto, in quacunq; incidere, cū ea vnusquisq; coibat. Sic interpretat illud de lumine sic vertendū est, candelæ lumine de medio sublato: Clemēs enim vnde id fumpſit Theodoretus, ait φῶς ἐκποδῶν πῶν σαμακῶν τῆς ἡμέρας ἀπὸ τῆς ἑσώτης cum lumen euerſione lucernæ sustulerint. Id obiectū olim ab Ethnicis fuit Christianis. Vnde illa Tertulliani in Apologético c. 7. Dicimur sceleratissimi de sacramēto infantidij, & pabulo crudæ, & post conuiuū incesto, quod euerſores luminū canes, lenones scilicet, tenebrarū & libidinū impiarū inuerecundiā procurent. Item 9. Præterea candelabra, & lucernæ, & canes aliqui, & offulæ, quæ illos ad euerſionem luminum extendant. Minutius Felix, Octauio. Ad epulas sollemni die coeunt, cum omnibus liberis, sororibus matrib; sexus omnis homines & omnis atatis. Illic post multas epulas vbi conuiuū caluit, & incestæ libidinis feruor exarsit; canis qui candelabro nexus est, iactu offulæ vltra spatium lineæ qua vincit, ad impetum & saltum prouocatur. Sic euerſo & extincto conscio lumine, impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis inuolunt.

Ibid. 50. Similiter quidem. Gr. ἡσυχίας μὲν τῶν ἐπιπῶν

ἐπιπῶν ὁ δὲ ὑπάρχει ἀληθῆς ὁπίσθηται ἐν τῶν σαμακῶν ὡς τῶν ἡσυχίας. Apud S. Iudam v. 8. ὁμοίως μὲν τῶν ἐπιπῶν ἐπιπῶν, ὁπίσθηται μὲν τῶν. Latina vulg. Similiter & hi carnem quidem maculant. Vox tamen ἐπιπῶν ὁπίσθηται somniantes legitima est, sic enim citat hunc locum Epiphanius contra Gnosticos hæresi 26. ἔκ εἰπε ἢ ὁ μακάριος ἰσθῆς ὑπὲρ ἐπιπῶν ὁπίσθηται ἐν τῶν σαμακῶν. εὐδὺς γὰρ ὁπίσθηται καὶ δεικνύει, ὅτι πᾶσι τῶν ἐπιπῶν λέγει τῶν λαθῶν ὡς δὲ ὁπίσθηται τῶν αὐτῶν ῥήματα, & ἔκ ἀνασχετῶν γρηγορήσας λογισμῶν. Non dixit autem beatus Iudas de his qui somniant in corporibus; statim enim inferret, ac ostendit, quod de somniatibus dicit, qui loquuntur velut per somnia verba sua, & non per sobrietatem vigilantis rationis. Heruetus cortex illi videretur ἢ γὰρ ὑπάρχει, & fortasse vertere debuit, neque enim vigilantes ad veritatem se applicant, vsque ad illud, Et os eorum loquetur superba. v. 16. sic enim legitur etiam in plerisque vulgatæ Latinæ editionibus. Vide Oecumenium & Theophylactum.

452.40. Tanquam in vasa.] μετὰ τὸν ἄνθρωπον illam Pythagoricam μεταγίμνησιν vocat Epiphanius pag. 5. πᾶσι τῶν μεταγίμνησιν, ita enim legendum apud Clementem Alexan. 3. Strom. pag. 171. non μεταγίμνησιν quod interpretet fugit. Hæc annotat D. Hæschelius in Gregorium Nazianzenum. D. Augustinus li. 58. Metangismonitas etiam quosdam hæreticos appellatos esse monet quod filium in patre ut vas in vase esse dicerent. De quibus loquens corrigendus est Philastrius libro de hæresibus, vbi legis μεταγίμνησιν pro μεταγίμνησιν post eum locum, vbi in Theodotum agit. Cæterum Tertullianus dogma de animabus in hunc mundum tanquam in locum supplicij deductis sic exagitat li. de anima. cap. 33. Etiam cum iudicij nomine vindicatur hoc dogma, quod animæ humanæ pro vita & meritis genera animalium fortiantur, iugulandæ quæque in occisionis, & subigendæ quæque in famulatorijs, & fatigandæ in operarijs: si demutantur, non ipsæ dispungentur, quæ merebuntur. In eum locum Pamelius scribit alludere eum ad Platonem, qui in Phædone, & alibi nō semel ob merita bona vel mala affumate detradi animas in corpora fœda, aut proba, quemadmodum etiam Clemens Alexand. li. 3. Strom. B. Hieronymus Epist. ad Autum similem Origenis opinionem ex Platone desumptam dicit, quam latissime impugnat B. Cyrillus Alex. li. 1. in illud Iōānis, illuminat omnes homines.

453. Nam nos oporteret. Vide hæc eadem apud Theodoretum elegantius conuersa li. 5. de Curat. Græce ἔχεται γὰρ ἡμῶν. Et apud Ciceronem li. 1. Tuscul. Quæst. sub finem ex Cresphonte. Citantur à Stobæo quoque li. 119. de laude mortis ex Euripidis Themistocle, sed à manuscripto abest nomen dramatis. Illa porro, Qui nouit, apud eundem manuscriptum Stobæum proferuntur è Tragœdia Phryxo vbi prius carmen sic habet,

Τίς εἰ οἶδεν εἰ τὸ ζῆν ἢ τὸ κέναιται θανεῖν. Τὸ ζῆν ἢ θῆσθαι ὅτι, πᾶσι ὅμως βροτῶν & c. Apud Diogenem vero Laërtium in vita Pyrrhonis prius illud ita legitur ut apud Clementem Τίς εἰ οἶδεν εἰ τὸ ζῆν ἢ τὸ κέναιται θανεῖν, Τὸ κατθανεῖν ἢ τὸ ζῆν νομίζονται βροτῶν. Quis nouit autem an viuere hoc sit emori, An emori hoc sit, quod vocamus viuere? Pindari locus qui sequitur numero 30. reperitur inter eius fragmenta non in alijs operibus.

454.10. Quid vero non. Gr. ἡσυχίας μὲν τῶν ἐπιπῶν Yyy ij

nuscripta sic explanat hanc locum. αὐτὴ ἡ ἀνθρώπινη...

Ibid. Et quando dixit David. S. Chrysofomus in Psal. 50. πῶς ἐπιπύβουλα...

Ib. si dedero primogenita. Michæa c. 6. v. 7. Nunquid dabo primogenitum meum...

Ib. Corpus meum castigo. Gr. τὸ σῶμα ὑποπιέζω. At in nouo testam. I. Cor. 9. legimus...

in manu. non ὑπονοῦμαι. vt in Aldi. edit. sic paulo post...

Ib. 30. Quoniam qui certat. Tertull. ad Martyres c. 3. eleganter hoc exponit. Itaque epistates vester...

IN LIB. IV. STROMATVM.

489. 30. consuerant enim. Plutarchus in Theseo hac eadem citat, & tertium versum addit...

494. Marti-casos. Theodoretus l. 8. de Curat. a- greg. Græc. Heraclæus profecto etiam eos qui in bello occisi...

Obiectant pulchramque petunt per vulnera mortem. Aencid. 2.

Ibid. Vocens Peripateticos. Didascalon ἐν μακρῷ τῷ ἀει- παλαιῷ ἀπαισι...

497. 10. Atque simonides quidem. Aristoteles l. 1. Ethic. ad Nicom. disticho illo Epigrammatis Deliaci...

499. 10. Atque simonides quidem. Aristoteles l. 1. Ethic. ad Nicom. disticho illo Epigrammatis Deliaci...

citare, Platonem in Gorgia, & Athenæum lib. xv. in Canteri Nouis lectionib. legitur...

Ibid. 20. Contra autem. Gr. ὁ πλοῦτος φησὶ πλεόν ἰστέρον βλέπενται...

Ibid. 20. Contra autem. Gr. ὁ πλοῦτος φησὶ πλεόν ἰστέρον βλέπενται. Refertur à Stobæo lib. 91.

Ibid. Dicitur certe est. Prouerbiū est quod Zenodotus citat ex Euripide, alij tribuunt Aristoni.

Ibid. 60. Plato autem. Locus est ex 7. de Republ. pag. 521. vide lib. 5. Strom. 599. & 610. 50.

505. Et Plato in Phædon. Vt Theano dixit, εἰ μὴ τὸ ἀθάνατος ἡ ψυχή...

509. 10. Atque simonides quidem. Aristoteles l. 1. Ethic. ad Nicom. disticho illo Epigrammatis Deliaci...

499. 10. Atque simonides quidem. Aristoteles l. 1. Ethic. ad Nicom. disticho illo Epigrammatis Deliaci...

O vites, animi sensus quos implet inanis.
 506.30. *Sed ab eo demum.* Gr. ὅ μὴ ἀκέραιος ἰδρῶς. Inter fragmenta Simonidis cum Pindaro edita sic legitur ex hoc libro excerptus hic locus ὅ μὴ ἀκέραιος ἰδρῶς ἐνδόν μάλῃ, ἵκνῃ ἐς ἄκρον, cui non sudor animum mordens deintus venerit, non pervenire possit ad summam fortitudinis. Pindari quoque versus reperies in iisdem fragmentis 372. edit. 2. Heracliti demum sententiam, adfert etiam Theodoretus lib. 8. de Curat. Græc. sed corruptè. Heraclitus profecto etiam eos qui occisi in bello essent, nullo non dignos honore existimavit, μόνον δὲ μείζονες μείζονας καὶ χείρον. Soli maiores fortem habent. Hanc vero eius orationem, haud equidè admitto. Quamplurimi enim qui scelestè vitam peregerunt, violentam mortem perpessi sunt. Legendum est, μόνον δὲ μείζονες μείζονας μείζονας, Maiora funera maiores fortes obtinent.
 508.10. *Alij quidem Nearchum.* Diogenes Laert. in eius vita. Is cum Nearchum tyrannum, seu ut alij volunt Diomedotem deicere ac profligare voluisset, comprehensus est. Theodoretus lib. 8. de Curat. Postquam exemplum Zenonis attulit hæc subiicit. Quod ipsum & Theodotus Pythagoricum fecisse aiunt, Paulumque præterea Lacydæ familiarem, ut testis est Pergamenus Timotheus in lib. de Philosophorum fortitudine, itemq; Achaicus in Ethicis libris affirmat. In iis, quæ de Zamolxide subiicit, est in Græco ὁ προσβύτιος ἀρβύτιος, senem eligere, Heruetus correxit, ὁ προσβύτιος.
 509.20. *scio etiam feminas.* P. Victorius hunc Clementis locum citat illustrans illum Varronis de re rustica. Nam in Illyrico hoc amplius prægnatè sape, cum venit pariendi tempus, non lōge ab opere discedere, ibique enixam puerum referre, quem non peperisse, sed inuenisse putes. Paulo post citantur Euripidis sententiæ duæ, quarum altera legitur apud Stobæum lib. 71. in Vituper. mulierum ex Euripide in Oedipode καὶ ὁ κάκιστος γῆμι πῶ ἐνδεκνιδόστω, non ut habet Clementis editio Florentina καὶ ὁ κρείσσος γῆμι. Scribe ergo, *Etsi pessimus vir ducat optimæ existimationis mulierem*; altera vero lib. 67. ex eodem poemate, sed extrema quoque leguntur aliter αἰεὶ πῶ ξυβόντῃ ἑσφρονεῖ, non, ἑσφρονεῖ. Per recordiam contentum virum, non autem, cum qui vna versatur superat amentia. Versus qui consequuntur verba sunt Vlixis Nauicaam alloquentis Odyss. l. v. 181. Quod vero dixit pudicam esse viri seruam pulchrè cōuenit cum eo quod dicebat S. Monica, ut scribit D. Augustinus lib. 9. Confess. c. 9. matronas per iocum admonens, ex quo illas tabulas, quæ matrimoniales vocantur, recitari audissent, tanquam instrumenta, quibus ancillæ factæ essent, deputare debuisset; proinde memores conditionis superbire aduersus dominos non oportere.
 516.30. *Nam me Anytus.* Hæc ex Platone in Apologia Socratis laudantur & à Theodoro lib. 8. de curat. Græc. Ea sic habent tom. 1. p. 30. ἐμὲ μὲν δὲ ἐδὲν βλάδι ἔτε Μελίτος ἔτε Anytos ἐδὲ δὲ ἀνδραγατοῦ. ἔδὲ οἱ μὲν θεμῶν ἔδὲ ἀμύνοντι ἀδελφῶν χείρονος βλάδι ἔδὲ ἀποκτείνε μὲν τὸ ἀνδρῶς ἢ ἑλεάζειν. Nihil enim mihi nocuerit aut Melytus aut Anytus, non enim possent. Quod quidem nefas esse arbitror virum meliorem à deteriore violari. Interfecerit me fortasse aut expulerit. Tertullianus de anima 1. Nihil mirandum si & in carcere lemniscatas Anyti & Meliti palmas gestiens infringere, ipsa morte coram, immortalitatem vindicat animæ necessaria præsumptione ad iniuriæ fru-

strationem.
 523.40. *Nullus est mundus.* Vide quæ annotata sunt in lib. 2. p. 481.
 533.10. *Aegrotus est.* In libello Sentent. Comic. monet Henricus Stephanus videri hæc ex tribus diuersis Euripidis locis desumpta, & secundam sententiam incipere ab illis verbis, καὶ κερκὸν ἔβη σὺν σωδίστω, & καὶ, esse Clementis non Menandri (Euripidis dicere voluit) perinde ac si diceret, *Item hæc.* Tertiam autem ibi incipere, καὶ ἐδὲν ὅτι μοι, & Certe mihi. Monet item videri deesse versum, qui interferatur inter duos postremos, aut certe posteriorè posuim per parenthesis. Vide ibidem locum Menandri huic Euripidis similem p. 105.
 536.30. *Hoc est enim.* Omisâ sunt hic quædam, quæ sic adde, *Hoc est enim trahi à patre per omnem angustiam viam incedentes, dignum effici & c.*
 545.40. *Implebo ipsam.* Gr. πληρώσω αὐτῶν νεκρῶν γῆρας, ἔς ἐπιπέσει ἢ ὀργήμου. Hierem. 33. v. 5. καὶ πληρώσω αὐτῶν νεκρῶν ἔβη ἀδελφῶν, ἔς ἐπιπέσει ἐν ὀργήμου. Latina, Venientium ut dimicent cum Chaldeis, & impleat eas cadaueribus hominum, quos percussi in furore meo, & in indignatione mea. Quidā ex Hebræo interpretantur, Dominus dixit ad domos Iuda, quæ destructæ sunt; eo quod habitatores earum venerunt, ut dimicaret cum Chaldeis, ut implerent eas domos cadaueribus, & multis Iudæis cæcis efficerent, ut implerentur. Quæ vero paulo ante dixit, *re vera hic solus prudens*, Gr. οὗτος πῶπι μόνος πῶ σκιά ἀράτου, ad versum pertinent Odyss. de Tiresia vate, cui vni Proserpina dicitur dedisse, ut etiam defunctus sapiat, reliquos autem umbras volitare. Vsurpatum est hoc deinde in Chrysippum magnificè de se sentientem, ut refert Diog. Laertius l. 7. & in Scipionem iuniorem, ut Plutarchus in Politicis præceptis.
 Οὗτος πῶπι μόνος, πῶ σκιά ἀράτου.
 Ille sapit solus, volitant alij velut umbra.
 Vide Prouerb. 53. cent. 3. chil. 2.
 546. *Iob autem iustus.* Nicetas Heraclienfis in expositione libri Iob, quam ex veterum commentariis contexit, ex Clemente citat hæc: πῶ ἰὼβ κερκὸν μὲν ἔτω νεκρῶν γῆρας καὶ κερκὸν αἰεὶ ἀμείβεται αἰεὶ ἐκ κακίας μίθως ἐκ πῶς γῆς καὶ κερκὸν διεπλάσσεται γῆρας καὶ κερκὸν εἰς πῶ αὐτῶ γῆρας ἀμείβεται. γῆρας ἔ κερκὸν πῶ δὲ μικρότε κερκὸν, διὰ κακίας κερκὸν πῶ κερκὸν πῶ ἀδελφῶς βλάδι. Ita manuscriptus C. V. P. Delbenij Abbatis, quæ Latine ita reddidit nuper in Catena sua vir doctus P. Comitulus. Quamquam quæ à Iob dicuntur sublimius cogitari debet, ad hunc modum; Nudus à scelere & peccato è terra, quasi in matris utero satus sum; nudus etiam reuertar illuc. Nudus nō à bonorum possessione (minutum enim id est & vulgare) verum ab improbitate & vitio, atque ab eo, quod vitæ hominum comes est, tenebricoso idolo. Nam si id quod manibus &c. Hæc confertur cum Clementis libro poterunt, & ad illud conformari, extremum illud præcipuè, *quod hominibus, qui iniuste vixerunt, comes est. i. i.* Quæ sequuntur apud Nicetam Clementi tributa non habet editio Florentina, nisi forte ex alio Clementis libro desumpta sint, vel alterius forte auctoris, cuius nomen Librarius omisit.
 Ib. 60. *Arcana non.* Theodoretus lib. 1. de Curat. Græcor. Euripides quoque consona sic restatur: Ἀρρητὰ βακχευσιῶν εἰδέναι βροτῶν. Hoc est, Arcana Bacchico furore acti sciant.
 547. 50. *Curat quidem.* ὀπιμαμένους μὲν κερκὸν πῶ

κῶν πῶ πῶν ἔβη καὶ κερκὸν. G. Heruetus legit, πῶ πῶν, F. Morellus P. R. καὶ κερκὸν πῶν πῶν.
 548. *Et poetam Lyricum.* Pindaro hæc vindicat Theodoretus lib. 8. de Curat. Græc. quæ & inter eius fragmenta relata sunt. Pag. sequ. meminit alarū Euripidis, de quibus hæc Plutarchus lib. an seni gerenda respubl. αἰ δὲ ὅπῃ πῶς καλοῖς ἔργοις ἢ πῶς ἐλευπίδων χρυσῆς πῆρουξιν, διὰ πῶς πλατωνικοῖς ἀκείνοις πῆροῖς ὁμοίᾳ, πῶ ἰχθῶ μέρητος καὶ φρονήμα μετὰ γῆρας λαμβάνουσαν ἀναφέρει. Vide Th. Canterum l. r. c. 25. Var. lect.
 549. 10. *Platonis quoque.* ἡ δὲ δειγµα ἐν ὀργῶν κερκὸν πῶ. F. Morello videbatur legendum, πῶς ἐν ὀργῶν κερκὸν πῶν, cælestis civitatis exemplar esse propositam.

IN LIB. V. STROMATA.

555. 20. *Clamat Aeschylus.* Theodoretus lib. 4. contra Græcos citat hunc versum, Τὰ μὲν δὲ ὀφειλουµὲν µὴ ζῆναι µάτην, Ne quære frustra, quæ nihil tibi conferunt, non ut habet Clemens, µὴ πῶν µάτην.
 557. 20. *Ut ait Sophocles.* Profert hanc sententiā I. Stobæus tit. 29. de assiduitate ex Sophocle in Oedipode, & sequentem Menandri ex eius Eunuchō. Senarij sunt quos ita Latinis exprimere potes, — quæ queri solent, Cura indigere cuncta sapientes volunt.
 Ibid. 30. *Cunctas res.* Eusebius lib. 15. Præpar. c. 61. hæc Timonis carmina refert ex eius Sillis, legitur que, Η τ' ἀγῆ πῶν κερκὸν κερκὸν πῶν, rectius quàm apud Clementem, Η τ' ἀγῆ πῶν κερκὸν πῶν. Cæca omnes alias circum res voluitur. Item, Ες βελῆος ἐπέλεξε κερκὸν, ὅ ἐς ἐλπίδα βελῆος. non, Ες βροτῶν, vertitque Trapezuntius, *Gravitate confirmavit caput, et in spem coniecit.* Est imitatio seu parodia illius loci Iliad. 4. p. 153. edit. Crisp. Ουρανώ ἐπέλεξε κερκὸν, ὅ ὅπῃ ζῶνι βαίνει. In cælo firmavit caput, & super terram ingreditur. Ille autem alter locus qui sequitur, alludit ad initiū Iliados, vbi de contentione Agamemnonis & Achillis agitur, Τίς τ' ἀρ σπῶδε θεῶν ἔελεδ ἑωθένη µάχεσθαι. Quis ergo illos Deorum ut lite pugnantur cōmisit? Ibid. *Concurrrens cum Eccho.* Gr. Η χάρις σὺνδρόμος ὄχλος, Trapezuntius, Eccho concurrentis turbæ. Sequitur apud Eusebium, ὅ δὲ ὀρατῶσι χολοδαίς, rectius Clemens ὀρατῶσι, sed, χολοδαίς, ad Eccho referri non potest, verum in tertio versu melius legit Eusebius, Νῆσον ἐπ' ἀνέρες ἄρα κερκὸν, quam habeat Clementis liber 50. ὄρατῶσι κερκὸν, licet in 1. Iliad. sit, Νῆσον ἀνὰ στρατὸν ἄρα κερκὸν. Morbum inter homines excitavit loquacitatem: peribant autem multi. Hæc ex eodem Timonis opere desumpta sunt, ne quem forte decipiat Trapezuntius interpres qui vertit, alius quoque vir quidam clarus, quod est Græcè, ὁ δὲ κερκὸν ἀνὴρ, iam nominatus auctor. Gellius lib. 3. c. 17. Timon amarullentis librum maledicētissimum conscripsit, qui Sillis inscribitur. Fuit patria Phlasius, ut scribit Simon Apollonides Nicenus, non autem Apolloniatres aut Nicenus, ut auctor Dictionarij Poetici tradit Suidas, Τίμων φλασίος ὁ αὐτῶς φιλόσοφος πῶς πύρρονος ἀσφῆτος ὁ γῆρας πῶς κερκὸν πῶν σίλλους ἵππῶ φῶρας πῶ φιλοσοφῶν βιβλία Γ. Ab Athenæo lib. 4. similis versus eiusdem affertur: Δειπνομαγῆς, νεκρῶ ὄμματ' ἔχων, κερκὸν πῶ ἐλάχων, Parodia illius 1. Iliad. Οἴησθαρες, κινῶς ὄμματ' ἔχων, κερκὸν πῶ ἐλάφοιο.

558. *Esse decet castum.* Distichum hoc imperitè in editione Florētina, diuulsum sic continuandum esse nos monuit Fed. Morellus P. R. Ἀγῶν χῆρὴ τῶν ὀφειδῶς ἀνὴρ ἰόντα Ἐμμεναι, ἀγῆν ὅ ἐστι φρονεῖν δόξα. *Ingreditur, castus pectore sancta sapit.* Sacra templa nemo profanus, aut non initiatus frequentabat, nisi cum periculo, vel mortis, vel alterius damni, cuiusmodi apud Pausaniam multa leguntur exempla. Ad eundem modum veteres Philosophi à scholis suis tanquam à mysteriis abigebant illiteratos, ut scholæ Pythagoræ inscriptum erat, Αἰετῶ σωεσῶσι, ὄρατῶς ὅ ὀπῆθε βεβηλοῖ. *Cantabo doctis vos vani claudite portas,* & Platonis, Ἀγῶν κερκὸν πῶς ὄρατῶς. Ita septem sapientum dicta foribus templi Delphici inscripta fuerunt. M. Neander in Phocylidem.
 561. 40. *Attamen et quæ.* Theodoretus lib. 1. contra Græcos, sed & Parmenides Eleates, qui socius fuit Xenophanis Colophonij, rebus iis quæ intellectu solo percipiuntur fide occurrandum nobis hortatur, inquit enim: Αἰετῶ δὲ ὄρατῶς ἀπὸντῶ νῶν παρῶντῶ βεβηλῶς, hoc est, Nam quæ aberant, animo tanquam presentia vidit. Nempe quia nobis ad ea, quæ capiuntur intellectu, sola mente licet appropinquare.
 562. 10. *Deus laboranti.* Stobæus tit. 29. de Assiduitate hoc carmen tribuit Alexidi in Orchestride: Libro tamè 6. Strom. 620. 40. Euripidis esse dicitur. Ibid. 50. *In medio.* Hoc offendit Ecclesiastici 37. v. 13, quod ita est in vulgata Lat. In medio infensatorum serua verbum temporis: in medio autem cogitantium assiduus esto. C. Iansenius id exponit. Significat, cum quis incidit in consortium imprudentium; non temere sapientiæ doctrinam inculcandam; ne sanctum detur canibus, sed seruandum verbum temporis oportuno: at cum in prudentum consortio quis fuerit, ibi liberum esse & vile, ut in docendo sit assiduus. Alter porro locus est 10. Proverb. v. 14. σοφοὶ κερκὸν πῶν ἀγῶν, *Sapientes abscondent sensum*: sic quoque habet Clementis liber Græcus, at in vulgata Latina, Sapientes abscondunt scientiā. Videtur ex Aquila vertisse σὺν κερκὸν πῶν γῶν, aut ex Hebræo. Empedoclis versus quos subiicit, aliter conuertit è Græco Acciaolus Theodoreti interpres lib. 1. contra Græcos: *Infidos vitare malos, nec credere quicquam, Certi iubent nostræ cunctis oracula Musæ.* Inter malos itaque homines reponendos esse infideles Agrigentinus cenfer.
 563. 60. *Parce tempori.* Idem cenfer quod G. Heruetus in hunc locum Gilbertus Cognatus Centuria 3. Adag. 208. Ciceronis scilicet locum ex 3. de Finibus bonor. ita legendum, *tempori parcere.* Verum tamen & Erasmus Cent. 1. Chil. 1. in prouerb. Seruire scenæ, affert ex Phocylide celebre illud κερκὸν λατρεῦν, *tempori seruire*, & Lambinus apud Ciceronem legit, *parere tempori*, & sequi Deum. κερκὸν πῶ κερκὸν πῶ Græcis, omnemque libros veteres ait habere, *parere, non, parere.* P. Victorius putat legendum, *parcere.* Theophrastum memoriæ proditum est dicere solitum, πῶν πῶν ἀτάλαμα, esse tempus, Stobæo teste.
 567. 20. *Edatis varios.* Verba sunt Achillis Vlyssæ ac cæteros Græcos ad se missos alloquentis Iliad. 10. Ως μή μοι σπῶντῶτε παρήμενοι δῆσοθεν ἔλχος.

hunc locum c.46. *ὅτι μὴ ὁμοίωσάν τε ν. 5. ὁμοίως δὲ λογισάσθαι*
πρὸς ὅσων ἀσθενείας ἀπίπταιν ἐκπίπτει τὸν ἀσώματον εἰκόσι θνη-
τῶν ἰσοδομήσας. Vos autem in quantam impietatis
abfurditatem delapsi estis considerate, qui corpore
caerentem mortalium formis subdideritis. Tertullianus
lib.1. aduersus Marcionem 4. Per Esaiam Deus
cōcionabitur, cui me assimilabitis: Diuinis forsitan
comparabuntur humana, Deo nostra quem locum
Pamelius hunc Clementis citans refert ad versum
18. capitis 40. qui fortasse referendus ad 25. Anti-
sthenis dictum apud Eusebium l.13. Præp. c.7. legi-
tur θεὸν ἔδει εἰσκέσαι φρεσὶ, Deum nulli esse similem ait, quia
propter nemo potest eum discere ex imagine. Addenda
ergo vox θεόν, libro Clementis.

600. Verum videntur.] Theodoretus lib.3. de Curat. agritud. Græc. hæc carmina citat, quorum prius ita disponunt docti.

*Ἀλλὰ βροτοὶ δοκέοισι θεὸς ὄντα δοῦναι
 καὶ ἴσθαι ἀθανάτων ἔχον φωνῶν τε δέμας τε.*

*At mortales homines putant Deos genitos esse,
 sensibus æquales, & voce & corpore nobis.*

(Clementis editio Florentina habet in altero, *τίω*
σπερίω δὲ ἔδειξεν ἔχον.) Rursum ita,

*Ἀλλ' εἴποι χεῖρας ἔχον βόες ἢ ἐλέφαντες. hoc est:
 si manibus possent vii tauri atque elephantis,
 pingere vel manibus, vel quæ nos facta referre.
 iam similes & equos diuos bubusque videres
 cornipedes finxisset, & equos i. urosque bicornes,
 haud alio factos quam quo ipsi corpore nunc sunt.*

In primo versu Clemens habet, *βόες ἢ λέοντες.* In 2.
ἔργα πλείω, Theodoretus interpres legisse videtur, *ἔργα*
λέγειν. Sed & tertium versum apud Clementem:

Ἰσσοποι μὲν τῶν ἰσσοποι, βόες δὲ τὸ βροτῶν ὁμοιοί.

interpretatus est Theodoretus interpres, Heruetus omisit, & videtur non satis cum aliis quatuor coherere, sed ad priores potius referendus. *Deus non est similis hominibus, nam equi equis, boves bubus, homines hominibus similes sunt.* Idem Theodoretus lib.4. Therapeutices agritud. Græc. aliam de Deo similem sententiam laudat. Xenophanes igitur Orthomenis, Colophonius, qui Eleatica sectæ princeps fuit, omne hoc quod oculis intuemur, vnum esse, inquit, orbiculari figura, finitum, nequaquam genitum, sed æternum profusum atque immobile. Eadem eius sententiam refert & Sextus Philosophus contra Mathematicos lib. 1. Xenophanis autem dogma erat præter aliorum hominum prænotiones vniuersitatem esse vnum, & Deum congenitum omnibus; esse autem rotundum, & nullis passionibus obnoxium, & immutabilem, & rationalem. Citat idem Sextus & quosdam eius versus in Homerum & Hesiodum, nam in eos scripsit versus elegias & iambos, subfannās ea quæ de diis dixere, vt tradit Laertius Diogenes, qui tamen cum eius sententiam de Dei substantia globosa exponeret vnam eum censuisse, siue singularem reticuit.

604.20. Sunt hi quidem.] Gr. *οἱ μὲν ἀδμήτες αἰεὶ ἐκ λίκων*
νόσων εἰσὶ ἐκ ἀνάλων ἔδεν ἀνθρώπων εἰκῆλοι. Allegit hoc in
 numerum fragmentorum Bacchylidis H. Stephanus itaque vertit. *Illi quidem non domantur morbu fæ-*
dis, culpaque vacant nullo modo hominibus similes. Legit
 ergo pro *αἰεὶ ἐκ λίκων,* quod vertit Heruetus, *vel valde,*
ἀνάλων, sed & vox *ἀνάλων,* ei suspecta est. Hanc
 eius emendationem confirmat Eusebij liber 13. p. 197. si
 quidem eius sit *ἀνάλων.*

Ib.40. Ait Amphion.] Apud Eusebium legitur *ἐν*
ἀνάλων, ait Amphion in Antiope. Scripsit tragæ-

diam Antiope Euripides, quam citat Stobæus multis locis.

Ib.60. Eius quod oportet.] Gr. *τὸ λόγον τὸ θεόντος αἰεί-*
φιν. Heruetus in libro suo correxerat ἰόντος & Sextus
 Philosophus ex quo in sua Philosophica Poesi hunc locum
 exscripsit H. Stephanus, sic habet, *ὅ ἡγε- κλάτης*
*ἐναρξόμενος τῶν πᾶσι φύσεως ἐπὶ τὸν ἄνα θεὸν ἡγε-
 ἔχον, φρεσὶ, λόγον τὸ θεόντος ἀξιώσει γίνονται ἀνθρώποι, καὶ πᾶσι
 θεὸν ἢ ἀκούσαι ἐκδοσάμενος τὸ πᾶσι πᾶσι. Quem interpres*
 Sexti Heruetus ipse sic expressit. *Cum est autem hæc*
ratio, non intelligentes fiunt homines, etiam priusquam au-
dierint, & cum primum audierint. Loquitur de com-
muni ratione, vt ex antecedentibus constat. Ait enim,
τὸν δὲ τὸν κείνῳ λόγον ἢ θεόν ἐκ τῆς μακροῦ γινόμενα
λογικῶν, κριτικῶν ἀνθρώπων φρεσὶ ἢ ἡγεκλάτης. Hanc autem
 communem & diuinam rationem, & cuius participatione
 rationales efficiuntur dicit Heraclitus esse id, quod de
 veritate iudicat. Atque ita corrigenda est huius postremi loci
 interpretatio. Eusebium legit etiam τὸ λόγον τὸ θεόντος αἰεὶ,
 vertitque Trapezuntius *10*
verbi quod est semper sensum homines non capiunt,
neque antequam audiant, neque cum primo audierint.

605.10. In veritate.] Eiusdem Sophoclis versus in
 Exhortatoria ad Gentes laudauit p.75.20. vbi quod
 est in Sexto *imagines & æneas & ligneas,* ita ex hoc
 recte emendari constat, si deleas *& ligneas:* nam in
 Græco abundat, ἢ ἔλλων, & addendum est, *& aureas,*
 quod omisit interpres *χρυσέων κτλ.* Citantur & a Iu-
 lino in Exhortatoria ad Gentes p.19. & de Monarchia
 166. à Theodoro lib.7. Therapeut. Græc. & ab Eusebio
 repræsentantur ex Clemente lib.13. Præparat. In primo
 εἰς τῆς ἀληθείας, εἰς ὅτι, vertendum fuit:

*Vnus profecto verus, vnus est Deus, vel,
 Vnum profecto numen, vnus est Deus.*

In penultimo legitur in Protreptico, καὶ κατὰ παντὸς
 Νέμεντες, at hic, κατὰ π. σέφοιτες. Apud Iustinum,
 παντὸς πάντων. At Theodoretus habet, & coronas
 affatim dantes, vertente Acciaolo, & in 2. & in 3. ver-
 su longe diuersus est:

*Terramque fecit & populorum vertices
 Pontique fluctus & sonora flumina.*

nisi forte *flumina* legendum, vbi *καὶ αἰέτων βίας:* sed
 ex Iulino Clementi hæc duo potius corrigenda sunt.

Ibid.30. In actu autem.] In Tragædia Pirithoi forte,
 sed apud Eusebium legitur non ἄμωρον, sed ῥόμβωρον,
 vbi distincta in quinque anapesticos habes hæc verba,
 vertere ergo potes, *qui in æthera rotatione, seu for-*
nice, aut globo, ῥόμβωρον, multa significat Glossarium
ῥόμβωρος, Tornus. Hesychius *ῥόμβωρος, δίνος, κώνος*
 siue motum, siue figuram indicari putes, cælum
 intellige omnia complectens & ambiens. Idem Euse-
 bium habet, *ὅτι τὸ ἐν φρεσὶ ἀνθρώπων. Et Euphorionis filius*
Aeschylus, non vt Clementis liber, ὅτι ἐν φρεσὶ ἀν-
θρώπων. Euphorion enim pater Aeschyli Suida teste.
 Cæterum quod hic *ἀνθρώπων ἀνθρώπων,* appellari ait
 Clementis, & alibi ab Orphico *ἀνθρώπων,* & in Sybillinis
 oraculis, interpretatione aliqua emolliendæ sunt hæc
 voces, vt monet G. Genebrardus lib.1. de Trinitate,
 ne ruamus in præcipitium Cælij Laëtantij, qui pu-
 dendo errore Deum se procreasse, atque fecisse non
 dubitauit scribere. l.1. c.7. Inst.

Ibid.40. Qui non intelligentes.] Theodoretus lib.1.
 de Curat. Græc. profert hanc Heracliti γλώσσιν, eam-
 que ita reddit eius interpres Lat. *Cum stulti quid*
audiunt

audiunt furdis videntur esse perfimiles, celebre dictum
 vel tuc abesse eos testatur, cum prope adsunt. Posteriorem
 partem melius vertit Heruetus. Vide Erasimum in proeubio,
 præfens abest, qui parem locum Aristophanis profert,
πρὸς τὸν λέγοντ' αἰεὶ
Κέχλωται, ὁ νῆς δὲ σου παρὼν ἀποδημαί.

606.10. Vniuersus autem.] In libro Eusebij erat, *ἡ δὲ*
μὲν ἰὸν ἀνθρώπων ἐκ λογισμῶν. deinde, Ratio regit homines.

Ὁ λόγος ἀνθρώπων κυβερνᾷ καὶ πᾶσι πᾶσι.

Ὁ λόγος ἀνθρώπων κυβερνᾷ καὶ πᾶσι πᾶσι.

Ὁ λόγος ἀνθρώπων κυβερνᾷ καὶ πᾶσι πᾶσι.

Ibid.50. Ne acum.] Gr. *μὴ δὲ βελόνης ἕνα μῦθος,* corrige
 ex Iulino & Eusebio, *ἐν ἀμῦθος.*

Ne filum acis vel vnum vamphe expetas.

Iustinus in libello de Monarch. p. 168. & Eusebium
 399. hos versus profert. Sed, vt ait H. Stephanus in
 Comicis sententiis, Philemoni eos tribuit Iustinus
 non Menandro, illi utique eos esse arbitratu ille,
 quod legantur eiusdem argumenti alibi alij Philemonis
 ipsius; ac licet videantur à Clemente tanquam ex
 duobus locis allati, ex vno tamen esse, & priores
 sententiam posteriorum continuare, quod in fine
 priorum & initio posteriorum ponat, *Nec acum,*
 Ita vt suspicetur non repetiisse eum verba illa, *Nec*
acum, sed addidisse cætera consequenter vsque ad,
Diuque & interdum, tum pro paraphrasi dicti illius
 sacrificare sacrificium, addidisse, *Iustus Deo autem &c.*

607. Tunc mortuos.] Hos quoque versus Iustinus
 recitat in libello de Monarchia, vt notat H. Stephanus,
 sed partem eorum non Diphilo, vt Clemens, sed
 Philemoni adscribit, partem Euripidi, quosdam
 etiam annectit alteri sententiæ Sophoclis; quin ag-
 noscit idem multa hic mendosa, quæque non facile
 inter se conueniunt: nos tantum attingemus
 quædam quæ ad sententiam pertinent, si qui editionem
 Græcam Clementis adornabant olim, rationes
 versusum constituant. Atque in primo quidem
 Iustinus legit *Νικόστρατε,* sed Clementis & Euse-
 bij libri *Νικόστρατε,* vt & Theodoretus, qui hæc lib.6.

40. Diphilo tribuit vt Clemens. H. Stephanus Iulino
 assentiendum putat.

Ibid. Vnam bonorum.] Græce erat:

Μίαν δικαίαν ἔπεισαν εἰς ἀσθεῶν ἔνδον

Ὅρον, καὶ εἰ περὶ δύο καλῶν.

Ἡ γῆ, φῶς τὰ πᾶσι χροῖα.

Apud Eusebium vero,
Μίαν δικαίαν, ἐπέσαν εἰς εἰσθεῶν ἔνδον,
Κ' εἰ περὶ δύο καλῶν ἢ γῆ φάσι χροῖα,

loco vltimo. Apud Iustinum est alius, sed idem signifi-
 cans, hoc nimirum. Alio qui si verum sit quod aiūt
 fore eandem vtriusque conditionem terra vtrunque
 eodem modo tegente. Lege ergo,

vnam bonorum, sed malorum esse alteram,

At contigentur ambo si terra obruti. Agedum &c.

Porro post duodecimum versum omisit hunc Heruetus:

Ὁς τῶν ἀμωρότων πρὸς μῦθος βίον Δίδωσιν

Vnam ille quamvis proreget peccantibus.

60. Ibid. In otio & quiete.]
Ὁ παρὰ ῥολῶν ἀγροῦσα πικρὰ ἢ πῆρα.

Iustini interpres Langus,
vindicta quamprimum vacare cœperit.

H. Stephanus,
Quam se vltionis tempus offert commodum.

Tum scilicet conuincitur falsæ opinionis.

Ibid. tempus ille contemperet.] Gr. *τὸν χρόνον κερταῖο,*
 Apud Iustinum & Eusebium,

Καὶὸς περὶ καὶ τὸν χρόνον καρδαμῆται.
Est est Deus, sed præditus si quis mala

Mente male agit, deputet us in lucro moram.

Ibid.30. Conuenit autem.] Apud Iustinum de Monarch. ex
 Sophocle profertur hæc, in quorum primo non *καμῶς,*
 sed *καίνος* legendum.

Venient enim illa seculorum tempora.

Ibid. Et rursus subiungit.] Licet dicat Clemens paulo
 post reliqua subiungi, contriunguntur tamen apud
 Iustinum, & iuncta citantur; legiturque, *τὸ δὲ*
ἔδρασαν ἔρημος, non ἔδρασαν; ὡν, vt apud Clementem. αὐτὸ
ἔδρασαν, vt apud Eusebium. Item, πῆρα τὰ φθῶρα βλαπῶν,
 non, *φθῶρα βλαπῶν.*

Sedes requirit terra, nec posthac aues
Gestabit aer igne vastatus leues.

Ibid.60. Mensa in eadem.] Gr.
 — *ἐν τῇ τραπέζῃ.*

Εἰσὶν αἰθέρων ἀρχαὶ ἀποκνηροὶ ἀπύρρις.
 Eusebium, *αὐτὸς ἀπύρρις, & ἀπύρρις. Iof. Scaliger corrigit,*
 — *ἐν τῇ τραπέζῃ.*

Εἰσὶν αἰθέρων ἀρχαὶ ἀποκνηροὶ ἀπύρρις.

Expertes humanarum miserationum incorruptibiles
 immortales.

608. Spiritus & regat.] Gr. *πνεῦμα δὲ ἰωὶ καὶ &c.*
Atque regit ventos circum æra, & æquora circum.

Ibid.10. Cælum mihi.] Addenda est Clementi dictio
 ex libro Eusebij, legendumque, *εἰς τὸ πᾶσι πᾶσι*
τὸν οὐρανόν. Deinde quasi circumloquutione exprimens
illud, Cælum mihi sedes e. t. a. f. p. m. subiungit. Versus est
1. cap. 66. Esaiæ. Testimonium Orphei laudant Iustinus
in Exhortat. ad Gentes p.18. & de Monarch. 166. Theodoretus
lib.2. de Curat. Græc. Cyrillus lib.1. contra Iulianum. In
septimo versu legendum & hic & apud Eusebium p.389. vt legitur p.401.

Ἀρχαὶ αὐτῶν ἔχον, αἶμα καὶ μέσον, ἢ δὲ πλείω.
 non vt habet Florentina editio, *καὶ μέσον ἢ δὲ πλείω.*

Principium ipse vnus, medium, sineque iunctur.
 Et ita videtur interpres legisse Theodoretus, Trapezuntius
 vertit:

Ipse est principium, medium quoque, & exitus idem.
 Sic apud Platonem 4. de legib. *ὁ μὲν δὲ θεὸς ὡσαύτῃ καὶ*
ὁ παλαιὸς λόγος ἀρχὴ τε ἐκ πλείω ἐκ μέσῃ ὄντων ἔχον
ἑυδῆσαν ἀρῆσαι καὶ φύσιν ἀπεπνευσμένον. Plutarchus de
exilio, εἰς βασιλείας ἐκ τῶν θεῶν ἀρχὴ τε ἐκ μέσῃ καὶ πλείω
ἔχον τὸ πάντων. Architas apud Iamblichum de secta
Pythag. ὁ θεὸς ἀρχὴ τε καὶ τέλος, ἐκ μέσῃ ὄντων καὶ
δικαῖν ἐκ τῶν λόγων ἀρῆσαι μέσον. Vide lib. 2. Strom. 441, 40.

Ibid. Non aliter fas.] Gr. *δύσως ὁ θεὸς πᾶσι λέγειν.*
 Apud 401. Eusebij: *Ἀλλ' ὁ μὲν θεὸς πᾶσι λέγειν.*

Sed neque dicere se fas est, tremor occupat artus.

sequitur apud Clementem: *Ἐν νόμῳ ἔξ' ἰσότητος κρατῆρ. &*
τὰ ὅτι πᾶσι. Quod vertit Heruetus, Cogito dum sum-
um, versus integer in Eusebio.

Ἐν νόμῳ ἔξ' ἰσότητος κρατῆρ. καὶ πάντ' ἐνὶ πᾶσι.
 Pectoraque ex alto dominatur us ordine cunctis.

Ibid.30. si aperueris cælum.] Gr. *Ἔσμος ἀνέμῃσι ἀπὸ*
σὸ ὄρη ἐκ τῆς οὐρανόσ. Sic habentur hæc in editione Ro-
 mana noua (nam aliter legitur in Antuerpiensi) nisi
 quod *ἐκ τῆς οὐρανόσ,* impressum est. Latina vulg. 6. Esaiæ
 v.1. Vtinam distemperes cælos, & descenderes, à
 facie tua montes defluerent.

Ibid.50. Nubibus aduentas.] Gr. *βρομίαις,* at Euse-
 bium p.402.

Ἀς πῶτε βακχευτῆς βρόμος δίνετο ὁ πῶτος.
 Quas ebrius olim Bacchus distribuit Autumni
 tempore. Sic interpretes Gnomocorū. Iof. Scaliger
 emendat, *Βακχευτῆς, item, ὁ πῶτος. Quid si legas,*

Σας ποπ, οπως; dixit enim ante, Σον μιν εαρ, Σος χμων.

Quaeque dat Autumnus, tua sunt ea munera Bacchi. hunc verum illis potes subicere, hybernum a te quoque tempus.

Ibid. 60. Dicitur per Esaiam.] Apud Eusebium c. 7. lib. 13. non legitur ut hic πλω πδι ησαιμ, sed πλω πει δει ωσι, & ita ex Osee citavit hunc locum in Exhortat. ad Gentes p. 78. 30. qui tamen reperit Amos 4. r. 13. Latina vulg. Quia ecce formans montes, & ereans ventum. Archilochi autem sententiam refert aliter Eusebius, ου δε ερα εω' αιδρωπις ρεις λεαρρατε @ αδμωσα, quae ita vertit H. Stephanus cum fragmentis Lyricor. Tu autem opera super homines edis vafra & nefanda. Apud Clementem est ου δε ερα ετ' εραεις οεας λ. κ. αδμωσα. Denique in disticho Orphei quod sequitur rectius habet Iustinus, ραιμς οπι ποσι βεικων, quam alibi ραιμ α' εωδ ποσι ε. quod interpretantur, terra sub pedibus iacet. Cyrilli interpres illud videtur legisse cum vertatur super terram pedibus vadit, nisi malis quod hic legitur, ραιμ α' οπι ω. ε.

609. 10. Dominus servabit.] Gr. κελος σους πελος. In Antuerpiensi edit. Esai. 10. v. 13. @ πωσω πλως καθικουμεινας, @ πλω εινουμεινω καθελωμοιμ πη ρηε ως νοσταν. Et persuadebo ciuitates habitatas, & orbem manu tanquam nidum comprehendam. Latina vulg. Detraxi quasi potens in sublimi residentes, Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum. Corrigendum est in Graecis utrobique ex editione Romana @ σισω πλως καθικουμεινας, itaque legitur apud Procopium a I. Curterio editum, @ εοτμουεβο ciuitates habitatas, & in exemplari Graeco Basilij in Esaiam quod sequi debuit eius interpres; corrigendus est etiam Eusebius lib. 13. vbi hunc Clementis locum citat p. 402. Nam & idem l. 4. Demonstr. Euang. cap. 9. legit σισω. Qui vertunt ex Hebraeo, reddunt haec. Et descendere feci tanquam potens habitantes, hoc est deieci, deturbavi. Sed illa verba, ut notat Leo Castrus in Esaiam, D. Basilijus orat. in Iulittam Satanæ tribuit, Deo vero Clementis cum Tertulliano l. 2. aduersus Marcionem 25. Caeterum qui totum orbem comprehendit manu, velut nidum, cuius caelum thronus. & aduers. Praeam 16. Quae vero sequuntur ex Hieremia habes c. 10. v. 12. In Latina vulg. Qui fecit terram in fortitudine sua, & praeparat orbem in sapientia sua.

Ibid. 20. Daemonibus non.] Hos versus, qui in illud Phocylidæ poema νεηελων, non fuerunt relati, sic interpretatur ad verbum M. Neander.

Verum daemones hominibus alias alij sunt:

Alij quidem, ut malum ab homine ingrediente (hanc vitam) abigant.

Putat etiam Clemes respicere eo versus istos, quod Ethnici etiam vnicique nascenti binos tribuerunt genios, quorum alter perniciem nobis moliantur, alter iuuare studeat. Cuius sententiae Empedoclem poetam fuisse ex Plutarcho constat in libello de animi tranquillitate, Ου ρδ (ως μιναι δρος φησιν.)

Απανη δαίμων ανδρι συμωδωσαπι Ευδης ημομενω μωσαρηος πβιν. Αραδως, δηλα μλλον (ως Εμπεδοκλως) διαλα' ινες εκασον ημωδ' ημομεινον ωδωλαμωαν(ι και καταρχοντα μοιρας και δαίμονες.

Duos Menandri versus quos citat habes in extrema pagina ista, vide Christianorum hac de re sententiam sub finem lib. 6. Strom.

Ibid. 20. Fortuna non est.] Theodoretus lib. 6. de Curat. agrit. Graec. Philemon vero Comicus, tam-

etli homo ad exciendum risum maxime factus, aperitissime illos accusat, qui fortunam deam esse dixerunt, sic enim vocalissime exclamat:

Non est Deus Fortuna, non inquam Deus.

Sed casus ille, quo fit omne, ut contingit

Cuiuscunque, Fortuna vocatur nomine.

Tale est illud Iuuenalis Sat. 10.

Nullum numen abest si sit prudentia, sed te

Nos facimus Fortuna Deam, caeloque locamus.

Ibid. 40. Et Pindarus.] Hoc quoque inter Pindari fragmenta collectum est. @ θεος, ου πω πει. Sequatur in Graeco Clementis, @ πάλιν θεος ε πάνα πύχον βροπις. H. Stephanus corrigit astipulante Eusebio p. 403. βροπις. Deus qui omnia efficit mortalibus. Hoc ab Herueto nescio quo casu in vtraque editione praetermissum est. Deinde citatur ex eodem Pindaro, @ ελπαμ σφιας ολιγον η ανη' ωσφ' αιδως εχαι, πω θεων βελύματω ερευνάσαι &c. Quid speras sapientia aliquantum te hominem habiturum ultra alium hominem? Deorum decretis inuestigare menti mortali difficile; nam mortali prodiit ex matre. Locus Prophetae qui subiicitur est Esaiæ c. 40. v. 13. in Latina vulg. Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi: Citatur a D. Paulo ad verbum ex LXX Rom. 11. v. 34. & 1. Cor. v. 16. Quis enim cognouit sensum Domini, & quis consiliarius eius fuit?

610. sed bonum in omnibus.] Gr. Menandri verba sunt: Απανη ε' αγαθον (ι) πω θεον. Quod 2. modis intelligi potest, vno, Deum omnem bonum esse, altero, esse bonum καπ' απανη in omnibus; In Latino id non apparet.

Ib. Mortalium a rebus.] Aeschylus versus hi leguntur & in libello de Monarchia apud Iustinum 165. In secundo omisit interpres οδρον.

Nec tibi parem esse existimato carneum. In quarto legitur Graece, Απλας ορμη. I. Langus corrigit, απλας, forte απλας.

Vis increata, nunc tenebrae, nunc aqua. Vndecimum ita legendum est apud Clementem & Eusebium, ut habet Iustinus:

Οταν οπι κλεψη ρρηον ομματα δεσπινε. Langus, Domini intuentur cum seuera lumina. Perionius, Quando Domini toruē ipsa vultus aspiciat.

Postremum ita Eusebius, Πάντα, δυνατη ρδ δεξα υψισου θεου. Iustinus, Πάντα δυναται ρδ, δεξα α' υψισου θεου.

Namque omnia potest; gloria at summi Dei, vel sub lata interpunctione & coniunctione, Namque omnia potest gloria excelsi Dei.

Ibid. 40. Cui credens.] In libro sentent. Comicarum quas I. Hertelius collegit, sic leguntur haec Diphilli ex Eusebio,

— πιντων πατερε ημικωσπι Τον οντα, πων δελα πλωμς υμωμ μονον, non ut apud Clemetem ημικωστω, quod Herueto est sententiosissimè. Scribe ergo, Diphillus dicit, Omnium pater ex aquo

Qui est, eum tu perpetuo solum honora. 610. 40. Hoc autem.] Hic locus est lib. 7. de republ. p. 521. in quo legitur non ut apud Clementem οντως εσαι επαισοδον, sed, εις δηηδινω πω οντως ιδους επαισοδον. Haec non erit testæ reuolutio, sed animi circumactus è nocturno quodam die ad verum eius quod vere est reditum, id est solidâ germanamque veritatis agnitionem,

611. 20. In Domino Deo.] Esaiæ 36. v. 7. Quod si responderis mihi in domino Deo nostro confidimus. & v. 8. Et nunc trade te Domino meo regi Assyriorum. LXX. καη ναυ μίχθητε δη πω κωλωμ μω βα' ημει' εδ' α' σελων. Quod in Antuerpiensi vertendum fuit, ut habet etiam Chaldaica paraphrasis interpretatio. Et nunc commisceamini Domino meo regi Assyriorum. Quidam, At nunc adiugite vos Domino meo regi Assyriorum. Procopius exponit, μίχθητε τω ετι σπη ωδω μίχλω, pugnam inire non dubitatis. Nimirum ex Cyrillo ut multa alia, apud quem est, Capessite arma, & state in prociuctu, sic poeta,

— heret pede pes, mixtusque viro vir. Quidam vero ex Hebraeo, Nunc fide-iube, da obides, vadem promitte Regi Assyriorum.

611. 40. Eius qui non elegerit.] Iustinus Apologia 2. pro Christianis p. 151. ει μη ωραρησ' ελευθερα ωεες πω φελαν τα αιρα @ αφειδομα πω καλα διωαμιν εχ' πω αιδρωπις ημως, αιανων εσι ηδ' οπως δησπε παραπομειων. Et paulo post, ωεε @ πλάτων ειπών Αβια ελομεινς, θεος ε' αυαβλωσ παεε Μωσως πω ωερητα λεβων ειπε. Quamobrem quod ait Plato, Culpa est eius qui elegerit, Deus autē culpa vacat, id a Mose mutuatus dixit. Locus est lib. 10. de Republ. p. 617. edit. H. Steph. vbi legitur & illa, ω υμωδ' @ αδμωζων πλωε @ ελατον ωωης εχ', quae ita verte Clementi, quam prout quisque vel honorabit, vel despiciet, ita plus vel minus ex ea possidebit. Illa autē verba, Deus enim nunquam est causa malorum, Clementis sunt non Platonis; ut videtur censuisse Theodoretus lib. 6. hunc locum citans, nisi forte ex alio quopiam Platonis haec sumantur qualis ille est 2. de Republ. μη πάντων αβων τον θεον, δηλα των αγαθων. Non quarumuis rerum auctorem esse Deum, sed bonarum & 379. p. των μιν αγαθων εδεναι διγον αυιατερον πων η καεσεν δη α' πα δειρητιν πω αβια, εχ' πω θεον. Bonarum quidem rerum nulla alia causa statuenda est praeter Deum: malarum alia quapiam inuestiganda sunt, sed nullo modo Deus auctor mali existimandus esse. Ioch. Perionius in illum Iustini locum scribens dum citat alium ex Timæo, & πω ελωμενον, legi vult, non videtur in hunc libri 10. de Republ. incidisse. Sane hic religiosior Calvinistic haereticis Plato est; ac vide quanto. Plato bonorum nullam aliam causam esse vult praeter Deum, malorum vero omnem aliam potius quam Deum, haeretici nostrapte vi, fideque saluos fieri volunt, mala vero quae agimus, Deum in nobis agere. Iam vero qua fide Centuriatores Magdeburgici Clementē, ut liberi arbitrij non satis certum affertorem traducant, cum ex hoc loco intelligis, vbi in Platonis doctrina probat, quod & ipse sua sexcentis aliis in locis confirmat, de quibus indicem vide.

Ibid. 50. Pindarus autem.] Refertur hoc & inter Pindari fragmenta collecta ab Henr. Stephano, cuius interpretatio ab ista differt in his, Δία στωκοικωε

tionem, quam quidem veram philosophiam esse dicemus. Ita legendum esset, πω οντως ονως. Caeterum testæ reuolutio fortean Diogenis dolium illud inquat. Illa porro, Estis quidem omnes, in l. 3. de Republ. p. 415. edit. H. Steph. εσε μιν ρδ δη πωωτες οι αν τη πωλα αδελφοι, δη ο θεος πλάτων οσαι μιν υμωδ' ικανοι αρχην χροσον αν τη ηυεσσι σωεμειζεν αυωις. Estis nimirum omnes qui in ciuitate versamini, fratres, sed quum Deus formaret vos, vestrum qui ad imperandum idonei sunt, aurum in eorum generatione ipsis admiscuit. Vide integrum illum locum, ut huius luxati sententiam capias.

611. 20. In Domino Deo.] Esaiæ 36. v. 7. Quod si responderis mihi in domino Deo nostro confidimus. & v. 8. Et nunc trade te Domino meo regi Assyriorum. LXX. καη ναυ μίχθητε δη πω κωλωμ μω βα' ημει' εδ' α' σελων. Quod in Antuerpiensi vertendum fuit, ut habet etiam Chaldaica paraphrasis interpretatio. Et nunc commisceamini Domino meo regi Assyriorum. Quidam, At nunc adiugite vos Domino meo regi Assyriorum. Procopius exponit, μίχθητε τω ετι σπη ωδω μίχλω, pugnam inire non dubitatis. Nimirum ex Cyrillo ut multa alia, apud quem est, Capessite arma, & state in prociuctu, sic poeta,

— heret pede pes, mixtusque viro vir. Quidam vero ex Hebraeo, Nunc fide-iube, da obides, vadem promitte Regi Assyriorum.

611. 40. Eius qui non elegerit.] Iustinus Apologia 2. pro Christianis p. 151. ει μη ωραρησ' ελευθερα ωεες πω φελαν τα αιρα @ αφειδομα πω καλα διωαμιν εχ' πω αιδρωπις ημως, αιανων εσι ηδ' οπως δησπε παραπομειων. Et paulo post, ωεε @ πλάτων ειπών Αβια ελομεινς, θεος ε' αυαβλωσ παεε Μωσως πω ωερητα λεβων ειπε. Quamobrem quod ait Plato, Culpa est eius qui elegerit, Deus autē culpa vacat, id a Mose mutuatus dixit. Locus est lib. 10. de Republ. p. 617. edit. H. Steph. vbi legitur & illa, ω υμωδ' @ αδμωζων πλωε @ ελατον ωωης εχ', quae ita verte Clementi, quam prout quisque vel honorabit, vel despiciet, ita plus vel minus ex ea possidebit. Illa autē verba, Deus enim nunquam est causa malorum, Clementis sunt non Platonis; ut videtur censuisse Theodoretus lib. 6. hunc locum citans, nisi forte ex alio quopiam Platonis haec sumantur qualis ille est 2. de Republ. μη πάντων αβων τον θεον, δηλα των αγαθων. Non quarumuis rerum auctorem esse Deum, sed bonarum & 379. p. των μιν αγαθων εδεναι διγον αυιατερον πων η καεσεν δη α' πα δειρητιν πω αβια, εχ' πω θεον. Bonarum quidem rerum nulla alia causa statuenda est praeter Deum: malarum alia quapiam inuestiganda sunt, sed nullo modo Deus auctor mali existimandus esse. Ioch. Perionius in illum Iustini locum scribens dum citat alium ex Timæo, & πω ελωμενον, legi vult, non videtur in hunc libri 10. de Republ. incidisse. Sane hic religiosior Calvinistic haereticis Plato est; ac vide quanto. Plato bonorum nullam aliam causam esse vult praeter Deum, malorum vero omnem aliam potius quam Deum, haeretici nostrapte vi, fideque saluos fieri volunt, mala vero quae agimus, Deum in nobis agere. Iam vero qua fide Centuriatores Magdeburgici Clementē, ut liberi arbitrij non satis certum affertorem traducant, cum ex hoc loco intelligis, vbi in Platonis doctrina probat, quod & ipse sua sexcentis aliis in locis confirmat, de quibus indicem vide.

Ibid. 50. Pindarus autem.] Refertur hoc & inter Pindari fragmenta collecta ab Henr. Stephano, cuius interpretatio ab ista differt in his, Δία στωκοικωε

611. 20. In Domino Deo.] Esaiæ 36. v. 7. Quod si responderis mihi in domino Deo nostro confidimus. & v. 8. Et nunc trade te Domino meo regi Assyriorum. LXX. καη ναυ μίχθητε δη πω κωλωμ μω βα' ημει' εδ' α' σελων. Quod in Antuerpiensi vertendum fuit, ut habet etiam Chaldaica paraphrasis interpretatio. Et nunc commisceamini Domino meo regi Assyriorum. Quidam, At nunc adiugite vos Domino meo regi Assyriorum. Procopius exponit, μίχθητε τω ετι σπη ωδω μίχλω, pugnam inire non dubitatis. Nimirum ex Cyrillo ut multa alia, apud quem est, Capessite arma, & state in prociuctu, sic poeta,

— heret pede pes, mixtusque viro vir. Quidam vero ex Hebraeo, Nunc fide-iube, da obides, vadem promitte Regi Assyriorum.

611. 40. Eius qui non elegerit.] Iustinus Apologia 2. pro Christianis p. 151. ει μη ωραρησ' ελευθερα ωεες πω φελαν τα αιρα @ αφειδομα πω καλα διωαμιν εχ' πω αιδρωπις ημως, αιανων εσι ηδ' οπως δησπε παραπομειων. Et paulo post, ωεε @ πλάτων ειπών Αβια ελομεινς, θεος ε' αυαβλωσ παεε Μωσως πω ωερητα λεβων ειπε. Quamobrem quod ait Plato, Culpa est eius qui elegerit, Deus autē culpa vacat, id a Mose mutuatus dixit. Locus est lib. 10. de Republ. p. 617. edit. H. Steph. vbi legitur & illa, ω υμωδ' @ αδμωζων πλωε @ ελατον ωωης εχ', quae ita verte Clementi, quam prout quisque vel honorabit, vel despiciet, ita plus vel minus ex ea possidebit. Illa autē verba, Deus enim nunquam est causa malorum, Clementis sunt non Platonis; ut videtur censuisse Theodoretus lib. 6. hunc locum citans, nisi forte ex alio quopiam Platonis haec sumantur qualis ille est 2. de Republ. μη πάντων αβων τον θεον, δηλα των αγαθων. Non quarumuis rerum auctorem esse Deum, sed bonarum & 379. p. των μιν αγαθων εδεναι διγον αυιατερον πων η καεσεν δη α' πα δειρητιν πω αβια, εχ' πω θεον. Bonarum quidem rerum nulla alia causa statuenda est praeter Deum: malarum alia quapiam inuestiganda sunt, sed nullo modo Deus auctor mali existimandus esse. Ioch. Perionius in illum Iustini locum scribens dum citat alium ex Timæo, & πω ελωμενον, legi vult, non videtur in hunc libri 10. de Republ. incidisse. Sane hic religiosior Calvinistic haereticis Plato est; ac vide quanto. Plato bonorum nullam aliam causam esse vult praeter Deum, malorum vero omnem aliam potius quam Deum, haeretici nostrapte vi, fideque saluos fieri volunt, mala vero quae agimus, Deum in nobis agere. Iam vero qua fide Centuriatores Magdeburgici Clementē, ut liberi arbitrij non satis certum affertorem traducant, cum ex hoc loco intelligis, vbi in Platonis doctrina probat, quod & ipse sua sexcentis aliis in locis confirmat, de quibus indicem vide.

Ibid. 50. Pindarus autem.] Refertur hoc & inter Pindari fragmenta collecta ab Henr. Stephano, cuius interpretatio ab ista differt in his, Δία στωκοικωε

611. 20. In Domino Deo.] Esaiæ 36. v. 7. Quod si responderis mihi in domino Deo nostro confidimus. & v. 8. Et nunc trade te Domino meo regi Assyriorum. LXX. καη ναυ μίχθητε δη πω κωλωμ μω βα' ημει' εδ' α' σελων. Quod in Antuerpiensi vertendum fuit, ut habet etiam Chaldaica paraphrasis interpretatio. Et nunc commisceamini Domino meo regi Assyriorum. Quidam, At nunc adiugite vos Domino meo regi Assyriorum. Procopius exponit, μίχθητε τω ετι σπη ωδω μίχλω, pugnam inire non dubitatis. Nimirum ex Cyrillo ut multa alia, apud quem est, Capessite arma, & state in prociuctu, sic poeta,

— heret pede pes, mixtusque viro vir. Quidam vero ex Hebraeo, Nunc fide-iube, da obides, vadem promitte Regi Assyriorum.

611. 40. Eius qui non elegerit.] Iustinus Apologia 2. pro Christianis p. 151. ει μη ωραρησ' ελευθερα ωεες πω φελαν τα αιρα @ αφειδομα πω καλα διωαμιν εχ' πω αιδρωπις ημως, αιανων εσι ηδ' οπως δησπε παραπομειων. Et paulo post, ωεε @ πλάτων ειπών Αβια ελομεινς, θεος ε' αυαβλωσ παεε Μωσως πω ωερητα λεβων ειπε. Quamobrem quod ait Plato, Culpa est eius qui elegerit, Deus autē culpa vacat, id a Mose mutuatus dixit. Locus est lib. 10. de Republ. p. 617. edit. H. Steph. vbi legitur & illa, ω υμωδ' @ αδμωζων πλωε @ ελατον ωωης εχ', quae ita verte Clementi, quam prout quisque vel honorabit, vel despiciet, ita plus vel minus ex ea possidebit. Illa autē verba, Deus enim nunquam est causa malorum, Clementis sunt non Platonis; ut videtur censuisse Theodoretus lib. 6. hunc locum citans, nisi forte ex alio quopiam Platonis haec sumantur qualis ille est 2. de Republ. μη πάντων αβων τον θεον, δηλα των αγαθων. Non quarumuis rerum auctorem esse Deum, sed bonarum & 379. p. των μιν αγαθων εδεναι διγον αυιατερον πων η καεσεν δη α' πα δειρητιν πω αβια, εχ' πω θεον. Bonarum quidem rerum nulla alia causa statuenda est praeter Deum: malarum alia quapiam inuestiganda sunt, sed nullo modo Deus auctor mali existimandus esse. Ioch. Perionius in illum Iustini locum scribens dum citat alium ex Timæo, & πω ελωμενον, legi vult, non videtur in hunc libri 10. de Republ. incidisse. Sane hic religiosior Calvinistic haereticis Plato est; ac vide quanto. Plato bonorum nullam aliam causam esse vult praeter Deum, malorum vero omnem aliam potius quam Deum, haeretici nostrapte vi, fideque saluos fieri volunt, mala vero quae agimus, Deum in nobis agere. Iam vero qua fide Centuriatores Magdeburgici Clementē, ut liberi arbitrij non satis certum affertorem traducant, cum ex hoc loco intelligis, vbi in Platonis doctrina probat, quod & ipse sua sexcentis aliis in locis confirmat, de quibus indicem vide.

Ibid. 50. Pindarus autem.] Refertur hoc & inter Pindari fragmenta collecta ab Henr. Stephano, cuius interpretatio ab ista differt in his, Δία στωκοικωε

611. 20. In Domino Deo.] Esaiæ 36. v. 7. Quod si responderis mihi in domino Deo nostro confidimus. & v. 8. Et nunc trade te Domino meo regi Assyriorum. LXX. καη ναυ μίχθητε δη πω κωλωμ μω βα' ημει' εδ' α' σελων. Quod in Antuerpiensi vertendum fuit, ut habet etiam Chaldaica paraphrasis interpretatio. Et nunc commisceamini Domino meo regi Assyriorum. Quidam, At nunc adiugite vos Domino meo regi Assyriorum. Procopius exponit, μίχθητε τω ετι σπη ωδω μίχλω, pugnam inire non dubitatis. Nimirum ex Cyrillo ut multa alia, apud quem est, Capessite arma, & state in prociuctu, sic poeta,

— heret pede pes, mixtusque viro vir. Quidam vero ex Hebraeo, Nunc fide-iube, da obides, vadem promitte Regi Assyriorum.

611. 40. Eius qui non elegerit.] Iustinus Apologia 2. pro Christianis p. 151. ει μη ωραρησ' ελευθερα ωεες πω φελαν τα αιρα @ αφειδομα πω καλα διωαμιν εχ' πω αιδρωπις ημως, αιανων εσι ηδ' οπως δησπε παραπομειων. Et paulo post, ωεε @ πλάτων ειπών Αβια ελομεινς, θεος ε' αυαβλωσ παεε Μωσως πω ωερητα λεβων ειπε. Quamobrem quod ait Plato, Culpa est eius qui elegerit, Deus autē culpa vacat, id a Mose mutuatus dixit. Locus est lib. 10. de Republ. p. 617. edit. H. Steph. vbi legitur & illa, ω υμωδ' @ αδμωζων πλωε @ ελατον ωωης εχ', quae ita verte Clementi, quam prout quisque vel honorabit, vel despiciet, ita plus vel minus ex ea possidebit. Illa autē verba, Deus enim nunquam est causa malorum, Clementis sunt non Platonis; ut videtur censuisse Theodoretus lib. 6. hunc locum citans, nisi forte ex alio quopiam Platonis haec sumantur qualis ille est 2. de Republ. μη πάντων αβων τον θεον, δηλα των αγαθων. Non quarumuis rerum auctorem esse Deum, sed bonarum & 379. p. των μιν αγαθων εδεναι διγον αυιατερον πων η καεσεν δη α' πα δειρητιν πω αβια, εχ' πω θεον. Bonarum quidem rerum nulla alia causa statuenda est praeter Deum: malarum alia quapiam inuestiganda sunt, sed nullo modo Deus auctor mali existimandus esse. Ioch. Perionius in illum Iustini locum scribens dum citat alium ex Timæo, & πω ελωμενον, legi vult, non videtur in hunc libri 10. de Republ. incidisse. Sane hic religiosior Calvinistic haereticis Plato est; ac vide quanto. Plato bonorum nullam aliam causam esse vult praeter Deum, malorum vero omnem aliam potius quam Deum, haeretici nostrapte vi, fideque saluos fieri volunt, mala vero quae agimus, Deum in nobis agere. Iam vero qua fide Centuriatores Magdeburgici Clementē, ut liberi arbitrij non satis certum affertorem traducant, cum ex hoc loco intelligis, vbi in Platonis doctrina probat, quod & ipse sua sexcentis aliis in locis confirmat, de quibus indicem vide.

Ibid. 50. Pindarus autem.] Refertur hoc & inter Pindari fragmenta collecta ab Henr. Stephano, cuius interpretatio ab ista differt in his, Δία στωκοικωε

611. 20. In Domino Deo.] Esaiæ 36. v. 7. Quod si responderis mihi in domino Deo nostro confidimus. & v. 8. Et nunc trade te Domino meo regi Assyriorum. LXX. καη ναυ μίχθητε δη πω κωλωμ μω βα' ημει' εδ' α' σελων. Quod in Antuerpiensi vertendum fuit, ut habet etiam Chaldaica paraphrasis interpretatio. Et nunc commisceamini Domino meo regi Assyriorum. Quidam, At nunc adiugite vos Domino meo regi Assyriorum. Procopius exponit, μίχθητε τω ετι σπη ωδω μίχλω, pugnam inire non dubitatis. Nimirum ex Cyrillo ut multa alia, apud quem est, Capessite arma, & state in prociuctu, sic poeta,

— heret pede pes, mixtusque viro vir. Quidam vero ex Hebraeo, Nunc fide-iube, da obides, vadem promitte Regi Assyriorum.

611. 40. Eius qui non elegerit.] Iustinus Apologia 2. pro Christianis p. 151. ει μη ωραρησ' ελευθερα ωεες πω φελαν τα αιρα @ αφειδομα πω καλα διωαμιν εχ' πω αιδρωπις ημως, αιανων εσι ηδ' οπως δησπε παραπομειων. Et paulo post, ωεε @ πλάτων ειπών Αβια ελομεινς, θεος ε' αυαβλωσ παεε Μωσως πω ωερητα λεβων ειπε. Quamobrem quod ait Plato, Culpa est eius qui elegerit, Deus autē culpa vacat, id a Mose mutuatus dixit. Locus est lib. 10. de Republ. p. 617. edit. H. Steph. vbi legitur & illa, ω υμωδ' @ αδμωζων πλωε @ ελατον ωωης εχ', quae ita verte Clementi, quam prout quisque vel honorabit, vel despiciet, ita plus vel minus ex ea possidebit. Illa autē verba, Deus enim nunquam est causa malorum, Clementis sunt non Platonis; ut videtur censuisse Theodoretus lib. 6. hunc locum citans, nisi forte ex alio quopiam Platonis haec sumantur qualis ille est 2. de Republ. μη πάντων αβων τον θεον, δηλα των αγαθων. Non quarumuis rerum auctorem esse Deum, sed bonarum & 379. p. των μιν αγαθων εδεναι διγον αυιατερον πων η καεσεν δη α' πα δειρητιν πω αβια, εχ' πω θεον. Bonarum quidem rerum nulla alia causa statuenda est praeter Deum: malarum alia quapiam inuestiganda sunt, sed nullo modo Deus auctor mali existimandus esse. Ioch. Perionius in illum Iustini locum scribens dum citat alium ex Timæo, & πω ελωμενον, legi vult, non videtur in hunc libri 10. de Republ. incidisse. Sane hic religiosior Calvinistic haereticis Plato est; ac vide quanto. Plato bonorum nullam aliam causam esse vult praeter Deum, malorum vero omnem aliam potius quam Deum, haeretici nostrapte vi, fideque saluos fieri volunt, mala vero quae agimus, Deum in nobis agere. Iam vero qua fide Centuriatores Magdeburgici Clementē, ut liberi arbitrij non satis certum affertorem traducant, cum ex hoc loco intelligis, vbi in Platonis doctrina probat, quod & ipse sua sexcentis aliis in locis confirmat, de quibus indicem vide.

Ibid. 50. Pindarus autem.] Refertur hoc & inter Pindari fragmenta collecta ab Henr. Stephano, cuius interpretatio ab ista differt in his, Δία στωκοικωε

ημωδ, Iouem Seruatorem maritum Themidis. ευθελον δεμιν ερανιαν χροσπιασιν ιωποσιν ερον ποη λιωδωδιν καθοδον, consilio valentem themin caelestem aureis equis duxerunt &c. ad splendidum aditum, η δ' παι χροσπιασιν εραλαοκροπις υκην αγαθα σωτηρας, illa autem aurea redimicula gestantes, & praeclarum fructum ferentes peperit bonas Horas. In qua interpretatione pro αγαθα σωτηρας, legit, αγαθας ωεες, sed & alia quaedam hic esse deprauata, inquit. Emendationem eius confirmat Hesiodus in Theogonia, vbi haec de Ioue:

Δευτερον ηγαθε λιπαρω ημιν η τεκην ωεες. Postea duxit splendida themin quae peperit Horas. 612. Facta scies.] Gr. Ερατε κωκρωπος πωσιν ωει φοιτω σελωης. Heruetus scripserat ad oram libri sui φυτα, & ad eam emendationem suam interpretationem accommodauit. Ioseph. Scaliger rectius corrigit, ωει φωτα, circumuaga. Sic Ouidius de Sole, Aetherae moles circumuaga flammæ. verte ergo:

Et disces Linae circumuaga gesta rotunda. Iam vero postremorum versuum duorum Graeca, sic habent apud Clementem:

Ευθεν μιν ρδ ερουε, @ ως μιν ερουε @ επιδισση αιδωην, πειρατ' εχ' αν ασρων. quae ita legit Scaliger,

Ευθεν ερουε, @ ως μ. α. ε. ανιδωην Πειρατ' εχ' αν ασρων. Vnde prodiit, & quae illam necessitas coegit fines astrorum tenere.

Ibid. 20. Collocabo te in filios.] Haec iisdem verbis exprimuntur apud LXX. Hierem. 3. v. 19. vsque ad illa Clementis κληρονομιαν θεου πατωκαυωρος, ωδ οι κληρονομισταντες βασιλευσ' ε' ηης, nam ibi tantum est, κληρονομια θεου πατωκαυωρος εδωδην. Haereditatem Dei omnipotentis gentium. vulgatę verba sunt; Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem haereditatem praeclearam exercituum gētium? Theodoretus auctiorem habet hunc versum, Terram, inquit, electam, haereditatem percelebrem Dei, Dei inquam omnipotentis gentium. D. Hieronymus ait LXX transtulisse pro, haereditatem praeclearam exercituum gentium, haereditatem nominatam Dei omnipotentis gentium: Theodotionem vero, haereditatem in clytam fortitudinis robustissimi gentium. Hinc ergo liquet in editionibus LXX desiderari epithetum haereditatis, quod interpres Theodoreti percelebrem D. Hieronymus nominatam vertit. Vulgata omnium maxime ad Hebraeum accedit.

Ib. Id quod obiter.] Athenæus haec ipsa citat Agathonis initio libri v. Dipnos.

Το μιν παρερρον ερρον ως ποιμεδω, Το ε' ερρον ως παρερρον εκπονεμωτα.

Operis loco ducimus accessorium, Et in opere satagimus ut accessorio. H. Iunius in prouerb. Accessorium operis loco, addit inter similia auctorum loca huc Nazianzeni Gregorij in Basilium de Saule agentis, Βασιλειαν ευραε' μωζον πω ερρον το παρερρον εμπροστωμωτος. Saul paternos afinos inuestigans regno potitur, accessorium ipso instituto negotio maius nactus. In libro Clementis erat ερρον ως ηρρωμωτοι, & εκπονεμωτοι.

Ibid. 40. Hunc hominem.] Gr. πολλα πλανηθωμαι διζημενον εμμεναι εδωδον. Plutarchus in libello de ratione auditus citat Phocylidis versum, πολλ' απανθωμαι διζημενον εμμεναι εδωδον, qui significat eum, qui cupit in bonorum virorum haberi numero, saepe decipi, & multorum dolus expositum esse. Non reperitur inter reliqua Phocylidis carmina cum Gnomis edita, ut monet

Ibid. 50. Pindarus autem.] Refertur hoc & inter Pindari fragmenta collecta ab Henr. Stephano, cuius interpretatio ab ista differt in his, Δία στωκοικωε

611. 20. In Domino Deo.] Esaiæ 36. v. 7. Quod si responderis mihi in domino Deo nostro confidimus. & v. 8. Et nunc trade te Domino meo regi Assyriorum. LXX. καη ναυ μίχθητε δη πω κωλωμ μω βα' ημει' εδ' α' σελων. Quod in Antuerpiensi vertendum fuit, ut habet etiam Chaldaica paraphrasis interpretatio. Et nunc commisceamini Domino meo regi Assyriorum. Quidam, At nunc adiugite vos Domino meo regi Assyrior

M. Neander, qui eius fragmenta collegit, & commentario explanavit.

IN LIB. VI. STROMATA.

617. 40. Dicit Homerus.] Ioseph. Scaliger in coniect. in Varronem confert cum hoc Homeri versu qui cum altero isto,

Μηδ' εἰ ἄντε κλυερίτης οὐδ' οἰοπι πόντω
Νῆα Σολῶν ἰδύνη.

reperitur Iliad. 4, illos Titinij Comici, sapientia gubernator nauim torquet non valentia, Coquus magnum ahenum, quando feruit, paula confutat trina.

Ibid. Rursus autem.] Stobæus tit. 124. In defunctos non esse exercendam contumeliam, vbi multa in hanc sententiam habes, hunc versum ex Odyss. 10. excerptit, legitque φθιμένοι σὺν ἐσπ' αἰδράσιν, itemque Archilochi quem alij in fragmentis eius vertunt, Non enim honestum est mortuos viros cōiucis profcindere.

618. 20. Omnis in.] Menclai verba sunt apud Homerum Iliad. 7.

— αὐτὰρ ὕψιστον

Νίκης πείρατ' ἔχοντα ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι.

sed supernè Victoriæ termini tenentur inter immortales Deos. Hic legendum esset θεοῖς ἐν πείρασι. Illa vero sunt Achillis Iouem precantis Iliad. 16.

— ἀμφὶ δὲ Σειλοί

Σοὶ γάρ μοι ἄσπετος ἀντιπόδες χαμαίνονται.

circum te autem Selli habitant vates illoti pedibus humi dormientes.

Ib. Et eum similiter.] Citatur hic Archilochi versus à Sexto Philosopho contra Mathemat. vbi querit quid sit bonum. Homeri locus est Odyss. 14. vide apud Iunium prouerbium, Alia apud alios bona, & hic lege, Ἄλλος δὲ τ' ἀγνοῖ.

Ibid. 60. sed Menandrum.] Stobæus tit. 51. de militia hoc affert, quo videtur significari domi manere oportere, & manere liberū, neque publica munera obeūda, quibus astrictus neque cogaris proficisci, neque iam tui iuris esse. Tale illud Apollodori ibidem.

Ταχὺ στρατεύτης χέροντας αὐτ' ἐλευθέρω.
Ex libero ergo factus es miles statim.

619. 20. Dare iuueni.] Stobæus tit. 69. profert ex Euripide in Aëolo, sed legit, πῶς νέαν ζεύξαι νέον, & loco duorum sequentium addit:

Μακρὰ γὰρ ἰσὺς μάλλον ἀρρένων μέγιστος
Θηλεία δ' ἢ ἦεν Σάσαν ἐκλείπει δέμας.

Diuturnior enim est marium vigor. Fœmineum vero corpus citius pubertate destituitur.

Ibid. 30. Sophocles.] Ex Homeri versu isto qui legitur Iliad. 9. Εὐχόμεθ' ὅ μοι τὸ δῶκεν ἴω δέμιν ἐν καρὸς ἀίσση. materiam dicti huius accepisse creditur, quod in Aiace extat p. 40. & in prouerbium abiit, ἐχθρῶν ἄδωκε δῶκε; licet alioqui Clemēs Sophoclem velit versum illū ex isto Euripidis accepisse, qui in eius Medea legitur, & ab ipsa Medea profertur, recusante Iasonis xenia, sed ego Clementi nequaquam assentior. H. Steph. lib. de Sophocle imitat.

Ibid. Cum autem.] M. Neander in Theognidem scribens, monet Scholiastem Pindari hunc versum Homero tribuere, sed ex altero Solonis factum cōfutare ex hoc loco; interpretatur vero sic. Paritas autem fatuitas iniustitiam, quando malum hominem felicitas committatur. Idem annotat Gregorium Naz. vocare κόρον ἰβέως ἀρχῶν, vide prouerb. Satietas ferociam parit.

Vbi sic redditur Latine versus Theognidis:

Fastum copia gignit, opes vbi prauus adeptus.

620. 40. Rursus Euripides.] I. Stobæus citat hunc versum ex Euripidis Hippolyto tit. 29. πῶς φιλοπονίας. Meminit tamen & cuiusdam poematis eius, quod Timæum appellat tit. 31. & 52. eundem citat in Timeno quod est hic 40. in Crimeno.

621. 40. Præterea cum.] Vlyssis verba sunt Odyss. p. sed ibi legitur, δὴ σκρῦλαι μεμαίχαι.

Celari at diri nequeunt ieiunia ventris, Multorum humano generi qui causa malorum.

Athenæus hos Diphili versus profert, qui illorum Euripidis meminereunt:

Εὐχ' ὁ κατὰ χροσος εἶπε πῶς Ἐυελπίδης,
Νικᾶ δ' ἔχρειά μ', ἢ τάλαιπαρος πέμου
Γαστήρ. παλαιπαρότερον ἔδεν ἔδει γδ.

Hoc dixit inter multa pulchrè Euripides, Meus iste venter miser & inopia me domat.

Quid esse namque ventre miserius queat?

Cum versus Euripidis primus mendosus sit, eique 20 mensura refragetur videtur legendus vt apud Diphilum: licet nomen ἐλομένη sit in loco Homeri citato & alibi γαστήρ ἐλομένη, λυγρή, & συγρή dicatur. H. Stephanus in libello Comicar. sentent.

Ibid. 60. Dicit Menander.] Athenæus lib. 6. Menandrum citat in comœdia cui titulus παλῶμοι, Vænales. In secundo versu & profodiæ & sententiæ ratio postulat, Καὶ συμμαινῶμαι εἰς ἕνα δέϊ. Despere cum alius in quibusdam oportet. In manuscriptis exemplaribus μ & ε ita pinguntur, vt similia sint; Ita loquutus est Galenus lib. πῶς εὐχρῶν δυνάμεων. ἐχ' ἐκόντες, δὴ ἄς ἢ παροιμία φησὶ μαρτυροῦντες ἀναρχαδόντες συμμαινῶμαι. Haud sponte, sed iuxta prouerbium coacti cum infantiētibus insanire. Vide Prouerbium, Insanire cum infantiētibus. Sic Horatius ode 14. lib. 4. carm.

Misce stultitiam consiliis breuem; Dulce est desperere in loco.

Plautus in Bacchidib. Nullus frugi esse potest homo, nisi qui bene & male facere tenet. Improbis cum improbis sit, harpagem, futibus furetur quod queat.

622. Scripsit Augias.] Plato lib. 3. de republ. similem profert:

Δῶκε θεὸς πείρα ἐν ἀιδότοις βασιλείαις,
Μύθερα, crede, Deos stectunt Regesque verendos.

Ouidius 3. τῆς ματαιότητος, Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque.

Ibid. 10. Cum autem dixisset.] Stobæus tit. 67. ex eius Operibus hoc distichum collegit. Euseb. li. 10. c. 2. de Præp. proferens ex Porphyrio, & aliis furta veterum, monet Simonidem ἐν πῶ ἐδέχεται, hanc ex eo sumpsisse sententiam, additque Euripidis locum similem ex Menalippe, quem apud Stobæū reperies loco citato, cum alio Sophoclis in Phædra eiusdem sententiæ. Sed quid in re clara tot opus est testibus?

623. Bacchylides.] Inter fragmenta Lyricorū hæc ira leguntur correcta, Πάροισι δ' ἐπιπῶν, & ἀφάσωντας ἐν καρῶν, & ἐγκύρωσι δύας. Paucis autem mortalium concessum est à numine, vt bene rem gerentes maturè ad cana tempora inducentem senectutem perueniant, priusquam incidant in calamitates.

Ib. 20. Aristophanem.] Stobæus tit. 69. citat ex Euripide in Phœnice hunc similem.

Πικρὸν νέαν γυναικὶ προσβύτης αὐτῆρ.
Iuueni maritus coniugi grauis est senex.

Anacreōtis carmina reperies cum cæteris eius operibus p. 211. editionis 2. H. Steph. vbi legitur, βρούνα μύστρας

μύστρας πλουσιόμοις αἰείδων abundantem redimiculis varios habentibus flores decantans. Vide num magis placeat μέλλω cum αἰείδων. Euripidis autem γῶμον ex Phædra eius à Stobæo exscribitur li. 61. de Venere legiturque ἡ μόνος ἐσφραγίσται & ψυχῆς χροάτη animos vulnerat. His similia eadem Phædra apud Senecam Act. 1. Hippolyti.

624. Εκὴ ὕδατος.] Ios. Scaliger in Notis suis legit ex ipso Clemente Εκ βέδους δὲ πε γῆμα. pag. 575. dixit Clemens Orpheum vocasse aquam bedy Phrygum idiomate. Apud Plutarchum ex sententia Heracliti legitur πύρρος θάνατος αἰετ' ἤσσει, & αἰέρος θάνατος ὕδατος ἤσσει.

Ibid. 10. Heraclitus.] H. Stephanus in Poesi philosophica. Proclus in Timæum mētionem eiusdem loci facit, meminit & Philo. Cæterum Heraclitum maximam scriptorum suorum partem ex Orpheo mutuatum esse idem Clemens scribit tertio ab eoloco pagina 90. πῶ δ' ἠεράκλειτον πῶν ἐρέζον ὅς πῶ δ' ὄρρεως πῶ πῶ εἰσα εἰληθον. Et Plato in Cratylo allatis duobus Orphei versibus subiungit, τῶν τ' ἐν σόπει, οὐ ἀλλήλοις συμφανέϊ, & πῶς πῶ ἠεράκλειτου πῶντα πῆν. Animaduerte igitur quam belle hæc consentiant, & ad Heraclitea illa præclare referantur omnia. Vide 628. 50.

Ibid. 20. Agrigentinus.] Plutarchus li. 1. de Placitis Phil. primum horum versuum profert, sed alios duos subiungit in quibus nomine Iouis intelligitur ignis, Iunonis aer, Plutonis terra, Neftis vero quædam aquam indicat, & alibi apud eundem legitur in secundo ἡσπον ὕψος, sed aliis versibus subiunctis, tertius denique apud Aristotelem ab aliis separatus reperitur.

Ibid. 40. Dei quem amant.] I. Stobæus li. 119. de laude mortis hoc Carmen citat, & in manuscripto Regiæ Matris additur nomen Comœdiæ δις ἔξαπατώπης, Bis fallentis, & post sententiam Æschyli ὃ θάνατε subiungitur hæc quæ ab impresso abest, ὕψος. Νέος δ' ἀπόλλουθ' ὄλινα φιλέειθός. vel φιλέϊ. Plutarchus ad Apollonium & auctoꝝ Axiochi apud Platonem pag. 368. laudant illud eiusdem argumenti.

Τὸν πῶν κῆρα φίλῃ ζεῦς τ' αἰγίολος καὶ ἀπόλλων
Παιτῆρ φιλότιτ', ἐπ' ἵκετο γήρατος ἔδον.
Iurpiter hunc totis animis, hunc Phæbus amabant,
Ille tamen inusti metas non attigit æni.

Simile denique illud Sapient. 4. v. 11. Consummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat Deo anima illius.

Ib. cum autem.] Theodoretus de Curat. Græc. li. 6. Persuadensque vobis finire ab Euripide Tragœdiarum scriptore, qui sic in Oenomaio suo canit Τεκμαίρομαι εἰς παρῶσι τὰ φαιές.

Præsentibus rebus ea quæ nos latent coniciimus. Rursus idem in Phœnicis Αφαιέες τεκμαίροισιν ἐοικόσιν ἀλίσκοται. Quod latet coniecturis congruentibus deprehenditur.

625. Euripides quidem.] Locus indicatur à Stobæo li. 2. de malitia, ex Euripidis Medæa legiturque ὃ ζεῦ ἢ δὴ χροσῶ. De versu Stasimi vide Suidā in voce Νήπιος, Sophoclis locus apud ipsum habet ὃ πῶς κελυθῶτων.

Ibid. 30. Præterea hæc.] Senarius est Theopompi forte Comici. Pucros senes bis esse recte dicitur, Plato 1. de repu. Ου μόνον ἀρ', ὡς ἔοικεν, ὃ γέρον δις πῶς ἤσσειτ' αὐ, ἀλλὰ & ὃ μῦθος. Non solum igitur senex, vt videtur, bis erit puer, sed ipse etiam temulentus.

Quem locum hic indicari forte affirmare possis. Erasmus in Prouerbio, Bis pueri fenēs, multa similia ex aliis auctoribus cum istis numerat, itaque reddit Iambicis hæc Sophoclaæ:

Ego Peleum Æaco satum pueri in vicem
Senem puella moderor, atque tempero.

Nam iterum puer, quisquis senescit, redditur.

Ibid. 50. In Patine.] ἐν ποτίνῃ. Scribendum ποτίνῃ Pytine, seu vase vinario. Citatur ab Athenæo li. 3. & 10. Cratinus ἐν ποτίνῃ quod nomen est eius Comœdiæ cuiusdam vt vulgata etiam docent Lexica ex Aristophane, sed quod vir doctus addit vinarium dolium esse picatum videtur istud confundere cum altero vocabulo ποτίνῃ quod piceam significat. Hesychius ποτίνῃ πικρὴ λάχλωος ἢ αἰμός ἢ κνήκος ὃ τὸ πύρον ποτίνῃων. Inde Glossarium ποτίνῃ coagulum. Suidas ποτίνῃ πλέσμα δὴ πικρῶν, ὅσῳ διησπεφῆς ὃ νεόπικρος ἔπικε ὅσῳ παρ' ἡμῶν λέγεται φλασκίον. Vas ergo est vinarium plexis viminibus obductum forte vitreum, qualia Diitrephe ille solebat contexere, unde ad tantas opes emerfit vt etiam φύλαρχος fieret.

627. 20. Scribit Phanocles.] P. Leopardus li. 4. c. 4. Emendat. monet Eusebium Phanoclis meminisse in Chronicis, eiusque longum carmen de Orphei morte extare apud Stobæum de vituperio Veneris. Ita demum corrigat hæc duo

Ἀλλὰ τὸ μοιχεῶν νῆμ' ἀλυτὸν ἔδειπ' ἔβη
Εκφυζέη &c. Id est

Non vitare licet, neque soluere fila fororum,

Quotquot terræ alimus corpora muneribus.

Cæterum sententiæ Demosthenis similem ex Euripide prodidit Stobæus tit. 117. Βροτῆς ἀπάσι κατ' ἰσχυρῆν ὀφείλεται.

Ibid. 30. Porro autem.] Locum hunc reperies in 6. de republ. 765. edit. H. Steph. παντὸς γὰρ δὴ φύσῃς ἡσφῶντι βλάστη καλὰς ὀρμηθῆσα πῶς ἀρετῶν τῆς αὐτῆς φύσεως κωλεωπάτη τέλος ὀρμηθῆσαι τὸ πῶσσορον, πῶς τε ἄλλων φύσῃς, & πῶς ζῶων ἡμέρων καὶ ἀχρίαν ὃ αἰσθῶπῶν. In omni stirpe si prima germina præclare cœperint ad naturæ suæ virtutem, vim habent summam, efficacissimamque ad opportunum finem consequendum, quod in plantis fit, & in brutis animantibus, cum cicuribus tum feris, & in hominibus ipsis euenire videmus. Nomen historici qui hunc locum furatus est aut temporis iniuria, aut librarij incuria surripuit.

Ibid. 40. illud Empedocles.] Extant apud Diogenem Laërtium in eius vita, & apud Athenæum in extremo li. 8. sed legitur vtrobique καὶ ἐξ ἄλλοις ἔμπυρος ἰχθύς. Interpres Laërtij.

Plantaque & ignis piscis, pernixque volucris.

Dalechampius, Et è mari coctus piscis, H. Stephano Clementis lectio aptior videtur. Tertullianus lepide hoc irridet li. de anima cap. 33. Sed enim Empedocles quia se Deum delirarat, idcirco opinor dedignatus est aliquem se heroum recordari, thamnus & piscis sui inquit. Cur non magis & pepo tam infulsus, & chamæleon tam inflatus? Planè vt piscis, ne aliqua sepultura conditio reputesceret, assum se maluit in Æthnam præcipitando. Atque exinde in illo finita sit metensomatosis, vt æstiuæ cœna post assum.

628. Eugamon Cyrenæus.] Eusebius li. 10. de Præparat. Eu. c. 1. multa ex hoc libro Clementis citans legit Ευγράμμου ὃ κωλεωθῆς ἐν μουσαῖς τὸ πῶς θερπῶσθῆν βιβλίον. ediderunt tanquam propria, vt Eugrammon Cyrenæus ex Musæo librum integrum de Thesprotis. Trapezuntius vertit, veluti Eugramon

748, 36. *Sapientia, inquit*] Gr. ἡ σοφία, φησὶν ὁ Σαλομων, ἐνεφυσίωσεν τὴν ἐαυτῆς περικτῆ. Ecclesiastici 4, v. 12. apud I. X. X. ἡ σοφία υἱὸς ἐαυτῆς ἀνύψωσεν καὶ ὀπίλαμβάνεταί τῆς φιλοπόνησεν αὐτῆ. Sapientia filios suos exaltauit, & suscipit inquirentes se. In Romana editione postrema legitur ἐαυτῆ ἀνύψωσεν, in qua & hæc annotantur in scholiis. Et fortasse ex hoc loco sūpsit Tertullianus quod ponit in Scorpiaco, *sophia ingulauit filios suos*, & videtur legisse ἐνεφυσίωσεν. I. Pamelius in Tertullianum scribens, locum illum refert ad cap. 9. Prouerb. ἐσπαρξεν τὴν ἐαυτῆς σοφία. immolauit victimas suas, putatque legisse illi paraphrasticè, *filios suos*. Latina vulg. Sapientia filiis suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se. G. Ianfenio in ea scribenti videtur interpretes legisse ἐνεφυσίωσεν, nec multum ab illa sententia distcedit lectio Clementis.

750, 10. *Vos autem Megarenses*] Theocriti scholiastes epigramma profert ab Apollinis oraculo Megarēibus redditum vnde hæc duo sunt hexametra, Ἡμεῖς δὲ ὁ Μειδρεῖς ἔπει πείρι, ὄππ δὲ ἀδελφῶν, ἔτ ἐν λόγῳ, ἔτ ἐν ἀριθμῶ. At vos nec recipit Megarenses tertius ordo, Non quartus, neque bisseus, neque demique vestri. Vlla vsquam ratio est, nusquam numerusve, locusve. Apud Theocritum tale quid reperitur. Theognidis vero Elegi tantum extant. vide Prouerbiorum Chiliadas. Subiicit iis Clemens duo loca ex sacris literis quorum alter est Esaiæ 40. v. 15. Ecce gentes quasi stilla situle. Tertullianus aduersus Iudæos, Ne Israël adhuc superbias, quod gentes velut stillicidium situle, aut puluis ex area deputentur, vide pag. 545, 20. & 648, 40.

APPENDIX.

80, 30. *Priusquam ipsi Mosi*] Postquam superiora illa collegimus, peruenerunt in manus nostras inff. quidam libri, in quorū vno erant quedam loca Clementis in expositione epistolæ ad Hebræos citata, sic autē scribebatur hic ὡς ἰν ἱεροῦ ἀποστόλου καὶ ἀποστόλου τῆς Μωυσοῦς ἀποστόλου ἔργῳ μαθεῖν, ἕκ ἀν δὲ ἰσως στήληται μὴ ἔχῃ ὡς ἰησοῦς πεπιστευκῶτας, Prius quam Mosi succes-

forem secuti sero tandem didicerint se nō posse aliter saluos fieri, nisi vt Iesus crediderint, vel, vt Iolue. In eodem libro ille alter i. Padagogi pag. 11. lin. vlt. edit. Florentinæ sic effertur. τῆ πνευματικῆ ἑσφῆ ἢ πρὸς ἑστὴ γλυκίαι μὲν δὲ πλὴν ἑστῆν, ἑστῆμος δὲ ὡς ζῶν.

119, 20. *Qui mundana proterunt*] Hunc locum ita legimus in quodā manuscripto, καὶ κραζόντας τὰ κοσμικὰ ἀνθρώπων τὸ ἕνωσίδες χεῖρας καὶ ἀρῆσας εἰς ἀθανάσιαν τὴν ἀρμα ἀνιδαν πρὸς τὴν ἑστὴν πληράσων ἀναρῆσας ὁ λυτῆσας. ἀποπρῶτοι μὲν εἰς ἱερουσαλήμ, καὶ δὲ εἰς θεατῶν εἰσαλαίων καλλιστῆσας τῆ πρὸς τὴν ἀείδιος νικηφόρος καὶ τὴν πῶλον φησὶ ἀποπρῶτον ἀμπελω. Sic habebat hoc sine glossæ siue fragmentum Clementis in expositione quadam Euangelij Ioannis ex multorum commētariis confarcinata, qua vsi sumus, ex bibliotheca Christianiff. Regina Regg. matris Catharinæ Medicæ, eiusdem liberalitate, atque opera sapientissimi viri Io. Baptista Benciuenij primi eius Eleemosynarij & Bibliothecarij, ac Belloramēi Abbatis, quo etiam ex promptuario suppeditata sunt pleraque omnia exemplaria manuscripta, quæ in his collectaneis siue Clemētis siue aliorū scriptorum causa laudata sunt.

133, 30. *Aluisse*] Locus est ex Euripidis Medea. 176, 50. sed in intemperanti. Gr. ἡ ἀεὶ τῆς ἀκρῆστας ἀεὶ λυτῆς καὶ. In ora libri sui vir doctus notauerat τὴν ἀεὶ. propositum incontinentiæ communicat, siue, conquinat.

802, a, 10. In loco illo Anastasij coniecturam nostram cōfirmauit alius manuscriptus codex, in quo ita hæc scripta reperimus, ἕως μὲ βρασιλιαι ἀνθρώπου ἐπὶ ἔξ, καὶ λοιπὸν ἑνωσίδες ἀνθρώπου. Item paulo post ita legēdum est ex eodem codice ὡς ἀρῆ τὸ πρὸ ἀνθρώπων τῆ ἑστῆσας πλάσας ὁ θεὸς ἐν τῷ ἀείδιος ἔργῳ, καὶ ἔπῆσας τῆ ἀμυδῶσας, ἔπῶ καὶ τῆ ἑστῆσας, & apud Latinum interpretem sic, Quomodo enim cum hominem sexto die finisset Deus, cum in paradiso collocauit, ipse autem incidit in peccatum: ita etiam sexto die millenarij, &c. Tale illud est Irenæi lib. 5. cap. 23. Hunc itaque diem recapitulans in semetipsum Dominus venit ad passionem pridie ante sabbathum, quæ est sexta conditionis dies, in qua homo plasmatus est secundum plasmationem eam, quæ est à morte, per suam passionem donans.

SCRIPTURÆ

SCRIPTURÆ SACRÆ
AUTHORITATES, QUÆ SPARSIM
IN HIS CLEMENTIS ALEXANDRINI
Operibus sunt explicatæ.

Ex Genesi.

GENES. 6. Videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant 468, 20

11. Sara erat sterilis, & cum non pareret permisit Abraham vt cū Agar ancilla cōgredederetur 309, 20

32. Aspexi Deum facie ad faciem 144, 40

49. Qui lauat in vino stolam suam, & in sanguine vniæ indumentum suum 132, 50

Ibid. Et pullum alligauit vineæ 119, 30

Ex Exodo.

Exod. 3. Inducam vos in terram bonam, lacte & melle fluentem 129, 1

15. Gloriosè magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare 577, 60

19. Si audieritis vocem meam, & custodieritis præcepta mea, eritis mihi in regnum Sacerdotale, gens sancta 66, 20

20. Non fornicaberis, non mœchaberis 225, 30

31. Et cuilibet intelligenti corde dedi intelligentiam 307, 50

32. Saturati, surrexerunt ludere 165, 40

33. Ostende nobis teipsum euidētissimè 387, 30. & 585, 30

Ex Leuitico.

Leuit. 11. Nō comedes leporem, nec hyænam 224, 1

15. Vir de quo egredietur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum, & immundus erit vsque ad vesperā. Mulier cum qua coierit, lauabit aqua, & immunda erit vsque ad vesperam 477, 40

18. Et cum masculo non dormies scæmineo concubitu 226, 1

19. Mercedem pauperis ipso die reddes 423, 30

Ex Numeris.

Num. 6. Si quis fuerit in eo repente mortuus, statim polluetur caput voti eius, & radetur 112, 10 & 114, 1

Ex Deuteronomio.

Deut. 5. Non concupisces vxorē proximi tui 450, 10

6. Et vnt verba quæ ego tibi præcipio hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens &c. 101, 20

14. Concede matri scætum, vel septem primis diebus 425, 10

Non comedes leporem, nec hyænam 224, 1

Quicquid bifidam habet vngulam, & ruminat, est mundum 279, 10

18. Propheta vobis suscitabit Deus tanquam me de fratribus vestris 145, 30

20. Ecce dedi ante oculos tuos bonum & malum, vitam & mortem, elige vitam 596, 20

Quando obfuderis ciuitatem multo tempore, non succides arbores &c. 428, 30

22. Vir vestem muliebrem ne induat 422, 40

24. Non coques agnum in lacte matris suæ 425, 40

32. Videte, videte quod ego sum, & non est alius Deus præter me 78, 20. & 81, 60

Ex Iob.

Iob 25. Nullus est à forde mundus, nec si sit quidem vna dies vitæ eius 481, 10

42. Nunc scio quod omnia potes, nihil est autem

quod tu non possis 548, 10

Ex Psalmis.

Psal. 1. Beatus vir qui non ambulauit in via impiorum 414, 30

Sed in lege Domini voluntas eius ibid. 50

Non sic impij, sed tanquam puluis quem proicit ventus à facie terræ ibid. 60. & 417, 40

Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & via peccatorum peribit 414, 60. & 417, 50

2. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus 79, 1

3. Ego dormiui & soporatus sum 599, 10

4. Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatē, & quæritis mendacium? 79, 10

6. Viri sanguinum abominabitur Dominus 120, 10

8. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem 118, 40

9. Auertantur peccatores in infernum 642, 60

23. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus &c. 720, 40

25. Domini est terra, & plenitudo eius 91, 1

28. Dominus super aquas multas 642, 50

33. Declina à malo, & fac bonum 526, 10

Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos 81, 1

35. Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes 594, 30

44. Vnxit te Deus oleo lætitiæ 216, 20

Quis ergo sapiens, & intelliget hæc? intelligens, & cognosceret hæc? 666, 50

47. Circundate Sion, & comprehendite eam, narrate in turribus eius 736, 30

48. Iustus viuet in finem, quoniam non videbit interitum. 317, 30

50. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci 525, 50

In peccatis conceptus sum, & in iniquitatibus concepit me mater mea 481, 10

71. Inimici Domini terram lingent 91, 60

72. Quam bonus Israël Deus iis qui recto sunt corde? 111, 30

73. Notus est in Iudæa Deus 748, 40

77. Aperiam in parabolis os meum 564, 30

81. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes 106, 10

84. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, &c. 80, 1

89. Anni nostri sicut aranea meditabuntur 680, 40

103. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentem 594, 50

111. Dispersit dedit pauperibus 263, 20

117. Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemur & lætemur in ea 680, 50

Aperite mihi portas iustitiæ 642, 50

131. Adoremus in loco vbi steterūt pedes eius 211, 10

132. Sicut vnguentum, quod descendit in barbam Aaron 275, 30. & 683, 1

147. Nulli genti sic fecit, & iudicia sua non manifestauit eis 642, 40

150. Laudate eum in sono tubæ, & psalterio & cy-

I N D E X.

thara 199,60
 Omnis spiritus laudet Dominum 200,1
Ex Proverbijs Salomonis.
 Prou.1. Et iudicia dirigere, non iudicialia 387,50
 3. Parantur intemperantibus flagella, & supplicia humeris insipientium 226,50
 5. Ne effundantur aquæ extra fontem tuum 388,1
 7. Ne animum adhibeas mulieri malæ, mel enim distillat à labijs mulieris meretricis 308,50
 8. Dominus creavit me initiū viarū suarū 78,50. 82,10
 9. Sed respicias, ne diu moreris in loco eius 346,60. 788, b 10
 Ab aliena aqua abstine, & ex fonte alieno ne biberis 252,1. 788, b 10
 11. Circulus aureus in naribus suis 274,20. 791, b 20
 13. Animæ redemptionis pretium sunt propriæ diuitiæ 267,1
 20. Ex ore insipientium, baculus cōtumeliæ 207,10
 23. Ne bibite vinum propter ebrietatem 187,20
Ex Cantico Canticorum.
 Cant. 1. Oleum effusum nomen eius 216,10
Ex libro sapientiæ.
 Sap. 3. Visi sunt oculis insipientium mori: illi vero sunt in pace 525,1
 7. Sunt tibi filij, castiga eos 155,10
Ex Ecclesiastico.
 Eccl. 1. Ipse mihi dedit non falsam eorum quæ sunt cognitionem 587,10
 9. Cum muliere, quæ est vino subiecta, ne omnino sed eas, & ne sup cubitū cū ea accubueris 207,30
 15. Ecce ante faciē vestrā posui mortē & vitā 88,40
 19. Omnis ebriosus & fornicator mendicabit, & induetur laceris & pannosis ois somnolētus 187,1
 21. Stultus in risu extollit vocem suam, vir autem astutus vix sensum subridebit 204,10
 38. Et vnguentariis faciet mixtionem 213,20
Ex Esata Propheta.
 Esaiā 1. Audi cælum, & ausculta terra 548,30
 Sime audieritis & volueritis, bona terræ comedetis 88,40
 Nouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui 85,50
 2. Ex Sion egredietur Lex, & verbum Dei ex Hierusalem 2,1
 7. Nisi credideritis, non intelligetis 535,30
 9. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis 122,10
 Admirabilis consiliarius ibid. & 777, b 60
 29. Custodi innocentiam, & vide rectitudinē, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico 498,60
 40. Ego Deus, & non est præter me iustus, & seruator non est excepto me 78,40. & 82,10
 Leuate in excelsum oculos vestros 824, a 1
 Sicut pastor pascet gregem suum, & brachio suo colliget agnos 119,40
 43. Ecce facio noua 391,30
 Dominus tradidit ipsum peccatis nostris 150,50
 45. Ego sum Dominus, ego sum qui loquor iustitiam, & annuncio veritatem 78,30. & 82,10
 54. Audiat quæ non parit, erumpat vocem quæ non parturit, & c. 11,40
 56. Seruis meis imponetur nomen nouum 119,20
 Ne dicat Eunuchus, sum lignū aridū 480,30. & seq.
 59. Peccatis vestris venundati estis 478,50
 66. Si non peccassetis, non hæc esset minatus 112,30
Ex Hieremia.
 Hier. 1. Ne dicas sum iunior. antequam te formarem, in vtero noui te, & antequam egredereis è ma-

trice, sanctificauit te 145,10
 3. Mœcharus est cum ligno & lapide 681,10
 Fuit tibi aspectus meretricis 156,50
 5. Et iumentis assimilatus est homo 169,10
 Facti estis mihi eq furētes in fœminas 155,40. 225,40
 6. State in viis, & interrogate semitas æternas, quoniam sit via bona 556,30
 12. Cur via impiorum prosperatur 459,30
 Spelunca hyeme facta est domus mea 225,10
 20. Execranda sit dies in qua natus sum, & non sit optanda 480,60
 23. Deus appropinquans ego sum, & non Deus procul. Si fuerit homo aliquis in occulto, & ego nō videbo ipsum: An non cælum & terram ego impleo? dicit Dominus 78,10. & 81,50. & 387,20
 27. Dominus enim qui fecit terram in virtute sua, & erexit orbē terræ in sapientia sua 78,50. & 82,30
 31. Post illos dies, dicit Dominus, dabo legē meam in visceribus eorū, & in corde eorū scribā eā 103,1
 40. Quis metietur cælum palmo, & terrā omnem pugillo? 78,10. & 81,50
 46. Tanquam vituli lactentes 119,1
 64. A facie tua montes liquefcent, sicut cera à facie ignis 78,10
 Threnor. 1. Quo modo sedet sola ciuitas 156,50
Ex Ezechiele.
 Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris 403,20
 43. Circuncidamini fornicationem vestram 227,20
Ex Osee.
 Osee. 2. Argentea & aurea fecerunt Baal 245,1
 4. Non visitabo ipsos, quoniam ipsi cum meretricibus 155,40
 6. Misericordiam volo & non sacrificium 500,20
Ex Ioel.
 Ioel. 2. Et erit post hæc, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & filij vestri, & filiæ vestræ prophetabunt 594,1
Ex Amos.
 Amos 4. Euerit vos sicut Sodomam, & fuistis sicut torris 151,20
 6. Qui bibunt vinum percolatum, & super lectum sedent eburneum 188,20
Ex Abacuc.
 Abac. 2. Iustus ex fide viuet 589,50
Ex Michæ.
 Ego Dominus Deus 144,10
Ex zacharia.
 Zach. 3. Ipse ergo cui est nomen Oriens 102,40
 8. In te est qui elegit Hierusalem, non ecce hoc est torris euulsus ex igne? 85,30
 9. Lætare valde filia Sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & c. 119,30
Ex Malachia.
 Malach. 1. Ab ortu solis vsq; ad occasum magnū est nomē meū in gentib. & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda 292,40
 2. Qui irritatis Deum sermonibus vestris, & dicitis, in quoniam cum irritauimus? 459,40
 3. Ego sum Deus, & non mutor 73,60
 Deo restiterunt, & salui facti sunt 459,20
Ex Matthæo.
 Matth. 3. Potens est Deus ex his lapidibus suscitare filios Abraham 2,30
 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam 497,30
 Beati pauperes spiritu ibid.
 Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrā 499,50
 Beati

I N D E X.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur 500,20
 Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient 500,10
 Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt 500,40
 Beati eritis, quando vos odio habuerint homines, & c. 501,10
 Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum, & c. 686,1
 Hic est maximus in regno, qui fecerit & docuerit 426,20
 6. Ne solliciti sitis, quid comedatis aut bibatis, & c. 229,40
 7. Non est arbor bona, quæ facit fructus malos, & c. 203,40
 8. Sine mortuos sepelire mortuos suos, tu autem sequere me 455,20
 10. Ne portetis crumenam, non peram, neque calcamentum 266,50
 Quicumque me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram patre meo 514,30
 Qui perdidit animam suam, seruet eam 431,50
 11. Confiteor tibi pater celi & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis 128,10
 Ecce qui in vestitu glorioso & delitijs degunt, sunt in terrenis regijs 231,40
 Meum iugum suauē est, & onus meum leue 6,1
 18. Qui se humiliauerit, vt hic puellus, is est maior in regno cælorum 119,50
 Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum 473,30
 19. Quod Deus cōiunxit, homo non sepatet 46,30
 Vende omnia quæ habes, & da pauperibus 498,10
 Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Sunt Eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt, & c. 448,10. & 464,30
 21. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus & mitis, & qui ascendit subiugalem, & pullum nouum 119,30
 Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis 118,40
 22. Filij illius seculi, nec nubūt, nec nubūt 476,40
 23. Ne dixeritis vobis magistrum super terram 391,20. & 476,50
 Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis 119,10
 25. Agnelli stant à dextris 118,60
 26. Accipite, bibite, hic est sanguis meus 188,50
Ex Marco.
 Marc. 6. Nolite thesaurizare in terra, vbi tinea & arugo demolitur 476,30
Ex Luca.
 Luc. 1. Ego vox clamātis in deserto: Parate vias Domini, & c. 11,30. & 13,30
 6. A te petenti des, & eum qui vellet accipere, non auerferis 465,30
 8. Qui habet aures audiendi, audiat 554,30
 9. Ne portetis crumenam, non peram neque calcamentum 266,40
 9. Vulpes foueas habent 498,40
 Qui diligit patrem vel matrem plus quam me, non est me dignus 741,10
 11. Querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur: petite, & dabitur vobis 752,10
 12. Quicumque me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eū coram patre meo, & c. 514,30

Nolite thesaurizare in terra, vbi tinea & arugo demolitur 476,30
 Et nolite in sublime tolli 229,50
 18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut hi puelli, non intrabitis in regnum cælorum 118,30
Ex Ioanne.
 Ioan. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & c. 9,30
 Lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum 73,10. 93,40
 In propria venit, & sui eum nō cognouerūt 736,20
 Deum nemo vidit vnquam 73,1
 4. Ego habeo manducare cibum, quem vos nescitis 132,20
 6. Comedite carnes meas, & bibite sanguinē meum 130,10. & 131,30
 7. Si quis sitit, veniat & bibat 88,20
 10. Ego sum pastor bonus 143,20
 11. Ego sum ostium 12,1
 14. Veniemus, & apud eū mansionem faciemus 8,20
Ex actibus Apostolorum.
 6. Non est bonum nos relicto verbo Dei, ministrare mensis 208,1
 17. Superstitiosiores vos video 345,20. & paulo post, Ignoto Deo ibid. 30
Ex epistola D. Pauli ad Romanos.
 Rom. 1. Iustitia Dei in ipso reuelatur ex fide in fidem 554,40
 Cū Deum cognouissent, non vt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & mutauerunt gloriam Dei in similitudinem carnis corruptibilis, & seruierunt creaturæ potius, quam creatori 79,10
 2. Si tu autem Iudæus cognominaris, & in lege requiescis, & in Deo gloriaris, & c. 379,60
 3. Per legem peccatum cognoui 449,50
 6. Peccatum vestri non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia 468,50
 7. Quid dicemus: Lex est ne peccatū? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem 472,1. & paulo post, Non habitat in carne mea bonum, ibid. 10
 Corpus quidem mortuum propter peccatum, ib. 20
 Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? 453,40
 8. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Si quidem spiritus Dei habitat in vobis 472,30
 10. Quisquis credit in ipsum, pudore non afficietur 523,60
 Fides ex auditu: auditus per verbum Dei 398,50
 11. Sed eorum delicto salus Gentibus 405,40
 14. Nō est regnū Dei esca & potus 192,60. & 464,10
Ex 1. epistola ad Corinthios.
 1. Cor. 1. Prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & veritatis 320,40
 2. Sapientiam loquimur inter perfectos 583,40
 3. Ego non potui loqui vobis tanquam spiritalibus, sed tanquam carnalibus 129,20
 Lac vobis potum dedi tāquam infantibus in Christo, non cibum: nondum enim poteratis, & c. 128,60. & 130,1. & 133,20. & 583,50
 6. An nescitis quod sancti mundum iudicabunt? 736,50
 Ne fraudetis vos inuicem, nisi ex consensu ad tempus 485,10
 Ne desideres cibos diuitum 172,10

7. Qui est cœlebs, curat quæ sunt Domini: Qui autem duxit uxorem, quomodo placeat uxori 478,30	Expurgare, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus Dominus 79, 60. & 84,30
Melius est nubere, quàm vri 448,20. & 450,60	Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatur 479,60
Bonum est homini mulierem non tangere, sed propter fornicationem vnusquisque suam uxorem habeat 480,10	Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi 120,20
Non enim accepistis spiritum seruitutis rursus in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater 472,40	5. Ne inebriemini vino, in quo est multa luxuria 187,50
8. Scimus, quod idolum non est in mundo 64,50	<i>Ex epistola ad Philippenses.</i>
Scientia inflat 750,40	Philipp. 3. Quicumque ergo perfecti, hoc sentimus 134,20
10. Nolo vos ignorare, fratres, quòd omnes sub nube erant, & spiritualis cibi & potus erant participes 745,1	<i>Ex epistola ad Colossenses.</i>
Omnia vobis licent, sed non omnia expediunt 243, 10. & 461,30	Coloss. 2. Videte, ne quis sit qui vos seducat per philosophiam, & inanem deceptionem 318,20. & 642,30
12. Quando eram paruulus, cogitabam vt paruulus, loquebar, vt paruulus 128,20	<i>Ex 1. epistola ad Thessalonicenses.</i>
Mulieris corona est vir 218,10	1. Thess. 1. Cum possemus oneri esse, fuimus mites in medio vestrum 120,40
<i>Ex 2. ad Corinthios.</i>	<i>Ex 1. epistola ad Timotheum.</i>
2. Cor. 12. Noui hominem in Christo raptum vsque ad tertium cælum, & illinc in paradysum, qui audiuit verba arcana, quæ non licet homini loqui 587,20	1. Tim. 4. In nouissimis diebus deficient quidam à fide, prohibentes nubere, & abstinere à cibis 464,60
<i>Ex epistola ad Galatas.</i>	<i>Ex 2. ad Timotheum.</i>
Gal. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus, &c. 117,50	2. Tim. O Timothee, depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, &c. 409,60
4. Er ego genui vos in Christo Iesu 561,40	<i>Ex epistola ad Hebræos.</i>
Ita & nos cum essemus infantes &c. 128,40	Heb. 13. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus 533,60
<i>Ex epistola ad Ephesios.</i>	<i>Ex 1. epistola D. Petri.</i>
Ephes. 2. Gratia saluati estis per fidem 134,60	1. Pet. 2. Nos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, &c. 62,1. & 66,30
Eramus enim nos quoque aliquando filij iræ, sicut etiam reliqui 29,20. & 32,10	4. Operit charitas multitudinem peccatorum 414,10
Vt possitis legentes intelligere intelligentiã meam in mysterio Christi 380,60	<i>Ex 1. epistola D. Iohannis.</i>
4. Testor in Domino, ne amplius ambuletis sicut & Gentes ambulat, in vanitate mentis suæ &c. 79,50	1. Ioh. 3. Si quis viderit fratrem suum peccantem, peccatum non ad mortem 414,20

I N D E X L O C O R V M Q V Æ A L I T E R
apud Græcos leguntur atque in Latina vulgata.

Deuteronom.	C. 31, 30. Ferri aciem probat fornax 186,60. 781, 430
Cap. 15. versu 9. Attende tibi, ne forte fiat verbum occultum 804,40	Sapientia.
Iob.	C. 2, v. 12. Tollamus iustum à nobis 599,50. 817, 640
C. 14, v. 4. Nullus est à sordibus, nec si vnus diei vita 809, b. 50	Esaias.
Psal. 118, v. 66. Benignitatem & disciplinam & cognitionem doce me 828, b. 50	C. 8, v. 1. Sume tibi librum nouum magnum 825, b. 60
Prouerbia.	C. 10, 13. Et commouebo ciuitates habitatas 825, a. 20
C. 1, v. 33. Qui me audit habitabit in spe 804, a. 30	C. 40, 13. Quis cognouit sensum Domini? 609, 40. 820, b. 20
C. 8, 9. Omnia præcæta sūt intelligētibus 669, 30. 825, b. 30	C. 40, 18. Cui similem fecistis Dominum? 599, 50. 817, b. 60
C. 9. Ab aliena aqua te abstine 788, b. 10. 796, a. 20	C. 61, 2. Et vocare annum acceptabilem Domini 802, a. 40
C. 10, 4. Paupertas virum humiliat 262, 10. 789, h. 20	Hieremias.
C. 10, 15. Os temerarii proximi est cōtritioni 208, 30. 783, a. 10	C. 3, v. 4. Et non in domum vocasti me, patrem, & principem 156, 50. 778, b. 40
C. 11, 24. Sunt qui propria seminantes plura faciunt 346, 30. 796, d. 10	C. 3, 19. Collocabo te in filios 821, b. 30
C. 20, 28. Eleemosyna & veritas custodia Regi 423, 60. 805, a. 10	Amos.
Ecclesiasticus.	C. 4, v. 13. Quia Dominus es firmans tonitruum, & creans spiritum 775, b. 60
C. 4, v. 12. Sapientia inflauit filios suos 829, b. 30	Nahum.
C. 6, 34. Si dilexeris audire, recipies intellectum 398, 50. 803, b. 60	C. 3, v. 4. Meretrix speciosa & grata, dux maleficiorum 778, b. 60
C. 31, 21. Sufficiens est erudito exiguum 189, 40. 782, a. 10	Lucas.
	C. 14, v. 15. Beatus qui comedit prandium in regno Dei 779, b. 60
	Iudas.
	v. 8. epist. Et hi somniantes carnem maculant 807, b. 1

I N D E X
L O C V P L E T I S S I M V S
R E R V M E T V E R B O R V M I N
C L E M E N T I S A L E X A N D R I N I O P E R A,
& Gentiani Herueti Commentarios.

In quo prior numerus paginam: posterior eiusdem
paginæ lineam denotat.

A

 B A R I S Scyta, vates insignis 363,30	Adiaphorista qui dicantur 473,1
Abathan Israëlitarum dux 354,40	Admiratio philosophiam peperit 408,1
Abderitanus Sophista 227,10	Adolescentem decet silere 210,30
Abel fide maiorem hostiam obtulit quàm Cain 390,50	Adolescentes debent reuereri senes 208,10
Abigei qui dicantur 322,40	Adolescentes cur vinum bibere non debeant 185,10
Abimelech quid significet 121,30	Adolescentes cur non apti ad philosophiam moralem 326,1
Ablutio quid significet 540,40	Adolescentulæ imago qualis esse debeat 278,40
Abraham honesto loco natus, & diues 252,60	Adrastia quid sit 703,20
Abraham cur Saram uxorem, suam sororem appellauerit 662,60	Adrastus, pædagogus filiorum Cræsi 143,50
Abraham quo pacto iustificatus ex fide, non ex operibus 321,20	Aduentus Domini cur necessarius 559,10
Abraham est pater Hebræorum & Gentium 450,10	Adulter est in suam vxorē amator ardentior 237,60
Abraham versatus in astronomia 312,60	Adulterium quid sit 690,1
Abraham hospitalis & vxor eius 538,30	Adulterium spirituale quid sit 681,1
Abraham fuit fidelis & iustus 309,20	Adulterium tribus modis accipitur 478,40
Abraham quatuor reges subegit 252,60	Adulterium fructus est concupiscentiæ 206,10
Abstinerè à peccatis, est vera puritas 704,50	Adyta quæ sint, & vnde dicta 19,30
Abydos insula in Sicilia 178,50	Adyta impia non esse inuestiganda 14,40
Academia vetus in quos deserit 330,50	Æacus precibus piis pluuiam impetrat 629,10
Accessorium operis loco prouerb. 821, b. 50	Ægeria nympha 101,50
Accipiter quid denotet 577,50	Æglom rex Moabitarum 354,20
Accusatio & maledictio in quo differant 160,30	Ægyptus in quot partes diuisa 44,30
Acephalus quid significet 189,30	Ægyptus allegoricè mundum significat 309,20
Acephalus, stella latens sub alia stella errante 194,60	Ægyptus impietatis & superstitionis magistra 22,40
Acharnania ciuitas Heraclita 45,1	Ægyptij inuenerunt geometriam 74,30
Acherontem transire 278,10	Ægyptij astrologiæ & geometriæ inuectores 335,50
Acicaris columna 334,10	Ægyptij quæ & quot animalia colant 44,20
Acinaces quid 53,60	Ægyptij primi annum in duodecim menses diuiserunt 335,60
Acinus quid sit 139,60	Ægyptij tympano utebantur in præliis 200,10
Acrisius rex Argolicorum 49,10	Ægyptij cur omnium antiquissimi 9,60
Ακροπόλις qui dicantur 191,50. 780, b. 40	Ægyptiorum philosophia 633,40
Actæus quando floruerit 351,50	Ægyptiorum varij cultus ac religiones 38,10
Actiaca victoria 801, a. 60	Ægyptiorum menses 802, b. 10
Actio bona quænam sit 565,20	Ægyptiorum superstitio 20,60
Actio cuiuslibet sunt tres fines 717,60	Æs Dodonæum 19,60
Actiones sunt duplices 675,50	Æschylus cur absolutus 416,30
Actiones bonæ ad cælum viam muniunt 614,20	Æsculapius cuius fuerit 30,40
Actionibus omnibus sermo præcæst 109,40	Æsculapius medicinæ inuentor 29,10
Actiones bonæ cui attribuantur 547,40	Ætas hominum 689,30
Actus à Græcis ἁδύματα dicuntur 4,60	Ætates hominum quot sunt 604,10
Acusilaus Argiuus in numerum septem sapientum relatus 329,60	Ætates mutantur per septenarium 689,30. 826, a. 1
Adam primus vates 364,40	Æuum quid sit 327,50
Adā an perfectus, vel imperfectus formatus 658,20	Æuum & tempus in quo differant 127,1
Adam cur dictus protoplastus 9,60	Affectio quid sit 405,10
Adam perfectus quantum attinet ad formationem 542,30	Africanus primus omnium quotidie radi statuit 283,10
ab Adam vsque ad diluuium quot anni fuerunt 365,50	Agapæ veterum quænam erant 179,20
ΑΓΓΕΛΙΑ	Agar quid significet 309,20
	Agathonis poetæ versus 612,20

per Agnos pueri intelliguntur 118,60
Agiashistoricus 797,2 40
Agon Capitolinus 801,b 20
Agonotheta quis dicatur 702,60
Agricoltura duplex 233,40. & 296,50
Agyeus cur dictus Mercurius 56,60
Aion quid sit 329,10. vnde dicatur 293,40
Alabastrum quid 35,30
Alabastrum poculum 194,30
Album pacificis conuenit 273,60
Alcestidis amor in maritum 532,10
Alcibiades sacra Cereris violat 21,30
Alcmæon Crotoniata cur astra deos esse putabat 68,50
Alcmæon Perithoi filius, primus librum scripsit de natura 336,50
Alcman Lacedæmonius choream inuenit 336,60
Alere liberos plus est quam procreare 133,30
Alexander magnus cur filius Ammonis videri cupiebat 59,40
Alexander magnus ebrietati deditus 191,60
Alexis, Comicus poeta 251,30
Allimulij Atticæ populi 40,10
Allegoria constat perpetuis metaphoris 140,10
Allegoricè quæ dicantur 140,10
Allobij philosophi 334,60. & eorum mores 335,1
Amarantus herba vnde dicta ibid.
Amatorium quid sit 116,50
Ambulare coram Deo quid sit 147,30
Amicitia vera quæ sit 434,60
Amicitia triplex est 430,1
Amicitia quomodo perficiatur 726,20
ex Amicitia & lite Vniuersitatem pendere 504,60
Amicus fictus noxius 623,60
Amæbeus citharædus, castissimus 467,20
Amor vnde 47,1
Amor duplex 563,10
Amor capit deos & homines 623,30
Amor Dei erga homines 117,1
Amor pecuniæ qualibet vrbes expugnat 497,30
Amor sui nimius est causa omnium malorū 640,60
Amores, morbi & malæ cogitationes hominem perfodiunt 499,10
Amorgina quid 241,20
Amos propheta 798,b 50
Amphiaræum oraculum 20,30
Amphiaræus vates Argonautarum 362,50
Amphibolia quid sit 316,50
Amphilocum oraculum 20,30
Amphion Thebanus arte canendi præditus 1,10
Amuleta quæ sint 103,20
Amycus rex Bebrycum 336,20
Anacharsis Scythæ, vnus è septē sapientibus 329,40
Anacreon Teius amatoria excogitauit 336,60
Anactorelestæ sacerdotes 16,40
Anagnum quid 66,20
Anaxagoras Hegesibuli filius, Clazomenius primus librum scriptum edidit 336,50
Anaxagoras primus mentem rebus attribuit 391,10
Anaxarchus Eudemonicus 314,1
Anaxarchi philosophi constantia 508,20
Anaximander Praxidami filius 330,40
Anaximenes ærem Deum faciebat 68,1

Androgyni qui sint 225,10
Angelus idem est quod nuncius Latinè 148,10. & 299,20
Angeli distributi per gentes iussu diuino 692,60. 826,30.b
Angeli possunt comedere & bibere, quamuis cibo & potu non indigeant 648,30
Angeli quidam incontinentes 468,20
Angeli quomodo loquantur 641,1
Angeli ἐγγυροόπεις dicti 221,30. & 827,a 20
Angeli sunt hominibus sapientiores 491,50
Angelorum ordines varij 669,50
Angelorum præfecturæ distributæ singulis ciuitatibus 684,20. 826,30
Angelorum quis fuerit magister 645,60
Anguillæ delicatæ in Caria 178,50
Anguillæ excæcatæ in aqua turbida capiuntur 743,1
Anima triplex 248,30
Anima est subiectum virtutum 552,40
Anima est pars præstantior hominis 547,30
Anima allegoricè cor dicitur 557,60
Anima an puniatur in corpore 433,20
Anima cur purpurea dicta 241,10
Anima natura non est bonum 547,30
Anima, quæ peccauit, est mortua 6,40
Anima sicca quæ dicatur 193,30. 781,b 10
in Anima vna, tres sunt vitæ 9,1
Animæ facultates sunt tres 249,40
Animæ principalis facultas habet liberam eligendi facultatem 675,20
Animæ purgatio est duplex 646,10
Animæ bonæ cum spe bona excedunt 541,1
Animæ non cadunt sub aspectum 685,60
Animæ piorum in cælo habitant 548,10
Animal quid sit 757,30
Animalis significatio varia 759,10
Animantia rationis expertia an dialecto vtantur 366,20
Animi ornamenta sunt virtutes 247,10
Animi sunt relaxandi in conuiuio 186,30
Anni quot fuerunt ab Adam vsque ad diluuium 365,50
Anni quot regnauerunt Imperatores Romanorum 366,50
Annorum supputatio, à constitutione mundi, vsque ad Christum 366,10,20. & seq.
Annulus arctus cur non gestandus 572,40
Annulus Laudicæ 282,60
Annulus vnus à viris tantum gestari debet 282,40
Annuli vsus quis præcipuus 282,50
Annuli in quibus digitis gerebantur 282,40
in Annulo cur Dei figura non pingenda 572,50
Annulos in digitis cur viri ferre non debeant 275,10
Annulos non esse gestandos, quid sit 567,50
Anticipatio quid sit 391,60
Anticipationem qui didicit, facit comprehensio- nem ibid.
Antilochus quando floruerit 337,20
Antinous formosissimus iuuenis 51,40
Antinoi noctes sacre 51,50
Antiochus Cyzicenus cur Ioui auream vestem absculit 533,1
Antiphanes, Comicus poeta 251,20
Antiphanes, Delius medicus 171,50
Antipho Rhamunsius 337,1
Antisthenes auctor Cynicæ sectæ 330,50
Antisthenis de Deo sententia 79,20
Antiractæ

Antiractæ hæretici 458,20
Aod dux Israëlitarum, ambidexter 354,20
Απειροκαλία quid sit 217,10
Apelles quo pacto fortunam effinxerit 57,10. eius dictum 244,50
Apion Grammaticus cur dictus πλεισονίκης 351,10
Apis Ægyptius primus medicinæ inuentor 335,60
Apis rex Argorum quando Memphim ædificauit 352,30
Απιστοι quinam dicebantur 4,20
Apollinis cognomina 32,50
Apollinis supra 34,30
Apollines quot fuerint 29,60. & 32,40
Apollo quid mysticè significet 382,50
Apollo quando floruerit 352,50
Apollo cur λόγιος dictus 48,20
Apollo muros Troiæ extruxit cum Neptuno 40,60
Apollodorus Cumanus primus Grammaticus 337,10
Απόμεγες cur Iupiter dictus 43,30
Apostatis cenotaphia structa 815,30
Apostoli barbam aluerunt 283,20
Apostoli cur dicantur pedes Domini 211,10
Apostolorum doctrina vna fuit & eadem 751,20
Aptitudo quid sit 658,30
Aqua quid significet 142,1
Aqua an prima causa 391,10
Aqua calida molliet membra 264,30
Aqua Choasfica 188,10
Aqua est potus naturalis sitientibus 184,40
Aqua nimis profusa nocet 185,30
Aqua & vini mixtura prodest 186,1
Aquam body Phryges 823,1
Aquila rapinam denotat 577,50
Ara Deli sine sanguine 828,a 10
Arabes lapidem adorabant 50,20
Arabes cymbalo vrebantur in bello 200,10
Ara & delubra nõ debent esse in omni loco 591,40
Aratus Poëta quæ scripserit 77,10
Arati poëta de Deo sententia 75,1
Arbitrium liberum quid sit 549,20. & 555,60. & 588,50. & 699,10
Arbitrium liberum faciendi & non faciendi quomodo habeamus 341,10. 390,1. 417,60. 461,30. 534,30. 542,30. 698,1. 701,30. 713,20. 715,40
Arbitrium liberum non tollitur Dei gratia 549,20
Arbitrium liberum est situm in anima 615,60
Arbitrium libeũ quomodo Plato ostendat 611,40
Arca sancta quid designabat 570,1,10
Arcades existimabant se natos ante Lunam 9,50. vnde ἀρχαίωται dicti ibid.
Arcades fistula in bello vtuntur 200,10
Arcana Dei mysteria latet in scriptis Prophetarum 389,40
Archelaus Iudææ tetrarcha 747,30
Archemorus quis fuerit 39,50
Archilochus Parus lambum excogitauit 336,60. quando vixit 798,b,30
Archilochus cur ad laqueum Lycambem impulerit 339,20
Architriclinus quid, & vnde dicatur 209,50
per Archontas Athenienses significabant tempora 54,10
Αρης vnde derinetur 71,30
Arcte mater Aristippi cum erudiit 532,30
Arctusium vinum 188,1
Argolicæ res ceteris rebus Græciæ antiquiores 351,20

Αεισιπόντης Deus 817,a 20
Argonautæ tribus vatibus vsi fuerunt 362,50
Argonautarum nauigatio quando extitit 373,20
Argentum quid sit 322,10
Argynnis Venus 43,10
Arion Methymnæus cantor excellens 1,10
Aristmapi vnum oculum in fronte tantum habentes 246,40
Aristæas vates insignis 363,30
Aristippus Cyrenæus libidini deditus 211,60
Aristippus edoctus à matre 532,30
Aristippi Cyrenæi dictum 434,1
Aristomenes vir fortissimus 47,40
Aristophanes citatus 244,30
Aristophanis duæ Comædiæ Thesmophorias 786, b 30
Aristo philosophus 440,50
Aristoteles Peripateticorum princeps 330,50
Aristoteles cur arceat iuuenes ab auditione moralis philosophiæ 326,1
Arithmetica & musica in quantis discretis versantur 319,60
Arithmetica cognitio quid proficit 655,10
Arma sinistra quid sint 664,30
Armeniorum hæresis 190,20
Αρπες quid significet 117,40
Ars quid sit 395,30
Ars sophistica quid sit 315,10
Ars sophistica æquiuocè cum veritate sapientia dicitur 317,40
Ars est robore maior 617,40
Artis principium quid sit 315,10
Artes liberales acuum ingenia 320,10
Artes liberales stant in circulo 309,10
Artes liberales sine philosophia sunt exitiales 315,1
Artes liberales non tam habent sensum, quam consensionem 311,10
Artes omnes à Deo procedunt 320,60
Artifex quilibet suum opus diligit 116,10
Arthemisium delubrum Dianæ 49,50
Artorius medicus 185,50
Arctæ monachi vnde sic dicti 223,10
Ascodrupetarum hæresis 329,20
Asellus, piscis, cor habens in ventre 177,40. 780,a 20
Asinus cur intemperans dicatur 493,1
Asinus ad Lyram, prouerbium 295,30
Asini & Canes cur Marti immolarentur 33,10
Ασκηται cur monachi dicti 101,10
Ασκιον quid significet 575,30
Αστυια quid sit 187,50
Αστυια, & Αστυια quid significant 173,30. & 180,60
Aspasia Milefia 532,40
Assimilatio quid sit 429,60
Assyrij Græcis sunt antiquiores 351,30
Astra cur deos esse quidam censuerunt 18,50
Astronomia quid sit 312,60
Astronomia à quibus inuenta 74,30
Astronomia ad medicinam multum confert 323,40
Astronomia in quanto continuo versatur 319,60
Astronomia quæ laudada, & quæ vituperada 656,50
Astutus pro prudente 204,10
Ates descriptio 65,10
Athamas seipsum ignorauit 413,1
Athenienses luxui dediti 239,20
Athenodorus Sandonis filius 51,20
Athletarum voracitas 171,40. 779, a 50. præmia 214,20. 784,a 50

I N D E X.

Abnos vnde	35,30	Baptizati cur olim statim lac & mel prægustarent	142,10
Atis cur Dionysius vocatus	16,60	Barathrum quid sit, & vnde dicatur	19,40. & 65,40
Atlas quid sit	570,10	Barba est viri signum	256,10
Atlas Libs, primus nauem fabricatus est	336,1	Barba cur non radenda	283,40
Atoffa Perfarum regina, prima epistolas scripsit	336,30	Barbam radere an debeant clerici	283,30
Atropos vna ex Partis, vnde dicta	28,40	Barbam Hebræi magnam raserunt	283,20
Arys vnde dictus	25,10	Barbam qui raserint, & qui nutriant	283,10
Auaritia cur fugienda	503,40	Barbari qui dicebantur	4,10
Auarus minus habet, quod habet, quam quod non habet	198,60	Barbari Græcis antiquiores & sapientiores	74,30
Audire pro eo quod est sentire sumptum	554,30	Barbari non solius philosophia, sed etiã ferè omniũ artium fuerunt inuectores	335,50
Auditiones turpes vitandæ	206,1	Barbeliotarum hæresis	329,20
Auernus lacus in Hetruria	21,10	Barnaba epistola pro Catholica sumitur ab Tlexandro	437,10
Aucruncani dij, malorum depulsores	46,20	Barnabas citatur	577,30
Augiæ stabulum, prouerbium	41,50	Basilicum vnguentum quo pacto cõficiatur	216,60
Augures vnde	20,40	Basilides citatur	516,30
Augustus quot annis regnauerit	366,50. 801, b 40	Basilidianorum hæreticorum reprehensio	448,40
Auium volatus qui primi obseruauerunt	335,10	Basilidis reprehensio	521,40
Aures fucare non decet in conuiuio	209,20	Basis quid	110,50
Aurum est regni symbolum	211,50	Bassaris quid	26,30
Aurum pulchre sæpe ponitur	247,10	Batalus fuit vir effæminatus	257,40
Auri & argenti possessio inuidiosa	195,60	Batali qui dicantur	257,50
Αὐτάρκεια virtus	272,20	Baubo minister Cereris	17,10
Αὐτάρκεια quid sit	353,30	Beatissimus quis dicatur	623,10
Auxilium colligitur beneuolentia, dissoluitur verò inimicitis	430,20	Beatitudo quid sit	441,10, 20. & 442,10. & sequ.
Auxo vnde dicatur	19,10	& 421,10	
Axiothea Phliafia	532,30	Beatitudinis quis sit finis	429,50
		Bec lingua Phrygia panem significat	9,50
		Bedy quid significet	575,60. & 576,1
		Beelzebub quid significet	45,10
		Bellicose Gentes ebrietati deditæ	193,60
		Bendidia festa in honorem Dianæ	55,40
		Benedictio ad duo refertur	182,20
		Benefacere melius est arte, quam casu	321,20
		Benefacere perfectè quinam dicantur	543,10
		Beneficium tollitur, si tollatur qui est benefactor	325,1
		Bene viuere & mori, vitæ est præferendum	565,1
		Beneuolentia quid sit	399,60
		Berosus Sibyllæ pater	68,40
		Beslaræus quid	26,30
		Bias Prieneus, vnus è numero sapientum Græciæ	329,40
		Bibere & edere simul non licet	175,40
		Bibere & fugere in quo differant	129,30
		Bibere Iesu sanguinem quid sit	184,50
		Bibliotheca Alexandrina	368,20
		Bisalta Scythiæ populi	260,1
		Blitiches, pellex Canopi	51,20
		Bliryri quid sit	755,40
		Bocchoridis iudicium de quodam adolescente	527,40
		Boleas, filius Bedan, Israëlitarum dux	354,40
		Bombyx vermis, & eius natura	230,50
		Bona dicuntur per se, & per participationem	504,40
		Boni simus non natura, sed disciplina	313,30
		Boni priuatio quot modis fiat	322,60
		Bono nihil præstantius	149,30
		de Bono summo variæ sententiæ	421,20
		Bonorum diuersa genera	500,40
		Bonorum omnium causa est Deus	308,20
		Bonorum virorum sunt omnia	108,20
		Bonum & malum scire necessarium est	670,60
		Bonum quid sit	149,40
		Bonum quale sit	70,40
		Bonum	

I N D E X.

Bonum quot modis dicatur	149,50	Caro quid sit propriè	138,1
Bonum quatenus bonum, semper prodest	149,30	Caro quid allegoricè significet	131,40
Bos ænigmaticè quid significet	572,1	Caro Christi & sanguinis dupliciter intelligitur	190,40
Bos cur dictus Iudæus	637,1	Carpocrates hæreticus	449,10
Botrus mysticè quid significet	190,10	Carpocratiani hæretici	ibid.
Brachmanes qui sint	337,60	Carpocratianorum reprehensio	450,3. 807,20
Brachmanes valde continentés	468,40	Carpus quid	28,50. & 247,60
Brachmanes Indorum philosophi	333,60	Cassiani error	483,50
Briem quid, & vnde	50,30. & 54,1	Cassianus cur existimauerit Christum habuisse corpus phantasticum	486,10
Breuitas Laconica	332,60	Castalius fons	14,40. & 20,20
Brimo cur Ceres vocata	15,50	Castè viuere melius est, quam iungi matrimonio	451,1
Britanni veteres cur glasto vultus suos tingebant	259,50	Castigare quid sit	154,10
Briaxis statuarius insignis	50,50	Castigare & vlcisci in quo differant	ibid.
Bupalus primus simulachrum fortunæ fecit	57,10	Castigare & punire in quo differant	747,60
per Buryrum quid significetur	142,50	Castigatio quid sit	156,20
Bylinæ vestes quando inuentæ	336,30	Castigatio moderatum & temperantem efficit animum	326,50
Byllus quid	241,20	Castitas est donum Dei	448,60
		Castitas est sancta cogitare	558,10
		Castor & Pollux quando inter deos relati	352,10
		Castoris & Pollucis origo	33,40
		Casu & fortuna contingere, differunt	349,10
		Catechesis quid sit	127,40. & 136,20. 245,50
		Catellæ tales sunt, quales dominæ	284,40
		Causa quid sit	763,60. & eius species
		Causa omnis agendo consideratur	764,60
		Causa prima non est in loco	585,30
		Causarum quot sint genera	763,50. & 764,50
		Cecrops qui duplicem habebat naturam quando floruerit	351,50
		Cecropes duo	49,10
		Celmis & Damneus ferri inuectores	336,1
		Celtæ ebrietati dediti	188,40
		Celtarum nomine Germani comprehenduntur	193,60
		Centones, siue Centrones quid sint	298,10
		Cephyfus fluuius	43,10
		Ceres prima leges tulit	24,10
		Ceres cur Brimo vocata	15,50
		Cereris fabula	17,1
		Cereris mysteria	15,50
		Cerux fistulis demulcentur	199,40
		Cestus quid	34,60
		Ceyx filius Æoli, Iupiter appellatus	59,30. & 63,40
		Chærogryllus quid	234,1
		Calchus quid sit	265,60
		Chaldæi primi Astrologiæ inuectores	335,50
		Chaones primi Epiri populi	19,50
		Charillus quot annis regnauerit	356,10
		Charitas quid sit	172,50. & 173,1. & 286,1. & 649,1
		Charitas duobus modis dicitur	179,30
		Charitas multis modis intelligitur	424,1
		Charitas est plenitudo legis	531,1
		Charitas est proprium Christianorũ bonum	179,60
		Charitas est totius virtutis summa	504,60
		Charitas Dei in quo consistat	529,40
		Charitas non sinit peccare	527,1
		Charitas propter amicitiam cum fide, facit fideles	400,30
		Charitatis proprietates	526,40
		Charitatis fundamentum est fides	400,30
		Charitatis quanta sit autoritas	502,30
		Charinus primus Cupidinè coluit	46,60. & 48,40
		Chelyttis cur Venus dicta	43,50
		Cherubim quomodo interpretatur	570,10

I N D E X.

Cherubim sex alas habentes quid significabant 570,10	Chiliasæ hæretici sperantes post resurrectionem se- mille annos esse victuros in delitiis 111,10	Chilo Lacedæmonius, vnus è septem sapientibus 329,40	Chiron quis fuerit 338,20	Choaspes, fluvius Indiae 188,10	Choaspica aqua 188,10	Xipos quid proprie 44,10	Choliambi metri inuentor Hipponax 339,30	Christianus quisnam verè dicatur 106,1	Christianus qualis in tota vita esse debeat 171,10	Christianus solus est diues 264,40	Christianus frugalis esse debet 267,10	Christiani actio quænam sit 169,20	Christiani nomen Antiochiæ primùm vsurpatum 4,10	Christiani vnde dicti ibid. & 392,20	Christiani cur cæteris gentibus antiquiores 9,20,40	Christianorum vita quænam sit 199,40, & 170,30	Christus allegoricè vitis dicitur 316,20	Christus, cum Deus sit & homo, est vnum tamen subiectum 428,50	Christus cur Agricola 102,50	Christus cur Oriens vocetur 102,40	Christus cur margarita dicitur 242,50	Christus cur quaratur 14,20	Christus cur causa omnium bonorum sit 12,20	Christus cur vxorem non duxerit 464,20	Christus Deus in figura hominis 111,60	Christus dicitur vnctus Latinè 107,50	Christus duobus modis consideratur 550,30	Christus est Deus & homo 10,20	Christus est iustus, & ipsa iustitia 96,40	Christus est legis plenitudo 534,20	Christus est vbique salutaris 91,50	Christus est nostra iustitia & sanctificatio 140,30	Christus, instrumentum cur dicatur 9,10	Christus natus tempore Augusti Cæsaris 367,20. & 374,60. 801, b 40	Christus omnibus prodest 115,10	Christus quando passus 375,10	Christus quomodo videatur in Eucharistia 73,20	Christus quot annos vixerit 375,1	Christus solus verus est Seruator 29,1	Christus sua virtute & potentia hominibus dat sa- lutem 6,10	Christus verè est π̄ δ̄ν 104,10	Christi caro & sanguinis dupliciter intelliguntur 190,40	Christi cythara est homo 8,10	in Christo duæ fuerunt voluntates, humana & di- uina 113,20	in Christo vnum est subiectum 97,20	in Christum non cadit peccatum 111,60	Chromaticæ harmoniæ relinquendæ 201,1	Chromaticum musicæ genus 203,30	Chylus quid 139,50	Cicada in citharæ iugum aduolans, vicem cordæ ruptæ supplet 1,20	Cicadis plena, prouerbium 239,10	Ciconiæ parentes senio confectos nutriunt 140,60	Ciconiæ in honore apud Flandros 44,40	Ciconiæ à Thessalis cultæ ibid.	Cibi pares æqualiter nutriunt 184,10	Cibi plures sunt faciendi, quàm condimenta 325,20	Cibus qui vtitur vilissimis sunt rōbustiores 172,40	Ciborum varietas est morborum causa 171,50. & 178,10	ante Cibum laudandus est Deus 200,40	Cibus quid mysticè significet 583,50	Cibus & potus quid mysticè significet ibid.	in Cinere figuram non relinquere quid sit 567,40	Cinyræ diuitiæ, prouerbium 266,10	Cinyras rex Cypri 22,40	Circuli proprietates 220,20	Circulus quid mysticè designat ibid.	Circulus Solem indicat 563,40	Cistiferae virgines vnde 26,10	Cithæron & Helicon per metonymiã quid signifi- cent 5,2	Cithara quid mysticè designet 199,60	Ciuitates quomodo rectè administrantur 430,40	Clarium Apollinis oraculum 20,30	Cleantis Pisæci, de Deo sententia 70,40	Clemens Alexandrinus cur σηματα λέ 298,20	Clemens Alexandrinus epistolam D. Barnabæ pro Catholica sumit 437,20	Clementis Alexandrini scopus exhortatoriæ Ora- tionis 4,20	Clementis præceptores 301,30	Cleobulus Linacius, vnus è numero sapientum 329, 40	Cleomedes pugil fortissimus 416,10	Cleomenes seipsum ignorauit 413,1	Clericus an barbam radere debeat 283,30	Clothon vna ex Parcibus, vnde dicta 128,40	Clypei inuentor quis fuerit 336,10	Cnachzbi quid sit 576,50	Cæna quid sit, & cur fiat 172,60	Cæna qualis esse debeat 180,30	Cænae tempore vino cur potius vtendum 185,40	Cænarum origo vnde 172,40	Cognatio antiquissimum matrimonij impedi- mentum 446,40	Cognitio quid sit 411,30. 500,40. 648,10	Cognitio duplex 631,30	Cognitio varia est & multiplex 671,40	Cognitio Dei est occulta 389,1	Cognitio Dei obscura apud Gentes 643,1	Cognitio fidelis quænam sit 408,50	Cognitio Dei est res maxima 715,10	Cognitio non est sine fide, neque fides sine cog- nitione 554,10	Cognitione præditus quis dicatur 535,40	Cognitionis multitudo, est in multitudine sapien- tiæ 328,10	Cognitionis opinio inflat & fastu implet 319,30	Cognitionis & sanitatis discrimen 110,10	Cognoscere plus est quàm credere 664,60	Coitu non semper vtendum 226,60	per Coitum homo ex homine exilit 237,20	Coitus an sit salubris 238,1	Coitus an sit necessarius 236,60	Coitus est principium generationis 453,50	Coitus cur res suauissima 237,10	Coitus legitimus ad quid conducatur 237,60	Coitus diurnus cum vxore non est honestus 237,40	Coitus eneruat vires 237,10	Coitus est parua epilepsia 227,10. 785, b 20	Coitus nervosam substantiam offendit 237,1	Coitus est paruus morbus comitialis ibid.	Coitus incertus quas excitet tragædias 257,20	Coitus
---	---	---	---------------------------	---------------------------------	-----------------------	--------------------------	--	--	--	------------------------------------	--	------------------------------------	---	--------------------------------------	---	--	--	---	------------------------------	------------------------------------	---------------------------------------	-----------------------------	---	--	--	---------------------------------------	---	--------------------------------	--	-------------------------------------	-------------------------------------	---	---	---	---------------------------------	-------------------------------	--	-----------------------------------	--	---	---------------------------------	---	-------------------------------	--	-------------------------------------	---------------------------------------	---------------------------------------	---------------------------------	--------------------	---	----------------------------------	--	---------------------------------------	---------------------------------	--------------------------------------	---	---	---	--------------------------------------	--------------------------------------	---	--	-----------------------------------	-------------------------	-----------------------------	--------------------------------------	-------------------------------	--------------------------------	--	--------------------------------------	---	----------------------------------	---	---	---	---	------------------------------	--	------------------------------------	-----------------------------------	---	--	------------------------------------	--------------------------	----------------------------------	--------------------------------	--	---------------------------	--	--	------------------------	---------------------------------------	--------------------------------	--	------------------------------------	------------------------------------	---	---	---	---	--	---	---------------------------------	---	------------------------------	----------------------------------	---	----------------------------------	--	--	-----------------------------	--	--	---	---	--------

I N D E X.

Coitus nullus licitus extra matrimonium 237,40	Coitus nulli prodest 228,10	Colobariorum hæresis 329,20	Coloniæ vnde dictæ 103,20	Colophonis fons 20,20	Columbæ cultæ 38,30	Columna ignis quæ ducebat Hebræos quid indica- ret 382,30	Columna ignis noctu fit dux Thrasylulo 382,10	Columnæ erectæ priusquam fierent statuæ 377,10	Coma viris non est alenda 283,50	Comam quæ gentes nutriant 257,60	inter Comedendum, cur non loquendum 175,40	Comedimus, vt viuamus: non viuimus vt comeda- mus 171,30	Comestationes quæ sint 202,1	Comestationis etymon ibid.	Comi varia significata 201,40	Comi quinam dicantur 201,1	Communis quis dicatur 206,50	Comœdia à quo inuenta 337,10	Comparatio quarum rerum sit 548,1	Compedes aureæ, prouerbium 247,20	Comus qualis 201,30. & 202,10	Comus, Deus apud veteres, qui præerat nocturnis comestationibus 201,10	Concauitas locorum est soni causa 630,50	Concausa quid sit 766,50	Concilium Constantinopolitanum 190,20	Concordia mariti & vxoris 509,40	Concubitus cur suauissimus 337,10	Concubitus cum masculis vitandi promiscui hæreticorum 807, a 20	225,10	Conditio seruorum est infima 285,1	Confessio duplex est 514,30	Confessio apud Deum quid sit 493,50	Confirmatio vberiore spiritus dat gratiam 122, 50	Coniuge bona nihil melius 622,20	Coniunctio maris & fœminæ est solum licita in coniugio 233,40	Conscientia quid sit 523,50	Consensio quid sit 311,10	Consensio est res apta ad inueniendum & excogi- tandum 307,60	Consilij dandi tres partes 162,20	Consilium quid sit 418,1	Consonantia quid sit 6,50	Conspiratio quid sit 709,60	Consuetudo cum quibusnam sit habenda 260,40	Consummati qui dicantur 496,10	Contentio excirat odium 313,60	Contentum esse, res est omnium ditissima 627,60	Continens quis dicatur 420,30	Continentia quid sit 420,30. 448,50	Continentia in quibus rebus consistat 466,40	Continentia locum habet in matrimonio 476,60	Continentia Philosophica & Christiana in quor differant 468,1	Contraria non possunt esse in vno & eodem subie- cto 135,60	135,50	Contraria contrariis curantur 207,10	Contumelia est ministra ebrietatis 28,20	Contumelia, tanquam dea, culta 207,10	Conuiuij quis sit finis 186,30	in Conuiuio relaxandus est animus 171,10	in Conuiuio quomodo versari oporteat	in Conuiuio licet aliquid vrbane & facete dicere 185,30	Cor rectum quid significet 422,20	Cor in Scripturis dicitur princeps animæ pars 504, 30	Cor multo potu obruitur 187,40	Corde vesci cur prohibitum 568,40	Cornu vtiebantur Thracæ in bello 200,10	Corona quid mysticè significet 219,60	Corona Domini quid propheticè significet 214,50	in Corona tria insunt 219,40	Coronæ senum sunt filiorum filij 214,16	Coronarum vsus cur reiciendus 216,20	Coronarum vsus non est necessarius quando primum in Græcia 210,60	214,30	Coronis & vnguentis an sit vtendum 210,60	in Corporibus nostris nihil est quod non sit ipse Deus 293,30	Corporis ab anima separatio quid sit 493,1	Corporis curam cur habere debeamus 494,20. & 495,1	Corporis gradus multi 507,20	Corpus est animæ habitaculum 552,40	Corpus castigo, locus Pauli 810, a 40	Corpus allegoricè Domini dicitur Ecclesia 736,60	Corpus Christi non prius conficitur in Eucharistia, quàm omnia consecrationis verba fuerint pro- lata 324,40	Corpus Christi quomodo duplex 190,30	Corpus vino obrutum cur naufragio comparetur 193,1	Corui futuram infelicitatem significant 21,10	Corybantes vnde dicti 24,60	Corybantum orgia 16,40	Coryphæia Minerua vnde dicta 32,40	Coruus auaritiam denotat 577,50	Cothurnus quid 242,1	Crapula vnde dicta & quid sit 186,60	Crates & Crantor auditores Polemonis 330,50	Cratinus in Archilochis 794, a 20	Creare est Dei proprium 690,20	Creatura quid sit 520,10	Crede veritati adfert vitam, & non credere, mor- tem 489,40	Crenus, vates in signis 361,10	Crepidæ quid 242,1	Crepidæ Atticæ & Sicyoniæ 241,40	Cretenses lyra vtiebantur in bellis 200,10	Creticum vinum suaue 188,10	Creusa, Aenæ vxor 285,50	Crines capillorum seræ 792, a 30	Crobyli iugum, prouerbium explicatum 747,30	Crobylus quid 239,20	Crocodilea quid 253,60. 787, b 20	Crocodilus ænigmaticè quid significet 571,60. & 574,60	Crocotus quid 231,30	Crotala, instrumenta musica 336,20	Crux Christi cur lignum vitæ dicatur 219,40	Crucem portare quid sit 733,10. & 734,60	Κροφαγία quid 191,30	Cubile cur post somnum conturbari debeat 567, 40	Cubi qui dicantur 655,20	Cubiti trecenti quid allegoricè significant 652, 50	Cultus Dei quid sit 691,50
--	-----------------------------	-----------------------------	---------------------------	-----------------------	---------------------	--	---	--	----------------------------------	----------------------------------	--	---	------------------------------	----------------------------	-------------------------------	----------------------------	------------------------------	------------------------------	-----------------------------------	-----------------------------------	-------------------------------	---	--	--------------------------	---------------------------------------	----------------------------------	-----------------------------------	--	--------	------------------------------------	-----------------------------	-------------------------------------	--	----------------------------------	--	-----------------------------	---------------------------	--	-----------------------------------	--------------------------	---------------------------	-----------------------------	---	--------------------------------	--------------------------------	---	-------------------------------	-------------------------------------	--	--	--	--	--------	--------------------------------------	--	---------------------------------------	--------------------------------	--	--------------------------------------	--	-----------------------------------	--	--------------------------------	-----------------------------------	---	---------------------------------------	---	------------------------------	---	--------------------------------------	--	--------	---	--	--	---	------------------------------	-------------------------------------	---------------------------------------	--	--	--------------------------------------	---	---	-----------------------------	------------------------	------------------------------------	---------------------------------	----------------------	--------------------------------------	---	-----------------------------------	--------------------------------	--------------------------	--	--------------------------------	--------------------	----------------------------------	--	-----------------------------	--------------------------	----------------------------------	---	----------------------	-----------------------------------	---	----------------------	------------------------------------	---	--	----------------------	---	--------------------------	--	----------------------------

I N D E X.

Cultu non esse vtendum	250,10	Demonstratio duplex est	754,10
Cupiditas quid sit	461,50	Demonstratio ex quibus rebus constat	384,30
Cupiditas est principium voluptatis	461,60	Denarius numerus est vnde quaque perfectus	652,10
Cupiditas, quæ caret metu, non facile arceatur	51,50	Denominatiua quid sit	763,30
Cura cur sit habenda corporis	494,20. & 495,1	Dentes scalpere non decet	209,20
Curæ irritæ cur dicantur	87,1	Deo quo pacto perturbationes attribuatur	421,20
Currus à quibus inuentus	336,20	Deo nihil aduersatur	341,50
Cymbalo vtabantur Ægyptij in bello	200,10	in Deo nihil est quod non sit Deus	7, 40. 73, 50.
Cynofarges A sia gymnasium	59,50. 64,1	324,20	
Cyrenaici philosophi	440,10	de Deo & Christo Poëtarum veterum sententiæ	
Cyrra vrbs Phocidis	20,1	606,10. & seq.	
Cyrrhæus tripos	ibid.	de Deo cur loquendum anigmaticè	589,60
Cynopolitani canem colunt	38,10	de Deo oratio tractatu est difficillima	588, 10. &c
Cythara Christi est homo	8,10	592,30	
Cythnos, vna ex insulis Cycladibus	38,40	Δεός quid sit	404,40
D			
DACTYLI Idæi	795, a 1	Deum sequere, prouerbum, vnde sumptum	418,1
Dæmones quid sint	64, 30. cultores hominum	in Deum affectus non cadunt	703,40
	820, a 20	Deucalionis diluuium quando fuit	373,20
Dæmonibus an omnes homines vtantur	631,40	Deus quid sit	70,1, 10, 20, 30, 40. & seq.
Dæmonium Socratis quid	597,60	& 596,10	
Dæmonium Socratis semper dehortabatur non hortabatur	363,40	Deus vnde dictus	28,10
Dagon quid significet	45,20	Deus in celo quo pacto sit	72,60
Δαίμων vnde dicti	262,30	Deus nec doceri nec exprimi potest ab hominibus	585,30
Danai filia	537,10	Deus est numerus omnium	73,60
Daphne in laurum conuersa	34,30	Deus allegoricè ignis & lux dicitur	597,30
Dardæ qui	246,40	Deus cur α & ω dicatur	74,20
Dardanus quando floruerit	351,50	Deus cur δαδνικη à Moysè vocetur	381,50
Dardanus matris deorum ostendit mysteria	15,20	Deus caret principio	615,50
Datis, dux Persici exercitus à Miltiade superatus	376,60	Deus cur α πω dicatur	614,20
David Saulem regem à malo spiritu vexatum diuina musica curabat	8,30	Deus cur sit vera & aqua mensura	73,60
Debacchatio quid sit	186,60	Deus cur non cadat sub scientia	145,40
Debbora Prophetissa, vxor Labidoth	354,30	Deus curam gerit rerum humanarum	149,40
in Decachordo psallere quid sit	203,1	Deus ante & post cibum laudandus	20,1
Decalogi explicatio	678,10	Deus esse non potest, qui parentes habuit, vnde ortus sit	32,40
Decalogus quid sit	292,10	Deus est vbique	630,30
Decalogus vnde dicatur	677,1	Deus est causa omnium bonorum	308,10
Decalogus quid mysticè significet	680,60	Deus est impatibilis, & nullius rei indiget	420,40
Deceto dea muliebri facie, reliquis partibus piscis figura	45,20	Deus est expers principij	546,60
Decimæ fructuum quid indicabant	423,40	Deus & Verbum idem	153,20
Decumana porta dicatur, quæ in castris est maxima	193,1	Deus est opifex & creator omnium	73,40. Bo-
Decumana oua dicuntur, quæ sunt maxima	193,1	norum omnium author & causa	ibid.
Decumani fluctus dicuntur, qui sunt maximi	193,1	Deus est omnino secretus à materia	504,30
Defectus Solis quis primus prædixerit	331,10	Deus est mensura rerum veritatis	73,40. & 74,10
ex Definitione veritas ostenditur	761,30	Deus est dilectio	557,60
Dei sabbatum quid significet	689,10	Deus non est quantitas, sed mera essentia	74,10
Dei est vna essentia	613,40	Deus non est, vbi non est eius prouidentia	72,20
Dei nomen cur quatuor literis scribatur	565,50	Deus idem Veteris & noui Testamenti	553,40
Dei solius est non omnino peccare	113,40	Deus mandari literis non potest	583,30
Dei amor erga homines	117,1	Deus nulli est similis	70,20
Dei solum voluntas, est mundi creatio	63,10	Deus omnium hominum curam gerit	629,1
Dei nulla potest perfecta definitio dari	72,40	Deus per filium sciri potest	550,10
Dei prouidentia omnia administrantur	326,20	Deus qualis sit	69,40. & 70,1. & seq.
Dei nihil est quod non sit Deus	324,20	Deus quod sit, facile potest intelligi: sed quid sit, nec mente conici, nec verbis potest exprimi	28,1
Dei cognitio est occulta	387,1	Deus quo pacto irascatur	151,1
Dei proprium quodnam sit	344,10	Deus quomodo dicatur videre	73,20
Delitiæ quid sint	434,30	Deus quo pacto sub sensum cadat	58,1
Demetrius Phalereus curauit vt sacra Biblia in linguam Græcam transferretur	368,10	Deus solus natura est sapiens	408,1
Democritus cur matrimonium repudiaret	444,10	Deus quomodo mundum creauerit	689,50
Demonstratio quid sit	753,30. & 754,20. & 755,30	Deus secundum Stoicos quid sit	600,50
		Deus solus ex se habet, quod sit	377,30
		Deus solus nulla re eget	248,20
		Deus solus est qui nullius indiget	96,40
		Deus solus vere est	110,50
		Deus	

I N D E X.

Deus solus peccata remittit	116,10	Disciplina ad quid vtilis	320,50
Deus solus vere est & consistit	90,60	Dithyrambum quis excogitarit	336,60
Deus vnus cur sit	544,40	Diues quis censendus	108,30. 265,1
Diabolo cur paratus ignis æternus	87,10	Diues quisnam vere dicatur	265,20
Diabolus an fuerit inuentor philosophiæ	323,50	Diues solus est Christianus	264,40
Diabolus cur princeps potestatis æris dicatur	12,50	Diuidi in partes quo pacto aliquid dicatur	328,60
Diabolus est zizaniorum agricola	647,50.	Diuinationis varia genera	20,50
tentator	517,20	Diuisio quotuplex sit	766,60
Diabolus fur & latro cur dicatur	341,20	Diuitiæ cur cæcæ dicantur	254,20
Diabolus vitij princeps	87,10	cur serpenti similes	265,1
Diademata aurea reges Hebræorum	210,60	Diuitiæ, quæ non recte administrantur, sunt arx sceleris & vitij	197,20
Diagoras Herculem ligneum exussit	27,40.	Diuitiarum cupiditas	266,30
atheus	771, a 40	Diuitiæ veræ quænam sint	197,40. nempe quæ
Dialecti quinque apud Græcos	366,20	in anima sunt	265,30
Dialectica quid sit	380,20,30	Doctrina est altera natura	543,50
Dialectica cur ars vera non sit	322,20	Doctrina & natura, res est persimilis	542,10
Dialecticæ proprium quodnam sit	323,50	Doctrina filij, est doctrina Patris	558,30
Dialecticæ quis sit finis	315,20	Doctrina Patris & Filij est eadem	552,20
Dialecto an vtatur animatiã rationis expertia	366,30	per Doctrinam fidei cognitio manifestatur	529,30
Dialectum diis tribuit Plato	366,20	Dodonæum Iouis templum	20,10
Dialectus quid sit	ibid. 673,30. 825,30	Dodonæum oraculum	19,50. dodonæū æsibid. 60
Diana vnde dicta Apanchomena	43,10	Dogmata Philosophorum ex Hebræis surrepta fuerunt	351,1
Diana cur Leucophryne vocata	50,1	Domini arridere non debent famulis	291,30
Diana cur Oeneo irata	703,40	Donum proprium vniciquæ à Deo donatū	535,30
Diana Taurica	47,60	Dona hostium non dona sunt	619,30
Diaphasis quid sit	349,40	Δοξολογία quid	198,40
Diapænus sculptor insignis	55,30	Doricus modus quinam sit	7,10
Διασηκν quid significet	147,40	Dormiens homo nullius est pretij	221,30
Diatonicum musicæ genus	203,30	Dormiens est similis mortuo	223,10
Dicæarchus musicus	203,10	Draco pro diabolo sape accipitur	23,30
Δικαίων vnde deriuetur	349,30	Dracon legislator quando floruerit	337,20
Δικν quid significet	28,30	Draconis leges cur antiquatæ à Solone	333,40
Dicteria non esse iacienda in conuiujs	209,40	Δελφικὰ quæ sint	4,66
Dictio est tanquam vestis in corpore	317,50	Dropax quid sit	258,40
Didymæum oraculum	20,30	Drops quid sit	576,60
Didymæū templū Apollinis, vnde sic dictū	49,60	Druidæ philosophi apud Gallos	333,60
Didymus Grammaticus	575,60	Druidæ quinam fuerint	337,50
Dies an prior nocte	633,60	Durius equus	805, b 20
Dies Dominicus est proprius Christianorū	603,60		
Dies hominis quanti sint	655,20	E	
Differentia quid sit	762,20	EBRIETAS quid sit	186,60
Digitus Dei quid sit	674,50	Ebrietas ad quæuis turpia facienda dat auidiam	201,50
Dij Auerruncani	46,20	Ebrietatis incommoda	186,10
Dij an vtantur dialecto	366,20	Ebrietas quæ gentes maximè vtantur	188,40
Dij Gentium sunt dæmonia	45,60	Ebrj cur aliquando duos Soles putet se videre	186,10
Dij non existimandi, qui sensu carent	57,1	Ebrj varia incommoda	186,20
Dij maiorum Gentium	28,60	Ebron Zabulonites dux Israelitarum	354,40
Dij, qui hominibus seruiuerunt	40,60	Ecclesia cur mater dicatur	139,20
Diipolia quid	239,10	Ecclesia diuersè considerata vna est & duæ	13,60
Dilectio quid sit	405,10	Ecclesia est Dei ciuitas	553,50
Dilectio Dei quid sit	280,40	Ecyles statuarius	51,1
Diluuium Deucalionis quando fuit	373,10	Ectrapeli qui dicantur	184,30
sub Dimensionem quæ cadant	73,50	Εκτραπελοισαρ	780, a 60
Diodori filia omnes dialecticæ	532,20	Εκτραπελοισαρ quid sint	579,30
Diogenes Apolloniates	68,1	Εκτραπελοισαρ quid	21,20
Diogenis dictum	255,20	Edem quid significet	409,40
Dion philosophus	532,1	Educatio optima quænam sit	287,10
Dionysij mysteria	16,20	Eetion Samothracum suggestit Orgia	15,20
Dionysius puer à Titanibus deceptus & discerptus	24,20	Ειδν quid sit	419,20
Dionysius cur Atis vocatus	16,60	Ειδν quid sit vnde deriuetur	28,40
Dionysius tyrannus iunior cur auream vestem Ioui abstulit	53,1	Electi quomodo vocentur à Græcis	548,60
Διοπτρις signum	774, a 40	Eleemosynam dare, prætiosum est thesaurū	246,50
Discere est antiquius quam agere	644,10	Eleemosynis & fide purgantur peccata	418,30
Disciplina cur dicta illuminatio	581,20	Elephanti apud Indos maximi	55,30
Disciplina cur necessaria	320,20	Elephantorum natura	374,20

I N D E X.

Elementa cur inter se dicantur dissidere	6,50	145,60
Elementa quo pacto à principijs differant	71,1	Εθεπελά quid sint
Eleusinae templi constructio quando facta	351,50	Εταρος vnde dicatur
Eleusiorum mysteriorum signa	17,20	Etesia venti
Eli sacerdos populum iudicavit quadraginta annis	354,40	Erymologia nominum vnde
Eligere ex imitatione, & ex cognitione quomodo differunt	498,30	Euangelium secundum Aegyptios
Ελλωες vnde dicti	4,10	Eubuleus subulcus
Eloquentia vis	315,40. 794,40	Eucharistia vnde dicatur
Elpenor cur ceruicis vertebrae fregerit	189,30	Eucharistia est nutrimentum spirituale
Elpenor vnus ex socijs Vlyssis	195,30	Eucharistia à ieiunijs accipi debet
Empedocles cur κελυσσάνεμας dictus piscem se fuisse dicit	629,30. 823,50	Eucharistia quomodo Christus videatur
Empedocles Contentionem & Amicitiam deos introduxit	68,10	in Eucharistia mysticè Christi sanguis fuditur
Empedocles versibus naturalem philosophiam scripsit	32,30. eius versus	Eucharistia sacramentum est omnium operum prae-
Emphasis quid sit	349,40	stantissimum
Empiricus medicus	314,30	Eucharistiae sacramentum non prius conficitur, quàm oia consecrationis verba fuerint prolata
Encratitae haeretici	189,1. & 337,50	Euchitae haeretici
Enoch iustus translatus	525,30	Euae vox propria Bacchantium
Επταρηες quid sit	219,10	Euemerus Agrigentinus
Ephaptides quid	240,10	Euenitae piscem colunt
Ephesia litera	815,1	Eumolphi bellum aduersus Athenienses
Ephi, genus mensurae, quid contineat	410,50	Eumolpidae vnde
Ephori quinam essent	397,10	Eumolpus pastor ouium
Epialtae & Ori fabula	33,10	Eunomus Locrensis cantor excellens
Epicuri dictum	510,50	de Cicada fabula
Epicuri error de Deo	69,10	Eunomus quid significet
Epicurus princeps & author impietatis	295,10	Eunuchi alij ab ortu, alij à necessitate
Epicurus refellit	440,10	Eunuchus verus quis sit
Epidauros, oppidum Argorum, sacrum Apollini	53,10	Ευογία quid
Epilepsia parua & morbus coitus appellatur	227,10	Euripides censet Deum ex operibus cognosci
Epimenides Cretensis, vnus è septè sapientibus	329,50	Euripidis de Deo sententia
Epimenides Cretensis, vates insignis	363,30	Eustathiani haeretici, vituperantes matrimonium
Epiphanes haeticus	449,10	467,10
Επιπληεις quid significet	157,20	Excectus Phocensium tyrannus, diuinationi deditus
Episcopi nomen quid significet	160,20	Exempla & similitudines sunt rectae doctrinae pars maxima
Episcopi munus quodnam sit	160,20	Exercitatio animi auget applicationem
Episcopi quinam sint eligendi	476,60	Exercitatio non solum corporis, sed etiam animi est sanitas
Επιστημη vnde deriuetur	537,30	Exercitatio salubrem habitum ingenerat & spiritibus & corporibus
Epistolas quis primus scripserit	336,30	Exercitia esse optima
Επιστολαι quid sint	262,50	Exercitus ducendi triplex est ratio
Επιστημεις quid sit	304,60	Exultatio quid sit
Equi metaphoricè quid significant	123,30	F
Equi tibiae cantu incitantur ad coitum	202,10	FABA excitat flatum ad Venerem
Equus aenigmaticè quid significet	572,1	Fabae, steriles efficiunt mulieres & gallinas, atque plantas exiccant
Eraclitrus templum Dianae cur combusserit	58,40	à Fabis abstinere quid sit
Eratosthenes Cyrenaeus Grammaticae inuictor	337,10	Fabulae cur pueri dicantur
Erechtheus Atticus	46,10	Fabulae pueriles non sunt audiendae
Erechtidae cur Athenienses dicti	25,60	Fabulis inanibus non esse credendum
Eresij error de Deo	69,10	Facere, in bonam & malam partem sumitur
Erichthonius rex Atheniensium	49,20	Facies, quae apparet in Luna, quid indicet
Ερμαιο quid	56,60	Facultas animae principalis habet liberam eligendi facultatem
Ergatis cur dicta Minerua	93,20	Falx cur facta
Error proprie quid sit	9,40	Fames sedat amorem
Eriphyle Argiua meretrix	231,50. 804,20	Famulis non est vtendum, tanquam iumentis
Eris historia	817,20	30. 266,50
Esaia quando prophetauerit	356,30	Famulis quomodo vtendum
Estas Scripturas renouauit	368,30	Famulus & seruus in quo differant
Estrae liber quartus citatur	809,60	Fasciae quid sint
Esse dicitur quod est diuinum & aeternum	540,50	Fastus est vbi est multa ministrantium famulorum turba
Essentia diuina sola est pura & mera	65,20	Fatum vnde dictum
Essentia pro materia accipitur	138,10	Febri-
Essentia proprie quarum rerum dicatur	478,20	
Essentia vna & eadem non potest esse maior seipfa		

I N D E X.

Febri phanum in Palatio	43,40	Faemina an in mares mutari possint	234,20
Fel diis datur	827,50	Faeminae quid proprium	508,50
Felis cultus ab Aegyptiis	44,20	Faenum turba promiscua allegoricè dicitur	230,10
Ferri inuentores	336,1	Faetus absoluitur mense sexto	678,50
Ficus Chelidonia	178,50	Folijs similes homines	617,50
Fide maiorè hostia Abel obtulit quàm Cain	390,50	Fons Colophonis	20,20
Fidei principium est sensus	390,10	de Fonte Castalio	ibid.
Fidei cognitio per fidem manifestatur	529,30	Formicae aurum effodiunt	246,40
Fidei officium quodnam sit	399,30	Formicae cultræ à Theffalis	38,20
Fidelis nemo est natura	554,60	Fornicatio est triplex	731,40
Fidelis quis potest esse sine literis	320,30	Fornicatio tribus modis accipitur	478,40
Fidelitas in omni re necessaria	398,30	Fornicatio mulieris est in eleuatione oculorum	277,50
Fides quid sit	389,50. & 399,40	Fornicationis nomine multorum Deorum cultus intelligitur	27,60
Fides quid ex Aristotele	391,40. item ex Epicuro	Fortes quinam sint	245,30
Fides duplex	554,40	Fortes qui dicantur	725,20. & 729,10
Fides nos efficit Dei ministros	108,40	Fortis quis sit	108,30
Fides an doceatur & discatur	320,30	Fortuna cur Φερόπις dicta	57,20
Fides per sensilia progredita relinquit opinionem	391,1	Fortuna vnde dicta	ibid.
Fides ab animi perturbationibus maximè liberat	699,40	Fortuna non fert opem his qui nihil agunt	620,4
Fides à cognitione quomodo distinguitur	567,10	Fortuna non est Dea	820,61
Fides est basis ac stabilimentum charitatis	400,30	Fortuna & casu contingere quomodo differat	349,10
Fides sine operibus mortua est	326,10	Fortunae varia fuisse simulachra	57,10
Fides sine disciplinis esse potest	320,40	Frater apud Hebraeos quis	427,40
Fides cur gratia dicatur	321,50	Frater dicitur quasi ferè alter	407,1
Fides cur persuasionis medicamentum appelletur	55,50	Frater quis dicatur	423,20
Fides est initium nostrae salutis	97,20	Frates quinam merito dicantur	406,60
Fides est doctrinae perfectio	127,10	Frugalis debet esse Christianus	267,20
Fides est principium actionis & fundamentum electionis	389,60	Frugalitas cur ditissima	269,20
Fides est ex auditu	111,50	Frugalitas Christiano est pulchrum viaticum	266,20
Fides est mater virtutum	398,30	Fucata dici possunt meretrices	252,30
Fides est opus Dei	304,30	Fucus omnis reiiciendus	252,30. 254,10
Fides absque literis disci potest	279,50	Fundamentum bonae conscientiae quodnam sit	299,60
Fides nostra an de Filio, an de Spiritu	554,10	Furiae tres cur Eumenides dictae	54,50
Fides duplex est	411,10	Furiae scelerum & maleficiorum vltices	28,10
Fides est prima ad salutem inclinatio	402,10	Furta Graecorum	628,50
Fides est ad salutem necessaria	512,10	G	
Fides otiosa quae sit	560,60	Γαλακτοφάγος cur Homer⁹ vocet hoies iustos	129,20
Fides sola non sufficit ad salutem	405,40	Galli Scythae cur comam nutriant	257,60
Fides ex diuina inspiratione procedit	394,1	Gallinae vt saginentur	776,61
Fiducia quid sit	399,50	Γαστριμορξία quid sit	175,20
Figura quadrata est omnium stabilissima	655,50	Gaunaces vestis genus	785,50
Figuram in cinere non relinquere quid sit	567,40	Gedeon Israelitarum dux	354,30
Filij castigandi à patribus	155,10	Geloni Scythiae populi	260,1
Filij laboriosorum parentum validiores	619,60	Gemmae vnde	245,50
Filius est character gloriae Patris	720,50	Gemmas cur admirari non oporteat	243,30
Filius non operatur sine Patre, nec Pater sine Filio	698,30	Generatio an sit mala	452,20,30. & seq.
Filius Dei duobus modis consideratur	550,30	Generatio duplex est	542,40
Filius cur dictus facies patris	569,40	Generatio non est Diabolo tribuenda	474,50,60.
de Fine bonorum, variae philosophorum sententiae	440,50	475,1	
Finis Christiano homini quis	421,1	Gentilium litera bellaria	827,20
Finis Philosophiae quis sit	595,60	Gentes vnde dictae	4,20
Firmamentum vnde dictum	7,20	Gentes omnes bellicosae, ebrietati deditae	193,60
Fistula Arcades in bellis vtuntur	200,10	Genus aureum quid sit	494,10
Flores matrimonij quinam sint	218,20	Geometria à quibus inuenta	74,30
Floriani haeretici	807,20	Geometria & Astronomia in quantis continuis versantur	319,60
Fluctus decumani quinam sint	193,1	Geometria in quibus rebus versetur	640,40
Fluuij culti à Persis	53,60	Geometriae cognitio quid proficit	655,50
Faelicitas in vsu virtutis, non in voluptate consistit	176,40	Germanorum antiquorum frugalitas	259,60
Faemina quid significet	479,30	Genus inest in speciebus	761,50
Faemina nihil est deterius	517,30	Getae Scythis finitimi	334,1
Faemina mutata in mare in oppido Vitriaco	234,20	Gladus quo pacto secare dicatur	768,30
		Γλαυκώπις, epithetum Iunonis	39,20
		Gloria paratur labore	512,20
		Gnostici haeretici vnde dicti	142,60
		Gnostica contemplatio quid sit	488,40

Gnosticorum hæresis	142,60	Heraclitus Ægyptius	27,40
Gnosticorum reprehensio	457,40	Heraclitus cur generationem maledictis insectaretur	452,50. ex igne omnia constare voluit
Goim qui dicebantur	4,10		817,b 10
Γοίμια quid sit	385,40	Heraclitus philosophus	56,40
Gomor, mensuræ genus quid continebat	409,10	Hercules vates & physicus	335,30
Gorgopis cur dicta Minerva	93,20	Hercules quando floruerit	352,10
Gothoniel dux Hebræorum	354,20	Hercules cur Ἡρακλῆας dictus	19,20. callinicus
Græci vnde dicti	4,10		827,b 20
Græci quid à Iudæis suffurati sint	388,10	Hercules quali habitu corporis fuerit	31,1
Græci quomodo Deum colerent	634,20	Hercules quandiu vixerit	31,10
Græci maxima ex parte barbati	283,10	Hercules seruus non modo hominum, sed mulierum	41,1
Græci ad furtum procliuus	623,40	Herculis mors	33,50
Grammaticorum gymnasium obscurum opus	577,30	Herilli sententia de fine	440,50
Grammaticus quis primus fuerit	337,10	Hermaphroditi qui sint	224,40
Grani sinapis natura	166,40	Hermes D. Pauli discipulus	384,60
Gratia seruamur, sed non absque bonis operibus	556,1	Hermes Thebanus, vates insignis	363,50
Gratia Dei non tollit arbitrium liberum	549,20	Heroicum carmen à quibus inuentum	337,20
Grex allegoricè quid significet	378,40	Hesiodi carmina in solutam orationem conuersa	628,40
Gryphes aurum custodiunt	243,10	Hesiodi de Deo sententia	75,10
à Gula fere omnes morbi oriuntur	183,1	Hesiodus quando floruerit	352,50. citatus 268,10. 314,1
Gulæ vitia & incommoda	180,40	Hesiodus multa ex Musæo deprompsit	628,20
Gymnasia quid sint	272,50	Heteronyma quid sint	763,30
Gymnasium quid sit	272,40	Hetrusci vnde orti	25,10
Gymnides dicuntur molles & effœminati	259,50	Hetrusci auguriis dediti	21,10
Gymnosophistarum responsiones ad Alexandrum	633,50	Hetrusci tuba vtuntur in bellis	200,10
Gymnosophistarum continentia	472,50	Heua quid significet	21,40
H		Heuæ nomen aspiratum quid significet	15,10
HABITVS honestus quisnam sit	280,10	Hexametrum carmen à quibus inuentum	337,20
Hærefes ad victoriam contendunt per litem & contentionem	747,20	Hieremias quando prophetauit	357,20
Hæresis quid sit	759,40	Hieroglyphicæ literæ apud Ægyptios	566,20
Hæresis omnis habet scripturam, sed malè interpretatam	471,1	Hierusalem quid significet	308,40
Hæretici quando cœperunt	750,60	Hierusalem à Vespasiano diruta	359,20
Hæretici qui dicantur	743,10	Hilaria quid	28,20
Hæretici cur epistolas D. Pauli ad Timotheum abrogent	409,60	Hipparchus Pythagoreus cur expulsus è schola Pythagoræ	579,10
Haliæti auis natura	87,50	Hippias à patria exulans, Barbaros adduxit in Græciam	376,60
Harmonia quid sit	6,50	Hippo Centauri filia	335,40
Harmonia Lydia à quo inuenta	336,20	Hippo fatidica	363,10
Harmonia mixophrygia à quo inuenta	ibid.	Hippodamus Pythagoreus	430,10
Harmoniæ Cromaticæ vitandæ in conuiuio	201,1	Hippolytus cur discerptus ab equis	417,1
Harmonicum musicæ genus	203,30	Hipponax poëta maledicus	298,30
Hausta posita pro Martis statua	54,10	Hipponax Ephesus claudum Iambum excogitauit	336,60
Hausta præpilatæ quid	804,a 60	Hipponax deformis ad laqueum impulit vi suorum	339,20
Hebdomades Danielis quo pacto impletæ	358,60		carminum eos qui eum pinxerant
Hebdomades 70. Danielis Iudæorum arguunt per uicaciam	361,40	Hipponacticum metrum vnde	ibid.
Hebdomadarum 70. Danielis principium	361,50	Hipponis tumulus	60,1
Hebræi barbam nunquam raserunt	283,10	Hircus cur non sacrificaretur	707,10
Hebræorum vita quàm frugalis erat	184,10	Hircus est animal propensum ad libidinem	710,30
Hebræorum philosophia multò antiquior cæteris	331,1. 351,10	Hircus Mendesius	34,50
Hedera refrigerat	214,10	Hircus pro Deo habitus	34,40
Hedera cur Baccho sacra	5,1	Hircus omnium animalium salacissimus	ibid.
Helena quando rapta	365,10	Hirundinem domi non habere quid sit	567,20
Helenus Priami filius, vates optimus	363,60	Hirundo cur vitanda	572,30
Helias propheta quando assumptus	355,40. exemplum frugalitatis	Hirundo quid indicet	567,20
	266,40	Homeri ætas	356,10
Helicon mons	1,30	Homeri de Deo sententia	76,20
Helisæus quando prophetare cœperit	355,50	Homerus cuius fuerit	331,20
Hellenica lingua vnde dicta	676,20. 825,b 40	Homerus quando floruerit	352,50. 798,b 10
Helotes diij vnde	40,60	Homerus Solomone posterior	356,10
Heracleon hæreticus	514,30	Homerus poëtarum antiquissimus	554,30
Heraclidis Pontici error de Deo	69,20	Homerus multa ex Orpheo deprompsit	628,10
			in Homine

in Homine tria insunt	109,30	Homonyma quid sint	763,40
in Homine continetur quicquid est in mundo	8,1	Honestus quis dicatur	596,30
Homines cur in deos relati	28,60	Horæ canonicæ	828,a 60
Homines cur ἁλιεὺς dicti ab Homero	129,20	Hofanna quid significet	122,50. 777,a 1
Homines foliis arborum similes	453,20. 617,50	Hospitalitas semper in honore habita	538,20
Homines dilecti à Deo, citius è vita discedunt	624,30	Hospitalitatis munus & officium	407,10
Homines omnes iure naturali sunt liberi	428,10	Hospites qui dicantur	405,10. & 467,10
Homines omnes an vtantur dæmonibus	637,40	Humanâ seruire naturam, est maximum Dei opus	167,60
Homines olim nati ex quercubus & lapidibus	42,60	Humor quid sit	138,10
Homines immolati à Phocensibus	46,10	Humor viscosus semen continet & producit	133,10
Homines prodigiosi quinam sint	56,60	Hyacinthidas virgines vnde sic dictæ	538,10
Homini quæ sint optima	497,10	Hyæna genitale maris & fœminæ an habeat	234,10
Homini à natura insitum est, vt cum Deo habeat coniunctionem	94,40	Hyæna natura	224,10
Homini viuere quousque bene sit	634,1	Hyæne alternis annis sunt mares & fœminæ	234,10
Hominibus omnibus mors debetur	627,1	Hyænis vtraque est natura	234,10
Hominibus peccare innatum est	289,10	Hydroparastatarum hæresis	190,20
ex Hominibus quomodo quis Deus fieri possit	633,60	Hyems cur instabilis dicatur	491,30
Hominis dies quot sint	655,20	Hyla quis fuerit	35,30
Hominis est peccare, diaboli perseuerare	113,40	Hymnum quis primus excogitarit	336,60
Hominis proprium quodnam sit	171,20. & 490,10	Hymnus quid sit	97,30
Hominis causa factus mundus	7,60	Hymnus Christi seruatoris à sancto Clemente cõpositus	294,10
Hominis pars præstantior est anima	547,30	Hypate quid sit	329,20
Hominum quis primus fuerit	351,40	Hyperboreorum mores	335,10
Hominum pulchritudo quænam sit	249,10	Hypermnestra Danai filia	537,60
Hominum gratia omnia facta sunt	176,1	Hyperoche vbi sepulta	49,50
Homo vnde dictus	67,60	Hypostasies sunt tres in vna diuinitatis triade	9,1
Homo duobus modis accipitur	469,30	Hypostasies diuersitas non impedit quo minus sit eadem & vna essentia diuinitatis	9,40
Homo animantibus brutis intemperatior	444,20	Hystaspes Medorum rex	638,60
Homo aptus ad ridendum	204,1,60	I	
Homo animalis non suscipit ea, quæ sunt spiritus Dei	327,20	I, LITERA, nomen salutare significat	652,1
Homo cur factus à Deo	115,20	I, I, litera, decem apud Græcos significat	200,10
Homo cur à Græcis φῶς vocatus	126,60	Iacchus idem quod Bacchus	26,60
Homo cur à Deo diligatur	115,40. & 116,20	Iacob quid significet	309,30
Homo cur instrumentum Dei dicatur	8,40	Iacob fuit Christi figura	273,1
Homo cur sexto die creatus	679,20	Iacob cur cum multis mulieribus cõgressus	309,30
Homo cur primus mundus dicatur	7,60. & 8,1	Iacobi Patriarchæ colluctatio cum angelo quid designabat	147,60
Homo cur Dei templum	8,20	Iacobi Billij laus	66,20
Homo dormiens nullius est pretij	221,30	Iambi metri duo sunt genera	339,30
Homo est Dei opus	698,40	Iambum quis excogitarit	336,60
Homo est instrumentum pacificum	200,10	Iberi ebrietati dediti	188,40
Homo est commune nomen viris & mulieribus	117,40	Icaria insula à quo nomen habeat	54,1
Homo factus præcipuè ad Dei cognitionem	643,20	Idæ incendium quando fuerit	365,1
Homo factus vt calum contempletur	63,10	Idæi dactyli qui fuerunt	335,20
Homo habet liberum arbitrium	699,10	Idea quid sit	561,60
Homo in quo differat à belluis	489,50	Idoli nulla est essentia	64,50
Homo in facie septem habet sensuum instrumenta	689,20	Idolum & vmbra & somnus idem	64,60
		Iehoua quomodo exponatur	569,50. Pagnini inuentum
			814,b 30
		Iehu filius Ananiæ quando prophetauit	355,30
		Ieiuni ad Eucharistiam accedere debemus	182,10
		Ieiunia vera quæ sint	660,1
		Ieiunium quarti & sexti diei	731,40
		Ieiunium bonum est cum oratione	660,1
		Iephte Gallaadites dux Israëlitarum	354,40
		Iephte filiam suam Deo sacrificat	48,1
		Iesu Naue successor Moyſis	354,10
		Iesu sanguinem bibere quid sit	184,50
		Iesus Christus est noster Pædagogus	144,1
		Iesus cur margarita dicatur	246,10
		Ignis calidus est & siccus	7,10
		Ignem quænam gentes coluerint	68,30
		Ignis calidus est & siccus	7,10
		Ignis cur tanquam Deus habitus	68,20

I N D E X.

Ignis est hominibus maximus cruciatus	506,50	Inundatio quando fuerit in Græcia	351,40
Ignitum, id est, igne probatum	824, b 50	Inuoluntarium duplex est	416,20
Ignorans minus sentit quam lapis	2,30	Io quando floruerit	352,30
Ignorantes cur lapidibus comparentur	6,30	Iob patientia quid indicabat	497,1
Ignoratio est causa legum iniquarum, & fallacium imitationum	89,50	Ionæ proph. patria	798, b 60
Iliadis paræ auctor	797, b 1	Iones luxui dediti	239,20
Ilium quando captum	351,60	Ionica migratio	798, a 30
Illirij peltæ inuentores	336,10	Iophon Comicus poëta	307,20
Illuminati baptizati cur dicantur	134,40	Iosephi patriarchæ historia allegoricè interpretata	582,30
Ilores erant serui Lacedæmoniorum	269,30	Ioues tres	29, 50. & 32,40
Imagines cur à Christianis venerentur	56,40. & 59,30	Iouis supra	31,50
Imagines cur venerentur	59,30	Iouis epitheta	37,10. & 42,20
Imago quid	52,60. & 57,60	Ἰωπόροπον quid	199,40
Imago adolescentulæ qualis esse debeat	278,40	Ira quid sit	567,40
Ἰμαρτισμός quid sit	310,30	Ira duplex est	381,20
Imitationum falsarum quænam sit causa	89,50	Ira an in Deum cadat	151,1
Immaradus vbi sepultus	49,40	Ira magna est mulier ebria	189,10
Immutabilia quæ dicantur	653,60	Iresione quid	491,20. 810, b 60
Imperatores Romanorum quandiu regnauerunt	366,50	Iris quo pacto fiat	95,10
Impietas duplex est	27,1	Isaac quid significet	121,20
Impij quinam sint	17,60. & 27,1	Isaac ridens quid allegoricè	125,1
Impudentia tanquam Dea culta	28,30	Isaac erat typus & figura Christi	121,60
Impudicitia vituperanda in viro & muliere	513,50	Ἰσάκοι qui dicantur	8,40
Incantatio bona & mala	103,20	Ἰσάκι sacerdotes	25,10
Incircuncisi qui dicantur	160,10	Isis eadem fuit, quæ Io	352,30
Incircuncisi erant à Deo alieni	551,10	Isis à Græcis vocatur Ceres	352,30
Incredulitas multa cur faciat bona	489,40	Israel quid significet	309,40
Increpare quid sit	163,40	Isthmia vnde	35,50
Indi Solem adorabant	28,10	Isthmici ludi vnde	39,40
Indicatio quomodo differat à syllogismo	753,20	Isthmus quid	ibid.
Indignatio quid sit	156,60	Ithyphalli qui	40,40
Indorum philosophia	633,40	Iudæa quid significet	748,50
Infantia in Christo quid sit	128,50	Iudææ congressus cum Thamar quid indicet	309,40
Infidelis quis dicatur	392,10	Iudæis cæteris nationibus antiquiores	335,10
Infidelitas quid sit	399,50	Iudæi sæpe in lecto tingebantur	537,20
Inflatus quis dicatur	750,40	Iudæi cur à carne suilla abstinerent	706,60
Infortunium quid sit	414,1	Iudas quid significet	309,40
Ingluies quid sit	175,20	Iudas fuit hypocrita & simulator	211,30
Ingluies nullum habet modum	172,10	Iulius Cassianus princeps phantasiæ	479,10
Inimico ferendum est auxilium	430,20	Iumenta omnia faciunt cogente metu	317,10
Inimicos diligere debemus	435,20	Iuno cur γλαυκῶπις dicatur	35,50
Inimicum facilius est cauere, quàm amicum	623, 0	Iuppiter quid sit	605,40
Iniquorum sacrificia sunt Domino abominatio	420,1	Iuppiter in Venerem propensus	31,40
Iniuria petulans quotuplex sit	226,40	Iuppiter cur ἀνυδάειρος vocatus	31,60
Iniustitiæ nomine omnia maxima peccata comprehenduntur	113,60	Iuppiter cur μακτικός dicatur	42,20
Inobedientia Iudæorum fuit causa vocationis Gentium	407,40	Iuppiter cur Olympius dictus	58,20
Insaniendum cum insanientibus	822, b 20	Iuppiter vbi sepultus	37,30
Insanire satius est quàm voluptate affici	437,50	Iurare quid sit	718,10
Insectatio quid sit	159,50	Iusurandum ne vsurperur	279,60
Insitio quatuor modis fit	667,30	Iustificatio per fidem Christi data	410,1
Intelligentia quid sit	419,30	Iustitia quid sit	247,50. & 547,10
Institutio optima quænam sit	287,10	Iustitia Dei quid sit	449,20
Intelligentia est oculus animæ	159,50	Iustitia cur Astræa dicta	28,30
Intelligere semper quid sit	535,60	Iustitia veræ diuitiæ	265,30
Interrogandi & respondendi scientia quænam sit	316,60	Iustitia dolosa quæ sit	420,10
Interualla mystica quid sint	375,10	Iustitiæ nomine omnes virtutes comprehenduntur	113,60
Interpres Septuaginta sententiis & dictionibus inter se conuenerunt	368,20	Iustitiæ imago	28,40
Inuentio quid sit	668,20	Iustitiæ nomen pro qualibet virtute	486,40
Inuentores rerum multi	336,10. & seq.	Iustitiæ primum munus quodnam	700,60
		Iustitiæ quis dicatur habere cognitionem	565,30
		Iusti qui dicantur	382,40
		Iusti homines cur γαλακτοφάγοι	129,20
		Iustum quod est, bonum est	153,40
		Iustus qui est, bonus est	49,10
		Iustus estur vbi non est iustus	267,10

Iuuenes

I N D E X.

Iuuenes cur bibere vinum non debeant	185,10	Leo cur fortitudinis signum	571,60
Iuuenes cur non apti ad philosophiam moralem	326,1	Leonidas præceptor Alexandri, ebrietati deditus	146,60
		Lepus omni tempore coit	225,10
		Leporis natura	224,1
		Leporum libido	225,20
		Lesbium vinum bene spirans	188,10
		Leucophrynes sepulchrum	49,60. & 50,1
		Leuctrica pugna quando facta	365,20
		Legem nosse, est bonæ mentis	379,40
		Legem non intelligunt viri mali	ibid.
		Leges cur Patres dicantur	496,40
		Leges qui primi tulerunt	337,10
		Leges quifnam primus tulerit	24,10
		Legibus & præceptis opus est vt exerceatur iustitia	325,1
		Legis effectus	379,10
		Legis plenitudo est charitas	531,1
		Legis verba non sunt lex	382,40
		Legis voluntas tribus modis à nobis est accipienda	380,60
		Legum iniquarum quænam sit causa	89,50
		Lex quid sit	378,10. & 490,30
		Lex à Deo data est	381,40
		Lex bona est, si quis ea legitimè vtatur	380,10
		Lex cur νόμος à Græcis appelletur	103,10
		Lex cur non damnanda, etiam si supplicia improbis decernat	383,30
		Lex est noster pædagogus ad Christum	382,50
		Lex est rex omnium mortalium & immortalium ex Pindaro	381,30
		Lex non consistit in verbis, sed in factis	382,40
		Lex non est facta propter bonos	490,10
		Lex non est posita iusto	492,30
		Lex peccatum non facit, sed ostendit	403,10
		Liberales disciplinæ stant in circulo	309,10
		Liberalis cum puteo & vberibus cõparatio	267,1
		Liberatio à malis, est initium salutis	126,30
		Libertas est in vino	207,40
		Liberis carere molestissimum est	470,10
		Liberorum procreatio, scopus est eorû, qui matrimonio sunt iuncti	223,50
		Liberorum amissio est ex supremis malis	445,10
		Liberum arbitrium, vide Arbitrium	
		Libido est sciuntorum	117,60
		Libri Græcorum quomodo legendi	615,40
		Libri 40. continentes Ægyptiorum philosophiam	633,40
		Librum scriptum quis primus ediderit	336,50
		Lichmitis gemma	54,50
		Λιξ quid significet	575,30
		Ligna quadrata quid significet	652,40
		Lignum vitæ quid sit	484,10
		Lignum vitæ quid mysticè	585,40
		Ligustri natura	218,50
		Lilio Iuno delectatur	214,30
		ex Liliis vnguentum	215,40
		Lingua Hebræa omnium antiquissima	676,20
		Lingua præpeditur vino immodico	186,10
		Lingua septuaginta duæ	374,1
		Lingulae siue Soleæ	178,50
		Linum ex Ægypto	233,10
		Linus poëta antiquissimus	329,40. omnis sapientia peritus 310,50.
		Cytharædus	307,30
		Litarum vnguentum	25,40
		Litarum descriptio	65,10
		ex Lite & amicitia mundum constare	504,60

K

Κακασμός quid sit	204,10. & 205,20
Καθῆκον quid significet	169,20
Καμπισίγμα quid	770, b 1
Κάρπος quid sit	247,60
Καρύα vnde deriuetur	214,10
Κατῶσιον quid significet	575,30
Κατῶσιμα quid sit	169,60
Κερασβόλα quid sint	235,30
Κερκός quid significet	486,60
Κιχλασμός est risus lasciuus	204,10. 205,20
Κλίμα quid	209,50
Κλῶψ quid significet	577,1
Κονιπέδες vnde dicti	242,10
Κούρητες vnde	239,30
Κόσμος cur sic à Græcis appelletur	6,50
Κραπίλη quid sit	186,60
Κελομαθῆς, qui ex ordeo diuinabant	20,50
Κυκλῶν quid	25,40
Καρμάσι quid	201,10

L

LABOR debet præcedere cibum	631,30
Labores debent cibos præcedere	272,10
Labyrinthus quid	56,20
Lac quid designet	129,1,20. & 130,20. & 133,30
Lac quid mysticè significet	583,50
Lac quo pacto fiat	133,40
Lac ex tribus substantiis constat	142,30
Lac naturalè habet cum aqua cognationem	133,50
Lac & mel prægustabant baptizati olim	142,10
Lac cur cum melle & vino misceatur	133,60
Lacedæmonij vnguenta repudiant	317,60
Lacedæmonij tibia in bellis vtantur	200,10
Lacedæmoniorum in vestitu frugalitas	325,20.
patientia	513,10
Lachesis propheta	332,1
Lachrymæ quid mysticè significant	211,20
Laconica breuitas	332,60
Laconica pudicitia quo pacto corrupta	25,10
Λαγρία quid sit	226,40. & 336,10
Laius à filio interfectus	416,60
Lamia meretrix	64,10
Lamina aurea Pontificis quid indicabat	573,60
Lana Apula omnium laudatissima	240,20
Laocoon, Priami filius, vates optimus	363,60
Lapides quid significant	6,30
Lapides vnguebant idololatræ	827, b 30
Lapidum nomine insipientes vocantur	6,30
Lapilli vbi nascantur	246,1
Lapis Lydius	316,40
Λαρθωσις quid sit	258,50
Lassus Hermioncus dithyrambū excogitauit	336,60
Lasthenia Arcadia philosophabatur	532,30
Latona quo tempore floruerit	352,30
Lauacrum qua de causa sit accipiendum	270,1
Laurus quam vim habeat	14,10
Leana Attica mulier	532,1
Legere alta voce exercitium	272,1
Legiflator esse tantum vnus	381,40
Legitimum quid sit	377,50
Λέκων quid sit	319,60
Lenæ sunt mulieres quæ Bacchum sequuntur	26,1
Lenæus cur & vnde Bacchus appellatus	5,1
Lenides vnde	26,1

I N D E X.

Literæ sacræ quænam sint	80,50	Marathonica pugna	382,10
Literæ Græcæ cur Phœnicæ appellatæ	335,60	Marcionis error	455,30
Literæ Ephesiæ quænam sint, & quam vim habeant	338,10	Marcionistæ cur matrimonium repudiant	452,20
Litigiosi vitiligatores dicti	793,50	Marcionistæ sibi mortem consciscentes, non sunt martyres	496,60
Logica omnis, aut finit, aut diuidit, aut colligit	384,30	Marcionistarum hæresis	406,30
Λόγος quid significet	73,10	Margarita vnde	246,10
Λόγος rationem & Verbum significat	12,60	Margaritæ vbi nascantur	242,50
Λόγος duobus modis à Theologis sumitur	110,30	Margaritæ inter lapillos maximè sunt in pretio	245,60
Loquaces irrisi	794,21	Margites quis fuerit, & eius stultitia & ignorantia	310,60. 794,20
Λόγιος cur dictus Apollo	48,20	Μαργίτης quid Græcè	175,10
Lucernas accèdere quinam primi docuerunt	338,20	Maria virgo ἁγία verè dicitur	428,60
Luçta quæ probanda	272,10	Maria virgo & mater integra & inuiolata	131,20
Ludus pilæ viros decet	272,60	Maria virgo Ecclesiam denotat	ibid.
Ludus cui res seria, non sapit	279,30	Mariti coram famulis nõ debent osculari suas vxores	291,20
Luna ardet Endymionem	39,20	Mars vnde dictus	68,10
Luna cur dicitur γερμίνος	582,10	Mars cuius fuerit	30,10
Luna plena decimo quinto die	655,20	Martis epitheta	32,60
Lunæ facies quid sit	354,40	Martis statua fuit hasta primum Romæ	50,30
Lupercal templum Romæ	353,10	Martyr, idem quod testis	435,30
Lusciniæ colorem & vocem mutat	224,20	Martyr quis dicitur	496,40. & 528,40
Lusciniæ natura	234,30	Martyr cur puniatur	518,10
Luxus non necessarius fugiendus	198,20	Martyres qui dicantur	505,10
Luxus semper est vitandus	181,40	Martyria sunt exemplaria conuersionis	494,50
Lycambes ad laqueum compulsus vi Iamborum carminum	339,20	Martyrij extremum quodnam sit	502,10
Lycaon Arcas Iouem hospitio suscipit	37,1	Martyrij varia genera	502,20
Lyci philosophi sententia de fine	440,50	Martyrij occasio est quælibet tentatio	501,10
Lycopolitani lupum colunt	38,10	in Martyrio an peccata abluantur	521,60
Lycij quinam sint	46,10	Martyrium commemoratio cur fiat	49,1
Lycurgus quando floruerit	356,40	Martyrium quid sit	496,50. & 515,10
Lycurgus quædo leges Lacedæmoniis tulerit	337,20	Martyrium quodnam maximum	502,20
Lydius lapis	316,40	Martyrium docetur per dilectionem	505,50
Lydius modus quinam sit	7,10	in Masculum Venerem non esse incitandam	238,10
Λυκάδης, gemma quæ est genus pyropi	54,50	Masculus quid significet	472,30
Lyra Cretenses vtebantur in bellis	200,10	Μασκόλιον vnde deriuetur	132,30
Lyfidisa mulier pudore insignis	532,1	Mastiche quid sit	258,30
		Mastichen rodere	255,10. 277,50
		Μαστίχη vnde dicti	262,40
		Mathemata in quantis discretis & continuis versantur	319,60
		Matrimonij scopus quis sit	446,30
		Matrimonio benè & malè vti licet	484,10
		Matrimonium quid sit	227,30. & 421,50
		Matrimonium an sit sacramentum	478,1
		Matrimonium cur sanctum dicatur	475,50
		Matrimonium fœlix, nec pulchritudine, nec diuitiis censetur, sed virtute	533,30. & concordia 806,21
		extra Matrimonium nullus coitus est licitus	237,40
		Matrix quid	226,30
		Matthæus	514,40
		Matthias Apostolus	408,1
		Mausolæa vnde	56,20
		Mausolæum quid	ibid.
		Maza quid sit	26,30
		Medæa prima pilos tingere excogitauit	336,10
		Medi pro Persis	45,30
		Medicamentum cur fides appelletur	5,50
		Medicina quid sit	112,40
		Medicinæ inuentor quis	335,60
		Medicus quis dicatur	753,20
		Meditatio diligens omnia vincit	330,10
		Megaclo filia Macaris	31,10
		Megalini inuentor quis fuerit	216,60

Μεγαλοβυζία

I N D E X.

Μεγαλοβυζία quid sit	422,30	Modù tenere in summa potestate difficile est	56,10
Megalus Megalini inuentor	216,60	Modus in omnibus rebus seruandus	238,30
Megasthenes antiquus author	335,20	Modus Doricus & Lydius in quo differant	7,10
Μεγίστημα quid	204,10	Μοίραι cur Parcæ dictæ	577,10
Mel bilem generat	165,30	Mollebat Pittacus	272,1
Mel & lac baptizati præ gustabant olim	142,10	Momus dicitur Deus reprehensionis	739,40
Melampides Deum vocabat miraculum mortali- um	613,10	Momus sequitur quicquid est pulchrum	738,40
in Melampygu incidere	44,1	Monachi cur dicti ἀσκηται	101,10
Melchisedech exponitur rex iustus	546,50	Monadicæ cognitionis quis fuerit author	449,20
Memoria est rerum præteritarum	411,10	Monantholius doctor medicus	195,1
Memphis quando constructa	352,30	Monogamia est laudanda	448,60
Memphitani Apim colunt	38,10	Montani error	343,60
Menades bacchantes Pentheum discerpserunt	329,30	Mopfus quando vixerit	360,60
Menagyrtes	18,10	Morbi vnde oriuntur	183,1, 183,50
Menandri poetæ de Deo sententia	76,10	Morborum causa quænam sit	171,50
Menargitæ sacerdotes Cibeles	27,20	Morbus quid sit	178,40
Mendesium vinum quale	188,10	Moriones à conuiuuis arcendi	204,60
Mendescius hircus	34,50	Mors pro virtute obeunda	510,30
Menexene Diodori filia	532,20	Mors quid sit	454,10
Mensa, super quam panum erat propositio quid indicabat	570,1	Mors animæ quid sit	192,50
Mensa veterum quo pacto strata	209,50	Mors corporis quid sit	192,50
Mensura quid sit	73,50	Mors quor modis dicatur	192,50
Mensuræ tres in nobis quid designent	409,10	Mors cur purpurea dicatur	241,1
Mentitur Domino, qui Deo non credit	501,20	Mors est stipendium peccati	492,50
Mepso Ampycis filius, vates Argonautarum	362,50	Mors an fortior vita	634,1
Mercurij libri quadraginta	633,40	Mors non est malum	492,40
Mercurij libri de Astrologia	633,10	Mors debetur omnibus hominibus	627,1
Meretrix apro comparata	228,10	Mortis ianua est veræ vitæ principium	505,20
Merops primus sacrificia diis obtulit	46,60	Mortis meditatio est optima	495,40, 60
Μετὰ quid significet	577,1	Mortui quinam dicantur	579,10. non lædendi 822,20. coronabantur 784,20
Merula natura	224,20	Morychus cur Bacchus dictus	55,30
Metempsychosis quid sit, & vnde orta	638,20	Mosaica philosophia in quatuor partes diuiditur	380,20
Metymna oppidum Lesbii Insulæ	43,20	Motus animæ sunt præter naturam	412,60
Metoposcepi qui dicantur	258,40	Moueri semper, signum est leuitatis	207,50
Metragitæ sacerdotes Cybeles	27,20	Moy, aquam apud Ægyptios significat	369,10
Merus duplex	154,30	Moyes cur sic vocatus	369,10. 803,21
Meum & tuum per leges subiit	449,50	Moyes antea vocabatur Ioachimi	369,10. & in celo vocatur Melchi ibid.
Mnemnosyne Iouis filia	621,1	Moyes à Deo leges accepit	378,60
Mnesiphilus æmulator Solonis	351,10	Moyes quando floruerit	351,20
Midas Phryx	15,20	Moyes sexcentis quatuor annis fuit antequam Bacchus referretur inter Deos	352,10
Milesiæ lanæ	232,20	Moyes quando exierit ex Ægypto	351,10
Milites cur ἀρχιμυται dicantur	247,10	Moyes primus sapiens	369,20. & primus Grammaticam Iudæis tradidit ibid.
à Militia qui sint immunes	422,40	Moyes optimus dux & legislator	381,40
Miltiadis Imperatoris virtus	582,10	Moyes erat omnibus sapientiæ numeribus absolutus	10,60
Minerua pro prudentia accipitur	24,30	Moyes cur porcis vesci Israëlitæ prohibuerit	278,60
Minerua cur dicta Scirada	24,10	Moyes quo pacto Deum viderit	73,20
Minerua cur κωλύμενη vocata	76,30	Moyes fuit propheta	165,30
Minerua cur tybias abiicerit	193,50	Moyes veteris populi pædagogus	148,1
Minerua ædes cur sub dio	568,1	Moyes solo verbo Ægyptium, qui Hebræum iniu- stè inuaserat, occidit	369,20
Minerua quinque	29,50. & 32,40	Moyse origo & educatio	368,60
Minos quando regnauerit	351,50	Moyse perfectio	531,50
Minos rex nouem annis cum Ioue versatus	392,50	Mugalea, mus araneus	57,40
Minos à Ioue leges accepit	378,60	Muliebres motus & delitiæ arcendæ	277,20
Minos quando fuerit	795,60	Mulier quomodo dicatur causa mortis	469,40
Miraculum mulieris Laudunensis liberatæ à demone	20,60	Mulier nulla tangenda, præter vxorem	226,10
Miser quis dicatur	504,10	Mulier foris tecta sit	280,1
Misericordes qui dicantur	500,20	Mulier prægnans, damnata capitis, non prius sup- plicio affici debet, quam pepercrit	425,30
Misericordia quid sit	ibid.	Mulier est viro deterior	513,50
Mites qui dicantur	499,50		
Mites quinam laudandi	499,60		
Mithridates cur Dionysius vocatus	63,50. præ- mia potantibus proponit		
Μίτρον quid allegoricè	577,10		

I N D E X.

Pantheon Ioui vltori ab Agrippa factum	43,60	relta quid sit	338,40
Panyassis Polyarchi filius	41,30	renclopes telam retexere quid sit	237,50
Papauera cur offerebatur Cereri in sacrificiis	26,40	renthei fabula	328,60
Parabola ex quibus rebus constet	67,50	replus quid	240,10
Parabola eadem variè exponi potest	321,10	reratici heretici	751,20
Parabola quid sint	566,60	percolatio quid sit	128,1
Παραβολαὶ quid significet	500,10	perfecti variè multi dicuntur	535,10
Paradisus terrestris quid mysticè	585,30	perfectio quid sit	143,10
Parasiti quinam sint	180,50	perfectus multis modis dicitur	534,10
Parca nulli hominum parcat	626,60	perianther Corinthius, vnus è septem sapientibus	329,40
Parca vnde dicitur	28,40	peripatetica philosophia ex lege Mosaica & prophetis pendet	596,40
Pardis pellis optima	240,30	peripatetici vnde dicti	72,10
Paris reprehensus, quod à prælio rediens, cum Helena concubuerit	237,40	peripateticorum error de Deo	69,1
Pariis lapis, admodum albus	60,50	pernoctatio quid	201,30
Parmenides Eleates deos ignem & terram introduxit 68,1. citatur	580,1	perosa fluuios coluerunt	53,60
Παρμιδία quid	201,50	perosa coibant cum matribus, filiabus & sororibus	452,10
Παρωνία quid sit	186,60. & 210,10	perosa primi currum effecerunt	336,20
Pascebat oues Rachel	271,60	perosa cur templa decorum comburerent	71,40
Patara ciuitas	54,50	persecutio an sit fugienda	520,50
Patenus præceptor Alexandri	303,50	personarum trinitatis vna est essentia	550,50
Pater & Filius vnus sunt	107,40	persuasio est fidei confirmatio	318,50
Pater & Filius quo pacto vnus sint	125,40	persuasio quænam fide digna	306,20
Pater non est sine Filio	554,10	pestilentes morbi cur Soli tribuantur	572,10
Patria mater & nutrix allegoricè dicitur	493,60	pestilentia vnde, & cur oriantur	629,60
Parris & Filij vna est & eadem voluntas	73,30	petrus Apostolus filios procreauit	465,10
Paulus Apostolus an habuerit uxorem	465,10. & 467,40. & 729,10. 809,40	petulantia multa nascitur ex nimis opibus	619,30
Paulus Apostolus regnante Nerone martyrio fuit coronatus	750,60	petulantia in vino non secus quàm cicuta fugienda est	208,10
Pauperes cur beati dicantur	400,40	rhæninda ludus	790,60
Paupertas quid sit	398,1. & 659,20	phærontis inflammatio quando fuerit	351,50
Paupertas virum humiliat	262,10. & 465,50	phalangium quid sit	286,20
Pax propria est Christianorum	209,30	phallorum origo	40,20
Pax tibi, quid sibi velit	208,50	phallus quid	23,1
Pax & beneuolentia inter se coniunctæ, sunt semper bonæ	401,10	phanocles poeta	43,1
Peccare quid sit	522,50	phanotheca Icarij vxor Hexametri carminis inuentrix	337,20
Peccare non omnino est solius Dei	113,40	phantasia quid sit	321,50
Peccare hominibus est innatum	289,10	rhafis fluuius Ponti	178,60
Peccata vnde nascantur	416,10	phellatas lapis durus	55,30
Peccata mortalia & venialia	417,20	phemonoè quando floruerit	352,50
Peccata & delicta sunt in nostra potestate	417,60	pherecydes philosophus	640,20
Peccata omnia dimittuntur in baptismo	549,30	pherecydes Syrus	329,60
Peccata elemosynis & fide purgantur	418,30	phidias sculptor quid inscripserit in Iouis Olympij statua	533,0
Peccata cur voluntaria dicta 113,50. & inuoluntaria	113,60	phidias quot simulachra fecerit	54,30
propter Peccata non solum vituperamur, sed etiam punimur	549,30	philaacteria dilatare quid sit	325,40
Peccata solus Deus remittit	116,10	Φιλακτρία quid sit	640,60
à Peccatis abstinere, est vera puritas	704,50	philemon	278,10
peccatorum differentia	414,20	philippides Pana ostendit Atheniensibus	47,1
peccatum quid sit	169,60. & 414,1	philippus Apostolus liberos procreauit	465,10. 514,40. 809, a 30
peccatum ad mortem, & peccatum nõ ad mortem, in quo differant	414,20	philosophari quid sit	349,10
peccatum est animæ mors	469,30	philosophia quid sit	101,60. 309,10. & 410,40
peccatum ex primo parente omnes trahimus	483,30	philosophia vnde orta	305,60
peccatorale summi pontificis quid designabat	570,50	philosophia duplex ex Platone	382,30
peccus est habitaculum cordis & animæ	570,40	philosophia ad quid utilis	309,60. & 310,10
peccunia cupiditas arx vitij	197,30	philosophia à quo missa	340,30
pedes Domini cur dicantur Apostoli	211,10	philosophia Ægyptiorum	633,30
pedes mysticè quid significet	ibid.	philosophia est omnium disciplinarum & artium scopus	321,60
pedibus nudis incedere	241,50	philosophia est meditatio mortis	436,10. & 513,10
pellæ Thessalix oppidum	47,60	philosophia Græca à diabolo inuenta	337,30
pelorus promontorium in Sicilia	178,50	philosophia Græcis necessaria ante aduertum Christi	308,10

philosophia

I N D E X.

Philosophia Græcis data tanquam testamentum	643,40	Pitracus rex Mityleneorum cur molebat	272,10
Philosophia Hebræorum antiquior cæteris	331,10.	Pius quis dicatur	695,10
Philosophia Indorum	633,40	Placentula suavis desinente cœna	348,10
Philosophia Italica, Ionica, & Eleatica	330,20	Plantæ an sint animalia	757,10
Philosophia liberat animam à perturbationibus	114,40	Plato Deus philosophorum	333,50
Philosophia Mosaica in quatuor partes diuiditur	380,20	Plato cur diis dialectum tribuat	366,20
Philosophia viam parat ad Christianismum	308,20	Plato cum esset in Ægypto, à Iudæis multa accepit	72,40
Philosophia Christianæ subiectum & finis	388,50	Plato multa ab Hebræis desumpsit	301,10
Philosophia sensus quis sit	311,30	Plato philosophus à Mose in legibus ferendis adiutus	377,30
Philosophia vsus quis sit	319,40	Plato ex barbaris philosophiam didicit	331,30
Philosophi veri quinam sint	561,50	Plato Sechnuphidis Heliopolitani discipulus	331,60
Philosophi qui dicantur	640,30	Plato sophisticæ artis acer reprehensor	321,60
Philosophi cur mendaces & iniusti dicantur	350,50	Plato quo pacto dicebat vxores oportere esse communes	450,40
Philosophi cur paruuli appellerentur	319,20	Platonis sententia de Deo	69,30
Philosophorum dogmata ab Hebræis proflexerunt	351,10	Plenitudo legis est charitas	531,1
Philosophorum successio apud Græcos	330,60	Plenum & inane pro diis	68,50
Philosophorum sententia de diis	68,1	Πλην, quid sit	576,20
Philosophus quis verè dicatur	495,60	Plutus cur cæcus fingatur	497,10
Philosophus tria sibi vendicat	408,20	Plutus diuitiarum Deus, cur cæcus esse fingatur	254,20
Philotera mulier pudore insignis	532,1	Pluuia futura prædicta	630,10
Φιλοτὴ quid sit	116,50	Pluuia impetrata Æaci precibus	629,10
Phocenses homines immolabant	46,10	Πνεύμα ventum & spiritum significat	146,40
Phocylidis de angelis opinio	609,20	Pocula aurea & argentea esse reicienda	195,60
Phœnix pædagogus Achillis libidini deditus	143,50	Poculum alabastrum quid	194,30
Phormio vates insignis	363,40	Podagra vnde proueniat	237,1
Phoroneus Ægyptius primus templa diis erexit	48,40	Pœnitentia quid sit	399,30
Phoroneus primus hominum fuit	351,40	Pœnitentia est duplex	415,60. & 500,20
Photoneus primus legum scriptor	101,1	Pœta cur sacer dicatur	687,10
Φωτωνία quid sit	5,10	Pœtas cur Plato à sua ciuitate arcebat	66,20
Φρέωνες vnde dicatur	160,10	Pœtarum de Deo sententia	75,1
Phryges cur omnium antiquissimi	9,50	Pœtica & picturæ affinitas	65,60
Phryges primi auium volatus obseruarunt	335,50	Polemo pœta	41,40
Phryne meretrix Tespiaca	53,40	Polias cur Minerua dicta	49,20
Phydix laus	40,1	Politica philosophia in quo versetur	382,20
Phoïdes genus placentæ	771,20	Politici duas esse species	377,40
Picula, quæ Deum deceant, quænam sint	14,20	Politici finis quis sit	377,60
Picari est indecorum viris	256,30	Politicum quid sit	377,50
Pictura est muta poësis	65,60	Politicus quis dicatur	377,50
Pierius vir magni iudicij	283,30	Polycratis sigillj nota	275,10
Pietas duo habet extrema	27,50	Polyonyma quid sint	703,30
Pietas ac religio à Deo donantur	321,40	Polypi natura	285,60
Pietas ad omnia utilis est	80,30	Polyxena honestè cecidit	445,40
Pietas adiicit vitæ longitudinem	411,10	Poma Mandragoræ quam vim habeant	95,30
Piger & ignauus semper est inglorius	512,10	Popanum quid sit	26,30
Pigmaleon eburneam amauit statuam	65,30	Poppysmata vitanda	209,1
Pilæ ludus	271,60. 272,60	Porci quinam dicantur	328,20
Pileus aureus quid indicabat	570,50	Porcina caro concoctu difficilis	710,30
Pili non sunt vellendi, sed cupiditates non tingendi	256,60. 255,30	Porcis cur Israelitæ non vescerentur	278,60
Pindari de Deo opinio	609,40	Porcus quid mysticè significet	577,30
Pindarus Thebanus primus ὑπορχωρι excogitauit	336,60	Porcus est immundum animal	279,1
Pindarus citatur	278,1	Porta Decumana quid	193,1
Piorum animæ in cælo habitant	548,10	Posidonius philosophus	440,40
Piscatione exerceri	791, a 50	Possessio vsus causa nobis est	197,20
à Piscibus cur abstineret Sacerdotes Ægyptij	707,30	Posthumi Romani constantia	508,10
Piscis quid mysticè significet	662,40,50	Poru multo cor obruitur	187,40
Piscis, si hamum euaserit, cur eo die non amplius, eiusdem generis inueniatur	366,40	in Potu decorum est seruandum	193,50
Πιστις vnde deriuetur	537,30	Potù dare signù est perfectæ participationis	129,30
Pitracus Mitylenæus, vnus è septem sapientibus	329,40	Potus qualis & quantus esse debeat	185,60
Πιττακὸς		Potus est humidum nutrimentum	132,10
		Potus naturalis & sobrius est aqua	184,40
		Præcepta Dei sine charitate non rectè seruantur	502,30
		Præceptum quot modis scribi debeat	324,10
		Præceptum primum Decalogi quid ostēdat	678,10

Cccc ij

I N D E X.

cum Prægnante veteres nullam habebant consuetudinem	473,40	Puer fabula cur dicatur	381,20
Præmia varia pro meritorum varietate	312,40	Pueri qui dicantur	118,20. & 119,60
Prætidæ cur in vaccas conuersæ	708,30	Pueri & puellæ cur vinū bibere non debeant	185,10
Praxiphanes primus leges tulit	337,10	Pueri sunt omnes apud Deum, qui in veritate verfantur	118,10
Praxiteles sculpsit insignis	53,40	Pulchritudo optima quænam sit	276,1
Precari cum voce, cur vellent Pythagorei	548,30	Pulchritudo vera quænam sit	248,50
Precibus quod emitur, vendi videtur	199,10	Pulchritudo corporis quænam sit	284,10
Presbyter manum imponit	275,60	Pulchritudo turpis, quæ per contumeliam & probrum emarcuit	51,50
Principia an sint plura vnus animalis	758,50	Pulchritudo hominum varia	249,10
Principia quomodo ab elementis differant	71,10	Pulli qui dicantur	123,30
Principia sunt causæ omnium rerum	ibid.	Pullos cur Christus nos vocet	119,20
Principia indiuidua quæ sint	326,30	Punire & castigare in quo differant	747,60
Principia demonstrari nequeunt	391,10. & 753,60	Punitio quid sit	744,20
Principia ex contrariis constant	565,20	Purgatio perfecta quænam sit	546,10
Principium quid sit	322,10	Purgatio animæ duplex est	646,10
Principium artis quid sit	315,10	Puritas vera quænam sit	704,50
Principium cuiuslibet rei difficile est inuenire	592,30	Purpura voracior, prouerbium	241,20
Principium vnum est eorum quæ sunt reuera	610,30	Purpuræ optimæ vbi nascantur	241,10
Priuatio quid sit	411,40	Purpuram Lacones repudiant	317,60
Probatio duplex est	755,30	Purpurea cur mors dicatur	241,1
Probatio quæ est cum experientia, est fide digna	306,10	Pus quid sit	42,1
Procatartica causæ quid sint	763,50	Pus quo pacto fiat	138,30
Procreatio liberorum est scopus eorum qui matrimonio sunt iuncti	223,50	Putei, qui exhauriuntur, emittunt aquam magis limpida	301,60. 793,30
Prodici error	460,10	Putei & liberalis comparatio	267,1
Prodici Chij fabula de virtute & vitio	568,50	Putrefactio sanguinis quid	42,1
Prodicus quis fuerit	334,20	Πυρρίδας, instrumenta quibus utebantur Siculi in bello	200,10
Prodigia quid	56,50	Πύρ, dictio est barbara	366,50
Prodigiosi homines dicuntur, qui ea faciunt, quæ aduersantur naturæ	56,50	Pyramides quid	26,20
Prometheus quando floruerit	351,50	Pyramides Ægypti, olim mundi miracula	56,20
Prophetæ veteris testamenti quot fuerunt	364,50	Pyrrho artem dubitandi inuenit	747,30
Prophetarum de Deo testimonia	77,50	Pyrrhoniorum doctrina	760,50
Propheta quid sit	411,30	Pyra vnde	36,1
Propheta cur instituta	114,30	Pythagoræ dictum	297,50
Propheta duplex	349,30	Pythagoræ de Deo sententia	70,60
Propinquus quis dicatur	450,10	Pythagoræ multa symbola explicata	567,20. 30. & sequent.
Proserpinæ raptus quando extiterit	351,50	Pythagoras quando floruit	331,10. & 333,30
Prosymnus pollicetur se ducturum Dionysium ad inferos	36,10. & 40,20	Pythagoras cuius esset	330,30
Protoplastus quid significet, & vnde deriuetur	9,60	Pythagoras vnde dictus	363,20
Prouidentia Dei omnia administrari	326,20	Pythagoras cur se philosophum vocaret	489,60
Prouidentia diuinæ argumentum	343,40	Pythagoras primus seipsum appellauit philosophū	330,20
ad Prouidentiam diuinam omnia esse referenda	311,50	Pythagoras discipulus Sonchedis	331,60
Proximus quis dicatur	450,10	Pythagoras fuit circuncisus	333,50
Prudentia quo pacto à sapientia differat	401,10	Pythagoras Gallos & Brachmanas audiuit	332,20
Prudentia duplex, vna quæ in agendo, altera quæ in contemplando versatur	398,40	Pythagoras Reginus, sculpsit insignis	49,60
Prudentia carnis est Deo inimica	511,30	Pythagorei cur cælum vocent	612,20
Pfallere in Decachordo quid	203,1	Pythagorei cur à rebus venereis abstineant	455,1.
Pflagda Ægyptia	216,60	cur à fabis	808,2. 40
Psalms quid sit	200,40	Pythagorei cur vellent precari cum voce	548,30
Psalterij harmonia omnium præstantissima	656,10	Pythia vnde	35,60
Psalterium Domini quid	199,60	Pythium oraculum	20,30
Psalterium decachordum quid significet	200,10	Πυθίνας vnde	20,50
Psilotaperes quid	222,30	de Pythonissa quam consuluit Saul	ibid.
Psilotron quid sit, & quo pacto differat à dropace	258,30	Pytine Cratini Comædia	823,1
Ptolemæorum enumeratio	800,2. 30		
Pudenda cur ita vocata	225,50		
Pudicitia Laconica quo pacto corrupta	253,10		
Pudor & modestia sunt torques & catenæ	245,30		
Puella regis apud Hebræos pascebant oues	332,40		

QUADRATA figura est omnium figurarum firmissima
 Quadratis inuentor 793,10
 Quærendum vt inueniamus 491,10
 Quæstio quænam sit rerum 559,30
 Quæstio omnis quo pacto inueniatur 734,50
 Quæstiones iuueniles esse fugiendas 325,60
 Quæstionum

I N D E X.

Quæstionum dubiarum, dubiæ sunt responsiones	633,60	Roma quando condita	365,30. 801,2. 30.
Quantum aliud discretum, aliud continuum	319,60	Romani diu in consensu remansere	283,10
ex Quercubus olim nati homines	42,60	Rosam cur Græci ῥόδον dicant	214,20
Quercus fuit prima planta cognita	20,20	Rosarum odor grauedinem capitis cõprimat	214,10
Quercus annosa in Dodona, è qua dabantur oracula	20,10	Rubus	216,30
Quies, pax & tranquillitas, est Christiani propria	209,30	Ructus	209,10
Quiescere quid sit	678,40. & 679,40	Ruminat iustus	279,10
Quinquaginta quid mysticè significet	652,50		
Quiris lingua Sabina hastam significat	54,20		
	R		
R ACONIS, promontorium	51,10		
Radere caput quorum sit	274,20		
Radiis quid	222,40		
Rami arborum quid significet	575,50		
Ratio est pars animæ princeps	409,50		
Ratio quid significet	170,1		
Ratio debet esse in conuiuio	186,30		
Rationale quid indicabat	571,10		
Rationi tantum credendum	316,10		
Rebecca quid significet	309,30. & 546,40		
Reges Hebræorum aurea diademata	210,60		
Reges symbolicè Christum significabant	216,30		
Reges cur pastores populorum ab Homero dicantur	375,50		
Reges veteres cur in numerum Deorum relati	63,30		
Reges apud Ægyptios ex numero Sacerdotum eligebantur	571,50		
Regnandi quot sint species	381,10		
Regula ecclesiastica quid sit	669,30		
Regum munera & officia	381,20,30		
Reipublicæ administranda ratio quænam sit	382,1		
Relaxare se & recreare quomodo in conuiuio oporteat	199,20		
Religio quid sit	408,20		
Religio à Deo donatur	321,40		
Religio vniuersa est exhortatoria	109,50		
Religio est initium sapientiæ	427,20		
Religiosus quis dicatur	691,10		
Remissio peccatorum quo pacto à pœnitentia differat	411,60		
Remissio peccatorum in baptismo, est donum Dei	549,40		
Reprehendere, benevolentia, non odij signum est	150,20		
Res turpis quæ dicatur	206,20		
Res potius quàm verba esse considerata	385,50		
Res sunt verbis præstantiores	315,60		
Res sunt veluti carnes & nerui, verba verò veluti vestis in corpore	317,50		
Res seriæ non sunt in conuiuio tractandæ	186,30		
Respublica quænam laudanda	381,60		
Respublica Platonis posita in cælo, vt exemplar	549,10		
Resurrectio vera quæ sit	417,50		
Rex qui verè dicatur	381,30		
Ridere quando oporteat	204,20		
de Rifu	203,40. & seq.		
Rifus vnde oriatur	210,10		
Rifus qualis esse debeat	205,10		
Rifus triplex	ibid.		
Rifus comprimendus in conuiuio	203,60		
Rifus non est tollendus, sed comprimendus	205,10		
Rifus naturalis homini	204,60		
Rifus, Latinè rosa, vnde deriuetur	214,20		
	S		
	SABASIVS vnde		23,40
Sabazia mysteria			16,1
sabbatum quid significet			489,50
sacerdotes mundi esse debent			551,20
sacerdotes Ægyptij cur ab ouis & lacte abstinerent			138,1
ex sacerdotibus Ægyptij reges eligebant			571,50
sacerdotum Ægyptiorum continentia			472,50
sacides mulieres, quæ à tergo sagittant			509,20
sacramentum Eucharistiæ non prius conficitur in Eucharistia, quàm omnia consecrationis verba fuerint prolata			324,40
sacramentum Eucharistiæ, est omnium sacramentorum excellentissimum			190,50
sacrificia diis quis primus obtulerit			46,60
sacrificia cur Deus requirebat			292,40
sacrificium laudis quid sit			429,1
sacrificium quodnâ sit maximè Deo gratû			699,40
sacrificia iniquorum sunt Domino abominatio			420,1
sagra Locorum fluuius			40,10
salem quid significet			546,40
saluator & seruator in quo differant			29,1
saluator vtrû melius dicatur, quàm seruator			168,40
saluus nemo sit natura			554,60
salus nihil aliud est, quàm vita æterna			108,50
salus quibus detur			558,50
samanai qui fuerint			337,50
samos insula Iononi sacra			54,10
samothei quinam sint			337,50
samuel precibus pluuiam impetrat			629,10
sancta cogitare castitas est			558,10
sanctificatio matrimonialis quæ sit			466,50
sanctitas quid sit			547,10
sandalia qualia esse debeant			241,30
diuitum erant calcamenta			785,6. 50
in Sanguine maximè vita consistit			193,10
sanguinem Iesu bibere quid sit			184,50
sanguinis natura			130,50
sanguis quid allegoricè significet			131,40. & 132,40
sanguis quid sit			138,1
sanguis Domini duplex			184,50
sanguis primum genitus in homine			130,30
sanguis non est anima, sed vitæ sedes			137,50
sanguis est præparatio lactis			139,60
sanies quid sit			42,1
sanies quo pacto à sanguine differat			ibid.
sanitas & cognitio in quo differant			110,10
sanitas primum locum obtinet inter hominis bona			501,40
sanitas corporis quo pacto tuetur			304,10
sanites clypei inuentor			336,10
sapiens quis dicatur			265,50
sapiens alius ex alio, prouerb.			815,2. 20
sapiens solus est diues			400,40
sapiens solus est rex, legislator, imperator, iustus, sanctus & Deo amicus			378,30
sapientem solum esse diuitem			108,30
Sapientes quinam sint			584,20

I N D E X.

Sapientia perfecta quid sit	186,40	Scythæ ebrietati dediti	188,40
Sapientia quid sit	298,50. 309,10. & 547,10	Scythæ adorabant Acinacem	50,20
Sapientia Dei est multiplex	308,10	Scythæ captiuos alligabant cadaueribus, vt cum eis putrescerent	12,40
Sapientia omnis est à Domino	308,10	Secare quæ dicantur	768,40
Sapientia vbi sit	199,1	Secundinæ quid sint	139,10
Sapientia est scientia primarum causarum	398,40	Seipsum nosse, quid sit	248,20
Sapientia varia est & multiplex	671,40	Seleuci sigillum	275,10
Sapientia est philosophiæ domina	309,10	Seleucus Mathematicus insignis	680,1
Sapientia est melior lapidibus prætiolis	265,10. 328,10	à Sem vsque ad Abraham quot anni fuerunt	361,50
Sapientia huius mundi stultitia est apud Deū	318,10	Semen quid sit	137,60
à Sapientia, tanquam à fonte, manant omnes disciplinæ	657,30	Semen cur albescat	141,30
Sapientiæ & prudentiæ discrimen	401,10	Semiobolus quid contineat	265,60
Sapientiæ notio quæ sit	410,20	Σεμναι mulieres quæ sint	468,40
in Sapientiæ multitudine est multitudo cognitionis	328,10	Σεμνοι qui sint	ibid.
Sapientum septem nomina	329,40	Semnothei	333,60
Sara quid significet	309,20	Senarius numerus cur perfectus dicatur	678,60
Sarra parauit angelis panes subcinericios	532,40	Senarius cur à Pythagoreis coniugium vocetur	688,10
Sarapis idem quod Apis	352,30	Senes cur bis pueri dicantur	625,40
Sarapis quid significet	51,40	Senes maximè grauis sermo decet	210,10
Sarapis Ægyptius à quo conflatus	51,10	Senes in potu quomodo se gerere debeant	191,50
Sardanapali regis Assyriorum descriptio	577,40. & 437,20. 806, a 1	Senex ex Græcis nullus, quid sit	381,10
Sardiniaca tinctura	231,20	Senex maritus scemina iuueni, est turpe	623,20
Satanas viij princeps	87,10	Senum coronæ quænam sint	214,10
Saturni lachryma quid sit	577,20	Sensus diuinus quis sit	311,40
Satyri quinam fuerint	5,10	Sensus est basis scientiæ	391,1
Scarabæus Aquilam quærit, prouerbium	566,40	Sensus est fidei principium	390,10
Scarabei vnguenta fugiunt	217,20	Sensus philosophiæ quis sit	311,30
Scelus quid sit	413,30	Sensus allegorici non parum valent ad stabilienda dogmata	482,50
Scientia quid sit	390,1. 391,20. & 655,50	Sensus multiplices esse Scripturæ sacræ	384,10
Scientia quælibet doceri potest	391,10	Sententiæ philosophorum de Deo	70, 1. & seq.
Scientia omnis & cognitio, quæ à Christo est aliena, prophana est	293,1	Septem sapientum nomina	329,40
Scientiæ etymologia	537,30	Septenarij numeri mystica interpretatio	680,40
Scientiæ essentia ex sensu & intelligentia consistit	391,1	per Septenarium atatum mutationes fiunt	689,30
Scientiæ quodnam sit proprium	763,1	Septenarius numerus cur dicatur esse sine prole & sine matre	679,1
in Scientiam nulla cadit mutatio	322,60	Septenarius numerus sacer & perfectus	604,10
Scira quid	24,10	Septimus dies est criticus	680,40
Scirada cur dicta Minerua	ibid.	Septuaginta interpretes	368,20
Scire est rem per causam cognoscere	394,60	Septuaginta hebdomades Danielis quo pacto impletæ	358,60
Sciron quid	24,10	Sepulchra in admiratione habita	51,60
Scitrophoria quænam sint	16,10	Serapidis templum à Christianis euersum	55,50
Scitrophorion mensis apud Athenienses	24,10	Serapis vnde dictus	56,1
Scirus quis fuerit	ibid.	Serescere quid sit	142,30
Σκορίον quid	200,50. & 203,10	Sergius Orata pensilia balnea primus facere instituit	264,10
Scopus eorum qui matrimonio sunt coniuncti, est liberorum procreatio	223,40	Sermo præest omnibus actionibus	109,40
Scorpiorum natura	366,40	Sermo prolixus vitandus	208,50
Scribendum ne sit an non	298,20	Sermo exhortatorius quis sit	109,40
Scripta sunt veluti tentus animæ	298,30	Sermones sunt tales, qualia sunt consilia	106,10
Scriptura sacra cur difficilis & obscura	675,50	Serpens cur prudens dicatur	683,30
Scriptura quænam optima	303,20	Serpentes quo pacto singulis annis veterem pellem exuant	96,50
Scripturæ sacræ multiplices esse sensus	384,10	Serperastra infantium quid	770, b 1
Scripturæ sacræ duplex est sensus	676,20	Seruator & saluator idem significant	168,40
Scripturæ sacræ quomodo intelligantur	696,10	Serum quid sit	142,30
Scripturæ sacræ cur Græca voce expostæ	314,50	Serui quinam sint, qui non facile ad cælum ascendant	495,40
Scripturæ sacræ quando ex Hebræo sermone in linguam Græcam conuersæ	368,10	Seruis dimidium ingenij aufert Iuppiter	495,40
Scripturarum sacrarum & artium humanarum discrimen	321,30	Seruis quomodo vtendum	284,60
Scurræ reiiciendi	204,60	Seruus & famulus in quo differant	383,50
Scutum Iouis cur Ægis dictum	439,30	Seruitus iure Gentium introducta	428,10
Scythæ cur comam nutriant	257,60	Sesamides quid sint	26,20
		Sesoltris rex Ægyptiorum	51,30

Serhianorum

I N D E X.

Serhianorum hæresis	329,20	sophistica ars quid sit	315,10
Sibilandum non esse	209,1	sophistica ars cur reiicienda	321,50
Sibylla Orpheo antiquior	352,60	sophistica ars, est simulata sapientiæ	322,1
Sibylla citatur	255,10	sophoclis poetæ de Deo sententia	75,10
Sibyllæ prophetissæ testimoniū de vero Deo	77,60	Σοφροσύνη vnde derinetur	326,50
Sibyllæ decem	334,30	sordes animæ difficilius eruuntur, quàm corporis	271,30
de Sibyllis	32,30. 794, b 30	soroapis vnde sic dictus	352,30
Siccitas nimia impedit generationem	141,10	Σωτήρ quid significet Latine	168,40
Sicinnus pædagogus liberorū Themistoclis	143,60	species quomodo diuidantur	767,20
Sicinnius quid sit	147,10	spectaculum virtutis paucis datum	556,10
Sicula apis	301,40	spei effigies	28,20
Siculi quibus instrumentis vtantur in bello	200,10	Σπέρμολογος quid 328,40. & αερεμολογία	ibid.
Sigillorum imagines	275,10	spes quid sit	399,40
Signum crucis portare quid sit	733,10	spes est duplex	442,20
Silentium est virtus mulierum	208,30	spes est rerum futurarum	411,10
Silentium quinque annorum Pythagoreorum quid denotabat	584,1	Σφαίρα in hastis quid	804, a 60
Sillorum libri quinam fuerint	333,20	sphinxas cur in sacris ponant Ægyptij	569,1
Simcon Steletes	180,20	sphingi ænigma	325,40
Similitudines & exempla sunt rectæ doctrinæ pars maxima	267,40	sphinx quid sit	576,30
Simplicitas quid sit	124,30	sphinx feræ & hominis imaginem significat	569,10
Simulachra Gentium nullum sensum habebat	52,50	spinæ quid mysticè significant	219,60
Simulachra Gentium nullum sensum habebat	52,50	spirales qui dicantur	129,30
Sinapi bilem diminuit	165,30	spiritus est Verbi virtus	184,50
Sirenes, præternavigantes cantus dulcedine illectos apud se retinebant	325,30	spiritus principalis quis sit	677,30
Sirenibus Musæ sunt iucundiores	325,30	spiritus intellectus, consilij & fortitudinis, quid sit	550,20
Sifarion Icarieus Comædiæ inuentor	337,1	spiritus sanctus reddit mentem benè compositam	531,30
Siris quo pacto sedanda	185,20	spuere frequenter non decet	209,10
Smaragdi gemmæ quid significant	570,60	statera cur non transfilienda	568,20
Σμαρδύδος quid	574,0	stateram non transfilire quid sit	420,10
Simyntheus Apollo vnde	45,1	Sternutatio quid sit 209,20. eius omen	827, b 10
sobrietatis exemplum Helias	266,40	stefichorus Himeræus primus hymnum excogitauit	336,60
socrates cur damnatus	74,40	Σπλήν quid significet	377,10
socrates à Physicis declinauit ad philosophiam moralem	330,50	stipendium peccati mors est	492,50
socratis dæmonium	341,1	Stoicorum error de Deo	69,1
socratis dæmonium semper dehortabatur, nō hortabatur	363,40	stola quæ lauatur in vino, quid designet	140,30
sol non est Deus	69,50. & 73,10	strategema quid sit, & quot speciebus contineatur	381,40
sol & Luna & astra non sunt dij, sed instrumenta temporis	63,1	stromata quid sint	298,10. 751,60. 793, a 40
solæ optima Athenis	178,50	stromata quid profint	491, 1. quid contineant
soles duos cur ebrii putent se videre	186,10	489,30	
soleis cur vtendum	241,50	stromatum libris quid contineatur	305,50
solis definitio	753,10	stulti furdis similes	818, b 60
solis defectus quis primus prædixerit	331,10	stultitia nulla maior est, quàm simulachra colere	108,10
solicitudine cadit in virum intelligentem	424,60	stultorum numerus infinitus	397,10
solitudo vera quænam sit	261,20	styracina virga	272,1
solomon fuit tempore Menelai	360,10	in subiecto quot consistunt	402,20
solonis versus	307,1. 825, b 60	subrisio est risus lenis & placidus cogitatione contemptus	205,20
solon Atheniensis, vnus è septem sapientibus	329,40	sudor ante virtutem cur ponatur	489,10
		sues cœno magis delectantur, quàm aqua munda	85,1. & 295,20
solon quando floruerit	331,10	suffusio quid	778, a 1
solon melior Apolline	46,40	suillus vitæ vsus	278,60
in somno quomodo se gerere oporteat	230,20	suina vita	793, a 1
somnolentus quis dicatur	187,1	superbia vitanda est ad bene viuendum	503,10
ante somnum gratiæ sunt Deo agenda	200,50	superstitio quid sit	275,0. & 404,40
somnus quid indicet	536,60	sus nihil præter escam	828, a 20. vnde dicatur
somnus qualis esse debeat	221,20	805, a 1	
somnus cur fugiendus	223,10	suinum vnguentum	215,40. 785, a 30
somnus est mortis præmeditatio	223,40	syenitæ piscem colunt	772, b 50
somnus dimidium vitæ tempus nobis adimit	222,10	sylogismus quid sit	733,30
soni causa quænam sit	630,50	sylogismus quibus rebus constat	733,40
sophista quis dicatur	322,10		
sophista qui dicatur	307,10		
sophistarum reprehensio	306,60		

Cccc iij

I N D E X.

symbola Pythagoræ quid sint	234,20	Thales primus defectum Solis prædixit	331,10
symbola Pythagoræ multa explicata & seq.	567,20,30.	Thales Milesius aquam Deam faciebat	68,1
symbolica interpretatio utilis est	575,50	Thallo quid	28,50
symbolum quid sit	234,10. 575,40	Thallo vnde dicatur	19,10
<i>Συμβολικὰ</i> quid	780,210	Thamar quid significet	309,40
<i>Συμβολῆς</i> quid	419,30	Thasium vinum odoriferum	188,10
<i>Συμβολα</i> quid	25,50	Thasus quando condita	360,30
synecdochæ causæ quid sint	763,50	Theano Crotoniates, prima ex mulieribus philosophata est	337,30
synonyma quæ sint	763,20	Theatrum cathedra pestilentia	279,20
syracusium vinum dulcè	188,10	Themis est iustitiæ præses	26,50
syrmata quid sint	240,50	Themis Heroicum carmen inuenit	337,20
		Themidis arcana symbola quæ sint	17,50
		Themisto Zoili filia	532,20
		Themistocles habitus indoctior, quod Iyram in cõ- uiuiõ recusasset	203,20
		Theocriti scõmma	794,21
		Theodorus Cyrenæus, & eius impia doctrina	27,30
		Theognidis sententia de generatione de bonorum conuictu	452,60. 577,60
		Theologia est vera ars sola	322,30
		Theologia verus gentium erat Poëtarum, Cantorum, & Musicorum	4,20. 5,30. & 332,60
		Theopompus, rex Lacedæmoniorum	46,1
		Theopompus fabulosus historicus & maledicus	298,20. 798,20
		Theophrastus successit Aristoteli	330,50
		<i>Θεοφράστια</i> quid sit	692,10
		<i>Θεός</i> vnde dicatur	18,60. & 381,50
		Theramenes cur cothurnus dictus	242,10
		Theriacali calices	195,60
		Thersites omnium deformissimus	65,10
		Thesaurus verus quis sit	503,20
		Theseus Troianis antiquior	352,10
		Thesmophorion quid sit	538,10
		Thesmophoria, quid	24,10
		<i>Θεσμοφῶρις</i> quid	24,10. 378,10
		Thespiæ locus in Bœotia sacer Iunoni	50,20
		Thespiæ Atheniensis tragœdiæ inuentor	336,60
		Thesprotia regio in finibus Thessaliæ	19,50
		Thessali cur Ciconias honorarent	44,50
		Thesij filia 50. vna nocte compressa ab Hercule	35,20
		Thmuitarum hircus	34,40. 772,210
		Thomas Apostolus	514,40
		Thracæ cornu vtebantur in bello	200,10
		Thracæ ebrietati dediti 188,40. falcem inuenerunt	795,240
		Thracius sophista cantu feras reddebat mansuetas	1,10
		Thrafiyulo columna ignis noctu fit dux	382,10
		Thrafiyulus tyrannidem triginta tyrannorum fregit	376,60
		Thuribulum quid indicet	569,20
		Thyasus quid sit	5,10
		Thyrifigeri multi, pauci verò Bacchi, prouerbium	304,40
		Thyrifus quid sit	106,60. & 304,30
		Tibia Christi est homo	8,10
		Tibia vtebantur Lacedæmonij in bello	200,10
		Tibiæ cantu incitantur equi ad equas incundas	202,10
		Timæus historicus	298,30
		Timor quid sit	402,30
		Timor Dei, est mali declinatio	387,20
		Timor Domini viuificat	423,10
		Timor cur innocens	553,40
		Timor	

I N D E X.

Timor est initium dilectionis	415,10	Venter omnium malorum principium & causa	183,1. 822,20
Timor & tolerantia sunt fidei adiutores	402,10	Ventri dominari maximi est imperij	225,50
Timor impedit multos ne peccent	659,10	Ventri dæmon omnium pessimus	176,40
Timor colebatur apud Lacedæmonios	28,20	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Timotheus cur circumcisus	719,1	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Timotheus musicus	302,60	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tincturæ cur excogitæ	231,20	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Timotheus Milesius	336,60	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tincturam in vestibibus quam admittat Plato	273,60	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tintinnabula trecenta & sexaginta quid designabant	570,40	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tiresias Thebanus vates	107,1	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tiresias vates, mas & fœmina	363,50	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tirinthij ad ridendum procliuus	205,1	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Titanes cur à Ioue puniti	16,40	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Titanomachia auctor quis	794,20	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tityus tempore Tantali floruit	352,50	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tlepolemus Herculis filius	352,10	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tolerantia quid sit	125,10	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tolypæ quid sint	26,20. 771,21	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tonfores quando in Italiam adducti	283,10	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tonsura olim qualis	792,20	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Torris ex igne erutus quid	87,10,20	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Totum non inest in partibus	761,60	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Traditio est duplex	327,10	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tragœdiæ Comœdia successit	339,40	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tragœdiam quis primus excogitarit	336,60	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tranquillitas est propria Christianorum	209,30	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Trichinium quid, & vnde dictum	209,50	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Triginta quid mysticè significent	655,1	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Trinitas expressa à Platone	598,30	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Trinitatis opera sunt inseparabilia	13,50	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Triopas quando vixerit	352,30	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
è Tripode, prouerbium	20,1	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tripas erat solum veritatis	20,1	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tripas cur ancus	ibid.	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tripas cur sacer Apollini & Baccho	20,10	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tripas Cyrrhæus	20,1	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Triptolemus bubulcus	17,10	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tristitia secundum Deum, & tristitia mundi quomodo differant	534,60	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Troglodytæ Sambucam inuenere	336,20	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Troia bis capta	352,10	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Troia quo tempore à Græcis capta	351,60. 797,240	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tropus quid sit	673,30	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Trua & trulla quid	197,6	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tuba Hærrusci in bellis vruntur	200,10	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Turpe reuera solum est vitium	206,20	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Turpia in audiendo & spectando versantur	205,50	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
à Turpiloquio abstinendum	205,30	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
de Turpiloquio	ibid. & seq.	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Turtur loquacior, prouerbium expositum	572,30	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Turturum timiditas quid significet	119,10	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Tympano Ægyptij vtebantur in præliis	209,10	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
Typhon quid sit	95,1	Veneræ res est naturalis, sed non necessaria	448,30
		V	
Vacca Dædali ex ligno confecta	61,30	Valentini error	403,40
Valentini error	403,40	Valentinianus Gnosticorum princeps	142,60
Valentinianus Gnosticorum princeps	142,60	Valentinianorum hæreticorum refutatio	390,20
Valentinianorum hæreticorum refutatio	390,20	Vaphres Ægypti rex	800,250
Vaphres Ægypti rex	800,250	Vasa sumptuosa reicienda	195,50
Vasa sumptuosa reicienda	195,50	Vasa Thericlea	197,60
Vasa Thericlea	197,60	Velle est minus anima	399,20
Velle est minus anima	399,20	Vendi viderur, quod precibus emitur	199,10
Vendi viderur, quod precibus emitur	199,10	Venialia peccata quæ sint	417,20
Venialia peccata quæ sint	417,20	Ventilabrum in sacris	776,240
Ventilabrum in sacris	776,240		

I N D E X.

Vino immodico lingua praepeditur 186,10
Vino extremorum deportatio nocet 193,40
Vinum quid allegoricè 132,50
Vinum est terra sanguis 710,40
Vinum est omnium humidorum calidissimū 185,10
Vinum est mentis speculum 192,10
Vinum Arethusium 188,1
Vinum Chium optimum ibid.
Vinum Creticum suaue 188,10
Vinum cor superborum probat 186,60
Vinum cur fugiendum 185,1
Vinum cur interdici debeat pueris & puellis 185,10
Vinum cuiuslibet regionis est optimum habitato-ribus 188,10
Vinum facit stultos ridere 204,30
Vinum hominis ingenium ostendit 192,10
Vinum Lesbium bene spirans 188,10
Vinum maximè accedit ad naturā sanguinis 193,10
Vinum Mendesium quale 188,10
Vinum miscere aqua plurima optimum est 186,1
Vinum mysticum quodnam sit 193,20
Vinum Naxium quale 188,10
Vinum prouocat ad libidinem 185,10
Vinum si nimium poterit, est res mala 621,20
Vinum Syracusum dulce 188,10
Vinum Thasium odoriferum ibid.
Violarum odor grauedinē capitis cōprimit 214,10
Vir quis dicatur 136,60
Vir bonus nunquam laborat inopia 267,10
Virga Iacob styracina 272,10
Viri appellatione quod perfectum est appellatur 120,10
Viri vnde dicti 92,50
Viri boni non natura, sed disciplina fiunt 313,30
Viri cum mulieribus lauari non debent 263,60
Viri se colere non debent 255,1
Virorum bonorum sunt omnia contra viros qui se colunt 255,1
Virtus data est diuinitus 588,50
Virtus sita est in nostra potestate 138,40
Virtus verbi est spiritus 184,50
Virtus vbi habitat 506,30
Virtus non patet alterius dominio 615,10
Virtute praediti natura non nascimur pro virtute mors obunda ante virtutem cur sudor positus ad virtutem longa est via ibid.
Virtutes sunt inter se coniunctae 410,10
Virtutes sunt animi ornamenta 247,10
Virtutes theologicae tres, fides, spes, & caritas 66,40
Virus hebetatur vino immodico 186,10
Vita vera quænam sit 102,20
Vita an morte fortior 634,1
Vita Christianorum quænam sit 170,30
Vita Hebraeorum frugalis 184,10
Vita in sanguine maxime consistit 193,10
Vita nulla molestiis caret 622,60
Vita talis est qualis est sermo 462,20
Vita genus quodnam sit eligendum 461,20
Vita genus quodnam praestantissimum 164,40
Vita optima compendiosa pertractatio 273,20
Vita optima pertractatio breuis 286,40
Vita tres in anima vna 9,1
Vitam prolixam quænam faciant Viti duo sunt genera 185,60
Viti vnde fiat 399,10
Viti vnde fiat 729,20
Vitium est res feruilis 398,10
Viucere quid sit 171,40
Viucere non possumus absque quatuor elementis 402,20
Viucere homini quousque bene sit 634,1
Viui sint ne plures quam mortui 633,50
Viuiamus, non vt comedamus: sed comedimus, vt viuamus 171,30
Vlcisci quid sit 154,10
Vltio quid sit 151,40
Vlysses lectum Nymphæ reparat 221,1
Vnguenta generosos mores effeminant 212,40
Vnguenta non debemus olere, sed vitæ probitatem 212,20
Vnguentorum vsus non est necessarius 210,60
Vnguentorum luxus apud mulieres veteres 217,1
Vnguentis cur vtamur 213,10
Vnguentis vultures moriuntur 212,20
Vnguentis & coronis an sit vtendum 210,50
Vngulae fistulae & duplices quid significant 577,40
Vnio vbi nascatur 246,10
Vniuersitatem pendere ex lite & amicitia 504,60
Vocationis Gentium causa 405,30
Voluntas Dei quid sit 497,60
Voluntas Dei est vna in vna identitate 679,50
Voluntas est vna & eadem Patris & Filij 730
Voluntas legis tribus modis est accipienda 380,60
Voluntates duae in Christo 113,20
Voluptas carnis non est necessaria 434,10
Voluptate morbi & dolores oriuntur 183,50
Voluptates corporeae cur caeno assimilantur 87,40
Voluptatis stultæ finis 308,60
in Voce modestum esse quid sit 206,20
in Voce tria versantur 762,60
cum Voce cur Pythagorei vellent precari 548,30
Vox quid sit 42,30
Vorax nihil aliud quam bucca 799,20
Vox moderanda 208,40
Vtilitatis sunt tres modi 685,10
Vtres dicuntur homines 811,60
Vulcanus claudus & faber 33,20
Vulcanus è caelo cecidit in Lemnum 195,40
Vulpes quid significant 498,40
Vulsi dicuntur molles & effeminati 258,40
Vultures absque coitu pariunt 20,40
Vultures vnguenta respuunt 212,20
Vxor est necessaria adiutrix 444,40
Vxor an ducenda, & cui, & quando 421,50 & seq.
Vxor Loth cur versa in statuam salis 95,50
Vxor Loth cur versa in statuam salis cum vxore grauida non est cocundum 236,1
Vxorem amare, quasi adulteram, nihil foedius est 237,60
Vxorem cur Christus non duxerit 464,20
Vxores plures an liceat ducere 473,60
Vxores non sunt osculandae coram famulis 286,40
Vxores non ducentibus, poena imposta 444,60
Vxores qui dixerunt debere esse communes 449,10 & 450,40
Vxoris Aeneae honestas 280,10
Z
XANTHVS historicus 450,40 & 452,10
Xanthus Lydius quando regnauerit 360,30
Xenocrates Carthagenensis 593,50
Xenocrates planetas deos esse existimabat 72,1
Xenophontis de Deo sententia 70,30
Xiphodres interperator subtilis 575,10
Xistis vestis tragica 240,10
Xysti

I N D E X.

Xisti sententia de adulteris 237,60
Xistides quid Y 222,40
YB PIS quid proprie 236,1
Υποθυια quid sit 242,20
Υποθυιας quid, & à quo inuenta 336,60
Υς vnde dicatur 431,1
ZACCHAEVS princeps publicanorum an fuerit Matthias Apostolus 503,50
Zacharias propheta tempore Darij prophetauit 357,20
Zagræus vnde derinetur 23,40
Zaleucus Locrus à Minerua leges accepit 379,1
Zaleucus Locrus leges primus tulit 337,10
Zamolxis familiaris Pythagoræ 508,20
Zaps quid significet 576,10
Zas pictor insignis 620,10
Zeno Cittiaus quo pacto effingi volebat adolescentulæ imaginem 278,40

Index Auctorum qui in collectaneis citantur & illustrantur.

Anastasius in quaestionibus in scripturam 802, a 1, b 40. 827, a 10. 829, a 130. 830, b 30
Apostolicae constitut. 802, b 40
Arnobius 770, a 40, b 50, 59. 771, a 60, b 40. 772, a 30, 60. 773, b 30. 774, b 1, 30
Athanasius ad Antiochum 829, b 1
Athenæus 778, a 40. 780, a 20, 50. 787, b 60. 788, a 50. 823, b 30
Basilius in Prouerb. 803, a 40. ad iuuenes 793, b 40. reg. breu. 787, b 1. in Esaiam 786, b 1. 82c, a 30
Chrysolomus in Genesim 777, a 1. 778, b 1. in Psal. 778, b 10. 782, b 20. 790, a 40. 791, b 60. 81c, a 1. 816, a 40. 825, a 1. 826, a 40. in Iob. 811, a 30. in Mathæum 828, b 60. ad Hebræos 789, b 50
Cicero 774, b 40. 775, a 10. 780, a 10. 824, a 10. 825, a 60
Cyprianus 786, a 30. 787, a 30, b 20. 788, b 30
Cyrillus Alex. in Iulianum 804, b 50. 815, b 10. 828, a 10
Epiphanius 769, b 30. 802, b 60. 806, b 10, 30, 40. 807, b 1
Erasmi Prouerb. 772, b 10. Esdræ liber 4. 809, b 40
Euripides 775, b 40
Eusebius Praeparat. Euang. lib. 2. 769, b 1. 770, b 30. 773, b 30. lib. 3. 774, a 20, b 4. 773, a 60, b 10. 794, b 60. 796, a 50. 797, a 1. 798, b 10. 823, b 60. lib. 13. 773, b 10. 815, b 60. 817, a 10, 20. 819, b 30. 820, a 1, 30. lib. 14. 817, b 10. lib. 15. 813, a 20. Demonstrat. Euang. 779, a 30. 809, a 10. Chronic. 797, a 1, b 20. 800, a 40. 801, a 1. 802, b 30. 825, b 40. Hystor. Eccles. 808, a 50. 809, a 10
Firmicus de errore profan. relig. 770, a 10, b 20. 771, b 20. 772, a 20. 774, b 1. 776, b 10
Gregorius Nazianz. 815, a 40. Gregorius Turon. 801, b 30
Heliodus 776, a 30. Helychius 813, a 10. 827, b 60
Hieronymus in Iouin. 774, b 50. in Ezechiel. 786, b 1. 791, b 40. in Esaiam 809, b 20
Homerus 776, a 10, b 30. 801, b 30
Iulianus de Monarch. 775, b 1, 20. 816, a 10. 819, a 10. Exhortat. 816, b 20. Apolog. 821, a 30

E R R A T A.

Cum ante excessisset è viuis doctissimus vir Gentianus Heruetus, quam relegere suos omnes commentarios potuisset, eo factum est vt in corrigendis amanuentium eius quorundam erroribus multi nobis labores fuerint exantlandi, & nos tamen hæc effugerint quæ lectoris secundæ curæ resarciunt.

Pag. 5, 34. Eunomium, simul. & 27. πρὸ φορικόν. 9, 39. ὁμοῦστος. 17, 23. puerileque. 20, 23. à δρῦς. 21, 2. qui m. f. belluina. 25, 45. ἀνα- 54. μετα. 32. 23. oraculis Sib. 33, 30. Bocotius. 37, 53. τριβόρυχον. 54. χελύβην. 43, 17. Argynni. 46, 6. dele cuius est titulus Iphigenia in T. 47, 29. Agelarche. 48, 49. ἔπος. 49, 43. dicit Dairas & 54, 4. Λίδας, κελύς δι. 65, 67. Pellæ nat. 75, 25. & aeneas, & lignea. 42. Musæe. 78, 31. vniuersum. 89, 27. olympius. 118, 63. περὶ σοφία. 133, 63. emanabat. 39. eque bono. 137, 23. γλακτοφάγην. 140, 65. ἰον. 143, 41. vectores. 150, 50. bene sit. 163, 43. reprehendere. 171, 64. Medicū. 178, 59. & ἡπῶν. 179, 57. τὸ δὲ ἔχει. 195, 60. Thericliæ. 196, 35. fabricabantur. 55. pelles caprinae. 244, 34. Tryphema. 247, 47. καθεστῆρας. 257, 39. enim fas. 259, 49. Gynides. 262, 13. vitæ sterc. 278, 4. inquit, furt. 288, 31. offeratis, inanes, incensum. 330, 11. sponde. 58. Xenophanes 331, 15. & Melancomæ. 336, 13. quadriremē. 338, 46. Choroebū. 351, 50. Triopæ. 61. Eumolpi. 62. Ionis 352, 1. mēsis T. 356, 52. eo lecto. 361, 24. Mātus. 364, 61. reuolutionē. 381, 1. Myconus. 54. expositione. 419, 31. σῦντασις. 430, 3. insipientiū. 440, 49. Archidemus. 462, 41. adde sicut ἢ qui bilem dicunt γλυκίαν id est, dulcem. 483, 42. in margine δοκίμη. 487, 13. Encratitarum. 497, 23. opes Homine. 506, 14. Non Iuppiter. 511, 11. Porfena. 548, 64. μήδ' ἔχοντες. 65. θεοεικέλης. 565, 51. sedata. 571, 64. Diis dedicantes. 607, 42. vret furens. 613, 10. τὸ δὲ ἰόντος. 11. ἀνοῦστος. 640, 53. ἐπιφθῆσι id est. 681, 25. filij, est minister. 704, 1. Quiddam. 52. Oreste quis te. 703, 64. Nam cum femora. 707, 19. fieri argumentum. 33. generis cum aere. 708, 27. neutiquā hæc fierent. 740, 34. præter eos. 769, b 20. Mazius. 772, a 50. πᾶν. 777, b 5. scribe bu σαλλῶ 785, b 11. verterat, sponct. 783, a 28. γλασσιδῶς. 792, b 10. potest. 802, a 13. ἐλακτοφάγην. 811, b 40. Beati inquit. 828, a 6. verte igitur. 35. διαπομπῆσι. P. 5, 14. post illa verba, mortem contemnere, adde omiffa ab amanuenti interpretis, Beati inquit, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur, vel vt nonnulli, qui Euangelia tranponunt, Beati inquit, quos, &c. 578, 50. fructuumque perceptiones, καρπῶν μὲν colapho impacto manumitebantur ferui apud Romanos, de qua re vide P. Leopardum l. 6. c. 9. Emendat. & manumiffiones verte.